
NAZIONALE
14
32 G
4

P. MORONI
CENTVM
RESPONSA
CENTVM QVÆSITIS.

P. ILLVMINATI MORONI BERGOMENSIS


E Strict. Obser. S. Francisci, aliàs SS. Inquisit. Consultoris.

CENTVM RESPONSA CENTVM QVÆSITIS

Ex ijs, quæ illi in dies deferebantur soluenda.

In quibus non contemnendæ difficultates de Censibus, Alienatione Bonorum Ecclesiasticorum, alijsque Contractibus, Legatis, Bonis dotalibus, Hypothecis, Prælatione, de Bonis Præscriptorum, Filiorum familias, Deposito, Successionibus, Vectigalibus, Sepulturis, Quarta funerali, & concursu ad Beneficia.

NEC NON



De Statu Regularium, Reclamatione super inualiditate Professionis, Consuetudinibus, præcipuè contra Regulas Religionum, Approbatione ad Confessiones, Administratione Sacramentorum extra proprias Ecclesias, Prouisionibus Superiorum, de actibus Capitularibus, Irregularitate, Ignorantia, Scandalo, Occasione proxima, Indulgentijs, vtroque Iubileo, Casibus tàm sæcularibus, quàm Regularibus Prælatis reseruatis, deque potestate & modo reseruandi; aliæque quamplurimæ ex S. Theol. ac vtriusq; Iuris principijs clarè, breuitèr, & dilucidè non iniucundo nec inutili legentium labore explicantur & soluuntur.

SERENISSIMO VENETIARVM PRINCIPI

FRANCISCO ERICIO

AC SERENISS. REIPVBLICÆ VENETÆ

DICATA.

In hac Secunda Editione à pluribus mendis expurgatus.





MEDIOLANI, M.DC.LXXXII.

Ex Typographia Ambrosij Ramellati.



SERENISSIMO
VENETIARVM PRINCIPI
FRANCISCO ERICIO
Ac Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ.





VÆ aliàs ad priuatum commodùm reſponſa dedi, ad publicam vtilitatem nunc prodeunt Typis euulgata. Quibus aliјs ſub auſpicijs, ac nomine, quam veſtris, Serenißime Princeps, Serenißimaque Reſpublica, nullus apud me fuit dubitationi locus: cum hoc ſibi poſcat omni iure, et operis argumentum, et mea natiuitas. Hac enim veſtra in Inclyta Ciuitate ſedem ſibi poſuiſſe Religionem, ſedem ſibi poſuiſſe Iuſtitiam, nullus eſt adeo remotus terrarum angulus, quem lateat. Hac veſtra in ditione ſubiectionis originem nanciſci mihi largitus eſt Clementißimus Deus. Operis argumentum nil aliud eſt, quam Religio, et Iuſtitia. Quidni ergo, et Opus, et Auctor nomini veſtro ſit dicatus? Quibus autem fælicioribus ſub auſpicijs lucem ſubire poteſt meum hoc opus, quam tuis, Serenißime Franciſce, qui omni virtutum genere excultißimus, vtraque Pallade, admirabili prudentia, et fortitudine, vtens, non ſemel, ſed decies vniuerſæ Venetæ Militiæ, et Mari, et Terra ſumma tua cum laude, et incredibili populorum acclamatione Imperium geſsiſti; difficillima Reipublicæ negotia, probata fide, ſimilique integritate, ad optatum exitum perduxiſti, ac præclaris meritis cumulatißimus, nobilißimam tuam Familiam Ericiam, ad ſummum patrij honoris verticem euexiſti? Quibus inquam fælicioribus auſpicijs, quam tuis, qui ad Ducale ſolium vix ſublimatus, in ipſa tui ſublimatione, veluti fulgentißimum Sydus, in aſcenſionis ſuæ virtute, peſtilentißimam luem longè, latèque debacantem, ferèque totas Auſoniæ oras deuaſtantem, ſæuißimaque bella eaſdem depopulantia, ac commotos populorum animos, validißimis, ceu influentiarum radijs ſedaſti, fugaſti, penitus eliminaſti, collacrymatamque ſecuritatem reddidiſti? Quibus tandem fælicioribus auſpicijs, quam tuis,

Serenißima

Serenissima Respublica, cuius consilio, ac viribus caeterorum iura regnorum ponderibus librata suis consistunt? cuius prouidentia, dum circumiacentes, exterique populi acerbissimis, varijsque affliĉtantur calamitatibus, tuus latissima perfruitur quiete? cuius religiosa pietate legitimus Christi Vicarius, Petrique successor Alexander III. impijssimo ausu exulare compulsus, immensis sumptibus, ac periculis Sanĉtae suae Sedi est restitutus, fidesque reddita suo decori, ac maiestati? cuius instruĉtis copijs Ottomana Luna lacrymabili Ecclypsi non semel est obscurata: obscurataque cornua confraĉta, et comminuta, tuumque Imperium adusque Orientis limites protelatum? cui tandem hisce temporibus Diuina fauente Clementia spondetur, eandem impurissimam Lunam Ottomanam è turpissimo vexillorum caelo deturbandam, paludibusque submergendam, ac de ipsa gloriosum, Ericio Principe existente, triumphum esse reuehendum? Haec omnium spes: haec omnium vota, quae, dum summis precibus à caelesti numine, vt veritatem habeant, obnixè deprecor: adeò faelicibus auspicijs, ac tam necessario titulo debitum opus, Vobisque deuotum auĉtorem, rogo, vt, qua Vestra Regia est humanitas, excipere non dedignemini. Vos Deus Religioni, ac populis seruet aeternum.

Dat. ex aedibus S. Bonauent. Venet. Die 3. *Nouembris* 1645.

Serenit. VV.

Deditissimus seruus, et subditus

F. Illuminatus Moronus.

FACVLTAS REVERENDISS. P. COMMISS. GENER.

CEntum Reſponſa Moralia à P. Illuminato Morono Bergomenſe Noſtræ Seraph. Relig. Profeſſo Concionat. ac Lect. Generali compoſita, & à Sac. Theologis ad id à Nobis deputatis examinata, diligenterque diſcuſſa & approbata, vt prælo mandentur, ſi ijs, ad quos pertinent, viſum fuerit, facultatem concedimus.
Dat. Romæ die vltima Menſis Februarij 1644.

Fr. Benignus à Genua Commiſs. Generalis.

NOs infraſcripti ex commiſſione Reuerendiſs. P. N. Benigni à Genua Commiſſarij Generalis perlegimus, ac maiori, qua potuimus, diligentia conſiderauimus Opus, inſcriptum Centum Reſponſa R. P. Illuminati Moroni Bergomenſis, vtriuſque Theologiæ, ac vtriuſque Iuris Profeſſoris, Strict. Obſer. S. Franciſci Alumni; nihilque in eo inuenimus, quod Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus aduerſetur: Quinimo ipſum reperimus Moralis Theologiæ firmiſſimis fundamentis, Sacrorum Canonum, & Legum ſanctionibus validè munitum, optima doctrina, pari facilitate diſpoſita reſperſum, qua plures & ferè inextricabiles difficultates dilucidè in vtroque foro ſoluuntur. Quapropter iudicamus digniſſimum eſſe, vt ad publicam vtilitatem typis mandetur In quorum fidem propria manu ſubſcribimus.
Venetijs in noſtro Conuentu S. Bonauenturæ, die 13. Februarij 1644.

Ego Fr. Thomas à Feltria ex Minoribus S. Franciſci Strict. Obſeru. Sacræ Theologiæ Lector Generalis.

Ego Fr. Ignatius à Creſpano ex Minoribus S. Franciſci Strict. Obſeru. Sacræ Theologiæ Lector Generalis.

OPus, cui titulus, Centum Reſponſa P. Illuminati Moroni Bergomenſis, Strict. Obſeru. S. Franciſci, de mandato Reuerendiſs. P. Mag. Anſelmi Brixien. Ord. Prædicatorum, in toto Sereniſſimo Dominio Veneto Generalis Inquiſitoris, non ſine ingenti animi mei voluptate percurri. Nihil prorſus in eo depræhendi, quod redarguam. Multa, immo & innumera ſumma laude digniſſima, vt potè, quæ ſanam doctrinam Sanctæque Theologiæ, Sacrorumque Canonum doctrinæ conformia. Quare, vt Typis mandetur dignum cenſeo.
Ex noſtris Ædibus S. Nicolai Tolentinatis Ciuitatis Venetiarum Pridie Kal. Iunias Anni M.DC.XLV.

D. Benedictus Baſſus Cler. Reg. Congr. S. Theol. Profeſſor, atque Eccleſiæ Patriarchalis Examinator.

Die 16. Septembris 1677.

Reimprimatur

Fr. Antonius Maria Cruceius Sac. Th. Magister, & Commiss. S. Offitij Mediolani.

Iacobus Saita S. T. D Can. Basilicæ Ambrosianæ pro Eminentiss. D.D. Cardinali Archiep.

Franciscus Arbona pro Excellentiss. Senatu.

CENTVM RESPONSA P. ILLVMINATI MORONI BERGOMENSIS.

Strictioris Obseruantiæ S. FRANCISCI Alumni.



S V M M A R I V M.

1 *Proponitur casus.*
2 *Constitutiones Summorum Pontificum, quæ faciunt difficultatem.*
3 *Census est de genere emptionis, & venditionis.*
4 *In quo sita sit difficultas huius disputationis.*
5 *Pro solutione quot sunt quærenda, & quæ sint.*
6 *Iste census est ab omni labe vsuræ tutissimus in foro conscientiæ.*
7 *In foro conscientiæ non attenditur ius positiuum: sed tantùm naturale, & regulatur contractus secundùm naturalem æquitatem.*
8 *Ad iustitiam, & validitatem census ex natura rei quatuor tantùm requiruntur.*
9 *In contractibus iure naturæ vsurarijs non dispensat Summus Pontifex.*
10 *Constitutio Pij V. de censibus fundatur in præsumptione fraudis.*
11 *Lex, quæ fundatur in præsumptione non obligat in foro animæ.*
12 *Attenditur veritas non præsumptio in foro animæ*
13 *Censum constitutum, non numerata pecunia, non esse vsurarium in foro conscientiæ tenent quamplurimi Theologi, & Canonistæ.*
14 *Refertur præcipuè sententia Martini Nauarri.*
15 *Quarè Pius V. ediderit hanc constitutionem.*
16 *Reginaldi verba asserentia Summum Pontificem non declarare vsurarium hunc contractum; sed tantùm esse præsumendum remissiuè.*
17 *Quæ traduntur seruanda tempore contractus, si non seruentur, contractus est nullus; & respondetur, & declaratur.*
18 *Quæ inducuntur pro forma contractus sunt obseruanda in vtroque foro, & debent adimpleri in specifica forma, non per æquipollentes, quia forma etiam in minima qualitate omissa reddit contractum vitiatum.*
19 *Aliquid esse de forma, & substantia rei, stat dupliciter.*
20 *Lex, quæ respicit bonum commune, obligat etiam in conscientia; & temerarium esse contrarium asserere, imò obligare, esse de fide.*
21 *Lex tripliciter potest disponere, & explicatur.*
22 *De ratione emptionis, & venditionis est, quod pretium perpetuò sit mansurum apud venditorem.*
23 *Si pretium statim redditur à venditore emptori venditio tunc nulla est, rei dominium non transfertur, & hoc secundùm aliquos in vtroque foro.*
24 *Quocunque, licet minimo tempore, pretium apud venditorem remanet, transfertur dominium, maximè si vendens, recipiens, & emens erunt distincti.*
25 *Explicatur verus modus, non fictus contractus.*
26 *Vbi est verus effectus, est vera non ficta causa.*
27 *Census constitutus in non numerata pecunia, est liber ab omni labe vsuræ, etiam in foro fori.*
28 *Explicatur constitutio Pij V., & assignatur differentia inter constituere censum, & soluere pretium census, & aliqua scitu digna traduntur.*
29 *Hæc Pij constitutio est exorbitans à iure, & ideò intelligenda, vt minus quàm fieri potest, lædatur ius naturæ, & corrigatur antiquum.*
30. 31. 32. *Respondetur triplici modo difficultati, & assignatur triplex sensus constitutionis.*
33 *Quanti facienda sit conditio numeratæ pecuniæ requisita in censu; dictum Molinæ.*
34 *Expenduntur eius verba.*
35 *In hac parte ferè nullibi est recepta ista constitutio.*
36 *Lex non est eo modo explicanda, vt pariat lites.*
37 *Cessante causa legis, cessat lex.*
38 *Contra hoc dictum cessante causa, &c. multa obijciuntur, & soluuntur, & refellitur responsio Sigismundi Scacciæ.*
39 *Explicatur decretum Concilij Tridentini sess. 25. cap. 19. de Regularibus.*
40 *Fraus non potest præsumi in solutione facta, etiam non numerata pecunia, quoties eadem pecunia extinguitur aliud debitum.*
41 *Nemo præsumitur iactare suum.*
42 *Simulatio non potest considerari, vbi actus habet fundamentum in veritate causæ antecedentis.*
43 *Solutio census facta per schedulam bancariam, exhibitam in actu celebrationis contractus, æquiparatur solutioni in numerata pecunia.*
44 *Hæc constitutio non est adeò iudaicè explicanda, vt ex identitate rationis non admittat extensionem.*
45 *Multi Doctores asserunt non esse de essentia census, quod solutio fiat in actu celebrationis; sed sufficere, quod fiat ante, vel post, nec tali solutioni repugnare constitutionem Pianam.*
46 *Constitutio, cuius finis est malum vitare, illam violans non incurrit pœnam, si finis non violetur.*
47 *Etiam si esset de essentia census, quod solutio fieret in numerata pecunia, adhùc non obstaret, quia est res leuis.*
48 *Nullitas census est pœna contra præsumptionem.*
49 *In iuditio aduersus præsumptionē datur probatio.*
50 *Vna præsumptio tollit aliam.*
51 *Iudex non alio modo debet ferre sententiam, quàm sustinendo contractum istum propter absurda, quæ sequerentur.*
52 *Remedium ad sanandum istum contractum.*
53 *Ad quid tenetur, qui censum emit, vt venderet.*

Census in soluta, non numerata pecunia.

RESPONSVM PRIMVM.

1 Titius indigens annulis, monilibus, vestibus, & alijs similibus ornamentis ad nouæ sponsę suppellectilem constituendam, intelligens omnia ista reperiri apud Sempronium, vt ea sibi tradat, illum exorat, & pacto pretio secundùm peritorum æstimationem, mille aureorum perficitur emptio. Sed quia Titius paratam non haber pecuniam, qua statim soluat, & Sempronius is non est, qui patiatur pecuniam suã iacere torpentem; ideò, vt seruetur indemnis agitur de censu constituendo, quem etiam; quia vterque vellet carere non solùm labe, sed etiam omni suspitione vsuræ; quam non euitarent, si constituerent deducto in pactum pro pretio census, pretio ornamentorum; repugnante Piana constitutione; Ideò hoc consilij capiunt, vt Celius Titij, & Sempronij amicus emat ipse à Titio censum mille aureorum soluendo actu pecuniam, qua deinde recepta Titius soluat Sempronio mille, quæ debet in pretiũ monilium; aliquo deinde tempore elapso eundẽ censum venditurus Sempronio, & ita de facto fit. Sempronius vendit monilia Titio, Titius vendit censum Celio; & Celius rursus vendit Sempronio: at quia eadem pecunia, quæ exbursatur in pretium census, statim soluitur in pretium monilium, & vtrunq; pretium est omninò idem, nempè mille aureorum. Eadem pecunia qua emitur census non numeratur, sed exhibetur in bursa, & statim etiam traditur in extinctionem debiti. Nunc orta est lis inter Titium, & Sempronium, contendente Titio, quod census sit vsurarius, prætendenteque omnes fructus solutos computandos in sortem. Ideò quæritur quid Iuris, tàm in foro conscientiæ, quàm in foro fori.

2 Quæ † difficultatem faciunt in materia census, sunt constitutiones Martinianæ, & Calistinæ sitæ inter extrauagantes communes sub titulo emptionis, & venditionis cap. 1. & 2. sed maximè omnium Pij V. postremò ædita 29. Ian. 1569. incipit. Cùm onus qua reuocat easdem prædecessorum suorum, dat formam contractui, reijcit aliqua pacta, & multa disponit, vt in illa videre est. Nisi enim adessent Pontificiæ constitutiones facili negotio soluerẽtur omnes difficultates, quæ super validitate, ant inua-

3 liditate huius contractus possent oriri; † Cùm enim sit de genere emptionis, & venditionis, vt patet ex titulo, sub quo in Canonico textu collocantur constitutiones ad illum spectantes, & testantur Doctores apud Felic. de solis in suo tractatu de censibus tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 8. vbi habet contrarium asserere esse in re clarissima cœcutire, & sequitur Rebellus de oblig. Iust. lib. 10. quæst. 1. num. 12. & alij communiter, adaptando regulas generales emptionis, & venditionis censui, facilè enodarentur omnes quæstiones, & eius natura cognosceretur. At recensitis constitutionibus suppositis, & maximè Piana multæ in dies oriuntur difficultates propter multitudinem, & varietatem conditionum, quas in illo requirit, quæ maximè torquent Doctorum ingenia, & secundùm quas propositæ quæstionis veri-

4 tas à nobis est elucidanda. Difficultatis † autem nodus in eo situs est, quod, cùm Summus Pontifex iubeat creationem, vel constitutionem census esse faciendam in numerata pecunia, & ista videatur nõ taliter facta, subiacere pœnis in bulla expressis possit aliquis inferre. Ideò sequentia sunt videnda.

5 † 1. an ista conditio, quod census fiat in numerata pecunia sit adeò necessariò seruanda, vt illius omissione contractus reddatur nullus, & fœneratitius. 2. an modus, qui præcipuè adhibitus est in hoc censu creando, nempè, quod Celius emat à Titio, & postea vendat Sempronio sit tutus. 3. ad quid teneatur Celius, qui vendens censum Sempronio se obligauit de proprio facto tantùm. Quæ omnia decidentur tàm in foro animæ, quàm in foro fori.

6 Ad † P. ergo, an scilicet hic census sit liber ab omni labe vsuræ tàm in foro animæ, quàm in foro fori. Incipiendo à securitate in foro animæ; Dico esse tutissimum, nec vlla vsuræ labe posse laborare; &

7 probo 1. † in foro animæ non attenduntur iura positiua; sed tantùm Ius naturale Abbas in cap. plerisq; de Imm. Eccles. & regula est naturalis æquitas. Bald. in l. 1. in fin. C. de vestig. & Com. Decius in cap. quæ in Eccles. num. 34. extra. de constit. Nauarr. Com. de vsu. num. 88. vers. est tamen quæstio. Scaccia de comm. §. 1. q. 1. num. 213. Cencius de Censibus p. 2. cap. 1. q. 1. art. 7. nu. 20. sed iste census haber omnia requisita iure naturæ, & probo.

8 Ad † validitatem, & iustitiã census quatuor tantùm requiruntur ex natura rei, quæ assignat Reginaldus lib. 25. cap. 31. num. 411. & alij ante illum, & post illum. Primò, vt res, cuius fructus venduntur sit apud vendentem. Secundò, vt verè eos reddat fructus, quorum Ius venditur. Tertiò, pereunte re in totum, vel in partem æqualiter pereat census. Quartò, vt rei dominium inscio Domino census nõ vendatur, ne vel minus securè, vel maiori difficultate cogatur exigere fructus; Totidem assignat Toletus, licet fortasse non omninò easdem; vide eundem lib. 5. sum. cap. 47. vbi etiam habetur earundẽ conditionum explicatio; Cùm ergo omnes istæ requisitæ conditiones reperiantur in nostro contractu, vt certissimum est, sequitur, quod in foro animæ sit omninò liber ab omni labe vsuræ; & tenent idẽ Regin. & Tolet. locis citatis; Nauarr. Comm. de vsuris à num. 84. Lessius lib. 2. de Iust. cap. 22. dub. 12. qui hac ratione probat. Vsura non est, nisi vbi ex parte rei est inæqualitas contra iustitiam, sed in censu nostro nulla est talis inæqualitas; ergo quia pecuniæ non numeratio non ponit inæqualitatem; potest quidem facere præsumptionem, in qua fundari Pianam Constitutionem asserit idem Lessius: & Sotus de Iust. lib. 6. quæst. 5. art. 1. ad Iustitiam census ex natura rei affirmat ex omnibus conditionibus, quas assignat Cœlestina, & Martiniana constitutiones illas duas tantùm requiri; Videlicet, quod pretium sit iustum, & quod venditor non cogatur ad redemptionem census.

9 Probo secundò, † si contractus census creatus non numerata pecunia esset vsurarius, iure naturæ non posset in eo dispensare, quod fieret Summus Pontifex, quia non potest condere legem, vel dispensare in ijs, quæ sunt iure naturæ prohibita, vt in homicidio, adulterio, &c., & de vsuris apertus est textus in cap. super eo. de vsuris; vbi minus licere vsuras, quam mentiri docet Alex. Tertius, & Nauar. sequitur Comm. de vsuris num. 44. Cùm ergo Summus Pontifex sæpissimè dispenset contractus census fieri non numerata pecunia, & factos ita sanet, vt teneant, vt affirmat Scaccia de comm. §. 1. quæst. 1. numer. 213. ergo iure naturæ talis census non est vsurarius.

10 Tertiò, Piana † constitutio fundatur in præsumptione fraudis. Molina de contract. quæst. 390. Scaccia loco citato num. 213. §. confirmatur 3. Leonellus de

de cens. Glos. 7. Lessius de Iust. lib. 2. cap. 22. dub. 12.
11 num. 97. Sà verbo; census num. 2. † sed in foro conscientiæ lex, quæ fundatur in præsumptione non obligat, si veritas sit in contrarium Nauarr. cap. si fœnerauetis num. 106. quia præsumptio ipsa probatione tollitur, & de hoc neminem aliter sentire testatur Menoch. de præsumpt. quæst. 31. & tradunt Bellamera, & Cepolla quos refert, & probat Crauetta in cons. 258. num. 13. & alij, & ratio est, quia veritas semper pręualet, & illi omnia cedunt l. penult. §. mulier ff. de probat. & Bald. scribit in l. filium in prima lect. num. 4. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, &
12 Paris. cons. 29. num. 82. lib. 2. † & lex, quæ præsefert præsumptionem non vendicare sibi locum in foro animæ, testatur Couarr. in cap. cùm esses versu, sed est quæstio numer. 4. in fine de test. &, quod veritas attendatur in foro animæ, docet Abbas citato cap. quia plerique num. 18. & 22. de immun. Eccles. & lex, quæ fundatur in præsumptione, si certum sit præsumptionem non esse veram, non obligat; sed in conscientia veritas præualet, Felin. in cap. 1. fallent. 6. sub num. 40. de const. & quod lex positiua fundans se in præsumptione nõ obliget in foro animæ, esse communem Theologorum, & vtriusque Iuris Doctorum sententiam, manifestè fatetur Ioannes de Anania cap. in ciuitate num. 9. vers. quædam est deceptio, de vsuris. quomodo verò, &, quando præsumptio in foro animæ seruari debeat, tradit Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 80. per totam; sed nihil ad rem nostram, quia etiã ipse nobiscum sentit; Cùm igitur in casu nostro contractus census habeat omnia requisita ex natura contractus, census etiam verus, & absque vlla labe vsuræ in foro animæ talis erit habendus; licet non habeat conditiones legis positiuæ ad fraudes præsumptas tollendas.

13 Hanc † sententiam sequuntur multi Theologi, & Canonistæ, vt videre est apud DD. & apertè Emanuel Sà verbo census, num. 2. Salas de censibus, dub. 1. num. 7. Salonius, & alij, & Reginaldus loco citato ita loquitur. Itaque, qui seruatis omnibus conditionibus de iure naturali necessariò requisitis ad iustitiam, census potest in conscientia esse tutus ab vsuræ labe, etiamsi alias ab eodem Pontifice. .i. Pio V. positas omittat (& addit eis contraria) dummodo non repugnent iuri naturali, sicuti nõ repugnat illa, quam proponimus, & sequutus Nauarrum loco citato num. 106. Valent. 2. 2. disp. 5. quæst. 22. par. 2. & Molin. de contract. disp. 392. asserit mentem Summi Pontificis esse, non declarare census contra præfatã constitutionem creatos esse re vera vsurarios, sed tantùm inducere pręsumptionem vsurę illis, qui eos aliter constituerent; Cùm ergo præsumptio cedat veritati in foro animæ, vt supra probatum est, liquidò apparet hunc censum in conscientia esse tutum;
14 † sed non possum non referre verba illius doctissimi senis, Martini inquam Nauarri, qui in humanis degens, dum ederetur ista Piana constitutio ita de illa ad rem nostrã scriptũ reliquit loco citato n. 88. Cui (.i. Pianæ constitutioni) audio fieri fraudem duobus modis, altero monstrando quandam quantitatem pecuniæ, quam non numeratam tradit venditori census, qui confitetur recipere integrum pretium census à se constituti, per quod non videtur fieri satis contextui huius extrauagantis, quæ sic habet. Rursus nisi verè in pecunia numerata præsentibus testibus, & Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto pretio integro, & iusto, per quæ significatur, quod Notarius, & testes debent videre solui pretium integrum in pecunia numerata, ad quod non videtur sufficere, ostensio, & traditio partis pecuniæ, etiam cum confessione vendentis censum, quod recipit totum argentum l. 1. & vlt. C. de dote cauta, non numerata, quatenus probat maius esse probare solutionem factam, numerãdo pecuniam realiter, quam probare quod pars fuit confessa eam recipisse. Videtur etiã, quod non potest pars remittere saltem in præiudicium Fisci, ne teneatur emptor soluere totum pretium in numerata pecunia ad numeratum, vt vocant, per versiculum; & ita: Altero modo fit, quod emens monstrat totum pretium, & tradit illud totum numerãdo, ita quod Notarius, & testes possunt ferre testimonium de numeratione totius pretij, sed postea per conuentionem antea secretò initam in absentia eorum restituit vendens partem pecuniæ, quam prius ab emente acceperat, & debebat. Harum autem cautelarum prior in foro exteriori videtur parum tuta, eò quod non probatur per eam realis numeratio totius pretij, quam requirit extrauagans; Altera vero tutior est, nisi probari posset, quod ante traditionem totius pretij fuit conuentum, &c. Deinde subdit: est tamen quæstio quotidiana, an supposito, quod vendens censum debeat emptori centum antea ob aliquas causas recepta, & postea accipit illa centum in partem pretij per alteram præfatarũ cautelarum, an emens, tuto possit recipere in foro conscientiæ censum ita constitutum, & solutum? & videtur quod sic, quia verè coram Deo totum pretium soluit, tùm quia
15 magis prodest vendenti censum, &c. † tùm quia lex fundata in præsumptione non habet locum in foro animæ, quando veritas est contraria cap. is qui captiua cum ibi annotatis de sponsal. at is rigor soluendi pretium in constitutione census in pecunia videtur inductus à Pio ad pręcludendas vias malis dolis, & cautelis, quibus ementes census malè soluebant pretium in pannis, & alijs mercibus antea, vel tunc traditis, vel in pecunia numerata ad ludendum, aut in alios fines vanos, vel malos, & ita non videtur includere quo ad forum conscientiæ illos, qui bona fide vtilius, vel æquè vtiliter anticipauerunt solutionem totius, vel partis census, ac si in ipsa constitutione soluerent. Hæc omnia sapientissimus ille
16 senex; † & Reginaldus ipse tenet Summum Pontificem præsumptiuè edidisse hanc constitutionem vt infrà.

17 Sed contra prædicta aliqua possent obijci. P. † quæ traduntur, seruanda tempore contractus, si nõ obseruentur contractus est nullus; Chacher. decis.
18 Pedem. 65. num. 8. qui multos secum ducit. 2. † quę inducuntur pro forma contractus sunt obseruanda in vtroque foro, quia in contractu, in quo forma nõ est seruata, neque ciuilis, neque naturalis obligatio nascitur, l. 1. §. si quis ita ff. de verb. obligat. Mantica de tacitis, & ambig. lib. 2. tit. 4. num. 34. 3. debet forma adimpleri specificè, non per æquipollentiam iuxta not. per Doctores in l. 1. ff. de lib. & posthum. Horat. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 324. num. 183. & seq. 4. Forma omissa etiam in minima qualitate reddit contractum vitiatum, Imola, & alij in præcitata l. 1. ff. de lib., & posthum. Butr. in cap. fin. in 6. not. extra de test. spoliar. Decius in cap. præcedentiam de offic. deleg. quæ omnia esse seruanda etiam in foro conscientiæ tradit Molina de contract. disp. 319. num. 1. in fin. sed à Pio V. traditur secundum in constitutione census, quod fiat numerata pecunia, & traditur per modum formæ, vt fatentur Scribentes communiter; ergo iste census, in quo talis forma nõ est seruata, erit nullus etiam in foro con-

ſcientiæ. Pro reſponſione poteſt videri Mantica
de tacitis, & ambiguis lib. 2. tit. 4. ſupracitato, vbi
multos habet caſus, in quibus liciti ſunt contractus,
19 & validi, etiamſi non ſit ſeruata forma; † ſed ego
reſponſionem ſumo ex Scaccia loco ſupra citato, &
noto, quod lex tradendo formam, vel nititur præ-
ſumptioni fraudis, vel diſponit abſque præſumptio-
ne. Rurſus vel forma eſt de ſubſtantia rei, & eiuſ-
dem naturæ, ita vt ſine illa non poſſit ſubſiſtere; vel
non eſt talis: Sed eſt tantùm de ſubſtantia, ex diſ-
poſitione iuris. Si ea, quæ traduntur pro forma,
ſunt talia, vt ſine illis ex natura rei contractus non
poſſit ſubſiſtere, omiſſio talis formæ reddit contra-
ctum nullum etiam in foro conſcientiæ, vt eſſet
omiſſio quatuor conditionum cenſus à nobis ſupra
numeratarum ex Reginaldo; ſi verò, quæ traduntur
pro forma, ſunt tantùm de ſubſtantia contractus ex
diſpoſitione iuris, & conſtitutionum in foro con-
ſcientiæ, vt nunc loquimur, ſi omittantur, non ideò
contractus redditur nullus, ſed remanet validus;
Cùm ergo conditio requiſita in conſtitutione Pia-
na, quod cenſus creetur in numerata pecunia non
ſit forma de ſubſtantia contractus ex natura rei; ſed
tantùm ex iuris diſpoſitione, ſequitur, quod eius
omiſſio non vitiet contractus, ſed in foro conſcien-
tiæ ſit validus, & ſeruandus, quę diſtinctio colligitur
ex ijs, quæ habent. Nauar. Scaccia, & Reginaldus
locis ſupra citatis, dum aſſerunt requiſita in Piana
conſtitutione eſſe quidem de forma, & tamen non
obligare in conſcientia, obligare autem, quæ requi-
runtur ex natura rei, quod vtique eſt, quia illa ſunt
de ſubſtantia ex diſpoſitione iuris; iſta verò ex na-
tura rei; Sed magis apertè loquitur Scaccia vbi
ſupra; & ita ſatisfit omnibus obiectis: ſed magis
principaliter.

20 Obijcitur 2. † lex, quæ reſpicit bonum commune,
obligat in conſcientia; Garzias de contract. cap. 28,
qui etiam ad hoc citat Nauar. Imò quælibet lex, ſi
ſit iuſta, obligat ſimpliciter in foro animæ. Abbas
in cap. 1. ſub num. 9. Decius ſub num. 62. in 2. con-
cluſione, & ſub num. 72. concl. 5. de conſtit. Mantica
de coniect. lib. 2. tit. 14. num. 1. & 18. Sotus de Iuſt.
lib. 4. quęſt. 5. art. 3. Nauar. Manual. cap. 23. num. 40.
& Salon in 2. 2. D. Tho. quæſt. 5. de Domin. art. 6. te-
ſtatur de communi, & ſequitur Fortu. Garc. tract. de
vlt. fin. Iuris Canonici, & Ciuilis num. 260. illat. 16.
rom. 1. & in ſpecie de lege ciuili pulchrè concludit
Feder. de Sen. conſ. 21. numquid hæres num. 2. imò
temerarium eſſe dicere non obligare etiam in con-
ſcientia, docet Sotus ſupra citatus num. 4. additque
Salon quæſt. 62. art. 3. tit. an lex pœnalis, &c. eſſe de
fide legem ciuilem obligare etiam in conſcientia;
ergò etiam Piana conſtitutio obligabit in conſcie-
tia. Supra loquuti ſumus de lege tradente aliquid
pro forma; Nunc de lege ſimpliciter imperante.
21 Ideò reſpondeo. † vel lex diſponit ſequendo natu-
ram rei, vel etſi naturam rei non ſequatur, ſequendo
ſaltem veritatem; vel tandem ſequendo præſum-
ptionem; ſi diſponit ſequendo naturam rei, vel ve-
ritatem, concedo, quod obliget, ſi verò ſequendo
præſumptionem, nego. Nam in foro conſcientiæ
non attenditur præſumptio, ſed re veritas, vt ſatis
fusè ſupra probatum eſt. Cùm ergo Piana conſti-
tutio fundetur in præſumptione fraudis, vt præter
ſupracitatos tener. ex Valentia, Reginald. vbi ſup.
& Summus Pontifex ipſe cenſus aliter conſtitutos,
quam ipſe præſcribit, non declaret vſurarios, ſequi-
tur manifeſtè, quod iſta conſtitutio non obligat in
conſcientia. Obijcitur 3. & primo cenſum in ſpe-
cie, de quo agimus eſſe illicitum, quia deſunt requi-
ta iure naturæ, ideò neque in conſcientia eſſe tuta;
22 & ita patet; † In venditione dominium pecuniæ
debet tranſire in venditorem; de ratione enim ven-
ditionis, & emptionis eſt, quod pretium ſit perpe-
23 tuò manſurum apud venditorem, † & ſi per vendi-
torem ſtatim redditur emptori, venditio facta di-
cetur nulla, nec dominium erit tranſlatum per ea;
tradit Fab. de Mont. tract. de emptione q. 5. ſub nu.
33. tom. 6. p. 1. & per legem; qui ſic ſoluit ff. de ſolu-
tionibus, vbi habetur, qui ſic ſoluit, vt ſtatim reci-
piat, non videtur transferre dominium; Cùm ergo
in caſu noſtro ſolutio cenſus ita fiat, vt ſtatim pre-
tium reddatur emptori; quia, licet detur tertio, re
tamen vera ille tertius eſt emptor, quia Celius emit
nomine Sempronij; ergo iſte cenſus iure naturæ erit
nullus, & ideò etiam in conſcientia: ita Scaccia nu.
253. cum Azor. p. 3. lib. 10. c. 8. q. 2. vbi de cenſibus
24 Reſp. † de ratione emptionis, & venditionis eſſe
quidem, quod pretium (quidquid illud ſit, quod di-
citur pretiũ) tranſeat in dominium venditoris, ſed
nego nõ tranſire quocunq; momento temporis, quo
apud venditorem remanet; nam quacumque mo-
mentanea detentione pretij dominium venditor
acquirit Bart. in eadem lege. Qui ſic ſoluit Bald. in
l. ſi ſibi pecuniam num. 1. verſ. oppono; & ibi Alex.
num. 5. & Decius in fin. ff. ſi certum petatur, Iaſon. in
l. frater à fratre num. 7. ff. de condit. indeb. Imol. in
l. ſi quis duos in fin. de ſolut. Gerard. de Petraſanta
ſing. 26. num. 1. quod maximè verum eſt in caſu no-
ſtro, in quo emens, vendens, & recipiens ſunt diſtin-
cti, ita enim optimè obſeruabat Rota in puncto
coram Emin. Lancellotto 9. Decemb. 1602. in vna
Romana nullitatis. Dices imò hoc non valere in
caſu noſtro, quia licet in ſpecie videantur eſſe di-
ſtincti emens, vendens, & accipiens, re tamen vera
non eſt ita; ſed eſt tantùm quædam fictio; quia licet
conſtitutio cenſus ſit facta à Celio, & Titio, & ſolu-
tio ſit facta à Titio Sempronio, re tamen vera Ce-
lius non eſt alius à Sempronio, quia cenſum emit
nomine Sempronij, & Celius interuenit tantùm
fictè, quia fructus cenſus, quem emit licet ſpecie
quidem emat nomine proprio in rei tamen verira-
te à die emptionis percipiet Sempronius, & ideò
realiter non eſt diſtincta perſona à Sempronio;
Cùm ergo realiter ſit idem Celius, & Sempronius
non aderit in hoc contractu conditio diſtinctionis
25 perſonarum conſiderata à Rota. † Reſpondeo,
cõcedendo quidem totũ fieri vt aſſeritur, negando
tamen ita geſtum eſſe fictum & ſimulatum, imò dico
eſſe veriſſimum, & realiſſimum; & probo communi
26 illo affato Theologorum, & Philoſophorum; † vbi
eſt verus effectus, ibi eſt vera non ficta cauſa, quia
fictum non poteſt producere verum; ſed in caſu no-
ſtro eſt verus, non fictus effectus, ergo etiam vera,
non ficta cauſa; quod ſit verus, non fictus effectus,
probatur, quia verè mutantur termini, nam antea
Sempronius erat debitor mille aureorum Titij, &
nunc realiter tale debitum eſt extinctum, ergo reali
cauſa, ergo reali ſolutione, & incipit eſſe debitor
Celij, realiter ergo ex reali cauſa, nempè emptione
cenſus; & niſi Celius vendat cenſum Sempronio,
Sempronius nunquam iure poterit cenſum exigere,
ergo iſtæ ſunt veræ cauſæ, quia veri effectus, quod
vt planiùs fiat. Demus, quod poſtquam Titius ven-
dit cenſum Celio, fundus ſuper quo cenſus eſt fun-
datus reperiatur alienus. peto ego Sempronius, qui
emit à Celio cenſum ſibi traditum à Titio, poterit-
ne vti anterioritate ſui crediti, nempè illius con-
tracti ex venditione monilium, &c. aduerſus alios
creditores Titij, vel poterit agere tantùm ex inſtru-

mento

mento venditionis census sibi factæ à Celio; certè instrumento hoc posteriori, nempè venditionis, ergo fuit verus contractus census, ergo vetus contractus solutionis, cùm noua creetur, & vetus extinguatur obligatio. Totum hoc manifestissimè apparet in cambijs. Demus enim, quod Carolus mercator diues acceperit pro primis nundinis mille aureos à Bartholomæo, item mercatore diuite; sed tempore nundinarum Carolus non vadat ad nundinas, sed committat Bartholomæo, vt ipse sibi soluat nomine tamen ipsius Caroli; deindè eadem mille eidem Carolo soluenda cõmittat in alijs nundinis, quis hoc damnabit? ergo multo minus illud, alia quamplurima exempla ad hoc conducentia ex realissimis cambijs peti possunt, quibus eluditur omninò eiusmodi argumentum, ideò in hoc non immoror diutius. Ex quibus satis puto perspicuum esse censum, de quo agimus esse immunem in foro conscientiæ ab omni labe vsuræ. Nunc ad secundam propositam dubitationem accedamus; Nempè, an idem contractus etiam in furo fori sit sustinendus, quæ, vt est grauior, ac difficilior, maiorem etiam exigit discussionem.

27 Dico † hunc censum etiam in foro fori esse liberum à labe vsuræ, & esse omninò sustinendum, & probo.

28 Primò, Piana † constitutio (quæ sola nunc facit difficultatem) non obligat ad solutionem pretij in numerata pecunia; sed tantùm ad constitutionem; ita enim habet. statuimus censum, seù annuum redditum creari, constitutiuè nullo modo posse nisi in re immobili, &c. rursum nisi in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti; non autem prius accepto integro, iustoque pretio &c. sed iste census est creatus in numerata pecunia; ergo iste census erit secundùm Pianam constitutionem.

Pro intelligentia istius argumenti aliqua sunt notanda. I. aliud esse creari, & constitui censum; aliud esse solui pretium census, cùm enim contractus census sit de genere emptionis, & venditionis, vt supra probatum est, & aliud sit soluere pretium emptionis, & venditionis, & aliud constituere emptionem, & venditionem inesse suo, sequitur idem dicendum de contractu census; quod autem aliud sit constituere emptionem, & venditionem inesse suo, aliud soluere pretium, patet, quia venditio, & emptio ponuntur inesse suo ex conuentione de emenda, & tradenda re pacto pretio, qua conuentione peracta rei dominium transfertur, etiam si pretium non sit solutum; soluere verò pretium est tradere aliquid æquiualens ad extinguendum debitum contractum ob emptionem, alioquin si contractus emptionis non distingueretur à solutione pretij, sequeretur, quod res à vendente semper posset repeti, & ab emente reddi, vsque dum pretium sit solutum; quod est contra praxim; & supra traditam doctrinam tradit Mantica de tacitis lib. 4. tit. 19. simul cum sequentibus, quæ à nobis subijciuntur in hoc 2. notabili, desumptis etiam ex Nauar. Noto ergo 2. de ratione emptionis, & venditionis esse, quod fiant numerata pecunia, idest, quod conuentio rei tradendæ fiat in numerata pecunia, verbi gratia, vendo agrum, conuenio cum emptore de pretio mille aureorum, hæc est vera venditio, quia conuenio in pecunia numerata, idest quæ potest numerari, sed vendo agrum pacto, quod pro pretio mihi itẽ detur ager, vel quid aliud simile; hæc non est venditio, quia nõ est pacto pretio in numerata pecunia; si tamen pacto pretio in numerata pecunia soluam postea idem pretium in alia re, adhuc remanet perfecta venditio, quia de eius substantia non est soluere pretium in numerata pecunia, sed tantùm illud constituere; & si pretium non constitueretur in numerata pecunia, neque esset emptio, aut venditio, sed alius contractus per §. item pretium instit. de emptione, & venditione; & l. pretij causa C. de rescind. vendit. qui textus afferuntur à Nauar. lib. 3. cons. 1. de emp. & vendit. Cuius verba sunt. Contractus emptionis non potest esse nisi pretium constituatur in numerata pecunia, vt est textus irrefragabilis §. item pretium instit. de empt. & vend. potest autem solui in alia re quàm in numerata pecunia, quod quotidie fit; & iure quidem per legem in hoc clarissimam. Pretij causa C. de recind. vendit. Cuius summaria tàm Saliceti, quàm Baldi habent in effectu, quod contractus emptionis non irritatur, nec desinit esse talis eo, quod solutio fiat in pecoribus, vel alia re, quàm numerata pecunia, & Glossa ipsius respondens ad dictum §. item pretiũ sic ait; potest autem solui in alia re, quàm in numerata pecunia, quod quotidie fit, & iure quidem per l. pretij causa, &c. Et legem, quæ habet, quod pretium debeat constitui in numerata pecunia, ait esse veram quoad conuentionem, sed non quoad solutionem; quæ volenti venditori potest fieri in alia re; quod ipsum paulò latiùs dicunt Bald. & Salicet. in d. §. item pretium. Vbi Iason. in additionibus ad Portiũ id admonuit, & totus orbis hoc seruat, quod non satis aduerterunt quidam doctissimi Theologi, qui nullam differentiam constituunt inter conuentionẽ de pretio, & solutionem eius; cùm tamen de essentia, substantia, & forma emptionis sit vt pretium constituatur in numerata pecunia, de accidenti verò, quod solutio fiat in illa, vel alia re, quæ creditori placuerit; hæc Nauar. ex quibus manifestissimè apparet aliud esse creare, & constituere censum, aliud soluere pretium census iam constituti. Noto 3. Summum Pontificem non dicere censum esse creandum in numerata, & soluta pecunia coram Notario, &c. sed tantùm coram Notario, & testibus esse constituendum in numerata, & non addit soluta. Noto

29 4. † hanc constitutionem esse exorbitantem à iure, vt ait Cencius de Censib. p. 2. cap. 2. quæst. 1. art. 4. nu. 18. & ideò esse intelligendam, vt quantò minus fieri potest lædatur ius naturæ, & antiquum corrigatur, cap. cùm dilectus extra de consuet. iuncta l. si debitor C. de distract. pignor., quæ vt maximi sunt notanda, ita placuit paulò latiùs obseruare, & declarare. Hinc his præmissis tres modos assigno, quibus satisfieri potest prædictæ constitutioni Pianæ etiam in foro fori.

30 P. † Summus Pontifex requirit tantùm, quod census creetur in numerata, non autem requirit, quod etiam sit in soluta pecunia, ergo iste noster census erit de rigore iuris sustinendus, cùm verè sit creatus in numerata pecunia, est enim constitutus pro pretio mille aureorum. Dices hoc esse contra mentem Summi Pontificis: sed respondeo, imò hanc esse Summi Pontificis mentem colligi ex scribentibus in hanc constitutionem, quia ad hanc edendam motus fuit Summus Pontifex, ideò, quia ad ipsum fuit perlatum multas adhiberi fraudes in constitutione censuum, maximè, quod venderentur pro censibus panna, & aliæ merces, Ideò Summus Pontifex, vt tolleret has fraudes, stabiliuit, vt fieret census in numerata pecunia. 2. probatur, quia hæc constitutio, cùm sit exorbitans à iure, debet intelligi, vt minus lædatur ius naturæ, & corrigatur ius positiuum.

positiuum, quàm fieri possit; sed si aliter, quam nos tradimus intelligeretur, corrigeretur ius naturæ, & ius positiuum, quæ dicunt de ratione venditionis esse tantum, quod constituatur, non verò soluatur in numerata pecunia, ergo hoc modo est intelligenda. Dices, non tollerentur fraudes. Respondeo eas omnes, quæ hoc modo possent fieri, neque vitari, si alio modo intelligatur, vt experientia patet, maximè si exbursetur pecunia, & peracto contractu ementi iterum reddatur, est ergo intelligenda ista constitutio, quod census creetur non mercibus, &c. sed numerata pecunia.

31 Secundus modus † quo satisfit eidem constitutioni, est, quod licet census non solum debeat constitui, sed etiam solui in numerata pecunia, adhuc istud pretiũ est solutum in numerata pecunia, quia non dantur annuli, vestes, & similia pro pretio, sed verè creditum mille aureorum, qui verè sunt pecunia numerata, nam venditio vestium, & similium non est facta eo intuitu, vt census constitueretur, sed reuera, vt pretium solueretur, cum autem emptor earum rerum non haberet vnde solueret, tempus solutioni appositum esset elapsum, & vendens damnum pateretur, quia illa eadem esset venditurus, & ex pretio redditus percepturus; non potest dici, quod pretium soluatur in merce, sed in pecunia numerata; qui modus etiam in foro fori est sustinendus, cum cesset fraudis præsumptio, quod militat etiam in foro fori, vt infra.

32 Tertius modus, † quo eidem constitutioni potest satisfieri est, quod iste census est factus in numerata pecunia, & pretium item est solutum in numerata pecunia, quia est creatus pro mille aureis, & pretium item est solutum, & numeratum mille aureis, dati sunt enim in bursa mille aurei, qui licet actu non sint numerati, est tamen pecunia actu numerata, idest, quæ actu numerari potest; ergò constitutioni est satisfactum per ea, quæ tradita sunt, imò hic modus est magis tutus, quàm si pecunia numeraretur actualiter, quia in numeratione potest accidere error, & in casu nostro, neque error, neque fraus potest intercedere, quia illa pecunia, quæ traditur in bursa inclusa pro pretio census mille aureorum à Celio Titio, statim traditur etiam à Titio Sempronio in extinctionem veram, & realem debiti mille item aureorum, & à Sempronio fit absoluta liberatio debiti; qui modi omnem certè tollunt difficultatem, si rectè perpendantur, at si quis nec dum acquiesceret accipiet etiam sequentia.

33 Ludouicus † Molina, qui tuetur solutionem pretij esse faciendam in numerata pecunia, tandem veritate, & necessitate compulsus disp. 390. affirmat numerationem pecuniæ non esse necessariò faciendam coram Notario, & testibus, sed satis esse, quod antea sit numerata, & pretium sit iustum; accipe eius ipsissima verba. Si autem pecunia fuerit numerata antea, atque integra in præsentia tabellionis, & testium tradita, non auderem condemnare contractum non solùm in foro conscientiæ, sed neque in foro fori, &c. quis autem audeat dicere pecuniam non fuisse numeratã antea, & pretium esse iustum, cum eadem mille, quæ traduntur pro pretio census à Celio, accipiantur à Sempronio itidem in extinctionem mille? Quanti autem facienda sit ista conditio, quod census fiat in numerata pecunia, audi eundem iustissimum, & doctissimum Molinam loco citato; nempè disp. 390. de contract. ita fantem. Illud admonuerim, quamuis solemnitas huius clausulæ ex sancto zelo statuta, ac santissimo Pontifici fuerit suggesta, fortasè expedire vt aboleretur; paucissimi enim sunt, qui illam seruent etiam vbi Bulla illa in multis recipitur, & seruatur; partim, quia illa solemnitas à contrahentibus necessaria esse ignoratur, vt validus sit contractus; partim verò, quia molestissimum illis est, neque sine sumptibus fieri potest, vt pecunia sex, aut octo mille aureorum coram tabellione, & testibus numeretur, aut etiam illis tota in ipsa confectione instrumenti tradatur; Neque enim ea omnia statuenda sunt, quæ inspecta ad aliquem bonum finem iudicantur expedire, quando spectata fragilitate humana difficile, & à paucis implebuntur, occasioque esse possunt illaqueandi conscientias, dubitandique an contractus alioqui iusti in se irriti sint cum onere restituendi, & computandi in pretiũ pensiones acceptas, præsertim, cùm experientia sit copertũ occasione sollemnitatum eius Bullæ plurimas esse ortas lites, tàm in sæculari, quàm in ecclesʃ. foro circa multos census bona fide post eã celebratos, atq; in se iustos; vnde sequitur multos ob ignorantiam sollemnita-
34 tum non modicum in suis bonis pati. † Ecce quomodo vir iste societatis Iesus loquatur de ista clausula, nempè, quod census fiat in numerata pecunia; expedire si tolleretur; à paucis seruari in hac parte, etiam si seruetur in alijs; inducere molestiam, & onus, licet videatur expedire non esse, tamen statuendam, ignorari à plerisque, nec iudicari necessariam, & ideò esse occasionem multorum detrimentorum; illaqueare conscientias; esse causam multarum litium, lædi ius naturale, & positiuum; quæ absq; ista conditione contractum permittunt; quę inconuenientia fortasse considerans Ludouicus de Auend. iuris Prudentiæ doctissimus in suo tractatu de censibus cap. 37. num. 31. non dubitauit asserere, prædictam conditionem non esse de forma contractus, & ideò non seruatam non inducere nullitatem census in foro fori & animæ, neque fortasse erit difficile Auendag. hanc suam sententiam tueri. Si enim licet Molinæ asserere non esse de forma, quod numeratio fiat coram Notario, & testibus, quare non poterit asserere etiam Auendag., neque numerationẽ esse de forma, cùm sub eodem tenore verborum, & eodem modo vtrunque præcipiatur, vel statuatur? Neque fortasse validiùs argumentum habebit contra se, quàm quod contrarium communiter sentiatur, sed quidquid dicant, & sentiant isti summi legum vertices, mihi satis erit ex his concludere, quod non est ita hæbraicè intelligenda ista constitutio, quin admittat explicationem alicuius ex modis supradictis.

Secundò, Principaliter probo hunc censum esse sustinendum; lex non obligat, nisi secundum quod est acceptata, & potest obligare in vna parte, & non in alia. Nauarr. man. cap. 23. num. 62. Valent. 2. 2. disp. 7. art. 5. p. 5. quęst. 4. Salas de leg. disp. 13. sectio.
35 1. ad fin. Reginal. lib. 13. num. 163. & alij, † sed ista constitutio Piana, quod hanc partem ferè nullibi est recepta, vt testatur Molina supra citatus, & Leonellus Gloss. 7. supra, & in his nostris regionibus omnes ferè census constituuntur, vel non numerata pecunia, vel si numerata statim reddita, vel etiam tantùm ostensa non tradita, nec numerata, testes adhibeantur ipsi Notarij; ergo quoad hanc partem non obligabit.

36 Tertiò, Lex † non est ita interpretanda, vt pariat, sed vt tollat lites, & discordias, non vt foueat, sed vt præcidat iniustitias, & iniquitates, alioquin non esset æqua, & communitati vtilis; & esset contra finem ipsius legis talis interpretatio; argumen-

to proemij Iustin. Instit. sed lites iniustitiæ, perturbatio communitatis, &c. sequuntur ex ista conditione ita nudè explicata, vt sonat per ea, quæ adduximus ex Molina paulo supra ergo in alio sensu est accipienda, ex quo talia incommoda non sequantur, quod puto non sequi admissis modis supra assignatis; & confirmatur, quia si ex eo sensu, qui verè fuit intentus à legislatore sequatur inconueniens ex lege, vel alio modo, est explicanda si potest, vel omninò tollenda si non potest. D. Tho. 2, 2. quæst. 120. art. 1. in corp. Caiet. ibid. Clauis Regia lib. 3. cap. 6. num. 4. Salas disp. 21. sect. 10. num. 25. Suar. lib. 6. cap. 8. num. 1. & cap. 9. num. 2. cum ergo in eo sensu accepta ista constitutio pariat illa inconuenientia, de quibus supra, sequitur, quod in eo non sit intelligenda. Vnum rantùm inconueniens explicabo, quod, vt est probabilissimum, ita omninò vitandum, quod est. Omnes ferè contractus census initi, vel ob ignorantiam necessitatis huius conditionis, vel quia non est putata necessaria, vel non recepta sunt absque ista sollemnitate, & bona fide fuerunt putati veri, & validi: nunc si declararentur nulli, quod inconueniens sequeretur? quæ damna ex contractu communiter licito putato, & bona fide inito, paterentur ementes, si in sortem cogerentur computare fructus?

37 Quarto, Cessante † causa, & ratione legis, cessat etiã legis dispositio, & ipsa lex, quia cessante causa cessat effectus, l. adigere §. quamuis, ff. de iurepatr. cap. cùm cessante de appellat. Quod maximè verũ est in casu nostro, etiam in foro fori, quia causa & ratio huius legis est præsumptio fraudis, cessante ergo fraude, & præsumptione fraudis cessabit etiam ista lex, quia etiam in foro fori præsumptio cedit veritati, & veritas præualet præsumptioni, l. nuptura filio ff. de iure dot. l. fi. in princ. ff. quod metus causa, l. cum de indebito, ff. de probat. l. in reb. C. de iure dot. Socin. cons. 164. col. 5. vers. sed ad hanc obiect. volum. 2. Paris. cons. 29. num. 44. lib. 2. Roland. cons. 99. num. 11. lib. 1. Surdus cons. 7. num. 61. & cons. 16. num. 22. & cons. 28. num. 110. Tusc. tom. 6. litt. P. conclus. 612. & ista constitutio est ædita ob præsumptionem fraudis, vt sup. dictum est; sed in casu nostro non solùm cessat fraus, sed etiã præsumptio fraudis, quia mille, quæ dantur pro creatione census recipiuntur in extinctionem debiti realis pariter mille, ergo, &c.

38 Sed † contra hoc dictum, quod cessante causa legis cesset lex, multa obijciuntur. Primò, l. verba, C. ad legẽ Iul. de adulteris, in qua disponitur, quod mulier à viro discedens ob adulterium, non possit manumittere seruos spatio sexaginta dierum, qui dantur marito ad accusandam vxorem, quæ lex includit seruos tàm præsentes, quam absentes, & longè distantes; & tamen si vera esset ista propositio, nõ deberent includi sub illa lege absentes; quia cessat ratio legis, quę ideò negat mulieri seruorũ manumissionẽ, ne ab ipsa hoc beneficio affecti taceant, & nolint testimonium ferre contra ipsam, si quid sciant dum à marito accusatur, quod videtur omninò cessare in absentibus, & longè distantibus, ergo, nõ est simpliciter verum, quod cessante causa cessat effectus, idest cessante legis causa, cessat lex. Secundò lex prohibens ne sine causa iuretur videtur habere pro fine vitare periurium, & in eadem præcepto prohibetur etiam iuramentum ad verum firmandum, si fit sine causa. Tertiò, ieiunium est indictum ad sedandos motus carnis, & sensus petulantiam comprimendam, & tamen ieiunij preceptũ, vel lex adhuc obligat, etsi cesset huiusmodi finis, tenentur enim ad ieiunium etiam illi, qui pacatissimos habent sensus carnis, ergo non est simpliciter verum, quod cessente fine legis cesset lex. Ad istas, & omnes alias similes obiectiones breuiter respondeo, quod in his finis legis non cessat in totum, sed rantùm in partem. Ad legem verba dico, quod eius finis est prouidere, quod serui beneficio affecti à muliere non solùm non ferant testimoniũ de adulterio, quod fortasse de recenti commisit, verùm etiam de alio, quod fortasse remotiori tempore patrauit, & ideò licet seruus nunc absens non possit ferre testimonium de adulterio præsenti tempore cõmisso, poterit fortasse de commisso annis elapsis, & ideò sub lege includitur. Ad secundum dico, non esse adæquatum finem legis prohibentis iurare euitationem periurij, sed intendere etiam euitationẽ iuramenti veri, si tamen sine causa, ne dehonoretur D. O. M. Ad tertium dico finem ieiunij non esse solùm comprimere rebelles motus carnis; sed etiam Deum imitari incarnatum, qui nobis suo exemplo prælucens ieiunauit quadraginta diebus, &c. & etiam impellere de aliquos actus virtutis.

Obijcitur secundò, quod illud axioma habeat verum, quando causa, & finis cessat totaliter, at non sufficere, quod cesset in aliquo singulari, quia ratio legis debet attendi in sua generalitate, vt verificetur de generibus singulorum non de singulis generum Bald. l. non dubium sub num. 7. uers. sequitur videre C. de leg. Alex. cons. 32. nu. 6. lib. 7. Sotus de iust. lib. 4. art. 5. nu. 3. cùm igitur præsumptio fraudis cesset tantùm in casu nostro, & possit subesse alijs, videtur concludendum, quod lex non cesset. Ad hoc argumentum soluendum multa habet Scaccia de commercijs §. 1. q. 1. num. 510. qui aliorum reiectis responsis, ita ipse vult esse intelligendum, quod habeat verum, si finis legis non solùm cesset actu; sed etiam potentia, pro qua sua responsione multa dicit, & multa congerit exempla; sed tandem hoc modo concludit. Prohibetur armorum delatio, & finis est, ne quis offendatur; attamen, si quis deprehendatur cum armis prohibitis, licet sit homo pacificus punietur, quia licet actu cesset præsũptio, non tamen cessat potentia, cùm enim sit pacificus constat, quod neminem offendet, attamen, quia potest offendere non cessat dispositio legis; si verò deprehendatur puer cum armis non punietur, quia non solùm cessat actus præsumptionis; sed etiam potentia; Sed pace doctissimi viri & exemplum, & doctrina mihi videntur, & ab ipso impugnata, & iuribus, & rationi contraria hoc enim est idem, quod cessare in partem, non autem in totum, quod ab ipso fuit impugnatum, sed quidquid sit de hoc, certe repugnat iuribus, & rationi; quia commune est affatum, quod impossibilium nulla est obligatio, sed quando cessat potentia præsumptionis delicti est impossibile delictum, ergo de istis nulla erit obligatio, ergo neque legis dispositio: lex enim non disponit nisi de illis, quæ possunt fieri; sed de ijs, quæ non possunt fieri non disponit; si ergo non disponit, neque obligat, sed quod nunquam obligauit non potest dici cessare ab obligatione, sed nunquam obligasse; ergo non benè asserit Scaccia; cessante potentia faciendi, quod vetitum est à lege, cessare legem, sed dicendum est in illo casu nunquã obligasse; quia impossibilia non clauduntur sub lege; quod clarum facio exemplo pueri ab ipso allato; Homo pacificus defert arma, & tamen certum est, quod neminem lædet, & punietur; Puer autem defert arma, & eodem modo certum est, quod nemi-

nem lædet (& non punitur, quæ est ratio diparitatis?) quia in adulto cessat quidem præsumptio, & punitur, in puero autem non solùm cessat præsumptio, sed etiam potentia, & non punitur; quod tamen non posse dici supra monstratum est; quæ est ergo ratio? accipe, quia in adulto non cessat omnis præsumptio, quia licet sit vir pacificus adhuc potest præsumi, quod offendere velit; solus enim Deus scrutator cordium;& ideò non omnino cessat præsumptio, quod si omnino cessaret præsumptio, certè non puniretur; deindè adsunt duo; præsumptio, quod velit offendere, & iussio magistratus, vel potestatis, si probet contra præsumptionem, eamque elidat demonstrando, quod neminem voluisset offendere, adhuc erit contumax, quia non paruit. Tertiò lex punit ad aliorum exemplum. Puer autem non punitur, non eo, quod non potuit lædere,sed quia legi non est subiectus; de illis enim lex non disponit, quæ igitur erit responsio? Prima. Cùm valeat argumentum à toto ad totum,ita valet argumentum à parte ad partem;quando ergo cessat finis legis in totum, in totum etiam cessat ipsa lex, cùm autem cessat in partem, in partem etiam lex ipsa cessat; & in lege, quæ nititur præsumptioni hoc maximè verum est, quia præsumptio cædit veritati etiam in foro fori, vt supra dictum est, & præsumptio tollitur veritate. Stat ergo, quod cessante ratione legis non solùm actu, sed etiam potentia non dicitur lex cessare, quia non dicitur cessare ab obligando, quod aliquando non obligauit, sed lex nunquam obligauit in ijs casibus, in quibus finis cessat actu, & potentia, quia impossibilium nulla est obligatio, ergo neque potest dici cessare, sed nunquam obligasse; ad hoc autem, vt dicatur cessare necessè est, quod potentia saltem ratio, & finis non cesset, quia etiam de illo casu, tunc intelligitur disponere, ac actu cessando, verè tunc dicitur cessare ab obligatione in illo actu, de quo disponit; Quod si cesset finis, & ratio in totum, lex tollitur in totum, si autem solùm in partem, cessat in partem, quia est eadem ratio, & valet argumentum à parte ad partem
39 sicuti à toto ad totum; † & confirmatur ex eo,quod communiter Doctores asserunt Tridentini Decretum disponens regulares super inualiditate professionis elapso quinquennio non esse audiendos, non includere eos, qui dicunt de inualiditate professionis ob aliquod impedimentum perpetuum; quia cùm impedimentum sit perpetuum, impossibile est præsumptionem ratificatæ professionis fundari,non ergo lex cessat quando actu, & potentia cessat finis, & ratio ipsius, sed dicitur casus non inclusus, & lex non obligans; ex quibus patet, quod omnes census in quibus licet possit subesse fraus, si tamen probetur abesse, etiam in foro fori, sunt substinendi; & in casu nostro non solùm probo non subesse fraudē, sed neque posse subesse per ea, quæ tradit Corneus consf.241.num.6.& 7.lib.3.& Surdus apud Cencium de Censibus p.2. cap.1. q.1. art.6. num. 32. nempè.
40 Simulatio † non potest considerari, vbi actus habet fundamentum in veritate causæ præcedentis, quod ideò verum est,quia cùm effectus, vel actus, habeat esse à causa, si causa est vera, verùs etiam erit effectus; ergo etiam à contrario licebit argumentari; vbi erit verus effectus, ibi erit etiam vera causa, & consequenter ibi nō poterit subesse presūptio frau-
41 dis, vel simulatio; † Nunc probo in casu nostro simulationem nō posse considerari; est verus effectus nempè extinctio realis debiti mille aureorum,quod Titius contraxerat cum Sempronio, quia verè Titius non est amplius debitor, neque Sempronius creditor, ergo vera erit causa nempè solutio; sed ijsdem mille aureis, quibus extinguitur debitum, fundatur census; ergo si extinctio debiti est vera,vera erit fundatio census; Cùm ergo sit veritas in istis, exulabit omnis simulatio, & fraudis præsum-
42 ptio, † & nemo censendus est iactare suum l.cum de indebito. Versu, qui cum soluit,ff.de probat.Menoch.de arbitr. cas.88.

Quintò, Probo hunc censum omninò esse susti-
43 nendum. Scáccia loco supra citato asserit † solutionem pretij census factam per cedulam bancariā exhibitam in actu celebrationis contractus esse validam, & æquipollere solutioni factæ in numerata pecunia, quod firmat Gratianus discep. for. tom.3. cap.87. num.46. & sequitur Cencius p.2.cit. quæst. 1.art. 7. cap. 1. num. 14. & sæpiùs declarauit Rota maximè in vna Beneuent.corā bon.mem.Eminent. Card.Pamphilio 29.Maij 1593.si ergo valet constitutio census facta solutione pretij per cedulam bancariam, quare non valebit exhibitione bursæ pretium continentis quo immediatè extinguitur debitum eiusdem qualitatis cuius est census nempè
44 mille aureorum? liceat † ergo concludere cum eodem Cencio, hanc constitutionem non esse adeò iudaicè explicandam,quin admittat aliquam exten-
45 sionem, ex identitate rationis; † & num.15. refert Doctores sustinentes non esse de essentia census, solutionem fieri in actu celebrationis contractus, sed sufficere, quod sit facta ante, vel post; nec tales solutiones repugnare huic contractui ex constitutione Piana celebrati, quia de hac solemnitate non multum est curandum si constet de veritate pretij sine fraude soluti.

46 Vbi † constitutio continet aliquid non propter se principaliter; sed ad euitandam aliquod malum, itaut euitatio mali sit finis constitutionis, si finis,ad quem tradita est constitutio nō violatur,transgressores talis legis,seù constitutionis non illaqueantur ad pœnam, quod verum est in vtroque foro. Abbas in cap. quoniam contra num.6. not. vlt. de probat. sed ista Piana constitutio non continet aliquid propter se, sed condita est ad euitandas vsuras, & alia mala, vt supra, ergo transgressores non illaqueantur ad pęnam istius constitutionis,quæ est nullitas contractus,iuxta probabilissimam sententiam scribentium, & hoc tradentium in l.non dubium C.de legi. & in c.2.de constitut. & nullitatem esse pęnam tutò posse defendi asserit Leonellus de censib. Gloss.33.

47 Septimo, Dato etiam, † quod pertineret ad formam contractus, quod solutio fiat in numerata, & soluta pecunia, & esset talis sollemnitas omissa, adhuc census deberet sustineri, si alioqui pretium sit iustum, quia est res leuis cuius omissio non vitiat contractum; ita Molina cum Aluaro, Valasq. Bartolo,& alijs,quos citat,& sequitur de contract.disp. 218.& disp.390.

Octauò, Iudices debent omninò sustinere huius-
48 modi census. † Nullitas huius census est pœna, vt diximus supra secundùm probabilissimam sententiam, quam totò etiam esse sequendam retulimus ex Leonello, ergo non est subeunda nisi sequuta
49 sententia iuxta communissimā sententiam; † cùm ergo in iuditio detur probatio aduersus præsum-
50 ptionem, † & præsumptio vna tollat aliam l.diuus, ff.de in integ.rest.l.quidam testamento,ff.de vulgari, & pupill. substit. cum alijs iuribus, vt docet Menoch.remed. recup.15. num.333. & 387. Mascard. de probat.conclus.405.num.5.& alij,& præsumptio debet cedere veritati etiam in foro fori per l. nu-
51 ptura, & alij supra citat. † Iudex non debet proce-

dere

dere ad inflictionem pœnæ si de veritate elidente præsumptionem constat; sed omninò contractum debet sustinere.

52 Nonò, Scaccia supra relatus tradit † frequentissimam praxim Romanæ Curiæ in his censibus validandis, quæ talis ab eo describitur; si venditor censûs dreat de nullitate eo, quod census non sit constitutus in numerata pecunia, conuenitur ab emptore ad tribunal signaturæ gratiæ, & ibi constito de veritate pretij, & eiusdem, iustitia etiam renuente venditore sanatur in illo tribunali contractus, si in aliquo laborat, & ad illius obseruantiam cogitur. Ecce quanti fit Romæ ista conditio; quantò ergo magis iudex debet sustinere contractum talibus præsidijs suffultum, si Romæ etiam omnibus destitutus sanatur, & contrahentes coguntur ad eius obseruantiam etiam inuiti; maximeque hoc à iudicibus est obseruandum, cùm cessante fine legis aliquid disponentis ad malum tollendum pœna non sit irroganda, vt supra ostensum est.

53 Ad vltimum quæsitum, † quod est ad quid teneatur in conscientia Celius Sempronio, cui vendidit censum à se emptum à Titio, & se obligauit de facto proprio. Breuiter respondeo, ex iustitia teneri efficere quantum potest, vt contractus subsisteneatur, cùm illi constet esse legitimum, & se obligauit ex facto proprio, & tenetur pro veritate illi assistere in iuditio etiam ex charitate, quia absque suo adiutorio posset causa cadere, & etiam ratione sui honoris ne videatur contractus iniri fœneratitius eo adiutore.

S V M M A R I V M.

1 *Pacti species.*
2 *Quæstio soluenda quæ sit.*
3 *Testamentum inter liberos valet sine sollemnitatibus.*
4 *Legata ad pias causas valent, si habent requisita iure canonica, licet desint sollemnitates iuris ciuilis.*
5 *Quod verum est etiam foro conscientiæ.*
6 *Nam in foro conscientiæ sufficit constare de veritate.*
7 *An legata profana in testamento valido inter liberos sint sustinenda remissiuè.*
8 *Requisita ad validationem testamenti patris inter liberos.*
9 *Requisita ad validationem legatorum profanorum in testamento valido patris inter liberos.*
10 *Proponitur quæstio disputanda.*
11 *Aperitur ratio difficultatis.*
12 *Scriptura reperta inter cariores res testatoris habenda est pro testamento.*
13 *Scriptura si fidem faciat aliquod esse factum, et si illud non reperiatur, præsumitur factum, & dispositum, & est exequutioni mandandum.*
14 *Morti proximus asserens se disposuisse, dat robur schedula alias inualidæ sui testamenti.*
15. 16. *Ponderantur prædicta, & examinantur.*
17 *Assignantur coniecturæ probantes mutationem voluntatis.*
18 *Schedula manu patris, vel matris scripta reperta apud notarium, nisi sit in protocollo non facit fidem, & arguit imperfectionem voluntatis.*
19 *Ponderatur 2. ratio, & 3. num. 20. & 4. num. 21.*
22 *Ponderatur illa verba: hò disposto assai.*
23 *Exscribitur responsum cuiusdam doctissimi viri de hac re.*
24 *Exponitur eius fundamentum.*
25 *In foro conscientiæ sola rei veritas spectatur.*
26 *Nec vlla habetur ratio sollemnitatum à iure inductarum; multò minus sollemnitatum, quas sibi præfigit testator.*
27 *Contractus valet, etiam sine scriptura.*
28 *Multiplicitas actuum non præsumitur.*
29 *Verba: quèsto è il mio vltimo testamento, qual hò scritto di mia mano, sigillato &c. indicant non esse illud, quod quæritur.*
30 *Clausula concepta verbis præteriti temporis resoluitur aliquando in futurum.*
31 *A communiter accidentibus sumitur satis probabile argumentum.*
32 *Schedula, de qua dubitatur, an sit testamentum, potest tot adminiculis roborari, vt etiam in foro fori habeatur pro testamento.*
33 *Exemplum manu illius Notarij, qui fecit originale exemplatum facit fidem vt originale.*
34 *Expenditur responsum huius doctissimi Viri.*
35 *Tota eius argumentatio in compendium redigitur.*
36 *Eius fundamentum ad trutinam reuocatur.*
37 *Genus est quædam imaginatio intellectus.*
38 *Voluntas reuocata non est ipsa vltima voluntas, sed ipsa reuocatio est vltima voluntas.*
39 *Quæ præscribuntur à testatore non sunt sollemnitates, vt illa iuris, sed sunt conditiones indiuiduantes.*
40 *Extante publica fama, quod testamentum sit factum, adhibita sufficienti diligentia, si non reperitur habetur vt non factum.*
41. *Explicatur ex communi vsu loquendi, quod amotio sigillorum, & incisio lini denotant mutationem voluntatis.*
42. *Iterum expenditur, quod testamentum etiam manu patris scriptum, si reperiatur apud Notarium, sed non in protocollo, est nullum respectu imperfectæ voluntatis.*
43. *Incisio lini, & ablatio sigillorum indicant testamentum nullum ex defectu perfectæ voluntatis.*
44. *Nisi sit certum, & indubium, quod schedula reperta sit eadem ad quam se refert testator, non est acceptanda pro testamento, & est nullius valoris.*
45. *Sollemnitates aliæ essentiales ad validitatem, aliæ ad probandum.*
46. *Istæ essentiales ad validitatem, quia ad hoc vt valeat testamentum, debet constare esse illud, de quo loquitur Testator.*

An valeat Cedula testamentaria reperta, sed non colligata, & obsignata, vt à Testatore asseritur.

I I.

1 INter Scripturas maioris momenti, quas apud se diligenter seruabat D. Titius, reperta fuit quædam Cedula testamentaria, in qua scripto hærede vniuersali Domino Celio eius vnico filio, rebusque suis omnibus ordinatis, toto testamento manu propria scripto, multis tàm ad profanas, quàm ad pias causas factis legatis, tandem in calce testamenti manu pariter propria hæc ipsissima verba subdit. E questo sia il mio vltimo testamento, e non seruendo per testamento, serua per codicillo causa mortis; & mancando qualche requisito per causa di questi calamitosi tempi di peste; voglio, che nè più nè meno sia valido, come se fosse con quelle sollennità necessarie, che imaginar si possa, & tutto il presente testamento hò fatto, & scritto di mio pro-

ptio pugno, & sigillato con sette sigilli dell'arma della mia Casata con cera di Spagna, ligato con filo di rame, e consignato in mano di Tiberio Notaro della terra di &c. territorio di &c. Questo giorno 4. Ottobre 1630. Facto testamento, & postea omninò sublata adhùc superuixit Dominus testator toto integro anno, nec aliud condidit testamentũ; tandem testatore mortuo Dominus Celius eius Filius non obsignato, colligatoque testamentaria Cedula aperta, absque vllo signo à testatore indicato reperta, cepit omni diligentia inuestigare, an etiam indicatum testamentum posset reperire. Adit hæredes Notarij (nam mortuus est Notarius) & quàm diligentissimè perquiritur, publico præcone indicitur omnibus Notarijs vt si fortasse apud aliquem reperiatur, deferatur ad quos spectat, & tamen
2 nusquam, & nusquam hoc testamentum. † Nunc petit Dominus Celius an huic Cedulę teneatur credere, eamque pro vero testamento habere, & an teneatur exequi omnia in illa contenta, tàm quo ad profanas, quàm quo ad pias causas. Aduertendum nos hic non inducere in quæstionem, an Cedula ista testamentaria, eo quod careat requisitis sollemnitatibus, careat etiam efficaci virtute obligandi,
3 nam, cùm † sit testamentum Patris inter liberos, extra controuersiam est valere sine sollemnitatibus in alijs testamentis requisitis, deciditur l. hac consultissima C. de testam. Nec item quærimus, an dato, quod valeat in ijs, quæ pertinent ad liberos, valeat etiam in ijs, quæ pertinent ad extraneos.
4 † Supponimus .n. quo ad legata pia, valere etiam in foro fori, si adsint requisita Iure Canonico, etiãsi absint requisita Iure Ciuili; quia Princeps sæcularis nullas potest præscribere sollemnitates inferendas in dispositionibus ad pias Causas, sine quibus aliæ dispositiones essent nullæ; ita communiter scribentes Abbas cap. relatum el p. nu. 1. de test. Alex. cons. 4. nu. 15. vers. item non obst. vol. 7. Couar. eod. cap. relatum nu. p. Vasquez Theologus de testamentis cap. 3. dub. 1. num. 13. Molina de iustitia disp. 134. tom. 1. Bea. resp. Moral. p. p. cas. 53. qui dicuntur casus Bononienses, & hoc fauore Religionis, & Ecclesiasticæ libertatis, cui omne statutum, seù lex præiudicans irrita est, & illam scribentes, vel secundùm illam iudicantes incidunt in excommunicationem, cap. Graue de sentent. excommunicat. Nauar. in Manual. capit. 27. numer. 130. & cap. 17. num. 117.
5 † In foro autem conscientiæ, si certo sciatur, ac sine dubio credatur ea fuisse à testatore legata, vt in casu nostro patet, quia supponimus testamentum inter liberos valere, & esse manu patris scriptum. Menoch. lib. 3. cons. 235. Couar. in cap. cùm esses de testamentis num. 12. & hoc puto omninò clarum, quia sunt in testamento ualido, quod si essent in testamento inualido, vtique neque ista sustinentur; ita multi, licet etiam alij, contrarium
6 sentiant; † quo ad profana verò, posito quod testamentum patris manu propria scriptum valeat, an valerent etiam ipsa legata profana in foro fori; facilè ex hac dubitatione nos eriperet Bartolus, & cum ipso additionatores ad ipsum in supradicta l. hac consultissima latissimè de hoc agentes, sique negatiuam partem quis tueri vellet, presto haberet Auth. de test. imp. §. nos igitur, ver. si tamen; quam perpendens inueniret requiri ad validitatem legatorum, quod coram testibus publicentur, sicuti requiritur quod Institutio hæredis, & ea quæ pertinent ad liberos manu propria patris scribantur;
7 † cùm igitur ad validitatem testamenti inter liberos requiratur, quod manu propria patris scribatur;
8 ad validitatem † item legatorum ad res profanas requiritur, quod legata patris coram testibus publicentur, cùm in illa lege parificentur manus, & lingua, quo ad validitatem, si rectè perpendatur ille. text. & ita sentit Ruinus cons. 75. num. 12. lib. 3. & hoc requiri non tantùm ad probationem voluntatis, sed ad validitatem testamenti, scribit Pereg. cons. 61. num. 9. lib. 1. quibus, & alijs permoti Domini de Rota Romana, ita sensere in vna de Alteriis, quæ est. 734. p. p. diuersorum; solutionẽ verò istius
9 quæstionis † an legata profana valeant in foro conscientiæ, constat pendere ex alia, nempè an testamentum in quo deficiant sollemnitates à iure requisitæ valeat, si indubitanter constet de mente testatoris, & mente disponentis; quam latè disputant Theologi, Iurisqueperiti, quos allegat Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 2. tit. 14. qui etiam pugnantes sententias refert, & latè prosequitur; neque tandem quærimus, an posito, quod valeat ista cedula, cùm sit scripta manu patris fauore liberorũ, valeant etiam legata sine requisita sollemnitate, nempè quod à patre coram testibus publicentur; ex supradictis enim facilè potest haberi solutio.
10 Quod † autem indagamus est; an cedula ista reperta obliget non ex eo, quod desint requisita à iure, & ideò iure ipso sit nulla, sed quia non habet signa requisita à testatore, & ideò ex mente testa-
11 toris sit nulla; † Cùm enim testator dicat suum testamentum esse sigillatum cera Hispana, colligatum filo ramineo, & traditum Notario, & talibus demonstratiuis signis non reperiatur, quacunque diligentia adhibita, sed tantùm ista Cedula testamentaria; meritò nascitur occasio dubitandi, quod hæc sit illud ipsum testamentum à Domino testatore obsignatum; sed facti pertæsum illud reclusisse, soluisse, & ideò voluisse ostendere suam voluntatẽ amplius non esse, quod seruetur; cùm autem de illa constet, & in contrarium sint istæ coniecturæ, meritò dubitat Dominus Celius filius, & hæres, quid sibi in hac re faciendum sit. Multa enim obijciuntur in vtramque partem. Et quod huic Cedulæ standum sit, videtur suaderi.
12 Primò ex † illa clausula; E questo sia il mio vltimo testamento &c., e non seruendo per testamento &c. videtur colligi, quod sit testamentum perfectum perfectione vltimæ voluntatis, cùm non suspendat voluntatem vsque ad rogitum Notarij; sed ex tunc voluerit valere; perinde ac si adhibitæ fuissent debitæ solemnitates, ex quo sequitur, quod cùm voluntas non sit determinanda, seù exequenda per actum alterius voluntatis, dici non possit imperfectum imperfectione vltimæ voluntatis; vt post Bald. in Auth. & qui iurat. num. 17. c. de bon. auct. Ind. possess. tradit Menoch. de arbitr. cas. 490. & dixit Rota coram Seraph. decis. inter eius im-
13 pressas 623. n. 8. † Secundò probatur esse perfectũ perfectione vltim. volunt. quia ista scriptura est reperta cum alijs scripturis maioris momenti ipsius Domini testatoris. Huiusmodi autem scripturæ ita repertę præsumuntur vera instrumenta, ac valida, vt in terminis (Menoch. lib. 4. præsump. 7. nu. 5. & alij apud ipsum, & Gratia. disceptat. for. cap. 235. n. 59.
14 Tertiò probatur, quia, quotiescunque aliqua reperitur scriptura, quæ fidem faciat, & testetur aliquid esse actum, licet, quod testatur actum, non reperiatur, debet tamen præsumi factum, & suppositi, &, quod in ea præcipitur, est exequendum, l. si Titia §. vlt. ff. de verborum obligat. l. ex hac scriptura. ff. de donat. l. Ne in arbitris. c. de arbitr. Cùm ergo ista cedula testetur, & fidem faciat, testamen-

tum

tum esse factum, imò & demonstret, vbi sit reconditum, quomodo sit colligatum &c. vtique debemus supponere esse factum, & exequi, quod nosci-
15 mus in eo ex præscriptũ. Quartò † Videtur apertè colligi ex dictis testatoris morti vicini, & proximi, dum interrogatus, an vellet de rebus suis disponere, asseruit, se satis disposuisse, sed nulla alia dispositio reperitur, nisi ista; ergo ista est, quæ haberi debet, & seruari pro vltima, & perfecta voluntate dicti testatoris.

16 Quæ † quidem rationes, licet vrgere possent in simplici schedula testamenti reperti inter scripturas magis charas testatoris, non tamen videntur
17 concludere in casu, de quo nos agimus. † Nos enim non quærimus, an quælibet schedula ijs qualitatibus affecta, quæ describuntur in supradictis argumentis, sit habenda pro perfecta vltima voluntate, sed an schedula, quæ ex dictis ipsius testatoris debet esse colligata, signata cera Hispana &c. si talis non sit, etiam si reperiatur inter scripturas chariores ipsius patris, sit habenda pro vltima voluntate & sit perfecta perfectione vltimæ voluntatis, maximè etiam, cum asseratur tradita Notario, & nullibi reperiatur, quæ valdè inter se distant; nam schedula prima nullum habet signum, nec vllam ingerit suspitionem mutati consilij a patre, secunda verò est maximè suspecta; videtur enim Pater pertæsus prioris suæ dispositionis eam non obsignasse, & tabellioni non tradidisse, sed apud se illam solam scripturam retinuisse in memoriam eorum, quæ disposuerat, & ideò supradictis rationibus posset
18 responderi. † Ad primam quod licet illa clausula non suspendat voluntatem testatoris vsque ad rogitum Notarij, & demonstret suam voluntatẽ non esse exequendam per actum alterius voluntatis; esto totum sit verum; Ex hoc tamen non tollitur vehemens præsumptio, quod ex eo capite, quod non reperitur tradita Notario, & quod non est obsignata &c. sed potiùs dissoluta, & sigillis sublatis, non præsumatur testator, vel mentem omninò mutasse in totum, vel saltem iam scriptis aliquod etiã fuisse additurum, quo casu non diceretur perfecta
19 perfectione vltimæ voluntatis. † Et si schedula manu patris verè scripta nullis adhibitis testibus reperiatur reposita apud Notarium, non tamen in eius protocollo, vbi cætera describit, non habet vim testamenti, neque inter liberos, & ratio est, quia testator non censetur perfectè disposuisse. Ita Iason. in Auth. quod sine n.p. C. de testam. Curtius iunior in cons. 162. & Menoch. de præs. lib. quarto, præsump. 7. n. 3. qui idem etiam consuluisse scribit cons. 42. n. 23. & ita firmasse etiam eruditissimum Cephalum cons. 409. n. 2. lib. 3. quanto magis præsumendum est nullius esse valoris, eo quod dominus testator sit censendus non perfecte disposuisse, in ista, quæ cùm debeat esse penes Notarium, non reperitur, & cum alijs debeat esse munita signis, ijs omnibus est destituta; Potuit enim fieri, vt schedulam istam Notario non tradiderit, nondum firmus, quod valeret, vel fortasse si tempore pestis tradiderit, mutato consilio, & tempore elapso, illam repetierit, & signis validitatis laceratis, illam apud se tenuerit, vt memoratiuam non obligatiuã eorum, quæ tunc temporis gesserat, quo multi multa disponebant, quæ eo elapso reuocabant; timore enim porteriti multa faciebant, quæ timore soluti non habeant rata.

20 Ad † secundam nempè, quod reperta inter scripturas maioris momenti est habenda, vt testamentum, pariter potest responderi; Hoc tunc valere, quando nulla alia adest rationabilis coniectura imperfectæ voluntatis, & mutati consilij; sed in casu isto videtur omninò contrarium deduci; quia illud, quod est testamentum, idest vltima voluntas testatoris, debet esse repositum non inter scripturas testatoris, sed apud Notarium, debet esse obsignatum, colligatum &c. quæ cùm non reperiantur in ista schedula, meritò dicimus illam non esse testamentum illud, quod est perfectum perfectione vltimæ voluntatis, sed exemplum illius, vel etiam exemplar, quod tamen non indicat determinatam testatoris voluntatem, sed potiùs mutatam, quia caret dictis signis.

21 Ad † tertiam, quod quotiescunque reperitur scriptura fidem faciens aliquid esse actum, licet quod testatur actum non reperiatur, debet tamen præsumi, & supponi factum, posset itèm responderi istam non esse scripturam fidem facientem alicuius rei actæ, vt de se patet, sed esse schedulam ipsam testamenti vel eius exemplum; Valdè autem inter se distant, quia si esset scriptura testans vltimam dispositionem esse factam, præsumeretur facta, licet non reperiretur, & deberet valere, quia nulla, vt suppono adesset ratio coniecturandæ mutatæ voluntatis; at in casu nostro est ipsamet facta dispositio, de qua legitimè ambigitur, an testator voluerit valere. Secundò, dato etiam quod ista esset scriptura fidem faciens, testamentum fuisse factum, non tamen tollit præsumptionem legitimam mutatæ voluntatis, vel saltem non perfectæ vt supra dictum est, & ideò neque hoc videtur probare.

22 Ad quartum † quod videlicet interrogatus morti proximus Dominus Titius, an vellet testari, responderit, se satis disposuisse; neque hoc probat, hanc de qua loquimur schedulam esse suam vltimã voluntatem, quia magis expresse illius aliquam mentionem fecisset; sed potiùs præsumenda sunt illa verba prolata more eorum, qui nihil agere vo-
23 lunt. † Interrogati enim an aliquid agere velimus, tædio affecti respondere solemus, Satis egi, ita & Dominus testator censendus est respondisse; Nulla enim ratio potest assignari, quare illius schedulæ non meminisset, eamque alicui non denuntiasset, si illam voluisset valere, & erat enim aperta, & ab omnibus poterat videri, ideò etiam ipse potuisse illam prodere, ac declarare, quod vellet valere; Imò, vt erat vir prudens, & harum rerum satis peritus, & valdè diligens in curandis rebus suis; improbabile est dicere, quod cùm integrum annum pesti sublatæ superuixerit, non curauerit, intelligere an suum testamentum apud Notarium reperiretur, & si cognouisset non reperiri, aliud, si voluisset illud valere non reposuisset. Præterea viderat eo anno, quo pesti superuixit, multas oriri lites ob testamenta illis temporibus condita, & etiam sciebat superuiuentium testamenta gaudere omnibus priuilegijs, quibus gaudent Morientium, non esse ita clarum, sed litibus implicitum; certè ergo cùm omnia ista rectè sciret, erat enim vir gnarus, soliditati suæ vltimæ voluntatis prospexisset, & vt vir prudens dubiorum, & litium causas amputasset; quod cùm nihil horum gesserit, certè putare debemus noluisse testamentum valere. Fortasse potuit schedulam illam post se relinquere non vt obligaret; sed vt admoneret filium suæ voluntatis tunc temporis dispositæ; quapropter re ita in ancipiti versante consultus fuit doctiss. S. B. M. E. B. C. Vir vtriusque iuris peritissimus, qui in hunc modũ respondit.

24 Pro decisione istius dubij, & difficultatis pleni

quæsiti, præmittendum est hoc fundamentum (mea
25 quidem sententia) indubitatum, & firmum, † testamentum esse confectum, & extare saltem in genere; nam præterquamquod Dominus Titius in schedula hoc testatur, cùm dicit, e questo è il mio vltimo testamento: hoc idem morti proximus confirmauit, cùm item dixit, hò disposto assai, Nunc supposito, quod testamentū saltem in genere existat, & subsistat, remanet tantùm inquirendum; quod sit hoc testamentum; & ego in illam inclino sententiam, vt exhibita schedula sit pro testamento habenda, obseruanda, & exequutioni mandanda. Nam supposito, vt asseritur, quod sit manu testatoris scripta, & inter eius chariores, & maioris momenti scripturas reperta, tenetur hæres in conscientia illi fidem præstare plenam, & consequenter illam exequi, vt verum testamentum, & perfectam defuncti voluntatem, absque alio respectu, quod suprascriptæ desint sollemnitates, cùm sit in iure
26 tritum, & certa regula tradatur, † quod in foro animæ sola rei veritas attenditur cap. tua nos, & cap. is qui fidem de spons. Innoc. in cap. quia plerique de immun. Eccles. Decius in cap. 1. de constit. in p. lect. n. 67. vers. 4. conclus. & in 2. lect. n. 32. & 37. cum pluribus cumulatis per Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 45. sub nu. 2. & ad rem nostram per Mant. de coniect. vlt. voln. lib. 2. tit. 14. n. 14. nec quidquam aliud curat Deus, præter testatoris intentionem. Bald. in l. 1. n. 66. in fin. C. de sacros. Eccles. relatus per Manticam n. 23. & ideò quocunque modo sit certus hęres de voluntate testatoris, licet careat sollennitatibus, illam tenetur adimplere, & si non adimpleat reus est culpæ, & conscientiam habet læsam, & maculatam. Abbas in cap. quia plerique n. 42. de Immun. Eccles. Mant. eodē lib. 2. tit. 14. n. 23. Ripa l. nemo potest. n. 101. de legat. 1. Nec obstat, quod regula, & conclus. supradictæ habeant locum, & intelligantur de testamento, quod caret sollemnitatibus à iure publico inductis, non autem de ijs, quæ præfixit testator, dum dixit. E tutto il presente testamento hò fatto, e di mia propria mano scritto, e sugellato, vt supra sæpè dictum est, quia procedunt multo minore dubitatione in hoc nostro casu, quam in alio; nam cùm agitur de defectu sollemnitatum à iure publico inductarum, non solùm obstat obseruantię testamenti legislatoris potestas, sed etiam expressa eius voluntas, quod testamentum non valeat conditū sine illis solemnitatibus, & ideò neque est exequutioni mandandum, at in casu, in quo nos versamur, etiam supposita testatoris potestate, non tamen sumus certi de eius uoluntate, quod eius testamentū integrè perfectū, & propria manu scriptū habeatur nullū ex eo tantùm, quod desint aliquæ sollemnitates, nempè quod non sit ligatū, obsignatū &c. imò in dubio contrariū est asserendum, & pro validitate iudicandū; & con-
27 firmatur exemplo. † Si duo verbis perficiant contractum, deinde conueniant inter se, quod de eo formetur authenticum instrumentum, non ideò, quod contractus in scripturam authenticam non redigetur, est colligendum eorum mentem esse, ex defectu talis instrumenti non durare obligationem verbis contractam, neque putandum est scripturam esse de substantia contractus talis, sed tantùm ideò fuisse de illa inter eos conuentum, non vt illa deficiente cessaret obligatio, sed vt casu eueniente obligationis facilis esset probatio; si tamen contrahentes expressè non declarasent sine tali scriptura contractum esse nullum. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 10. in fin. Rota Rom. decis. 377. n. 6. p.

p. diuers. & in impressis Buratti. decis. 898. nu. 7. & ibi latè Additionator, quod hic non fecit testator; Ex quibus facilè colligitur defectum obsignationis, colligationis, non obstare, quin hoc testamentum, alioqui perfectum, sit omninò sustinendum; cùm prædictæ non sint sollemnitates de substantia, sed tantùm ad maius robur fidei addendū, & ad maiorem probationem quod illud sit testamentum prædicti Domini testatoris, nec vllo modo fides potest deesse etiam sine illis, quia omnes fatentur esse scriptum manu ipsius testatoris, & inter scripturas maioris momenti asseruatum. Ad illud autem, quod dici posset existere aliud testamentū.
28 † Respondetur, tritissimam esse regulam quod multiplicitas actuum non præsumatur. Iason. in l. cum qui §. in popularibus n. 18. & seq. ff. de iur. iur. Felin. in c. cùm Ioannes n. 7. de fid. instr. cum pluribus adductis per Surdum cons. 16. n. 9. impress. post cons. 21. Menoch. de præs. lib. 6. præsumpt. 15. num. 1. & in casu nostro maximè verum est, cùm sit omninò improbabile, quod si Dominus testator aliud condidisset testamentum, hoc non fuisset laceraturus, cùm esset in sua manu, & tamen reperitur illæsum, & inter alias scripturas maximi momenti repositum; nec putandum est, id obliuione contigisse, quia patet tàm parum temporis intercessisse, quod illa non potest præsumi, & Dominus testator supponitur vir diligens, & sagax, & nego-
29 tium est tantæ æstimationis, & momenti. † Posset etiam probari, hanc schedulam non esse ipsummet testamentum; sed esse tantùm alterius exemplum ex illis verbis. Hò fatto il presente testamento, e sigillato &c. hæc enim verba hò sigillato &c. & ligato &c. indicant tempus præteritum, quod non potest adaptari illi, quod actualiter scribebat, quia debuisset dicere. E questo mio testamento scritto di mia mano sarà sigillato, e ligato; quo facilè intelligi posset hic modus loquendi de illo, quod tunc exarabat, sed dicere, e sigillato &c. videtur supponere iàm factum, & obsignatum aliud ab isto.
30 † Attamen negari non potest, quin eadem clausula sub præteriti temporis modo expressa aliquando resoluatur in futurum; & patet ex communissimo vsu, quo vtimur in subscribendis priuatis scripturis, v. g. In fede di che hò fatto, & sottoscritto la presente scrittura di mia mano, & tamen non est adhuc subscripta, sed resoluitur in futurum, nempè
31 subscribetur. † Et hoc argumentum à communiter accidentibus in iure habetur satis probabile, & vtile, vt constat ex Euerardo in topicis iuris super hoc loco in princ. sed admisso, quod non sit originale, sed tantùm exemplum, licet in foro iudiciali non admitteretur l. 1. §. sed si vnum fecerit testator ff. de bon. poss. secundùm Zab. & ibi Gloss. & DD. in foro tamen conscientiæ vbi veritas tantùm attenditur, non autem præsumptio neque sollemnitas, crederem dictam schedulam, vel exemplum indubiè manu testatoris scriptum, & clarè eius mentem explicans debere recipi, & exequutioni demandari, vt verum testamentum; maximè hoc confirmantibus verbis à Domino testatore morti proximo prolatis nempè, hò disposto assai. quæ de alia dispo-
32 sitione non possunt intelligi, nisi de ista; † ex quibus adminiculis adeò roborata manet fides istius schedulæ, vt etiam in foro fori sufficienter fortasse esset comprobata; Nam etiam de iure exemplum concurrentibus adminiculis, & coniecturis probat Hostiens. in cap. 1. de fide Instr. Menoch. cons. 924. num. 35. Rota Romana apud Varallum decis. 234. num. 2. par. prima, & in impressis post secundum

secundum volum. cons. Fer. decis. 368. num. 6. &
coram Burat. decis. 243. nu. 1. Marescot. variar.
resolut. lib. 1. cap. 81. nu. 5. præcipuè, cùm eadem
33 manu scriptum sit, qua est originale; † Sicuti etiam
exemplum ab eodem Notario, qui confecit origi-
nale, scriptum, facit eandem fidem, ac originale.
Bart. in l. in fraudem §. neque instr. in princ. ff. de
iur. Fisc. cum alijs adductis per Angelum in §. nihil
autem n. 4. vers. sed tu dic. Inst. de testam. ordin.
Menochius cons. 175. num. 29. *Ita scripsit doctis-*
34 *simus, & eruditissimus Vir iste;* † Cuius tamen
sententiæ non omninò acquiescit animus meus, nec
capere possum, quomodo rationes probent efficaci-
ter, & responsiones eiusdem tollant rationes in
contrarium, quæ faciunt difficultatem. Supponit
enim fundamentum, apud ipsum indubitatum, &
solidum, quod apud me est incertissimum, & labilis-
simum, & maximè nutat; sed vt clariùs omnia vi-
deantur, redigamus omnem eius rationem ad for-
35 mam; & ni fallor est talis. † constat testamentum
esse factum, & existere in genere, ergo ista schedu-
la de qua agimus, est ipsa habenda pro valido testa-
mento, & exequutioni mandanda. Neque obstat,
quod non sit ligata, & sigillis obsignata, quia, cùm
sint quædam sollemnitates, à testatore præscriptæ
ad maiorem fidem testamenti, nihil obstat earum
defectus, quin debeat valere, & exequutioni deman-
dari; cùm in animæ foro non sollemnitates, sed sola
rei veritas sit inquirenda. Hæc est summa, quam
expendentes.
36 Primò venit in dubium, quid sibi velit dictus Do-
minus Consulens, dum asserit apud ipsum esse fun-
damentum indubitatum, & solidum, testamentum
existere in genere, nam Eminentissimus Mantica
de coniect. vlt. volunt. lib. pr. tit. 4. in principio sic
habet. In primis admonendi sumus vltimam volun-
tatem reperiri in genere, vt in l. licet cum Glos. vlt.
& ibi not. Bald. n. 5. & 6. & alij C. de pactis, Bart.
in Auth. si qua mulier num. 20. C. de sacros. Eccl.
Angelus in l. 3. §. genera nu. 2. vers. sic, & vltima
voluntas ff. de acquirenda possessione, & hoc quidē
37 videtur mirabile, † quoniam genus non inuenitur
nisi in imaginatione, & numquam extra intellectū,
vt scrib. Bart. in l. mænius §. duobus n. 9. de legat.
2. Bald. in l. 2. in fin. C. de neg. gest. & in l. vlt. n. 17.
C. de contrah. empt. & in Rubr. C. qui admitti n. 4.
in fine; & in l. 2. nu. 9. in fin. comm. de leg. & in l.
cùm incertus de leg. 1. & Lap. in allegat. 91. in fin.
& Aret. in l. 2. 9. col. 5. vers. extra glosam de verb.
oblig. & ibi Galiaula declarat num. 12. est enim
tantùm quædam, imaginatio. intellectus secundum
istos, quare hoc sanè intelligi debet, quod vltima
voluntas reperitur in genere hoc est suo nomine
generis; sed tamen illa, quæ reperitur necesse est,
vt sit specialis, seù singularis alicuius hominis vo-
luntas, quæ generaliter dicitur vltima voluntas,
absque alio nomine speciali, & ita loquitur, & intel-
ligitur dicta lex licet C. de pactis, & ibi Deci. de-
clarat nu. 12. & sic puto intelligendum esse titulum
decretalium, qui inscribitur de testamentis, & vlti-
mis voluntatibus; Deinde obseruo aliud dictum
38 eiusdem eodem loco n. 3. † voluntas reuocata non
potest dici vltima voluntas, sed ipsa reuocatio est
vltima voluntas. Ex quibus ad rem nostram ita
mihi licet argumentari, & ratiocinari non vt ar-
guam, sed vt veritatem inquiram istius fundamen-
ti; quid ergo sibi vult hoc dictum, existit testamen-
tum in genere, quod existant in vniuersali, & non
in indiuiduo aliquo! hoc esset contra communem
Philosophorum, & Theologorum, qui negant genus

posse existere à parte rei; vel quod existat testa-
mentum sine sollemnitatibus; sed hoc etiam nos
concedimus, & tamen difficultatibus præmimur;
vel tandem, quod constet testamentum esse factū,
sed ambigatur, quodnam sit? quia supponuntur plu-
ra, vt colligitur ex suo discursu; sed etiam ista ex-
plicatio supponit, quod controuertitur; nam sup-
ponit existere testamentum, quod est inquirendū,
& est illud ipsum, quod quæritur; nam, licet repe-
riatur prędicta schedula, nō tamen est testamentū;
quia testamentū est vltima voluntas testatoris; &
argumenta in contrariū adducta probant, non esse
vltimā voluntatē istam, quæ in hac schedula conti-
netur, quia, vt ex Mantica paulò supra adnotauimus,
cùm testamentū vltima voluntas nō sit, sed reuoca-
tio testamenti, & mutatio voluntatis, & eius reuo-
catio probetur per ablationem raminei fili, sigillo-
rum, & ex eo, quod non reperitur apud Notarium,
apud quem asseritur depositū; meritò non amplius
testamentum ista schedula potest dici vltima vo-
luntas, sed reuocatio, quæ præsumitur, & quocun-
que modo explicetur hoc fundamentum, vel suppo-
nit, quod controuertitur, vel ad rem non facit; quia
etiam nos dicimus reperiri schedulam; sed quæri-
mus, an illa sit exequenda, quia putamus, vel non
esse perfectam perfectione vltimæ voluntatis, quia,
cùm reperiatur sine sigillis, & alijs signis à Domino
testatore appositis, meritò præsumimus illam ape-
ruisse velut aliquid adderet, vel mutaret; vel etiam
illius dispositionis omninò pertæsum, vt omninò
inualidam illam reliquisse; est ergo probandum
hanc esse vltimam voluntatem, nec ab illa recessis-
se, dissoluendo, quæ sunt obiecta, non autem
immediatè, & absque vlla probatione hoc suppo-
nendo, & fortasse intelligit testamentum in genere
existere, quia existit sine conditionibus indiuiduā-
tibus à testatore appositis, & expressis; quæ tamen
explicatio etiam admissa easdem patitur difficul-
tates, numquam enim ex hoc supponendum est esse
testamentum. Ad fundamentum istud ergo potest
responderi; existit testamentum in genere, idest
existit quædam scriptura continens voluntatem
aliquam testatoris, sed non vltimam, concedo.
Existit testamentum in genere, idest quædam
scriptura continens ultimam uoluntatem testato-
ris, & nego hoc enim est quod quærimus, an sit
ultima, & pro tali habenda, quod non est ita soli-
dum, & inconcussum; & ita uidetur etiam neganda
consequentia, & euanescit totum argumentum quo,
ad hanc partem. Pergit deinde Dominus consulens
facta suppositione, quod uerè sit factum testamen-
tum, sed ignoretur quod sit, hunc enim puto fuisse
sensum illorum uerborum, esse confectum, & exi-
stere testamentum in genere; pergit inquam pro-
bare, quod ista schedula debeat haberi pro illo,
testamento, quod quæritur; sed antequam progre-
diamur, supposita antedicta explicatione, uidetur
Dominus consulens probasse existere in genere
testamentum ex ipsamet scriptura, in qua asseritur;
e questo è il mio ultimo testamento; sed ad hoc
respondemus non probare in genere esse factum,
uel existere testamentum, sed probare, uel hanc
numero schedulam, de qua loquimur esse testamen-
tum, uel nullum aliud existere; loquitur enim clarè;
questo è il mio ultimo testamento; pronomen enim
hoc est demonstratiuum, & significat illam eandem
scripturam, ergo non probat in genere, sed in indi-
uiduo, uel nihil; ex hoc ergo non probatur funda-
mentum, sed potius consequentia, neque item pro-
bant dicta uerba: hò disposto assai; quia communi-
ter

ter ita solent loqui, qui nolunt aliquid facere, & ex communiter accidentibus, vt fatetur dictus Dominus consulens, sumitur argumentum satis probabile. Nunc expendamus probationes, quibus vtitur ad confirmandum; hanc schedulam esse habendam pro testamento; & primò hoc asserit, quia est manu testatoris scripta; secundò quia inter eius scripturas magni momenti reposita; sed ad hæc satis superque responsum est supra, non concludere ob vehementem præsumptionem mutatæ, vel saltē non perfectæ voluntatis, quæ ex supradictis colligitur. Tertiò dicit nihil obstare, quod desit colligatio, & obsignatio &c. quia cùm sollemnitates iuris ciuilis non efficiant, quin testamentum sit validum, multò minus efficient sollemnitates iure priuato testatoris inductæ.

39 Ad quæ respondeo, has non esse sollemnitates requisitas à testatore ad validitatem, vel ad maiorē fidem faciendam; sed esse conditiones appositas vt cognosceretur, an illud sit testamentum, quod ipse vult valere. Valdè autem multum distant inter se sollemnitates iuris communis, & conditiones istæ indiuiduantes, nam illæ ponuntur, & sunt inuentæ ad tollendas fraudes; vt optimè fatetur etiam Dominus consulens, & patet ex l. vlt. ad fin. de fideicom.& l.hac consult. in fin. qui testat.facere possit, & Instit. de test. paulò post prin. & Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 14. nu. 10. istæ autem ideò apponuntur vt cognoscatur, an illud sit idem, quod signatum est; hæ enim omnes sunt conditiones ad demonstrandum, quod nam sit hoc testamentum, idest vltima voluntas, nempè, quod manu propria sit scriptum, ligatum ramineo filo, & sigillis obsignatum, & apud Notarium repositum, cùm autem nihil horum reperiatur præter scriptum, sequitur hoc non esse illud, quod voluit testator obligare; Deinde istæ non sunt sollemnitates inductę à testatore ad tollendas fraudes, cùm enim sit propria manu scriptum, & Notario traditum, videntur cessare fraudes; sed sunt conditiones demonstrantes, quod non sit illud testamentum, quod valere debet; & istud est quoddam signum demonstrans testamentum illud, quod testatoris est vltima voluntas. Subdit etiam, questo è il mio testamento, idest perfecta mea voluntas, sed quæ est ista vltima voluntas? vtique illud testamentum, quod est colligatum, obsignatum &c. deinde à communiter accidentibus potest hoc confirmari, quia solent dicere communiter homines, condideram meum testamentum sigillis obsignatū &c. sed iàm fregi omnia sigilla, innuentes se nolle amplius obligare; ergo hoc idem erit intelligendum dum actu signa fregit. Deindè non est probabile, hominem alioqui in suis negotijs sagacem, dum integrum annum pesti superuixit in re tanti momenti, vt est factio, & validitas testamenti eiusdem infallibilitati non consuluisse; potuit enim toto tempore intelligere, testamentum illud quod penes Notarium reposuerat, amplius non extare; quod apud se habebat non esse obsignatum, vt in eo scribitur, & ideò rebus suis consulendo, vel aliud condere, vel istud obsignare, vel aliquam aliam suę perseuerantis mentis in obligatione eadem præbere significationem; sed cùm nihil horum egerit, profectò dicendum est se hanc schedulam noluisse valere.

Ad illud, quod asseritur, esse tritissimā regulam, quod multiplicitas actuum non præsumatur; Respondeo nihil esse contra id, quod in contrarium dicitur, nam non supponuntur esse duo testamenta, sed, vel illud ipsum, quod erat obsignatum, sed postea resignatum, vel illiusmet exemplum; ex quibus apparet non esse diuersitatem actuum, & satis probabiliter coniecturatur esse illud ipsum, quod, vel erat obsignatum, vel designatum, quod obsignaretur, sed nunquam obsignatum, quia adhuc non esset perfectum perfectione vltimę voluntatis, vel si fuit obsignatum, postea apertum, vtpotè testatorē pœnituerit illius dispositionis, & eam reuocauerit, sigilla, & fila raminea frangendo; quod est probabilissimum, nam tempore pestis multa fiebant, quæ illo elapso reuocabantur.

Ad exemplum, quod affertur de contractu, posset responderi non esse simile, nam in exemplo supponitur contractus perfectus, & obligans, & quod scriptura tantùm requiratur ad fidem faciendam, sed in casu nostro non solùm non possumus supponere testamentū obligans, sed est illud ipsum quod quærimus. Semper, vt video, supponitur, quod est probandum; est enim probandum hanc schedulam esse habendam pro vltima voluntate perfecta perfectione vltimæ etiam voluntatis, quod hic supponitur. Ex bis patet nec fundamentum subsistere, nec rationes concludere. Quid dicendum? Ego puto, hanc schedulam non esse pro testamento habendam; & ad hoc probandum utor fundamento omninò contrario supra examinato; & dico constare quidem testamentum fuisse factum, sed non constare existere, imò probabilissimum esse reuocatum fuisse ex facto. Cùm enim testamentum sit ultima uoluntas perfecta, & non reuocata, nos in hoc casu certè non habemus, neque perfectam, neque non reuocatam, sed habemus tantùm quandam schedulam, quam neque scimus, unquam fuisse testamentum, quia, cùm illa schedula, quæ ex dictis testatoris est habenda pro testamento, debeat esse colligata, obsignata &c.& nullo modo constet hanc fuisse obsignatam, colligatam &c. meritò ingeritur suspitio, quod, etiamsi hanc dominus testator scripserit, utpotè non bene firmus in sua deliberatione nunquam obsignauerit, & ideò nunquam habuerit uim perfecti testamenti, quia nunquam in se continuerit perfectam uoluntatem, uel si aliquando fuit testamentum, elapso tempore pestis illud omninò fregisse, & noluisse amplius uim habere. Probo autem hanc schedulam non esse habendam pro testamento.

40 † Si publica fama probetur testamentū esse factum, & tamen nullum reperiatur, est omninò credendum non esse factum, Bart. in l. potest n.26. ff. de acquir. hæred. ergo si sit fama esse factum tale testamentum, & non reperiatur, erit credendum tale testamentum non esse factum: ualet enim argumentum à simpliciter ad secundum quid; cùm ergo prædicta schedula ad summum probet, aliquam dispositionem fuisse factam, quæ filo ramineo debet esse colligata, & sigillis obsignata, si ista non reperiatur, credendum erit non esse factam. Dices hoc esse contra sensum, quia actu exhibetur schedula continens dispositionem, ergo est factum testamentum; Respondeo hanc schedulam, quæ exhibetur non esse illud quod quærimus, testamentum, quod debet esse filo ramineo colligatum; potest quidem esse, quod fuerit illud, sed nunc amplius non est, quia est diuersum in ratione obligationis; Nam, si aliquando fuit colligatum &c. erat tunc ultima, & perfecta uoluntas, nunc dissolutum imperfecta. Si nunquam fuit colligatum, licet sit eadem illa schedula, quæ erat colliganda, nec dum est illa, quam nos quærimus, quia cùm nunquam fuerit colligata, meritò suspicamur nunquam fuisse perfectā perfectione ultimæ uoluntatis; Non est ergo illa, sed

sed tantùm ex ista potest colligi, quod una quæ debet obligare debet habere signa in ista expressa, quæ, cùm in ista non reperiantur, meritò dicimus non esse factam cum illis circumstantijs, quæ sunt necessariæ, & ideò simpliciter dicimus hanc, quam quærimus, non fuisse factam .i. ad obligandum.

Secundò Non est probabile Dominum testatorē, qui pesti totum annum superuixit, si uoluisset hoc suum quid quid illud sit ualere, ab omni dubietate ualoris non reuocasse uel nouum condendo, uel clausulam istam delendo, uel tandem hoc ipsum penes Notarium reponendo, sed, cùm nihil horum fecerit, meritò asserimus hanc schedulam noluisse obligare.

41 Tertiò Ex † communi modo dicendi colligimus amouere sigilla à testamentis significare amotionē ualoris, & roboris; solent enim dicere: haueuo fatto il mio testam. sigillato; mà l'hò poi anco dissigillato, uel simpliciter: hò dissigillato il mio testamento: quo sermone intelligimus mutatam fuisse illius uoluntatem, nec amplius uelle suum testamentum ualere; ergo etiam cùm hoc reperiamus dissolutum, debemus credere, noluisse amplius ualere.

42 Quartò Ex † supradictis; Testamentum manu patris, uel matris scriptum, & Notario traditum, si in protocollo non reperiatur, non ualet, quia reputatur non perfectum perfectione ultimę uoluntatis; quantò ergo magis hoc reputabitur imperfectum, cùm debeat esse Notario traditum, & apud ipsum non reperiatur, debeat esse colligatum, & obsignatum, & nusquam quidquam horum.

43 Quintò Mantica † de coniect. ult. uol. lib. 12. tit. 1. nu. 26. asserit de mente eorum, quos secum ducit, quod si testator linum, uel signacula inciderit, uel abstulerit, utpotè eius uoluntate mutata, testamentum non ualere; aliter tamen asserit esse dicendum, si id contigerit alia quacunque ex causa, præter mentem testatoris, & si post mortem testatoris reperiatur à testamento amotum sigillum, censeri amotum ab ipso testatore. Cùm igitur in casu nostro post mortem testamentum sit repertū sine lino, & sine sigillis, utique dicendum est, fuisse apertum ab ipsomet testatore, quòd autem subdit idemmet Mantica ibidem, hoc uerum esse in testamento in scriptis; non autem in nuncupatiuo; utique hoc maximè conuenit in casu nostro; quia nostrum hoc testamentum non nuncupatiuum, sed in scriptis est dicendum; sed quidquid sit de hoc quod tamen puto certum.

44 Sextò Probo hanc schedulam non esse sustinendam, ut testamentum ex ijs, quæ idem Mantica tradit eod. uolum. de coniect. ult. uolun. lib. 1. tit. 7. nu. 7. asserens hoc omnes concludere uno ore, si sit certa scriptura, ad quam se refert testator, & non sit certum, & indubiè non constet esse eandem, quę producitur, cùm illa, ad quam se refert testator, dispositionem, quæ in illa continetur esse nullius momenti Doctores refert. Deinde subdit. Vnde Iulius Clarus consulit testatori, ut faciat per Notarium à tergo ipsius schedulæ, uel scripturæ clausæ apponi tempus, & nomina testium; ne postea contingat dubitare de identitate scripturæ, & ita dicit fuisse obseruatum ab illustri Viceconite Senatore, & ita idem Clarus censuit in quæst. 36. eodem in §. testamentum; hæc omnia Mantica; sed in casu nostro est maximè dubium, an sit eadem scriptura, ad quam se refert testator; imò fortasse clarum est non esse eandem, quia illa ad quam se refert est sigillis munita, ramineo filo colligata, in manu Notarij reposita, quorum omnium nullum reperitur in ista, ergo, vel certè constat non esse eamdē, uel certè dubium est esse eam, sed in utroque casu est nulla, ergo etiam ista erit nulla, ergo non obseruanda.

45 Septimò Sollemnitatum † aliæ sunt essentiales testamento, aliæ sunt tantùm probationis, Bart. in l. cum quis nu. 11. C. de iur. & fact. ignor. Aretin. in l. 2. in princ. nu. 4. uers. 2. quæst. de uerb. oblig. sine primis, testamentum est nullum, sine secundis sustinetur si constet de ueritate, sed in casu nostro desunt solemnitates substantiales, & de essentia; quia adhoc ut sit illud testamentum, quod nos quærimus debet habere conditiones indiuiduantes præscriptas, & non habet, ergo est nullum; quòd si obijciatur, quod sup. obiectum est pluralitatem testamentorum non præsumi; Respondemus, ut supra, & addimus præterea nos esse certos unum esse quod debet esse alligatum, obsignatum &c. quod cùm non reperiatur, dicimus nos non teneri aliud obseruare; quia ex hoc colligimus, uel illud non fuisse perfectum perfectione ultimæ uoluntatis, uel quia si fuit perfectè scriptum non tamen perfectè assentiabatur factæ dispositioni dominus testaror, uel si fortasse aliquando assensit mutata uoluntate testamentum dissoluit, & ab eo sigilla amouit.

46 Ex † quibus uel apertè constat, uel saltem in uehemens dubium uocatur huic schedulæ non esse standum utpotè, quia legitimè præsumitur, uel nunquam fuisse testatoris uoluntas, quod obligaret, uel si aliquando fuit etiam fuisse mutatam; sed cùm in dubio nemo sit obligandus, saltem in hac parte constat dominum hæredem non teneri &c. Imò cum prædicta parere possint probabilem opinionem, hæc etiam si teneatur, nullum uidetur inconueniens.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur casus.*
2 *Quæstiones soluendæ.*
3 *Proponitur prima quæstio soluenda, & notatur, quod consuetudo, cùm sit quid facti, debet probari.*
4 *Non disputatur, an consuetudo sit inducta, sed supponitur, ex narratione facti propositi.*
5 *Regula Religionis dicit duo, aliqua essentialia votis, & sine quibus vota non possunt subsistere, alia non substantialia; sed veluti accidentalia.*
6 *Contra ea, quæ sunt essentialia votis, non potest dari consuetudo.*
7 *Contra non essentialia votis datur consuetudo, qua legitimè præscripta cesset obligatio Regulæ.*
8 *Quidquid potest Princeps concedere, potest & consuetudo inducere.*
9 *Consuetudo tollit omnem legem, quæ non sit ius naturale, vel diuinum.*
10 *Negari non potest; quod quotiescunque lex, quæ fertur contra priorem legem, est iusta, non sit etiam consuetudo contra eandem.*
11 *Consuetudo, licèt non possit in totum tollere ius naturale, & diuinum, potest tamen illud augere, & minuere.*
12 *Deficiente materia voti deficit votum.*
13 *Consuetudo comparatur priuilegio sine expresso consensu Principis.*
14 *Quomodo sit intelligendum illud dictum; vouete, & reddite.*
15 *Proponitur secunda difficultas, quæ est, an introducentes consuetudinem possint illa gaudere, & affirmatiuè respondetur.*

16 Per

16 *Per consuetudinem legitimè introductam cessat omninò lex.*

17 *Consuetudo tantam vim habet, quantam illi intendunt tribuere, qui illam introducunt; & usus illi concedit.*

18 *Respondetur cuidam obiectioni, & demonstratur non concludens.*

19 *Introducentes consuetudinem contra legem peccant, donec consuetudo sit introducta, & tamen non reportant commodum ex sua iniquitate.*

20 *Proponitur soluenda tertia difficultas, quas conditiones requirant consuetudo ad sui validitatem, & notatur, consuetudinis nomen aliquando sumi pro quid facti, aliquando pro quid iuris, & vtraque describitur.*

21 *Duplex consuetudo. præscriptiua, & legalis, & quid sit vtraque.*

Legalis nihil differt à lege, nisi tanquam tacitum ab expresso.

In iudicijs est omninò seruanda, & secundùm illam debet iudicari.

Iudex ferens sententiam contra consuetudinem, facit litem perinde suam, ac si contra ius commune pronunciaret.

22 *Ad stabiliendam consuetudinem quatuor conditiones requiruntur, & numerantur.*

23 *Prima, quod sit rationabilis, de qua nemo dubitat.*

24 *Quæ consuetudo dicatur rationabilis, referuntur varia placita Doctorum.*

25 *Statuitur, quando consuetudo dicatur rationabilis, & datur ratio dicti.*

26 *Proponitur obiectio probans non dari consuetudinem contra legem, & soluitur.*

27 *Proponitur secunda obiectio idem probans, & soluitur, & simul statuitur, præscriptionem contra legem esse cum mala fide. non sic autem est præscriptio contra iura, contra bona &c. quæ est cum bona fide.*

28 *An possit dari consuetudo contra legem naturalem, & diuinam, remissiuè.*

Nulla consuetudo potest dari, quæ foueat peccatum.

Consuetudo ratione carens nunquam habebit vim legis.

29 *Secunda conditio ad stabiliendam consuetudinem est, quod debito temporis spatio sit præscripta.*

30 *Quod tempus sit determinatum disputant Doctores: Nullo iure naturali, diuino, vel positiuo stabilitum est. Decennium probatur sufficiens pro firmanda quacunq; consuetudine, contra quamcunque legem.*

31 *Non obstat, quod ad præscribendum inter absentes requiratur tempus viginti annorum, quia consensus Principis præsentialis non necessarius est; sed sufficit legalis, idest datus per legem.*

32 *Proponuntur, & explicantur aliqui textus, consuetudo debet esse inueterata.*

Inueteratum dicitur id, de cuius initio non extat memoria, & aliquando dicitur id, quod excedit hominum memoriam.

Tempus, quod excedit hominum memoriam, est paulo minus centum annis.

Consuetudo requirit longum tempus, longum autem tempus complectitur centum annos. Explicantur prædicta.

33 *Tempus pro firmanda consuetudine incipit currere, quando fit primus actus.*

34 *Tempus decennij pro consuetudine debet esse continuum, non interruptum.*

Tempus à iure requisitum intelligitur semper continuum.

35 *Tempus tunc dicitur interrumpi in ordine ad consuetudinem, quando maior pars populi facit actus contrarios primis, & sufficit, quod fiat etiam vnus actus solus contrarius.*

Interrumpitur etiam consuetudo, si Princeps puniat introducentes consuetudinem.

36 *Mala consuetudo nullo temporis spatio firmatur.*

37 *Tertium requisitum ad consuetudinem est frequentia actuum; quot autem debeant esse, variant Doctores.*

38 *Duo non sufficiunt.*

Vt aliquid sit consuetum debet esse frequens; quod fit bis, aut ter spatio decennij, non dicitur frequenter fieri.

39 *Non est necesse actus pro consuetudine esse factos in iuditio.*

Nec releuat, quod fierent à Principe, quia Princeps condit legem, consuetudinem populus introducit.

Ex duobus actibus non potest apparere sufficienter consensus populi pro spatio decem annorum.

40 *Quinam actus ad consuetudinem requiruntur, vt appareat populi consensus, tot erunt necessarij, quot requirentur pro habendo tali consensu, qui, cùm semper eodem modo haberi non possit, ideò quot requirantur, remittitur iuditio prudentis.*

41 *Non est necesse, quod actus sint Canonizati in iuditio.*

42 *Explicatur cap. Abbate de ver. significat. vbi deciditur insufficiens quædam consuetudo, quia in iuditio non fuerat approbata.*

43 *Explicatur item lex cum de consuetudine ff. de lege.*

Consuetudinem esse approbatam in iuditio non requiritur ad validitatem; sed multum iuuat illam allegantem, releuat enim ab obligatione illam probandi.

44 *Quartum requisitum ad consuetudinem est, quod actus fiant à populo.*

Non per metum grauem, aut per errorem, vel ignorantiam.

Debent esse facti animo inducendi consuetudinem, quia alias non haberent vim ad inducendam consuetudinem.

45 *Consuetudines aliquando obligant ex debito, aliquando ex gratitudine, aliquando sub mortali, aliquando sub veniali, aliquando in foro conscientiæ tantùm, aliquando tantùm in foro fori, aliquando in vtraque; quia*

Tantùm habet potentiæ, quantum vsus ei attribuit, & quantum introducentes volunt.

46 *Quatuor traduntur regulæ pro cognoscendo, quomodo consuetudo obliget.*

Punitio superioris aliquando est tantùm pro foro exteriori.

47 *Quando dies festi ex consuetudine obligent ex debito, vel ex deuotione.*

48 *In dubio dies festi ex consuetudine censentur ex deuotione.*

49 *Potest tamen esse, quod obseruantia diei festi sit incæpta ex deuotione, & terminata ex debito, & aliquando incæpta ex debito, & terminata ex deuotione, & tunc talis consuetudo obligabit sicut terminatur.*

50 *Qui ex liberalitate, vel vrbanitate præstat beneficium, vel obsequium alicui etiam longo tempore, non ideò ex necessitate remanebit obligatus semper idem præstare Consuetudo est stricti iuris.*

51 *Non extenditur de loco ad locum, neque de persona*

ad

ad personam.

52 *In probatione consuetudinis, licet testes referant de multis actibus, si tamen ex istis non deprebendatur populi consensus, nunquam iudicabuntur sufficientes ad probandam consuetudinem.*
Consensus est causa causans consuetudinem. Ad probandam consuetudinem non sufficit testes deponere extare, quia ferrent testimonium de iure, non de facto.
Consuetudo est ius non scriptum.
Probatur consuetudo si testes deponant, actus fouentes consuetudinem esse factos talibus præsentibus. Item quod actus sint noti talibus, & talibus. Item, quod illi, qui actus fecerunt sint maior pars communitatis.

53 *Assignantur differentiæ inter consuetudinem præscriptiuam, & legalem.*

54 *Consuetudo est maximæ efficaciæ; potest quod potest Princeps, & Papa.*
Et quidquid pacto firmari potest, firmatur, & consuetudine.

55 *Quælibet communitas capax legis, potest inducere consuetudinem.*
Idem possunt conuentus Religiosorum.
Vniuersitates mercatorum, & similes.
Potest à communitate induci consuetudo in fauorem priuatæ personæ, etiam in sui præiudicium.
An possit vna familia inducere consuetudinem inter domesticos seruandam, remissiuè.

56 *Corolarium ex dictis pro dominis consulentibus.*

57 *Quarta difficultas proponitur soluenda.*

58 *Nulli particulari personæ iure naturæ competit ius condendi leges, quæ omnes obligent.*
Natura fecit hominem liberum.
Potestas condendi leges residet penes communitatem, ita vt ab ea auelli non possit, Potestas condendi leges per communitatem transfertur in Principem, sed statim ac est translata, non potest amplius auocari; in communitate residet iure naturæ; at in Principe ex consensu communitatis.

59 *Duplex potestas dominatiua, & iurisdictionis; ad leges condendas requiritur iurisdictionis, ad præcepta dominatiua sufficit.*
Iurisdictionis potestas est perfectæ communitatis; dominatiua, imperfectæ.

60 *Quatuor enumerantur differentiæ inter potestatē iurisdictionis, & dominatiuam, obiectum, finis, origo, & modus cogendi, & explicantur.*

61 *Religionum prælati habent vtramque potestatem, scilicet dominatiuam, & iurisdictionis, & quasi episcopalem; & assignatur, quare non sit episcopalis.*

62 *Prouincialis Generalis &c. nec capitulum Generale &c. quidquam possunt circa ius commune, & proprias constitutiones approbatas à Summo Pontifice, si tamen sint confirmatæ in bonum publicum; si in priuatum commodum possunt, & quomodo.*

63 *In casibus leuibus de licentia interpretatiua possunt superiores aliqua.*

64 *Consuetudo nullam habet vim, nisi quatenus consensum præbet, ille, ad quem spectat præbere, vnde & dicitur eius lex.*

65 *Nulli superiores, imò neque Papa quidquam potest in Religiosos, nisi quatenus voto se illis subdiderunt.*

66 *Subditi tenentur obedire suis Prælatis ordinate tamen, vt prius Generali, deinde Prouinciali vltimo superiori Conuentus.*

67 *Summus Pontifex habet potestatem obligandi religiosos ad obseruantiam regulæ vt Supremus pastor Ecclesiæ, & vt supremus Generalis Religionum, quatenus tamen vota patiuatur.*

68 *Nihil potest ratione votorum Episcopus in religiosos exemptos. Enumerantur aliqui casus, in quibus subduntur Episcopis Religiosi.*

69 *Superiores non possunt præcipere, quæ sunt extra regulam, sed tantùm, quæ expressè, vel tacitè in ea sunt.*

70 *Quomodo sit intelligendum, quod dicitur in aliquibus regulis. Teneantur obedire in omnibus, quæ non sunt contraria regulæ.*

71 *Explicatur, quæ sint illa, quæ sunt in Regula tacitè.*

72 *In dubio possessio stat pro superiore præcipiente; constat enim de voto.*

73 *Comprehenditur sub Regula iusta punitio ob transgressiones illius, Ieiunium, Reclusio in aliquo loco &c.*

74 *Quomodo potuerit indici perpetua clausura monialibus.*

75 *An superiores possint iubere missiones ad Indos, & similia loca: & resoluitur.*

76 *An superiores subditis possint præcipere assistentiā peste laborantibus; resoluitur.*

77 *In casu deputationis ad assistentiam infirmorum, superiores debent cautè incedere.*

78 *Ex charitate non magis obligatur Religiosus, quam clericus sæcularis assistere peste laborantibus, neque tenentur ex voto.*

79 *Non caret probabilitate, Regulares neque in casu, quo desunt sæculares teneri eidem assistentiæ infirmorum infectorum peste. Casus, in quo Religiosi tenentur, assignatur.*

80 *Superiores possunt impedire consuetudines nundum introductas.*

81 *An consuetudini nundum introductæ, sed quæ actu introducitur obstet contraria lex sine clausula, Non obstante consuetudine contraria.*

82 *Consuetudini vniuersali derogatur lege vniuersali absq; vlla derogatione consuetudinis: Consuetudines generales non censentur ignoratæ à Principe.*

83 *Consuetudini speciali non censetur derogatum lege generali, sicuti neque statuto, nisi derogationis fiat specialis mentio in lege.*

84 *Speciales consuetudines præsumuntur ignoratæ à Principe.*

85 *Derogatio consuetudinis obstat iuri communi.*
Quomodo sit verum illud dictum, Consuetudines faciunt silere leges.

86 *Multi asserunt neque lege speciali derogari consuetudini speciali sine expressa mentione derogationis; quo casu non putant inconueniens legem nullum parere effectum.*

87 *Lex præsumitur ferri iuxta consuetudines.*

88 *Resoluitur proposita difficultas num. 81.*

89 *Consuetudo nundum introducta non habet vim legis.*

90 *Sola consuetudo legitimè præscripta habet vim legis.*

91 *Non derogatur nisi iuri.*

92 *Consuetudo non potest introduci resistente Principe.*

93 *Legem impediri consuetudine est quid odiosum Principi, ideò non extenditur.*

94 *Cùm de consuetudine est sermo, semper intelligitur de præscripta.*

Consuetudo antequam sit præscripta, est voluntas, seu conatus introducendi illam.

Explicatur Cap. 1. de Const.

95 *Consuetudini immemoriali non derogatur etiam cum clausula derogatoria, nisi fiat expressa mentio imm.moralis.*

96 *Quid de consuetudinibus nundum introductis, sed quæ introducuntur contra ius commune, seu constitutiones Summorum Pontificum, an possint impediri à superioribus Religionum si Religiosi tentent eas introducere: Proponitur ratio dubitandi,*

97 *Respondetur difficultati proposita, & redditur ratio notabilis.*

Proponitur quintum dubium principale.

98 *Consuetudo aliquando cessat se ipsa, nulla alia lege eam impellente, & assignatur, quando ita cesset.*

99 *Quæcunque consuetudo alia consuetudine contraria tollitur.*

Per quas causas res nascitur, per eas & dissolnitur.

100 *Vt vna consuetudo aliam tollat, debet esse primæ opposita contrariè; & vniuersalis vniuersali, particularis particulari tollitur.*

101 *Consuetudo non inducit ius, nisi vsu, & facto.*

102 *Posterior consuetudo, vt tollat priorem, debet equali tempore esse præscripta.*

103 *Consuetudo aliquando in facto positiuo, aliquando consistit in negatiuo; explicatur, & traditur quædam regula, & explicatur dictum Iuristarum.*

104 *Lege expressa derogatur consuetudini.*

105 *Consuetudo nunquam censetur lege sublata, si possit cum lege aliquo modo compati.*

106 *Lex vniuersalis à quocunque procedat siue à supremo Principe in toto dominio, siue ab inferiore in sua ditione, tollit contrariam consuetudinem, item vniuersalem, etiam sine clausula derogatoria.*

107 *Consuetudini particulari, seu statuto, quod ius commune non contineat, non derogatur legi vniuersali, nisi cum clausula derogatoria.*

108 *Princeps committens alicui facultatem iudicandi, intelligitur iuxta consuetudinem loci.*

109 *Item si mandes exactori suo compellere ad soluendum quocunque modo sibi visum fuerit debitorē vectigalium, intelligitur modo non aduersante consuetudini loci; si quæ existat pro tali casu.*

110 *Explicatur cap. vnica de cognit. feudor.*

111 *Immemoriali non derogatur nisi de immemoriali fiat expressa mentio.*

112 *Immemorialis præsumitur habere titulum iustum Habet vim priuilegij a Principe concessi.*

Priuilegio non censetur derogatum ex clausula generali generaliter derogante consuetudini.

113 *Præscriptio immemorialis non tollitur per clausulam generalem tollentem simpliciter præscriptionem.*

114 *An possit induci consuetudo, quæ a lege reprobatur, vt iniqua, ex noua causa; affirmat Sanch. & probat.*

115 *Adnotatur, dicta de consuetudine esse vera in Principe absoluto, non de illo, qui habet potestatem tantùm ex voto, ideò limitatam.*

116 *Adnotatur, esse recolenda aliqua dicta.*

117 *Peculiare debitum obidiendi superioribus in religiosis consurgit ex voto.*

Explicatur, quomodo Religiosi teneantur obedire, vt Christifideles, & vt religiosi etiam Summo Pontifici.

118 *Duo sunt in voto obedientiæ, essentialia voto, & quæ pertinent ad perfectionem.*

119 *Religiosus ex præcisa obligatione voti non tenetur obedire, etiam si cognoscat voluntatem superioris, nisi præcipiatur.*

Homines obligantur præcepto modo humano explicato.

120 *Disputant Doctores an Ecclesia posit præcipere actus internos. Religiosus autem non tenetur obedire superiori interna præcipienti, Quia, vt posit præcipere, debet posse iudicare.*

121 *Nisi tamen actus internus sit ita externo copulatus, vt non posit externus esse perfectus sine interno; ideò superiori præcipienti subdito, vt Missam faciat pro aliquo, subditus tenetur sacrificium applicare pro illo.*

122 *Proponitur enumeratio resolutionum, quæ fiunt in hoc casu.*

123 *Consuetudines, quibus gaudent religiosi, si perfectè non erant stabilitæ, quando vota emiserunt, possunt tolli per superiores.*

124 *Explicatur, quomodo teneantur Religiosi isti redire ad primæuam regulæ obseruantiam.*

125 *Prædictæ consuetudines alia consuetudine, vel contraria lege tolluntur, & ibi, a quibus lex illa ferenda sit.*

Vt Religio aliquid supra regulam posit statuere, requiritur consensus singulorum Religiosorum, nec sufficit Capitulum Generale.

126 *Consuetudines perfectè introductas ante professiones an teneantur relinquere religiosi ante reformationem, & post reformationem.*

127 *Proponitur quædam oppinio.*

128 *Obligatio seruandæ regulæ oritur ex voto, aduersus quod non datur consuetudo.*

129 *Suscipiens ordines sacros, quamuis intendat ad castitatem se non obligare, obligatur tamen.*

130 *Refertur secunda sententia.*

131 *Religiosi seruantes regulam collapsam, & consuetudine modificatam, quam professi sunt excusantur à peccato, & probatur,*

132 *Professi regulam collapsam à nemine possunt cogī illam relinquere, & primam assumere.*

133 *Neque necesse est quod consuetudo sit immemorialis, sed sufficit decennalis.*

134 *Neque necesse est, quod actu intenderit ad plus non se obligare, sed sufficit, quod implicite hoc intenderit professus.*

135 *Taciti, & expressi eadem est virtus: votum est priuata lex, quam sibi quisque imponit.*

136 *In hac materia duo quasi axiomata sunt. Tota obligatio religiosi ortum habet ex voto, quod est priuata lex, quam sibi quisque imponit: datur consuetudo contra regulam.*

Vota sunt consideranda iuxta mentem illius, quē illa emitit bona fide.

137 *Quod si religio reformetur, dato, quod antequam professio emitteretur religio non esset collapsa ad reformationem subeundam tenentur religiosi.*

138 *Si verò ante professionem consuetudines erant perfectè introductæ, & regula erat collapsa, vel mitigata, Religiosi non tenentur subire reformationem.*

Si tamen reformatio est necessaria pro conseruatione regulæ professæ in statu mitigato, tenentur religiosi pati illam reformationem. Possunt tamen obligari tantum ad ea, quæ necessaria sunt ad conseruationem Regulæ ne ruat in peius.

139 *Qui regulam iam reformatam profitentur, illam*

tenentur

teneantur seruare.

140 *Regula Generalis. Nemo potest obligari, nisi ad ea, quæ vel tacitè, uel expressè uouit; idest, quæ tacitè, uel expressè in regula continentur; idest quæ expressa sunt in ea, uel pro illius conseruatione sunt necessaria.*

141 *Tenentur religiosi obedire suis Prælatis non solùm præcipientibus spectantia ad regulam; sed etiam præcepta alijs Christifidelibus communia, vt ieiunare peruigilium, audire Missam &c.*

142 *Summus Pontifex nihil plus potest in Religiosos, quam eorum Prælati.*

143 *Proponuntur variæ obiectiones contra dicta, & primo, quod religiosi professi sunt regulam, non consuetudines.*

144 *Soluitur respondendo, quod professi sunt regulam, vt consuetudinibus modificatam.*

145 *Neque certior Regula tradi potest, quam quod lex obligat, vt est communiter recepta.*

146 *2. obiectio. Lex tandiu durat, & consuetudo, quamdiù durat consensus illius, ad quem spectat illum præbere, vt valeant. Respondetur hoc verum esse, quando limitata non est potestas illius.*

147 *Potest Summus Pontifex tollere quascunque consuetudines in Ecclesia, quia independenter regit, non sic in Religionibus, quia Religiosi subduntur tantùm ratione votorum, nec eos potest magis obligare, quam ipsi sponte se obligauerint tacitè, vel expressè.*

148 *Proponitur 3. obiectio., & explicatur, quomodo religiosi sint membra religionis, & quam obligationem habeant ad regulam. Remedium traditur inducendi reformationem in Religionibus sine quærela.*

149 *Si fieret à Summo Pontifice, vel à Religione decretum, quod nemo imposterum ad habitum admittatur, nisi admissi professuri sint regulam in sua puritate; tale decretum esset iustum, & Religiosi tenerentur sub culpa graui illud seruare.*

150 *Proponitur 4. obiectio. Qui vouet regulam, vouet etiam illa, quæ illam concernunt; Reformatio concernit. Respondetur, & explicatur, & demonstratur nihil probare hoc argumentum, si vera esset obiectio, ut traditur, sequeretur magnum inconueniens, quod non est admittendum, & explicatur, quod sit istud.*

151 *Proponitur 5. obiectio. Quod Summi Pontifices sæpissimè euulgant constitutiones pro reformationibus Religionum. Respondetur & explicatur, quomodo hoc faciant.*

152 *Proponitur 6. obiectio, quod Summi Pontifices, & Tridentinum coegerunt Moniales ad clausuram, quæ est magna austeritas supra regulam; & Pius V. coegit aliquos religiosos in Hispania relinquere propriam, & subire aliam religionem.*

153 *Respondetur his omnibus, & assignatur ratio, quare hoc factum sit.*

154 *Proponitur ultima obiectio, & respondetur nihil contra nos. Explicatur tamen, quomodo consuetudines obligent aliquando solùm in foro conscientiæ, & in foro fori &c. & explicatur quomodo cognoscantur consuetudines contra regulas esse introductas solùm quoad forum conscientiæ, non quoad forum fori.*

155 *Apponitur quædam admonitio valdè vtilis, & necessaria pro antedictis, ad quam consuetudinē allegantes debent maximè aduertere, ne in re maximi momenti decipiantur, ideò requiritur arbitrium boni viri.*

156 *Admonet auctor, se respondisse prout de rigore iuris putat respondendum: cæterum, quod Religiosi isti optimè facerent, si ad primæuam suæ regulæ obseruantiam redirent.*

157 *Admonet hic etiam superiores, vt recogitent, quod onus illis impositum sit inuigilandi, ne relaxationes in Religione inducantur, quia hoc est malum sine remedio, quod si hoc sæpè mente reuoluerent, non adeò cupide Prælatias aucuparent, sed sibi ipsis melius consulerent.*

158 *Proponitur sextum principale quæsitum. An Religio possit tollere dictas consuetudines aliquos priuando, & respondetur cum distinctione. Quod vel priuat ob delictum, vel sine delicto; cum causa vel sine causa; sine causa non potest, cum causa potest, & ob delictum cum cognitione delicti facta ab eo, ad quem spectat.*

159 *An Religio possit eos, qui imposterum ad magisterium promouendi sunt cogere, vt his priuilegijs, & exemptionibus renuncient, si volunt ad magisterij gradum promoueri; & respondetur quod, uel habent ius ad promotionem ex iure, uel consuetudine, uel promotio pendet ex libera uoluntate promouentium. primo casu, non possunt cogi, possunt autem in secundo, & redditur ratio.*

160 *Proponitur septima difficultas principalis. An supradictæ consuetudines possint aliquo modo cessare, uel tolli. Respondetur posse tolli contraria consuetudine, & contrarijs legibus modo dicto, & etiam statuto Religionis, si omnes consentiant, quia tunc renuntiant iuri suo.*

161 *Nouæ austeritates concernunt religiosos, ut singulos, non quatenus efficiunt vnum corpus.*

162 *Contra id quod diximus, posse religiosos se ipsis solis condere statutum, quo tollantur consuetudines, si omnes concurrant proponitur obiectio, quod non possint, & redditur ratio.*

163 *Quomodo priuilegium commune multis, possit ab aliquibus renunciari, & renunciatio ista quos afficiet.*

164 *Vltimum, quod principaliter propositum est quærendum; An scilicet religio possit ipsa concedere prædictas exemptiones, & respondetur apponendo aliquas distinctiones; concluditur optimum esse nunquam concedere.*

Adhortatio ad legendum tractatum asceticum R. P. Iulij Negronij è Societate Iesu, de cura minimorum, utpotè valde necessarium superioribus.

165 *Hactenus tradita hoc numero compilantur breuiter, & resolutoriè.*

166 *Breuiter narratur quoddam spectaculum, quod in Cronicis D. Dominici relatum est, quod si attentè recolerint magistri, certè valdè terrerentur.*

De consuetudinibus contra regulas, & Constitutiones Religiosorum Regularium.

I I I.

1 IN † religione sancti N. magistri in sacra Theologia, ex consuetudine diutina, obtinuerunt aliqua priuilegia, exemptiones, & præeminentias, quæ nunc Religio conatur abrogare; consuetudine se tuentur prædicti magistri: Quæsitum fuit, Quid iuris in hoc facto.

Quia in facti spetie non apponitur causa, quare Religio prædictas exempt. conetur abrogare, & hoc facile ex eo posset oriri, vel quod putet, de istis

non poſſe dati conſuetudinem, vel conſuetudinem
2 non eſſe inductam, ideò † trademns. 1. An iſta
conſuetudo poſſit induci 2. an inducta poſſint gandere,
qui illam induxerunt 3. Quas conditiones
exigat conſuetudo, vt ſit valida, & robur habeat;
quibus præiactis veluti fundamentis, aliqua alia
ſcitu digna adnotabimus, deinde quæremus 4. An
dato quod nundum ſit perſectè introducta, poſſit
impediri, ne introducatur. 5. An ſi perfectè ſit
introducta, poſſit omninò tolli, & in totum abrogari
6. An ſaltem in partem, ideſt priuando aliquos.
7. An iſta conſuetudo alia conſuetudine tolli, vel
ſe ipſa, vel aliqua de cauſa poſſit ceſſare 8. An iſtæ
exemptiones poſſint religiones concedere, & agemus
de eo, quod circa hoc poſſunt ſuperiores locales,
Prouinciales, Generales, & Capitulum.

3 Ad 1. An conſuetudo permittens aliquas exemptiones,
vtſupra, poſſit induci in Religione. Nota.
1. quod, cùm conſuetudo ſit quid facti cap. 1. de
Conſt. in 6. debet probari. l. 1. quæ ſit longa conſuetudo,
& ibi Gloſſ. & Bald. in 1. not. Bartol. in l.
præſcriptione nu. 11. & ſeq. ſi contra ius, vel vtilit.
publ. & in l. de qulbus in prima lectura nu. 7. ff. de
4 legat. Mantic. deciſ. 8. nu. 4. † An ergo ſit legitimè
inducta conſnetndo, hoc nihil ad me in præſenti:
ſed viderint Patres ipſi ex infra dicendis applicando
conditiones requiſitas, quas infra ſuo loco
trademus.

5 † Noto. 2. Regulas Religionum dicere duo;
Aliqua eſſentialia ſtatui religioſo, & quædam
adinncta ſtatui; eſſentialia ſunt ea, quæ pertinent
ſubſtantialiter ad tria vota, vt eſt caſtitas, quæ non
admittit declarationem: obedientia, de cuius ſnbſtantia
eſt, quod nihil fiat, niſi vel de tacita, vel
expreſſa volunrate ſupérioris, qnod autem omnia
fiant de expreſſa, boc non eſt eſſentiale: Paupertas,
quæ de ſui eſſentia dicit abdicationem dominij,
quod autem in communi aliqnid poſſideatur, vel
etiam, quod aliquid in particulari habeatur, de
conſenſu tamen ſuperiorum, nummos expendere
&c. hoc non eſt eſſentiale voto Paupertatis, ſed eſt,
veluti quid adiunctum; eſt enim perfectionis opus,
iſta non facere, vel non habere, non eſſentiale; ſed
eſſentiale, vel ſubſtantiale abdicatio dominij, &
proprietatis in particulari, & nihil agere independenter
vel contra voluntatem ſuperioris. Caſtitas
religioſa non habet latitudinem, videndus eſt Sanchez
lib. 6. ſum. cap. 2. nu. 26. Lezan. in ſum. quæſt.
6 Reg. part. 1. cap. 7. nu. 18. contra † Regulam, vt
dicit eſſentialia votis, nulla poteſt dari conſuetudo.
Contra verò Regulam, vt dicit non eſſentialia.
7 † Dico poſſe dari conſuetudinem, qua legitimè poſita
ceſſat obligatio Regulæ, & ipſa præualet. Quod
poſſit dari conſuetudo contra Regulam, vt dicit
pertinentia ad vota, ſed non ſubſtantialiter probo.
8 Primò † Quidquid poteſt princeps concedere,
poteſt & conſuetudo inducere. l. ſi quiſquam ff. de
diuerſit. & temp. præſcript. & lib. 1. C. de feud.
limit. aetiologia eſt, quæ princeps poteſt, poteſt &
conſuetudo. cap. ſnper quibuſdam §. præterea de
verb. ſignificat. Cin. l. 1. C. de emancip. Henrich.
Boich. in cap. quanto de iure iur. diſt. 2. Miſſing.
Cent. 4. ſing. obſer. 24. ſed Summus Pontifex multis
religionibus conceſſit mnlta prinilegia relaxantia
paupertatem, & alias obſeruanrias, ergo hoc
poteſt, & conſuetudo. Minor eſt per ſe manifeſta,
non reſero ſactum, ſed vnuſquiſq; poteſt ex ſe tecolere.
9 Secundò † Conſnetudo tollit omnem legem, quę
non ſit ius naturale, vel diuinum, quæcumque illa
ſit, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue ciuilis. cap. licet ex quadam,
de teſt. & latè probat Sanchez de Matr. lib. 7.
diſp. 4. nu. 14. vbi aſſerit, conſuetudine tolli impedimenta
dirimentia Matrimouium; ſed Regula
continens iſta non eſſentialia votis, eſt lex bumana
a fundatoribus religionum promulgata, & a Sũmo
Pontifice approbata, ergo & conſuerudo poteſt
iſtam tollere: minor pater, quia non eſt ius naturale,
nec diuinum, ergo poſitiuum, ſi eſſet diuinum
non confirmaretur à Summo Pontifice.

10 Tertiò Ex Sanchez loco citato de Matr. † Negari
non poteſt, quod quotieſcumque aliqua lex, quæ
ferrur contra priorem legem eſt iuſta, non ſit iuſta
etiam conſuetudo contra eandem legem; ergo ſi
Summus Pontifex iuſtas leges potuit condere regulas
relaxantes, hoc potuit etiam conſuetudo.
Videantur conſtitutiones Patrum Conuentualium
S. Franciſci.

11 Quartò conſuetudo † licet non poſſit in totum
tollere, & abrogare ius naturale, & diuinum, poteſt
tamen illud augere, vel minuere. Innocent. in cap.
fin. de conſnet. receptus a Panormit. Rocho de
Curte, & alijs, ergo poteſt & minuere regulas Religionum.
5. Lex iurata tollitur per contrariam conſuetudinem
paſſim fatentur Doctores, & experientia
docet, ergo & regula voto firmata potuit conſuetudine
tolli: eſt enim eiuſdem virtutis vinculum,
Iuramentum, & votum.

12 Sextò Deficiente materia voti deficit votum,
ergo & deficiente regula, quæ eſt lex poſitiua,
& materia voti per conſuetudinem contrariam,
deficiet votum.

13 Dices conſuetudo non poteſt comparari prinilegio
ſine expreſſo Principis conſenſu. Reſpondet
Suarez lib. 8. de leg. cap. 7. num. 6. Hoc eſſe contra
commnne Iuriſtarum axioma, & noſtram propoſitionem
probat abſolutè veram.

14 Dices ſecundò † Extare dictum vouete, & teddite.
Reſpondeo hoc probare, eſſe peccatum violare
votum, dum viget eius obligatio, at non prohiberi,
quin contraria conſuetudo poſſit induci. Deinde
reddunt vota ſecundum quod in regula ſeruata
reperiunt. Poteſt ergo introduci conſuetudo.

15 Secundum, quod quærendum proponebatur eſt.
an conſuetudine introducta poſſint frui, qui illam
introduxerunt; & videtur dicendum non poſſe.

Primò quia ex ſua iniquitate commodum reportarent,
quod eſt contra axioma commune; ſed
dicendum gaudere, & poſſe frui; probatur.
16 Primò † Per conſuetudinem legitimè introductam
lex ceſſat omninò, ergò illa introducta poſſunt gaudere,
etiam qui introduxerunt, quia nihil poteſt
amplius obſtare. Confirmatur, quia, vel conſuetudo
eſt iam introducta ab illis, qui actus legi contrarios
fecerunt, vel non, ſi eſt introducta, ergo
iam lex ceſſauit; & omnes conſuetudine regentur,
vel non eſt introducta, & nemo illa poterit vti, ſed
adhuc lex prior dominabitur.
17 Secundò † Conſuetudo tantam vim habet, quantam
illi intendunt attribuere, qui illam introducunt,
& vſus illi attribuit, ita Doctores, quod dictum
canonizauit ſæpius & Rota, quis autem dicat
introducentes conſuetudinem non intendere, quod
tantam vim habeat, vt ſe ipſos prius ab obligatione
legis, deinde eximat alios? & vſu ita receptum eſt:
& vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere
debemus, cùm ergo leges loqnentes de conſuetudine
aſſerant, ipſa poſita legem ceſſare, non eſt cur
nos non intelligamus reſpectu omnium, cum reſpectu
omnium illæ loquantur.

18 Quidam

18 Quidam dicebat consuetudinem non induci ab
illis, qui actus contrarios faciebant in Religione,
& ideò illos non posse gaudere tali consuetudine;at
illos, qui talem vsum postea repetiebant, profiten-
tes iuxta illum excusari. Miratus sum hominem,
qui aliquid,se scire profitebatur, vt, quod prius di-
xerat, nempe introducentes consuetudinem, con-
suetudine non posse vti, defenderet, hanc proposi-
sitionem ex suo ore elabi permisisse, quam puto
nullo modo posse defendi; sequeretur enim profes-
sionem posse emitti validam non iuxta regulam,sed
iuxta abusus, quo quid absurdiùs? Lex enim non
amittit suam vim per abusus, sed per legitimam
consuetudinem, si ergo legitima consuetudo non
est introducta, Regula non amittit suam vim, ergo
Regula adhuc retinet ius, quod qui vult profiteri
teneatur profiteri iuxta præcepta, constitutiones
&c. quas ipsa continet, quod si fortasse ignorantia
inuincibili (quam nescio an possit dari in facto) à
peccato excusari posset, certè non alio modo tutus
esset, qui ita profiteretur, si enim statum religionis
cognosceret, & adhuc professionem emitteret ani-
mo seruandi abusus, certe maximam iniuriam in-
ferret religioni, & in foro fori saltem posset cogi
regulam seruare, quia non posset præsumi de illo,
nisi, quod regulam in sua puritate professus sit,cùm
illam ita vigere cognoucrit In foro autem con-
scientiæ, si conoscebat regulam adhuc vigere,
tamen vouendo intendebat ad aliud non se obliga-
re, quam ad id, quod supposito abusu ibi seruaba-
tur,certè tenebitur, vel in illa religione permanere
puritatem Regulæ seruendo, vel aliam assumere,in
qua seruatur regula talis, quam ipse intendit voue-
re, quod si neutrum præstare vellet, profecto non
esset tutus in conscientia. Respondeo ergo
impossibile defendere illud dictum.
Ad rationem dubitandi initio propositam. Res-
19 pondeo Primò. † Quod si illud argumentum aliquid
probaret, nimis probaret; probaret enim non so-
lùm introducentes consuetudinem contra Regulas,
& vota religionum in non essentialibus non gaude-
re consuetudine,sed neminum eandem introducen-
tem cum peccato,quod non est dicendum. Secundò
hoc est præcipuum in consuetudine,vt ex longo vsu
tollatur lex, ne peccata multiplicentur. Tertiò
Non reportarent consuetudinem introducentes
beneficium ex sua malitia; sed ex lege statuente;
non enim ex eo quod peccant formaliter eximun-
tur ab obligatione legis,sed quia lex concedit,quod
positis requisitis ad consuetudinem, ipsa consue-
tudo inducatur, & obligatio legis cesset; ita est
satisfactum cuidam scrupolosę dubitationi.
Ad Tertium quas conditiones requirat consue-
tudo, vt faciat cessare legem,vel vt alio modo obli-
20 get. Noto † consuetudinem aliquando sumi, vt
quid facti, & vt quid iuris. Vt quid facti significat
frequentiam actuum, vel frequentem vsum, & ita
sumitur in cap. 1. de constit. in 6. & in cap. Mos
distit. 1. Vt quid iuris definitur ab Isidoro relato
in cap. consuetudo dist. 1. Quod sit ius quoddam
moribus constitutum, quod pro lege suscipitur,
cùm deficit lex, & ita sumitur in cap. vlt. de con-
suet. definitur etiam quod sit ius non scriptum,
quod ex longo, & continuo vsu ortum est, & istam
definitionem cõmuniter recipiunt iuristæ in rubri.
21 de consuet. & in l. de legibus ff. de legibus. † Du-
plex est autem consuetudo præscriptiua, & legalis.
Præscriptiua est,quæ requiritur ad præscribendum,
de qua infra trademus aliquos textus esse explican-
das. Legalis est, quæ inducit, & facit legem omni-
nò obseruandam, text. in l. omnes populi ff. de inst.
& iur. & Doctores ibi & in l. de quibus & l. ius sin-
gulare eodem tit. text. in §. ex non scripto. Instit.
de iur. nat. gente & ciuili Cassanæus Rub. 4. §. 23.
in verbo, & qui ne sunt paies nu. 6. Alex. cons. 42.
volu. 1. Neque differt a lege,nisi tamquam tacitum
ab expresso, Misinger. centur, 4. obs. 41. num. 16.
estque in iuditijs accuratè attendenda & obseruan-
da, & secundùm illam debet omninò iudicari,
adeo vt iudex iudicans contra consuetudinem litē
perinde faciat suam, ac si contra ius commune
pronunciaret per text. in cap. venientes de iur. iur.
& in cap. 3. de eo qui mitt. in poss. text. in l. An in
totum C. de ædifi. priu. text. in l. 1. & in l. præses.
C. de seruit. & aqu. text. in Auth. iubemus in fine,
ibi sententiam legibus, & moribus consonantem.
C. de ind. Gloss. ibidem nu. 2. Salicet. nu. 1. Iason
in l. de quibus nu. 7. ff. de legib. & Gloss. in tit. de
pace constant. §. sententiæ quoque in verbo secun-
dùm leges Bart. Bald. & Doct. in l. fin. C. de pæna
iud. qui mali iud. De ista consuetudine, videlicet
de legali nobis est sermo in præsenti.
22 Quatuor † requiruntur conditiones ad stabilien-
dam consuetudinem ex communi Doctorum sen-
tentia. I. Quod sit rationabilis. II. Per multos
annos obseruata. III. Quod sit vsu frequentata.
IIII. Quod scientia populi introducta, ita Zasius
post Bartol. in d. l. de quibus Panormi,& alios cano-
nistas in cap. vlt. de consuet. & hanc esse magis
receptam opinionē asserit Decius cons. 489. n. 25.
Prima ergo conditio requisita ad consuetudi-
23 nem est, quod sit † rationabilis, & merito, quia,
cùm consuetudo sit lex, vt supra diximus, & lex
debeat esse sancta; tex. in l. quod non ratione ff. de
legi. & in cap. fin. §. fin. de consuet. & ibi Glossa in
verbo rationabilis,merito etiam consuetudo debet
esse talis. Hoc puto certum, difficultas est.
24 Quæ † consuetudo dicatur rationabilis cùm in
in hoc assignando maximè discrepent Doctores.
Nam Glossa proximè allegata tradit, illam consue-
tudinem dici rationabilem, quæ à iure non repro-
batur, irrationabilem, quam iura reprobant. Alij
considerantes finem legum Canonicarum, quod sit
fælicitas æterna Ciuilium, bonum publicum, eas
consuetudines statuunt rationabiles, quæ hos duos
fines respiciunt. Alij asserunt illam consuetudinem
rationabilem, quæ non est inductiua peccati, ita
Gaill. lib. 2. obser. 31. num. 12. Alij distinguentes
de consuetudine, contrà, & præter legem, consue-
tudinem præter legem, vtpotè, quæ nulli iniuriam
facit, statuunt semper esse rationabilem, quia bono
communi videtur expedire, & conueniunt omnes,
contra legem autem, quando sit rationabilis,
relinquunt iuditio prudentis viri, Menoch. de
Arbit. centur. 1. casu. 82. Glossa cap. 1. de constit.
in 6. Alij, vt Nauar. lib. 3. cons. 7. nu. 3. in priori
æditione in 2. autem cons. 3. nu. 3. tit. de Censib.
supplem. Gabriel. 4. dist. 1. num. 3. dub. 6. volunt
consuetudinem esse rationabilem, quoties iuri na-
turali, vel diuino non repugnat; & esse irrationabi-
lem, si iuribus dictis repugnet, licet bono publico
conueniat. Alij hanc regulam firmant, quod tunc
consuetudo sit rationabilis, quoties, si de eadem
ferretur lex, esset iusta, & rationabilis etiam nulla
præcedente consuetudine, & de hoc Sanchez de
Matr. lib. 7. disp. 4. num. 14. asserit non esse dubi-
tandum, & ratio est, quia Consuetudo est lex,suffi-
cit ergo ea honestate vestiri, qua lex ipsa vestitur.
Bald. in l. non omnium in prin. ff. de leg. & l. 1. §. Ini-
tum nu. 1. ff. de postul. & facit etiam lex prospexit,

ff. qui,

ff. qui, & à quibus manum. lib. non fient Tiraquel. in præfat. tract. de vtroque retract. n. 75. multa ad hoc allegans volunt Consuetudinem tunc esse rationabilem, & iuri naturali non repugnantem, quoties illam introducentes, vel illam seruantes existimant esse bonam, & suis moribus conuenientem, hoc pro ratione statuentes, licet aliquam iniquitatem contineat. Si plura quæris adeas Glossam in cap. fin. de Consuet. Panormit. ibi. n. 5. Menochium de Arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 82. & alios.

25 Ego puto † consuetudinem tunc esse rationabilem, quoties de eadem re, de qua introducta est consuetudo, posset ferri lex. Si quæras qua honestate sit vestienda lex, dico ea honestate, vt sit de re honesta, & reipublicæ conuenienti.

26 Contra illud tamen, † quod diximus, dari consuetudinem contra legem, quæ illam tollat, videtur vrgere. Vel lex contra quam præscribitur, est iusta, vel non. Si est iusta, ergo iusta esse non potest consuetudo illam tollens, alioqui idem esset iustum, & iniustum, vel essent iustæ duæ leges contrariæ, & aliquando contradictoriæ. Si est iniusta, ergo non est amplius lex, & se ipsa cessat, neque opus est consuetudine, quæ illam tollat. Respondeo legem, quoadusquè durat, semper esse rationabilem; consuetudinem autem semper esse irrationabilem, quoadusquè perueniat ad legitimum tempus præscriptioni affixum; ideò, qui consuetudinem legi contrariam tentant introducere, toto tempore quo tentant, semper peccant, at elapso termino præscripto ad inducendam, & stabiliendam præscriptionem contra legem, tunc lex incipit esse non expediens Reipublicæ, ne peccata multiplicentur, ideò leges statuerunt, vt elapso statuto tempore lex cederet consuetudini. Vide Suarez de leg. lib. 7. cap. 18. nu. 24. Castropalt. de Consuet. punct. 2. §. 1. num. 2.

27 Dices secundò. † Consuetudo non potest dari contra legem, quia præscriptio daretur cum mala fide. Respondeo in hoc differre præscriptionem à Consuetudine, quod præscriptio, vt dicit ius alterius sibi acquirere non admittit malam fidem. Consuetudo aut vt plurimum malam fidem supponit, & præcipuè cùm est contra legem, & ideò in eius præscriptione non requiritur bona fides.

28 An † possit dari consuetudo contra legem naturalem, & diuinam. Vide Panormitanum relatum ab Angelo Theologo verbo Consuetudo num. 3. Certè nulla consuetudo potest dari, quæ foueat peccatum 8. distin. capit. Quæ contra. Nec ratione carens vnquam habebit vim legis. Secunda conditio requisita ad stabiliendam consuetudinem est,
29 † quod debito temporis spatio sit præscripta, per text. in cap. fin. de Consuet. Gloss. ibidem in verbo legitimè, text. in l. diuturna ff. de legi. Nam, quotiescunque de consuetudine fit mentio, semper intelligitur de præscripta per tex. in cap. Cumana de elect. & l. de quibus §. 1. ff. de leg. Alex. cons. 136. nu. 16. volu. 1. & in hoc omnes conueniunt.
30 † sed quod tempus sit istud, quod requiritur, hoc est valdè controuersum. Ego sic statuo, nullum extare textum, nec iuris ciuilis, nec canonici hoc determinantem; patet ex toto titulo de consuetudine; Nec minus iure naturæ posse determinari, vt de se patet, quare Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 1. Cas. 83. num. 6. Corasius in l. de quibus nu. 8. ff. de leg. Cuiaci. lib. 2. obser. cap. 1. & multi Theologi Medini. q. 97. artic. 3. §. sed dubitatur, Sotus de Iust. lib. 1. quæst. 7. artic. 2. Vasquez 1. 2. disp. 177. cap. 5. Lessius de Iust. lib. 2. cap. 6. dub. 14. Basilius de Leone de Matr. lib. 6. cap. 5. nu. 9. & alij asserunt, esse arbitrarium. At ego alia via incedens, puto tempus decennij sufficere ad firmandam consuetudinem, tam contra, quam præter legem, Ducor, quia consuetudo debet præscribere ergo aliquo tempore ad præscribendum requisito; præscriptionem autem istam cùm nemini damnum inferat, & sit res merè fauorabilis, puto decennalē esse sufficientem ad firmandam consuetudinem, siue præter, siue contra quamcunque legem, siue canonicam, siue ciuilem, Conclusio est Mascard. de probat. conclus. 424. nu. 24. Suarez de legib. lib. 7. cap. 8. nu. 7. iuncto cap. 15. nu. 5. & cap. 18. nu. 2. quod autem ad stabiliendam consuetudinem sufficiat decennium probatur. Iura ad hunc effectum requirunt tantum præscriptionem longi temporis. C. quæ sit longa consuetudo, in rubro, & nigro, & argumento. l. 2. C. de seruit. Longum autem tempus dicitur decennium. l. vlt. C. de præscript. long. tempo. §. 1. instit. de vsucap. maximè in re nulli damnosa, sed omninò fauorabili.

31 Neque obstat † quod ad præscribendum inter absentes requiratur tempus viginti annorum, ideò, cum in consuetudine præscribatur contra Principem, qui legem tulit, saltem in illis locis, vbi Princeps non est præsens, vel qui legem tulit; sed est absens, requirentur viginti anni pro illa firmanda. Respondeo hoc argumentum supponere, quod nos apertè negamus, nempè requiri præsentialem assensum Principis, cùm nos asseramus sufficere legalem. In cap. enim vlt. de consuet. decernitur, quod consuetudo legitimè præscripta sit seruanda, ergo hic est expressus necessarius consensus, frustra igitur requiritur ab alijs præsentialis. Lex autem est, vbi dominatur, & ibi præbet assensum.

32 Sed dices, † pro firmanda consuetudine videtur requiri, quod sit inueterata ex l. de quibus ff. de leg. Inueteratum autem est illud, de cuius initio non extat memoria, l. vlt. C. quæ sit longa consuetudo; & aliquando dicitur, quod excedit hominum memoriam, l. hoc iure §. Ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æsti. Tempus autem, quod excedit hominum memoriam, est paulo minus centum annis; Crauet. de antiq. tempo. 2. par. 4. par. prim. nu. 2. Curtius iunior cons. 158. nu. 16. Aliquando requiritur longum tempus vt cap. vlt. de Consuet. sed longum tempus complectitur centum annis, l. vlt. C. de sacros. Eccles. Ergo non decem anni, sed longiùs tempus requiritur ad consuetudinem firmandam. Respondeo nullos ex prædictis textibus quidquam decidere de præscriptione requisita ad consuetudinem legalem; Cùm ergo ad præscriptiones, quæ nulli nocent, & etiam ad illas, quæ non sunt contra Ecclesiam, vt est præscriptio consuetudinis, quæ inducitur contra legem Ecclesiæ, quia fit de assensu ipsius Ecclesiæ, tali consuetudini præbetis assensum expressum in citato cap. vlt. de Consuet. sufficiat decennium, vt supra probatum est, restat, quod maius tempus ad hunc affectum non sit desiderandum.

33 Petes † quando incipiat currere hoc tempus, & sumat initium consuetudo: Respondit Bartol. in dict. l. de quibus num. 15. Iason ibidem num. 33. & alij à tempore primi actus, qui fit ad inducendam
34 consuetudinem. † Debet autem hoc tempus esse continuum, & non interruptum, quia tempus à iure requisitum intelligitur de continuo, non de interrupto. Lappus Alleg. 47. Nauar. cons. 87. nu. 1.
35 de Reg. † Tunc autem tempus iudicatur interrumpi

rumpi ad effectum, de quo agimus, cùm à maiori
parte communitatis fient actus contrarij illis, qui-
bus intenditur consuetudo, & dicitur interrumpi,
etiamsi vnus tantùm actus contrarius fiat Abbas in
cap. vlt. de Consuet. num. 19. Item interrumpitur
consuetudo, si Princeps puniat intendentes illam
introducere, quia tunc deficit assensus Principis
necessariò requisitus; Suarez de legib. alias referens
loc. cit. nu. 15. Ad consuetudinem ergo inducen-
dam sufficit decennium; & hoc frequentiùs stipu-
lantur Doctores Missinger. cent. 6. obser. 41. n. 9.
Iason in l. de quibus nu. 4. ff. de leg. hanc eandem
fatetur esse communem sententiam; idem asseruit
Monach. de iure patr. lib. 1. num. 17. & Gloss. in
cap. fin. de cons. in 6. & videtur conforme legibus;
nam in Rubri. ff. de legib. & in Rub. C. quæ sit lon-
ga consuetudo eadem consuetudo appellatur diu-
tina, & longa, longum autem, & diutinum decen-
nio concluditur. Instit. de vsucap. in prin. Bartol.
in d. l. de quibus 2. quæst. in prin. vers. 3. videa-
mus Bald. Angel. & Fabi. in §. Ex non scripto. Instit.
de iure nat. gent. & ciuil. Innocent. in cap. Quid
pet nouale. de verb. signifi. & Panorm. in cap. vlt.
36 de Consuet. vbi asserit de communi. † Mala autem
consuetudo nullo temporis spatio firmatur, text. in
§. Nulla sacro liceat Auth. Vt nulli indi. lice. babe.
loc. ser. ad idem est textus in l. quod non ratione ff.
de legib. & Doctores plenè in l. de quibus, & cap.
fin. de Consuet. citatis.

37 Tertium † ad consuetudinem requisitum est
actuum frequentia. Quot autem, & quales actus
38 debeant esse disputant Doctores. † Duo actus non
sufficiunt, quia adhoc, vt aliquid dicatur consue-
tum, requiritur, quod sit frequens, quod autem sit
bis, aut ter, non dicitur frequens ex l. Item apud
39 Labeonem §. aliud est ff. de iur. iur. † Non tamen
requiritur, quod actus sint facti in iuditio, quia
consuetudo inducitur à populo cum consensu Prin-
cipis in lege expresso, ex quo apparet impertinens,
quod actus sint, vel non sint iuditiales. Imò nec
quidquam referret, quod isti actus essent à Principe
supremo, quia, si quid operatur suprema auctoritas,
id potest esse ad legem, non ad consuetudinem.
Probatur 2. duos actus non sufficere, quia tempus
requisitum ad consuetudinem firmauimus esse de-
cennium, duo autem soli actus non videntur res-
pondere longitudini temporis, vt dicantur fre-
quentes. Tertium. Actus requiruntur, vt ex illis
appareat populi consensus: quomodo autem toto
decennio ex duobus tantùm actibus probabitur
consensus?

40 Quot erunt necessarij. † Respondeo de hoc non
posse tradi certam Regulam; sed iuditio prudentis
viri esse relinquendum. Cùm enim isti actus requi-
rantur, vt ex illis eliciatur populi consensus, tot
erunt necessarij ad consuetudinem inducendam,
quot ad consensum exprimendum. Quia autem
populi consensus non semper eodem modo expri-
mitur, & non eodem modo semper colligitur; sed
diuersimodè; sequitur, quod hoc indicare in foro
animæ arbitrio boni viri, in foro fori autem, iudicis,
relinquatur, ita Menoch. de Arbit. lib. 2. cent. 1.
cas. 81. num. 4. Duaret. de legib. cap. 11. & ex
Theologis Basilius de Leone de Matr. lib. 6. cap. 6.
num. 1. in fine, & alij.

41 Non est tamen necesse, † quod consuetudo sit
canonizata in iuditio, licet hoc multi asserant au-
ctoritate Glossæ in c. Abb. de verb. signifi. in l. de
quibus ff. de leg. & l. cùm de consuetudine eodem
tit. quia contrarium est frequentiùs receptum, vt
testatur Panor. in cit. cap. vlt. num. 16. de consu.
Rochus de Curte ibidem in 5. requisit. allegans
Anto. de Butr. idem tenet Faber. in cit. §. Ex non
scripto Guidopap. cons. 132. & ratio potest esse,
quia consuetudo non differt à lege, nisi tamquam
tacitum ab expresso; sicut ergo lex inducitur absque
actu iudiciario, ita & consuetudo iuxta Bart. & alios
in d. leg. de quibus, & d. cap. fin. & Socin. cons. 99.
lib. 1. Deinde tacitus populi consensus causat con-
suetudinem, consensus autem iste potest colligi,
& declarari per actus extraiudiciarios, ac per
iudiciarios. d. l. de quibus, & l. si seruus plu-
rium §. vlt. & l. Nundinis ff. de leg. 3. & l.
cùm de Lenionis §. Asinam ff. de fundo inst. leg.
ideò videtur impertinens requirere actus iudicia-
rios.

42 Dices in cap. † Abbate de verbor. signif. dicitur
insufficiens consuetudo quædam, eo quod non fue-
rit in iudicio approbata, ergo, vt sit sufficiens, re-
quiritur talis approbatio: Resp. 1. ibi non esse ser-
monem de consuetudine legali; sed de præscriben-
te. 2. dato, quod esset sermo de legali, nihil obstare,
quia quæ ibi referuntur, sunt à parte allegata, non
à Papa confirmata. 3. Ibi non decidit, quod ad va-
lorem consuetudinis requiratur, quod sit approba-
ta in contradictorio; sed, quod, vt valeat in hoc
casu, cùm sit quid facti, probandum est extare;
aliud est autem, vt consuetudo probet in hoc facto,
quod sit probanda inducta, aliud, quod, vt valeat
ad probandum, sit probata in iuditio contradicto-
rio.

43 Neque obstet † l. cùm de consuetudine ff. de leg.
in qua habetur, ab allegante consuetudinem primò
inspiciendum esse, an in contradictorio iuditio fir-
mata sit; Respondetur enim hoc non requiri, tam-
quam quid necessarium ad validitatem consuetu-
dinis; sed vt quid vtile demonstrari illam allegant i;
cùm enim allegans teneatur illam probare, cùm sit
quid facti, ideò admonetur, vt aduertat, an ali-
quando fuerit in iuditio probata, quia sic probatã
producens releuabitur ab onere illam probandi:
sufficienter enim probatum erit existere, si in iudi-
tio probata demonstrabitur.

44 Quartum requisitum est, † quod actus fiant à
populo ex scientia, non per metum grauem, aut
per errorem, vel ignorantiam: quotiescumque
enim talis est error, metus, ignorantia &c. vt tol-
lant consensum, non introducitur consuetudo ad
quam maximè requiritur consensus d. l. de quib. &
iuxta Gloss. in c. vlt. de consu. & Rom. cons. 168.
num. 5. Fab. in cit. §. Ex non scripto nu. 7. & ratio
est, quia, cum consuetudo sit tacitus populi consen-
sus. l. sed ea ff. de leg. dato errore, metu &c. in
populo excluditur consensus. l. Si per errorem ff. de
iuris. omn. iudi. cum similibus, & actus facti pro
inducenda consuetudine, non solum debent esse
voluntarij; sed requiritur præterea necessario vt
sint facti, mente eandem inducendi consuetudinẽ,
& ratio manifesta est, quia, cùm consuetudo sit lex,
& lex non possit habere vim, & efficaciam nisi legis-
lator intendat ferre legem; ita neque consuetudo
valebit, nisi actus ex mente fiant, vt consuetudo
45 inducatur. † Hinc etiam fit, quod consuetudi-
nes aliquando obligant ex debito; aliquando ex
ex gratitudine, aliquando sub mortali, aliquando
sub veniali, aliquando in foro conscientiæ tantùm,
aliquando tantum in foro fori, & aliquando in
vtroque. Cùm enim tantùm habeat potentiæ,
quantum ei vsus attribuit, & quantum intendunt
illam introducentes, hinc nascitur ista varietas
obligandi.

obligandi: sed dices, quando obligant sub mortali, quando sub veniali, &c.

46 † Quatuor traduntur Regulæ à Theologis ad hoc dignoscendum; quarum vnaquæque, etiamsi sola concurrat, erit maximum argumentum istius obligationis. P. si consuetudo sit rei grauis, & difficilis, seruetur que communiter à populo, est signũ, consuetudinem esse ex debito, & obligare sub mortali, non enim solet communitas in his conuenire, nisi se sentiat obligatam. 2. Si viri timorati male sentiant de illis, qui consuetudinem, non seruant, vel populus de illis scandalum sumat. Tertia si Prælati, vel superiores puniant consuetudinem violantes. Aduerte tamen hic, quod superiores aliquando puniunt tantùm in foro exteriori, non autem in interiori, vt v.g. si optimè sciant aliquid à communitate agi, & id fortasse etiam ipsi agant, dissimulent, nihil dicant, & tacitè assentiantur, attamen si aliquid denuncientur, eos puniant, tunc signum est obligere tantùm in foro fori, non in foro conscientiæ. 4. si materia consuetudinis, & illius obseruatio valdè conferat Reipublicæ: Quælibet istarum maximè confert ad cognoscendam obligationem, & quanto plures simul conueniunt, erunt tanto
47 maius argumentum. † Ex his colliges, quando dies festi de consuetudine obligent sub mortali &c.
48 † Scies tamen quod in dubio præsumendum est, consuetudinem esse ex deuotione, non ex obligatione. 1. quia, quæ sunt facti non præsumuntur. 2. lex non præsumitur, sed debet probari. 3. Nemo
49 præsumitur velle sibi imponere onus. † Potest tamen esse, quod consuetudo sit incepta ex deuotione, & continuata ex obligatione, quo casu quando erit legitimè præscripta obligabit ex debito, non ex deuotione. Item potest esse incepta ex obligatione, & terminata ex deuotione, & ex deuotione obligabit, cùm erit legitimè præscripta. Suarez de legib. lib. 7. cap. 14. nu. 6. Salas disp. 19.
50 sect. 11. sub num. 92. † Qui tamen ex vrbanitate, aut liberalitate præstat beneficium, vel obsequium alicui etiam longo tempore, non inde ex necessitate remanebit obligatus idem semper præstare Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 5. cas. 494. num. 4. & probatur l. creditores C. de pignor. l. ciuil. C. de
51 furtis & cap. potuit de locato. † Consuetudo est stricti iuris tantùm habens potestatis, quantùm vsus ei tribuit l. quod verò contra, & l. quod non ratione ff. de leg. Bald. in cap. 1. num. 4. in fin. Qui feud. dar. poss. Ripa. l. centur. num. 91. ff. de vulg. subst. Socin. iun. cons. 101. num. 13. lib. 2. & debet probari in casu, de quo agitur Castrens. cons. 340. ad fin. lib. 2. Ripa respon. lib. 2. cap. 25. num. 17. Purpur. cons. 512. num. 9. & 10. Crauet. cons. 24. num. 20. Neque extenditur de loco ad locum, neque de persona ad personam l. 3. §. Si quis hoc interdicto, & ibi Bart. de itin. actuque priuat. l. ius singulare & l. quod vero contra ff. de leg. Bart. in cap. 1. num. 9. de feud. capit. Decius cons. 483. num. 22. Purpurat. cons. 522. num. 12.

52 In † probatione consuetudinis, licet testes referant de multis actibus, si tamen ex istis non deprehendatur populi consensus, numquam iudicabuntur sufficientes ad probandam consuetudinem iuxta Bartol. in d. l. de quibus vers. prim. videamus, Angel. ibidem dicit tacitum consensum esse causam causantem consuetudinem. Neque satis est ad eam probandam testes deponere illam extare, quia tali casu ferrent testimonium de iure, non de facto, testis autem debet testificari de facto, non de iure, in facto enim consistit probatio consuetudinis, ipsa autem consuetudo est ius non scriptum iuxta Cynũ in l. 2. vers. sed quæro. C. quæ sit longa consuet. & ibi Albericus nu. 59. & Bartol. in d. l. de quibus vers. sed quid si testes; Probatur autem, si testes producti deponant, talem actum, qui fauet consuetudini, factum esse talibus, & talibus præsentibus. Item, quod talibus, vel talibus notus sit hic actus. Item quod ijdem, qui actus fecerunt sint maior pars populi: ita Alberic. l. 2. C. quæ sit longa consuet. Bartol. Angel. Zasius &c. d. l. de quibus.

53 Differt consuetudo legalis à præscriptiua, quod legalis requirit consensum plurium; Præscriptiua autem perficitur solo consensu vnius, & de ista est intelligendum cap. 1. de præscript. in 6. Vbi Episcopus antea obligatus in coercendis subditis procedere cum consilio capituli, ab hac obligatione se exemit cap. Non est; de consuet. in 6. Ad validitatem tamen consuetudinis legalis non requiritur consensus tertiæ partis communitatis; sed sufficit maioris partis, illud autem est speciale in aliquibus electionibus, vt l. quod maior ff. ad municip. & cap. 2. de his quæ licèt à ma. par. capituli, vt requiratur consensus tertiæ partis.

54 Est † consuetudo maximè efficatiæ; potest enim quidquid potest Princeps, & cætera, quæ initio dicta sunt & etiam præterea consuetudo, & longa obseruantia æquiparatur veritati. Alex. cons. 24. num. 14. cum seq. vol. 5. Curtius Iun. cons. 206. num. 38. vol. 3. & quidquid pacto firmari potest, potest & consuetudine induci, text. singul. in l. vlt. & ibi annotant Bartol. Bald. Salicet. & Doctores C. de fideiuss. & est glosa ordina. in l. non solùm §. final. verbo Hæredes in princ. ff. noui oper. nunc.

55 Quælibet † communitas, cui lex imponi potest, potest consuetud. inducere, quia communitas inducit legem non sua potestate, sed consensu Principis, vel illius, ad quem spectat legem ferre. Vnde Conuentus Fratrum, & Monialium validas inducunt consuetudines, quibus se eximunt à legibus, quibus tenentur. Item communitates, vel vniuersitates mercatorum, & cæteræ similes; & potest à communitate induci in fauorem etiam personæ particularis, etiam in sui præiuditium, Coccina decis. 400. num. 3. An autem vna familia possit facere consuetudinem seruandam inter domesticos discrepant Doctores: pugnantes sententias vide apud Gabriel. comm. concl. lib. 6. de consuet. conclus. 5. n. 1. & seq.

56 Ex his † ita positis facile erit iudicare, an consuetudo sit, nec ne legitimè introducta. Volui breuiter ista recensere, vt domini consulentes possint statuere, an sit introducta asserta consuetudo; quod facient applicando hanc theoricam praxi. Videbunt autem primo, an dicta consuetudo sit contra essentialia votis, & concludent de istis nullam dari contrariam consuetudinem, dabitur autem contra cætera omnia; deinde ex traditis iudicabunt, an sit introducta solùm quoad forum animæ, an etiam quoad forum fori, & an quoad vtrunque; tandem & sit legitimè introducta, si nulla ex traditis conditionibus requisitis desideretur.

57 Quartum propositum quærendum est. An consuetudo nundum legitimè introducta, sed adhuc (vt ita dicem) in fieri possit impediri. Pro intelligentia huius, & aliorum quæsitotum sunt aliqua valdè vtilia prænotanda.

58 Primò, † Iure naturæ nulli particulari personæ competit ius leges condendi, quæ alias obligent, quia natura fecit hominem liberum, sed ista auctoritas competit tantùm communitatibus, idest pluribus familijs vnitis: eo enim ipso, quod simul

vniuntur

vniuntur ad habitandum, ne inter ipsas sit perpetua confusio debent regi, nec possunt regi, nisi legibus, ergo ista communitas habet potestatem condendi leges; quæ potestas ita residet penes communitatem, vt à nullo possit tulli ab ea, & in his ferè omnes conueniunt; ideò in l. 1. ff. de constit. princip. & l. 3. §. Nouissimè ff. de orig. vir. vt tradunt Doct. ibi, & canonistæ in cap. per venerabilem Qui filij sine legitimi deciditur, quod potestas Regis est à communitate. Verum tamen est, quod statim ac illam communitas transtulir in Regem, eam non potest amplius reuocare, sed Regi tenetur obedire; quia sic tradita deinde est à Deo; vt Paulus ad Rom. Qui potestati resistit die ordinationi resistit. Talis autem potestas non residet in Principe iure naturę, sed consensu communitatis eum in illum transferentis.

59 Duplex † est potestas, dominatiua, & iurisdictionis. Ad leges condendas non sufficit dominatiua, sed bene ad præceptum, ad leges condendas requiritur potestas iurisdictionis, idest gubernatiua Reipublicæ, & communitatis perfectæ, non imperfectæ, qualis est spetialis alicuius domus, ferè omnes Doctores Bartol. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. in 1. quæst. & in l. imperium ff. de iurisd. omn. iud. nu. 8. & canonistæ communiter in cap. Ecclesia Santæ Mariæ de constit. & cap. solitæ de maiorit. & obed. & D. Thom. communiter receptus quæst. 90. art. 3.

60 Differt † autem potestas dominatiua à potestate iurisdictionis. 1. Ex obiecto, nam iurisdictionis respicit communitatem perfectam, ad cuius gubernationem ordinatur; dominatiua autem imperfectam, aut partes illius, vt domus, vel personarum domus, vt coniugis, filiorum, seruorum &c. 2. differt fine; dominatiua enim respicit bonum, & vtilitatē imperantis tantùm, vel personæ, cui præceptum imponitur: At iurisdictionis respicit bonum, & vtilitatem cōmunitatis, vt sic, & vt spectat ad bonum regimen. 3. differt origine: Nàm potestas iurisdictionis residet in communitate iure naturæ, & in Principe ex consensu communitatis, vt supra dictū est: dominatiua autem, quæ est eadem, ac dominij, aliquando iure naturæ, per naturalem originem, vt in patre respectu filij, aliquando iure naturæ, sed supposito aliquo contractu, vt in marito respectu vxoris in ordine ad gubernationem domus, & custodiam personæ, aliquando iure gentium, & ciuili, vt in domino respectu serui in bello capti: aliquando pacto, promissione, vel contractu, vt cum quis se vendit in seruum aut votum obedientiæ emittit. 4. differt in modo cogendi subditos, quia dominatiua non punit pæna sanguinis, sed tantùm aliquo moderato supplicio. Iurisdictionis autem etiam sanguine punit, si ita est necesse ad bonū regimen.

61 Hanc † vtramque potestatem habent Prælati Religionum, dominatiuam videlicèt, & Iurisdictionis, & istam quasi episcopalem, ita Doctores communiter in clem. 1. de reb. Eccles. non alien. verbo proprij & sumitur ex c. Abbate de Priuil. in 6. Quod verum est tàm de Prouincialibus, quàm de Generalibus, qui habent iurisdictionem quasi episcopalem; non habent omninò episcopalem, quia episcopus se solo potest condere leges pro sua diœcesi, non sic autem Generalis pro tota Religione, nec Prouincialis pro sua prouincia, sed requiritur assensus capitulorum Generalis, vel prouincialis respectiuè. Quàm auctoritatem habeant guardiani, quo iure, & an veniant nomine prælatorum vide Roderiquez, & alios de hoc agentes. Roderiquez to. 1. qq. reg. 17. per totam vbi de Generali, Prouinciali, & Guardianis latè, quæ non expendo, quia ad me nunc non spectat.

62 2. Noto Generales, & Prouinciales, Capitulum Generale, Prouinciale, & à fortiori multo minus inferiores nihil posse circa ius commune, & circa proprias constitutiones à Sede Apostolica ob bonum cōmune approbatas, quia inferior nihil potest in superiorem. Quod si confirmatæ sint in fauorem statuentium, cùm habeant quandam rationem priuilegij ab illis liberè possunt recedere priuilegiati.

63 † In casibus autem leuibus, & in quibus, esset nimis durum semper recurrere ad capitulum, seù superiores de licentia interpretatiua, vel de consuetudine videtur hoc illis esse permissum, Medina. t. 2. quæst. 97. artic. 4. conclus. 3. Miranda Manual. Prælat. tom. 1. quæst. 30. art. 11. Quæ spectant ad totam religionem ad Generalem dum Capitulo Generali spectat statuere, quæ ad Prouinciam ad Prouinciale cum Capitulo suo, quæ ad Conuentum ad Priorem cum suo item Capitulo, quæ enim omnes tangunt ad omnibus approbari debent.

64 Noto 3. † Consuetudinem nullam habere vim, nisi de consensu illius, ad quem spectat legem ferre, vt supra dictum est. Ex quo sequitur quod consuetudo legitimè introducta sit lex illius, ad quem spectat leges ferre, & ideò sine eius item consensu non potest auferri.

65 Noto 4. † superiores quoscunque Religionum,
imò, neque Papam quidquam posse circa religiosos,
nisi quatenus, per vota se illis subdiderunt. Cùm
enim in tantum sint Religiosorum superiores, in
quantùm religiosi voto se illis obstrixerunt, sequi-
tur, quod superiores nihil possint amplius quam
vota illis permittant, Sanchez alios referens in
66 sum. lib. 6. c. 1. à num. 8. & c. 2. n. 2. † Subditi
tenentur obedire suis prælatis, ita tamen, vt prius
Generali, deinde Prouinciali, postremo superiori
Conuentus, quia inferioris potestas non potest se
extendere aduersus superiorem; esset enim iniquū
præceptum, ita Castropalt. de Relig. de voto obed.
disp. 4. p. 2. n. 1. & Suarez tom. 3. de Relig. lib. 10.
67 cap. 11. n. 6 & seq. † Summus Pontifex habet po-
testatem obligandi religiosos ad obseruantiam
regularem non solùm ex iurisdictione à Christo illi
tradita, sed etiam ex voto obedientiæ, non tamen
vltra quam voto se obstrinxerunt, prima pars est
Soti. lib. 7. de iust. quæst. 3. ar. 1. Nauar. in sum.
cap. 12. nu. 76. Suarez loco cit. num. 13. & Sanchez
lib. 6. sum. cap. 1. num. 8. secunda patet ex dictis.

68 † Episcopus ex vi voti nihil potest in exemptos. In aliquibus tamen habet eos subiectos, vt in librorū impressione, in audiendarum confessionum, & officij prædicandi licentia, in obseruatione festorum, & censurarum, in assistentia ad publicas processiones, in componendis controuersijs de præcedentia locorum; in punitione publicæ delinquentium, & in exploratione voluntatis puellæ professuræ. Ad hæc tamen mendicantes, & qui priuilegijs mendicantiū gaudent, non potest cogere per censuras, vt constat ex eorum priuilegijs, nisi in casibus expressis in Tridentino, videlicet cùm celebrant in oratorio priuato absque licentia, & horis non debitis, & admittunt superstitiones in celebratione vt sess. 22. de vitandis, & obseruand. in celebrat: Missæ; Quando tentant impedire clausuram monialium sess. 25. capit. 5. de Regula: vel cùm nolunt restituere bona nouitijs resipiscentibus eadem sess. c. decimo sexto, In alijs autem supra numeratis casibus potest procedere alijs pænis arbitrarijs, Glosa, Hostiens. Io.

Andr. & alijs in capit. primo, de Priuileg. in 6. & firmat Sanchez. de matr. libro septimo, disput. 33. num. 23. & Barbos. de pot. Episc. 3. part. alleg. 78. num. 25.

69 Noto † 5. Superiores quoscunque non posse præcipere suis subditis, quæ absolutè sunt extra Regulam doctè, & pluribus firmat Nauar. c. 23. nu. 39. & in com. de Reg. Sanchez lib. 6. cit. cap. 2. n. 15. & alijs apud Castropal. loco cit. p. 4. & est expressè D. Bernardi lib. de præcept. & dispens. c. 7. D. Tho. 2. 2. quæst. 204. ar. 4. ad 3. Ratio fundamentalis est. Quia superior non potest obligare Subditos suo præcepto, nisi iuxta id, quo si illi se voto subdiderunt; Ista enim religiosorum subiectio est voluntaria; cùm ergo religiosi se voto obstrinxerint tantùm in ijs, quæ sunt secundùm regulam, necessariò sequitur vlterius non posse obligari, & hinc deducitur superiorem non posse obligare, nisi ad ea quæ sunt expressè, vel tacitè in regula; hæc enim in regula continentur; cum taciti, & expressi sit eadem virtus. Regula expressa de reg. iuris, & ibi

70 glosa & l. cum quid ff. si certum petatur. † Dices in aliquib. Regulis est expressum, quod religiosi obediant suis prælatis in ijs, quæ non sunt contraria Regulæ, & animæ, ergo &c. Respondeo Religiosum per illa verba non se obligasse indifferenter, nec indiscriminatim suam voluntatem in voluntatem superioris transtulisse, sed tantùm iuxta Regulam, Castropalt. vbi supra part. 4. numero 3.

71 Quod † si quæras quæ sint illa, quæ tacitè sub regula continentur. Respondeo esse illa, quæ moraliter iudicantur necessaria ad obseruantiam eorum, quæ sunt expressa in Regula D. Thom. in 2. dist. 44. quæst. 2. ar. 3. & ibi Durand. quæst. 4. num. 5. Siluester verbo Religio 6. quæst. 6. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 9. num. 77. Sanchez loco cit. cap. 2. num. 9. & alij. Quæ autem iudicentur moraliter necessaria ad status assumpti obseruantiam, non est facile definire, ideò remittitur iuditio prudentis viri decidendum. Quare ex dictis supra colligitur, subditum non teneri obedire superiori nouas austeritates præcipienti; quando, nec tacitè, nec

72 expressè sub regula continentur. † In dubio tamen præsumptio stet pro superiore præcipiente, constat enim de voto obedientiæ emisso.

73 Comprehenditur sub regula iusta punitio ob illius transgressionem; est enim necessaria ad conseruationem regulæ, Sanchez num. 45. Ieiunium; reclusio in aliquo loco; & aliæ penitentiæ, si iudicentur necessariæ ad euitandum lapsum in peccatum, ad obseruantiam votorum, & statuta religionis; & superior poterit inhibere egressum è Conuentu ad hunc effectum ita Sanchez, Lessius, & alij.

74 Hinc † potuit imponi Monialib. perpetua clausura, vt castitatis votum perfectè seruaretur, possunt etiam ob bonum publicum imperari aliqua ieiunia, & aliquæ aliæ pænitentiæ Lessius, Sanchez, & alij, & ista certa sunt.

75 † Dubia verò, an ex vi Regulæ superiores possint iubere missiones ad Indos, vel ad alia loca ad conuersionem animarum, quod intelligo de illis religiosis, qui ad hoc expressè non se obligant ratione suarum constitutionum: & distinguendum censeo. Vel habent Religiosi illi Conuentus in illis regionibus, vel non, si habent Conuentus certè possunt illùc destinare, & mittere suos subditos Prælati religionum ad habitandum. An autem cum obligatione procurandæ salutis animarum, puto non posse ex generali obligatione regulæ, quia est difficillima, & maximis periculis exposita, ad similia autem nemo tenetur ex generali promissione, ita igitur statuo, vel Religiosi sunt ex illis, qui incumbunt saluti animarum, vel non, de secundis certum est non teneri, quia nullo modo, neque generaliter ad hoc se obligarunt, de primis etiam dico non teneri ratione adducta; Si tamen in partibus illis sint cænobia, tenentur subditi illùc ire ad habitandum, quia ad hoc se extendit obligatio voti obedientiæ.

76 An † autem possit prælatus imponere obligationem cum periculo vitæ, vt v. g. assistendi infirmis peste, vel alio morbo contagioso laborantibus. Puto distinguendum; Vel loquimur de obligatione cum periculo vitæ in commodum, & vtilitatem religionis, vt in proposito exemplo assistendi laborantibus morbo pestilentiali, & laborantes sint religiosi, vel de eadem, non in commodum religionis, vt si laborantes sint exteri; Præterea vel loquimur de religiosis, qui ex instituto habent intendere saluti proximorum, vel de illis, qui tantum sibi ipsis. Vel vltimo loquimur de assistentia ad salutem animarum, vel ad seruitium corporis his ita positis.

Dico religionem posse imperare quibuscunque religiosis assistentiam infirmis etiam cum periculo vitæ, tàm pro salute corporis, quàm pro salute animæ, si infirmi sunt Fratres eiusdem religionis, patet, spectat ad bonum regimen, & ad conseruationem religionis religiosos mutua sibi obsequia præstare, & in necessarijs succurrere. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 9. num. 19. Sanchez loc. cit. nu. 56. Roderiquez to. 3. quæst. 31. art. 3.

77 † Debent tamen superiores maximè considerare qualitates personarum, quæ deputantur seruitij, & illarum quarum seruitijs sunt deputandæ, non enim debet superior iniungere viro delicatæ complexionis, & valdè docto assistentiam alicui personæ illiteratæ, & carenti similibus circumstantijs, & qualitatibus, quando alij reperiuntur, qui id munus præstare possunt; est enim hoc rationi dissonum, & ideò tale mandatum non obligaret, Roderiquez vbi supra art. vlt. & Sanchez num. 57.

Si agitur de officijs spectantibus seruitium corporis, vt sunt cibaria ministrare &c. & infirmi non sunt religiosi; sed exteri, nulli regulares tam Monaci, quam alij ad ea possunt obligari cum periculo

78 vitæ, † Quia ex charitate non obligantur magis, quam clerici seculares. Neque ex voto, quia institutum religionis non est seruire corporali saluti proximorum. Si verò agitur de officijs spectantibus salutem animarum, tunc solùm videntur posse obligari, cum vrget salus proximorum, vt quando non adest Parochus, vel alius Clericus sæcularis, etiam mercede conductus ab episcopo, qui eis possit, aut velit in talibus ministrare. Prius enim tentandum est subsidium per sæculares, & religiosi tantum in

79 subsidium, & defectum illorum; Imò † non caret probabilitate, neque cùm non adsunt seculares Clerici, vel Parochi, qui inseruiant, regulares teneri, quia licet ex instituto habeant esse coadiutores Episcoporum, & Parochorum in procuranda proximorum salute, hoc est intelligendum seruato charitatis ordine, qui est, quod nemo teneatur proximorum saluti consulere cum periculo suæ vitæ; si tamen valdè expediret bono nomini Religionis religiosos assistere peste laborantibus, Castropal.

putat

putat certum posse, & debere superiorem tali casu,
quo notabiliter expediret bono nomini Religio-
nis, impetrare talem assistentiam, & subditum
teneri obedire, vide Castropalr. loc. cit.

80 His ita † prænotatis, veniendo ad solutionem
difficultatis propositæ, quæ est. An Superiores Re-
ligionum possint impedire consuetudines nundum
perfectè introductas contra Regulam, quam subdi-
ti professi sunt. Respondeo posse, & probatur.
1. Quia consuetudo nundum præscripta, nullam
habet vim, ergo potest à quocumque superiori,
siue conuentus, siue Prouinciæ, siue Generali respe-
ctiue ad suos subditos impediri. 2. Quilibet dicto-
rum habet ius, imò tenetur efficere, vt promissa
regula seruatur, ergo & impedire contrarias con-
suetudines. 3. Subditus votum emisit de seruanda
regula, vt reperit seruatam iuxta iam introductas
consuetudines, ergo ad illam tenetur, ergo ad illam
potest, & debet cogi; non potest autem, nisi impe-
diendo istas consuetudines, ergo istas poterunt
impedire superiores. 4. Inducens consuetudinem
contra regulam peccat; Superior autem tenetur
impedire peccatum subditi, ergo & istas consuetu-
dines quæ fouent peccatum.

81 Sed pone, † quod in aliqua Religione subditi
nitantur introducere consuetudinem actibus re-
quisitis; sed nundum tamen sit elapsum requisitum
tempus pro illa stabilienda, & superiores ferant
legem illi contrariam, sed nullam addant Clausulā
derogatoriam consuetudinis, dicendum erit ne
talem legem obstare tali consuetudini non intro-
ductæ? Ratio difficultatis est, quod, vt lex tollat
consuetudinem introductam, necesse est in illa fieri
mentionem derogationis talis consuetudinis,
82 † quia licet lege vniuersali, quæ manifestè sit con-
traria consuetudini item vniuersali, consuetudini
derogatur absque vlla mentione derogationis, &
absque vlla Clausula derogante consuetudini, vt
communiter receptum est, & testatur Panor. cap.
fin. de consuet. nu. 24. Azotius tom. 1. lib. 5. cap.
16. quæst. 7. & alij, & ratio est clara, quia consue-
tudines Generales non censentur ignoratæ à Prin-
83 cipe, vt cap. 1. de constit. in 6. † at consuetudini
particulari alicuius particularis loci, vel conuentus,
neque statuto, quod ius commune non contineat,
non censetur derogatum lege vniuersali, nisi de tali
statuto, vel consuetudine fiat specialis mentio, vel
saltem apponatur Clausula Generalis in lege, non
84 obstante quacumque consuetudine, † quia specia-
les consuetudines Princeps præsumitur ignorare,
ideò non potest præsumi velle illis derogare,
85 † maximè cum derogatio consuetudinis obstet iuri
cōmuni ex l. minimè ff. de legibus, quo sensu verum
est illud tritum, & commune dictum, quod consue-
tudines faciunt silere leges Principum, Menoch. de
Arbitr. l. 1. quæst. 71. nu. 9. Imò multi Doctores
86 sentiunt probabile, † consuetudini speciali non
derogari, etiam lege speciali, vt consuetudini ali-
cuius Prouinciæ, vel Ciuitatis lege facta à Principe,
vel superiore pro eodem loco, vel Prouincia, neque
putant inconueniens, quod lex nullum pariat effe-
ctum. Suarez de legib. lib. 7. cap. 20. nu. 15. Ema-
nuel Sa verbo lex num. 19. & ratio desumitur ex
eodem cap. 1. de constit. in 6. ibi. Non enim cense-
tur derogata consuetudo specialis Generali lege,
quia præsumitur Princeps ignarus talis consuetu-
dinis.

Neque obstat si dicas cap. 1. de constit. in 6. esse
intelligendum tantum de consuetudine præscripta,
quia Suarez lib. 7. de leg. c. 20. nu. 12. putat posse
extendi ad quamlibet, etiam non præscriptam,
dummodo sit rationabilis, & honesta, & tanto
tempore firmata, vt pro illa possit Princeps ferre
legem, & probat 1. quia in dicto capite primo solū
fit mentio de rationabili consuetudine, & nihil de
87 præscriptione, ergo frustra ista requiritur 2. † lex
semper præsumitur ferri iuxta consuetudinem
patriæ, & non contra 3. Si sciret legislator talem
consuetudinem extare in patria, fortasse contrariū
disponeret, vel saltem illam legem non ferret.

88 Sed probabiliùs † puto cum Castropalr. tract. 3.
vbi de consuet. disp. 3. punt. 5. §. 1. nu. 8. dictam
consuetudinem nundum legitimè præscriptam de-
bito tempore tali lege tolli, & prædictum cap. 1. de
constit. in 6. esse intelligendum de sola consuetudi-
89 ne præscripta. 1. † Quia talis consuetudo nundum
habet vim legis, ergo neque tribuit facultatem illa
vtendi, ergo adueniente lege contraria, ista debet
seruari, non autem consuetudo, quæ non excusat
90 subditos à legis obseruatione. 2. † Sola consuetudo
legitimè præscripta præualet aduersus legem
latam, ergo sola etiam impedit obligationem
91 ferendæ. 3. † Derogari dicitur propriè aliquod ius,
ex consuetudine autem non præscripta nullum
resultat ius, ergo neque indiget derogatione.
92 4. † Consuetudo non potest introduci resistente
Principe, ergo resistente Principe sua lege isti
initiatæ consuetudini, sed non perfectæ ea
non poterit perfectè introduci, sed tollatur.
93 5. † legem impediri consuetudine est quid
odiosum, & in detrimentum Principis, ergo non
debet extendi, sed restringi, ergo non ad omnem
consuetudinem, sed tantum ad præscriptam. 6. con-
suetudo est stricti iuris, strictèque interpretanda
Rota in nouissimis par. 2. apud Farin. decis. 102.
num. 4. ergo de sola præscripta illud cap. est intel-
ligendum 7. Ex Mascardo, qui hanc sententiam
94 eruditè probat. † Cùm de consuetudine est sermo,
est intelligendus de præscripta, iuxta Gloss. in c.
Mos dist. 1. & text. ibi. & idem tradit Bald. in c. 1.
de feud. cognit. col. 1. vbi reddit rationem, quia
consuetudo antequam sit præscripta dicitur volun-
tas, vel conatus illam introducendi, ideò appella-
tione consuetudinis non venit intelligenda, sed
tantum præscripta, ita Castropalt. loc. cit. Ad ra-
tiones in contrarium. Ad c. 1. de constit. Dico ibi
tradi quomodo consuetudo tollat legem, & ibi ex-
pressè non haberi, quod debeat esse præscripta; hoc
tamen colligitur ex verbo rationabili, quia posita
lege promulgata, talis consuetudo non est amplius
rationabilis, quia non potest seruari sine peccato,
nec expedit bono communi; ita Castropalt. addo
ego cum Menochio, quod, quando est sermo
de consuetudine, intelligendus est de præscri-
pta. Deinde in illo capite agitur de derogatio-
ne, non derogatur autem, vbi non est quæsitum
ius, cum ergo consuetudo nundum præscripta
nullum ius habeat acquisitum, ideò neque de
illa ibi est sermo, nec illi regula de ea est intelli-
genda, & ita satisfactum est etiam primæ rationi
dubitandi.

Ad 2. rationem. Quod leges ferantur iuxta con-
suetudinem patriæ non contra. Respondeo, hoc
item verum esse de consuetudine introducta, non
autem de non introducta nihil enim de ista ad
legislatorem spectat.

Ad 3. Quod sit dubium, an legislator, si talem
consuetudinem sciret initiatam, talem legem fer-
ret, dico esse æque dubium, an etiamsi sciret, atta-
men eam esset laturus, ita in casu nostro certi

fimus tulisse, & ideò præsumendus esse habuisse rationem statuendi.

95 † Consuetudini immemoriali non derogatur etiã cum Clausula, Non obstante quacumque consuetudine, sed vt tollatur est addendum etiam immemoriali, ita Doctores apud Castropalt. loc. cit. Remanet ergo, quod superiores possunt impedire consuetudinem nundum introductam, & quod illam possunt tollere per legem contrariam, etiamsi non addatur Clausula quacumque consuetudine non obstante.

96 Sed hic oritur aliud dubium. † Quid si Religiosi tentent introducere aliquam consuetudinem contrariam, vel legi Ecclesiasticæ, vel constitutioni approbatæ à Summo Pontifice? Prædicta videntur vera de consuetudine, quę inducitur vel non contra legem, vel si contra aliquam legem contra latam ab iisdem, à quibus posterior lex sine derogatione consuetudinis fertur; sed quid si consuetudo tentetur contra legem Summi Pontificis, & lex contraria feratur à superioribus religionis inferioribus Summo Pontifici? Videtur dicendum, talem legem non obstare, quia ad stabiliendam consuetudinem requiritur consensus illius, cuius est lex; ergo etiam illa idem debet obstare, ne inducatur, non ergo sufficit, quod obstent inferiores Summo Pontifice, quod vrget, etiamsi in lege esset addita Clausula, Non obstante quacumque consuetudine, quia tali consuetudini obstare ad tales superiores non spectat. Dico tamen adhuc impediri tali lege, & tolli, quia, licet ad istas consuetudines stabiliendas requiratur assensus Pontificis, & ad tollendas, eiusdē

97 lex: † Ad impediendum tamen, ne inducantur sufficit dissensus etiam inferiorem superiorum, quia cùm lex adhuc sit in suo robore, & habeat vim obligandi, & eius obseruandæ cura iisdem inferioribus superioribus sit demandata, sequitur, quod consuetudines eidem contrarias possint impedire, imò debeant poterat quidem deduci solutio ex dictis; sed libuit addere in gratiam cuiusdam, qui contendebat non ita clarè posse.

Quintum dubium est. An posito, quod consuetudo sit legitimè introducta, possit per dictos superiores tolli. Priusquam accedam ad solutionem istius quæsiti in specie, tradam quid in hoc sentiam in genere. An scilicet, & quomodo introducta consuetudo possit tolli. Quod autem possit tolli quælibet consuetudo, patet manifestè, & infra immediatè, dum tradam modos, quibus cessat, vel tollitur consuetudo.

98 Dico † ergo 1. Consuetudinem aliquando cessare se ipsa nulla alia lege eam tollente, vel consuetudine impellente; quod fit, vel quando incipit non esse rationabilis, damnosa bono communi, vel fouere peccatum &c. Ratio est manifesta. Quia consuetudo, vt obliget debet esse rationabilis, & iterū debet esse rationabilis, vt præscribat contra priorem legē, vt ex traditis manifestum est. Non esset autem talis in casibus enumeratis, ergo non haberet vim, ergo cessaret. 2. Consuetudo est lex ergo quibus rationibus cessat lex, iisdem cessabit & consuetudo; cessat autem lex rationibus supradictis.

99 Dico 2. † Quæcumque consuetudines posse tolli alia contraria consuetudine; hoc est certum, & indubitatum, & ratio est, quia per quas causas res constituitur, per eas & dissoluitur, cùm ergo consuetudo constituatur consensu communitatis ab eadem communitate dissentiente poterit dissolui, colligitur ex l. pacta nouissima. C. de pactis. & l. 2. C. de inoff. dot. tradunt Suarez de legib. lib. 7. cap. 20. num. 19. Salas disp. 19. sect. 13. num. 99. qui alios referunt.

100 Vt † autem vna consuetudo aliam abroget, debet esse primæ apposita contrariæ, & si prior est vniuersalis, Vniuersalis debet esse etiam posterior. Si verò particularis est prior, parti-

101 cularis esse debet etiam posterior. † Particularis non tollit vniuersalem vniuersaliter, sed tantum in eo loco, vbi est inducta contraria. Quia consuetudo non inducit ius, nisi vsu & facto; ideò non inducit ius nisi sit vsu, & facto contraria.

102 † Neq; consuetudo posterior tollit priorē, nisi sit præscripta eodem spatio temporis, quod fuit requisitum ad stabiliendam priorem, quod nos asseruimus supra respectu omnium esse decennium. In sententia verò aliorum obseruandum erit, an consuetudo sit contra Ecclesiam &c. & tunc erit tempus consuetudini præscribendum. Quia cùm vtraque consuetudo sit lex, & suam efficaciam habeat ex cap. vlt. de consuet. cit. & ex cit. leg. de quibus ff. de leg. ad vtramque eædem requiruntur conditiones, vt valeat.

103 Aduerte † tamen, quod consuetudo derogans legem, aliquando consistit in facto positiuo, aliquando in omissione facti positiui. In facto positiuo v. g. nulla existit obligatio audiendi Sacrum aliquo die, populus, vel ob receptum beneficium, vel alia de causa audiendo Missam tali die inducit consuetudinem obligantem ad illam audiendam. In omissione v. g. existit obligatio audiendi Sacrum inducta perfectè, & tollitur per actus contrarios vt v. g. ad effectum tollendæ obligationis populus omittit sacrum audire, ista enim omissio est quædam consuetudo, vel non vsus, vel dessuetudo. Ad abrogandā legem consuetudine, dessuetudine, vel non vsu necessario requiritur violatio legis consuetudo seu non vsus illi contrarius; quapropter si casus legis non accidat, nunquam lex derogabitur non vsu, & hoc est quod iurisperiti dicunt dessuetudine, seu non vsu abrogante legem non venire actus negatiuos, sed priuatiuos, quia non veniunt actus, qui legi non opponuntur, sed potius illi, qui sunt oppositi. Ita Azorius to. 1. lib. 5. cap. 4. quæst. 7. Salas disp. 19. sect. 20. nu. 114. Suarez lib. 7. c. 5. n. 14. & cap. 18. num. 7. Mascardus verbo consuetudo conclus. 424. sub nu. 3. & alij ab istis relati.

104 Dico 3. † Consuetudinem legitimè præscriptā rationabilem &c. posse abrogari lege expressa, & de hoc nemini potest esse dubium, cum sit decisum in c. 1. de constitut. in 6. & cap. Cùm consuetudinis de consuetudine, & ratio est, quia tota vis consuetudinis, & eius efficacia pendet ex voluntate saltem tacita legislatoris, ergo, si legislator voluntate consuetudini resistat, nullam efficaciam, aut vim habebit. 2. Legem à se latam alia lege potest legislator abrogare, ergo etiam consuetudinem, quæ est quædam lex: Neque enim rationabile esset auctoritatē superioris coarctari, vt non possit consuetudinem tollere, si ita videat expedire. Vt autem scias quando lex tollat consuetudinem.

105 Nota † quod nulla consuetudo censetur lege sublata, si cùm lege possit aliquo modo compari, etiam si verba legis essent restringenda, quia legum correctio est vitanda quantum fieri potest, l. præcipimus. C. de appellat. & legislator in hoc casu censetur se conformare moribus subditorum, potius quam illis resistere est tex. in cap. Erit autem lex dist. 4. ibi. Secundùm patriæ consuetudinem, & ità Doctores.

106 Nota 2. † Quod lex vniuersalis tollit consuetudinem

dinem æquè vniuersalem illi oppositam, licet in le-
ge nulla sit facta mentio de consuetudine, & in lege
non fuerit apposita Clausula derogatoria consue-
tudinis, quod verum est, siue lex procedat à supre-
mo Principe, vt est Summus Pontifex, Rex. Res-
publica non agnoscens superiorem, siue ab Episco-
po, Gubernatore, vel quocumque alio. Quicumque
enim ille sit, qui legem fert vniuersalem compre-
hendentem totam suam ditionem, eo ipso abrogat
consuetudinem legi appositam, est communis sen-
tentia, quam tradit Panorm. cap. fin. de consuet.
nu. 24. Sotus disp. 19. sect. 13. Suarez lib. 7. c. 20.
num. 7. & alij, & sumitur clarè ex cap. 1. de const.
in 6. & ratio est, quia consuetudo vniuersalis non
præsumitur ignorata à Principe, vt dicitur in cit.
c. 1. ergo, cum legem condit. intelligitur velle
omninò tollere consuetudinem.

107 Noto 3. † Consuetudini particulari alicuius
loci, vel statuto, quod ius cõmune non contineat nõ
censeri derogatum lege vniuersali, nisi consuetudi-
nis, & statuti illius fiat mentio specialis, aut saltem
non apponatur in lege, seu constitutione vniuersali
Clausula derogatoria cuiusuis statuti, & consuetu-
dinis contrariæ constat ex cit. c. 1. de const. in 6.
vbi assignatur, ratio quia S. Pontifex, & quilibet
alius Princeps probabiliter præsumitur ignorare
speciales consuetudines, & statuta item specialia
singulorum locorum, ex quo satis bene infertur,
cum præsumantur ignoratæ, illis nolle derogari cum
non exprimitur maximè, quia derogationi consue-
tudinum obstat ius commune l. maximè ff. de
leg. & in hoc sensu Menoch. de Arbitr. lib. 1.
quæst. 71. num. 9. asserit habere verum illud axio-
ma consuetudo Principum leges facit silere, vbi
108 etiam subdit; † Quod si Princeps committat
alicui potestatem iudicandi, intelligitur committe-
re iuxta consuetudinem loci, & ea salua præcipua
109 lege municipali. † Item, si mandet exactori suo
compellere debitorem vectigalium quocumque
modo sibi visum fuerit, numquam censetur velle
derogare consuetudini, & legi municipali, si quæ
existit seruanda in exigendis vectigalibus, & tri-
butis, & ita est intelligendus text. in c. vnica de
feud. cognit. in quo Obertus hoc modo scribit An-
110 selmo filio suo. † Legum Romanorum non est
vilis auctoritas; sed non adeo vim suam extendunt,
vt vsum vincant, aut mores, idest particularum
Prouinciarum, cùm ipsæ vniuersales sint, aut etiam
est intelligendus non vincere vsus, aut mores, qui
sunt titulo præscriptionis comparati.

111 Noto 4. † Consuetudini immemoriali non cen-
seri derogatum per Clausulam Generalem, non ob-
stante quacumque consuetudine; sed vt tollatur
lege, requiritur, quod de immemoriali fiat expressa
mentio, vt, non obstante quacumque consuetudine
etiam immemoriali, vel aliquo alio simili modo ita
Tiraquel. de vtroque retract. tract. 2. §. 1. Gloss.
2. num. 25. Couar. varia. lib. 3. cap. 13. num. 5.
Suarez loco cit. num. 18. Salas. dis. 19. cit. sect. 11.
112 sub num. 95. & ratio est. † Quia immemorialis
præsumitur habere titulum iustum, habet enim vim
Priuilegij à Principe concessi, Mascard. de probat.
conclus. 429. a num. 2. ex l. hoc iure §. ductus aquæ
ff. de aqua. quotid. & æsti. & cap. super quibusdam
§. Præterea de verb. signific. Deci. cons. 1 t. nu. 9.
Abbas cons. 71. vol. 2. & alij. Priuilegio autem
non censetur derogatum ex Clausula generaliter
derogante consuetudini, ergo neque consuetudini,
113 quæ est quoddam priuilegium. † Item præscriptio
immemorialis non tollitur per Generalem Clausu-
lam tollentem simpliciter præscriptionem, ex l. 3.
§. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æsti. ergo neque
consuetudo item immemorialis.

114 An autem † quando lex reprobat consuetudinē,
vt iniquam, & eidem derogat in futurum, possit ex
noua causa induci consuetudo aduersus talem legē
sic improbantem, disputat Sanchez de more suo
lib. 7. disp. 4. nu. 14. & asserit frequentem, & veris-
simam sententiam affirmare, quam etiam probat
egregiè text. in l. si hominem ff. mandati. vbi deci-
ditur, Generalem procuratorem posse reuocare ea,
quæ sunt à domino specialiter prouisa existente
iusta causa reuocandi, quam legem exponunt Bar-
tol. ibi Abbas cap. At si Clerici §. de adulterijs
nu. 9. de iud. & ibi addition. ad Felin. n. 3. quando
causa est noua vel antiqua verosimiliter non cogi-
tata, & constat ex tex. ibi. Nisi iustam causam ha-
buerit, veluti, si postea compererit, cum falsas ra-
tiones confecisse, auctores pro hac sententia refert
idem Sanchez loc. cit. & respondet eis, quæ obij-
ciuntur.

115 Hæc quomodo † possit tolli consuetudo à Papa
respectu omnium fidelium, à Principe supremo,
Republica, vel quolibet alio respectu suorum sub-
ditorum. Nunc deueniendo ad solutionem propo-
sitæ difficultatis, quæ est, an consuetudo legitimè
introducta à Religiosis possit tolli, & omninò abro-
116 gari; † Pro solutione sunt recolenda, quæ dixi-
mus initio, videlicet, quod non potest dari consue-
tudo contra essentialia votorum, posse autem res-
pectu aliarum rerum, quæ non sunt essentialia.
Deinde recolendum est etiam, quod iam diximus
117 videlicet; † Peculiare debitum obediendi suis
prælatis consurgere in Religiosis per solum votum
obedientiæ; Religiosi enim per obedientiæ votum
tantum imponunt sibi specialem obligationem;
quamuis enim habeant Generalem obligationem,
vt fideles Christi sunt, qua tenentur obedire in ijs,
quæ spectant ad Religionem Christianam &c. at vt
Religiosi sunt non possunt compelli, nec tenentur
obseruare nisi illa, ad quæ se sponte per vota ad-
strinxerunt, & licet superiores habeant iurisdictio-
nem in eosdem suos subditos, non habent tamen,
nisi in ordine ad compellendos eos seruare, quæ
liberè Deo promiserunt; Imò neque Summo Pon-
tifici, vt Religiosi sunt tenentur obedire, nisi iuxta
formam emissorum votorum; subduntur quidem
illi, vt Christifideles in omnibus, quæ ad rectam
gubernationem spectant communem omnibus, at
vt Religiosi non possunt cogi, nisi iuxta promissa in
Regula; vide Sanchez opere morali. lib. 6. cap. 2.
nu. 2. & ratio est; quia status Religionis est status
perfectionis, ad quem nemo potest cogi cùm sit
status consilij, ideò ad plus non possunt cogi, quam
liberè se deuinxerint obseruare; Obligantur autem
Summo Pontifici, vt supremo omnium Religionum
Generali.

118 Deinde † supponendum, Aliud esse debitum
obedientiæ, aliud perfectionem obedientiæ. Ad
perfectionem obedientiæ spectat Religiosum
obedire in omnibus licitis, quamuis ea non
possint præcipi, ad eandem perfectionem
pertinet obedire voluntati superiorum quoquo-
modo cognitæ, etiam si superior nullo modo
intendat præcipere, sed solum sibi carum esset,
quod intendit exequtioni mandari, & perfe-
ctus obediens solis nutibus superioris ducitur; do-
cet D. Benedictus in Regula sua, & eius verba
refert. D. Thom. in 2. dist. 44. quæst. 2. art. 3. sed ne
aliqui fallantur qui spirituales se se iactant, & di-

cuntur;

cuntur; ſed magis ſpiritu ambitionis, quam Dei aguntur aduertant, hanc alacrem promptitudinem perfectæ obedientiæ requiri in exequendis mandatis, & in exercitio quotidiano Monaſticæ vitæ, in hoc enim debent ſe exhibere alacres, & promptos non conſiderantes, quare præcipiatur, cui incumbat onus exequendi, ſed cæca obedientia, in voluntatis ſuperiorum exequtionem toto affectu ferri; In arduis autem, & difficillimis, vt in regiminibus aſſumendis expectare ſuperioris præceptum optimum eſt. An autem res ita ſe habeat, conſideret vnuſquiſque apud ſe, & recogitet, quam longè vagetur ab illo ſcopo, ad quem collimare deberent omnes rationes Religioſorum.

119 † Eſt etiam aduertendum, ſubditum Religioſum, quoad præciſam ſtatus obedientiæ obligationem, non teneri obedite ſuperiori; licet norit eius voluntatem eſſe, vt aliquid faciat; ſed opus eſt, illud ipſum eſſe præceptum. D. Thom. de verit. quæſt. 13. art. vlt. arg. 3. iuncta eius ſolutione Silueſter verbo obedientia, fine, & verbo præceptum quæſt. 2. Vaſquez 1. 2. quæſt. 95. art. 3. diſp. 155. ad finem, qui addit, neque teneri Religioſum obedire, etiam ſi norit actum intellectus ſuperioris imperantis, niſi etiam voce ſit expreſſus, quia homines obligantur præcepto modo humano explicato,
120 & intellecto; † & licet diſputent acriter Doctores, an Eccleſia poſſit præcipere actus internos, vt ſunt quidam modi actuum externorum, v.g. attentionem in auditione miſſæ, & officio diuino, non tenetur tamen ſubditus obedire prælato, quoad actus merè internos, quia vt prælatus poſſit præcipere, debet poſſe iudicare, & ad id cogere, quod præcipit, vel interdicit; excedit autem omnem humanam poteſtatem iudicare de internis, & ad illa cogere. D. Thom. 2. 2. quæſt. 104. art. 5. cor-
121 pore † Intellige tamen, niſi actus internus ita externo ſit copulatus, vt externus non poſſit perfici ſine interno, vt v. g. ſuperior iubet ſacrificium pro aliquo offerri, ſubditus tenetur habere intentioně illud applicandi iuxta præceptum ſuperioris, quia alias non eſſet ſacrum fieri pro tali, quod eſt imperatum.

122 Tandem † aduertendum, quod conſuetudines, de quibus agimus, & quas ſupponimus rationabiles, & legitimè præſcriptas, vel ſunt contra aliquod ius, vel præter ius; ſi contra ius, vel Pontificium, vel tantum Religionis, & ſi Religionis, vel confirmatum ab eodem Summo Pontifice in gratiam Religioſorum, vel in bonum commune, vel non confirmatum. Præterea vel conſuetudines illæ ſunt contra illa, quæ explicitè ſunt in regula expreſſa, vel quæ tantum implicitè continentur: Si verò ſunt præter ius, vel de iis tantum, de quibus poteſt ſtatuere ſolus Summus Pontifex, vel ſola Religio, vel Religio, ſed dependenter à confirmatione eiuſdem Summi Pontificis; vltimo vel conſuetudines ſunt inductæ, & perfectè ſtabilitæ antequam Religioſi illi, qui eis gaudent profeſſionem emitterent, vel ſunt ſtabilitæ ab illis ipſis, qui eiſdem gaudent. De ſingulis eſt inquirendum, & licet optimè ſciam, preſſius potuiſſe omnia ſupradicta tractari, & ad minorem numerum reduci, attamen, vt omnibus, quæ poſtulata ſunt, ſatisfaciam, libuit ſingillatim quæſita, ſingillatim pertractare; vt debito meo ſatisfaciam,

123 Dico 1. † Si conſuetudines illæ, quæcumque illæ ſint, introductæ ſunt ab illis Religioſis, qui iis gaudent, nec erant perfectè ſtabilitæ, antequam vota emitterent, poſſunt, abrogari, & tolli; probatur. Quia Religioſi illi vouerunt illam regulam, ergo ex voto illam tenentur obſeruare, ergo poſſunt etiam cogi. Dices poſita conſuetudine non
124 teneri Regulã obſeruare. † Reſpondeo nõ teneri eo quod iuxta conſuetudinem aduerſus illam viuentes non peccent actu, & concedo, non tenentur ſi priſtinæ obſeruantiæ reddatur, & nego; ideò etiã poſſunt cogi, cùm enim vouendo iuxta illam iuriſdictioni ſuorum Prælatorum etiam iuxta illam ſe ſubiecerint, poſſunt prælati ſuam iuriſdictionem in illos iuxta eandem exercere, & ideò eos ad priſtinum ſtatum reducere. Deinde conſuetudo tamdiù durat, quamdiù durat conſenſus illius, qui debet præſtare, ergo ſi iſte ceſſet, ceſſabit & conſuetudo. Nec iniuria infertur quia coactio non excedit promiſſionem, & obligationem ſuſceptam.

125 Dico 2. † Conſuetudines prædictas tollunt, & abrogant. Primo contraria conſuetudine ii, qui primam induxerunt, patet ex dictis, videlicet conſuetudinem alia conſuetudine tolli, & abrogari. 2. abrogant eaſdem etiam illi, ad quos ſpectat contrarias leges ferre, ſi enim conſuetudines inductæ ſunt contra ea, de quibus Summus Pontifex diſpoſuit, vel ad ipſum ſolum ſpectat diſponere, tolluntur ſolum legibus contrariis ab eodem Summo Pontifice latis, ſi verò inductæ ſunt contra ea, de quibus ſtatuit Capitulum Generale, ad ipſum etiã ſpectat ſua lege eas tollere, & ita deinceps. Ratio eſt, quia conſuetudo eſt lex, quæ habet vim ex conſenſu illius, ad quem ſpectat legem condere, vel legem abrogare, ergo eſt lex illius, cuius conſenſus requiritur ad eius validitatem, ergo etiam ad ipſũ ſpectat conſuetudinem dictam abrogare: & in hoc qualibet religio debet conſulere ſua priuilegia, & ſecundùm illa ſe gerere. Multæ enim ſunt Religiones, quibus Summus Pontifex conceſſit, vt ſe ipſis poſſint ſtatuta, & leges pro tota Religione condere. Quæ tamen conceſſio ita eſt intelligenda, vt nunquam Capitulum Generale totum ſimul cum Generali quidquam poſſit ſtatuere, quod ſit ſupra Regulam, & omnes obliget; ſed requiritur conſenſus omnium; quia quæ omnes tangunt ab omnibus approbari debent, quod maximè verum eſt, cùm agitur de noua obligatione inducenda, Sanchez cit. cap. 2. num. 19. qui Doctores hoc tradentes citat.

126 Si verò † conſuetudo erat perfectè inducta, antequam Religioſi illi profeſſionem emitterent, Sanchez. cit. cap. 2. duo quærit. Primum An profeſſi regulam, quæ iam ſit conſuetudine relaxata, ſed nondum reformata, teneantur illa ſeruare, prout eſt in ſua primæua inſtitutione. Secundum. Ad quid teneantur ea reformata, quæ, licet ex præmiſſis facile poſſent expediri, lubet tamen in iſtis aliquantulum immorari.

127 Et † quoad primum quæſitum, an profeſſi regulam conſuetudine relaxatam, tenentur ſeruare illam, vt erat in ſuo primo inſtituto, affert ſententiam Maioris. in 4. diſt. 38. quæſt. 20. toto arg. 2. contra 1. concluſionem, & Cordubæ in expoſit. Reg. D. Fran. cap. 10. quæſt. 15. punct. 1. cum ea tamen limitatione, quam ibi ponit Corduba, qui volunt Profeſſos regulam conſuetudine collapſam, teneri eam ſeruare in ſuo priſtino rigore, quamuis tempore profeſſionis habuerint expreſſam intentionem non aliter ſe obligandi, quam præſcribat illa regula ſic collapſa conſuetudine inducuntur.
128 1. † Quod obligatio ſeruandæ regulæ à Summo Pontifice confirmatæ oriatur ex voto, aduerſus quod tanquam obligans iure naturali diuino nulla
129 datur conſuetudo, quantumuis longæua. 2. † Su-

ſcipiens

scipiens ordines Sacros, quamuis intendat expresse non se obligare ad castitatem, tenebitur tamen ad illam, velit, nolit, vtpote statui illi annexam; ergo eodem modo in voto, de quo nunc est quæstio.

130 Alij † tamen sentiunt, professos Regulam relaxatam non teneri in foro conscientiæ, quando, vel habuerunt limitatam intentionem profitendi solum regulam ita collapsam, vt seruabatur, quando professi sunt, sed si professi sunt nihil cogitando de tali limitata intentione, iam ita seruatur regula à tempore, cuius initij non extat memoria, & pristinus Regulæ status abijt in dessuetudinem, quia ex tam longæua consuetudine præsumitur iusta causa seruandi regulam tali modo; ita docent Abbas cap. super eo nu. 5. de Regula: & cap. Deus qui n. 13. de vita & honest. Cleric. & cap. cùm ad Monasterium nu. 18. de stat. Monach. Felin. cap. cùm ad concupiscentiam num. 12. de const. Decius cap. Ad nostram in noua æditione num. 21. & 22. de Appellat. & ibi Præposit. numer. 9. Rosella verbo Religio. 2. nu. 12. Siluester item verbo Religio 3. quæst. 12. Pro responsione recolenda est distinctio posita in principio dum ageremus, An possit dari consuetudo contra Regulam distinguentes de Regula vt dicit essentialia statui, & non essentialia; qua posita.

131 Dico † posita legitima consuetudine excusari omnes Religiosos à peccato seruantes regulam ita collapsam, vel modificatam; est expresse Sanchez loc. cit. num. 26. & probatur. Quia legitima consuetudine possunt introduci illa, quæ non sunt aduersa substantialibus ipsis votis, ergo legitima consuetudine cessant illæ priores constitutiones, vel leges, & earum loco succedunt consuetudines, quæ postea sunt licitæ, & honestæ, his ista positis sub summo, Religiosi isti non profitentur priorem illam regulam, sed aliam diuersam, & laxiorem, ergo secundùm istam viuentes sunt in statu salutis, licet non ita altæ perfectionis; probatur consequentia, quia non obstat quin sint in statu salutis, quia primæuam regulam non seruent, quia legitima consuetudine cessans amplius non obligat, nec refert, quod dispensatione, vel consuetudine cesset. Neque item obstat quod sit laxior, quia ad hoc, vt quis in aliquo statu saluetur, sufficit seruare, quæ à sua Regula quamuis non austera præscribuntur, quod certum est. An autem requiratur, quod consuetudo sit immemorialis, vel quod professi sint hac expressa intentione ad plus se non obligandi, de his dicam in sequenti tertia propositione.

132 Dico 2. † Non solum esse tutos viuentes in Religione cum priuilegijs, exemptionibus, & consuetudinibus legitimè præscriptis, si fuerint legitimè præscripta ante emissionem professionis; sed nec etiam posse cogi à Prouinciali, Generali, Capitulo Generali, nec ab ipso Papa ad illa relinquenda; Hæc manifestè deducitur ex ijs, quæ iam supra tradita sunt, nempè Religiosos à nemine posse cogi ad obseruantias aliarum rerum præter illas, ad quas se voto obstrinxerunt, quia neque Generalis neque Papa maiorem habent auctoritatem, vel potestatem in Religiosos, quam illis per vota sit attributa; ergo neque ad plura quam vouerint poterunt adstringi, Castropal. loc. cit. tract. 16. disp. 4. punct. 14.

133 Dico 3. † Non est necesse, quod consuetudo sit immemorialis; est expresse Sanchez loco, & num. citato, & ratio est, quia, vt consuetudo tollat legem contrariam, etiam Ecclesiasticam, sufficit, quod spatio decem annorum sit præscripta, ergo frustra requiritur, quod sit immemorialis sublata, ergo lege per consuetudinem cessat etiam obligatio, & consequenter peccatum in transgressione; dictum est Sanchez loc. cit. num. 41.

139 Dico 4. † Non esse necesse, quod actu, qui professionem emittit, intendat non se obligare ad primæuam regulæ obseruantiam, sed tantum in quantum est in vsu, sed sufficit etiam, quod implicitè hoc intendat, ita vt, si interrogaretur, an velit obligari ad regulam primæuam, responderet se nullo modo velle, sed intendere profiteri illam regulam, vt in vsu est; est supra citatorum Doctorum in se-
135 cunda sententia relatorum, & ratio est. 1. † Quia taciti, & expressi eadem est virtus, & votum est lex priuata, quam sibi quisque imponit, ergo sicuti lex non ad plus obligat, quam intendat illam ferens, neque votum plus obligabit, quam intendat, qui illud emittit; ergo neque poterit cogi ad maiorem obseruantiam, quia potestas tota superioris cuiuslibet in religionibus est respectu voti, neque iurisdictio censetur tradita nisi ad effectum, vt exigatur obseruantia emissorum votorum; & in his omnibus manifestè concordat Castropal. tract. 16. qui est de voto Relig. disp. 4. punt. 4. per totum, qui ad pro-
136 bandas suas conclusiones his † duobus quasi axiomatibus perpetuis vtitur, modo dicto contra regulã potest induci consuetudo. Vota non emittuntur semper à Religiosis iuxta rigorem primæuæ institutionis regulæ, ergo non possunt ad illam cogi, quia nemo potest cogi ratione subiectionis vota vltra, quam intenderint se obligare.

137 Hæc dicta sunt de Religione nundum reformata; † At si reformetur, & Religiosis proponatur obseruanda, quid dicendum? Sanchez plures refert sententias loco cit. à nu. 31. & sequent. quas apud ipsum videre poteris. Ego pro resolutione.

Dico 1. Si regula nundum erat consuetudine, vel dispensatione legitimè ablata cùm professio emissa est, sed adhuc vigebat, Religiosi tenentur ad reformationem subeundam, & de hoc Sanchez asserit, nullam esse dubitationem, & supra probatum est, & ratio conuincit, quia si prius tenebantur obseruare regulam, supponimus enim tunc non esse ablatam legitima consuetudine, vel dispensatione, ergo multo magis tenebuntur post reformationem.

Quod si regula legitima consuetudine iam erat abolita cùm est emissa professio, & proponitur reformata.

138 Dico 2. † in ea professionem emittentes non teneri ad reformationem, & ratio est, quia ex voto solùm possunt obligari ad obseruandam regulam quatenus viget, non quatenus abolita est, & possunt obligari tantum ad obseruanda, quæ promiserunt; sed promiserunt obseruare regulam consuetudine mitigatam, ergo ad illam solùm possunt cogi, ita Castropalt. loc. cit. num. 11.

Dico 3. Si reformatio iudicatur moraliter necessaria ad conseruationem Regulę in statu mitigationis, quem professi sunt, tenentur illam subire, & perferre v.g. Qui professi sunt regulam iam consuetudine mitigatam, si aliquam reformationem non patiantur, Regula etiam à statu, in quo reperiebatur, dum professio emissa est, decidet, & in peius ruet, tunc reformationem tenebuntur subire necessariam pro conseruatione Regulæ in statu, in quo professio emissa est; & probatur. Quia quilibet Religiosus potest obligari ad obseruanda ea, quæ necessaria sunt ad conseruationem Regulæ in eo statu, in quo erat, quando illum professus est, ergo, si reformatio est moraliter necessaria pro tali con-

seruatione, ad illam tenebitur, vtpotè tacitè comprehensam sub Regula. Non obligantur tamen ad statuta, quæ moraliter necessaria non sunt pro tali conseruatione, quia sub voto, nec tacitè, nec expressè continentur. Quod si ad ista possent obligari, possent etiam obligari ad assumendum statum altiorem eo, quem professi sunt, ita idem Castropalt. eodem loco.

139 Dico 4. † Qui profitentur Regulam iam reformatam, ad illam tenentur, quia illam vouerunt; & de hoc non potest esse dubium.

140 Regula † est ergo Generalis, quæ ex dictis colligitur. Nemo potest obligari, nisi ad ea, quæ tacitè, vel expressè professus est. Quæ autem tacitè contineantur in Regula, patet ex dictis, nempe quæ, licet in Regula non exprimantur, attamen saltem in vniuersum continentur in ea, tanquam necessaria ad sui conseruationem in statu, in quo professio emissa est, vt sunt mutua obsequia, & ea quæ pertinent ad transgressionum pœnas, diximus supra.

141 Tenentur † etiam Religiosi obedire suis Prælatis, non solùm præcipientibus particularia Religionis, sed etiam iubentibus præcepta omnibus Christianis communia, vt ieiunare diebus ab Ecclesia in dictis, Sacrum audire diebus festis &c. ita Sanchez loco cit. nu. 10. ex Caiet. 2. 2. quæst. 186. artic. 5. circa solutionem ad primum, & colligitur ex D. Tho. ibi. Vnde optime Durandus 2. dist. 44. quæst. 4. num. 5. dixit pertinere ad regulam non solùm pœnas à prælato iniunctas pro transgressione Regulæ, sed etiam pro alijs delictis consurgentibus ex transgressione cuiuscumque iuris, ideò Religiosos teneri in omnibus istis obedire.

142 Dico † vltimo Summum Pontificem nihil amplius posse in Religiosos, quam possit Prælatus Conuentualis, Prouincialis, Generalis, vel Capitulum Generale. Ratio est, quia Religiosi, neque Summo Pontifici alio vinculo tenentur obedire, quam eo quo tenentur obedire alijs suis superioribus, & hoc est votum, tenentur quidem illi præstare obedientiam, vt Christifideles in omnibus, in quibus tenentur, & alij fideles Christi, at vt Religiosi eidem tantum subduntur, quatenus eorum votum se extendit, ita tenetur asserere Sanchez, & apertè dicit loco cit. num. 22.

Sed contra dicta hactenus multa possent objici, quæ hùc soluenda reieci, ne illa cogeret repetere, istis enim solutis, omnia antedicta vindicabuntur à contradictionibus, & confirmata remanebunt.

143 Objicitur ergo primò † Religiosi isti, quando professionem emiserunt, non professi sunt consuetudines; sed Regulam, ergo ad illins obseruantiam possunt cogi, nec eos excusare possunt consuetudines. Respondeo imò eos Religiosos non esse professos Religionem, & Regulam in primæua sua obseruantia, sed vt erat consuetudinibus mitigata, & vt erat communiter recepta, & ratio est, quia

144 † lex non obligat, nisi vt est communiter accepta, Nauar. in sum. cap. 23. Valent. 2. 2. quæst. 10. artic. 4. par. 5. subdens vix tradi posse aliam

145 regulam vniuersalem. † Neque probabile est admittentem nouitium ad professionem alio modo intendere illum admittere, quam iuxta regulam communiter obseruatam. Nec aliam intentionem habere potest, qui illam profitetur. Si enim non illam ita mitigatam, sed arctiorem intenderet profiteri, talem sibi quæreret, & esset nimis magna confusio in eodem Conuentu reperiri, qui duobus distinctis modis, & ambobus licitis tenentur viuere.

146 Objicies secundò. † Consuetudines in tantum habent vim, & pro eo tempore durant, quo durat consensus illius, ad quem spectat consentire, & tunc cessant, quando iste consensus cessat, ergo quotiescumque cessabit consensus Principis, idest Summi Pontificis, Capituli Generalis, vel cuiuslibet altetius, qui illum tenetur præbere, quod potest esse nouas condendo leges consuetudinibus contrarias, cessabunt consuetudines. Respondeo antecedens verum esse de illis legibus, quæ Summus Pontifex condit independenter ab aliorum voluntate, & de consuetudinibus, quæ introducentur contra leges eodem modo latas, cùm enim consuetudines introducuntur contra leges, quas ferre ad solum Principem, vel Summum Pontificem spectat, ad ipsum etiam solum spectabit illa reuocare, at de illis, quæ ex solo suo iusto beneplacito non pendent, sed etiā ex aliorum consensu, non est eodem modo loquendum. Cùm ergo Regulæ Religionum sint leges non solius Summi Pontificis; sed requiratur, & maximè consensus Religiosorum, ad illas enim tenentur ex voto, quod est priuata lex, quam sibi quisque imponit, ex hoc sequitur, quod sine eorum consensu consuetudines, quæ sunt quædam leges, ad quas voluntariè se obstrinxerunt, nec alio modo in ijs subdantur Summo Pontifici, nisi per votum, eædem non possint tolli sine eorum consensu.

147 † Potest quidem Summus Pontifex tollere quascumque consuetudines in Ecclesia inductas, si ita ei expedire videatur ad bonum regimen, quia eius iurisdictio est immediatè à Deo in omnes Christifideles, at non sic in Religionibus, quia Religiosi non subduntur illi, nisi quatenus dirigendi in eo statu, quem assumpserunt, qui cùm sit cum talibus consuetudinibus, sequitur, quod illas non possit tollere. Argumentum ergo probaret, si Summus Pontifex posset auferre suum consensum à consuetudinibus, quod quia non potest; ideò argumentū non procedit; esset ergo prius probandum, posse Summum Pontificem tollere suum consensum à consuetudinibus, quod nos negamus, cum non possit obligare nisi ad ea, quæ vouerunt Religiosi ipsi. Ad argumentum igitur in forma. Ergo quotiescumque cessabit consensus Summi Pontificis Generalis &c. cessabit etiam consuetudo concedo totum. Sed subsumendum, est. At cessat per dispositionem nouam, & tunc respondeo negando hanc subsumptionem; dicendo hoc non posse fieri, quia ad hoc Pontificia potestas non se extendit, quia hic agimus de votis, quæ limitatam ei tradunt potestatem.

148 Objicies 3. Religiosi eo ipso, quod professi sunt regulam sunt effecti eius membra, ideo etiam cum proprio dispendio tenentur procurare eius bonum, & conseruationem: Euidens autem est, quod reformatio maximè spectat ad bonum, & ad conseruationem Religionum, quia, nisi reformentur, relaxantur, ergo ad illam tenentur. Respondeo hoc argumentum probare, quod nos supra diximus, teneri scilicet Religiosos ad reformationem moraliter necessariam pro conseruatione Religionis in statu, in quo eam professi sunt. Nec quidquam aliud potest probare, si enim effecti sunt membra illius religionis, quam professi sunt, ergo illius sic mitigatæ, si ergo, vt membra tenentur curare conseruationem religionis professæ, ergo sic mitigatæ. Quod si velimus gratis concedere aliquid probare, statuant Religiosi illi, vel Summus Pontifex, ne quisquam imposterum recipiatur, qui regulam in sua

sua puritate non profiteatur, certique eis Conuentus assignentur, in quibus cum alijs, qui eodem viuendi genere vti volunt, conuiuant, hoc modo introducetur reformatio, & nemini vis inferetur, & cessabunt quærelæ eorum, qui laxatam Religionem professi sunt.

149 Quod † si huiusmodi decretum fiat vel à Summo Pontifice, vel à Capitulo Generali si ad illud spectare potest, dubio procul illud Religiosi tenebuntur sub granis peccati reatu obseruare; licet enim habeant ius ipsi viuendi secundùm emissam professionem, non tamen habent ius impediendi, quod reformatio non inducatur quoad alios in ea Religione, & cùm magnum bonum impedirent, & resisterent ordinationi in re valde graui, sequitur etiam, quod grauiter peccarent.

150 Obijcies 4. † Qui vouet regulam, vouet etiam, quæ implicitè continentur in regula, & quæ ad eam concernunt; Reformatio autem maximè concernit regulam, quia experientia compertum est, quod religio, & regula, quæ non reformatur quotidie in ruinam, & maiorem relaxationem tendit; ergo Religiosi tenentur subire reformationem, vt ista euitentur. Respondeo hoc argumentum nihil amplius probari, quam probet antecedens; ad summum enim probat teneri Religiosos ad reformationem pro conseruatione regulæ, quam professi sunt, quod si aliquid amplius vellemus probare, nimis profectò probaret. Nam si vera esset illa propositio, quod, qui profitetur regulam, profitetur simul ea, quæ continentur in regula, & ideò etiam eius reformationem, quæ maximè spectat ad regulam, sequeretur, quod Religiosi, qui viuunt in Religionibus iuxta regulas mitigatas, & non reformentur, essent in statu damnationis, quia ex voto, vt probat illud argumentum, tenentur ad reformationem, & illam non subeunt ergo, sequitur, sunt in statu damnationis, quod est nimis durum, cùm à Summis Pontificibus Religiones illæ sic mitigatæ tolerentur, & à tota Ecclesia, vt tutæ cognoscantur; multi eas ingrediantur, & nemo damnat de statu malo. Respondeo ergo argumento; qui profitetur regulam, profitetur etiam ea quæ maximè spectant ad illam, concedo; sed reformatio maximè spectat ad illam, quidquid sit de hoc, quod non concedo, nisi in casu quo periculum esset relaxationis, & ideò moraliter necessaria esset reformatio, sed transeat, ergo &c. Concedo etiam istud. Sed addendum est, isti Religiosi non profitentur primæuam austeritatem regulæ, sed consuetudine, vel dispensatione mitigatam, ergo vouent etiam quæ ad conseruationem illius, vt talis est, maximè spectant, non autè quæ spectant ad primæuam constitutionem, & ita omnia ista argumenta eodem vitio laborant.

151 Obijcies 5. † Summi Pontifices sæpissimè suis constitutionibus, & decretis religionibus reformationem indicunt, iubentque multa ad ipsam tendentia, ergo possunt ipsi reformationes imperare, ergo & Religiosi tenentur exequi, quod Summi Pontifices præcipiant reformationes, patet ex eorum constitutionibus, & iteratis decretis. Respondeo constitutiones, & decreta illa arguere affectum paternum, exprimunt .n. suis constitutionibus quod maximè cupiunt, non verò imperium, quia excederent suam potestatem. Cùm enim cupiant omnes Religiosos esse vndequaque perfectos, ideò non desistunt summæ perfectionis viam eis demonstrare, quam tamen ab illis intendunt liberè acceptari. Quod si recusant, eos non cogunt; multa etiam statuunt; vel quia supponunt necessaria pro conseruanda Religione in statu, in quo reperitur, & multa, vel quia Regulam nundum per consuetudinem iudicent omninò sublatam, vel quia saltem maximè dubitant, quod dubium si verè existat tenentur Religiosi constitutiones illas acceptare, vt supra tradidimus ex Sanchez.

152 Obijcies 6. † Summi Pontifices coegerunt moniales omnes ad clausuram seruandam licet religionem professæ essent sine tali obligatione, & austeritate, quæ certè maxima est, & omnes fuerunt coactæ illam seruare. Insuper coegerunt aliquos religiosos proprium institutum deserere in quo professi erant, & aliud subire, vt fecit Pius V. qui iussit omnes Franciscanos Conuentuales, vel claustrales in Hispania degentes è suis Conuentibus eijci, & transire ad aliquem Ordinem mendicantium, qui erat multo arctior sua professione; patet in bulla edita anno 1567. Ergo Summi Pontifices possunt reformare. Respondeo primo maximè dubitatum fuisse tunc temporis de validitate illius decreti, tum quia ille status, quem cogebantur assumere, erat multo arctior sua professione, tum quia sententia lata esset inaudita parte, nec citata in eius tamen præiuditium, quod est contra ius naturæ, & ideò excedens Pontificiam potestatem, vt constat ex cap. 1. de concess. præbend. ibi. Nec nos contra partem inauditā aliquid possumus definire, & Clem. 2. de sent. & re iudic. §. cæterùm vers. sed

153 hæc prædicta. † Sed ego respondeo. 2. Moniales potuisse cogi ad clausuram, vtpotè necessariam pro conseruanda puritate castitatis, & integritate votorum essentialium, quæ non erant satis tuta permissa vagatione, & hoc potuit fieri; quia eùm profitendo regulam, professæ fuerint simul obseruantiam eorum, quæ sunt necessaria pro conseruatione votorum saltem essentialium, & clausura tunc fuerit ad hoc necessaria, sequitur potuisse cogi ad illam. Respondeo 3. Pij decretum etiam fuisse iustum, quia illa religio debuit esse ita collapsa, vt in ea vota essentialia non seruarentur, ideò Religiosis iniunxit, vt aliquam aliam Religionem ingrederentur, quod potuit fieri etiam inaudita parte secundùm Doctrinam Baldi, & Nauar. quos refert Sanchez nu. 44. quia cùm illi religiosi professi essent vota substantialia, necesse erat, vt illa seruarent, cùm autem non possent in propria Religione, iustum fuit, vt ad aliquam aliam transirent, in quæ seruarent. Nec fuit illis illata iniuria, quia ad vnam non fuerunt arctati; sed data fuit facultas, vt quam vellent assumerent ex mendicantibus. Temporibus Diui Caroli, cùm adeo relaxata esset Religio Humiliatorum, nec sancta Sedes vellet diutius durare, concessit Religiosis illis facultatem, vt proprias domos possent repetere, quod à multis factum est, & eorum cœnobia alijs religiosis fuerunt attributa; & nunc temporis multi Patres Benedictini, ideò quod ob varia infortunia, & calamitates monasteriorum redditus decreuerint, vt non possint ad familiæ sustentationem satis esse, de S. Sedis consensu, patrum, vel parentum suorum lares repetierunt.

154 Dices vltimo in Religione, de qua agimus sunt quidem aliqua legitimè præscripta, quia superiores omnes vident, & non solum tolerant, sed etiam volunt dictos patres ijs vti, sed aliqua non sunt omninò præscripta, quia licèt sciant, & tolerent, si tamen tempore visitationis de ijs denuncientur, vel accusentur, contra eos iuridicè agunt, & comperta veritate, puniunt delinquentes, ergo non est inducta consuetudo. Respondeo hoc argumentum nihil

nihil esse contra ea, quæ à me dicta sunt. Non enim ego intendo probare esse inductam consuetudiné, vt initio adnotaui; sed suppono esse legitimè introductam, vt mihi in facti spetie propositum est. Attamen vt fatear quid etiam de hoc sentiam. Dico quod consuetudo illa fortasse erit inducta legitimè, & præscripta quoad forum conscientiæ, non quoad forum fori, quod potest esse; sicuti enim potest dari lex, quæ obliget tantùm in foro fori, & non in foro conscientiæ, vel in foro conscientiæ non in foro fori; ita potest dari etiam consuetudo ex supra adnotatis; cùm enim consuetudo tantam vim habeat, quantam ei vsus attribuit, potest esse, quod vsus attribuerit vim consuetudini aduersum regulam in foro conscientiæ, non in foro fori, quod videtur esse in casu nostro dum asseritur superiores scire, & tolerare, nec quamquam punire, quod indicat consensum, quoad forum conscientiæ, ex eo autem, quod in visitatione delatos, vel accusatos puniant, quod pertinet ad forum exteriùs demonstrat quoad hoc consuetudinem nundum plenè
155 inualuisse, † sed de hoc non potest dari certa regula, cùm enim consuetudo sit quid facti, qui illam allegant, debent etiam probare in foro fori, in foro conscientiæ diligentissimè debent considerare, an concurrant omnia tradita requisita, & ita decernere. Neminem tamen, consulerem suo iuditio fidere, sed vellem alienum arbitrium, quod esset pruden-
156 tis, & timorati viri, consulere. Cæterum † supradicta omnia sic vellem acciperent Religiosi, vt de rigore iuris dicta. Optimè tamen facerent si momentaneum hoc, & leue vitæ nostræ considerantes ad primæuam suæ regulæ obseruantiam redirent.

157 Ex † his etiam colligent superiores, quod onus illis sit impositum, dum gubernationis regimen assumunt. Recogitent, quæ obligatio illis iniuncta sit inuigilandi, ne consuetudines prauæ inducantur, dico prauas, quæ contra proprium inducuntur institutum, & quam seuerè teneantur punire omnes suæ regulæ transgressiones, ex actibus enim neglectis consurgunt consuetudines regulam relaxantes, quæ vt sunt stabilitæ, non amplius possunt exterminari, vndè iure optimo irremediabile malū dicuntur, & huius mali origo, & causa est Prælati vecordia, & negligentia, de qua exactissimam reddet rationem ante seuerissimum iustissimi iudicis tribunal, quod certè, si animo diligenter reuoluerent religiosi non adeò cupidi essent Prælationum, & si ad eas aliquando cogerentur, nulla esset actio subditorum, quam ad exactissimam regulæ trutinā non examinarent, totisque neruis contenderent, ne vel minima relaxatio, quæ semper est maximum malum, induceretur; & semper præ oculis haberent se de concreditis sibi ouibus rationem redituros. Ne ergo tam districtè iudicentur inuigilent pro conseruatione suæ regulæ, & quantum possunt licèt coactione non possint, precibus, & exemplu reformationem ipsi inducant, quod ad hoc est præstantissimum remedium præeuntes enim superiores vix fieri potest, quod subditi non sequantur, maximè si in mansuetudine illis ministrent, quæ tamen debet esse non minis demissa, sed quæ prælatum deceat.

158 Sextum † quæsitum propositum est; An saltem in partem possint tolli dictæ consuetudines, idest priuando aliquos, & eis inhibendo, ne illis possint vti. Ad quod respondeo distinguendo. Vel hoc fit cum causa, vel sine causa. Si fiat cum causa, puto omnino certum posse fieri. Quod rursus potest fieri ob delictum illius, qui talibus exemptionibus fruitur, vel alia de causa. Si gaudens istis consuetudinibus, ijs est priuandus ob delictum, ab eo priuabitur, qui de delicto cognoscet, si ob aliam causam, causa erit consideranda, an sit sufficiens, deinde sufficienti reperta, per eum priuabitur, ad quem de iure spectat. Sine causa autem nemo istis consuetis exemptionibus, & priuilegijs potest priuari. 1. Quia nemo sine causa priuandus est iure quæsito. 2. Prædicti religiosi habent ius viuendi secundum regulā, quam vouerunt consuetudine stabilitam, non sunt ergo priuandi sine causa sua facultate, & libertate. 3. Superioribus non est concessa facultas aliquid agendi iniustè, ergo neque subditum priuandi sine causa iure quæsito.

159 Hoc † oritur dubium incidens. Quid dicendū in hoc casu. Quidam Religiosus in dicta religione, in qua magistri dictis priuilegijs, & exemptionibus gaudent, nundum assequtus est gradum magisterij, & nunc petit admitti, Religio protestatur, se magisterij gradum illi non esse collaturam, nisi ijs exemptionibus, & priuilegijs, quibus magistri gaudent, pænitus renunciet, potest, ne ad hoc religio cogere istum religiosum, & tenetur religiosus renunciare? Hoc dubium potest fieri, de illis, qui professi sunt regulam cum talibus exemptionibus, & potest etiam fieri de illis, qui nundum regulam professi sunt, sed imposterum profitebuntur, quod est idem ac dicere. An religio possit statuere, ne illi, qui imposterum ingrediuntur religionem talibus exemptionibus gaudeant; & de hoc secundo nulla apud me est difficultas, quin possit fieri, Nullum enim est ius quęsitum illis, quia nundum ingressi sunt, & Religio habet ius condendi, quas vult leges pertinentes ad primæuam regulæ obseruantiā seruandas ab illis, qui imposterum ingressuri sunt. patet ex supradictis, & ex communi sententia Doctorum asserentium religiones pro ingressuris posse reformari, Imò sanctissimè facerent si hoc agerent; Maior autem est difficultas de primo. An scilicet, qui iam professi sunt regulam cum istis consuetudinibus, possint cogi illis renunciare, si velint magisterij gradum consequi, quia videntur iam acquisiuisse ius ad illum.

Respondeo tamen distinguendo, vel huiusmodi consuetudinibus gaudent, independenter ab actu, qui sit voluntarie exercendus à religione, ad hoc, vt illis fruantur; vel dependenter ab aliquo simili actu Religionis v. g. licèt religiosi sint viri doctissimi non tamen tenetur Religio illis gradum magisterij conferre, sed pro suo beneplacito confert; Vel perfecto curriculo studiorum tenetur, si talem religiosum idoneum reperiat ad magisterium admittere, & idem dico de alijs casibus, videlicet aliqui Patres elapso tanto tempore à professione statim dicuntur Patres, & ijs priuilegijs gaudent, vel ijs non gaudent, nisi prius ad aliquem gradum, ad quem non tenetur religio eos euehere, sed si euehit liberè, & spontè euehit; dico si religioso isto, qui professus est regulam competit magisteriū, vel gaudere ijs priuilegijs, & exemptionibus, primo modo, Religio non potest eum adigere, vel cogere ad renuntiandum, sed tenetur eum pro magisterio probare, & si idoneum reperiat illum admittere; quia ad hoc illi est ius quæsitum ex consuetudine, vel ex statuto. Si verò secundo modo puto religionem posse eum cogere renunciare, quia cùm non teneatur illi magisterium conferre, vel ad officium, vel ad Prælaturam euehere, nisi volens & lubens, potest quascumque conditiones, & pacta apponere licita tamen, & honesta, vt sunt ista, quibus religio

ſuo priſtino obſeruantiæ ſplendori redditur.
160 Septima † difficultas erat an dictæ conſuetudi-
nes poſſint aliquo modo ceſſare, vel tolli. Reſpon-
ſio pater ex ſupradictis poſſe tolli per contrariam
conſuetudinem, poſſe tolli per contrarias leges
modo tamen ſupradicto, poſſunt tolli etiam ſimpli-
citer contrario ſtatuto, ſi tamen omnes religioſi
conueniant, non autem aliter per Generalem, Ca-
pitulum Generale, vel alios, ſed omnes debent
conſentire qui regulam eo modo mitigatam pro-
feſſi ſunt. Quia quæ omnes tangunt ab omnibus
approbari debent, & tradunt Angelus Silueſter,
Corduba & alij, quos refert, & ſequitur Sanch.
161 † tradentes iſtas nouas auſteritates concernere
religioſos, vt ſingulos, & non quatenus vnum cor-
pus efficiunt, quæ ratio militat in hoc caſu noſtro.
Ex quibus etiam colligitur poſſe quidem Capitulum
Generale ſtatuere ea, quæ pertinent ad religioſos,
vt vnum corpus efficiunt, non autem de ijs, quæ
concernunt religioſos, vt ſingulos, ad iſta enim
Capitulo generali non eſt conceſſa facultas, ſed vt
obligent debent ab omnibus approbari, ſuppone
ſemper illud fundamentum, Quod religioſus non
poteſt obligari niſi prout voto ſe adſtrinxit, & non
ad plura.
162 Dices † conſuetudines iſtas eſſe leges, ad quas
ſtabiliendas, cùm requiratur conſenſus illius, ad
quem ſpectat eiſdem validitatem tribuere, ſequitur
etiam, quod ſint illius leges, ergo ſine illius aſſenſu
non poterunt tolli, igitur, & ſi conueniant omnes,
quod eſt neceſſarium, non tamen ſufficit niſi etiam
accedat conſenſus Principis, qui licet ad conſuetu-
dinem ſufficiat, qui datur ex lege, vel Canone; ad
legem tamen requiritur expreſſus, alias non vale-
bit, ergo vt iſte conſuetudines tollantur, non ſuffi-
ciet ſtatutum à religioſis ſolis, licet omnibus factũ,
ſed requiritur præterea aſſenſus, vel Pontificis, vel
illius, ad quem ſpectat, vt ſupra.
Reſpondeo conſuetudines poſſe eſſe inductas,
vel ad bonum publicum, vel ad bonum priuatum: ſi
inductæ ſint ad bonum publicum, non poſſunt tolli
per ſolos religioſos, quia cùm illas profeſſi ſint in
bonum publicum, vt tollantur indigent aliqua diſ-
penſatione, & ſimpliciter lex à ſupremo Principe
confirmata, non poteſt tolli, niſi de eiuſdem ex-
preſſo conſenſu, quia ex confirmatione facta à ſum-
mo Principe gaudet auctoritate illius, & reputatur
ac lex illius; Dominicus c. 1. in princ. num. 11. de
filijs Prælat. in 6. Botus de Synodo p. 2. art. 4. nu. 12.
Angelus verbo beneficium nu. 22. Silueſter eodem
verbo 3. quæſt. 9. num. 13. Armilla ibidem nu. 27.
Tabiena. & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez
de matr. lib. 8. diſput. 17. num. 30. ſi verò ſint in
fauorem priuatum religioſorum, habent rationem
priuilegij, cui poſſunt renunciare, quando eis libue-
rit iuxta commune dictum, quilibet poteſt renun-
ciare iuri ſuo. Quomodo autem hoc ſit intelligen-
163 dum vide Doctores agentes. An quando † priui-
legium eſt commune multis, poſſit ab aliquibus re-
nunciari, apud quos reperies poſſe, ſi ſit ſeparabile,
ideſt poſſit ab aliquibus renunciari ſine præiuditio
aliorum, & niſi priuilegium conceſſum particulari-
bus inuoluat commodum publicum, & reliqua vide
apud eoſdem Doctores, qui communiter hoc tra-
ctant. Cùm ergo iſtę conſuetudines ſint in fauorem
priuatum, & non in bonum publicum imò contra
ipſum, vtpotè, quæ contra primæuam Regulæ ob-
ſeruantiam præſcripſerunt, poterunt renunciari,
ab omnibus, & à ſingulis, & renunciatio reſpectiuè
afficiet eos qui renunciant, & hoc omnibus modis
fieri poteſt, ius ſtatuendo, vel ſimpliciter renun-
ciando, quia ſub hac conditione videtur conſenſiſſe
Princeps, vt tandiù conſuetudines, vel priuilegia
durent, quamdiù voluerint priuilegiati? Et aliud
eſt condere leges, aliud renunciare fauoribus.
164 Ad vltimum, † quod proponebatur quærendũ.
An dictas exemptiones poſſint concedere ſuperio-
res locales Prouinciales, Generales, vel Capitulum
Generale? Reſpondeo, vel hoc ſit leges condendo,
quæ vniuerſaliter obligent omnes, vel tantùm in
aliquo particulari caſu, alicui particulari perſonæ
indulgendo; ſi faciendum ſit condendo leges, quæ
omnibus talia priuilegia indulgeant, vel conceſſio-
nes illæ ſunt contra regulam à Summo Pontifice
approbatam, vel contra aliquas Apoſtolicas conſti-
tiones, vt illas, quos edidit Clemens VIII. & appro-
barunt eius ſucceſſores Paulus V. & alij, vel contra
nihil huiuſmodi; ſi ſunt contra dicta, nemo poteſt
concedere, niſi Summus Pontifex, à quo habent
vim, & cuius dicuntur contrariæ leges, quia infe-
rior in ſuperiorem, nec par in parem habet impe-
rium, & ſi relaxent regulam indigent aliqua diſpen-
ſatione. Si verò non ſunt huiuſmodi, poterit de
illis ſtatuere quilibet ſuperior reſpectiuè ad ſuos
ſubditos conſiderata tamen prius facultate, quam
habet, an ad ſtatuendum ſe extendat; poterit certè
Capitulum Generale cum Generali de his ſtatuere,
ſi tamen Religioni conducere re bene perpenſa
fuerit iudicatum. Quod ſi non ſtatuendo; ſed tan-
tùm aliquid alicui indulgendo faciendum ſit, puto
hoc poſſe, quia in iſtis caſibus videtur ſuperioribus
conceſſum leges interpretari, cùm res ſint parui
momenti, nimis enim durum eſſet pro quacumque
re leui ad Generale Capitulum recurrere. Medina
1. 2. quæſt. 92. artic. 4. concluſ. 3. Miranda 2. tom.
Manual. Prælat. quæſt. 30. art. 11. debent tamen
omnes conſiderare ſuas conſtitutiones, & videre
quæ illis facultas attributa ſit. Ego tamen nemini
conſulerem huiuſmodi exemptiones concedere,
quia à minimis ad maxima peruenitur; quantique
facienda ſint minima doctiſſimè, & eruditiſſimè
tradit Iulius Negronius è Societate Ieſu in ſuo
aſcetico tractatu, quem de cura minimorum edidit,
dignum profectò, quem diù, noctuque terant reli-
gioſi tàm ſuperiores, quàm ſubditi, vt ea lectione
excitentur ad ea tanti facienda, quantum opus eſt.
165 Ex traditis † puto ſatis eſſe factum propoſitis
dubitationibus; diſtinguentes enim regulam in ea,
quæ ſpectant ad eſſentiam votorum, & in ea, quæ
ad illam non ſpectant, reſpondendo primæ dubita-
tioni, diximus contra ſubſtantialia votorum non
poſſe dari conſuetudinem, dari autem aduerſus
alia; ad ſecundum pariter reſoluimus, conſuetudi-
nib. illi poſſe frui non tantum, qui illis introductis
profitentur, ſed etiam illi, qui introduxerunt, &
quia poſſet dubitari, an ſint inductæ conſuetudines
illæ, reſpondendo 3. difficultati tradidimus quatuor
requiſita ad validitatem conſuetudinis, quibus ex-
plicatis conſiderauimus conſuetudines, vt nundum
perfectè inductas, & reſpondendo 4. quæſito; dixi-
mus illas poſſe impediri à quocumque ſuperiore,
deinde gradum facientes ad iam introductas di-
ſtinguendo diximus, vel eſſe introductas poſt emiſ-
ſam profeſſionem, & ſoluendo quintam difficulta-
tem diximus religioſos poſſe cogi à ſuperioribus
reſpectiuè ad primæuam obſeruantiam regulæ, ſi
vero erant perfectæ introductæ conſuetudines non
poſſe amplius tolli, vbi multa notatu digni, & iſta
diximus de omnibus religioſis, poſtea deſcendendo
ad particulares, an ſaltem iſti poſſint aliquo caſu

priuari illis consuetudinibus distinguendo; respondimus 6. difficultati, videlicet; si religiosi iam erant in possessione illorum non possunt priuari, si verò non erant in possessione, vel erant immitendi iure ipso; vel aliquo actu libero, si iure ipso non possunt non immitti, si verò dependenter ab aliquo actu libero, possunt impediri; semper tamen antequam professionem emittant, possunt cogi his renunciare; Addidimus pro responsione ad 7. Has consuetudines alijs consuetudinibus, & alijs modis posse tolli, & cessare. Tandem pro complemento tradidimus. An similes exemptiones possit religio concedere, & soluendo 8. asseruimus, si sint contra regulam confirmatam, vel contra Apostolicas constitutiones, vel quid simile non posse; si verò contra nihil huiusmodi, & non relaxent disciplinam posse concedi; Non esse tamen consulendum quid minimum esse permittendum in religione.

166 Vellem † tamen meminissent Patres illi, vel Magistri, qui istis gaudent exemptionibus illius horrendæ visionis, quæ in Chronicis Diui Dominici habetur, quæ sub obtutu cuiusdam deuoti religiosi posita fuit, & representata conspectui, Instabat vir iste maximo affectu orationi, & inter noctis silentia in Ecclesia vigilans occulis corporeis, magnam Patrum cateruam conspexit processionaliter incedentem, quam admitans, statim est sequutus, multosq; inter illos cognouit, quos fortasse socios habuerat, processere illi Patres ad refectorium, quod vt fuerunt ingressi ex ordine recumbentes, vnus accepto constitutionum libro suggestum ascendens cæpit clara, & intelligibili voce Regulæ obligationes pronunciare, hoc modo, tenentur Fratres Choro interesse; exceptis magistris nostris, Teneantur Fratres communi mensa vti, exceptis magistris nostris; Teneantur vnà simul omnes orationi insistere; exceptis magistris nostris, omniaque explicans, quibus tenentur religiosi singulis oneribus addebat, exceptis magistris, quibus omnibus expletis horrenda voce subiunxit: & qui hæc omnia præstabunt, vitam æternam consequentur, exceptis magistris nostris. Hæc non dormiens sed vigilans non actus in exstasim; sed oculis corporeis vidit deuotus ille religiosus, & ad nostrum documentum monumentis voluit consignata; meditentur & paueant qui exemptionibus fruuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Factum tale.*
2 *Quot quæstiones disputandæ, vel soluendæ.*
3 *Qui fructus ad vsufructuarium pertineant, & qui ad proprietarium.*
4 *Fructus pendentes sunt pars fundi.*
5 *Fructus intelliguntur deductis expensis.*
6 *Quod intelligitur etiam de fructibus debitis Ecclesijs.*
7 *Limita in decimis, vt ibi.*
8 *In testamentis, standum est dispositioni testatoris in ijs, quæ legibus non repugnant.*
9 *Nemo potest facere, quin leges habeant locum in suo testamento.*
10 *Limita in ijs, quæ leges disponunt per viam iurisdictionis vt ea, quæ pertinent ad validitatem, in ijs autem, quæ disponunt interpretando voluntatem testator non tenetur stare, sed pro suo libito potest contra leges disponere.*
11 *Cùm testator non disposuit de modo tenendo in exequutione suæ voluntatis ille eligendus, qui iudicatur aptior.*
12 *Verba testatoris maximè consideranda.*
13 *Sæpè decipimur ea non ponderando habent enim in se magnum pondus.*
14 *Etiam in minimo verbo consistit magnus effectus.*
15 *Cùm est interpretanda mens testatoris, recurrendum est ad tenorem testamenti.*
16 *Maximè distant inter se legatum pro maritandis virginibus, & pro maritandis foeminis.*
17 *Legatum pro maritandis foeminis non debetur viduis.*
18 *Legatum pro maritandis virginibus non patitur commutationem cum alio pio opere, nisi de plenitudine potestatis Summi Pontificis.*
19 *Legatum factum pro maritandis puellis nomine proprio expresso, debetur etiam monasterium intrantibus, si non exprimatur nomen, non debetur, & redditur ratio.*
20 *Legatum factum ex affectu particulari personæ personam sequitur.*
21 *Ex coniecturis colligitur mens testatoris excludendi à legato Matrimonij Monasterium intrantes.*
22 *Dispositio testatoris de re legata in casu non sequuti effectus, tollit omnem suspitionem alterius voluntatis.*
23 *Legatum pro virginibus maritandis debetur etiã illi, quæ nupsit, si tamen mortuus est vir antequam cognoscatur, & est virgo.*
24 *Quid nomine Ecclesiæ Parochialis intelligatur; an Ecclesia, vel Parochus.*
25 *Quid hoc referat.*
26 *Nomine Ecclesiæ Parochialis non intelligitur Parochus, sed Ecclesia.*
27 *Legatum debetur ei, cuius contemplatione factum est.*
28 *Legatum factum Parocho debetur Ecclesiæ, & quomodo possit dignosci, quod legatum sit factum intuitu Parochialis Ecclesiæ.*
29 *Legatum Ecclesiæ intelligitur Parochiali, nisi aliud constet.*
30 *Quomodo sint expendenda legata Ecclesijs.*
31 *Legatum pro alimentis pauperum spectat honorem Dei, & loci.*
32 *Et quilibet de populo admittitur ad illud petendum.*
33 *Legatum factum pauperibus, intelligitur de pauperibus loci.*
34 *Quod secundùm aliquos limitatur, nisi pauperum electio data sit exequtori, quod displicet.*
35 *Quid intelligatur testatorem concedere exequtori, dum concedit electionem.*
36 *Coniectura de quibus pauperibus intelligat testator.*
37 *Argumentum à causa cessante valet.*
38 *Legato paupertas subleuatur non ditatur.*
39 *Exequtor legati sine facultate eligendi pauperes tenentur dare pauperioribus; cum facultate potest eligere, quos vult pauperes.*
40 *Exequutor eligens pauperes satisfacit, si ei commissa sit electio, & gratificans non peccat.*
41 *Nemo præsumitur pauper; sed debet probari.*
42 *Quem quisque se facit talem se debet probare.*
43 *Suam intentionem, quisque probare debet etiam fundatam in negatiua.*
44 *Æstimare qui sit pauper valdè difficile, cùm paupertas, & diuitiæ æstimantur secundùm locorum consuetudinem.*
45 *Arbitrarium censetur communiter æstimare quis sit pauper.*
46 *Ad iudicandum quis sit pauper non solùm inspicitur*

citur quantum habeat; sed etiam, an illud, quod habet, sit sufficiens ad id de quo agitur.

47 *Puella licèt viuat propria arte, vel industria, at tamen dicitur pauper ad effectum legati obtinendi, nisi habeat quibus dotetur.*

48 *Quilibet dicitur pauper in ijs casibus, quos leges expresserint.*

49 *Dicitur pauper, qui non solùm non habet vndè viuat; sed etiam, qui non habet quomodo viuat secundùm statum.*

51 *Ex qualitate personarum æstimatur paupertas.*

51 *Pauper dicitur, qui non habet centum aureos, vel saltem quinquaginta.*

52 *Pauper dicitur, qui ostiatim victum quærit.*

53 *Item qui publica fama pauperes habentur.*

54 *Quid in praxi huius casus seruandum sit.*

55 *Concurrentibus ad legatum illis, qui verè habent omnia requisita, sunt anteferendi illis, qui habent tantum secundùm latam interpretationem.*

56 *Verba in legatis, & testamentis admittunt latam interpretationem.*

57 *Natiuæ item, & originariæ quæ sint.*

58 *Quid significet dictio. De, Paulus de Castro &c.*

59 *Habitatorum appellatione veniunt etiam famuli, etiam in statuto.*

60 *Ciuitatis appellatione in fauorabilibus veniunt suburbia. Natus in suburbijs, & in continentibus dicitur natus in ciuitate; in materia indifferenti nomine ciuitatis venit territorium, castra, & villæ, maximè in beneficijs, vt in dote.*

61 *Quid intelligatur per verba homines de communi.*

62 *Domicilium originis immutabile, nec recusando amittitur.*

63 *Qui sint forenses, & qui incolæ, quid domicilium.*

64 *Vt quis dicatur habere domicilium decem anni requiruntur ad tollendam præsumptionem non ad rei veritatem; sed sufficit animus morandi.*

65 *Animus commorandi requiritur ad acquirendum, & ad perdendum domicilium.*

66 *Natus in loco, in quo non habet mater animum morandi, cuius sit.*

67 *Quomodo domicilium ad Sacramenta ad matrimonium &c. requiratur remissiuè.*

68 *Satisfit propositæ dubitationi.*

69 *Verba etiam in testamentis sunt restringenda secundùm mentem testatoris.*

70 *Vulgo concepta, & exposita an sint illius loci, in quo exponuntur ad effectum consequendi legatum: vide distinctionem.*

71 *Ius accrescendi in legatis.*

72 *Legata ob causam non iterabilem non admittunt ius accrescendi.*

73 *Huiusmodi legata non possunt nec replicari, nec multiplicari.*

74 *Maximè legatum alimentorum, quia nemo potest habere duos ventres.*

75 *In legatis alimentorum inesse censetur taxatiua; in taxatiuis autem non datur ius accrescendi.*

76 *Legans alimenta æstimatur nolle legatarium habere plusquam alimenta.*

77 *Quod causa dotis datur, videtur esse ob causam non iterabilem, & limitatam, ideò videtur non admittere ius accrescendi.*

78 *Legatum dotis non est simile legato alimentorum.*

79 *Legatum dotis, etiam constante matrimonio, potest augeri.*

80 *Ius accrescendi est quidem inductum à lege; sed ex præsumpta voluntate.*

81 *Vbi legatarij non sunt coniuncti re, & nomine non datur ius accrescendi.*

82 *Cessante causa cessat legatum, & euanescit.*

83 *Cessante causa finali cessat legatum.*

84 *Tunc cessat causa finalis legati, quando cessat titulus, pro quo factum est legatum.*

85 *Legata facta ob causam, causa non sortiente suum effectum, censetur adempta ex mente legantis.*

86 *Causa finalis, & titulus legati matrimonij, est vt matrimonium sequatur.*

87 *Legatum pium, si non habet suum effectum, in aliud opus pium est expendendum.*

88 *Quod debeat expendi in opus pium magis simile. Sed respondetur num. 98.*

89 *Tridentini locus sess. 25. cap. 8. de reform. declaratur num. 100.*

90 *Multi Doctores asserunt legata in opus simile esse expendenda, qui declarantur num. 99.*

91 *Respondetur prædictis, in primo astruitur omnes fundari in præsumpta voluntate testatoris.*

92 *Voluntas testatoris seruanda est, si verba aliquo modo, saltem impropriè possint deseruire.*

93 *Cùm testator clarè disponit, non est opus coniecturis.*

94 *Odia restringenda in pœnis non facienda extensio.*

95 *Quid sit pœna.*

96 *Si voluntas testatoris tacita, & verosimilis potest colligi ex dispositione, habetur pro certa, & expressa.*

97 *Quilibet priuatur faciliùs iure quærendo, quam quæsito.*

98 *Respondetur primæ rationi.*

99 *Respondetur secundæ.*

100 *Expenditur locus Tridentini.*

101 *Ius nouum est interpretandum, vt quantò minus fieri potest corrigatur antiquum.*

102 *Ex onere iuncto legato colligitur voluntas testatoris.*

103 *Explicatur, quæ dicantur forenses, vel de communi secundùm consuetudinem loci.*

104 *Vna pars testamenti explicat aliam.*

Legatum pro Maritandis Virginibus.

I I I I.

1 PResbyter † Emanuel Taettus propria manu scribens suum condidit testamentum, in quo vniuersalem instituit hæredem omnium suorum bonorum cõmunitatem oppidi N. sub his expressis verbis. Instituisco mio herede vniuersale il Commune di N. con carico, & obligo di esseguire precisamente tutta la volonta mia, douendo gli huomini del Conseglio di detto Commune, che si trouaranno eletti di anno in anno affittare, e tener conto delli miei beni, e dispensarli come di sotto giustamente nelle loro figliole, caricando le loro conscienze, se giustamente non eseguiranno quanto da me più à basso stà ordinato, pregandoli per amor di Dio, e di dette vergini sue figliole essere buoni esequtori di quest'officio, e santa opera. Deindè condit etiam legatum huiusmodi. Voglio che gl'affitti ouero entrate, che si cauaranno dalli miei beni che si trouaranno nel territorio di N. sijno dispensate in maritar quattro pouere pute vergini, e d'honore della terra di N. e di quella natiue, e che non sijno, nè che saranno forastiere ogni anno in infinito, quali s'habbiano à maritare anco nella detta terra di N. & in quelli del detto Commune, & non fuori di detta terra; e se quelli huomini, à quali toccarà esseguire detta mia dispositione ò altri controueniranno à questo mio espresso volere priuo

prino esse putte del detto legato per quell'anno, lasciando quest'entrata per quell'anno alla Chiesa Parochiale; lasciando à quelle putte vergini lire cento per cadauna per sua dote, e più, e meno secondo gl'affitti, & entrate che si cauaranno proportionatamente; e tutto ciò voglio che vaglia finito l'vsufrutto da me lasciato à N. come di sopra nel detto testamento; Nunc finitur vsusfructus, & multi sunt fructus collecti, & multi pendentes; ideò sequentia proponuntur soluenda.

2 P. cuius † sint fructus collecti, & cuius pendentes. 2. qui modus seruandus in electione dictarum virginum matrimonio collocandarum. 3. an viduæ sint capaces huius legati, & vtrum, quæ monialium Monasterium ingrediuntur, 4. quid nomine Ecclesiæ Parochialis intelligatur, Parochus ne, an verò Ecclesia ipsa. 5. quid nomine pauperum virginum intelligatur. 6. quid per illa verba, natine, e che sijno del Commune di N. che non sijno, nè saranno forastiere. 7. dato casu, quod non ex malitia, fraude, vel alia culpa ministrorum, vel hominum Communitatis; sed ex eo tantùm, quod quatuor virgines non reperiantur maritandæ, quid de redditibus, qui ad illas, quæ desiderantur essent tribuendi, est agendum, cùm de istis nihil disponat dominus testator; sed tantùm in casu culpæ dictorum hominũ illos pro illo anno adiudicet Parochiali Ecclesiæ.

3 Ad primum † respondeo fructus collectos viuente vsufructuario, vel ab ipsomet, vel ab alio eius nomine esse eiusdem vsusfructuarij, vel cuius ipse voluerit, quia eorum verè est dominus; pendentes verò, idest non collectos viuente vsufructuario, pertinere ad hæredem proprietarium, idest ad illum, ad quem spectat hæreditas finito vsufructu, nec in istis, quidquam iuris habet vsufructuarius, vel eius hæredes, l. si fur. & l. defuncta ff. de vsufruct. legat. l. si vsufructuarius messem. ff. quemad. vsufr. amitt. & § is vero. Instit. de rerũ diuis. Cassanæus in consuet. Burg. Rub. 5. §. 7. in fi. Auendag. respons. 5. num. 7. ex ista conclus.
4 Mantica de tacit. lib. 5. tit. 12. num. 7. † ratio est, quia fructus pendentes sunt pars fundi, l. fructus pendentes de rei vendicat. cum alijs similibus iuribus, & Doctoribus, quos citat, & sequitur Menochius de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu 256. nu. 5.
5 † Est tamen aduertendum, quod fructus intelliguntur deductis expensis, l. si à patre §. vlt. ff. de petit. hæred. & l. fructus in princip. ff. de impens. & reb. dot. & ibi Doctores, & ideò sunt compensandæ
6 expensæ illi, qui eas fecit; † quod est intelligendum etiam de ijs, quæ debentur Ecclesiæ; nam etiam illi fructus intelliguntur, debiti prius deductis expensis, & ratio est, quia, cùm nullum reperiatur fauore Ecclesiæ priuilegium, subintrat regula communis legis fructus supratraditæ: vt obseruat Tiraquel. de retract. legn. §. 15. glos. 1. nu. 3. Fagundex in 5. præcepto lib. 1. cap. 2. num 18. & patet. ex capit. grauis de restit. spoliator. & illud.
7 intelligi vult. Glos. † quod non est absolutè verum, de decimis. Nam decimæ, aut sunt prædiales, aut personales; si personales debentur deductis expensis, si verò prædiales debentur nullis deductis expensis, quia prædiales debentur quodammodo iure naturæ, & ideò etiam secundùm naturam nominis debentur .i. non deductis expensis; prædiales debentur quodammodo ciuiliter, & ideò etiam nomen intelligitur ciuiliter .i. deductis expensis. Doctores ad hoc vide apud Barbosam de offic. & potest. Paroch. lib. 3. cap. 28. numero trigesimoseptimo.

8 Ad † 2. dico in ijs, quæ pertinent ad electionem virginum, esse omninò standum dispositioni testatoris, tàm quoad modum, quàm quoad tempus, & omnia alia, quæ ab ipso præscribuntur; nam, licet voluntas testatoris non sit seruanda in ijs, quæ sunt contra leges; generaliter tamen in alijs est seruanda §. vltim. Instit. de leg. In §. disponit Authent. de nupt. habentur hæc verba. Disponat testator, vt dignum est, & sit lex eius voluntas, quæ etiam ita demum dominatur si sit legitima, & l. cum quæstio in fin. C. de legat. dicitur Toties igitur secundùm voluntatem testatoris quis facere compellitur, quoties contra legem nihil est futurum, & ad litteram in l. quis eum de condit. & demonstr. & ibi Bart. Socinus sen. &c. & vulgo traditum est
9 † neminem posse facere, quin leges habeant suum locum in testamento, l. nemo potest de leg. 1. neque priuata testatoris dispositio potest generalem legis, vel Canonis dispositionem, seù constitutionem immutare cap. requisiti de test. feder. de seruis in
10 cons. 13. num. 6. † quæ tamen omnia sunt intelligenda, quando lex disponit aliquid per viam iurisdictionis, non per viam interpretationis voluntatis defuncti; nam quando disponit per viam iurisdictionis, nempè apponendo solemnitates, sine quibus testamentum non valeat, contra istas leges nihil potest voluntas testatoris. Petrus de Matthe. in repet. l. si filium num. 50. C. familiæ herciscun. quando autem disponit interpretando, vel respicit tenorem testamenti, ad istam non tenetur testator, sed voluntas dominatur, Mant. de coniect. lib. 3. tit. 3. num. 16. cùm ergo nullo modo legibus repugnet ista voluntas testatoris, erit omninò seruanda; in eo autem de quo ipse non disponit, nempè quando plures virgines concurrunt ad dotis beneficium, & sunt plures quatuor; sed tamen non est certum, quæ prior earum sit connubio iungenda, imò dubium quæ sit iungenda, & si tantùm quatuor extrahetentur fieri posset, quod legatum non habetet suum effectum; ideò putarem ego, hoc modo esse procedendum, vt in libro exciperentur, & inscriberentur nomina omnium virginum, quæ ad beneficium concurrunt, deindè tempore opportuno exscriberentur ex libro in schedulis; omnes illæ schedulę nomina omnium virginum sigillatim, continentes immitterentur in vrnam, & omnes per ordinem extraherentur, & si primæ quatuor ordine extractæ nubant, admittantur ad beneficium legati, si verò illæ non nubant; & ex illis quatuor vna tantùm non nubat, succedat quæ quinto loco est estracta; si duæ succedant quinta, & sexta; si tres, quinta, sexta, & septima, & ita deficientibus aliquibus, aliæ per ordinem succedant, vt mens testatoris omninò
11 impleatur; † quia, cùm testator non disposuerit de modo, qui tenendus est in exequtione suæ voluntatis, illius electio fieri potest, qui magis aptus indicatur ad exequtionem dictæ voluntatis; id enim præsumitur sensisse, vt sua dispositio habeat effectũ; Bartol. in l. quintus la 2. §. 1. num. 3. ff. de auro, & argento leg. 1. Mant. lib. 3. de coniect. tit. 3. num. 17.

12 Ad 3. † an huius legati sint capaces viduæ; Respondeo, quod verba testatoris sunt maximè consideranda §. nos igitur in authen. de test. fid. quem textum notat etiam Bald. in cap. 1. nu. 3. de feud.
13 guar. † sæpè enim decipimur non ponderando verba testamentorum, quæ in se magnum habent pondus, Boer. in decis. 155. num. 22. & Tiraquel. in l. si vnquam in verbo libertis nu. 9. de reuoc. donat.
14 † cùm etiam in minimo verbo consistat magnus

effectus

effectus, Castrens. in l. vlt. nu. 2. in fin. de indict.
viduit. tollend. Curtius Sen. in cons. 45. in princip.
15 & Iason. in l. si ancillas nu. 4. de legat. † &, quando
agitur de interpretanda voluntate testatoris, re-
currendum est ad tenorem testamenri, Paulus
Castrensis in cons. 177. nu. 1. circa medinm vol. 2.
& Crot. in l. re coniuncti num. 179. de leg. 3. per
dictum §. nos igitur in Anthen. de restit. fideicom.
& hoc puto maximè verum in casu nostro; vbi testa-
16 tor apertè loquitur † asserit enim pro maritandis
virginibus, non autem fœminis, quæ maximè distanr
inter se yt infra; Dico ergo viduas non esse capaces
huius legati: quia ex repetitione freqnenti qualita-
ris virginitatis apertè colligitur enixa testatoris
17 voluntas; & etiam, † quia, est si legatum esset factū
pro maritandis fœminis, adhuc tamen non debere-
tur vidnis, per l. Boues §. hoc sermone, dum nnpta
erit, intelligitur de primis nuprijs ff. de verb. signif.
& tenet Sanch. de matrimonio lib. 7. disp. 9. nu. 54.
ergo multo minns debebitur viduis factum pro ma-
ritandis virginibus, nam in primo modo legandi
excluduntur tantùm ex vno capite, nempè, ex illa
particula pro maritandis, quæ est interpretanda de
primis nuptijs, nuptiæ autem viduarum sunt secun-
dæ, & ideò legati non sunt capaces; in 2. antem,
idest in hoc nostro excluduntur ex duplici capite,
& quia dicitur pro maritandis, quod intelligitur de
alias non nuptis, & pro virginibus, sub cuius nomi-
nis appellatione non possunr venire viduæ.
18 Et Lara † de Anniuersarijs lib. 1. cap. 21. asserit
legatum pro maritandis virginibns non pati com-
mutationem cum alio quocunque pio opere, nisi id
faciat Summus Pontifex de plenitudine potestatis;
ergo multo minus poterit dari auctoritate propria
executorum testamenti viduis, sed de hoc latiùs
infra, cùm à nobis excutietur septimum quæsitum;
Nnnc progredior ad alteram partem hnius tertij,
nempè, an hoc legatum possit dari virginibus, quæ
ingrediuntur Monasteria Monialium; & absolutè
19 dico non posse; † quia licèt ex præsumpta volunta-
te testatoris legatum factum Catherinæ, Paulæ, vel
alteri expresso nomine proprio puellæ, pro illis ma-
ritandis, possit illis dari, etiamsi Monasteria ingre-
diantur; hoc tamen non conceditur, secundùm
veriorem senrentiam, si legatum sit factum puellis
eorum nomine proprio non expresso; sed tantùm
puellis in genere, & ratio est, quia cessat præ-
sumptio voluntatis testatoris, in qua fundantur
leges, quæ primum determinant; Putant enim
legatum factum virgini proprio nomine expresso,
esse factum, vt talis illa virgo ex particulari affectu,
quo eam prosequitur testator illud beneficium
20 consequatur; & ideò † debet sequi personam,
cuius intuitu factum est, quemcunque statim Ma-
trimonij eligat, siue ille sit spirituali, siue sæcularis;
at in legato facto pro maritandis feminis in genere,
videtur cessare talis præsumpta testatoris volun-
tas, & remanet sola dispositio matrimonij, quod
est intelligendum de corporali, non de spiritua-
li, non enim testator disponens habuit affectum
cuiquam puellæ particulari, sed statui matrimonij,
ideò non debetur Monasterium intrantibus, Sanch.
de matrimonio lib. 1. disp. 33. nu. 29. sed quidquid
21 sit de istis, † certè in casu nostro non potest deberi
Monasterinm intrantibus, quia si debetur, certè ex
præsumpta testatoris voluntate, quæ maximè in
testamenris est spectanda, vt supra; sed in hoc casu
est omninò contraria ob circumstantias, & qualita-
tes additas matrimonio, cum monacatu omninò
incompossibiles, vt quod virgines illæ nubant iuue-
nibus eiusdem loci non nubant extra territorium,
ergo nullo modo legatum potest dari monasterium
intrantibus, & confirmatur hanc esse mentem testa-
toris, quia pœnam appofuit aliter facientibus,
22 quàm ipse testator disposuit; † Pœna autem appo-
sita legato adimit omnem præsumptionem aliter
interpretandi voluntatem disponentis, Sanchez
loco cit. & Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt.
23 148. num. 7. † addo tamen, quod si aliqua puella
fuisset nupta, & ea intacta, antequam cognoscere-
tur, vir eins decederet, itaut adhuc virgo perma-
neret, esset capax istius beneficij dotis, quia verifi-
cantur verba legati, nempè, quod detur virginibus
maritandis Ripa, Rubr. C. de secundis nuptijs.
24 Ad † 4. quid videlicet nomine Ecclesiæ Paro-
chialis intelligatur; An Ecclesia ipsa, an verò Paro-
chus; hoc maximè referr scire; quia si nomine
Ecclesiæ non intelligitur Parochus, sequitur, quod
ipse nollo modo potest quidquam de legatis aliena-
re, uel expendere, per Authent. licentiam. C. de
Sacros. Eccles. & tradit Alciatus de presump. Reg. 1.
præsump. 28. num. 1. quem sequitur Menoch. in
simlli tractatu lib. 4. præsump. 112.
26 Respondeo † ergo nomine Ecclesie non intelligi
Parochum; sed ipsam eandem Ecclesiam curatam,
& legatum esse expendendum secundùm indigen-
tiam eiusdem Ecclesiæ, Menoch. loco citato, &
Mascard. de probat. conclus. 968. in qua per totam
27 agit de hac materia: † Ratio est, quia legatum ei
debetur, cuius contemplatione factum est, cùm
ergo hoc manifestè constet esse factum contempla-
tione Ecclesiæ, ideò etiam ei debetur; imò multo-
ties legata fiunt Parochis, quæ, cùm sint facta intui-
tu Ecclesiæ, non Parochis; sed Ecclesijs deberunt
28 † legata autem facta Parochis censentur esse facta
intuitu, & contemplatione Ecclesiæ, quando non
apparet aliqua particularis ratio, qua motus testa-
tor legare voluerit Parocho, vt si esset consangui-
neus; vel ei singulari amicitia coniunctus; Neque
sufficeret, quod expresso nomine proprio Parochi,
eidem legaret, vt ei legatum iudicaretur, nisi con-
currerent aliæ coniecturæ; quia enim tunc Ecclesiæ
deberetur vr v. g. si R. Paulo Parocho Ecclesiæ S.
Mariæ legaretur, nisi concurrerent coniecturæ
probantes intuitu illius legatum esse factum, ei non
deberetur, sed Ecclesiæ intuitu cuins videtur esse
factum, dum dicitur Parocho Ecclesiæ Sanctæ Ma-
29 riæ &c. vide præcit. DD. † Cui autem Ecclesiæ
debentur legatum factum Ecclesiæ non expresso
nomine tituli, vt Parochiali S. Mariæ &c. nisi aliud
coniecturæ suadeant, intelligitur de Parochiali, ita
Bart. & alij ad l. quæ conditio §. cum ita ff. de con-
dit. & demonst. & ibi Socin. asserir esse communem
opinionem, quam etiam approbat Abbas cons. 90.
num. 5. lib. 2. & in c. iudicante in fin. de test. & ibi
Imola, & Barba, & Alex. cons. 213. num. 2. lib. 6.
30 & alij Aduerte † tamen, quod ista legata sunt ex-
pendenda in vtilitatem Ecclesiæ, non in subleua-
men alicuius particnlaris, vt si essent deputati alij
redditus ex aliqua pia dispositione ad paramenta
comparanda, non possent ista substitui, & illa pro
libito expendi, sed ita debent expendi, vt sint in
vtilitatem, & decorem Ecclesiæ ultra iam determi-
nata.
31 Ad 5. † quæ uirgines intelligantur nomine pau-
perum uirginum uisum est quid nomine virginum;
nunc quid nomine pauperum. Est ergo aduerten-
dum, quod legatum pro alimentis pauperum non
solùm uidentur spectare honorem Dei, sed etiam
loci illius, l. si quid & l. Ciuitatibus, & vtrobique

notat Bartol. de legi.i. ex quo etiam secundùm
eundem deducitur, quod & sindicus loci, & quili-
32 bet ex populo † admittuntur ad petendum tale le-
gatum, §.si autem qui hoc facere iussi sunt in fin. in
33 Auth.de Ecclesʃ. nu. 4.& 6. † Quod legatum, etiam
si testator non exprimat, intelligitur de pauperibus,
qui in eo loco commorantur, in quo testator habuit
domicilium, quia maiorem affectionem ad eum
locum habuisse creditur, l. si quis ad declinandam
§. vbi autem, & l. nulli §. sin autem persona de
episcop. & cler. l. quæ conditio §. vlt.de condit. &
demonstr.glo. est singularis in cap.si pater in verbo
pauperes de test. in 6. & cæteri apud Mant. de
coniect. lib. 8. tit. 5. n. 2. quod tamen limitandum
34 est secundùm aliquos, † nisi testator dederit exe-
qutori testamenti facultatem pauperes eligendi,
quia tunc non teneretur eligere pauperes domicilij
testatoris, ita Ioann. Andr. Dommicus Lappus,
& Franc. in d.cap. si pater de test. in 6. & fuit dictũ
coram D.M.Bub. in Romana dotis de S. Matthæis
die 17. Decemb. 1584. in versu hinc videmus, a
qua tamen limitatione recedit Couar. in cap. cum
tibi num. 14. de test. nu. 14. & ratio est, quia mens
testatoris ex affectu etiam à legibus intelligitur,
quod sit de pauperibus domicilij, & ideò dando
35 facultatem eligendi pauperes, † videtur quidem
remittere eius arbitrio qualitatem paupertatis,
& personæ, ita vt ad ipsum spectet iudicare, quæ sit
pauper & in pari casu paupertatis etiam eligere,
quam maluerit, semper tamen eiusdem loci domi-
cilij. Addit tamen Mantica ibidem numer. 2. ex
36 coniecturis aliquando colligi † testatorē non sen-
sisse de pauperibus domicilij; vt si multum tempus
incoluit vnam ciuitatem, vel oppidum ibique ma-
iorem partem habeat suarum fortunarum, & postea
37 alio domicilium transtulerit, † vbi breui tempore
moratus moriatur; tunc esset intelligendus de pau-
peribus prioris domicilij, dicto §. argumento à
cessante ratione; quam glos. adducit in d. cap. si
pater; & specul. de Inst. edit. §. nunc verò aliqua.
38 Aduertendum † est etiam, quod, si quis relinquat
suum patrimonium inter pauperes distribuendum,
non potest ex eo alicui erogari, nisi quantum suffi-
ciat ad subleuandam paupertatem, neque est tran-
scendenda mensura distributionis, vt sentit Bald.
in repet. l. 1. num. 31. de Sacros. Ecclesʃ. & expres-
sit in cons. 162. num. 2. volum. 5. Paupertas enim
est subleuanda, non diranda.
39 Tandem † obseruandum est, quod si legatum sit
factum pauperibus, & non detur electio exequtori,
est intelligendum de pauperioribus, & illis omninò
est dandum; sin autem sit factum pauperibus, &
pauperum electio detur exequtori &c. tunc non est
necessariò dandum pauperiorib. sed potest dari
cuique pauperi, primam partem probat. l. si quis ad
declinandam §. vbi autem de epis.& cleric. §. si quis
in nomine magn. Dei in Authen. de Eccl.tit. Bald.
hoc tradit in specie in l. cum multæ num. 3. ad fin.
de Donat. ante nupt. secundam verò Bart. l. vnum
ex famil. §. 1. in fin.de leg. secundo, Bald. in l. cum
40 quidam in fin.de leg. 2. † & in hoc casu datur locus
gratificationi; neque peccat, qui vnum pauperem
alteri præfert. Idem Bald. in rep. leg. 1. num. 31.
versic. item quæritur de Sacrosanct. Eccl. & si data
sit alicui facultas eligendi pauperes quibus hæredi-
tas debeat restitui, is poterit eligere minus paupe-
res, quia sufficit, eos esse pauperes, licet non sint
pauperiores, Bald. in leg. id, quod pauperibus nu-
mero 33. de Episc. & Cler. Bened. Capra consil. 54.
numero 15. & ita dictum fuit coram B. M. Bubalo,
in Rom. dotis de Matthæis die 17. Decembr. 1584.
Mantic. vbi supra lib. 8. tit. 5. num. 4. & 6. quod
est maximè notandum.
41 Vltimo † addo quod nemo præsumitur pauper
pro lgato consequendo, sed paupertas debet pro-
bari quia est fundamentum suæ intentionis; nam,
vt eleganter distinguit Accursius in l. si verò §. qui
pro rei, cui astipulantur, & ibi scriptores ff. qui
42 satidat. cogan. † Cùm quis, se diuitem dicit, pau-
pertas præsumitur, cùm autem pauperem se esse
affirmat, vt aliquid consequatur, nequaquã pauper
existimatur, nisi id probationibus perspicuum
reddat, quam sententiam comprobarunt Bald. in
l. 4. C. quan. fis. vel priuat. Innoc. & alij, Masc. de
43 probat. concl. 1159. num. 5. † quia fundamentum
suæ intentionis quisque probare tenetur, etiam si
sit fundata in negatiua, Afflict. decis. 377. qui etiã
allegat Abbat. in cap. bonæ de elect. Alex. cons. 392.
volum. 1. & alij apud eundem Mascard. ibid. nu. 6.
44 Nunc † videamus, quæ virgines dicantur paupe-
res. Hæc res est valdè difficilis; cùm enim ex regio-
num, personarum, & temporum qualitate æstimen-
tur diuitiæ, idcircò valdè difficile est, huius rei tra-
45 dere regulam certam, & generalem; † quapropter
nunc magis cõmuniter determinare, quis sit diues,
uel pauper, relinquitur arbitrio boni uiri uel iudi-
cis decidendum, qui inspecta qualitate personæ iu-
dicat diuitem, aut pauperem, & hanc esse commu-
nem sententiam asserunt Doctores apud Meno-
chium de arbit. libro secundo, cent. prima, cas. 65.
& Mascardum de probation. conclus. 1159. cùm
ergo sit difficile determinare, & iudicis arbitrio
relinquatur aliqua puto utile adnotare ex eodem
Mascardo, & Menochio, quibus informatus Iudex
rectè iudicet, quis sit pauper, aut diues.
46 Primò † ergo debet inspicere Iudex, non solùm
quantum habeat in bonis ille, de cuius paupertate
agitur; sed etiam, an illud, quod habet sit suffi-
ciens ad id, de quo agitur: verbi gratia factum est
legatum pro alimentis scolarium pauperum, scola-
ris, qui habet tantùm centum, dicetur pauper, quia
centum non sunt sufficientia ad studium; factum est
47 item legatum pro maritandis pauperibus † puellis,
quædam puella viuit propria industria, sed non ha-
bet vnde dotetur, dicetur pauper vt consequatur
legatum, ratione dicta, Mascard. ibi numero 9.
& 38.
48 2. Debet † aduertere, quod relinquitur arbitrio
Iudicis decidendum, quis sit pauper in ijs casibus,
in quibus non est in iure expressum vel mens testa-
toris, vel disponentis, non est ex se manifesta, nam
si est manifesta mens testatoris, semper debet esse
lex in ijs, quæ sunt disposita in tenore testamenti,
ita idem Mascard. num. 12.
49 3. Ille † dicitur pauper, qui non solùm non ha-
bet vndè viuat, sed etiam qui non habet, quomodo
secundùm dignitatem suam, & gradum viuere pos-
50 sit. Nam, † cùm ex qualitate personarum pauper-
tas æstimanda sit, vt tradunt Doctores in l. si con-
stante ff. solut. matrimon. nobilis, qui habet ducen-
ta, vel quadringenta, non dicetur diues, quæ tamen,
si haberet rusticus, esset diues. Idem Mascard.
numero 14. & Menochius de arbitr. casu 65. qui
eruditissimè de hac materia ibi.
51 4. Dicitur † pauper, qui non habet centum
aureos, vel saltem quinquaginta numero 15. 5. Item
52 dicitur † pauper, qui non habet vndè soluat certũ
53 debitum respectu cuius contenditur. † 6. qui ostia-
tim victum quærit, & discalceatus, squalidusque,
pannis obsitus incedit probatur pauper. 7. reputa-

tur

tur pauper, qui publica fama dicitur pauper. 8. di-
citur pauper, qui non habet bona, nec artem, ex
quibus se alere possit, quod si habeat artem, vel
consanguineos, qui cum alere teneantur, non di-
cetur pauper, limita tamen in puella, quæ licet
habeat artem, nisi habeat vndè dotetur, dicitur
pauper ad effectum consequendi legatum datis.
Multa alia habent Mascardus, & Menochius locis
citatis, sed ad rem nostram hæc satis esse puto, vt
sufficienter executores possint informari, quæ sint
verè pauperes, ne errent in electione. Quoad
54 praxim verò in † casu nostro, cùm electio non
detur executoribus, videtur concludendum lega-
tum deberi prius pauperioribus, ita vt pauperiores
prius sint in vrnam immittendæ, & per ordinem
extrahendæ, deindè minus pauperes; sed re vera
ita non est agendum ex mente expressa testatoris,
qui vult omnes pauperes virgines sorte esse ex-
trahendas; ergo non intelligit, quod prius debeant
beneficium consequi pauperiores; sed prioritatem
concedit sorti, quæ enim priores fuerint extractæ,
illæ etiam priores, non pauperiores legatum obti-
nebunt; Neque in hoc puto ita strictè esse proce-
dendum quin idem legatum possit etiam aliquando
dari virginibus, licet non sint adeò strictè paupe-
res, v. g. si non reperirentur quatuor virgines, quæ
55 in rigore essent pauperes, puto, quod † antelatis
verè pauperibus, si adhuc super essent dotes, posset
dari illis, quæ non essent adeò pauperes, seruata
tamen mente testatoris, quod etiam istæ extrahe-
rentur sorte non tamen concurrendo cum verè
pauperibus, quia istis sine dubio debetur, sed tan-
tùm inter se de prioritate, ita vt, quæ priores fue-
rint extractæ, priores etiam legatum consequantur,
& hoc ex mente testatoris, qui vult omninò hoc
legatum habere effectum; sufficit ergo, quod saltē
lato modo possint dici pauperes, vt in hoc casu ad-
56 mittantur; † nam verba in testamentis, & legatis
admittunt latam interpretationem, vt sustinean-
tur, Mantic. de coniect. lib. 7. titul. primo, nu. 22.

Ad 6. quid intelligendum sit per illa verba.
Natiue, che sijno del Commune di N. che non sijno
57 *nè saranno forastiere.* † Ad primum, quæ dicantur
virgines natiuæ; Natiuæ autem, siue originariæ
dicuntur, vel à natiuitate propria, vel à natiuitate
paterna, l. assumptio §. primo, ff. ad municip. man-
do: ad regul. decima sexta Cancellar. quæst. 40.
Campanil. in diuers. iur. Rubr. nona, capit. octauo,
numero octauo, appellatione ergo originariarum
veniunt, non solùm quæ sunt natæ; sed etiam, quo-
58 rum parentes nati sunt in loco; † Quod si diceret
Virgines, quæ sint de loco N. tunc intelligerentur,
non solùm natiuæ, sed etiam habitatrices; quia licet
locus appositus ad demonstrandum, intelligatur de
originali, text. in leg. prima, ff. de iur. & curat.
dand. ab ijs, & ibi Bartol. & ideò dicimus Angelus
de Clauasio, Thomas de Aquino; verùm tamen est
etiam, quod dictio, De, per sæpè importat non so-
lùm originem, sed etiam domicilium, Surd. decis.
129. num. 15. & ideò intelligerentur non solùm
originariæ virgines, sed etiam quæ haberent domi-
cilium. Originariorum nomine veniunt qui nati
sunt in loco, leg. prima, & tertia, Cod. de incol.
libro decimo, leg. 1. ff. ad municipal. Ioseph. Lu-
douicus decision. 3. nu. 15. Riccius Prax for. Eccl.
59 decis. 298. num. 1. † Habitatorum autem nomine
veniunt etiam famuli, qui in domibus dominorum
commorantur ad seruiendum; & ideò statutum lo-
quens de habitatoribus, eos etiam includit, Bart.
consil. 42. volumin. 1. quem refert Bonacos. de fa-
60 mulis quæst. 237. † Ciuitatis appellatione, in fauo-
rabilibus veniunt suburbia Crauet. consil. 297.
num. 1. Abbas consil. 52. lib. 2. vbi habet, quod
natus in continentibus, & suburbijs dicitur natus
in ciuitate. Tuscus littera C, conclus. 280. nu. 6.
Gratian. discept. forensi tom. 5. capit. 893. nu. 35.
vbi etiam habet, quod in materia indiferenti, &
non odiosa appellatione ciuitatis venit ciuitas cum
territorio, & tom. 2. cap. 217. post Alciat. de sta-
tut. quæst. 177. part. 2. ait, quod castra, & villæ
veniunt sub nomine ciuitatis, maximè in beneficijs,
in quibus verba sunt latissimè interpretanda; Idem
sentit Vincentius de Franchis decis. 129. Item licet
nomine ciuitatis non veniat territorium secundùm
naturam, & proprietatem sermonis ex adductis per
Glossam in capit. Ego Ludouicus 63. distinct. tamen
vbi non constat de mente, quia in vniuersalibus fit
larga interpretatio; appellatione ciuitatis venit
etiam territorium maximè fauore dotis, Bald. con-
sil. 357. nu. 1. Tuscus loco cit. num. 9. & 10. in his
tamen maximè spectanda est intentio disponentis,
seù testatoris.

61 Ad † 2. quid sit intelligendum per illa verba: *del*
Commune, dico hoc esse additum ad explicationem
62 antecedentis, nempè natiuæ, seù originariæ. † nam,
cùm domicilium originis sit immutabile, l. assum-
ptio ff. ad municipal. ibi neque recusando quis pa-
triam, ex qua oriundus est, possit mutare, idem
habetur l origine C. de municip. lib. 10. & ratio est,
quia tale domicilium originis est quid naturæ, idest
quod à natura habetur; naturalia autem sunt im-
mutabilia; ita Menochius alios referens lib. 6. præ-
sump. 42. num. 4. sequitur, etiam quod si quis alio
transferat domicilium habitationis, non ideò amit-
tat domicilium originis; Ideò testator, quia in ijs
virginibus, quibus vult legatum dotis tribui non
solùm requirit domicilium originis, sed etiam
habitationis, ideò addidit etiam illa verba: *del*
Commune.

63 Ad 3. † quid intelligatur per illa verba; *che non*
sijno, nè saranno forastiere; hoc non potest ita facile
determinari; nam si agatur de ordinibus suscipien-
dis, requiritur tantùm, vt quis possit ab Episcopo
ordinari, quod, vel habeat in Diœcesi illius Episco-
pi, à quo vult ordinari, vel domicilium habitatio-
nis, vel beneficium, vel quod ex illa diœcesi sit
oriundus; si enim aliquod horum trium habeat,
sufficit adhoc, vt possit ordinari capit. cum nullus
de temp. ordin. in sexto, nota tamen, quod domi-
cilium habitationis non acquiritur per quamcun-
que habitationem, sed requiritur habitatio vnà
cum animo ibi perpetuò manendi, & licet leges vi-
deantur decernere eum, qui per decennium inha-
bitauit esse reputandum incolam, hoc tamen est
64 tantùm præsumptiuè; † præsumit enim lex, quod
qui per decennium habitat, habeat animum, vel
habuerit perpetuò habitandi. Cæterùm requiritur
intentio, patet ex leg. nihil interest ff. de capt. &
postlimit. reuers. ibi. Neque enim satis est corpore
domum suam redijsse, si mente alienus est & ita
docent omnes, quos refert, & sequitur Sanchez de
matrimonio libro tertio, disput. 23. numero primo,
ex quo colligitur; non esse necesse habitare per de-
cennium in aliquo loco, vt ibi quis acquirat domi-
cilium habitationis, sed tantùm ad tollendam præ-
sumptionem. Cæterùm, statim ac quis incipit ha-
bitare animo perpetuò manendi, statim acquirit
domic. patet ex l. domic. ff. ad munic. ibi domic.
re, & facto transfertur, iuncta Gl. verbo domiciliū,
vbi ait, facta subintellige, ex animo; nam hæc duo

sunt necessaria, Menoch. de arbitr. libro secundo, cent. prima. cas. 86. numero secundo, & alij apud
65 Sanchez loco citato numero tertio, † Hinc etiam fit, quod sicut ad constituendum domicilium requiritur animus, & habitatio, ita ad illud deperdendum requiratur desertio loci; nec sufficit animus deserendi; ratio est, quia per quas causa res nascitur, per eas, & dissoluitur capit. primo, de regulis iuris; Cùm ergo ad acquirendum domicilium animus requiratur, & habitatio, ad amittendum etiam requiritur animus non habitandi, & loci desertio.

66 Sed, † quia diximus domicilium originis sufficere ad hoc vt quis possit ordinari, oritur dubitatio huiusmodi. Anna, dum Neapoli moratur cum suo viro, vel concipit, & parit, vel etiam profecta grauida parit ibi, & domicilium habet Romæ; tempore labente natus puet cupit, & petit ordinari à Neapolitano Archiepiscopo; quia cùm ibi sit natus; intendit se ibi habere domicilium originis; quid iuris? Respondeo non posse ordinari, quia ad domicilium originis non est satis ibi esse natum, vbi parentes domicilium non habent, sed ibi habitant tantùm ad tempus ob aliquam causam. Dicetur autem originarius illius loci, in quo parentes domicilium habitationis sortiebantur, quia fingitur ibi natus; quod videtur apertè probari ex l. filios C. ad municip. libro decimo, leg. ciues in fin. Cod. de incolis, ibi, vndè, cùm profectus est peregrinari videtur, & mulier, quæ habuit animum reuertendi fingitur semper fuisse in loco, ad quem intendebat reuerti, & ita ibi peperisse, Mascardus de probation. conclusion. 807. numero tertio, & alij apud Sanchez, vbi supra numer. tertio, & verè nullo modo potest dici ibi aliquod habere domicilium, quia cum tribus modis acquiratur natura, legum dispositione, & animo, & voluntate ibi permanendi, vbi habitat, vt tradit Menochius de arbitr. casu 85. in principio, nullo horum modorum potest dici, quod iste filius vbi nascitur habeat domicilium; non desunt tamen qui aliter sentiunt.

67 Quod † verò domicilium requiratur, vt ibi possint sumi sacramenta, & contrahi matrimonia, vide apud Sanchez loco citato. Sed ad propositum nostrum ille dicitur forensis, eo quod in loco non sit natus, nec habeat in eo domicilium, vel longo tempore non habuerit, veluti decem annis, quod intellige ad tollendam præsumptionem, nam ad rei veritatem non requiritur decennium, vt supra dictum est; Dicetur etiam forensis, qui natus est in aliquo loco; si casu ibi natus est. Vide Mascard. eadem conclusion. 807. per totam, dicitur etiam forensis, qui licet aliquando domicilium habuerit in aliquo loco, illud tamen transtulit in alium animo semper ibi permanendi, colligitur ex dictis.

68 Nunc † respondeo ad quæstionem; cùm testator requirat illas virgines esse natiuas debent esse originariæ idest natæ ipsæ, vel earum parentes ex eo loco; Cùm dicat quod non sint forenses intendit, quod ibi habeant domicilium iuxta superius tradita; dum addit postremo, quod neque erunt forenses, excludit eas virgines, quæ, licet aliquando habuerint domicilium in illo loco, alio tamen transtulerunt; neque hic facienda est interpretatio
69 † ampliando, sed potiùs restringendo, quia hæc est mens testatoris his verbis expressa, & quoties cumque dispositio restringit, etiam nos restringendo debemus interpretari, Bald. in leg. vltim. num. primo, de posthum. hæred. institution. Quin etiam verba generaliter prolata ex verosimili mente testatoris restringuntur ad rationabile cogitatum, leg. cum vir; & ibi Imola numer. secundo, & Socin. Sen. numero tertio, de condit. & demonstr. Bald. in leg. precibus numero 44. ad finem de impuber. & alij institut. per legem si quis ita §. penultim. ff. de instit. tutel. Mantic. de coniectur. libro 3. titul. 4. numero 13.

70 Sed † hic non abre quæritur, an vulgo conceptæ, & expositæ sint capaces huius legati, ratio dubitandi est, quia huiusmodi virgines præsumuntur natæ, & habentur vt naturales illius patriæ, in qua exponuntur ita Lara de Anniuersarijs lib. 1. cap. 21. & cum præsumendum sit testatorem voluisse disponere secundùm leges. Mantica de coniectur. lib. 6. tit. 6. num. 2. debemus concludere testatorem voluisse in legato comprehendi etiam istas virgines, cùm etiam de iure comprehendantur. Pro responsione, dico aliud esse aliquam virginem esse originariam, aliud non originariam, aliud non esse forensem sicuti memini me in simili dixisse; dum quærerem, an expositi possint ordinari; Considerauí .n. aliud esse, esse legitimum, aliud, esse illegitimum, aliud esse, non esse illegitimum, dixi enim legitimum esse illum, de cuius legitimis natalibus constat, illegitimum illum, de cuius natalibus illegitimis constat, non illegitimum censeri illum de cuius natalibus nec legitimis, nec illegitimis constat, & ita cum Sanctarello dixi hunc esse non illegitimum, qui quidem excluditur à beneficijs, quibus gaudent legitimi, non comprehenditur in pœnis indictis illegitimis, & gaudet omnibus priuilegijs, gratijs, &c. in quibus non exprimitur pro requisito, quod sint legitimi, nec excluditur ab ijs, à quibus excluduntur illegitimi, ita dico in casu nostro, expositi non sunt natiui neque forenses, sed sunt non forenses, excluduntur igitur à beneficijs, quæ requirunt esse natiuum, non tamen excluduntur ab ijs, à quibus excluduntur forenses, gaudent omnibus illis, quibus gaudent personæ loci, dummodo non requiratur, quod sint natiuæ, licèt excludantur forenses, sunt .n. non forenses. Deinde pondero aliud esse expositas censeri illius patriæ, in qua exponuntur, aliud esse censeri illius loci, in quo pariter exponuntur in territorio Brixiensi dicentur Brixienses, in Bergomensi Bergomenses, si exponantur in aliqua villa, in aliqua terra non dicentur illius terræ. Ratio disparitatis, vel differentiæ est, quia facilè præsumitur expositos in diœcesi, in territorio esse natiuos illius difficilè est enim, & fortasse improbabile deferri filios ex vna diœcesi ad aliam, at experientia compertum est ferè semper, vel saltem vt plurimum filios vnius villæ exponi in alia, vt ab alienis, vel alantur, vel aliquo modo expositis subueniatur, ac etiam vt dedecus, quanto magis fieri potest exponentes arceant à se ipsis. Expositi ergo in hospitalibus, & in prouincijs, quorum patrum nomina ignorantur, & sunt vulgo concepti, reputantur illius diecesis, in qua exponuntur, vt supra, concedo illius terræ, nego, quia cessat præsumptio, quæ dicta sint ad maiorem claritatem. Certè ad legatum, de quo nunc agimus nunquam admitterem expositos in hospitali, qui sint vel vulgo concepti vel vulgo non concepti, ratio est, quia, licèt præsumantur esse illius patriæ, in qua exponuntur, non ideò sequitur, quod sint censendi natiui alicuius terræ in particulari; erunt quidem capaces legatorum, quæ fiunt illis, qui sunt de tali prouintia, vt si legatum fiat Brixiensibus, Bergomensibus &c. at si fiat illis, qui sunt ex aliqua terra, villa, & oppido, expositi in hospitalibus

hoſpitalibus Ciuitatis nequaquam ſunt admitten-
di, quod ſi requiratur in legato qualitas natiuitatis,
neque admitterem, quia qualitas, in qua quiſque
fundat ſuam intentionem eſt probanda, vt ſupra-
dictum eſt; Cùm ergo iſta qualitas natiuitatis re-
quiratur, & non poſſit probari, vtique reijcientur
à legato. De vulgo autem conceptis, expoſitis in
illo loco, in quo eſt factum legatum, pariter dico in
rigore non eſſe admittendos ad legatum, quia non
poſſunt probare qualitatem requiſitam natiuitatis,
deinde ceſſat præſumptio; Non negarem tamen
piè etiam puellis expoſitis in loco poſſe dari, ſi
tamen aliæ non reperirentur, quæ habeant requiſi-
tas conditiones; Quod ſi in legato requireretur
tantùm, quod non eſſent forenſes, vel extraneæ,
multo facilius ita expoſitis legatum impertirem;
At in noſtro legato requiritur, quod ſint natiuæ,
quod non ſint, nec fuerint forenſes, ex dictis ergo
colligitur mens teſtatoris, quæ omninò eſt ſeruanda
vtſupra, & etiam reſponſio ad totum hoc quæſitum,
quæ dicantur virgines natiuæ, non forenſes &c.
quod tale eſt. Virgines iſtæ debent, vel ipſæ, vel
eorum patres eſſe natæ in loco, vel in diſtrictu illius
loci, & debeat ibi habere domicilium, vt non di-
cantur forenſes, hæc eſt expreſſa teſtatoris volun-
tas, quæ in tenore teſtamenti eſt ſeruanda vtſupra
dictum eſt, & qualitates requiſitæ in legato, in qui-
bus quiſque fundat ſuam intentionem, ſint proban-
dæ. Fateor tamen, quòd ſi non ſint tot virgines
quæ ſufficiant ad præſcriptum numerum, quod ex
benigna æquitate poſſunt admitti, etiam illæ, quæ
licèt non ſint natiuæ, habent tamen domicilium in
illo loco, quia ſaltem præſumptiuè poſſunt reduci,
ſemper tamen ſunt pæferendæ, quæ omnes habent
veras qualitates non habentibus, poſt omnes antè,
etiam expoſitæ in loco, nunquam tamen vulgo con-
ceptæ, & expoſitæ in hoſpitali, quin ex eo, quod
eſſent vulgo conceptæ gauderent fauore, & benefi-
cio, quo non gaudent ipſæ legitimæ. Datur autem
iſtis, non autem viduis, aut monaſterium intranti-
bus; quia iſtæ aliquo modo comprehenduntur in
legato, illæ autem nullo, viduæ nullo modo poſſunt
dici virgines, monaſterium intrantes, quia ex præ-
ſumpta, imò ex clara legantis mente excluduntur,
dum vult dictas virgines nubere hominibus eiuſdē
loci, vel territorij, quod de monialibus non poteſt
verificari vtſupra.

Ad 7. quid faciendum de redditibus in caſu, quo
vacantibus omni culpa hæredibus, adhuc tamen
non reperiuntur quatuor virgines maritandæ, cùm
hoc caſu nihil diſponat teſtator: Pro huius dubita-
tionis reſponſione poſſet dici primo, quod ſunt
diſtribuendi inter illas, quæ nubunt per ius accre-
ſcendi, quod videtur admittendum in hoc legato,
cùm virgines iſtæ ſint coniunctæ re, & nomine, vt
patet in verbis; voglio ſijno ſpeſe le mie entrate;
ecce quomodo ſunt coniunctæ re, in maritar quat-
tro pouere putte, ecce quomodo ſunt coniunctæ
71 nomine; † ius autem accreſcendi in eo conſiſtit,
quod deficientibus aliquibus ex collegatarijs lega-
tum accreſcat alijs, & ita in caſu noſtro, cùm non
reperiantur quatuor, ſed tantum tres, vel duæ vir-
gines totum legatum iſtis æqualiter diſtribuendum
eſt, Bart. in ſuo conſ. 174. incipit Facinus vendidit
lib. 1. & idem Bartol. cum Angelo, & Floriano in
leg. Dominus fructuario §. 1. ff. de vſufructus Alex.
in l. qui filiabus §. 1. de leg. 1. Ripa in l. re coniunct.
num. 70. de leg. 3.

72 Quod ſi quis obijciat † legata ob cauſam non
iterabilem non admittere ius accreſcendi, vt lega-
tum pro alimentis, & caſus eſt ſingularis in leg.
Dominus §. primo iuncta gloſſa ibi communiter
recepta ff. de vſufructu, & probatur ex leg. penult.
73 §. primo ff. ad legem falcid. † neque huiuſmodi
legata poſſe vel replicari, vel multiplicari leg. ali-
74 menta §. Baſilicæ de aliment. leg. † ea ratione quia,
cùm nemo habeat, vel poſſit habere duos ſtoma-
chos, vt dixit Baldus in Capitulo Bonæ el 3. nume-
ro quinto de election. & election. pot. vnde Alcia-
tus in dicta lege re coniuncti num. 48. eleganter
ſcribit; Pluris eſſe alimentandos cæteros, quod
75 alicuius portio defecerit, † in legato enim alimen-
torum cenſetur ineſſe taxatiua, & in legatis taxà-
tiuis ceſſat ius accreſcendi ex voluntate. leg. Lu-
cius §. quæ habebat ff. ad Trebell. Mantica de
76 coniect. lib. 10. tit. 3. num. 24. † ex quo ſit quod
teſtator legans alimenta videtur nolle legatarium
77 habere pluſquam alimenta, † eodem modo, cùm
cauſa dotis videatur eſſe limitata, & ita iterari,
& multiplicari non poſſit, non videtur admitten-
dum ius accreſcendi, ſed deficiente conditione in
vna legatum euaneſcit, leg. ſancimus Cod. de nupt.
§. ſed hoc præſenti in Auth. de ſanct. Epiſc. Bart. in
l. titio centum §. Titio genero nu. 7. de condit. &
78 demonſtr. † Reſpondetur tamen, vt de facto
reſpondet Bald. in Conſ. 174. volum. 1. legatum
79 dotis non eſſe ſimile legato alimentorum, † quia
legatum dotis, etiam conſtante matrimonio poteſt
augeri §. eſt, & aliud genus. Inſtitut. de donat.
quod non admittitur in legato vſusfructus, & licet
Baldus dubitet in l. Dominus §. per fideic. ff. de
vſufructu, inclinat tamen in eam partem, quæ in
dote admittit augmentum, ex quibus videtur con-
cludendum ius accreſcendi in noſtro caſu debere
admitti, quod etiam probatur ex mente teſtatoris.
80 Nam, licet ius accreſcendi ſit inductum à legē,
eſt tamen inductum ex præſumpta mente teſtato-
ris, Bart. in leg. ſi in teſtamento num. 3. de vulga.
ſub. Alex. ibidem num. 4. Iaſon. nu. 5. & alij apud
Mantic. de coniectur. libr. 3. titul. 12. nu. 2. tunc
ergo maximè dandum erit, cùm de teſtatoris men-
te conſtabit; Nunc ergo probo, mentem teſtato-
ris eſſe, quod in hoc caſu detur ius accreſcendi.
Teſtator virgines priuat legato eo anno, quo con-
ditiones ab eo requiſitę per homines communitatis
non fuerint ſeruatæ, & illud Eccleſiæ adiudicat,
ergo à contrario eas non priuat, quando ſeruatæ
fuerint requiſitæ conditiones, ergo datur ius accre-
ſcendi inter illas, & probatur quia legato non
priuat illas virgines, quibus eſt tributum contra
ſuam mentem, quia ipſo facto ſunt priuatæ, diſpo-
neret enim bis de eodem; priuat ergo eaſdem filias,
quibus accreſceret, & hoc in pœnam, quia eorum
parentes (ita enim loquitur etíam teſtator) exi-
ſtunt tranſgreſſores ſuæ voluntatis, ſi ergo eas pri-
uat in caſu tranſgreſſionis, admittit in caſu, in quo
non eſt tranſgreſſio; ergo hoc caſu datur ius accre-
ſcendi; Quibus tamen, & alijs facilè reſpondeo
nullo modo poſſe in hoc legato admitti ius accre-
ſcendi, quia expreſſa eſt mens teſtatoris in contra-
rium, & ratio eſt, quia licèt ex præcitatis verbis
teſtamenti videantur prędictę virgines eſſe coniun-
ctæ re, & nomine in legato; non eſt tamen ita, imò
re ſunt diſiunctæ, licet nomine coniunctæ, vbi enim
magis expreſsè loquitur de dote virginibus tri-
buenda, ita habet (laſciando à quelle putte vergi-
ni cento lire per ciaſcheduna) ex quo manifeſtè
81 apparet non eſſe coniunctas re, † quo caſu non da-
tur ius accreſcendi, Iaſon in l. re coniuncti nu. 105.
de leg. 3. qui refert Bartol. Baldum, Nicolaum de

Neap. Angelum, Raphaelem, Cumanũ, & Castren-
sem omnes in leg. huiusmodi §. quibus, &c. de leg.
1. & subdit neminem vsque ad ipsum de hoc dubi-
tasse, Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 3. num. 29.
82 Posset responderi secundo, † quod cùm cessante
causa cessat legatum, & euanescat, hoc casu rema-
neat apud hæredem. ex leg. alumnæ §. titia ff. de
admin. leg. & lege titia ff. de ann. leg. quod cesset
83 legatum probatur † quia cessante causa finali legati
cessat etiam legatum, l. cum tali §. falsam causam,
84 de condit. & demonstrat. & alijs iuribus, † tunc
autem cessat causa finalis legati, quando cessat titu-
lus, propter quem legatum factum est, vt in legato
dotis, quod factum vt aliquæ dotentur, si cessat
ratio dotis, cessat causa finalis dotis, cùm cesset
titulus propter quem legatum factum est, Bald. leg.
1. num. 12. de fal. caus. ad leg. & legata facta ob
85 aliquam causam, si † causa non habeat suum
effectum, vel sortiatur suum finem censentur adem-
pta tacita voluntate l. 2. de his, quæ sub modo;
concordat Alex. l. si donat. num. 23. C. de collat.
quotiescunque ergo, legatum dotis non sortitur
86 † suum effectum, cessat, & euanescit, Mascard. de
prob. conclus. 1286. num. 72. uidetur ergo conclu-
dendum quod debeatur hæredibus, & apud ipsos
remanent; Attamen omninò est dicendum neque
87 apud ipsos debere remanere, † quia hoc est lega-
tum pium, cùm sit legatum dotis pro maritandis
uirginibus pauperibus, & tale ab ipsomet testatore
appellatur. Legata autem pia, si non possunt habe-
re suum effectum, ut à testatore disponitur, in aliud
opus pium sunt expendenda, Angelus uerbo lega-
tum, num. 8. qui hoc asserit etiam de legato dotis;
sed in quod opus pium erit expendendum? Aliqui
dixerunt debere eo casu admitti ad legatum ui-
88 duas; rationes quibus adducebantur sunt. P. † quia
legatum quotiescunque non potest sortiri suum
effectum ex præsumpta uoluntate testatoris, debet
expendi in aliquod opus pium magis simile, seruata
quanto magis fieri potest mente testatoris, Molina.
to. 1. de Iustit, tract. 2. disp. 249. §. quando aliquid
à testatore, Fagundex in simili lib. 6. cap. 5. nu. 12.
Sanch. tom. 2. consil. mor. lib. 4. cap. 2. dub. 6.
89 num. 2. † 2. quia ita disponit Tridentinum sess. 25.
de reformat. cap. 8. his uerbis quod si hospitalia hæc
ad certum peregrinorum, aut infirmiorum nume-
rum, aut aliarum personarum genus suscipiendum
fuerint instituta, nec in loco ubi sunt dicta hospita-
lia similes personæ, aut pauperes reperiantur, man-
dat adhuc ut fructus illorum in alium pium usum,
qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco,
& tempore utilior conuertantur, prout ordinario;
cum duobus de capitulo; qui rerum usu peritiores
sint, per ipsum diligendi, magis expedire uisum
fuerit, nisi aliter forte etiam in hunc euentum in
eorum fundatione, aut institutione fuerit expres-
sum, quo casu, quod ordinatum fuerit obseruari
curet Episcopus, aut si id non possit, ipse prout su-
pra utiliter prouidear, cùm ergo uirgines non ex-
tabunt, quibus legatum tribuatur, erunt admitten-
dæ uiduæ, quia in tali casu hoc pium opus uidetur
proximius illi, quod fuit institutum a testatore,
90 3. quia ita sentiunt Sanchez de matrim. lib. 7. disp.
91. numer. 57. Guttierez pariter de matrimonio
cap. 111. num. 7. Fagundex supra cap. 5. num. 42.
Bariola in Aforis. verbo legatum pro maritandis,
Nald. num. 43. & Ghilin. nu. 21. & hoc, quia talis
præsumitur mens testatoris, in qua etiam fundatur
dispositio Concilij supra adlata; quæ tamen ratio-
nes in nostro casu non uidentur concludere.

91 Primo, † quia omnes nituntur præsumptæ volun-
tati testatoris, vt ex ipsis patet, at in casu nostro
nulla alia potest præsumi voluntas testatoris. P. ex
Lara in Anniuersar. lib. 1. cap. 21. Legatum pro
maritandis virginibus non patitur commutationẽ
cum alio opere pio; nisi id faciat Romanus Ponti-
fex de plenitudine potestatis, ergo nullam admittit
aliam præsumptam voluntatem testatoris, quia, si
aliquam admitteret, non indigeret pro commuta-
92 tione absoluta potestate Papæ. 2. † Voluntas testa-
toris seruanda est, si verba aliquo modo possunt
deseruire saltem impropriè, & secundùm latam
significationem, alioquin dispositio redditur inuti-
lis. l. in ambiguo de rebus dubijs, & ibi Bart. dum
respondet ad legem non aliter de leg. 3. Alex. cons.
139. nu. 5. vol. 6. per leg. cogi §. si generaliter ff.
ad Trebell. Ruinus cons. 29. num. 11. vol. 2. &
cons. 177. num. 11. end. vol. quod consilium fuit
requisitum, vt in eo responderet secundùm suam
legalem conscientiam, & idem sæpissimè tradit in
alijs responsis, vt refert Mantica de coniect. lib. 3.
tit. 3. Pœna sumo penam vt infrà adiuncta legato
si non seruetur, tollit præsumptionis fundamentũ,
& ex qualitate pœnæ arguitur interpretatio verbo-
rum Ludouis. decis. 384. num. 3. Cùm enim testa-
tor, vel legans apponat pœnam priuationis legati,
si aliter fiat, quàm ab eo dispositum est, videtur
præcludere aditum ad quascunque alias præsum-
ptiones suæ voluntatis, maximè si legatum alteri
adiudicetur; videtur enim hæc esse mens legantis,
si mea voluntas exequutioni non tradatur, legatum
93 Ecclesiæ adiudico; & tunc, cùm testator disponat,
nullus est locus coniecturis leg. hæredes palam §.
primo, de testamentis. In casu autem nostro
legans disponit hoc modo; E se quelli huomini à
quali toccarà esseguire detta mia dispositione, ò
altri contrauetranno à questa mia dispositione, &
espresso volere, priuo dette putte del legato per
quell'anno, lasciando quell'entrate, per quell'
anno, alla Chiesa Parochiale; ergo hoc legatum
non admittit aliam præsumptam voluntatem.
Sed dices legatarium disponere tantùm in casu,
quo exequutores non seruauerint eius volunta-
tem, dando alijs, quàm à se præscriptis; hoc
enim sonant illa verba; contrauerranno alla mia
dispositione, quæ requirunt actum positiuum,
quo contraueniatur; at in casu nostro non est talis
actus positiuus, sed merè fortuito accidit, quod
virgines non reperiantur, ergo, licèt in primo
casu, quo actu exequtores contrauenirent, non
admitteretur alia præsumpta voluntas; non tamen
tollitur, quin possit præsumi in hoc secundo:
at dico idem omninò esse dispositum in secundo,
quod, & in primo ex mente legantis; nam ideò
legans disponit in primo casu, quod virgines pri-
uentur legato, & illud adiudicat Ecclesiæ, vt om-
ninò eius voluntas sortiatur effectum à se inten-
tum, & non sortiendo legatum tribuendum vult
Ecclesiæ; ergo etiam in secundo casu legatum pari-
ter erit tribuendum Ecclesiæ vt eius voluntas ser-
uetur; Cùm enim legans maximam suspitionem
fraudis habeat, vt patet in obsecratione quam
facit hominibus, qui pro tempore exequtores
existent, & hanc maximè tollere satagat. Cùm
multæ possint subesse hoc casu, quo dicimus sine
culpa non reperiri virgines; multis enim modis
fieri posset, quod virgines non reperirentur, ap-
parentur & quidem sine culpa, re tamen vera
aliqua subdolosè latente fraude, ideò, vt omnibus
fraudum modis aditum præcludat, censendus est
disposuisse

disposuisse, quod quotiescunque non reperiuntur
virgines legatum Ecclesiæ tribuatur, & expressè
quidem in casu contrauentionis, at in casu non
contrauentionis tacitè, & ex præsumpta voluntate,
omni tamen casu virginibus legatum non detur,
94 Ecclesiæ tribuatur: † Dices pœnas sunt restrin-
genda, neque in pænis facienda est extensio.
95 Respondeo. Primo † hanc non esse pœnam; Nam
pœna supponit aliquem priuari aliquo iure quęsito,
vel quærendo; sed in casu nostro istæ virgines non
priuantur iure quæsito vel quęrendo, non quęrendo
quia non sunt habiles ad hoc legatum habendum,
cum non habeant requisitas conditiones, non quæ-
sito, quia etsi fuisset datum tamen aliquod Ius illis
nundum esset quæsitum; quia illis non debetur,
ergo ista non est pœna, sed est quædam continuata
dispositio, cuius verus hic est sensus; Volo virgi-
nes, quibus hoc legatum est tribnendum, esse
natiuas terræ N. honestas non forenses &c. quod si
einsmodi non extiterint legatum Ecclesiæ adiu-
96 dico. 2. † dico, quod voluntas etiam tacita testa-
toris, quæ verbis non sit expressa est amplectenda,
si sit verisimilis, & possit colligi ex ijs, quæ testator
disposuit, & tunc habetur pro expressa l. iam hoc
iure de vulg. & pupill. substit. Gloss. in l. tale pa-
ctum ff. de pactis, quæ iura ita intelligit Bald. in l.
vni in fin. de ijs, qui ante ap. tab. & sequuntur alij
apud Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 3. numero. 10.
colligitur autem mens testatoris, quod non solùm
velit legatum tribui Ecclesiæ, quando eius voluntas
non seruatur, sed etiam quando non potest seruari;
quia etiam quando non potest seruari si in aliud
opus impenditur adhuc eius voluntas non seruatur
97 ergo adhuc debetur Ecclesiæ. † Deinde faciliùs
quis priuatur iure quærendo, quam quæsito, ergo si
priuat illas quibus iam decretum est legatum, quæ,
quodammodo licet impropriè videntur aliquod
ius saltem apparenter acquisijsse, multo faciliùs
priuabuntur .i. iudicandus est testator nolle dari
illis, quæ requisita non habent; Aufertur ergo ab
illis, quæ requisita habent, & adiudicatur Ecclesiæ,
ergo multo magis non dabitur illis, quæ easdem
conditiones non habet. 3. testator non dixit, quod
legatum detur Ecclesiæ quotiescunque dabitur
puellis non habentibus requisita ab ipso, sed sim-
pliciter dixit quotiescunque in distribuendo dicto
legato eius mens non seruabitur, nec exprimit siue
fuerint, siue non fuerint quatuor virgines maritan-
dæ cum debitis conditionibus; ergo eius mens est
etiam, quod detur Ecclesiæ etiam si nullæ sint filiæ
maritandę; probatur, quia etiam quando nullæ sunt
filiæ habentes debitas conditiones, si aliquibus da-
retur, adhuc eius mens non seruaretur, ergo semper
vult dari Ecclesiæ, qua semper daretur filijs non ha-
bentibus requisita siue existerent, siue non existe-
rent habentes requisitas conditiones; Vltimo
adiudicatio legati facta Ecclesiæ tollit omnem aliã
præsumptam uoluntatem, ideò puto similiter de-
beri Ecclesiæ.
98 Ad ea, † quæ adducuntur in contrarium; Dico ad
primum, Doctores illos fundari in præsumpta uo-
luntate testatoris; Ideò non puto esse regulam om-
ninò sequendam; sed puto necessarium considerare,
quæ sit mens præsumpta testatoris, etsi de illa con-
stat in illud legatum esse insumendum, quia uolun-
tas testatoris quanto magis fieri potest est seruãda
quod si de illa non potest constare, neque erit ne-
cessarium, in hoc casu expendere in res proximio-
res ex præsumpta uoluntate testatoris, quia talis
uoluntas non potest præsumi, & ideò executores
expendent in ea, quæ magis in domino uidebuntur
expedire in utilitatem Ecclesiæ.
99 Ad † 2. dico Doctores non asserere, quod lega-
tum pro maritandis uirginibus, si uirgines non re-
periantur, debeat dari Viduis; sed dicere tantùm
legatum factum pro fœminis, uel mulieribus mari-
tandis; Valdè autem inter se distant legatum pro
maritandis Virginibus, & pro maritandis mulieri-
bus, uel fœminis, quia sub primo nullo modo pos-
sunt comprehendi aliæ quam Virgines, neque de
plenitudine potestatis Apostolicæ, nisi dispensando
sub alio autem possunt aliquo modo comprehendi
uerba impropriando: uidete Sanchez de matrimo-
nio libro 7. disput. 91. & Manticam apud ipsum:
non loquntur, ergo Doctores in casu nostro.
100 Ad Concil. Trid. † Respondeo. Primo disponere
in casu particulari hospitalium; quotiescunque,
enim agitur de hospitalibus, monasterijs, & Eccle-
sijs, agitur de locis, quorum cura immediatè subij-
citur Papæ, Episcopis &c. ideò particulariter de
illis disponitur, & multa in istis considerantur, quæ
non considerantur in alijs, Mant. de coniect. lib. 4.
tit. 5. num. 5. per totum; hoc autem legatum est
exequendum ab executoribus testamenti, ideò
101 nõ uidetur militare illa dispositio. Præterea dico
si benè consideretur etiam illud esse potius arbi-
trarium; maximè, ne hoc iure nouo corrigatur an-
tiquũ, in quo pariter est arbitrarium, l. legatum ci-
uitati de vsufruct. leg. Clem. contingit de religio-
sis domibus, quid tandem sentiant Doctores supra
dictum est. Cùm ergo legatum non admittet aliam
presumptam voluntatem testatoris, nisi quod detur
102 Ecclesiæ, Ecclesiæ erit tribuendum. † Dices ex
onere iniuncto legato colligi fortissimum argu-
mentum ad habendam voluntatem testatoris, leg.
proculus ff. de vsufructuar. leg. Socin. consil. 181.
num. 42. volum. 1. & alij, ergo ex eo, quod legatum
est ad maritandas Virgines colligitur, quod mens
testatoris fuerit, quotiescunque non potest insumi
in maritandis virginibus, quod expendatur in ma-
ritandis mulieribus. Respondeo verum esse quo-
tiescunque potest aliquo modo in illum sensum in-
terpretari legatum, at quotiescunque non potest
talis interpretatio fieri, debet potius legatum fieri
caducum; cùm autem legata pia non pssint fieri ca-
duca, sed in aliud opus pium sint expendenda, vt
supra probatum est, nullaque possit dari præsum-
pta voluntas testatoris, nisi quod detur Ecclesiæ,
in casu nostro Ecclesiæ dandum erit, in alijs autem
casibus liberum erit executori, prout in domino
videbitur illa legata expendere iuxta superius tra-
dita, & in casu nostro puto omninò certum deberi
Ecclesiæ; quia mens testatoris est, quod illæ virgi-
nes omninò maritentur, & ne talis eius mens possit
defraudari adiudicat Ecclesiæ, & non vult alteri
dari, quia hoc modo tollitur omnis præsumptio
fraudis, quia cessat omnis ratio interesse priuati;
ideò puto certum quotiescunque Virgines illæ cũ
omnibus circumstantijs non maritentur semper
deberi Ecclesiæ.
103 Addo etiam, quod ea, quæ dicta sunt explicando,
quæ dicantur virgines oriundæ, vel natiuæ, ex op-
pido, non forenses, esse dicta, prout de iure; at ex
mente testatoris in hoc legato strictiùs est loquen-
dum, nam in illo oppido, vel terra de qua loquitur
testator, non dicuntur forenses illi tantùm, qui non
habent domicilium; sed etiam illi, qui habent iam
per multos annos, & sunt veteres incolæ; semper
dicuntur forenses quoad vsque sint effecti de cor-
pore communis, quod fit, dum per consilium aggre-
gantur

gantur communitati, & vt sunt è corpore communis, ita dicuntur homines communitatis, & quod ista sit mens testatoris, colligitur ex tenore testamenti ipsius, in quo volens patticulari priuilegio afficere filias, quæ ex suo sanguine descendunt, admittit ad legatum filias cuiusdam Thesauræ, licet nupserit forensi. Maritus autem Thesauræ quamplurimis ab hinc annis est incola istius oppidi, de quo agimus, & tamen dicitur à testatore forensis, ergo nomine forensium intelligit testator non illos tantùm qui non habent domicilium, sed præterea etiam eos, qui licèt habeant domicilium, attamen non sunt de corpore communitatis, vt est Maritus Thesauræ, qui licèt sit incola dicitur forensis ad effectùm istius legati, quia non est de cor-
104 pore communitatis, quod autem vna pars testamenti declaret aliam, docet Mantica de coniect. libro 3. titul. 9. numero tertio, & alij apud ipsum.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.*
2 *Regula Iuris, quod dignior præcedat explicatur.*
3 *Dignior est, qui vtitur iure proprio, & habet dignitatem ex persona propria, quam qui ex aliena.*
4 *Dignior est, qui dignitatem habet naturalem, & perpetuam, quam qui habet tantùm temporalem.*
5 *Prior temporem potior in iure.*
6 *Duplex ordo temporis, & qualitatis. In præcedendo nulla habetur ratio ordinis temporis, sed tantùm qualitatis, nisi sit inter habentes eandem dignitatem, vel parem.*
7 *Multa notatu digna in materia præcedentiæ; in ista plumbeo pede est incedendum, est magni præiuditij, non potest super illa fieri concordia nisi de licentia superioris &c. vide ibi.*
8 *In materia præcedentiæ standum est statutis particularibus, licet contra ius commune.*
9 10 *Vna, & eadem persona ob diuersos respectus potest censeri duplici iure, ideò Parochus aliquando præcedit canonicis.*
11 *Regularis curam exercens subditur episcopo in ijs, quæ pertinent ad curam, non sic in ijs, quæ pertinent ad vitæ suæ rationem.*
12 *Iura plurium deuenientia in vnam personam retinent singula suam naturam; Ideò Vicarius, & Canonicus diuerso iure censetur.*
13 *Maior dignitas non consideratur, nisi sit ordinata ad actum de quo agitur.*
14 *Ideo Cardinalis Vicecancellarius non præcedit in Capella.*
15 *Antiquior nulla habita ratione dignitatis extranea præcedit etiam de iure communi; & contrarium priuilegium est strictè interpretandum.*
16 *Est regula perpetuò vera, quod in collegiatis antiquior semper præcedit, nisi rationem suam excedat, & explicatur.*
17 *In materia preæminentiarum tunc recurritur ad ius commune, quando deficit particulare, quod si hoc extat, illi est standum.*
18 *Standum est consuetudini iuri communi etiam repugnanti in materia præminentiarum.*
19 *Dignitas extranea à Collegio qualiscunque illa sit nibili penditur.*
20 *Signa collegialitatis quæ sint, & aliqua recensentur.*
21 *Vbi nulla communicatio in muneribus, & emolumentis, ibi nulla Collegialitas.*
22 *Ex separatione dignitatis è collegio colligitur dignitas non collegialis,*
23 *Consuetudo in honoribus, & preæminentijs est seruanda.*
24 *Quæ consuetudo Ecclesiarum sit seruanda.*
25 *Debet esse præscripta spatio quadraginta annorum.*
26 *Debent probari actus facti animo inducendi consuetudinem.*
27 *Consuetudo præcedendi est imperscriptibilis, estque omninò extirpanda, nec quidquam operatur.*
28 *Quæ sunt facultatis non inducunt consuetudinem restrictiuam liberæ potestatis.*
29 *Quilibet potest recuperare ius, & possessionem suæ præcedentiæ amissæ.*

Capellanus titulatus postremus omnium aliorum residentium manualium petit præcedentiam.

V.

1 IN Ecclesia † Parochiali N. oppidi diæcesis Bergomensis cum assensu, & interuentu Parochi erecta est collegialis residentia manualis idest sacerdotum ad nutum amouibilium, ob cuius bonum regimen aliqua condita sunt statuta, & hoc præcipuè videlicet. Nulla in præcedendo habeatur ratio dignitatis, vel personæ, sed tantùm antianitatis, & temporis electionis, dempta tamen persona Parochi, cui primùs omninò decernitur locus. Numerus Sacerdotum erectione fuit tantùm octo, qui vt faciliùs posset augeri, libera facta est facultas cuicunque, vt soluta certa summa pecuniæ, possit dictæ residentiæ addere alium, qui nomine soluentis, & suorum successorum, vel hæredum intersit. Soluit pactam pecuniam Sempronius, & addit residentem nomine suo Presbyterum Antonium, qui eo quod habeat capellaniam in titulum, & beneficialem, cæteri verò omnes residentes sint manuales contendit sibi deberi præcedentiam in Choro in residentia: negant manuales capellani, nec obstare titulum affirmant. Quæsitum est quid Iuris.
2 Consultus N. V. I. † doctissimus in hac causa ita respondit. In hac materia præcedentiæ notissima iuris regula est, quod dignior debet præferri, l. 1. ff. de albo scriben. Decius in cap. sanè A. 2. nu. 12. verb. sed habito respectu ff. de off. deleg. Purp. in l. 1. num. 632. versu, & quod cæteros ff. de officio eius cui mand. est: Nauar. cons. 8. de maior. & obed. Menochius cons. 257. num. 3. & 9. Rota coram Seraphin. decis. 1223. num. 1. & alijs decisionibus
3 infra citatis. † Dignior autem est is qui iure proprio vtitur, & ex persona propria dignitatem habet, quam qui habet per alium, Bart. in l. quod Principi in fin: de leg. 2. Decius l. 217. ff. de reg. iuris, Menoch. cons. 51. nu. 28. & cons. 32. n. 125. cum pluribus alijs cumulatis per Gonzales ad 8. regulam Cancellar. Glossa 5. §. 9. num. 103. & 104.
4 † Præterea dignior est, & præcellit, qui dignitatē naturalem, & perpetuam habet ei, qui temporalem tantum obtinet, l. nemo Cod. de offic: mag. Io. Andreas in cap. pen. de off. deleg. in 6. Felinus in Rub. de maior. & obed. num. 10. versu, quia est potestas. Boer. de ordin. grad. vtriusque fori n. 21. & de Auct. mag. cons. nu. 70. Menoch. cons. 51. num. 17. & 52. num. 127. & cons. 257. & per consequens rectores, & beneficiati, & titulati, cùm ex proprio iure, & perpetuo obtineant dignitatem, digniores, & præstantiores sunt capellanis manualibus, qui ex aliorum concessione temporalem, & dependentem habent dignitatem, & ita procul dubio

dubio debent eisdem præferri, & præcedere, vt in
terminis nostris decisum fuit per Rotam Roma-
nam in vna admissio. 14. Iulij 1614. coram Pam-
philio, quæ etiam in gradu appellationis coram b.
m. Domino Vbaldo confirmata fuit.

Nec obstat, quod in proposito casu dicti capel-
lani amouibiles multo ante existant in dicta eccle-
sia, & ideò videantur præferendi dicto Rectori
5 iure antianitatis, & prioritatis temporis, † per
regulam prior tempore potior in iure, quæ proce-
dit etiam in materia præcedentiæ, vt patet ex l. 1.
C. de Cons. lib. 12. & leg. 1. C. de Præp. Sacr. cubi.
eodem lib. & Doctores in l. cum quid ff. si certum
petatur, cum alijs adductis per Menoch. cons. 51.
nu. 39. Nam respondeo, quod prioritas temporis
prælationem habet in iure cæteris paribus, vt bene
declarat Cagnol. in l. quoties vtriusque num. 1. ff.
de Reg. Iur. & in specie præcedentiæ, Cephal. cons.
615. nu. 25. Cassanæ. Cath. glor. Mund. p. 7. cons. 46.
in princip. nam vt benè idē Cassanæ. par. 1. cons. 78.
6 † duplex ordo consideratur, ordo temporis, & ordo
qualitatis, & subdit posteriorem esse potiorem
primo, & vbi habet locum ordo qualitatis, non cu-
rari de ordine temporis per text. in d. leg. 1. C. de
Cons. in fin. & l. 1. in fin. Cod. qui accus. pos. Lucas
de Pen. in Rub. Cod. vt dign. ordo seru. Rebuffus
in d. l. 1. C. de Cons. vbi habet, quod ordo tempo-
ris seruatur tantùm inter existentes in dignitate
æquali, non autem inter inæquales dignitate, &
idem Cassan. in 4. par. Cons. 43. in fin. iterum
affirmat, quod ordini temporis præferatur ordo
qualitatis, & rursus par. 7. sub Cons. 46. vers. &
hic ordo, dicit, quod ordo temporis est vltimus,
& de eo non curatur, vbi habet locum ordo qualita-
tis, & proinde dignior præferri debet ei, qui minus
dignus est, licet prior sit tempore, vt est Glos. in
Cap. placuit in verbo præposuimus, & ita etiam
sensit Rota in dicta admissionis coram Pamphilio,
& Vbaldo: vbi licet in eo casu vtraque prærogatiua
concurreret, & temporis, & qualitatis; attamen
nulla prorsus habita est consideratio temporis, sed
ex sola præstantia qualitatis censuit esse præceden-
dum; quapropter ita statuendum est etiam in casu
nostro, nimirum Rectori beneficij titulati deberi
præcedentiam à Capellanis amouibilibus, & ma-
nualibus.

Quibus tamen non obstantibus non recedo a mea
sententia, quæ fuit, & est Rectorem beneficij debe-
re sedere in Choro post omnes alios capellanos,
etiam manuales illo anteriores tempore, & istos illi
debere præcedere in omnibus actibus collegialibus.
.i. quos faciunt collegialiter, & qui pertinent ad
residentiam? pro qua conclusione.

7 Noto † primo in materia præeminentiarum esse
incedendum plumbeo, vt aiunt, pede, est enim res
magni præiuditij, nec super illa potest fieri concor-
dia sine superioris licentia Seraph. decis. 22. nu. 2.
& nullam admittit extensionem, est enim odiosa,
vt dictum fuit in vna Asten. sedis 27. Feb. 1589.
coram Gypsio, & multa habet priuilegia; nam ius
prælationis non amittitur eo non vtendo, aut etiā
patiendo aliquem præcedere, Gratian. discept. for.
cap. 298. imò tali iure, nec tacitè, nec expressè
potest renunciari, vt in puncto decidit Decianus
cons. 21. num. 74. lib. 1. licitumque est armata
manu ei resistere, qui ius præcedendi infringit, Bal.
in lege obscurare §. antequam in fin. ff. de off. proc.
Menoch. cons. 257. num. 55. lib. 3. & datur actio
iniuriarum aduersus eum, qui non patitur similem
honorem decerni Gerard. singuli 33. Cassanæus in

Cath. consil. 38. p. 1. consil. 29. & passim dantur
remedia possess. Bald. in cap. licet casu 19. n. 6.

8 Noto 2. in materia præeminentiarum leges mu-
nicipales omninò esse seruandas l. 1. ff. albo scriben.
ita vt, licet de iure communi ille debeat præcede-
re, qui primus assumptus est ad officium, Franch.
decis. 144. Puteus decis. 140. Alex. in l. fin. §. in
comparatione C. de iure delib. est tamen legi mu-
nicipali omninò standum, si statuat contrarium.

9 Noto 3. † vnam, & eandem personam posse cen-
seri duplicis iuris ob diuersos respectus, qui in ea
considerantur, Rota in vna Præemin. 16. Decem-
bris 1585. coram Seraph. l. miles §. pro parte de
leg. 2. Gloss. in cap. quæritur 2. quæst. 7. Abbas in
cap. sanè, & ibid. Decius in 3. not. de offic. deleg.
alijque permulti, quos adducit Man. de recupe-
rand. remed. 1. num. 36. & Grat. disceptatio. for.
10 c. 114. num. 13. † ideò Parochus in ijs, quæ per-
tinent ad suum officium vt leuandi funera mortuo-
rum, administrandi sacramenta, & cæteris huius-
modi præfertur canonicis; in ijs verò quæ pertinent
ad diuinum cultum, vt canere in choro, incedere
in processionibus sanctissimi Sacramenti in eiusdē
die festo, & in Litanijs maioribus Canonici Paro-
chis præcedunt, censentur .n. iuris Clericorum in
ijs, quæ pertinent ad cultum diuinum, Parochorum
autem in ijs, quæ pertinent ad proprium officium;
11 † & Regularis curam animarum exercens in ijs,
quæ pertinent ad curam subditur Episcopo, in ijs
verò, quæ ad suæ vitæ rationem spectant, ab illo est
omninò exemptus, & subditus suo Prælato, Trid.
sess. 25. cap. 11. de refor. & Canonicus aliàs exem-
ptus à iurisdictione Episcopi, etiam per concor-
diam, si tamen exercet curam animarum eidem
subditus non obstante concordia, Rota in vna
Burg. Concord. 14. Ian. 1594. coram Seraph. ex
quibus patet, quod vna persona pluribus iuribus
12 censetur, ratio autem est, † quia iura plurium
deuenientia in vnam personam, retinent singula
suam naturam, & quatenus persona eligitur ad
vnum ex illis, quorum iura sustinet, illius curam
exercet, nec considerari potest, vt sustinens iura
alterius, & ita Vicarius, qui simul est & Canonicus,
quando interuenit in Choro, vt Canonicus sedet in
suo stallo, extra Chorum vero in ijs, quæ pertinent
ad officium Vicariatus omnes alios præcedit, Ne-
gusant in suis responsionibus, & discep. cap. 349.

13 Noto 4. † Ius præcedendi non competere ex eo
tantùm, quod aliquis habet maiorem dignitatem,
seu preæminentiam, sed requiri prætcrea, vt illa
dignitas sit ordinata ad illum actum, pro quo tra-
14 ctatur de præcedendo; Ideò inter Cardinales † in
Concistorio in capella antiquior præcedit vicecan-
cellarium, pœnitentiarium, & camerarium, quia
istæ dignitates non sunt ordinatæ ad illum actum;
In Cancellaria autem, in pęnitentiaria, & in Ca-
mera isti præcedunt antiquiori, ita fuit decisum in
vna Romana Præemi. 16. Decembris 1585. Coram
Seraph. & suæ decisionis hanc afferunt rationem
Domini de Rota, quod idcircò dicti Eminentissimi
Cardinales nullam sortiuntur prærogatiuam in ijs,
quæ spectant ad Collegium Cardinalium, etsi ha-
beant dicta officia, quia non sunt officia collegij
Cardinalium; his iactis fundamentis puto facilè
stabilire veritatem nostri dictis; nempè dictum
beneficiatum extra collegiatam, nullam sibi posse
vindicare pręcedentiam à cæteris Capellanis, licet
Manualib.

15 Probatur primo de iure communi, & proprio
residentiæ istius Senior debet præcedere nulla ha-

bita

bita ratione dignitatis, vel personæ extraneæ qualitatis affectæ; ergo non beneficiato extra collegiatam residentiam, sed antiquiori debetur præcedentia, quod de iure debeatur, patet ex dictis, & patebit ex infra dicendis; quod adeò verum, est, vt si quis habeat contra illud priuilegium sit strictissimè interpretandum, & sufficiat si in aliquo possit verificari, quia, cum materia præeminentiarum sit odiosa, minus quam fieri potest debet lædi ius commune. Puteus dec. 140. & alij apud ipsum, & in istis est seruandus ordo, l. vt gradatim ff. de muner. & honor. & firmat Neguf. vbi supra. Et Melchi.
16 lother. de re benefi. lib. 1. quæst. 16. nu. 42. † asserit esse regulam perpetuò veram, quod in collegiata antiquior semper debet præcedere; modo rationem suam non excedat, quod est intelligendum, quando collegium est compactum diuersis personarum ordinibus, vt Subdiaconorum, Diaconorum, & Presbyterorum, quia tunc Presbyter, etiam iunior debet præcedere Diacono respectu ordinis, vt in suo ordine quisque antiquior semper præcedat, rationem huiusmodi assignat idem Lotherius loco citato, & ita de iure communi antiquior præcedit; secundum leges autem residentiæ, quas supra diximus omninò seruandas pariter manifestum est; ista enim sunt præcisa verba statutorũ residentiæ illius. Il Curato habbia il primo luogo in Choro, in processione &c. li residenti poi più vecchi di elettione il secondo, douendosi hauer riguardo solo alla prerogatiua della elettione non dell'età, ò dignità frà
17 loro in tutte le cose. † Cùm ergo in materia præcedentiæ collegialis seruanda sit iuris communis, & collegialis statuti dispositio, Seraph. decis. 644. secundùm quam regulam etiam ipse iudicauit, & de iure communi (vt idem Seraph. ibidem testatur) & de iure particulari huius residentiæ antiquior, non dignior debeat præcedere, sequitur, quod non additus nouus titulatus, sed antiquior illo Manualis debeat præcedere. Imò etiam, si Ius commune esset contrarium, adhuc dispositioni particulari collegialis standum esset, Seraph. decis. 404. quia circa leges institutionis beneficiorum ius multum fauet voluntati fundatoris Lother. lib. 2. quæst. 32. Adeò vt Episcopus res Ecclesiasticas subijciat seruituti; & si fundator disponat beneficia conferri pueris, quod iuri communi repugnat, eius tamen lex est toleranda, vt fuit dictum in vna Granatens. Cappellaniæ.

18 Secundò probatur principaliter † solutio omniũ difficultatum in materia præcedentiæ collegialis petitur à consuetudine, etiamsi repugnet iuri communi, multæ sunt adhoc decisiones Rotæ; & in terminis terminantibus præcedentiæ controuersæ inter nutu amouibiles, & Rectores perpetuos, decidit Seraph. decis. 964. cùm ergo talis consuetudo vigeat, ab ista non est recedendum. Tertiò licet in eadem persona considerentur plures qualitates, & plura iura retineant suam naturam; Attamen ea tantum considerantur in illis, quæ faciunt ad munus, pro quo eligitur, vt supra dictum est; licet ergo in Capellano addito duo iura concurrant nempè beneficij titulati, & residentiæ, non est in eo considerandum ius tituli, quia de eo non agitur, neque ad illud assumitur, sed tantùm ius residentiæ, in quam cooptatur; ius autem residentiæ est, quod antiquior in residentia præcedat.

19 Quartò † Qualitas extranea à Collegio, qualiscunque illa sit, nihili penditur in persona respectu Collegij, Lotherinus lib. 1. quæst. 16. nu. 59. nimis enim exorbitat à Iure, qualitatem extraneam à Collegio nocere collegijs in articulo præcedentiæ, Lotherin. ibid. alios referens; cùm igitur iste titulus beneficialis non sit titulus collegialis; sequitur, quod illius nulla sit ratio habenda; quod autem non sit collegialis titulus. Probo ex ijs quæ habet
20 Seraph. decis. 716. quæ omninò est videnda † Signa Collegij tendunt omnia ad aliquam communionem, & communicationem munerum, onerum, & emolumentorum, Io. And. in c. cùm olim de sent.
21 in re iud. & ibi Ancar. Abbas, & Imola. † siue enim Collegium dicatur à colligando, siue colligendo, vtique vbi nulla prorsus adest communicatio, fieri non potest, vt ibi aliqua collegialitas considerari possit. Seraph. vbi sup. num. 8. Cùm ergo nouus iste residens respectu sui tituli nullo modo communicet cum Collegio, quia nec in oneribus, nec in emolumentis communicat ratione sui tituli; non in emolumentis, quia emolumenta sui beneficij non desumit ex massa residentiæ, non in oneribus, quia onus beneficiale est Missam celebrare, quod nullo modo conuenit residentiæ, est ideò concludendum nullo modo communicare cum residentia, est ergo ista dignitas extranea, ergo non consideranda.

22 Præterea † ex diuisione, quæ fieri potest dignitatis à residentia demonstratur, quod dignitas non est collegialis ad effectũ præcedendi; idem Seraph. Sed ista dignitas non solum est separabilis, sed actu separata, ergo non est collegialis; quod autem sit actu separata patet, quia talis gradus non est in corpore residentiæ, illi autem gradus, qui non sunt in collegiatis, sunt extranei à collegiatis, vt patet ex dictis.

Ad ea, quæ possent obijci in contrarium, licet ex dictis satis responsum sit, tamen ad omnia singillatim etiam respondemus. Ad primum igitur, nempè, quod dignior præferri debet, Respõdemus, hoc esse intelligendum, primo in ijs, quæ pertinent ad suam dignitatem. Secundò si loquimur de collegio, quando Collegium est compactum diuersis ordinibus, vt supra dictum est, in alijs autem nostram regulam esse perpetuò veram, vt loquitur Lotherius.

Ad secundum quod habens dignitatem præferatur non habenti; respondemus hoc verum esse si dignitas sit collegialis, si verò sit extranea nullam diximus in collegio eius esse habendam rationem.

Ad Tertium quod habens dignitatem sub eodem tecto est præferendus illam non habenti; Respondemus, quod sub eodem tecto non intelligitur in eadem Ecclesia, sed in eodem Ordine; quia si Episcopus sit, & Canonicus habet sub eodem tecto, in eadem Ecclesia dignitatem Episcopalem, & Canonicalem; attamen, si in Choro conueniat vt Canonicus nullam habet precedentiã vt Episcopus.

23 Ad Quartum † quod consuetudo Ecclesiarum est seruanda in honoribus, & præeminentijs, cùm ergo consuetudo aliarum Ecclesiarum sit contraria, erit seruanda, Abbas in cap. auditis in 3. not. de elect. & tradunt DD. in cap. statuimus de Maior. & obed. Bald. in l. obseruare §. antequam ff. de off. proc. & in cap. cùm olim de consuet. quem refert, & sequitur Ruinus cons. 19. nu. 6. lib. 1. Purpura. cons. 540. num. 11. Respondeo 1. negando talem consuetudinem. 2. dico non sentire Doctores, quod
24 deducitur; nam isti non sentiunt, † quod sit seruanda consuetudo Ecclesiarum. 1. aliarum ab ea, de qua agitur; sed consuetudo earum Ecclesiarum ipsarum, de quibus agitur, v. g. agitur de præcedentia in Ecclesia Sancti Martini, Sancti Stephani, Ecclesiarum istarum est seruanda consuetudo non

aliarum

25 aliarum † alleganti antem hanc consuetudinem incumbit onus eam probandi, cùm sit quid facti, l. in bello §. factæ ff. de capt. l. 1. C. de prob. l. de quibus ff. de leg. Deinde esset probanda consuetudo præscripta spatio quadraginta annorum, Purpur. in l. prim. num. 200. ff. de off. eius qui est Andreas
26 Siculus cons. 5. lib. 2. † Præterea deberet probari quod actus essent facti eo animo, & fine, vt consuetudo induceretur, quia, cùm possint fieri ex gratia, vt supra dictum est, debet probari finis, ne detur proprij iuris renunciatio, Decius in cap. cùm accessissent colum. penult. ante fin. versu, & hoc comprobatur de constit. Dato etiam, quod talis adesset consuetudo, nihil operaretur, cùm sit contra ius, & imperscriptibilis secundùm Abbatem cons.
27 21. num. 4. & 5. † & talis consuetudo est omninò interpretanda vtpotè nata ex quadam vecordia, vel stultitia, vel ambitione. Idem Abb. per text. in cap. legimus in princ. 93. dist. 5. Nec quidquam
28 operatur, † quia, quæ sunt facultatis non inducunt consuetudinem restrictiuam liberę potestatis, Abb. in cap. Ex parte Asten. num. 7. in vlt. not. de
29 concess. præb. † Tandem vnusquisque potest recuperare ius suum, & possessionem præcedentiæ, si fortè sui maiores perdidissent, non enim fuit suum ius dependitum, vt in specie concludit Bald. cons. 382. lib. 2. Purp. cons. 540. n. 19. lib. 2. Menoch. cons. 902. num. 78. lib. 10. &c. ex quibus probara remanet nostra opinio.

S V M M A R I V M.

1 *Casus proponitur.*
2 *In quo sita sit difficultas huius casus, & quot quæstiones dispntandæ.*
3 *Donans, vt debito satisfaciat, si tantundem recipiat, non liberatur à debito.*
4 *Donans ingerit in Donatarium obligationem naturalem ad antidora, ad quæ tenentur, etiam Ecclesiastici, & quæ sint antidora.*
5 *Non est satis gratus, qui aliquid amplius non rependit, quam accipit.*
6 *Solutione debiti obligationem ingerere repugnat iustitiæ.*
7 *Satisfactio debet ita fieri, vt damnum passus remaneat illæsus.*
8 *Quod naturam sequitur, non est per accidens.*
9 *Quæ differentia sit inter has duas quæstiones.*
10 *Donans, etsi nihil recipiat, nec dum satisfacit debito.*
11 *Consensus est de substantia contractus, dicitur simul sensus, debet esse simultaneus.*
Quod hodie donatur, si cras acceptetur, nisi mens donantis perseuerat, non est dandum à donante.
12 *Donatarius si erret in causa donatio, non intelligitur facta.*
13 *Conuentio alia tacita, alia expressa.*
14 *Conuentio tacita alia ficta, alia præsumpta; tradens cautionem debitori non potest amplius repetere; recipiens vsuras pro tempore futuro non potest repetere capitale, & si debitum sit insolidum recipiens partem à correo debendi videtur conuenire, vt fiat diuisio; Inuecta in Domum censentur obligata pro pignore locatori; stipulatione facta causa dotis Dos non potest repeti, & habetur pro pacto expresso, & euanescit stipulatio nisi nuptiæ sequantur: Creditor defuncti non agens contra hæredem, sed contra emptorem hæreditatis, si intentet postea actionē contra hæredem, hæres potest se tueri exceptione taciti pacti. Conducens Domum, agrum &c. si finito tempore locationis non discedat, videtur*
15 *integrè denuò conducere. In tacita conuentione non requiritur præsentia.*
16 *Ficta conuentio quæ sit, & quid differat à præsumpta.*
17 *Super eo, quod est certum fingitur.*
18 *Super incerto præsumitur.*
19 *Propositum tacitum, idest quod est in mente vnius tantum contrahentium, dicitur abortiuum, neque habetur pro expresso.*
20.21 *Duo corolaria ex dictis.*
22 *Actus non intenduntur, vltra quam geruntur,*
23.24 *Rationes probantes nostram conclusionem.*
25 *Legans in testamento satisfacit debito.*
26 *Legatum est quædam donatio.*
27 *Debitum aliud necessarium, aliud voluntarium.*
28 *Donatio est erogatio proprij patrimonij.*
29 *Satisfit præcepto adimplendo, quod præcipitur sine intentione satisfaciendi, imò cum intentione non satisfaciendi.*
30.31.32 *Explicatur quomodo hoc dictum sit intelligendum, quod num. 29. propositum est.*
33 *Respondetur difficultati primæ.*
34 *Respondetur secundæ difficultati de confessario.*
35 *Traditur Doctrina pro solutione.*
36 *Resoluitur tota quæstio.*

Petrus donat, vt satisfaciat debito.

V I.

1 PEtrus † ex delicto, vel alio modo debet Paulo centum; cui debito vt satisfaciat ex consilio confessarij largitur eidē Paulo adamantem valoris item centum. Paulus verò putans reuera donari adamantem, non verò dari in compensationem debiti donat etiam ipse Petro equum eiusdem valoris; quæritur an Petrus, qui donauit adamantem, & in compensationem accepit equum tali dono satisfecerit suo debito. In terminis istis puto in hoc facto non multum inesse difficultatis; maius esset dubium, an donans satisfaceret, si nullam reciperet compensationem; ideò duo sunt videnda.
2 † Primò an Petrus donans, vt debito satisfaciat, recipiens tantundem à Paulo cui donauit, suo debito satisfaciat. Secundò, an si idem Petrus donet, & nihil accipiat saltem hoc casu liber sit ab obligatione debiti, quibus consequens erit videre, an Confessarius ita consulens rectum dederit consilium, & an Pænitens tale consilium exequens sit tutus in conscientia.

3 Ad primum † dico Petrum donantem, & tantundem recipientem non esse liberum ab obligatione item soluendi iterum debitum suum; Ita Sanchez tom. 1. in decalog. cap. 13. lib. 1. nu. 11. quod dicere tenentur multo fortiùs, qui asserunt neque satisfacere, quando nihil redonatur, quos infra citabo.

4 Probatur primo, † quia satisfactio debet esse ad æqualitatem, est enim actus iustitiæ commutatiuæ, quæ ius suum vnicuique tribuit, l. Iustitia ff. de Iust. & iur. & instit. eodem titulo in princip. at in casu nostro non est ad æqualitatem, quia donans donando ingerit in donatarium obligationem naturalem ad antidora, quæ secundùm Diuum Thomam loco infra citando consistunt in triplici gradu gratitudinis. Primò beneficium acceptum compensare. Secundò laudes, & gratias agere. Tertio pro loco. & tempore secundum facultates retribuere, ita

S. Doctor quæst. 107. art. 6. in 2. 2. & donatarius
ad ista tenetur. l. sed & si §. consuluit ff. de petit.
hæred. & ista obligatio est naturalis, Gloss. in cap.
cum in officijs in verbo Donatarius; de testam. &
ideò ab ista obligatione neque Ecclesiastici exi-
muntur, Nauar. in apologia de redditibus Ecclesias.
quæst. 1. Moni. 36. & Glos. manifestè in cap. Eccle-
siasticis 12. quæst. 2. & tenemur ad antidora saltem
subueniali. D. Thom. 2. 2. quæst. 107. art. 3. ergo
satisfactio non est facta ad æqualitatem, quia ex sa-
tisfactione, vt esset ad æqualitatem nulla deberet
oriri obligatio. Donatarius autem ex dono maio-
rem contrahit obligatione, quam ex debito, ita
5 D. Thomas 2. 2. quæst. 106. art. 6. vbi † habet,
quod non est satis gratus, qui rependit tantundem
ei, à quo recepit; sed tenetur aliquid amplius red-
dere; quam Doctrinam ex Aristotele se desumpsisse
6 profitetur, † est autem contra Iustitiam solutione
debiti obligationem transfundere. Probatur se-
7 cundò † vt satisfactio sit ad æqualitatem, debet
damnum illatum resarciri tali modo, vt, qui damnũ
passus est, remaneat illæsus, alioqui non erit actus
iustitiæ; sed non remanet illæsus, quia ex modo,
quo datur, tenetur iterum dare, imò actu dat, ergo
satisfactio ista non est ad æqualitatem; quod autem
ex modo, quo datur accipiens teneatur etiam ipse
dare, patet, quia obligatio ad antidora sequitur ex
donatione. Dices hoc esse per accidens, & præter
intentum donantis, Respondeo negando esse per
8 accidens, † quia, quod naturaliter sequitur, non
dicitur per accidens; obligatio autem ad antidora,
sequitur donum naturaliter; Neque item refert,
quod hoc non intendat donans; quia, quod natura-
liter sequitur, intentione contraria non potest
impediri, & huic dicto puto neminem contradi-
cturum.

Maior difficultas est in secundo quæsito, nempè,
an debens centum, si centum donet, etiam si nihil
recipiat in redonationem, vel ob gratitudinem,
satisfaciat suo debito, & maneat liber ab onere
restituendi.

9 Hoc, † quod nunc quærimus, distat ab eo, quod
iam tradidimus, quod in eo, quod iam tradidimus
denuò accipit tantundem, ac donauit, in secundò
verò nihil recipit, sed ingerit tantum in donatariũ
obligationem ad antidora, ideò, cùm nihil recipiat,
videtur satisfacere, attamen quia obligationem
importat donatario, videtur non iustè satisfacere,
quia remanet inæqualitas, quæ satisfactionem im-
pedit.

10 In hac questione non conueniunt Doctores; † Ego
puto non satisfacere donando obligationi, quam
contraxit ex furto, vel alio modo damnum inferen-
do, sed, quia præcipuum contrasentientium funda-
mentum est istud. Donans, licet donare simulet,
re tamen vera intendit satisfacere, ergo secundùm
veram intentionem reputandus est satisfecisse, non
verò secundùm fictam donasse, nam in contractibus
vera intentio est inspicienda, ideò ad examinatio-
nem istius me confero.

11 Noto primò † consensum esse de substantia. l.
prima ff. de contrah. empt. l. consensus ff. de act.
& oblig. estque necessarius in omnibus conuentio-
nibus, l. 1. paulo post principium, & §. 1. ff. de pactis,
l. non omnis in princip. ff. si certum petatur; & hic
consensus debet esse simultaneus, quia consensus
dicitur simul sensus, & copula animorum, Bald. in
cap. cum consuetudinis num. 6. de consuet. & ideò
non potest dici consensus, si ex interuallo adhibe-
tur, Bald. in l. ab eo num. 2. quo. & quand. Iud.
Vnde si quid est tibi datum hodie, & tu non accep-
tas, si cras postea acceptas qui dedit tibi potest
dissentire, & in specie donatio non subsistit sine
consensu l. absenti in princip. ff. de donat. l. in omni-
bus, & l. obligationum substantia §. 1. ff. de act.
12 & obligat. & si donatarius errat † in causa, quia
credat aliam causam subesse, quam donationis,
donatio non intelligitur, quia deficit consensus,
Veluti, si ego pecuniam tibi quasi donaturus dede-
ro, tu quasi mutuum accipias, nec donatio, nec
mutuum intelligitur, l. si ego ff. si certum petatur,
Alex. cons. 14. num. 13. Mant. de tacit. & ambi.
lib. 13. tit. 6. num. 2.

13 Noto secundò † nos posse conuenire tacitè, &
expressè, conuentio expressa dicitur cum verbis,
aut litteris pariscentium animus exprimitur; nam
verba sunt earum, quæ sunt in animo passionum
natæ, l. Labeo §. idem tubero de supellect. leg. &
litteris conuentio exprimitur, quoties per litteras
consensus declaratur, veluti per Epistolam inter
absentes, vt in l. Labeo in princ. ff. de pactis, & l.
consensu ff. de act. & obligat. & placuit non minus
valere, quod scriptura, quam, quod vocibus lingua
figuratis, significatur, l. etiam figura ff. de act. &
oblig. Tacita conuentio dicitur, quæ neque verbis,
neque litteris est expressa, & intelligitur, quando
neque specialibus, neque generalibus verbis & est
expressa, vt explicat Bart. in l. prætor in pret. de
noui operis nunciat. & l. 1. nu. 7. cum seq. de vulg.
subst. & sequitur Purp. cons. 10. num. 7.

14 Noto tertiò † quod etiam tacita conuentio di-
stinguitur in duas species, quarum vna dicitur præ-
sumpta, altera ficta; præsumpta est, quæ coniectu-
ris colligitur, ficta autem, quæ fingitur a lege inter-
uenisse, multa proponuntur exempla tacitæ con-
uentionis à lege præsumptæ à Mantic. de tacit. &
ambig. lib. 1. tit. 5. per totum, vt, si ego reddam
debitori meo cautionem, dicimur inter nos conue-
nire tacito consensu, ne peterem, eique profutura
est tacitæ conuentionis exceptio, l. Labeo ff. de
pactis. Si quis pro tempore futuro à debitore reci-
pit vsuras tacita conuentione videtur inter eos
actum, ne eo tempore possit repetere, l. qui in futu-
rum ff. de pactis. Si creditor cui à pluribus debetur
(qui dicuntur correi debendi) si ab vno recipiat
partem debiti, licet alias debitum esset ab omnibus
insolidum persoluendum, tacitè videtur conuenis-
se, vt inter omnes fiat diuisio debiti, nec quisquam
eorum potest conueniri, nisi pro sua virili parte l. si
creditores C. de pactis, qui vrbanam habitationem
conducit, etiamsi nihil specialiter dixerit, inuecta
tamen & illata in domum videatur pignori obligas-
se locatori, l. etiam qui in princ. ff. de pactis, si
stipulatio sit facta causa dotis videtur tacitè actum,
& tale pactũ habetur pro expresso, vt ante nuptias
dos peti non possit, & nuptijs non sequutis ipso iure
stipulatio euanescit dict. l. item quia §. 1. ff. de pactis.
Si hæres vendat hæreditatem, & creditor non agat
contra hæredem vendentem pro sui debiti solutio-
ne, sed contra emptorem, videtur tacitè conueni-
re, ne agat contra hæredem, & ideò, si agat potest
se tueri exceptione taciti pacti leg. 2. C. de pactis.
Qui conducit domum &c. si finito tempore locatio-
nis non discedat, tacito consensu videtur ex inte-
15 gro conduxisse; nam & Dominus, † si patitur colo-
num in fundo esse, ex integro locare videtur, l. qui
ad certum ff. locati. & condit. in tacita autem con-
uentione non requiritur præsentia lib. 2. & l. si cre-
16 ditorē, & Bart. vtrobique C. de pactis; ficta † autem
à lege tacita conuentio est, quæ fingitur à lege, est

autem

autem differentia inter tacitam fictam & tacitam præsumptam conuentionem, quod contra fictam non datur, neque admittitur probatio. Bald. in Auth. sed iam necesse versu 4. quæritur de donat. ant. nupt. sed contra præsumptã recipitur l. optionem de contra. stipul. & l. nuptura in fin. ff. de iure
17 Dot. † nam super eo, quod est certum fingitur, super eo autem, quod est incertum præsumitur Glos. in l. vnic. §. accedit in verbo, præsumatur de rei vxo. act. Alia est etiam differentia inter tacitam, & expressam conuentionem, quia expressa tollit obligationem naturalem, & elidit ciuilem, sed tacita non tollit naturalem, quia contrahitur per expressum consensum, non per tacitum inductum à lege, Mantica alios referens vbi supra num. 20. & 21. Aduertendum tamen est, quod, licet ex pacto tacito nulla oriatur obligatio, tamen propter pactum oritur, vt dictat æquitas naturalis, ex qua quis naturaliter obligatur; Vnde quoties exceptio pacti conceditur apparet perimi, vel elidi naturalem obligationem, & ita non videtur differentia inter exceptionem taciti, & expressi pacti, quia eadem est veritas taciti, & expressi l. enim quid ff. si certum petat. quæ sententia etiam dicitur probabilior, Ab Alciato vide Manticam, vbi supra.

18 Noto 4. † propositum tacitum, quod est retentum in mente dici abortiuum, & ideò non habetur pro expresso, l. si repetendi C. de condit. ob causam. Vnde constat eum, qui dedit ea spe, quod existimaret se remuneratum iri ab eo, qui accepit, repetere non posse opinione frustra deceptum, l. dedi §. si quis in fin. ff. de condit. ob caus. dummodo tamen non sit expressum per ignorantiam, socordiam, vel imprudentiam, quia in hoc casu habetur in consideratione, non verò in primo; vt etiam quando quis per errorem soluit in debitum, l. is qui commodatum §. vlt. ff. commod. & toto tit. de condit. indeb.

19 † Illud etiam propositum dicitur abortiuum, quod in mente vnius tantum contrahentium agitur; aliud autem esset dicendum si ab vtroque contrahente tacitè fuisset intellectum, quia tunc habetur pro expresso, l. 1. §. vlt. ff. de condit. ob caus. Mant. vbi supra num. 25.

Ex dictis præcipuè ex eo, quod cõsensus sit de substantia quarumcunque donationum, etiam in specie, & conuentionum, & quod consensus debeat esse
20 simultaneus, † colligo ego debere esse tàm in dante, quàm in recipiente; in dante dandi, eo modo quo recipitur, in recipiente, recipiendi eo modo, quo datur; Vnde si dans intenderet donare, & recipiens mutuo accipere nullus esset contractus ex defectu consensus. Hic autem consensus potest esse expressus, fictus, aut præsumptus iuxta superius tra-
21 dita; † quod si vnus habeat intentionem satisfaciendi debito, alter autem recipiendi in donum, & donans, licet habeat intentionem satisfaciendi, verè tamen verbis exprimit se donare; tunc & eo casu dico, si postea talem suam intentionem patefaciat donatario, donationem non esse veram donationẽ, & donatarium, nisi donum bona fide consumpserit, & in aliquo sit factus ditior, teneri reddere, quia donatio fuit nulla defectu consensus, vel eam admittere in computum, & extinctionem debiti. Si autẽ donatarius hoc ignorat, talis intentio nihil releuat, & donans adhuc tenetur satisfacere debito. Pro maiori declaratione considero preterea in quolibet donante, seu contrahente duplicem intentionem alteram, quã actu quis potest habere, & alterã quam debet habere, intentio, quam quis actu habet, potest esse iniusta, quam verò debet habere semper est iusta, v. g. In Petro dicente se vendere Antonio adamantem, re vera tamen intendente mutuare; duplex intentio potest considerari, nempè, quam actu habet, & quam habere debet, quam actu habet, illa est iniusta, subest enim fraus huic venditioni, dum simulans vendere, intendit tantum mutuum dare, quam verò debet habere illa est iusta, & est illa, quam debet habere vendendi, illa prior omninò reijcitur vt iniusta, ista verò secunda debet omninò admitti, & patet in eo, qui extrema necessitate laborat, & aliquid surripit etiam ab inuito. Iste inuitus habet quidem intentionem contrariam ablationi, & nullo modo consentit, attamen ista reijcitur, & illa, quam iustè debet habere, admittitur, nempè quod debet velle pauperi illi proprijs rebus subueniri, ita, & in alijs contractibus, cùm naturale sit, & secundum omnem æquitatem, vendentem, donantemque debere habere intentionem vendendi, donandi &c. ista omninò est admittenda, & contraria reijcienda, fauet maximè illud, quod supra diximus, propositum mente retentum non habendum in consideratione, quod, si aliquando est verum, maximè verum est in donatione, quæ, cùm pariat obligationem ad antidora, & ista obligatio resideat in animo grato, semper supponitur adesse, & posita quacunque compensatione nunquam tollitur, quia, quanto magis quisque compensat, qui compensationem recipit, tanto maiorem obligationem contrahit, ex quibus probo meum dictum.

Simulans donare cum intentione satisfaciendi habet intentionem iniustam, ergo est reijcienda. Antecedens patet, quia intendens debito satisfacere maiorem obligationem ingerit in donatarium quam sit donum, vt patet ex supradictis, ergo ista intentio est iniusta, iusta enim intentio est illa, qua quis vult ad æqualitatem satisfacere, non autem solutione debiti acquirere creditum, ergo ista est reijcienda, iusta autem erit, qua intendit donare, quia res est ad æqualitatem; Si enim donat, donatarius remanet obligatus, vt naturaliter debet ad antidora, nec ex dono quidquam amplius potest prætendere donans, vt sit iustus, quia donationi correspondet obligatio ad antidora, & si quid amplius prætenderet, iniustè prætenderet, quia prætenderet, quod non debetur, intentio ergo satisfaciendi, vtporè iniusta, quæ intendit plusquam debeatur; intendit enim satisfacere, & obligare ad antidora, est omninò arcenda, & admittenda iusta, quæ est donandi. Dices donantẽ non intendere obligare ad antidora; Iam responsum est, hoc nihil referre, quod ipse intendat, quia obligatio naturaliter nascitur ad antidora, Mant. de tacit. lib. 13. tit. 24. num. 4. & hæc obligatio est naturalis, idem Mant. ibid. tit. 44. num. 2. cùm ergo naturaliter nascatur, non potest impediri intentione aliena. Si ergo donatarius recipit animo recipiendi dono, quod donatur, & ideò remanet obligatus ad antidora, quæ est propria obligatio, & naturalis, quam parit donum, debet etiam donans habere intentionem donandi, vt sit iusta, & si aliam habet reijcitur, & subintrat illa, quæ tradita est à
22 nobis supra. Probatur etiam, quia † duplici titulo traditione vnius rei non potest satisfieri. Dices, actus non intenduntur vltra, quam geruntur l. vlt. ne vxo. pro Marit. & l. 1. §. si quis hoc interdicto, & ibi Bart. num. 2. de itin. actuq; priua. Idem Bart. in l. cum duobus §. papinianus in fin. ff. pro Socio & in l. Titium, & Mæuium §. altero num. 6. ff. de admi. tut. Roman. cons. 291. nu. 5. & seq. & alij, ergo cùm iste intendat tantum satisfacere, non est

extendendus eius actus vlterius ad aliam obligationem; Respondeo hoc esse verum in actibus voluntarijs, non verò in naturalibes, quæ pendent à volnntate non sunt extendenda, quæ verò naturaliter operantur, à voluntate non regulantur. Respondeo 2. non extendi vltra intentionem si sit iusta.

23 Aperiretur † ostium frandibus; si quis enim peccatum non timeret, & fortasse etiam peccatum timens posset ditari rebus alienis; furetur quis mille alicui prædiniti, deinde, vt suæ satisfaciat obligationi, donet illi aliquid valoris mille, finaliter quidem, & per se, vt debito satisfaciat, per accidens tamen sperans etiam se aliquid accepturum pro dono; Addo furetur iste prædiuiti animo tali, nempè, surripiam diuiti, qui vt est diues est etiam gratissimus, vt debito satisfaciam donabo, tantundem fortasse recepturus; furatur; donat animo finaliter satisfaciendi, & per accidens erit, si recipiat, quia hoc tantum per accidens intendit; attamen recipit qui ludus erit iste? Dices animum illum esse iniustum: at omne ininstum non obligat ad restitutionem nisi à parte rei sit læsio, si ergo à parte rei ista satisfactio est sufficiens, nihil releuat animus quoad obligationem restitutionis, & ita non erit simpliciter verum, quod nemo ex sua fraude commodum debet reportare, si quid alind obijcias idem erit solnendum, si contendas donatione posse satisfieri.

24 Vlterius † probo donantem satisfacere debito, & si intendat satisfacere non donare. Per aduersarios intentio satisfaciendi debito simulata donatione, licet à donatario non acceptetur titulo satisfactionis, sed donationis, sufficit ad extinctionem debiti; ergo etiam donatarius recipiens donum titulo donationis, & animo contrahendi debitum ad antidora, satisfacit dono, ergo in donanre adhuc remanet obligatio ad solutionem debiti; si verum est, quod asserunt contrarium nostro dicto tnentes, quod donans animo satisfaciendi satisfaciat debito, quare recipiens donum animo contrahendi obligationem ad antidora non satisfacit dono? imò magis proprium est obligatione ad antidora satisfieri dono, quam dono satisfieri debito vt de per se patet, si ergo recipiens donum contrahit obligationem ad antidora satisfacit debito, quod respondet dono, nec dono alia debetur obligatio, nec aliam potest ingerere quam ad antidora, ergo adhuc remanet debitum soluendum donanti verò debitori; Nisi diceres intentionem donantis satisfacere; quod apud me esset omninò nouum; satisfactio enim penditur ad æqualitatem dati, & accepti non intentionis dantis alioquin citò debita soluerentur.

25 Sed contra † dicta posset obijci. Primò quod, si debitor ex suo vltimo testamento leget alicui centum, cui item centum debet suæ satisfacit obligationi, l. si cum dotem §. si patre ff. soluto Matrimonio, idque probatur in Auth. Præterea. Vnde vir, & Vxor, & l. huiusmodi §. cum pater de leg. 1. & l. cum pater §. qui in vita eod. tit. sed legatum est
26 quædam species donationis; † nam legatum est quædam donatio à testatore relicta ab hærede præstanda, leg. legatum est ff. de leg. 2. & Gomez variar. 1. cap. 12. nu. 13. Bartol. & communiter Doctores, ergo sicuti satisfacit in legato, debet posse satisfieri etiam donatione. Respondeo P. maiorē non esse veram simpliciter, sed esse distinguendum
27 de debito, † aut enim loquimur de debito necessario, vel de voluntario, si loquimur de debito voluntario, falsum est legatum intelligi relictum in satisfactionem talis debiti, §. ex contrario Instit. de leg. l. 1. §. primum itaque versu sciendum de rei vxo. act. leg. creditorem de leg. 2. & Corneus asserit in hoc conuenire omnes consil. 257. numero 20. in fin. volum. primo si autem debitum sit necessarium, tunc intelligitur legatum esse relictum animo compensandi, ita intelliguntur obiecta iura à Doctoribus apud Mant. de coniect. lib. 10. tit. 2. num. 2. Aduertere autem, quod licet omne debitum sit necessarium, quia obligatio est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur, vt Instit. de oblig. in princip. quod tamen attient ad propositum, illud dicitur debitum necessarium; quod habet initium, & causam necessariam; veluti, cum quis sine facto suo obligatur lege, vt leg. obligamur §. lege ff. de acti. & oblig. leg. qui liberos ff. de ritu nupt. l. vltim. C. de dote promis. & ita in specie intelligir Bald. in l. si vxor num. 4. de bonor. auct. Ind. posses. vbi debitum necessarium in proposito appellat, quod ex necessitate legis inductum est; voluntarium autē dicitur, quod habet initium, & causam voluntariam, quia descendit ex contractu, vel quasi, quamuis postea sit necessarium iuxta leg. sicut Cod. de actio. & oblig. & leg. in commodato §. sicut ff. commod. Mantica vbi supra, quotiescunque ergo debitum habet initium à lege, legatum in dubio censetur relictum creditori in compensationem, & hoc est debitum necessarium, non sic autem, quando debitum non habet initum à lege tunc non iudicatur relictum in legati compensationem, & hoc est debitum voluntarium. Respondeo, quod legatum non est donatio ex natura rei, sed ex legis disposi-
28 tione, quia ex natura rei † donario est erogatio proprij patrimonij, quæ nullo cogente imperio, sed ex mera liberalitate proficiscitur, & secundùm propositum donatoris nullo casu ad eum reuerti debet, quæ descriptio colligitur ex l. 1. in princip. ff. de donat. & tradit Ang. in cons. 254. num. 3. quam Io. Andreas in rub. de donationibus sic breuiter perstringit vt sit quædam liberalitas, quę nullo iure cogente exercetur, & colligitur ex l. donat. ff. de donat., & leg. donari de regulis Iuris. Respondeo 2. dato etiam, quod tamen negamus, quod legato soluerentur debita, adhuc non esset mirum, quia ita consuetudine inductum est, vt ex legato nulla inducatur obligatio ad antidora, & legatarius vt plurimum conquæritur de modicitate legati. Respondeo 3. legatarium si satisfaceret legato non esse mirum, quia decedens è vita nullam se accepturum compensationem pro certo habet, multum igitur inter se distant legatum, & donatio, ex quibus patet non valere argumentum.

29 Obijcitur 2. ad impletionem præcepti sufficit intentio faciendi, quod præcipitur; neque enim requiritur intentio satisfaciendi præcepto, verbi gratia præcipit Ecclesia auditionem Missæ diebus Dominicis, & festis, pro adimplendo isto præcepto non requiritur ista intentio, volo audire Sacrum, vt satisfaciam præcepto, sed tantum ista: volo audire Sacrum. Imò secundùm alios, etiam si haberem intentionem contrariam adhuc satisfacerem, verbi gratia habeo quidem intentionem audiendi Sacrū, sed non habeo intentionem satisfaciendi pręcepto, imò habeo contrariam, nolo satisfacere præcepto. Prima pars colligitur etiam ex D. Thom. 2. 2. quest. 104. artic. 3. potest quispiam actum virtutis implere non attendendo ad rationem præcepti, pro secunda parte videndi sunt recentiores Theologi, qui de hoc satis diffusè, ergo etiam qui debet centum

tum sufficit si det centum licèt non habeat intentionem satisfaciendi, ita Suarez de sacram. disput. 8. sect. 3. Vasquez part. 2. quæst. 100. art. 9. num. 5. circa expositionem atticuli, Azor. part. 1. lib. 7. cap. 2. quæst. 6. Sanch. oper. mor. lib. 1. cap. 13. num. 9. Valent. 1. 2. dispu. 6. quæst. 2. punct. vltim. Salas de leg. disp. 9. sect. 33. qui alios refert. Res-
30 pondeo P. argumentum aliquid probare, † & militare in alijs virtutibus, at in materia iustitiæ nihil probat, quia cùm iustitia dictet esse seruandam æqualitatem, & donando, vt satisfiat non seruatur æqualitas vt supra, sequitur, quod argumentum non
31 probet. 2. † Respondeo etiam secundùm citatos Doctores, satisfit præcepto sine intentione illi satisfaciendi, imò, demus etiam cum intentione non satisfaciendi, at si idem oppus applicetur determinatè pro satisfactione vnius præcepti eodem opere non potest alteri satisfieri, quia opus satisfacit præcepto pro quo applicatur, cùm igitur in casu nostro donans donando applicet donum virtuti liberalitatis, non potest eodem satisfacere iustitiæ. Dices obstare intentionem, quia licèt simulet donare, intendit verè satisfacere, at iam satis responsum est nullam esse habendam rationem huius intentionis, quia mente retentum est abortiuum, estque talis intentio iniusta, fraudum altrix, & insufficiens vt supra.

32 Respondeo 3. † hoc fortasse esse admittendum, cum quis debitis incertis pressus aliquam elargitur Ecclesiæ eleemosinam absque vllo onere iniuncto, eandem non largiturus si teneri se obligatione restituendi incerta cognosceret, ideò enim donat, quia nescit, quod si sciret, non donaret, sed de hoc particularis instituetur disputatio.

Nunc in casu nostro dicimus, argumentum non concludere, quia non est eadem ratio iustitiæ in qua est seruanda æqualitas, & aliarum virtutum, deinde, quia res pro illa re satis fuit, pro qua applicatur, sed applicatur liberalitati, non iustitiæ, dum tradens significat, se donare, ergo &c. & tandem, quia donatarius donum recipiens contrahit obligationē ad antidora, ergo satisfacit debito, quod secum fert naturaliter donum ergo non est ablatum debitum ex iustitia, quia vna, & eadem res duplici officio non potest fungi, & creandi, & extinguendi debitum.

33 Dico ergo ita donantem non satisfacere debito ex iustitia, nisi tamen donatarius cognosceretur illius naturæ esse; & conditionis, quod certo sciretur nullam ex dono ad antidora esse contracturum obligationem, si quis enim talis existeret, non repugnarem ei donando satisfieri etiam debito ex iustitia, quia seruaretur æqualitas, at, quotiescunque donatarius, vel obligatus existit ad antidora (& semper præsumitur talis, nisi constet contrariũ) vel aliquid redonet, nullo modo potest dono tali, satisfieri debito, quod si nullus alius superesset modus (quod fortè puto impossibile, non enim desunt modi quibus secreta potest fieri restitutio) tunc melius esset aliquo modo fieri restitutionem, quam nullo; Ex quibus facilè colligitur non esse consulendum hunc modum restituendi à Confessarijs pœnitentibus, quia est insufficiens, nec tollit obligationem.

34 Quid dicendo de eo, qui iam satisfecit ex consilio confessarij, donauit enim putans bona fide satisfacere, & credidit confessario, nec alias donasset, nisi credidisset satisfacere, si iterum soluit patitur ipse damnum, si non soluit non est ad æqualitatem satisfactum, vt patet ex supradictis, quid agendum?

Dico apud me certum esse, si tantundem redonetur nullo modo esse satisfactum, & donantem vt satisfaciat debito, si postea, tantundem recipiat adhuc teneri pro debito, quia, licèt dederit centum, vt satisfaceret occultè; apertè tamen significauit donatario se donare, & donatarius putat se dono accipere, vt pro dono par pari referat, cùm sciat se ad antidora teneri centum redonat, & ita dono, quod de sui natura non satisfacit debito, sed ingerit obligationem ad antidora non est satisfactum, ideò adhuc remanet in donante obligatio ad debitum, & quod dico de toto, idem dico de parte, qui ergo debet centum, & donat centum, si postea recipiat quinquaginta, ad alia quinquaginta certò puto teneri, etiamsi id præstet ex consilio confessarij; consilium enim confessarij non potest parere satisfactionem, tota ergo difficultas erit, quando pœnitens ex consilio confessarij donat, vt satisfaciat, non donaturus, nisi confessarius consuleret, & donando non satisfacit debito, nec donatarius quidquam redonat; quid adhoc dicendum, vt pœnitens ex consilio confessarij damnum non patiatur; & creditori satisfiat.

35 Respondeo † primo, si pœnitens cognoscebat imperitiam confessarij, & ad illum accessit, ad nihil tenetur confessarius, sed pœnitens donatarius tenetur ipse satisfacere, ratio est, quia damnum patitur volens; cùm enim cognoscat imperitiam confessarij, & ad illum accedat sibi imputet si confessarius eum decepit, ita Lessius loco infra citando, ex quo datur intelligi quam malè faciant, qui confessarios indoctos, quærunt, suum enim malum spirituale, & temporale sæpissimè experiuntur. Si verò pœnitens bona fide accedat ad confessarium, & verè putet esse sufficientem. Respondeo secundò, vel confessarius adhibuit debitam diligentiam in consilio prudenter dando, vel non. Si adhibuit debitam diligentiam, neque confessarius, neque pœnitens ad quidquam tenentur, quia confessarius dedit prudenter consilium, & pœnitens pariter sequutus est; Si verò debitam diligentiam non adhibuit, tenetur ipse confessarius satisfacere, quia verè est causa illius damni; si verè hoc consultat; si tantùm hortatur, vel subdubitans loquatur, non tenetur confessarius; sed pœnitens, quia non ex consilio confessarij operatur. Certè si confessarius sequitur probabilem opinionem tutus est; si autem illius rei de qua consilium dat est parum peritus, & petens consilium scit eius insufficientiam, confessarius, & consulens petenti consilium ad nihil tenetur, quia pœnitens sciens, & volens patitur damnum; quod si consilium sit in præiuditium, & damnum tertij, nisi restituat, qui eiusmodi petit consilium, tenetur confessarius, vel consilium dans, quia eius prauo consilio est causa illius damni. Nec refert; quod confessarius, vel consultor inculpabiliter ignorauerit veritatem, quia nemo debet se immiscere in dandis consilijs de rebus, quas non intelligit; vnde latam culpam committit; & ideò obligatur ad restitutionem, ita Lessius de iust. & Iur. lib. 2. cap. 7. dub. 7. num. 33. & sequentibus.

36 Difficultati Respondendo dico; hunc modum satisfactionis, vel restitutionis non esse consulendum, si alia via, vel modo est possibilis restitutio, vel satisfactio; quod, si aliter fieri non possit, melius est aliquo modo fieri, quam nullo; hæc enim debet esse etiam donatarij certa intentio; si tamen tantundem, vel pars reddatur, partem, vel tantundem tenetur iterum reddere donans iuxta supra tradita; & si nihil reddatur, & ad antidora remaneat

obligatus

obligatus donatarius, eodem modo se gerere debet donans erga donatarium; & ita si quid præbeat donatarius ratione doni accepti, idem, vel simile reddat donans; Post factum, puto si aliter potest fieri satisfactio, non esse satisfactum ob rationes adductas; Si hoc ex consilio confessarij factum est, si ineptitudinem confessarij nouerat pœnitens sibi imputet, & soluat, si non nouit, & confessarius est in culpa, quia consilium dedit de ijs, quæ non intelligebat, satisfaciat ipse iuxta tradita, si prudenter egit, neuter tenetur, nec confessarius, nec pœnitens.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur casus.*
2 *Responsum N. Theologi.*
3 *Lex pœnalis extenditur ad casum, ad quem, si non extenderetur esset frustratoria.*
4 *Quæ fiunt paulo ante, vel paulo post, fieri censentur in eodem actu.*
5 *Alius modus respondendi quæsito.*
6 *Confessarium vnica tantum vice confessiones excipientem verè dici patrem, probatur ex cap. omnes.*
7 *Vera solutio difficultatis.*
8 *Confessarius, quod attinet ad præsens, considerari potest in triplici statu.*
9 *Hic non agimus de casu, qui pertinet ad Sacræ Inquisitionis tribunal, sed vt reseruatur Episcopo, & maxima est differentia.*
10 *Sacerdos semel, aut iterum excipiens confessionem mulieris, quæ illius curæ non tradat, nec illam Sacerdos recipiat, si postea actus cum illa inhonestos habeat, non incurrit reseruatum; si reseruatio cadat super patre, & filia spirituali.*
11 *Verba sunt intelligenda secundùm vsitatum modum loquendi.*
12 *Quis dicatur pater secundùm vsitatum modum loquendi.*
13 *Quare comprehendatur in bulla contra sollicitantes, qui paulo ante, vel paulo post confessionem sollicitat, non autem in reseruatione, qui eodem modo habet actus inhonestos.*
14 *Aliud est prohibere actum fieri in tali loco, aliud cum tali persona.*
15 *Mulier, licet longo tempore Sacerdoti confessa, si asserat se nolle amplius illi confiteri, vel de facto discedat ab eo animo non reuertendi ad ipsum, non est amplius filia spiritualis, nec confessarius pater spiritualis.*
16 *Gubernatores, & Senatores dicuntur Patres ob curam Ciuitatis.*
17 *Parochus renuntians beneficio statim desinit esse parochus.*
18 *Explicatur cap. omnes, quod supra obijciebatur.*
19 *Particula, ita, non dicit omnimodam similitudinem.*
20 *Ex datione aliorum Sacramentorum à Batismate non oritur cognatio spiritualis impediens, vel dirimens Matrimonium.*
21 *Ad spiritualem cognationem contrahendam requiritur intentio eiusdem cognationis contrahendæ, vel saltem subeundi officium susceptoris ex Sanchez.*
22 *Quare vnico actu generans dicatur pater, non verò vnico actu regenerans.*
23 *Textus Cap. non debet, probat mulierem suo confessam peccata non dici filiam spiritualem.*
24 *Explicatio legis facta à legislatore quando obliget.*
25 *Hostiensis, & cæteri Doctores retesserunt ab explicatione constitutionis facta ab Innocentio IV. & ab eodem explicata.*
26 *Si mulier confessarij curæ se committat, & illam suscipiat confessarius, & postea cum illa actus habeat inhonestos, incurrit reseruatum, etiam si vnica tantum vice illi confessa sit.*
27 *Pariter incurrit, & si illius se curæ non committat, at longo tempore sit confessa.*
28 *Ratio istius vltimæ conclusionis, cum differentia notabili.*

Confessarius quando dicatur Pater ad effectum incurrendi casum resseruatum.

VII.

1 Eminentissimus † Cardinalis Magalottus, Episcopus Ferrariæ in sua diœcesi sibi reseruauit quamlibet obscænitatem Patris spiritualis cum filia spirituali. Titius Sacerdos, non tamen Parochus, semel, aut bis excepit confessionem Emiliæ, & postea non multo interiectio tempore inhonestos actus cum illa habuit. Quæritur an inciderit in reseruatum.

2 Huic dubitationi † non infimæ notæ Theologus, Publicusque Sacræ Theologiæ professor sub hac distinctione respondit; aut ly, non multo interiecto tempore, habet moralem coniunctionem cum præterita confessione, ita vt moraliter dici possit filia spiritualis; aut talem non habet coniunctionem, in primo casu asserit incurrere, in secundo verò negat. Primum probat, P. quia includitur etiam in bulla contra sollicitantes. Rodriquez qq. reg. tom. 1. quæst. 59. nu. 4. & tom. 2. quæst. 27. artic. 1. & 3. & in sum. cap. 207. nu. 1. Henriquez lib. 6. cap. 17. num. 4. Graff. de reseruat. cap. 12. nu. 1. Secundò

3 quia † lex quantumuis pœnalis extenditur ad actû, ad quem, si non extenderetur, redderetur frustratoria, Felinus cap. translato num. vlt. de constit.

4 Tertiò quia idem † moraliter æstimatur fieri aliquid in eodem actu, & paulo ante, vel paulo post iuxta doctrinam Bart. in l. penult. §. militis ff. soluto Matrim. Abb. in cap. Ecclesiæ not. 3. de Immun. Eccles. Secundum item probat; quia neque includitur in bulla contra sollicitantes, Graff. part. 1. de Cas. lib. 2. cap. 18. num. 16. Nauar. cons. 2. de hæret. lib. 5. tit. 7. vtrum inquisitores, &c. Vult ergo definitionem istius quæsiti esse eodem modo tradendam, ac traditur de sollicitantibus.

5 Alij † fortasse, vt Dominicus cap. fin. nu. 3. in fin. de cognat. spirit. in 6. Francus ibidem in fin. Paludanus in 4. dist. 42. quæst. 1. art. 2. ad 8. Turrecrem. D. Thomas, & alij nulla adhibita distinctione affirmarent, incurrere, & sufficere, quod sit excepta confessio; poteftque ex eorum principijs ita probari.

6 Confessarius † etiam vnicam tantùm confessionem excipiens, verè dicitur pater spiritualis; & pœnitens, quæ vnica tantùm vice confitetur sua peccata, verè dicitur filia; ergo includuntur in reseruato. Antecedens patet ex cap. omnes 30. quæst. 1. vbi habetur ex Simmaco omnes, quos in pœnitentia suscipimus, ita filij nostri sunt, vt in baptismate suscepti; cùm ergo illi, quos suscipimus in Baptismate verè sint filij, etiamsi vnico tantùm actu de baptismate suscipiantur, eodem, modo verè erunt filij, quos in Sacramento pœnitentiæ

vnica

vnica tantùm vice suscipimus; & Canon habet omnes, quos in pœnitentia &c. at qui totum dicit nihil excludit. Præterea illa particula, ita, dicit similitudinem; sicut ergo in baptismate vnico actu contrahitur cognatio spiritualis, & semel contracta nunquam dissoluitur; ita in pœnitentia, cùm eodem modo sint filij, vnicò actu contrahetur spiritualis cognatio, & semel contracta nunquam dissoluetur, erunt ergo verè filij, vel filiæ, & ideò patet, quod in reseruato includentur, tandem vnico actu generans phisicè dicitur pater naturalis, ergo & vnico actu regenerans spiritualiter dicetur pater spiritualis. Vltimo ita se explicauit Eminentissimus; Asseruit enim, se ita intelligere hunc casum; ex quo videtur cessare omnis difficultas, cùm ille ipse, qui legem tulit, eam etiam explicet, neque vlla potest esse melior explicatio, quam conditoris, cap. per venerabil. qui filij sint legitim. Mant. decis. 49. num. 13.

Ego tamen, vt quod sentio, ingenuè fatear in ea sum sententia, vt putem Titium semel, aut bis confessionem Emiliæ excipientem, & postea inhonestos actus cum illa habentem non incidere in reseruatum; puto præterea considerationem propinquitatis, vel longinquitatis temporis ad hanc quæstionem esse omninò impertinentem.

8 Pro explicatione noto Confessarium, † quoad præsens attinet, in triplici statu posse considerari. Primò vt excipit semel, aut bis confessionem Emiliæ, non cogitans, an iterum sit reuersura, neque excipiens illam in suam pœnitentem. Secundò vt excipit bis, aut etiam tantùm semel eiusdem Emiliæ confessionem; sed ipsa Emilia profitetur, se eligere Titium in suum Confessarium, & Titius recipit illam in suam pœnitentem. Tertiò vt excipit confessiones Emiliæ semper, & quotiescunque confitetur ipsum Titium adit Emilia, & hoc, licet verbis
9 non exprimat tradere se ipsam curæ Titij. † Aduerte tamen lector me hic nullo modo agere de casu sollicitationis, qui pertinet ad Tribunal Sacræ Inquisitionis; sed de casu in his terminis Episcopo reseruato.

10 His positis dico: † si Titius semel tantum, aut bis excepit confessionem Emiliæ, nec Emilia se tradidit curæ Titij, nec Titius eam in suam curam suscepit, hoc casu non incurri reseruatum, & probo.

Primò Titius Sacerdos, & confessarius in hoc casu verè non est pater spiritualis, neque Emilia est filia spiritualis, ergo ab his non incurritur reseruatio, quæ ligat patrem, & filiam spiritualem, vt patet ex tenore reseruationis: Antecedens patet, quia nemo appellat patrem spiritualem, vel filiam spiritualem ex vnica tantùm confes-
11 sione; † verba autem sunt intelligenda secundum vsitatum modum loquendi, l. librorum §. quod tamen vbi Bart. ff. de leg. 3. l. labeo. ff. de suppellect. leg. l. cum de lanionis §. item versu optimum ff. de fund. inst. l. cum autem C. de donat. ante nupt. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. titul. 8. num. 1. & Suarez de leg. lib. 7. cap. 17. num. 5. Salas disp. 21. sect. 3. num. 4. & pater, secundùm communem modum loquendi, non dicitur ille, qui vna tantùm vice, vel etiam altera rectè
12 gerit negotium, † sed qui continuam curam habet rerum, vel personæ, & huiusmodi nomina petunt exercitium, Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 91. num. 32.

Ad rationes in contrarium, ad illas, quæ adducuntur pro prima opinione dico. Parum vrgere, quia argumentum procedit in dispari causa; ideò negatur consequentia; qui enim paulo ante confessionem, vel paulo post sollicitat, includitur in bulla
13 contra sollicitantes; † quia prohibita est sollicitatio facta in confessione, quæ autem paulo ante, vel paulo post confessionem fiunt, censeatur fieri in confessione, & in casu nostro non prohibentur actus in confessione, sed gesti à patre, & filia spiritualis;
14 † Pater autem, & filia spiritualis non dicitur talis ex eo, quod paulo ante, vel paulo post confessio antecesserit, vel subsequuta sit; ideò neque ex hoc potest deduci difficultatis solutio, quod vt planum
15 fiat accipe sequentia. † Emilia sua confessa est peccata cuidam Sacerdoti spatio trium annorum, seque illius Sacerdotis curæ spirituali demandauerat; si intra id tempus aliqua inhonesta committat cum illo Sacerdote, incidet ne Sacerdos in reseruatum? Vtique est enim pater; estque verè filia, at si elapso illo tempore renunciet Sacerdos curæ, quam sumpserat animæ Emiliæ, vel Emilia alium sibi eligat in Confessarium, & tertio, vel quarto postea die eadem inter se peccata committant, incident ne in reseruatum? nequaquam; non enim sunt amplius pater, vel filia, ergo ista denominatio non ex vicinitate temporis, vel longinquitate pendet, sed ex
16 suscepta, vel renuntiata cura 2. † homines qui ad gubernationem continuam Ciuitatis sunt electi, vel qui specialem illius curam gerunt, dicuntur patres, non sic autem, qui non habent specialem curam, etsi aliquando quid præstent ad vtilitatem eiusdem, & Senatores durante officio dicuntur patres, at eo expleto etiam denominationem illam amittunt.
17 3. † Simplicius hora 21. diei lunæ est Parochus, hora 21. cum dimidia suæ Parœciæ renunciauit, & peccat cum Lucia, quæ erat eius parochiana. 4. hora 21. Lucia pariter erat nupta, 21. cum dimidia moritur maritus, & peccat; quis dicat hanc esse adulteram, vel illum esse Parochum, ergo istæ denominationes non insurgunt ex temporis vicinitate ad actum, sed ex actibus, vel officio.

Ad secundum argumentum. Respondeo legem non esse frustratoriam, sed verificari, vt infra à nobis tradetur.

18 Ad argumenta † secundæ sententiæ, quæ magis videntur vrgere; ad primum, quod desumitur ex
19 capite omnes. Respondeo † illam particulam, ita, non dicere omnimodam similitudinem; quia si diceret omnimodam similitudinem, diceret etiam, quod, sicuti, qui suscipit in Baptismate euadit pater, & qui suscipitur euadit filius per spiritualem cognationem Matrimonium dirimentem, ita etiã, qui suscipit in confessione, quod tamen est contra textum in cap. fin. in fin. de cognat. spirit. in 6. vbi habetur; Ex datione verò aliorum Sacramentorum non oritur cognatio Spiritualis, quæ Matrimoniũ
20 impediat, vel dissoluat. † Similitudo ergo consistit in hoc, quod sicut ille, qui suscipit in baptismate nullam contrahit Spiritualem cognationem, nisi habeat intentionem subeundi onus susceptoris saltem, vti tradit Sanchez de Matrim. lib. 7. à disp. 54. ad 62. cum Doctoribus, quos citat, & sequitur,
21 † ita etiam, qui suscipit in pœnitentia est pater, & pœnitens filius, vel filia, si confessarius habeat implicitam, vel explicitam intentionem subeundi onus susceptoris, quia, sicuti non est pater suscipiens de Baptismate, vel filius, vel filia susceptus, vel suscepta, nisi suscipiens de Sacro fonte habeat talem intentionem, ita neque suscipiens in pœnitentia erit pater sine eadem, quod videntur sonare etiam verba textus, omnes, quos in pœnitentia suscipimus. i. in nostram curam, ita filij nostri sunt,

vt

vt ex Baptismate suscepti, idest, vt sunt etiam illi, quos de Sacro Baptismatis fonte leuamus subeuntes onus susceptoris. Ita nos transferentes curam, & solicitudinem eorum, quos leuamus.

22 Ad † illud autem, quod dicitur, sicuti, qui vnico actu generat dicitur pater phisicè, ita etiam, qui vnico actu regenerat moraliter, vel spiritualiter erit pater. Respondeo esse disparem rationem; nam vnico actu generans producit filium phisicè, & ideò necessariò generans dicitur pater; denominatio autem paternitatis in spiritualibus attenditur penes curam, & sollicitudinem, quam quisque subit pro salute alterius, & ideò, cum ista desint, deest etiam fundamentum denominationis, neque dicuntur tam benè regenerari, qui per Sacramentum pœnitentiæ Deo reconciliantur, & qui Baptismatis vnda lustrantur; & quod Mulier, quæ sua peccata confitetur Sacerdoti non sit filia spiritualis

23 optimus textus cap. non debet 30. quæst. 1. † Vbi habetur, quod si Episcopus, vel Sacerdos commisceatur cum muliere, quæ illis sua sit confessa peccata, pœniteant, quomodo de filia spirituali, ergo si debent pænitere, quomodo de filia spirituali, verè non est filia spiritualis; diceret enim textus pæniteat Episcopus quindecim annos, Presbyter duodecim, quia cum filia spirituali commiscuit se, & vel quid simile; at cum per similitudinem proferatur pœna, excluditur identitas.

24 Ad vltimum, quo dicitur † Eminentissimum ita suam mentem explicasse, Respondeo; vel suam mentem ita explicauit per modum legis, & vt legislator, vel per modum expositionis, & vt Doctor; Si primo modo explicauit assero, & ergò omnem difficultatem esse sublatam, si verò secundo modo; dico non referre, & posse à tali explicatione recedere; Sanchez de Matrimonio lib. 2. disp. 14. nu. 5. §. & ad caput &c. & standum est verbis legis secundùm interpretationem iuris, etiamsi legislator ex-

25 tra legem dicat se aliter intellexisse, † & quidem à Papa Innocentio IV. declarante suam mentem in constitutione anteà à se facta recessit Hostiensis, & cum eo alij Doctores. Vide lib. 6. de concess. præb. cap. 1.

26 Dico 2. Si Titius excepit etiam tantum semel confessionem Emiliæ, & ipsa curæ spirituali Titij se tradidit, & Titius eam suscepit, vel etiam, si exhibuerit seipsum Titius Emiliæ in patrem spiritualem; & ipsa acceptauerit; si postea aliquos habeant inter se actus inhonestos, incurrit confessarius, & filia spiritualis reseruatum, quia verè dicuntur pater, & filia, & patet ex supradictis.

27 Dico 3. † qui ex consuetudine excipit confessiones alicuius Mulieris, vt si Titius ex consuetudine soleat excipere confessiones Emiliæ, & habeant inter se inhonestos actus, isti includuntur in reseruatione; pater, quia ex tali consuetudine verè dicitur pater spiritualis, & filia item spiritualis; ergo casus est reseruatus.

28 Ob: Confessarius hoc † casu, nullam habet intentionem subeundi onus patris spiritualis, ergo neque verè erit talis; ergo neque casus erit reseruatus. Ad hoc respondeo quod licet non exprimat verbis talem intentionem exprimit facto, dum ex consuetudine Emiliæ confessiones excipit, deinde ex illa consuetudine, siue habeat, siue non habeat talem intentionem, consurgit tamen denominatio patris; communiter enim, qui ex tali consuetudine excipit, confessiones, dicitur pater spiritualis, quod sufficit ad incurrendam reseruationem, in qua non est necesse contrahi spiritualem cognationem, qua Matrimonium, vel impediatur, vel dissoluatur, vt in suscipiente in Baptismate; sed sufficit, quod dicatur verè pater, vt dicitur, qui curam alicuius habet vt supra, & patet ex communi vsu loquendi.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.*
2 *Quæstiones dissoluenda.*
3 *Capellanus ad laicalem Capellaniam electus Episcopo non tenetur se præsentare, neque Episcopus in talibus Capellanijs potest se immiscere.*
4 *Capellania dotata de bonis laicalibus, & fundata irrequisito Episcopo, & absque illius dependentia est merè laicalis.*
5 *Cum in dispositione requiritur, quod eligatur Capellanus qui celebret, aliqui sentiunt debere esse actu Sacerdotem.*
6 *Qualitas adiuncta verbo debet regulari secundùm tempus verbi.*
7 *Quotiescunque in fundatione requiritur quod eligatur ad Capellaniam Sacerdos, requiritur quod sit actu Sacerdos; quomodo autem hoc intelligatur, habes num. 13. & 17.*
8 *Quæcunque pacta, & conditiones apponantur in fundationibus beneficiorum, vel Capellaniarum, sunt seruanda.*
9 *Si in dispositione requiratur, quod Capellanus celebret Rota videtur sentire, quod debet esse Sacerdos; quomodo sit intelligenda, vide nu. 27.*
10 *Contrarium veriùs, & defenditur sequentibus numeris.*
11 *Capellaniæ, & maximè laicales non habent annexum onus residendi, ideò per alios potest eis satisfieri.*
12 *Varij modi apponi consueti in fundatione Capellaniarum, vel obligationum celebrandi.*
13 *Si in fundatione requiratur, quod eligatur Sacerdos, sufficit, quod actu, vel aptitudine sit Sacerdos.*
14 *In dispositionibus explicandis standum est statuto, & consuetudini.*
15 *Si in dispositione habetur, quod Capellanus celebret, nec ideò debet esse actu Sacerdos.*
16 *Maximè considerandum est an verba requirentia qualitatem Sacerdotij, respiciant electionem, an verò exequtionem, estque maximum discrimen inter istos modos.*
17 *Explicatur, & probatur tradita differentia. Nomine Sacerdotis intelligitur etiam, qui intra annum potest promoueri.*
18 *Proximè accingendus pro accincto habetur.*
19 *Dispositio hominis est intelligenda iuxta legis dispositionem.*
20 *Prouidendus de beneficio Sacerdotali sufficit de iure, quod infra annum possit promoueri.*
21 *Si dispositio habet, quod non eligatur, qui non sit Sacerdos, non sufficit; quod eligendus possit ordinari infra annum, sed debet actu esse Sacerdos.*
22 *Si in dispositione dicatur, eligatur Sacerdos, vel Capellanus, nec ideò Capellania est Sacerdotalis.*
23 *Dictio vel, aliquando stat declaratiuè, aliquando alternatiuè, cùm stat declaratiuè, requiritur, quod sit posita inter duas particulas idem significantes, vel inter duo idem significantia.*
24 *Si verba importantia qualitatem Sacerdotij referantur ad exequtionem, sufficit, quod eligendus ad Capellaniam sit in ætate quatuordecim annorum*

rum, incedat in habitu, & tonsura.

25 *Quod maximè verum est, si Capellania sit merè laicalis, imò ad istam neque requiritur alia ætas.*

26 *Respondetur primæ rationi positæ in principio.*

27 *Respondetur decisioni Rotæ in principio positæ.*

28 *Si in dispositione requiritur, quod Capellanus per seipsum celebret, nisi aliqua speciali ratione sit electa persona, adhuc per alium potest satisfacere.*

29 *Si obligatio Capellaniæ sit quotidiana, cùm onus celebrandi iniungitur Sacerdoti, v. g. eligatur Capellanus, qui quotidiè celebret admittit exemptionem, si verò dirigitur ad altare vel Ecclesiam, v. g. celebretur quotidiè ad altare, vel in Ecclesia Sancti Francisci nullam admittit exemptionem. Sacerdos tamen obligatus celebrare quotidiè potest aliquoties vt quater, sexties, & etiam fortasse sæpiùs pro anima sua, suorum parentum, vel alicuius arctissimi amici celebrare.*

30 *Capellanus infirmitate detentus, si per annum deseruierit, per mensem, & si non celebret, potest percipere eleemosinam; si per annum non seruierit, per aliquos dies.*

31 *An oneri celebrandi sit annexum onus applicandi sacrificium, colligitur, vel ex dispositione, vel ex qualitate stipendij.*

32 *In dubio præsumitur onus applicandi.*

33 *In Oratorijs Confratrum non solet esse obligatio applicandæ.*

34 *Obligatus celebrare in vna Ecclesia, si alibi celebret, peccat, sed non tenetur iterum celebrare, vel restituere.*

35 *Ordinatus ad titulum Capellaniæ si diutiùs infirmitate detineatur, percipit eleemosinam, licet obligatio celebrandi sit quotidiana.*

36 *Signa ex quibus cognoscitur, quod Capellania sit manualis.*

37 *Prouisus de Capellania, quæ non sit Beneficium Ecclesiasticum, non tenetur ad diuinum officium.*

Capellania fundata de Bonis laicalibus sine scientia Episcopi.

VIII.

1 ADmodum † Reuerendus D. G. C. instituit in Ecclesia parochiali R. duas Capellanias sub his conceptis verbis. Voglio, che i scudi quattromilla sijno per la fundatione di due Capellanie, acciò del reddito di quelli si mantenghino due Capellani, quali sijno obligati à celebrare quotidianamente, applicando perpetuamente il sacrificio secondo la mia intentione; e li detti due Capellani sijno eletti, vno della Magnifica Communità della Terra &c., e l'altro del Signor G.S. e voglio, che le
2 Capellanie sijno à modo di Iuspatronato. † Ex qua dispositione oriuntur sequentes difficultates. 1. An Capellani electi vt supra teneantur se præsentare Episcopo, & an Episcopus possit, se aliquo modo immiscere in istis Capellanijs. 2. An eligendus ad dictas Capellanias debeat esse actu Sacerdos, vel saltem infra annum ordinandus, vel sufficiat esse Clericum, in habitu incedente & tonsura, & 14. annum attingentem, qui alium eligat ad Missas celebrandas 3. An ita electi sint ad nutum amouibiles. 4. An Capellani isti ex onere Capellaniæ recitare teneantur Diuinum Officium; ita vt si eligatur Clericus, qui per alium satisfaciat, teneatur ipse ad pensum Diuini Officij.

3 Ad primum Respondeo † Capellanum electum ad supradictam Capellaniam nullo modo teneri se præsentare Episcopo, nec in ijs, quæ ad dictam Capellaniam spectant posse Episcopum aliquo modo se immiscere, sed quidquid spectat ad dictas Capellanias à solis laicis patronis, inscio Episcopo potest tractari, & expediri, probatur hac vnica ratione. Istę Capellaniæ sunt merè laicales, non Ecclesiasticæ, sunt enim constitutæ de bonis laicalibus, sine vlla scientia Episcopi, & absque vlla dependentia ab illo; ergo electus non tenetur se præsentare Episcopo, nec Episcopus in illis se potest immiscere; Nam laicales non pertinent ad Episcopum, ita Guido Pap. quæst. 187. num. 2. Tolosan. cap. 11. n. 10. ad fin. vers. si verò, quos sequitur Gonzales ad 8. Reg. Cancell. Gloss. 5. num. 28. 29. & 35. Monet. de decim. cap. & quæst. 9. num. 21. & plures refert Garzias de benef. part. 5. cap. 2. à num. 12. & Petrus Gregor. in Institut. rei benef. cap. 12. quos refert, & sequitur Barbosa de officio, & potestate Episcopi par. 3. alleg. 157. num. 142.

5 Ad secundum aliqui † respondent, eligendum ad istas Capellanias debere esse actu Sacerdotem Barb. cons. 33. Incipit scripsit Psalmista num. 6. & 7. Rochus de Curt. De Iure patr. verbo honorificum num. 21. Decius cons. 129. nu. 5. Lamberti, de iure patron. lib. 2. part. 1. quæst. 7. punt. art. 27. num. 1. & seq. Ripa in l. ex facto num. 31. ff. de vulg. Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordi. col. 246. versu notabile est, Guttierez. cons. 1. num. 11. & iterum cons. 2. Spino in specul. Glos. 4. princ. num. 68. cum seq. qui asserit de iure communi posse sustineri quod sufficiat eligere eum, qui possit infra annum ordinari; at ratione dispositionis testatoris requiri, quod sit Sacerdos actu, quia requiritur quod actu celebret, & probatur.

6 Primò qualitas † adiuncta verbo debet verificari, & regulari secundùm tempus verbi, l. in delictis §. si extraneos ff. de noxal. l. Titius ff. de test. milit. Cùm ergo testator requirat, quod Capellani celebrent actu, debent etiam esse actu Sacerdotes.

7 Secundò quotiescunque † in fundatione præcipitur, quod eligatur Sacerdos, non potest eligi, qui non sit Sacerdos Gloss. in cap. Si eo tempore de rescript. in 6. Rolandus à valle cons. 47. num. 59. lib. 1. Lamb. vbi supra; sed ex hac dispositione præcipitur, quod eligatur Sacerdos, quia, licet non exprimatur nomen Sacerdotis, intelligitur tamen tacitè, dum dicitur; quod celebret, non potest enim quis celebrare, nisi sit Sacerdos; Cùm igitur expressè velit testator Capellanum celebrare tacitè vult esse Sacerdotem, eadem autem est virtus taciti & expressi.

8 Tertiò quæcunque † pacta, & conditiones apponantur in fundatione Capellaniæ, vel beneficij, illæ sunt ad vnguem obseruandæ ex vulgatis iuribus, l. ex traditionibus ff. de pactis, Roland. cons. 62. num. 14. vol. 1. & in concessione feudi, Peccius cons. 88. num. 16. & 17. vol. 1. & in terminis nostris, præced. cons. num. 1. & 2. sed in fundatione huius Capellaniæ testator apposuit pactum, quod Capellanus celebret, idest, quod sit Sacerdos; ergo debet esse Sacerdos.

9 Quartò † ita fuit decisum per Dominos de Rota Romana in vna Roman. Capellaniæ 19. Martij 1586. coram Pamphilio.

10 † Quibus tamen non obstantibus puto contrarium magis esse verum, nempè dictam Capellaniam non esse Sacerdotalem, quæ scilicet necessario requirat, Clericum, qui de illa prouideri debet, esse

Sacerdotem, sed sufficere, quod incedat in habitu,
& tonsura qui postea alium deputet, vt oneribus
Missarum satisfaciat, quotidie celebrando, ita
Lappus allegat. 35. num. 2. & allegat. 117. Card.
in cap. de multa propè finem, versu quæro si habeas
de præb. Felin. in cap. Cùm omnes ante numerum
33. versu, & hoc procedit. Decius ibi in 2. lect. ante
fin. versu sed quando non esset necessaria de const.
Ferrett. cons. 112. D. Carolus in princip. lib. 1.
Sà in suis afforis. verbo beneficium nu. 28. & verbo
Residentia num. 12. Azor. par. 2. lib. 3. cap. 8.
quæst. 5. ad finem, Barbosa de officio, & potestate
Episcopi alleg. 24. num. 45. ad medium, vbi ex
11 † eo quod eiusmodi Capellani non tenentur resi-
dere, colligit suum dictum.

12 Sed ne quis in errorem labatur, † Noto varias
modos apponi in fundatione Capellaniarum, qui-
bus Capellani obligantur celebrare; qui etiam mo-
di, vel referuntur ad electionem Capellani vel præ-
scribunt qualitates, quas debet habere Capellanus
eligendus, vel referuntur ad exequtionem operis,
& oneris Capellaniæ, idest præscribunt qualitates
Capellaniæ, vt quod sit quotidiana, quod sit Ma-
nualis &c. nullo habito respectu ad Capellanum
eligendum; Clarius infra totum explicabitur. Modi
igitur, qui apponuntur in fundationibus Capella-
niarum, sunt multi, neque omnes ego recensebo;
sed tantum aliquos ad instar quorum cæteri cogno-
scentur. Aliquando ergo exprimitur in testamen-
tis, quod eligatur Sacerdos, qui quotidie celebret,
aliquando autem; eligatur Capellanus, qui quotidie
celebret, & aliquando eligatur Sacerdos, vel Capel-
lanus, qui quotidie per seipsum celebret; Aut eli-
gatur Capellanus, vel Sacerdos, qui per seipsum, vel
per alium celebret. Qui modi in dispositionibus
possunt considerari, vel in ordine ad electionem,
vel in ordine ad exequtionem si considerantur in
ordine ad electionem, idest quatenus positi sunt à
testatore in testamento ad demonstrandum, quis
debeat esse eligendus.

13 Dico quod, † quotiescunque habetur iste modus
dicendi. Eligatur Sacerdos, vel eligatur Præsbyter,
debet esse actu Sacerdos eligendus, quod si adderur
etiam, qui celebret, & ita disponatur, eligatur Sa-
cerdos, vel Præsbyter qui celebret, clarior erit
dispositio, & eligendus debet omninò esse Sacer-
dos; & ratio est, quia hæc videtur esse meas dispo-
nentis, quæ censenda est conformari dispositioni
iuris, ita docet Mandos tract. annal. num. 8. Dec.
in cap. cum in cunctis §. inferiora num. 22. de
Iudic. & cons. 129. incipit pro tenui num. 5. Re-
buffus in repet. cap. extirpandæ §. qui verò not. 2.
de præb. Spino de test. Glos. 4. num. 67. Guttierez
cons. 1. num. 11. & cons. 2. per totum Garzias de
Benef. par. 7. cap. 1. à num. 58. Moneta de com-
mut. cap. 10. num. 145. Campan. in diuers. Iuris
can. Rubri. 7. cap. 6. num. 10. quod est intelligen-
14 dum etiam quando consuetudo † vel statutum ha-
bet, quod prouisus de Capellania sit Sacerdos,
etiamsi in dispositione dicatur tantum, quod eliga-
tur Capellanus, & non dicatur, quod sit Sacerdos,
adhuc enim eligendus debet esse Sacerdos, Zec-
chius de Repub. Eccles. de beneficiarijs numer. 4.
notab. vlt. Tuscus Practi. conclu. littera B. concl.
57. Quod si in dispositione dictum sit, eligatur Ca-
pellanus non est necesse, quod sit Sacerdos, etiam
15 si addatur; Eligatur Capellanus, qui celebret; licet
aliqui sentiant, quod debeat esse Sacerdos, qui est
eligendus, quia demonstrat onus, non signat quali-
16 tatem, Sed cùm supra diximus † verba constitu-
tionis Capellaniæ aliquando referri ad electionem,
aliquando ad exequtionem; hic modos ponamus
vtriusque, Verba institutionis, quæ feruntur in ele-
ctionem sunt huiusmodi. Eligatur Sacerdos; quæ
verò feruntur in exequtionem sunt huiusmodi;
eligatur Capellanus, qui celebret. In primo enim
casu qualitas Sacerdotij requiritur in electione, &
ideò eligendus necessario debet esse Sacerdos; in
secundo verò non requiritur in electione; sed tan-
tum demonstrat onus, quod est iniunctum electo.

17. Dico ergo † si in fundatione ita disponatur. Eli-
gatur Sacerdos, vel Præsbyter, necessariò, eligen-
dus debet esse Sacerdos, imò debet esse actu Sa-
cerdos ratio est quia ista est mens disponentis
mens autem clara testatoris, & disponentis est
omninò seruanda, & ita tenent Mandosius in tract.
annal. num. 8. Decius in cap. cùm in cunctis §.
inferiora num. 22. de Iudic. & cons. 129. incipit
pro tenui num. 5. Rebuff. in repetit. cap. extir-
pandæ §. qui vero not. 2. de Preb. Spino de test.
Gloss. 4. num. 67. Perez l. 1. versu notabile etiam
est dubium tit. 6. lib. 1. ordinat. Gutticrez cons.
1. num. 11. cons. 2. per totum, Garzias de benef.
par. 7. cap. 1. à num. 58. Moneta de commutat.
cap. 10. nu. 145. Campanil. in diuers. Iuris canon.
rub. 7. num. 10. & regula est sæpiùs canonizata in
Rota, quod, quando verba respiciunt actum præ-
sentationis, vt præsentetur Præsbyter, tunc præ-
sentandus debeat esse actu Sacerdos. Intelige
tamen, quod actu Sacerdos intelligatur etiam ille,
qui licet tunc, cùm præsentatur non est actu Sa-
cerdos, infra annum tamen debet ordinari Sacer-
18 dos; quia proximè † accingendus pro accinto ha-
19 betur, & etiam, quia dispositio hominis est † intel-
ligenda iuxta dispositionem iuris, ex Bartol. in l.
hæredes mei §. cum ita num. 4. ff. ad Trebell. Af-
flictus decis. 44. num. 20. Decianus cons. 18. num.
20. lib. 1. ex dispositione autem Iuris sufficit, quod
20 prouidendus de † beneficio, quod habet annexũ
Sacerdotale beneficium, infra annum possit insi-
gniri ordine requisito, per cap. cùm in cunctis de
elect. & Clem. Generale; de ætat. & qualitat. &
Trident. sess. 22. de reformat. cap. 4. & sess. 24.
pariter de reformat. cap. 12. Ita teneat contra
alios Lambert. de Iure patron. prim. par. lib. 2.
fol. 79. quæst. 7. princ. art. 27. à num. 1. Rolandus
cons. 49. num. 6. vol. 1. Spino in specul. test. Glos.
4. princip. num. 68. Flaminius de rassig. lib. 3. art.
9. num. 3. Ceuall. comm. contra communes quæst.
693. num. 9. cum seq. Gerunda de priuilegio: seù
exempt. explicat. num. 1172. Gonzal. ad reg. 8.
cancellariæ Gloss. 5. in princip. num. 74. & à num.
804. qui etiam affert decisionem Rotæ Gratian.
disceptat. forens. cap. 133. num. 2. cum seq. Qua-
ranta in summa Bullar. par. 2. verbo seruitium
Capallaniæ, Perez de Lara de Capellan. lib. 2. cap.
21 5. num. 16. † quod tamen verum est, si testator
requirat præsbyteratum per verba affirmatiua, seù
mixta incipiendo ab affirmatiuis; si vero vtatur,
vel incipiat à negatiuis, tunc debet esse actu Sacer-
dos; Verum item est, quod præsentandus debet
esse actu Sacerdos, cùm disponitur, quod eligatur,
vel præsenretur Sacerdos, nec sufficit, quod intra
annum possit ordinari, si ita dispositionem inter-
pretetur statutum, vel consuetudo, & hæc, quando
qualitas Sacerdotij requiritur in præsentatione, vel
22 in electione; Si verò dicatur eligatur † Sacerdos,
vel Capellanus, qui celebret; Variant Doctores, an
necessariò debeat esse Sacerdos eligendus, vel præ-
sentandus; Aliqui contendunt debere esse actu

Sacer-

23 Sacerdotem, † quia illa particula, vel, afferunt, stare
declaratiuè; Capellanum, vel; idest Sacerdotem; &
quod dictio, vel, stet declaratiuè, tenent Curtius iu-
nior cons. 145. num. 12. Bart. per text. ibi in l. vbi
pactum num. 1. C. de transact. Bald. in cap. Pasto-
rali post num. 3. de concess. possess. Bellam. cons.
96. num. 16. vol. 1. Rebuffus in l. 37. in fin. versu
notatæ ff. de verbor. signifi. Osasc. decis. pedo. 89.
num. 4. Menoch. consi. 347. num. 19. & alij, sed ego
puto, non esse necessarium, esse Sacerdotem, quia
particula, vel, stat alternatiuè, vt significare docent
Doctores in cap. inter cæteras de rescriptis; neque
stat declaratiuè, nisi quando est posita inter duas
dictiones idem significantes, seù inter duo idem
significantia.

24 Si verò † dispositio non referatur ad electionem
vel præsentationem, sed qualitas Sacerdotij requi-
ratur tantum in executione; vt si dicatur eligatur
Capellanus qui celebret, vel eligatur vel præsente-
tur Sacerdos qui celebret; tunc Capellania non est
actu Sacerdotalis; sed sufficit, quod eligendus ince-
dat in habitu, & tonsura in ætate 14. annorum est
contra Perez l. 1. Gloss. 2. versu notabile etiam est
dubium tit. 6. lib. 1. ordinat. Quintanad. Ecclesiast.
lib. 4. num. 67. Guttier. cons. 1. num. 11. & cons.
2. num. 15. Roderi. qq. regular. tom. 2. quæst. 122.
art. 2. ad finem asserentes esse actu Sacerdotalem;
& contra Spino de test. Gloss. 4. num. 68. Ceuallos
citata quæst. 693. num. 6. Parlado. diff. 120. à nu.
74. asserentes non actu; sed aptitudine esse Sacer-
dotalem. Nostra tamen sententia vera est, & quia
de isto modo disponendi est quæstio. Ideò

Probatur primò, quia disponentes quando volunt
Capellaniam esse Sacerdotalem, disponunt, quod
eligendus sit Sacerdos. Secundò eligendo non Sa-
cerdotem satisfit menti disponentis, quæ est quod
eligatur, vel præsentetur Capellanus. Tertiò dis-
ponens censendus est se conformare dispositioni
iuris, nisi aliud expræsse demonstret, & nisi consue-
tudo sit in contrarium, Bald. in l. Precibus num.
44. C. de impub. Aymon. cons. 25. num. 15. Roias
de success. cap. 30. à num. 11. Gutieres cons. 18.
num. 7. Mohedan. decis. 18. de causis possess. Cæsar
de Grassis decis. 1. num. 3. & 2. num. 7. de iure
patronat. Puteus decis. 197. de Iure autem com-
muni huiusmodi Capellaniæ conferuntur Clericis
14. annum attingentibus, & incedentibus in habi-
tu, & tonsura, quia sunt veluti beneficia simplicia,
quæ nullam requirunt personalem residentiam, ad
quæ obtinenda sufficit Clericatus cum tonsura, &
ætas 14. annorum iure nouo Concil. Trident. sess.
23. cap. 6. de reformat. & ad ista de iure antiquo
satis erat ætas septem annorum, Gloss. penult. in
25 cap. inordinata de rescript. in 6. † imò ætatem 14.
annorum non esse necessariam in Capellanijs, quæ
sunt fundatæ sine Episcopo, vel superioris licentia,
eo auctoritate, in quibus succedunt Clerici de pa-
rentela, vel conferuntur à patronis laicis, refert de-
cisum Gonzales ad 8. reg. Cancellariæ Gloss. 5. nu.
27. & ad Capellanias constitutas sine auctoritate
Episcopi posse præsentari merè Laicos censerique
merè Laicas, docet ex alijs Barbosa in additioni-
bus ad allegat. 70. part. 3. de offic. & potest. Epi-
scopi num. 33. Cum ergo talis sit nostra Capella-
nia, non solum non est Sacerdotalis sed potest con-
ferri etiam merè Laico.

Tandem de omnibus Capellanijs supradictis res-
pondit Sacra Congregatio Concilij interpretum
hoc modo in vna Pistoriensi. Item Episcopus non
potest compellere obtinentem Capellaniam, vt
ipsemet celebret, licet in eius fundatione dispona-
tur, quod Capellani celebrent, vt alias declarauit;
Item. Si fundatio Capellaniæ esset sub his verbis,
quod Capellanus debeat celebrare diuina officia
die, noctuque, sicut cæteri Capellani faciunt. An
iste debeat esse Præsbyter, Congregatio censuit ex
his verbis positis in fundatione huius Capellaniæ
non inferri necessario, quod Capellanus debeat esse
Præsbyter, quia istis oneribus Missarum &c. rectè
per substitutum satisfit. Referuntur ex Quaranta
verbo seruitium Capellaniæ; nec obstant quæ in
principio in oppositum adducta sunt.

26 Ad P. † respondetur, qualitatem adiunctam
verbo debere verificari secundum tempus verbi,
esse verum, si qualitas respiciat præsentationem, vel
electionem, non verò, si executionem, quam regu-
lam sequitur Rota in decidendo, vt visum est, &
refert Barbosa de offic. & potest. Episcopi par. 3.
alleg. 24. num. 29. Cùm ergo in casu nostro signi-
ficet executionem, non electionem non est atten-
denda. Secundò dico verificari, quia non exigitur,
quod eligatur Sacerdos, sed Capellanus eligitur
Capellanus, qui celebrat per se; vel per alium iuxta
dispositionem iuris, ad reliqua ex his patet.

27 Ad decisionem † Rotæ allegatam dico nihil fa-
cere contra nos, nam anno 1589. 23. Ianuar. Do-
mini ab illa recessere, cùm iterum ageretur de ea-
dem causa, de qua actum fuerat 19. Maij 1588. eius
verba sunt. Domini, attenta resolutione Illustris-
simorum Dominorum Sacri Concilij Interpretum
in causa Pistoriensi, quod præsentandus non debeat
necessario esse Præsbyter, eo quòd in fundatione
dicatur Capellanum debere celebrare Diuina offi-
cia, quia iuxta Lappi allegat. 35. nisi expresse ca-
ueatur, quod per seipsum hoc agat, satis censetur
prouisum voluntati testatoris, si per alium diuina
officia celebrare faciat, ad regulam, qui per aliû &c.
recesserunt à resolutis, & dixerunt Capellaniam
non esse Sacerdotalem, quia ex verbis fundatoris
non adstringitur Capellanus ad deseruiendum Ca-
pellæ in Diuinis Officijs, & ad Missas celebrandas
per seipsum, & cùm simus in beneficio simplici, in
quo ex Generali quadam totius orbis consuetudine
non requiritur residentia; vt post Cardinalem, tra-
dit Imola in cap. final. num. 9. de Cler. non resid.
sufficit, quod deseruiat per alium, & pluries hoc te-
nuit Rota, vt in vna Luccana Capellaniæ 13. De-
cemb. 1593. in qua hoc extat memoratu dignum;
Quod quidquid forrasse alias dixisse licuit, hodie
nullo modo videtur hæsitandum stante declaratio-
ne Sacræ Congregationis; sequitur Gonzal. ad 8.
reg. Cancella. Gloss. 3. num. 82. & extat etiam alia
declaratio facta in vna Tirasonensi Capellaniæ 9.
Iulij 1603. Coram Sacrat.

28 Supposito, † quòd Capellania aliqua sit Sacer-
dotalis, quia in fundatione disponitur, quòd eli-
gendus, vel præsentandus sit Sacerdos; & ideò non
Sacerdos, iuxta tradita, non possit eligi, si
prætereà addatur, quod per se ipsum celebrat. v. g.
ita formetur dispositio. Eligatur sacerdos, qui per
se ipsum celebrer potest ne per alium satisfacere?
respondeo; vel illa particula per se ipsum, ponitur,
ideò, quia ratione bonitatis personæ electæ, vel
alterius circumstantiæ disponens vult ab eo cele-
brari, & tunc dico, omninò per se ipsum tantùm
sacerdotem debere celebrare, si verò nullo parti-
culari respectu id est additum; non improbabiliter
posse defendi puto etiam per alium posse satisfieri,
ad regulam, qui per alium facit. Si verò addatur
per se ipsum solum, non per alium, vel quid simile,

 puto

puto per se ipsum teneri satisfacere, quia, vbi est
clara mens disponentis, tollitur ratio aliter inter-
29 pretandi eius dispositionem. † Si verò in disposi-
tione addatur, celebret quotidie per se ipsum
poterit ne aliquando vacare? Videtur esse claram
hanc dispositionem nullam admittere vacationem,
quia mens disponentis est clara, quod quotidie
celebretur. Attamen puto diligenter esse conside-
randa verba dispositionis; nam si hoc modo for-
metur eligatur sacerdos, qui quotidie celebret;
non obstante, quod in dispositione dicatur, quod
quotidie celebret, puto adhuc posse dari aliquam
vacationem ob honestatem, & reuerentiam; potest
enim fieri, quod aliquando sacerdos non sit debitè
dispositus; eo tamen die, quo ad suum altare non
sacrificat, non potest in alio sacrificare; quando
enim est dispositus ad Missam faciendam, illam
tenetur facere in altari, ad quod obligatur, & va-
catio conceditur ob reuerentiam, & honestatem;
si verò obligatio dirigitur ad altare, v. g. volo,
quod quotidie Missa dicatur ad altare Sancti Fran-
cisci, Sancti Rocchi &c. aut ita. Volo, quod mei
hæredes teneantur quotidie facere celebrare Mis-
sam ad altare Sancti Francisci, tunc dispositio nul-
lam admittit vacationem, & quando deputatus
sacerdos non potest supplere debet per alterum
satisfieri, & ad hoc tenentur hæredes; ratio est quia
in loco nulla potest contingere in dispositio vt in
Capellano, P. docet D. August. relatus de consecrat.
dub. 2. cap. quotidie, Abbas in c. significatum de
præbendis; & cap. consuluit de celeb. Missar. Sil-
uester verbo Missa 1. quæst. 7. §. vlt. Tabienn.
eodem titulus nu. 44. Armilla nu. 28. & alij apud
Fraxinell. de obligat. sacerdot. sect. 4. conclus. 3.
§. 2. nu. 2. Secundo docet Nauarrus tom. 1. cons. 6.
num. 3. lib. 3. de præben. & alij apud eundem
Fraxinell. §. 3. & ratio istius est, quia cùm vsus
omittendi sacrum semel in hebdomada originem
traxerit ex capite significatum vbi id conceditur
ex causa honestatis, & maioris deuotionis, sequi-
tur, quod cessante hac causa, cessat etiam conces-
sio, quæ dependet ex illa; ad quod debent aduertere
sacerdotes; Non est tamen negandum sacerdotem
obligatum quotidie pro alijs celebrare, posse ali-
quoties in anno vt quater, vel sexties, & fortasse
etiam sæpiùs, pro se ipso, vel pro aliquibus sibi val-
dè coniunctis, ad specialem aliquam gratiam obti-
nendam, vel pro anima sui patris; vel matris, vel
carissimi sui amici, vel benefactoris celebrare; quia
probabiliter præsumi potest in disponente ista in-
tentio, essetque nimis graue onus, si obligationem
naturalem, & charitatem in se ipsum, in parentes,
& maximè coniunctos, & benefactores dispositio
talis omninò adimeret. Scot. quodlib. 20. & ibi
30 Liebetus † Quod si sacerdos obligatus celebrare
quotidie infirmitate detineat, & diutius abstineat
à celebratione, eleemosina careat; quod si per
annum saltem celebrauerit, & verè per mensem
infirmitate fuerit impeditus Episcopi iudicio inte-
gram eleemosinam percipiet. Conc. Prouinciale
Mediolanense 7. tit. de Missis §. sacerdos qui
Missas.
31 Quando † autem obligatus celebrare teneatur
applicare sacrificium, colligitur vel ex mente ex-
pressa, cui standum est, vt si disponens dicat pro
anima sua, pro salute sua &c. vel etiam ex qualitate
stipendij, si de mente non constet, attenta tamen
ratione temporum, quando Capellania fundata est;
nam vno tempore Capellania cum redditu triginta
aureorum fert onus applicationis, quæ alio tempo-
re fundata illud non sustinet, neque cum redditu
32 quadraginta. † in dubio præsumitur Capellania
33 cum onere applicandi; † Quod tamen onus, nisi
expressè indicetur, non est iudicandum impositum
sacerdotibus, qui celebrant diebus festis in Orato-
rijs Confratrum, quia censentur id facere tantùm,
vt illud commodum habeant; limita tamen, nisi ex
qualitate eleemosinæ colligeretur exigi etiam
applicationem, quia tunc puto omninò applicatio-
34 nem esse faciendam ad mentem ipsorum. † An
autem celebrare obligatus ad vnum altare, vel in
vna Ecclesia satisfaciat celebrando in alia, alibi
fortasse dicetur; pro nunc sufficiet hæc distinctio,
vel obligatio celebrandi est magis principaliter ad
honorem altaris, vel Ecclesiæ, vel ad commoditatē
populi, & tunc puto non satisfieri alibi celebrando;
vel est magis principaliter pro salute animæ, & tunc
puto satisfieri, quando autem sit magis principali-
ter pro vno, vel pro alio hoc colligitur, & disposi-
tionibus; & peccabit mortaliter non celebrando in
loco designato, quando tenetur magis principaliter
altari, Ecclesiæ, & ad partem redditus tenebitur
correspondentis obligationi locali, quod si obliga-
tio sit tantùm pro commoditate populi, qui alibi
celebrat tenetur restituere totum, quando verò
pro anima; ad nihil quia satisfecit animæ suffragijs
ideò non tenetur, non satisfacit loco ideò restituat,
Doctores refert Diana de celebrat. Miss. res. 29.
35. Tandem † si Capellanus infirmitate detentus
esset ordinatus ad Capellaniam vt ad titulum
patrimonij, & non haberet aliunde, vnde aleretur;
puto, licet diutius ægrotaret, fructibus Capellaniæ
non esse priuandum.
36 Ad 3. difficultatem, † Nempè, an prouisus de
dicta Capellania possit ad nutum amoueri à Patro-
no? Respondeo, ex verbis institutionis colligi esse
Capellaniam Manualem, & ideò de illa prouisus
posse amoueri, nam verba dispositionis non sonant,
quod Capellaniæ administratio tribuatur Capella-
nis; sed patrono. Ecce verba: Acciò del reddito
di quattro milla scudi si mantengano due Capella-
ni, i quali siano obligati &c. 2. disponens, nisi clarè
constet contrarium, videtur se conformare consue-
tudini Ecclesiæ, in cuius fauorem disponit, Bald. in
l. precibus num. 44. C. de impub. Aymo cons. 25.
nu. 15. Royas de successi. c. 30. à nu. 11. Guttier.
consil. 18. nu. 7. Moheda decis. 18. de caus. poss. &c.
vtsupra; In prædicta autem Ecclesia omnes aliæ
Capellaniæ sunt Manuales. 3. electus, & prouisus
de tali Capellania non potest ordinari ad eius titu-
lum, ita Gonzales Glos. 5. cit. num. 31.
37 Ad 4. † An de tali Capellania prouisus teneatur
persoluere diuinum officium dum non est sacris
initiatus. Respondeo non teneri; quia non est
beneficium Ecclesiasticum, ita Gonzales loc. cit.
num. 30. & instruct. conscient. p. 2. c. 93. Spin. de
test. Glo. 4. prin. nu. 42. post Nauar. quem allegat,
& ita videtur quæsitis satisfactum.

S V M M A R I V M.

1 *Facti species.*
2 *Dies festos debere aliquos indici, est de iure diuino, quod verò tales, & tales de iure Ecclesiastico.*
3 *Festum diei dominicæ potest ab Ecclesia in alium transferri.*
4 *Determinare dies festos spectat ad Ecclesiam, & ad sæculares, sed diuersimode, vt indicentur in honorem Dei, & pertinent ad religionem Ecclesiæ, vt in ciuilem honorem, ad sæculares*

5 Violans

5 *Violans dies festos indictos ab Ecclesia peccat contra religionem; indictos autem à sæculari non item.*

6 *Dies festos in toto orbe indicit, & abrogat Summus Pontifex, & Concilium generale; in sua autem diœcesi Episcopus cum populo de iure communi, de consuetudine tamen Episcopus cum Capitulo.*

7 *Difficultates soluendæ.*

8 *Licentia laborandi diebus festis à sæculari solo indictis ab eo est petenda solo, non ab alio.*

9 *Violantes dies festos ab Ecclesia indictos puniuntur tàm à sæculari, quàm Ecclesiastico, & datur præuentio fori.*

10 *Obtenta ab Ecclesiastico licentia laborandi diebus festis ab Ecclesia indictis, licet pro eorundem obseruantia à sæculari fuerit addita pœna, nec ab eo obtenta licentia, neque tamen qui laborat potest puniri; si tamen sæcularis pœnam indicat, vt ijdem dies festis obseruentur, eo modo, quo ab eo possunt præcipi non obtinentes facultatem laborandi, etiam ab ipso possunt puniri.*

11 *Licentia laborandi diebus festis est concedenda in scriptis ab Episcopo, vel a deputatis ab illo; Nec spectat ad Archipresbyterum illam concedere, sed ad Vicarium, etiam forensem.*

12 *Quædam opinio, quæ non probatur.*

13 *Respondetur 3. difficultati.*

14 *Consuetudo determinat, quando incipiat, & desinat dies, si tamen sit rationabilis.*

15 *Quando festus dies incipiat, vel desinat, declarare spectat ad illum, ad quem spectat indicere.*

16 *Pro licentia laborandi in die festo nihil potest exigi, si labor est omninò necessarius, si adsit aliqua dispensatio, potest; quod tamen exigitur est impendendum ab eo cui conceditur licentia in aliquod opus pium.*

17 *Ex dictis colligitur responsio.*

Magistratus sæcularis quoad obseruantiam dierum festorum puniens violantes.

I X.

1 Magistratus † sæcularis indixit pœnam duodecim aureorum qualibet vice soluendorum à violantibus obseruantiam dierum festorum. Titius, facultate obtenta ab Episcopo, vel alio Ecclesiastico, ad quem spectat, sub initium noctis diei festi incipit laborare; defertur sæculari potestati, vel magistratui, quo ad exactionem pœnæ indictæ procedit, eo quod non petita ab ipso facultate laborauerit, obstat Episcopus, & Ecclesiasticus, minatur censuras, si vlterius procedatur asserens non teneri laicum à laico magistratu talem petere facultatem. Addit Titius se non violasse diem festum cùm laborare inceperit sub initium noctis diei: quæritur quid iuris.

2 Quod † aliqui dies sint festi, hoc est de iure diuino; sabbata sanctifices; quod autem tales, & tales dies sint festi, hoc est, quid morale, estque de iure positiuo, ita vt alio iure, vel consuetudine legitimè
3 introducta, possit fieri, quod dies † Dominicus in alium diem transferatur; communiter docent
4 Doctores contra Angelum, & Siluestrum; † hos autem dies determinare spectat ad Ecclesiasticos, & sæculares; sed diuersimodè; Ecclesiastici enim determinant dies festos, vt sacros, & præcipiunt in ijs Missæ auditionem, & alia opera religionis ad cultum Dei spectantia; laica autem potestas non potest quid sacrum, vel religiosum præcipere, c. cum laicis de rebus Ecclesiast. non alienand. & c. deuouimus de Iudit.; sed potest dies festos indicere prætextu ciuilis honoris, vel alio titulo, & tunc non præcipit actus religionis &c. sed tantùm, vt à seruilibus operibus abstineatur, & forensib. & ciuilibus negotijs cessetur: potest etiam transgressoribus irrogare pęnam, quia legislator eam potest
5 indicere suam legem violantibus. † Est autem differentia, quod violantes dies festos ab Ecclesiasticis indictos peccant contra religionem, violant honorem Dei, violantes autem indictos à sæcularibus non item, vide Siluestrum verbo Dominica. Emanuel Sà verbo festum, Azor. to. 2. lib. 1. c. 26. Suarez de Relig. to. 1. tract. 2. lib. 2. c. 11. pos-
6 sunt † autem ex Ecclesiasticis indicere, & abrogare dies festos, S. Pontifex, Concilium generale in toto orbe christiano; in sua autem diœcesi Episcopus cum consensu cleri, & populi, Sanchez in opere morali lib. 2. c. 43. numer. 11. Suarez vbi supra Clauis Regia lib. 7. c. 3. nu. 16. Sà verbo festum, Angelus verbo feriæ nu. 5. & alij, & habetur in c. pronuntiandum de consecr. dist. 3. quod ab aliquibus nimis extorquetur, dum conantur asserere non requiri consensum populi, construentes hoc modo, Indicti ab episcopo, simul cum populo obseruentur; sed vide lector manifestam fieri vim textui. Ecce verba festiuitates, quas singuli in suis Episcopatibus simul cum populo collaudauerint; vt clarè loquitur. Verùm tamen est, quod consuetudo obtinuit, solùm Episcopum cum clero hoc posse, Azor. 2. p. lib. 1. c. 26. potestque, & nouos dies festos indicere, & indictos abrogare; Intellige tamen indictis à se, non à Papa, vel alio superiore, quia eorum legibus non potest derogare. His præmissis pro solutione facti præmissi, ac propositi videndum est.

7 P. An † magistratus sæcularis possit indicere pœnam non seruantibus dies festos. 2. an obtenta licentia ab Episcopo, vel alio Ecclesiastico, ad quem spectat dare, nisi etiam petatur à sæculari laborandi in die festo, possit sæcularis procedere ad exactionem pœnæ. 3. An Episcopus dato, quod magistratus sæcularis procedat ad exactionem pęnæ, possit contra ipsum procedere per censuras &c. 4. quando incipiat dies festus, & quando finiatur; an à primis vesperis, an à media nocte, vel à principio noctis.

8 Sed † antequam vlterius procedam vnum annoto, vt puto indubitatum, nempè, quando dies est indictus festus à solo magistratu sæculari, non autem ab Ecclesiasticis, si qui reperiantur sine debita facultate violantes, quam sæcularis magistratus debet impertiri, ab eodem magistratu esse puniendos, nec in istis possunt Ecclesiastici aliquo modo se immiscere: ratio est quia sunt quædam feriæ à seculari potestate indictæ, earum ergo etiam obseruantiæ exactio ad seculares pertinet. Tota ergo difficultas est de festis ab Ecclesia indictis, quia eorum obseruatio ad religionem pertinet, circa quam nihil videtur posse sæcularis magistratis.

9 Ad † primum ergo dico tàm sæculares, quàm Ecclesiasticos posse procedere contra violantes dies festos ab Ecclesia indictos, patet ex constitut. Pij V. incipit: cùm primum, sub dat. Romæ kal. April. 1566. ibi. Qui verò in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit præter diuinam vltionem, & amissionem animalium, quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pęnas incur-

rat

rat arbitrio noſtro, ſeù vicarij noſtri in Vrbe, in alijs autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum magiſtratum, ita vt præuentioni locus ſit &c. licet ergo punire violantes dies feſtos tàm ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis, & in iſtis puniendis datur præuentio fori, & hoc procedit, cum nulla habita facultate ab Eccleſiaſtico deprehenduntur dies feſtos violare, & nulla eſt impoſita pœna à magiſtratu ſæculari.

10 Ad ſecundû, † an habita facultate laborandi ab Eccleſiaſtico, non à magiſtratu ſæcularis, ſi quis laborare deprehendatur, poſſit à ſeculari puniri.

Ad hoc reſpondeo, vel magiſtratus ſæcularis nullam pœnam indixit laborantibus die feſto, vel aliquam pœnam indixit; ſi nullam pœnam indixit, puto nullo modo poſſe puniri laborantem, ab eo non habita facultate, & puto in hoc caſu procedere tradita per Duardum in bullam Cœnæ lib. 2. c. 17. quæſt. 3. & 4. Bellet. diſquiſ. cleric. p. 1. tit. de fauore clericali reali §. 5. num. 89. Homobo. de bonis exam. Eccl. p. 3. trac. 15. c. 7. q. 17. reſp. 3. vel pœnam indixit ſæcularis, vel magiſtratus, & hoc adhuc in duplici caſu; vel dies feſtus, qui violatur, eſt inductus ab Eccleſia, & pœna addita à poteſtate, vel & dies indictus à magiſtratu ſæculari, & pariter pœna indicta; ſi dies eſt indictus feſtus, & pœna ſimul adiuncta à ſæculari magiſtratu, puto quacunque facultate habita ab Eccleſiaſtico, violantem huiuſmodi feſtum diem à magiſtratu, & poteſtate ſæcularis poſſe puniri; ratio eſt, quia obſeruantia horum feſtorum, ſicuti non ſpectat ad Eccleſiaſticum indicere, ita neque ad illum relaxare, ſed ſicuti totum pertinet ad ſæculares, ita etiam ad ipſos ſpectat facultates concedere, & violantes punire; tota difficultas eſt, quando dies feſtus eſt indictus ab Eccleſia, & pœna addita à ſæculari, an tali caſu, ſi quis deprehendatur à laica poteſtate violare diem feſtum, poſſit ab eadem puniri ad pœnam, licet obtinuerit facultatem laborandi ab Eccleſiaſtico, ſed non à ſæculari, in qua re duo ſunt decidenda. P. an pœna poſſit imponi. Secundò an poſito quod pœna non ſit impoſita à ſæculari ab eo poſſit puniri; & de ſecundo non eſt dubium meo iudicio, quia cùm obſeruantia diei feſti quatenus ab Eccleſia præcipitur, ſpectet ad religionem, circa quam nihil poteſt magiſtratus ſæcularis, vt ſupra dictum eſt, ſequitur etiam, quod facultas laborandi illis diebus ſit tribuenda ab eo, qui poteſt indicere, & indixit vacationem: Cùm igitur facultas laborandi ſit habita ab eo, ad quem ſpectat concedere, nec quidquam poſſit circa ea, quæ pertinent ad religionem, ſæcularis, ſequitur, quod non poſſit punire eum, qui cum tali facultate laborat. Ad primum dico; vel pœna à magiſtratu ſæculari eſt impoſita, vt dies feſtus ſeruetur, quatenus ab Eccleſiaſtico eſt præceptus, vel quatenus præcipitur ab ipſomet ſæculari eo modo quo ſuprà diximus ab eo poſſe præcipi; ſi primo modo, violans diem feſtum abſque licentia magiſtratus ſæcularis habita tamen licentia ab Eccleſiaſtico, à ſæculari non poteſt puniri, quia ad ipſum non ſpectat indicere obſeruantiam talis feſti, ergo neque ipſam relaxare, ergo neque punire; & licet in ſupradicta conſtitutione ſæcularibus concedatur punire violantes, hoc tamen ſemper verum eſt, dummodo facultas laborandi ab Eccleſiaſtico non ſit obtenta, nec eius poteſtas vlterius extenditur; ſi autem pœnam indixit, vt dies feſtus ab Eccleſia præſcriptus ſeruetur, etiam, quatenus à ſe ipſo præcipi poteſt, tunc puto poſſe procedere ad pœnam; ſi quis deprehendatur laborare habita facultate ab Eccleſiaſtico, & non ab ipſo ſæculari; quia relaxare obſeruantiam diei feſti, vt ab Eccleſia præcepti pertinet ad Eccleſiaſticum, quia etiam ad ipſum pertinet indicere, & tunc reddit tutum laborantem à peccato; at relaxare eandem obſeruantiam, vt à ſæculari præcipitur ad ſæcularem etiam ſpectat, & niſi ab eo facultas obtineatur, ab eo punietur, nec eſt nouum aliquid puniri duplici pœna; vt acceſſus ad monaſteria monialium punitur, & pœna ſpirituali ab Eccleſiaſtico, & corporali à ſæculari, & ſi quis deprehenſus fuerit ad crates monaſterij; licet munitus facultate Eccleſiaſtici, punitur à ſæculari. Effringentes Eccleſias puniuntur excommunicatione, & ſuſpenduntur à ſæculari; & ita de ſimilibus. Ratio autem eſt, quia ad illum ſpectat obligationem tollere, ad quem ſpectat imponere, nec obligatio, quæ imponenda eſt auctoritate ſæculari poteſt tolli ab Eccleſiaſtico, nec à ſæculari quæ ab Eccleſiaſtico, ergo ab Eccleſiaſtico.

11 Licentia † laborandi diebus feſtis ab Eccleſia indictis eſt concedenda ab Epiſcopo, & quando ipſe non poteſt adiri à deputatis ab ipſo, eſtque in ſcriptis danda, vt declarauit Sacra Congregatio 21. Auguſti 1615. quod ſi queratur an eandem facultas ſit concedenda ab Archipresbytero, vel à Vicario etiam forenſi; eadem Sacra Congregatio 18. Nouembris 1597. dixit pertinere non ad Archipresbyterum, ſed ad Vicarium etiam forenſem.

Dices in c. irreligioſa de conſecrat. diſt. 3. cura obſeruantiæ dierum feſtorum committitur Sacerdotibus, & iudicibus; Reſpondeo caput illud nihil habere magis, quam habeat conſtitutio Piana, vtrobique .n. ſæculari, & Eccleſiaſtico conceditur facultas puniendi violantes dies feſtos, niſi tamen ab Eccleſiaſtico facultatem laborandi obtinuerint, qua tamen obtenta nihil poteſt ſæcularis. Videantur de his rebus Couar. varia. lib. 4. c. 19. Fagundex in præcept. Eccl. lib. 3. &c. Nouiſſimè etiam Barb. de officio, & poteſtate Epiſcopi lib. 3. alleg. 105. num. 32. ad 43. & de officio Parochi cap. 16. per totum &c.

12 Vnum addam, † cùm in c. irreligioſa committatur tam ſæculari quam Eccleſiaſtico obſeruantiæ dierum feſtorum cura, quatenus etiam indicuntur ab Eccleſia, non improbabiliter poſſe defendi, ſi iudex ſæcularis pro iniuncti muneris executione pœnam aliquam indicat, poſſe transgreſſores punire ad pœnam, licet fuerit ab Eccleſiaſtico obtenta facultas; quia cùm vtrique committatur cura obſeruantiæ, cum pœna ſit indicta à ſæculari eius etiam relaxatio ab eo eſt obtinenda; Ego tamen non recederem à traditis ſupra, quia omnia, quæ conceduntur ſæcularibus pro tuenda obſeruantia dierum feſtorum, ſunt ad tollendos abuſus &c. ſed nullus poteſt culpabilis abuſus eſſe vbi eſt licentia Eccleſiaſtici, ad quem ſpectat concedere eam; ergo neque debet eſſe pœna; poteſt ergo punire, vbi non conceſſa facultas, & vbi eſt conceſſa non poteſt.

13 Ad † tertium patet reſponſio ex dictis; ſi enim ſæcularis punit in caſibus non permiſſis poteſt contra ipſum procedi; ſi autem in caſibus permiſſis non poteſt.

14 Ad † quartum, quando incipiat, & deſinat dies feſtus; Aloyſius Riccius in praxi p. 4. reſp. 384. num. 1. vult incipere à media nocte præcedentis diei ad mediam ſubſequentis, & iure communi alios à veſperis ad veſperas, vt patet manifeſtè ex c. 1. de ferijs omnes dies Dominicos à veſpera in veſperam cum omni veneratione decernimus obſeruari;

& de consecr. c. pronunciandum dist. 3. Ego tamen puto, cùm hoc sit determinandum de iure positiuo, standum esse consuetudini, quæ est optima legum interpres de consuet. c. cùm dilectus l. si de interpretatione ff. de legib. donec aliud declaretur Panor. in c. 2. de ferijs vbi est textus expressus, Tabienna verbo feriæ §. 46. Siluest. verbo Dominica qu. 2. D. Tho. 2. 2. qu. 81. num. 2. & tex. expressus etiam in c. vtinam 76. distin.

Quod tamen iuxta Siluestrum est intelligendum de consuetudine rationabili, vt videre est loco citato; nam alias non valeret: nam si consuetudo induceret quod tota nocte laboraretur, ita vt mane somno fessi missis, & alijs, exercitijs sacris non possent intendere, profectò non teneret, quia esset irrationabilis.

15 Ad † quem autem spectat declarare, quando incipiat, & desinat dies festus: dico, quod ad illum, ad quem spectat indicare; Illius enim declarare; cuius est & condere legem: si verò dies festi indicuntur ab Ecclesiastico, ab eo etiam est declarandum principium illius, & finis; si verò à sæculari iuxta tradita, ab eo pariter huius determinatio spectanda erit.

16 Pro † Coronide addo solutionem huius quæsiti, an concedens facultatem laborandi diebus festis, possit aliquid exigere. Respondeo aut licentia, quæ conceditur est omninò necessaria, quia adest omnimoda causa illam concedendi, vel habet annexam aliquam dispensationem, eo quod non subsit omnimoda causa; in 1. casu nihil potest exigi; in 2. verò potest aliquid, quod tamen est in aliquo opus pium impediendum, caueat tamen licentiam concedens ne ipse aliquid accipiat, ne subeat censuram vendendi illam facultatem, sed iniungat impetranti facultatem, illud, quod decernit impedi ab ipso in aliquod pium opus, Barb. de officio, & potestate Parochi c. 16. à 17. nu. 6. Colligendo ergo supradicta, & respondendo quæsito. Assero Episcopum posse procedere contra sæcularem potestatem, cùm contra laborantem, habita tamen facultate ab Ecclesiastico, procedat sæcularis ad punitionem sibi indictam, quia illa pœna à sæculari indicta est, vt dies festi non violentur; non dicuntur autem violari cum est impetrata facultas ab Ecclesiastico, ergo neque à sæculari potest procedi ad pœnam; si autem pœna apponitur alio titulo, nempè vt dies festus seruetur, vt à sæculari potest indici; tunc puto non solum requiri facultatem ab Ecclesiastico, sed etiam à laico, etiamsi dies festus sit etiam indictus ab Ecclesiastico, quod si indictum sit tantùm à sæculari potest laborans puniri, etiamsi obtinuerit licentiam ab Ecclesiasticis.

SVMMARIVM.

1 *Factum quod proponitur examinandum.*
2 *Regulares sunt exempti à iurisdictione Episcopi, & quomodo limitandum num. 8.*
3 *Cura animarum in Ecclesia regulari confertur à regularibus tantùm.*
4 *Sacerdotes siue Regulares, siue sæculares electi ad curam animarum in Ecclesia regulari debent præsentari Episcopo, & ab eo, vel ab eius vicario examinandi sunt.*
5 *Tales Curati tenentur ire ad Synodum, & ad congregationes menstruas.*
6 *Episcopus in istis Ecclesijs potest visitare oleum infirmorum, Paramenta, Vasa Sacra, Sacram Eucharistiam, & quidquid pertinet ad curam.*
7 *Colligitur responsio ad quæsitum.*
8 *Regulares conferunt curam sed de consensu Episcopi. Et Curati subduntur Episcopo in ijs, quæ spectant ad curam animarum ex Tridentino, & Doctoribus allatis à Barbosa ad idem caput. 2. sess. 25. & sess. 7. cap. 13.*

Regulares Curati in proprijs Ecclesijs.

X.

1 QVidam † regulares ex onere annexo Ecclesijs eorum tenentur animarum curam exercere, huic oneri, vt satisfaciant, vnum diligunt ex suo ordine, cui officium curæ demandant, istique alterum sacerdotem sæcularem substituunt, qui ea præstet, quæ præstare non vult regularis, & hunc pro libito, & ponunt, & amouent; Neuter tamen nec sæcularis, nec regularis ad hanc curam deputatus vult se præsentare Episcopo pro examine confessionum, nec, vt ab eo curæ præficiatur: quæritur quid Iuris?

2 Prætendunt † isti non teneri præsentari Episcopo, qui regulares sunt exempti à iurisdictione Episcoporum; Cùm ergo ista cura ad regulares
3 pertineat nihil illi erit cum Episcopo: † 2. quia ista cura confertur à regulari, ergo nihil in illa potest Episcopus.

4 Ego † tamen breuiter, quia res est satis clara ita respondeo. Regularis, vel sæcularis, qui Ecclesiæ curatæ regulari præficitur nunquam verè erit Curatus, nisi præsentetur, & ab Episcopo examinetur, ratio est manifesta, quia in ijs, quæ pertinent ad curam animarum subsunt etiam regulares omnimodæ iurisdictionis Episcopi nec quisquam siue sæcularis, siue regularis etiam ad nutum amouibilis potest tali Ecclesiæ deputari, nisi de consensu Episcopi, & prævio examine faciendo per ipsum, aut eius Vicarium, ita decreuit Trident. sess. 21. cap. 14. & ita tenent Piacesius p. 2. cap. 5. num. 46. Gonzales ad 8. reg. Cancell. Gloss. 5. §. 5. num. 34. & quos refert Barbosa ad Trident. sess. 25. cap. 11. numer. 26. qui referunt ita decisum esse à Sacra Congregatione. Imò idem Barbosa in tractat. iuris Vniuersi Eccles. lib. 1. c. 49. num. 141. asserit hoc idem statuisse Clementem VIII. & citatur Francis. Leo. Thes. for. Eccles. p. 1. cap. 8. nu. 2. & idem repetit num. 145. & in Collect. ad Trident. Barbosa sess. 25. cap. 16. num. 24. Aldan. in comp. Cano. res. lib. 2. tit. 5. nu. 7. asserit esse conforme iuri communi in cap. per exemptionem de priuil. & ita nouissimè etiam fuit decisum in vna Caputa-
5 qne: 23. Iunij 1629. † Imò tales curati tenentur ire ad Synodum, & ad congregationes menstruas.

6 † Potest etiam Episcopus Ecclesias regularium visitare in ijs, quæ pertinent ad curam animarum, Sacramentorum administrationem, quomodo seruetur oleum infirmorum, fons Baptismalis, paramenta Ecclesiæ &c. Barb. tract. Iuris Ecclesiast. lib. 1. cap. 43. nu. 138. & generaliter omnes Parochi prouisi ab antecessore Episcopo de Parochiali possunt à successore Episcopo iterum examinari rationabili causa superueniente Doctores refert Barbosa in Collect. ad Trident. sess. 7. cap. 13. num. 21.

7 Ex quibus † apertè colligitur responsio ad quæsitum; nempè Sacerdotem tam sæcularem, quàm regularem præficiendum Ecclesiæ curatæ regulari esse præsentandum Episc. ab eo examinandum, vel ab eius Vicario, nec posse præfici, nisi de eiusdem

Episcopi consensu.

8 Ad rationes † initio propositas respondetur esse limitandas; licet enim sint exempti regulares à Iurisdictione Episcoporum, subduntur tamen in multis, vt videre est apud doctores, & præcipuè Barbosam de potestate, & officio Episcopi, qui p.3. alleg. 105. exactè colligit casus, in quibus regulares Episcopis subduntur, & vnus est iste noster, vt clarè constat ex Triden. sess. 25. cap. 11. cuius verba sunt. Nec ibi .i. in Ecclesijs regularium aliqui etiam ad nutum amouibiles deputentur, nisi de eiusdem consensu, ac præuio examine per eum, aut eius vicarium faciendo &c.

S V M M A R I V M.

1 *Factum Verba Concil. Tridentini, quæ faciunt difficultatem. Refertur sententia cuiusdam iuri docti.*

2 *Fieri inualida, & nullo modo fieri parificantur.*

3 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

4 *Renũciatio sequuta professione nulla, est nulla quoq; talis renunciatio facta respectu talis professionis.*

5 *Si talis professio erit nulla, nulla erit etiam renunciatio, quæ ab initio non subsistunt, tractu temporis non validantur.*

6 *Exponit. sent. Auctoris, quod talis renunciatio teneat.*

7 *Contractus conditionatus est validus, & irreuocabilis vsque ad purificationem conditionis, qua purificata transit in absolutum.*

8 *Non minor oritur obligatio, in spe ex contractu conditionato, quam oriatur in re ex absoluto.*

9 *Ratio finalis Tridentini, quare declaret inualidam omnem renunciationem non factam intra bimestre à professione, nulla alia esse potest, nisi quia est irreuocabilis.*

10 *Expenditur locus Concilij, & ex eo pluribus probatur posita assertio.*

11 *Licet aliqui reuocet in dubium an contractus conditionatus ante conditionis euentum sit reuocabilis, omnes tamen concludunt purificata conditione, & non reuocato contractu transire in absolutum.*

12 *Assignatur absurdum, quod ex contraria assertione sequitur.*

13 *Tempus professionis computatur de momento ad momentum, & si quod deest, professio est inualida.*

14 *Ex modo loquendi Sacræ Congregationis colligitur manifestè, quod considerat tempus, vt exactis, decem mensibus nouitiatus, non autem, vt supersunt duo transigendi: decernit enim, quod professio facta elapsis decem mensibus valet, licet vltra annum per aliquot menses professio differatur.*

15 *Explicatur illud axioma. Accessorium sequitur naturam sui principalis remissiuè, & soluitur obiectum.*

Renunciatio facta à Nouitio intra Bimestre, si postea professio emittatur inualida, & post biennium ratificetur, sed non renunciatio. An valeat.

X I.

1 CArolus † in congregatione Canonicorum regularium S. Saluatoris statuto tempore à Sacro Conc. Trid. idest bimestre ante professionem facit suam renunciationem deinde emittit professionem, sed inualidam, eo quod non fuit receptus iuxta constitutionem felic. record. Clem. VIII. elapso biennio ratificat professionem, sed non renunciationem; Nunc moritur eius frater, cumque sit in religione succedendi capaci, petit hæreditatem, dicens præfatam renuntiationem esse nullius valoris. Contendunt valere ceteri, ad quos spectaret hæreditas, moritur enim intestatus prædictus frater Caroli, quæritur quid Iuris.

Hæc facti species delata fuit cuidam vtriusque Iuris consultissimo, & respondit prædictam renunciationem nullo modo posse sustineri, sed esse omninò irritam. Ducebatur his rationibus.

P. Concilium irritat omnes renuntiationes non factas intra bimestre ante professionem sess. 25. c. 16. de regularibus hæc verba; nulla quoque renuntiatio, aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, seu eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, & non alias intelligatur suum effectum sortiri, nisi sequuta professione, aliter verò facta, etiam si cùm huius fauoris expressa renunciatione, etiam iurata sit irrita, & nullius effectus. Cùm ergo ista non sit facta intra bimestre ante professionem, sed ab ipsa ad professionem validam duo intercesserint anni, sequitur, quod sit inualida.

2 2. Fieri † inualidè, & nullo modo fieri, parificantur; quia, quæ ritè non fiunt; pro non factis habentur. Hippolit. in l. de vnoquoque num. 120. ff. de re iudicata & singul. 431. Tiraq. de retract. linag. §. 1. Glos. 50. num. 31. Perez lib. 3. ordinat. lib. 1. tit. 3. cùm ergo professio sit inualida, idem est, ac si non esset facta, ergo non potest verificari, quod professio sit facta intra bimestre ante professionem, quod petit Concilium, ergo est irrita.

3 Accessorium † sequitur naturam sui principalis, l. accessorium de reg. Iur. in 6. sed professio, quæ est principale est nulla; ergo etiam accessorium, quæ est renunciatio facta intuitu professionis.

4 Renuntiatio, † nulla sequta professione, est nulla, cùm fiat respectu alicuius professionis, ergo etiam talis renunciatio facta respectu talis professionis erit nulla, si talis professio non sequatur; Cum igitur ista renunciatio sit facta respectu professionis, quæ elapso bimestri debebat fieri, & non sit facta validè, sequitur, quod etiam renunciatio non sit

5 valida † quod si dicas validari professione facta elapso biennio. Contra, quia, quæ ab initio non subsistunt tractu temporis non validantur, l. 1. §. puberis ff. com. c. placuit de conuer. coniug. ergo cùm renunciatio facta aliter quam Concilium disponit, sit nulla ab initio, quacunque alia actione non potuit validari. Hæ sunt rationes, quibus ductus I. C. iste hanc suam statuit conclusionem, quæ tamen non ita meum conuincunt intellectum, vt libens in contrarium non habeam sententiam.

6 Dico † primo prædictam renunciationem de iure esse validam, & ad mentem Concilij sustinendam, ita tenent Sanch. in opere morali tom. 2. lib. 7. c. 5. Armenda lib. 7. de regul. num. 18. Bartholomæus de Vecchi disp. 8. dub. 9. num. 5. Barb. lib. 1. Iur. Eccl. vniu. c. 42. num. 154.

7 Probo 1. † De iure esse validam. Contractus conditionales sunt irreuocabiles vsque ad conditionis euentum, seu purificationem, qua eueniente contractus postea transit in absolutum, colligitur ex l. potior in prin. verbo, videamus ff. qui poti. in pign. & tenent Siluest. verbo donatio 1. quæst. 15.

Reginal.

Reginal. lib. 35. num. 62. Less. 2. de iust. c. 18. du. 18. Rebellus lib. 2. de matrim. qu. 14. num. 6. Azorius 3. p. lib. 12. c. 8. qu. 4. Sanch. de matr. lib. 5. disput. 6. nu. 8. & Molin. de contract. disp. 285. concl. 4. qui asserit hoc transire nemine reclamante; & probatur, quia ex contractu conditionali non minor oritur obligatio in spe, quam ex absoluto in re; si ergo absolutus simpliciter obligat, obligabit etiam conditionatus usque ad euentum conditionis; igitur, cùm renunciatio sit contractus conditionatus, nempè, si professio sequatur, irreuocabilis erit usque ad conditionis euentum .i.
9 usque ad professionem. Probo † etiam esse sustinendum ad mentem Concilij; nulla alia ratio potest assignari conueniens quare nolit. Tridentinum ratam haberi renunciationem duobus tantùm mensibus immediatè ante professionem, non autem alijs decem mensibus prioribus nouitiatus, nisi hæc vna, nempè quod est irreuocabilis, & ideò voluit præcedere decem menses, vt maturè perageretur; alioquin si posset reuocari, quare non relinquit in libertate nouitij, vt statim in ingressu religionis posse per renunciationem disponere, sicut potest etiam per testamentum, profectò hoc conuincit ideò esse, quia factæ non potest penitere; Ideò sufficiens tempus ad deliberandum vult præcedere, posset enim fieri, si renunciatio fieret statim in ingressu, quod postea factæ nouitium pæniteret, & cùm non possit ab illa recedere, daretur occasio exeundi à conuentibus, & religionem deserendi, cùm ergo sit irreuocabilis, nec istis inconuenientibus detur occasio, optimè fuit consultum, vt non prius, quam decem mensibus elapsis posset fieri.
10 2. Probatur † ex verbis ipsius Concilij statim in principio positis, ibi. Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta. Ecce quomodo mens concilij non est præcisè, quod renuntiatio fiat intra bimestre ante professionem .i. quod non maius tempus labatur quam duo menses, sed ne antea fiat, idest ne minus spatium labatur, quam duo menses, ideò dicit, antea facta. 3. Probatur, si professio emittatur post multos menses ab elapso anno probationis, & renunciatio sit facta intra illud spatium, quod erat bimestre ante professionem talem renunciationem adhuc valere affirmat; Armend. supra loco cit. num. 22. & refert ita decisum, ergo nullam habet rationem Concilium, quod sequatur, vel non sequatur professio ad hoc vt renuntiatio sit valida, sed respicit tantùm quod sit facta intra illud tempus; imò addit valere renunciationem factam intra id tempus, licet professio emittatur ante sextum decimum annum, ergo Concilium non curat, quod validè, vel inualidè professio emittatur.
11 4. † Assumendo maiorem primi argumenti; irreuocabiliter hoc modo argumentor; licet fortasse dubiæ quæstionis sit, quod aliquis contractus conditionatus non adimpleta conditione possit reuocari, & aliqui sentiant posse, quod ego nullo modo admitto, attamen secundum omnes indubitati iuris est, quod, nisi antequam conditio purificetur, talis contractus reuocetur, conditione purificata nullo modo amplius possit reuocari; sed transeat in absolutum, & obliget vt absolutus, ergo cùm ista renunciatio, de qua loquimur nunquam fuerit reuocata, & sit purificata conditio, idest sequuta professio, vtique sequitur, quod transierit in contractum absolutum, & vt absolutus obliget.
12 5. Sequeretur absurdum, quod, si nouitius faceret renuntiationem prima die, qua incipit bimestre, ante professionem, & deinde aliquo accidenti professio per octo, vel decem dies differetur illa renuntiatio non esset valida quippe quæ non esset facta intra bimestre; nec valet dicere, quod tempus, quod interlaberetur esset minimum, quia tempus
13 hoc professioni † assignatum computatur à momento ad momentum; & tamen praxis communis est, quod huiusmodi renuntiationes valeant, ergo sufficit, quod sint factæ elapsis decem mensibus nouitiatus.

6. Concilium decernens inualiditatem renuntiationis asserit simpliciter hoc esse non sequuta professione, ergo non debemus non coarctare, non sequuta professione statim post bimestre; sed sufficit, quod aliquando sequatur, siue sit antequam finiatur bimestre, siue postquam est expletum, nihil refert; sufficit, quod intra illud bimestre fiat renuntiatio, & postea aliquo tempore sequatur professio.

14 7. Bartholomæus Vecchius loco supra allegato refert fuisse decisum à Sacra Congregatione in hæc verba. Renuntiationem factam post decimum nouitiatus mensem ex quacunque causa contigerit professionem protrahi suo valore non deficere, ex qua duo colliguntur, p. rationem haberi ante actorum decem mensium, 2. nihil curari, quod statim sequatur vel non sequatur professio, sed sufficere, quod aliquando sequatur. Nunc ergo ad rationes in contrarium; & ad primam respondeo. Renuntiationem esse factam intra bimestre, nec requiri ad hoc vt valeat, quod valeat etiam professio, sed sufficit quod, quæ est inualida aliquando vel ratificetur, vel iterum emittatur validè.

15 Ad † secundum nempè, quod accessorium sequitur naturam sui principalis multa essent dicenda. Videantur Soci. Reg. 5. Puteus decision. 1. num. 2. libero 1. Menoch. consil. 58. numero 13. cum sequent. Surdus de alimen. titul. 9. quæst. 31. numero octauo, cum sequent. & decision. 88. num. 10. Tuschus tomo 1. littera A, conclus. 76. Franch. Leo. Thesaur. for. Eccles. part. secunda, capit. 16. numero 70. Anton. Monach. Bonon. decision. 27. numero 4. & decision. 28. numero 56. Pichard. ad §. si quis alium num. 31. Instit. de inutilib. stipul. Marc. Ant. variar. resol. lib. 1. resp. 72. numer. 6. sed breuiter respondeo primi. axioma esse verum, quando accessorium venit in necessariam consequentiam principalis, l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Federicus de Senis cons. 163. in princ. versus in contrar. & cons. 186. in Princip. Aymon de antiq. temp. p. 4. in princ. num. 64. cum seq. Villag. in tract. de extens. legum rubr. de extensione legis correct. numer. 17. in 9. Fallent. Tuschus litt. A, conclus. 77. nu. 1. at non vbi militat diuersa ratio, & in separatis Alex. cons. 4. circa primum num. 5. lib. 1. Brunor. à Sole in locis communibus verbo accessorium. Tusch. litt. A. concl. 76. numer. 36. & concl. 39. nu. 4. Franc. Mol. de ritu nupt. lib. 1. comp. 12. num. 22. sed quidquid sit, ecce quomodo argumentum nihil probat. Accessorium sequitur naturam sui principalis; sed professio secunda est valida, ergo etiam renuntiatio, quæ per aduersarium esset accessorium, ad principale, nempè professionem est valida.

Ad 4. respondeo non constare renunciationem esse factam respectu professionis emittendæ tantùm elapso biennio, sed ex eiusdem tenore haberi manifestè esse factam respectu professionis simpliciter, non talis, vel talis; Cùm ergo Concilium sit intelligendum de quacunque professione, vt supra probatum est, licet loquatur tantùm sub hoc termino intra duos menses ante professionem, sequitur

tur quod eodem modo sit intelligenda etiam dispositio. Præterea certum est renunciationem obligare vsque ad purificationem conditionis, & nisi reuocetur, & transire in contractum absolutum, cùm ergo constet non esse reuocatam, & sit sequuta professio, sequitur quod valeat, quod autem professionis huius tantùm respectu sit facta renunciatio, hoc nullo modo constat, imò præsumptio est in contrarium, quod sit factam respectu cuiuscunque professionis, quia, cùm debeat fieri ad mentem Concilij, & Concilium intendat, quod fiat respectu cuiuscunque professionis, sequitur necessariam præsumptio, quod sit facta respectu cuiuscunque confessionis. Ad confirmationem respondeo Renuntiationem nunquam fuisse inualidam, licet inualida fuerit professio, sed semper in suo robore permansisse, nec illam infirmauit professionis inualiditas, omnia patent ex supradictis.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Verba Concilij.*
3 *Quot quæruntur.*
4 *Omnes tam sæculares clerici, quàm regulares, & monaci tenentur accedere ad processiones.*
5 *Et nisi accedant possunt ab Episcopo compelli.*
6 *Omnes Clerici diœcesani, etiamsi habeant tantùm beneficium simplex, vel obtineant officium in Ecclesia possunt compelli.*
7 *Non possunt compelli, qui nullius diœcesis sunt.*
8 *Possunt compelli Sacerdotes, etiam Religionis Hierosolimitanæ, si Ecclesijs inseruiant.*
9 *Canonici, & quilibet alij sacerdotes obtinentes officia, vel beneficia tenentur accedere.*
10 *Qui verò, nec officium, nec beneficium obtinent, non possunt compelli.*
11 *Confraternitates possunt votari; sed compelli non posse, resoluitur veriùs.*
12 *Benedictini, Cistercienses, & Cartusiani non tenentur, quia viuunt in strictiori clausura, cæteri consulant sua priuilegia.*
13 *Quæ sint processiones, ad quas accedere tenentur regulares ex mente Barbosæ.*
14 *Quæ sint quærenda in hoc facto.*
15 *Regulares non tenentur accedere ad processiones, nisi quib. assistit Episcopus, debentq; esse pro re graui, publica, & quibus interesse adsit consuetudo.*
16 *Explicatur, & probatur præcedens assertio.*
17 *Ad hoc vt Regulares teneantur accedere ad processiones debent vocari.*
18 *Quod si vocati renuant, expenditur an per Episcopum possint cogi per censuras.*
19 *Resoluitur posse comminari, non autem sententiam ferre.*
20 *Tenentur accedere in numero decenti, & consueto.*
21 *Debent ire ad Cathedralem.*
22 *Indicere, & dirigere processiones pertinet ad Episcopum, & eo absente, ad eius Vicarium de consensu Capituli.*
23 *Capellani deseruientes Ecclesijs regularibus, & exempti tenentur accedere.*
24 *Si tamen in ciuitate reperiatur habens plebem extra ciuitatem non potest compelli.*
25 *Non posse introduci consuetudinem non eundi ad processiones videtur probari.*
26 *Priuilegia non amittuntur per non vsum.*
27 *Priuilegia tolluntur præscriptione.*
28 *Quæ sunt facultatis non inducunt consuetudinem restrictiuam liberæ potestatis.*
29 *Consuetudo inducitur actibus factis animo eam inducendi, & derogandi legi.*
30 *Resoluitur verè posse introduci.*
31 *Conciliaris dispositio non est priuilegium, sed dispositio iuris.*
32 *Consuetudo tollit legem, dicitur forma, & quasi alterum Ius naturale, & proinde omnia potest.*
33 *Consuetudine introducitur, quidquid priuilegio potest concedi.*
34 *Et quidquid statuto.*
35 *Ad inducendam consuetudinem non accedendi ad processiones requiritur, quod regulares vocentur, & vocati renuant, nec eant.*

Regulares quoad processiones.

X I I.

1 QVidam regulares ex ijs, qui ad processiones
tenentur accedere iuxta decretum Tridentini
sess. 25. c. 13. de regul. non accesserunt ad
eam, quæ dicitur Litaniarum maiorum; vult eos
compellere Episcopus etiam censuris; negant regu-
lares simpliciter, in hoc casu se esse parituros; quia
ad hanc non tenentur accedere, neque ad alias
accedent, nisi vocentur, etiamsi alioqui de iure
teneantur; quia consuetudo iam est introducta in
contrarium; quæritur quid iuris.
2 Quia in hac re verba Concilij sunt expendenda,
ideò subijciuntur, & sunt. Exempti autem omnes
tàm clerici sæculares, quàm regulares quicunque,
etiam Monachi ad publicas processiones accedere
compellantur, ijs tamen exceptis, qui in strictiori
clausura perpetuò viuunt.
3 Pro cuius † capitis explicatione quæremus
Primò qui teneantur ad Processiones accedere.
4 Secundò quæ sint Processiones publicæ. † Quoad
primum patet ex verbis teneri accedere omnes
Clericos, tam Sæculares, quam Regulares, quoscunque
etiam Monachos, & denique Regulares
omnes quantumuis exemptos; refert decisum
Armenda in addit. ad recopit. leg. Nauar. libro
primo tit. 14. cap. 28. num. 15. Rodriquez quæst.
reg. tom. 3. quæst. 36. artic. 1. Cochier de iurisd.
ordin. in exemptos par. 2. quæst. 45. num. 109.
Copin de Sacr. polit. lib. 2. tit. 6. nu. 28. Francisc.
Leo. thes. for. Eccles. part. 4. capit. 2. numer. 143.
5 & † nisi accedant, possunt compelli, patet ex eodem
textu, quem citant Zerola prax. Episcopali
part. 1. verbo Processiones §. 2. Rodriquez vbi
supra, Stephanus Gratian. Decis. Marchie. 232.
Fuscus de visit. cap. 15. numer. 53. libr. 2. Mar.
6 Anton. variar. lib. 1. cap. 103. numer. 16. † & hoc
verum est etiam in Clericis omnibus diœcesanis
quantumuis exemptis, si aliquod beneficium, licèt
tantùm simplex, in diœcesi obtineant, Aloysius
Riccius in Collect. refert decisum part. 4. collect.
882., & si non habent beneficium, sufficit, quod
tantùm officium obtineant in Ecclesia, Balb. decis.
339. part. 2. resoluit tamen non comprehendi eos,
qui sunt nullius diœcesis, vel extra ciuitatem in
locis, in quibus habent plebem, Francisc. Leo dicta
7 prima parte cap. 8. nu. 19. † Neque Immunitates
Religioni Hierosolymitanæ concessæ eximunt Sacerdotes
illius ordinis, si Ecclesijs inseruiant, quia
ad has Processiones compellantur, Armenda refert
decis. loco citat. numero quinto, & numero 13.
9 † Eidem obligationi subd. Canonicos, & alios

Presbiteros

Presbiteros beneficia, vel officia Ecclesiastica
10 obtinentes apertè tradit † numer. tamen 12. dicit à Sacra Congregatione fuisse decisum, Sacerdotes nullum officium, aut beneficium Ecclesiasticum obtinentes in Ciuitate, vel diœcesi non esse ab Episcopo compellendos ad dictas Processiones accedere. Sicuti neque possunt compelli, qui in strictiori clausura degunt ita tex. Neque illi, qui à Ciuitate distant per dimidium miliaris, decisum refert Armend. loc. cit. num. 14. Ric. dec. 308. in praxi fori Ecclesf. numer. 3. Item si ex priuilegio habeant, quod non teneantur idem Riccius eadem
11 res. 308. num. 4. † An autem possint ab Episcopo compelli Confraternitates laicorum accedere ad dictas Processiones, posse, refert decisum Papiæ. Mar. Antonius var. lib. 1. resol. 93. & potest probari, quia licèt huiusmodi Confratres non subdantur, Episcopis quoad temporalia, subduntur tamen quoad Spiritualia, Nanar. conf. 3. de foro compi Tiraqu. de priuileg. piæ causæ in præfatione vers. Item relictum fraternitatibus, Sayrus decis. quinta de offic. ordin. Leo fori Eccles. part. 1. cap. 8. numer. 18. & part. 2. cap. 29. numer. 22. Mar. Anton. dicto lib. primo res. 66. Ar multo veriùs est posse quidem inuitare, sed non compellere, prout referunt declaratum Leo thes. part. 1. cap. 8. numer. 18. Riccius dict. resol. 308. num. 5. Campan. in diuis. Iur. rubric. 12. capit. 13. num. 122. Vgolinus de potestate Episcop. capit. 11. num. 6. & secundùm istam opinionem rescripsisse Sacram Congregationem restantur, Marc. Anton. Genuens. in prax. Archiepisc. cap. 63. numer. 7. Gratia. March. decis. 132. numer. 6., Carolus de Grassis de effect. Clericat. effect. 1. num. 613. Et Ratio est, quia licèt Episcopo in aliquibus subdantur iuxta dispositionem Trident. sess. 21. capit. 8. & 9. de reformatione, Si habeant oratoria Episcopi auctoritate fundata; non tamen gaudent priuilegio fori, nec ei subduntur, sicut personæ Ecclesiasticæ, vt optimè obseruat Bobadilia in sua polit. lib. 2. cap. 18. num. 288. & maximè doctiss. Lother. in suo verè aureo tractat. de re benefic. libr. secundo
12 quæstion 10. num. 52. & † Religiosis Regularibus non tenentur accedere Benedictini, & Cistercienses, nec non & Cartusiani, quia in strictiori clausura viuunt. Cæteri consulant sua priuilegia.
13 Quæ autem intelligantur Processiones, de quibus loquitur Concilium Barbosa longum texit cathalogum de potestate Episcopi parte tertia allegat. 78. numer. primo, & dicit nomine publicarum Processionum intelligi, quæ fiunt in Litanijs maioribus, & minoribus, vel pro bono publico, imminente peste, vel aliquo alio flagello, in aduentum Episcopi, in sollemnitate Sanctissimi Corporis Christi, & aliæ, quæ ab Episcopo, vel eo absente ab eius Vicario Generali inducuntur. Non publicas verò Processiones resoluunt esse illas, quæ fiunt à Capitulis, & Clericis tantùm, etiam Cathedralium ob aliquas causas; Prosper. de August. in addit. ad Quarant. Verbo præcedentia, Riccius in praxi fori Eccles. resolut. 308. numer. 7. & in decision. Curiæ Neapolitan. Archiepisc. parte quarta decis. 379. numero tertio, Vgolinus de offic. Episcopi cap. 10. §. 2. num. 6. Camp. in diuers. rub. 12. cap. 13. num. 118.
14 Nunc his præmissis hæc remanent decidenda. Primò an Regulares teneātur accedere ad Processiones Litaniarum maiorum. Secundò An debeant vocari, & nisi vocentur, an teneantur accedere. Tertiò An vocati, & non accedentes possint per censuras ab Episcopo compelli. Quartò An possit introduci consuetudo non accedendi ad Processiones illas, ad quas de iure tenentur.
15 Quoad Primum; Dico in primis Regulares non teneri accedere ad processiones, quæcunque illæ sint, nisi ad illas, quibus assistit Episcopus. Itaque tantùm in Cathedralibus, & in ipsis locis, in quibus adesse contigerit Episcopum, possunt compelli adesse Regulares, & istæ Processiones etiam debent esse pro re graui, & publica, & consuetæ ad quas accedant, ita resoluunt Fuscus pract. Episcopi verbo Processiones tom. 1. & Pater Villalobos 2. part. Summæ tractat. 35. difficult. 5. quos refert Hieronym. Rodriquez in Comp. quæstion. reg. resolut. 118. numero quarto ad finem, & proban-
16 tur singulæ partes. † Pro quo noto Processiones dici consuetas de iure, & de facto, de iure tenentur Regulares accedere ad Processiones, ad quas de iure consueuerunt accedere .i. ad illas, quæ in iure sunt expressæ, & à consuetudine approbatæ. De facto consuetæ dicuntur, quæ licet in iure non sint expressæ, tamen per consuetudinem sunt introductæ, de istis secundis idest de consuetis ex facto infra; Nunc loquor de consuetis secundùm iura, quo supposito. Probo nunc primò Regulares non teneri accedere nisi ad Processiones publicas pro re graui, & ad quas contigerit accedere Episcopum. Quod non teneantur nisi pro re graui textus est apertus in Capit. Nimis praua de excessibus Prælatorum: Quod autem non teneantur nisi ad Processiones, quibus Episcopum adesse contigerit, resoluit Pater Villalobos vbi supra cum Tusco, & refert Hieronymus Rodriquez dicta resolut. 118. numero quarto, ex quo deducit idem Villalobos numero quarto, & tenet Rodriquez in addition. summæ tom. 4. capit. 105. numer. ad finem, quod Priores, vel Archiepresbyteri Ecclesiarum Collegiatarum, aut Parochialium in oppidis, vbi non resident Episcopi non possunt compellere Religiosos ad Processiones prædictas, Neque Litaniæ maiores sunt ex illis, quæ connumerantur in iure ad quas tenetur accedere populus, nec Abbas eas enumerat capit nimis prauar. numer. 3. de excessibus Prælatorum, & licèt Barbosa eas referat & pro se citet Prosperum de August. verbo præcedentia ad Quarantam, si tamen attentè legatur ibi non reperiuntur. Cùm igitur non probetur, neque dicendæ sint esse inter illas, ad istas ergo non tenentur accedere Regulares; Quæ verò dicantur Processiones consuetæ de facto vnusquisque decernant secundùm locum, & tempus, in quibus inciderit consultatio, cùm enim hoc pendeat ex facto non potest dari certa regula, sed erit seruanda consuetudo, vbi de facto fuerit introducta. Ad hoc igitur vt processiones sint tales, quod ad illas compelli possint regulares accedere, requiritur, quod sint consuetæ .i. vel in Iure recensitæ vt consuetæ, vel de facto introductæ, & valida consuetudine firmatæ, quod sint pro re graui, quod fiant in Cathedralibus, ad eas accedat Episcopus. Quod autem non teneatur accedere nisi ad consuetas, patet ex declaratione Pij V. apud Bullamque quoad hoc non est reuocata per Gregorium XIII. qui reuocauit tantùm concessa à Pio V. contra tenorem Tridentini, non autem concessa contra declarationes eiusdem, qualis est ista, ita Hier. Rodriq. loco cit. num. 1. Ad hoc igitur, vt processiones sint tales, quod ad eas teneantur accedere Regulares debent esse publicæ idest pertinentes ad omnes, consuetæ, ad quas accedat Episcopus cum Capitulo, pro re

 graui;

graui; & inter consuetas, de Iure, .i. quæ recenter
in Iure vt consuetæ non enumerantur Litaniæ ma-
iores, sed tantùm illæ, quæ præcedunt Ascentio-
nem, An autem sint consuetæ de facto, vnusquis-
que apud se recogitet.

17 Ad secundum † An debeant vocari ad hoc, vt
accedere teneantur. Resoluunt omnes communi-
ter, non teneri, nisi vocatos accedere, & est aper-
tus textus Concilij, & ita communiter tenent
Doctores, qui de hac re agunt.

18 Quoad tertium, † An vocati, & non accedentes
possint compelli per censuras; Variæ sunt Docto-
rum sententiæ. Asserunt Perez de Lara de Aniuer-
sarijs, & Capell. p. 1. cap. 24. nu. 14. Zerola p. 1.
Verbo processio §. 1. vers. ad secundum, Cenedo
Canoni. quæstio lib. 1. q. 26. num. 16. Salgado de
protect. regi. tom. 2. cap. 9. num. 109. Riccius in
praxi fori Eccles. res. 38. num. 5. & 6. & resol. 210.
num. 1. vers. 2. Barbosa ad Trident. sess. 25. capit.
13. num. 20. & de potestate Episcopi alleg. 78.
num. 25. in 3. p. Negat Herriquez lib. 7. capit. 25.
num. 57. Roderiquez in Summa 1. part. capit. 74.
num. 1. Sanchez fusè disputat, & Doctores refert,
& asserit non posse, de matrim. lib. 7. disput. 33.
numero 23. decisum refert moltoties à Sacra Con-
greg. Card. Quaranta sum. Bull. verbo Præceden-
tia in fine, & videtur probari, quia regulares ab
Episcoporum Iurisdictione sunt omninò exempti,
nec illis subduntur, nisi in casibus in iure expressis,
& eo modo, quo exprimitur; cùm ergo Tridenti-
num hic Regulares Episcopis non subdat, vt possit
eos censuris compellere, sequitur quod non possit,
presertim quia Concilium quando Episcopis huius-
modi facultatem concedere vult, de ea meminit
expressè, vt in tribus casibus videlicet sess. 25.
cap. 16. vbi conceditur Episcopis vt possint com-
pellere censuris exemptos ad restituendum omnia
bona nouitijs exeuntibus à Religiene; & cap. 3.
de Regul. datur ijsdem facultas ad compellendum
moniales omnes ad obseruantiam clausuræ excom-
municando rebelles, & inobedientes, & vlt. sess. 22.
decreto de obseruandis, & euitandis in celebra-
tione Miss. conceditur eisdem Episc. facultas pro-
cedendi per censuras contra exemptos celebrantes
in oratorio priuato ab Episcopo non approba-
to &c. Cùm ergo hoc ibi non exprimat, neque est
19 intelligenda habita talis facultas † Ego iterim,
dum aliquid certius habeatur à Sacra Congrega-
tione, cui credo standum esse, cùm constat de eius
declaratione, puto esse respondendum sicuti ea-
dem Sacra Congregatio respondit Episcopo Ver-
cellens. sub die 20. Maij 1616. Posse quidem Epis-
copum pœnas intimare exemptis; sed pœnis eos
non posse punire; quod si facta pœnarum intima-
tione non paruerint, totum esse eidem Sacræ Con-
gregationi deferendum; Et ideò eidem Episcopo
mandauit reuocare pœnas quas regularibus impo-
suerat, quia regulariter nullam iurisdictionem in
regulares habet Episcopus; Ita decisum refert
Barbosa tract. Iuris vniuersi Ecclesiast. lib. 1.
capit. 43. numero 163. Qua responsione videtur
satisfieri dispositioni Concilij asserendo posse com-
pelli regulares pœnis comminatis non inflictis, &
ita etiam sunt intelligendæ Sacræ Congreg. decla-
20 rationes in contrarium adductæ † Tenentur autem
regulares accedere in numero decenti, debito,
& Consueto ex Sacra Congreg. in vna Castellæ,
& Legiones num. 30. August. 1602.

21 † Qui tenentur interesse processionibus, tenen-
tur accedere ad Cathedralem: Seraphin. decis. 15.
22 † Indicere autem processiones, & quo sint diri-
gendæ ordinare pertinere ad Episcopum, & eo ab-
sente ad eius Vicarium de consensu capituli, asserit
Barbosa ad Concil. loco cit. numero 44. & de pote-
23 state Episcopi part. 3. allegat. 78. num. 4. † Ad
processiones teneri accedere etiam Capellanos
deseruientes in Ecclesijs regularium, & exemptis,
refert decisum Riccius dicta collect. 882. & Salgad.
de protect. regia tomo primo, part. secunda, capit.
24 nono, numero 105. † Qui verò extra Ciuitatem
habet plebem, si tempore processionum reperiatur
in Ciuitate, non potest ad eas compelli; sed cum
sua plebe suas debet facere. Franciscus Leo vbi
supra.

25 Ad 4. † An possit introduci consuetudo non ade-
undi videtur dicendum non posse; & potest probari.
Primò.

Quia hoc est priuilegium concessum Cathedrali-
bus, ergo licet Cathedrales non vocent, & ideò
Regulares non eant non ideò videtur posse intro-
26 duci consuetudo, † Quia priuilegia per non vsum
non amittuntur. Bald. in leg. omnes populi, ff. de
iurisd. omn. iudic. & in leg. Generaliter Cod. de
Episcop. & Clericis. Bartol. in leg. prima, Cod. de
his qui spont. mun. & alij apud Suarez libro octauo,
de leg. capit. 29. ergo licet, non vocentur regulares,
& non vocati non accedant, non ideò inducitur
consuetudo, quia ex eo, quod non vocentur, Epis-
copi non amittunt suum ius vocandi, quod si vo-
centur, & non eant, neque possunt quidquam
27 facere, † quia priuilegia tolluntur præscriptione,
quæ supponit bonam fidem, quæ nunquam dari
28 potest, quoties vocantur. † 2. Quæ sunt facultatis
non inducunt consuetudinem restrictiuam liberæ
potestatis. Abbas in capit. ex portæ Astensis nu. 7.
in vltim. notab. de concess. Præben. ergo ex eo
quod non vocauerint, non amittunt ius vocandi,
cùm vocare sit facultas.

29 3. Consuetudo † inducitur actibus factis animo
inducendi consuetudinem, & derogandi legi.
Siluest. Verbo Consuet. numero quarto, Sotus de
Iust. libr. primo, quæst. 7. artic. secundo, Rebellus
part. prima, libro primo, quæst. quinta, numer. 27.
Menochius de arbitr. casu 494. Vasquez, Salas, &
alij, quos refert Bonacina de leg. disp. 1. quæst.
prima, punct. numero 18. Quis autem dicat Episco-
pum, non vocare exemptos ad processiones, vt
inducat consuetudinem eos non vocandi.

30 His † non obstantibus puto posse introduci con-
suetudinem ab exemptis non accedendi ad dictas
processiones.

31 Pro hac veritate firmanda suppono. † P. hoc
non esse priuilegium concessum Cathedralibus,
quod exempti adeant processiones, sed esse meram
dispositionem, Ius, & legem Concilij; patet ex
textu, vbi apertè colligitur in nullius fauorem
concedi. Hoc supposito Probo Primo.

32 † Consuetudo tollit leges, vt communiter Do-
ctores, & dicitur forma, & quasi alterum Ius natu-
rale, & proinde omnia potest Bald. consil. 433.
colum. 4. versic. 10. prob. lib. 3. Surd. de alimen.
artic. 1. numer. 7. Tuscus tomo 2. littera C, concl.
33 806. numero 16. † & consuetudine potest intro-
duci, quidquid potest priuilegio concedi, Oldrad.
consil. 172. in princ. & consil. 146. in fine & consil.
254. numero quinto, Anchar. cons. 50. Bald. cons.
34 49. libro primo, † & eadem inducitur quidquid
induci potest statuto Lappus allegat. 43. in fine
Francus in capit. vnico §. statuimus in fine de Cler.
non resid. lib. 6. Federi. de Sen. consil. 17. numer.

3. versu

3. versu praeterea, & consil. 277. numero primo circa finem versu 2. probatur; sed per leges, per statutum, per priuilegium potest concedi, quod exempti non possint compelli accedere ad processiones, vt de se patet; potest enim Summus Pontifex hoc totum facere concedendo, vel confirmando, igitur etiam consuetudine potest introduci derogando priori legi, simile priuilegium concessum fuerat ante Tridentinum à Sixto IV. in duabus suis bullis, vt refert Hieronym. Rodriquez
35 loco citato num. quarto Verum † tamen est, quod ad hoc vt consuetudo contraria possit induci debent vocari, si enim vocati renuant accedere, tunc consuetudinem inducunt secundùm regulas praescriptas ad consuetudinem inducendam, oportet ergo, quod vocentur, & non accedant, quia, nisi vocentur, licèt non accedant, non inducitur consuetudo, quia lex hoc totum poscit quod vocentur, & compellantur; debet ergo contra vtrumque introduci consuetudo. Ad Rationes in contrarium.

36. Ad Primam iam responsum est non esse priuilegium, sed esse meram legem, & iuris dispositionem, sed maioris explicationis gratia addo, quod etiam si esset priuilegium adhuc posset amitti, & contra illud praescribi, Suarez lib. 18. de leg. capit. 34. num. 15. & alij, quos ipse refert, sed negamus absolutè hoc esse priuilegium, sed dicimus esse Conciliarem dispositionem, quae tollitur contraria consuetudine vtsupra dictum est, si ergo non vocauerint non amittunt ius vocandi, quod probat argumentum, sed si vocauerint, & exempti non adinerint, tunc per contrariam consuetudinem tollitur obligatio, nec requiritur spatium quadraginta annorum, sed sufficit, quod aliquoties fuerint vocati, & non accesserint, Hieronym. Rodriquez loco citato numero quarto in princip. Ad id, quod additur priuilegium tolli praescriptione, leges verò consuetudine. Hoc requirit longam escussionem, sed quia non est huius loci, in hoc non immoror. Respondeo non hic agi de priuilegio, sed de lege, & Canone conciliari.

Ad secundũ respondeo probare, quod non vocando non amittunt ius vocandi, non autẽ quod vocando si non adeant non inducatur consuetudo contraria, & idem probat. 3. Et animus inducendi consuetudinem, non eundi consideratur in exemptis, animus verò non vocandi in Episcopis, sed hoc parum refert, vt patet ex dictis. Quod Episcopi non vocent, supponimus hoc non esse animo inducendi consuetudinem nõ vocandi, sed quod exempti vocati non adeant praesumimus esse animo inducendi consuetudinem non accendi, & ita patet facilè responsio ad obiecta.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.*
2 *Quot quaestiones sint disputandae.*
3 *Nemo fit irregularis, nisi occidendo peccet mortaliter.*
4 *Necessaria defensio cum moderamine inculpatae tutelae excusat à mortali.*
5 *In foro conscientiae statur, tam pro se, quam contra se dicto confitentis.*
6 *Ictuum multiplicitas non defensionem, sed vindictam arguit.*
7 *Genus armorum significat differentiam animorum.*
8 *Qui confitetur homicidium, debet probare, se fecisse ad sui defensionem.*
9 *Probationes debent esse concludentes, & certae.*
10 *Probat autem fecisse in sui defensam, qui probat se fecisse insultatum.*
11 *Quidquid facit insultatus, praesumitur facere ad sui defensam.*
12 *Probato insultu occisor euadit poenam homicidij.*
13 *Etiam si non probetur defensio.*
14 *Permittitur enim aggressio occidere aggressorem ad sui tuitionem.*
15 *Occidens aliquem se defendendo non dicitur committere maleficium.*
16 *Aggressor magis videtur occidi à se ipso alium insultando, quam ab aggresso illum occidendo.*
17 *Poena etiam euaditur, si probetur parata offensio, licèt non sit sequuta. Non enim est aequum expectare offendi, vt possit se ipsum defendere.*
18 *Si probetur insultus, non est necesse probare, quod aliter non potuerit euadi, sed sufficit probare praeparationem, & locomotionem.*
19 *Inuasus an teneatur fugere, Respondetur distinguendum.*
20 *Occidens ob defensionem rerum suarum non fit irregularis.*
21 *Occidens positum in insidijs, vt interficiat, dicitur occidere ad sui defensionem.*
22 *Item qui interficit illum, qui manus prius ad arma admouit, & dicitur probata necessaria defensio. Iusta item dicitur defensio ex terrore armorum.*
23 *Quod si non constat, quis sit aggressor, sed dubitatur, dubium soluitur ex qualitate personae; vir bonae famae praesumitur aggressus, & si duo reperiantur occisi, nec constet, quis eorum fuerit aggressor, rixosus praesumitur aggressor.*
24 *Quid sit moderamen inculpatae tutelae; Nam tutela culpabilis non excusat.*
25 *Inculpata tutela circa tria consistit, circa modum, circa tempus, & circa causam, & quid sit vnumquodque istorum cum suis limitationibus, & ampliationibus, si probetur defensio, dicitur etiam probata necessaria defensio.*
26 *Ex qualitate poenae, colligitur qualitas delicti.*
27 *Clausula, si, & in quantum importat conditionem.*
28 *Quae sit differentia inter istas clausulas; si, & in quantum de iure potest, si & in quantum de iure debet, remissiuè.*
29 *In dubio quilibet se debet gerere vt irregularis.*
30 *Poena est duplex. Altera, quae tantum punit, Altera quae respicit etiam salutem Animae.*
31 *Episcopus potest dispensare in omnibus irregularitatibus prouenientibus ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario, & non deductis ad forum contentiosum.*
32 *Dispensationem super irregularitate proueniente ex homicidio ad sui defensionem, Tridentinum vult esse committendam Episcopo, loci ordinario &c. & explicatur quomodo idem Tridentinum sit intelligendum num. 37. Quomodo aliquid sit publicum, & notorium in ratione facti, & in ratione delicti, eodem num. 32.*
33 *Quomodo delictum dicatur deductum ad forum contentiosum, explicatur.*
34 *Delictum adhuc dicitur occultum, si sententia absolutoria sit sequuta, etiamsi obtenta medijs iniquis.*
35 *Delictum deductum ad forum contentiosum si*

infra

infra annum non expediatur, & iudicium taceat, non dicitur amplius deductum ad forum contentiosum, sed derelictum.

36 *Etiam sequuta sententia condemnatoria, non dicitur amplius deductum ad forum contentiosum, & hoc requisitum non obstat, quin Episcopus possit super irregularitate ex tali delicto proueniente dispensare.*

37 *Explicatur textus Concilij num. 32. propositus.*

38 *Non posse Episcopus dispensationes super his irregularitatibus committere eius Vicario Generali videtur probari.*

39 *Constitutio in vna parte declaretur, limitatur, restringitur ab alia.*

40 *Ex eo, quod factum est, arguimus quid aliquis fecisset.*

41 *Dispensare est quid maius in Ecclesia, quam absoluere, quod tamen infra reprobatur.*

42 *Potest verius Episcopus suo Generali Vicario committere huiusmodi dispensationem.*

43 *Expenditur rectè textus Concilij, qui obijciebatur.*

44 *Nec talis commissio requirit speciale mandatum, sed generale sufficit.*

45 *Potestque vna vice concedere ad omnes actus, nec requiritur quod concedatur toties, quoties.*

46 *Potestque Episcopus in huiusmodi dispensationibus quidquid potest in omnibus alijs rebus, quæ illi competunt iure ordinario.*

47 *In dubio nunquam debet Episcopus in foro fori ferre sententiam, quod reus sit irregularis, sed debet declarare non incurrisse. Imò si adsit vrgens causa tenetur dispensare, & nisi dispenset, peccat.*

Sacerdos percussus percutientem percutiens, & interficiens an Irregularis.

X I I I.

1 Titius † Sacerdos à Sempronio inuaditur, & bis
fuste capite cæditur, percussus decidit in
terram, & cadens secum trahit Sempronium percussorem,
brachio inuicem complexi, alter alteri
vulnera inferre tentat, at Sacerdotis ferrum certiorem
manum delatum ignotis vulneribus sexto ictu
percussorem prosternit. Res tota Episcopali curiæ
defertur. Acta conficiuntur tandem sententia hac
sacerdoti infligatur pœna teneatur videlicet animarum
curam subire, vbi ab Illustrissimo, & Reuerendissimo
Episcopo, vel eius Vicario per biennium
illi fuerit imperatum. Interim ab altari
abstineat, donec à Summo Pontifice, si & quatenus
opus fuerit dispensetur. Super hoc tria quæruntur.
2 † Primo an Titius in foro interiori sit irregularis.
2. An saltem in exteriori talis sit præsumendus.
3. An dato quod aliqua irregularitate sit irretitus,
possit secum dispensare Episcopus, vel ex mandato
generali eius Generalis Vicarius.

Quoad primum Respondeo inspecta facti serie,
Titium Sacerdotem non esse censendum irregularē
3 Probatur primo † Irregularis ex homicidio voluntario
nemo efficitur, nisi homicida occidendo
peccet mortaliter, ita Sayrus de cens. lib. 7. cap. 5.
numer. 5. & omnes illi, quos ipse citat, præter quos
idem sentit Suarez de cens. disput. 40. sect. 3. nu.
19. Coninch de Sacramentis disputation. 18. dub. 2.
numer. 13. Filliuc. tract. 20. capit. 3. à numer. 58.
vsque ad 64. Villalobos tract. 21. diff. 22. num. 8.
& 14. Nauar. capit. 27. numer. 249. Sotus de Iust.
libr. 5. quæst. 1. artic. 2. Auila part. 7. disput. 2.
dub. 3. Salomeus 2. 2. quæst. 64. numer. 3. controuers.
4. ad finem, Sanchez de Matrimon. libr. nono
disp. 22. numer. 8. & 14. & si quid obijcitur in
contrarium illud soluit Suarez loco citato. In hoc
casu non apparet Sacerdotem peccare mortaliter,
ergo &c. Minorem probo, & simul conclusionem.
4 2. Hic † est necessaria defensa cum moderamine
inculpatæ tutelę, ergo non adest peccatum mortale,
ergo neque irregularitas. Antec. patet, quia
Sacerdos percussus percutit ergo est defensa, quod
sit necessaria patet ex depositione testium asserentium,
quod nisi Sacerdos inuasorem occidisset,
futurum erat, vt ipse occideretur. 1. Consequens
patet, quia defensio cum moderamine inculpatæ
tutelæ, & necessaria excusat à peccato secundum
omnes. Secundum patet ex seipso, & ex discursu.
5 3. Et puto in foro conscientiæ non pati oppositionem
† confitenti in foro conscientiæ pro se,
& contra se standum est, sed Titius Sacerdos ingenuè
fatetur, se adeò mente fuisse alienatum duplici
illo ictu, vt sui non esse compos ad discernendum
quid ageret, asseritque non deliberatione se
vulnerasse, sed naturali instinctu ductum vim vi
repellendo occidisse, & à mentis alienatione in se
reuersum non intellexisse quid egisset, ergo non
potest esse irregularis, quia homicidium non fuit
voluntarium, & hoc puto certum.

Ad secundum. An videlicet saltem in foro
externo sit præsumendus irregularis, videtur probari
esse præsumendum. Primo constat de homicidio
etiam ex confessione rei. 2. Homicidium est
pœna mulcta cùm ergo adest excessus defensionis,
6 & inculpatæ tutelæ. † 3. Multiplicitas ictuum non
7 defensionem, sed vindictam arguit. 4. † Genus
armorum significat differentiam animorum, nam
percussus baculo stilo occidit, & indicat excessum,
ex Graueo, quem refert, & sequitur Barbosa de
offic. & potestate Episcopi alleg. 39. num. 58.

Attamen dico etiam in foro fori non esse præsumendum
irregularem, & probo etiam in foro fori
probata est defensio necessaria, ergo non est præsumenda
Irregularitas. Quod sit probata defensio
patet ex testium depositione.

Dices fortasse, esse quidem probatam defensionem
quia percussus se defendit percutiendo, sed
non esse probatam necessariam defensionem,
antequam respondeam libet aliqua adnotare ad
totam materiam valde spectantia.
8 Qui † dixerit, se occidisse aliquem, verum est,
quod debet probare, se fecisse hoc ad sui defensionem,
quia præsumptio est contra occidentem l. 7.
C. ad leg. Corneliam de sicar. l. si non conuitij C.
de iniur. teste Alciato de Præsump. reg. 3. præsumpt.
9. numer. 7. Carer. in pract. crimin. circa
num. 132. versic. sed quæro, Hercul. de caut. de
non offen. cap. 3. numero 28. Cepola consil. 28.
9 num. 4. † & probationes debent esse concludentes,
& certæ, vt asseruit Bald. per illum text. in leg.
prima in princip. ff. quod metus causa. Probatur
10 † autem ex eo, quod apparet aggressorem insultasse
occisorem Grammat. consil. 18. Saluatoris Mundi
ex vulgari Bartol. & Florent. Doctor. in leg. 15.
§. cum arietes ff. si quadrup. pau. fecit, quod etiam
antea obseruauerat Glossa in Cap. si perfodiens, in
versu secularium de homicidio, & latè consuluit
idem Grammat. consil. 29. incomprehensibilis ferè,
per totum, Bartol. qui id vna mente omnes scribentes
tenere testatus est consil. 1. numero 19.
11 & ratio est † quia, quidquid facit insultatus, præsumitur

sumitur facere ad defensionem suam, non ad vindi-
ctam, Alex. consil. 29. numer. 4. libr. 1. & consil.
109. numer. 2. eodem lib. Decius etiam in consil.
459. num. 2. & 4. quod etiam firmat Carerius in
sua praxi criminal. §. crimen numero 126. & alij,
12 ex quo deducitur, quod probato insultu † Insulta-
tus occidens euadit pœnam homicidij ex leg. si cer-
tus §. si vnus ff. ad sylo, & dixit Felinus in Capit.
significante el secondo numero 13. versu. Sed istis
non obstat de homicidio vbi reiectis obiectis fir-
13 mat; † quod sufficit probare aggressionem ad eua-
dendam pœnam, etiamsi non probetur defensio
14 † permittitur enim aggresso aggressorem pro sui
tuitione occidere impunè, vt habentur in Capit.
dilecto in princ. de sent. excommunic. libr. 6. capit.
significasti el secondo de homicidio; cuius ratio
15 assignatur, † quia occidens aliquem se defendendo
non dicitur maleficium committere, ita Baldus leg.
dara opera colum. 4. Codic. qui accusare non poss.
Abbas in Capit. Clerici el primo de vita, & hone-
stat. Cleric. Carerius in praxi crimin. §. 6. columna
secunda numero 27. versic. primo Mar. consil. 81.
num. 11. Gram. dicto consil. 29. numer. 12. & seq.
Blancardus in praxi criminal. in §. Iuris permissio-
16 ne num. 5. & † alij asserentes aggressorem magis
videri occidi à se ipso insultando, quam ab aggres-
so, illum occidendo pro sui defensione, seu tuitione.
17 † Imò eandem pœnam euadit occidens, si probat
occisum præparatum ad offensam, licèt nondum
offenderit, Baldus in leg. lege in lect. antiqua ff.
loc. asserens ita fuisse practicatum, & refert Iason
in leg. vt vim columh. 2. num. 9. ff. de iust. & iure,
vbi hanc partem censuit humaniorem quia non est
æquum, quod insultatus expectet, quod vulneretur,
sed debet ipse incipire admenare, vt declarant
Bartol. & omnes in leg. prima Codic. vnde vi,
& idem tenuit Bart. in consil. 190. pro facilitori
num. 4. lib. 3. ex mente omnium scribent. Vnde
si quis stricto ense, vel cultello contra me veniat,
& ego occidam eum, probato; quod stricto ense,
vel cultello contra me venerit, dicar probasse, quod
occiderim ad mei defensionem, & excusabor à
pœna homicidij secundùm Bart. in leg. sed & si
quemcunque in princip. per illum tex. ad leg. Aqui-
liam, sequitur Alex. consil. 109. column. 3. nume-
ro secundo volum. 1. Nec refert probare, quod
18 euadere † aliter non potuerim, quia satis est pro-
bare præparationem, & loco motionem, ex quo lex
præsumit insurgentem cum ense, vel cultello velle
omninò occidere per leg. is, qui cum telo Cod. ad
leg. Corn. de Sicar. & probauit Bart. consil. 16.
num. primo volum. 2.
19 † An autem inuasus, si potest, teneatur fugere,
& non fugiens, si occidat, an incurrat pœnam
homicidæ, latè tractat Mascardus de prob. conclus.
1131. à numer. 13. vsque ad 22. vbi resoluit con-
trarietates concilians distinguendo, aut violentia
infertur circa res ad earum occupationem, & tunc
non debet quis fugere, quia fuga secum trahit
periculum ipsarum rerum, sed pro illarum defen-
sione licèt occidere inuasorem, & tunc occidens
dicetur occidisse ad sui defensionem, vide limita-
tiones ibi numero 19. ad medium allatas el Claro,
20 † quæ an verè sint de Iure Canonico, Mascardus
negat cum Felino, quem refert, & sequitur loco
citato numer. 19. ad finem. Alij autem affirmant
non incurri in irregularitatem ob homicidium
patratum ad conseruandas res suas, vel honorem
suum. Couar. Clem. si Furiosus 3. part. §. vltim.
Pet. Nauar. lib. 2. de rest. cap. 3. nu. 418. Lessius
de Iust. lib. 2. cap. 9. dubij num. 37. Suarez tom. 5.
disp. 46. sect. 2. à num. 4. Sayrus lib. 6. cap. 12.
num. 22. Coninch. disput. 18. dub. 9. numer. 80.
& 88. Nec obstat Capit. interfecisti, nec cap. signi-
ficasti de homicidio. Quia intelliguntur de occi-
dente cum peccato mortali, seu non seruato mode-
ramine inculpatæ tutelæ. Nec quidquam contra
facit Clem. si furiosus; nam ibi decernitur nemi-
nem esse irregularem, qui occidit ad vitæ suæ
defensionem; Quod autem sit irregularis, qui
interficit ob rerum suarum defensionem non
statuit, & irregularitates non incurrunt, nisi in
Iure expressæ.

Si verò molestia infertur circa personam, aut
fuga importat periculum vitæ, vel salutis, & tunc
quisque debet suam salutem tueri per legem scien-
tiam si quæcunque aliter ff. ad leg. Aquiliam, vel
importat periculum honoris, & idem etiam dicen-
dum est, quia quilibet tenetur tueri suum hono-
rem, quod intelligendum est etiam si aggressus
posset fugere sine periculo, sed non sine dedecore,
Tiraquel. in tract. de nobil. c. 20. num. 63. 64. 65.
& hoc extendit ad quemcunque aggressorem, siue
sit nobilis, siue ignobilis ex eo quod fugere semper
est ignominiosum.
21 Dicitur † etiam quis ad defensam occidisse, si
probetur occisum fuisse in insidijs, & expectasse, vt
interficeret illum, à quo fuit occisus, ita sentire
omnes Doctores testatur Placa lib. 1. delictorum
capit. 21. numero 13. quem ad hoc citat Iulius
Clarus in praxi §. homicidium versu potest etiam
homicidium; quod tamen ipse limitat vt apud
22 ipsum videre poteris. Dicitur † etiam ad sui
defensionem facere, qui interficit illum, qui
prius posuit manus ad arma, nam ex illo actu
censetur prouocator, & actor. Blanc. in pract.
crim. §. 3. & Capolla consil. 28. num. 5. 7. 9. Qui
enim manus ponit ad arma semper dicitur habere
præsumptionem Iuris contra se, vt pulchrè Aret.
consil. 34. visis dilig. colum. 1. vers. 2. & ex ista
præsumptione dicitur probata necessaria defensio,
quia non est expectanda percussio, vt Bald. in l. 1.
numer. 17. Cod. vnde vi, & Capolla consil. 28.
num. 10. Bart. latè cons. 101. numer. 1. & seq. &
cons. 1. numer. 18. vbi propè infinitos numerat,
& terror armorum sufficit ac iusta dicitur defensa,
Aret. in tract. malef. in verbo, & dictus Titius se
defendendo colum. 2. versu dixi, quod licitus, quod
etiam extenditur vt procedat in eo, qui habet
ensem sub brachio expectans aduersarium, qui illàc
transiturum sit, si ensem contra istum euaginet, vt
licitè interficiatur, & dicitur interfectus ad defen-
sionem Bar. dicto consil. 101. num. 10. per Cepol-
lam dicto consil. 28. numer. 7. & alios per eum
allegatos.
23 Quod † si dubitetur, quis fuerit aggressor in rixa
ad effectum, vt occidens dicatur occidisse ad sui
defensam, dic quod si probetur bona vita occiden-
tis, & quod sit homo pacificus, videtur probatum,
quod sit insultatus, quia homo bonæ famæ semper
præsumitur insultatus, colligitur ex contex. leg.
non omnes §. à Barbaris ff. de re milita. & de hoc
scripserunt Io. Faber., & Flor. in dict. leg. 15. §.
cum arietes ff. si quadruples pau. fer. dic. & contra
qui repertus est occisus, si probetur homo rixosus,
præsumitur prior insultasse, & ideò licuisse se oppo-
nere Io. de Amic. consil. 23. nu. 6. latè scripsit alios
referens, & si duo reperiantur occisi & ignoratur,
vter prior fuerit aggressor, præsumendum est
omninò contra magis rixosum per text. in leg. non

omnes

omnes §. à barbaris ff. de re milit. quod verissimum putant multi apud Mascardum loco citato numero 46.

24 Hæc quoad defensam, & necessariam defensam, sed quia ab Imperatoribus Diocletiano, & Maximiano sancitum est, vt non solùm requiratur, quod homicidium fiat ad defensionem, sed etiam quod fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, leg. prima Codice vnde vi, & à Vulpiano responsum est leg. tertia §. cùm igitur ff. de vi, & vi armata ideò viso qualis sit detentio, superest videndum quid sit moderamen inculpatæ tutelæ, vel quod sit homicidium cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod est dicere quod homicidium si commissum se defendendo, modo supra explicato, sed quod ista defensio sit talis, quod in ea non sit commissus excessus, qui sit culpapilis; nam defensio culpabilis non est permissa, Bald. dict. l. 1. num. 3. C. de Confes. & numer. 4. concludit defensionem veram, & moderatam esse quanta expedit, & ideò non plus facere, quam oportet, nec aliter, quam Iudex iudicabit varijs
25 circumstantijs. † Moderamen autem circa tria consistere considerarunt scribentes videlicet circa modum se defendendi, circa tempus, & circa causam defensionis, quod etiam probarunt auctoritate glossæ l. 1. Cod. vnde vi, & dixit Blancardus in pract. crimin. in 3. p. defensionis num. 2. & seq. Clarus dict. §. Homicidium vers. scias tamen, & alijs. Hoc moderamen circa modum se defendendi, consistit in hoc, quod si armis vis inferatur eodem genere armorum vis repellatur, ideò si quis pugnis tantum aggreditur, qui pugione percuteret, non diceretur seruare moderamen, sed pugnis est resistendum per gloss. in leg. 1. in verbo moderamine C. vnde vi, & per tex. in l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi armata, & Doctores apud Mascardum vbi supra numer. 32. Quod tamen non procedit, quando quis aliter se defendere non potest; nam eo casu licebit aggresso armis etiam inæqualibus se defendere, vt communitet Doctores in l. is, qui aggressorem C. ad l. Corneliam de Sicarijs, nam curare non debemus æqualitatem armorum vbi necessitas euitari non potest, vt dixit Bald. in rep. leg. 1. numer. 13. Cod. vnde vi, Necessitas enim facit excusabile quod alias non esset excusabile, l. qui poruerit ff. de manumiss. test. ideò si aggressus ense redigatur ad periculum vitæ, si aliud genus armorum non habeat, quam sclopetum, quod pistolam vulgus dicit, si ea interficit, dicitur se tueri cum moderamine &c. Hoc enim casu licere debet vnicuique, audaciam aduersarij reprimere, & eius aggressionem præuenire potiùs, quam tardè à plaga accepta vindicari. Quia vt Imperatores Valentinianus, Theodosius, & Arcad. dixerunt in leg. vnica Cod. quando vnic. sine iud. se vinc. melius est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare. Vide Mascard. num. 38. & 39. Hoc tamen limitatur nisi habens sclopetum illud teneret absconditum, vt dolo aduersarium traheret ad pugnam, quia hoc casu non excusaretur, cùm possit euitare, & non euitat. Addit Mascardus, quod neque excusaret illum, qui haberet ensem, & sclopetum, si ense abiecto, sclopeto interficeret. Sed ego puto nimis durum hoc ita simpliciter dictum aggressus enim potest se defendere meliori modo, quomodo enim aggressus scire potest aggressorem esse solum, & simile armorum genus non habere, potest etiam fieri, quod aggressor sit peritus in arte gladiatoria, & multa, alia possunt concurrere etiam per ipsum Mascardum conducentia, & quod sit robustior animo &c.

Quoad secundùm, nempè quod temporis æqualitas seruetur, est intelligendum, quod subitò adortus, subitò se defendat, nam si post spatia aliquot, & interualla homicidium contingit, vindicta, & non defensio est æstimanda, leg. nullos Cod. de Iudæ, & Cælici, cui concordat Cap. porro iuncta glos. 2. de diuort. ad idem est tex. l. 3. §. eum qui ff. de vi, & vi armata. Illico ergo & pæne è vestigio, atque in ipso primo aggressoris furore interficere fas est; Verum tamen est, quod defensio dicitur facta incontinenti, & non ex interuallo si antequam deueniatur ad aliquos actus extraneos; sed in aggressu ipso, & in pugnæ continuatione homicidium sit commissum, l. si ex plagis §. tabernarius ff. ad leg. Aquiliam, & scripsit Bart. in dict. l. 1. vers. circa hoc C. vnde vi, vbi etiam Alex. & Abbas in Cap. olim col. 4. nu. 10. de restit. spoliat. Blancard. eadem 3. part. defens. num. 6. quod adeò verum est vt occisor teneatur probare defensionem factam fuisse incontinenti, & non ex interuallo, alioqui non defensio, sed vltio præsumeretur, vt latè probat Cater. in dict. §. circa numer. 109. ex traditis per Angelum in tract. malefic. in verbo dictus Titius se defendendo col. 3. vers. aduertas, iudicare autem quando sit ad vindictam, vel ad defensam idem Angelus relinquendum asserit arbitrio Iudicis, si inuasor post illatum vulnus statim aufugiat, & percussus accepto vulnere fugientem prosequatur, non dicitur incontinenti inuasus occidere, vt ad necessariam defensam, sed ad vindictam, Bald. in dict. l. 1. in repet. num. 28. nu. 10. C. vnde vi, qui citat Cynum, Arer. quod tamen limitandum est nisi fugiens, haberet animum iterum percutiendi inuasum, licèt fugiat, vel si percussor post percussionem staret, quia præsumitur velle iterum percutere, Mascard. num. 47. loc. cit. si tamen percussus percussorem insequeretur fugientem, & occidat esset puniendus non pœna ordinaria, licet non occidat cum moderamine inculpatæ tutelæ, quia iusto dolore, & accepta percussione commotus præsumitur occidisse, ideò mitius est puniendus Abbas in cap. 1. de iniurijs. Decius in l. 1. numer. 11. vers. & licèt ff. de Iust. & iure. Circa tertium modum, nempè circa causam, moderamen consistit, quod fiat ex causa defensionis, vt videlicet occidens faciat ad defensionem, non ad vindictam, l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad leg. Aquiliam, Bart. in dict. l. 1. C. vnde vi, quod intellige quoad peccatum non irregularitatem, quia quocunque animo fiat homicidium, irregularitas non incurritur, nisi concurrant cætera requisita. Tandem Iudicis arbitrio remittitur iudicare, an homicidium sit commissum cum moderamine inculpatæ tutelæ, & ad defensionem, qui consideratis qualitate armorum, & personarum causæ, & reliquis circumstantijs statuet, quod iustum videbitur, Abbas in dict. cap. olim col. 6. num. 16. de rest. spoliat. Menochius de arbitrar. cas. 277. num. 5. quibus ita adnotatis. Respondetur facilè obiectis.

Ad 1. Respondeo constare de homicidio, sed de homicidio facto ad necessariam defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt ex adnotatis paret, deinde etiam respondeo, quod probata defensione est etiam simul probata necessaria defensio, patet ex annotatis, & docet Farin. in pract. criminali quæst. 125. num. 418. §. limita 2. Clarus item in pract. crim. §. homicidium num. 26. Imò asserint Farinacius se nunquam in iudicando ab hac sententia esse recessurum.

16 Ad

26 Ad 2. † Nego homicidium esse punitum, vt voluntarium, sed pœna est inflicta, vel ob vagationem tempore inconuenienti, vel ob delationem armorum, denique dico pœnam homicidij non esse conuenientem delicto, quod irregularitatem inducit, patet, quia sententia habet, quod sacerdos inseruiat illi loco, ad quem destinatus fuerit ab Episcopo pro cura animarum, imponere autem obligationem deseruiendi curæ animarum non est pœna debita delicto inducenti irregularitatem, & præterea subditur quod teneatur impetrare dispensationem, si, & in quantum opus fuerit, quæ
27 clausula † importat conditionem, quæ nihil ponit inesse; Riccius in praxi for. Eccles. decis. 517. num. 1. alias decis. 413. num. 2. Caualer. decis. 12. num. 41. & decis. 28. numer. 16. & 20. part. 3. & decis. 322. numer. 9. par. 5. Marta de claus. par. 1. claus. 362. numer. 1. in vltima impressione, apud
28 quem etiam reperies num. 3. † quæ sit differentia inter hæc, si, & in quantum de Iure potest, & si & in quantum de Iure debet, an importet etiam admissionem, quatenus admissioni de Iure sit locus, & reiectionem, quatenus de iure non est admittendum, Roman. cons. 502. num. 4. & sequ. Socinus iun. cons. 18. numer. 14. & 15. lib. 1. Marta de claus. part. 1. claus. 152. in vltim. impressione, Maranta de ordine iudicar. par. 5. §. appellatio num. 200. Menochius cons. 174. numer. 32. & alij, ergo ex ista clausula nihil certi potest deduci cum ergo irregularitas de iure non indicatur, vt probatum est, nec ista clausula potest declarare inductam; sed potius, cum irregularitati de iure hic non sit locus, etiam ista clausula reijcier, vt dictum est.

Dices ex hoc modo dicendi saltem resultat, quod index fuerit dubius, dum asserit irregularitatis
29 dispensationem esse obtinendam quatenus, † sed in dubio quilibet se debet gerere, at irregulares ex Cap. significasti, & ex Cap. ad audientiam el 2. de homicidio, & asserant multi Doctores, ergo & iste censendus est irregularis, cùm ex sententia resultet dubium. Respondeo distinguendo minorem in dubio quilibet censendus est irregularis, in dubio iuris, vel in dubio facti: In dubio iuris tam in foro animæ, quam in foro fori nemo se debet gerere vt irregularis: ita communiter Doctores, Rebellus 1. part. de oblig. instit. lib. 1. quæst. 1. sect. 2. Saytus lib. 6. cap. 2. numer. 16. Suarez tom. 5. disp. 40. sect. 5. num. 18. Nauar. cap. 27. à nu. 193. Auila part. 7. disp. 2. dub. 3. conclus. 5. Couar. Clem. si furiosus par. 1. initio nu. 3. Valent. tom. 4. disp. 7. quæst. 19. part. 2. Coninch disp. 18. dub. 2. nu. 21. Sa verbo Irregularitas numer. 4. & alij. In dubio facti iterum distinguo, vel loquimur in foro animæ, & debet qui dubitat se gerere vt irregularis, & talis est iudicandus, vel loquimur in foro fori, & multi Doctores asserunt non esse iudicandum vt irregularem, Valerus in diff. vtriusque fori verbo irregularitas differentia 5. Laiman distinguit aliter, vel loquimur inquit de dubio homicidij liciti, vel illiciti, si dubium sit de homicidio licito, idest de homicidio ad defensam asserit neminem esse iudicandum irregularem; In dubio autem homicidij illiciti vult esse iudicandum, ita lib. 1. sum. tract. 1. cap. 5. num. 39. in fine, ex quibus patet responsio. Sed ad hoc propositum non pigebit referre quod dixerint aliqui summi Doctores de dubio irregularitatis, & suppono nullam incurri irregularitatem nisi sit expressa sufficienter in iure ex Cap. Is qui de sent. excom. in 6. vbi habetur irregularitatis, cùm id non sit iure expressum, laqueum non incurrit, propter quem textum hoc communiter admittitur Doctores. Deinde noto doctrinam Innocentij in Cap. ad audientiam de homicid. videlicet. Quod iudex neminem debet in dubio iudicare irregularem quam tamen propositionem ita simpliciter prolatam non admittit Abbas in idem Cap. licet asserat communiter citari pro notabili; sed putat esse distinguendum hoc modo, aut agitur in foro fori, idest contentioso, de irregularitate ad pœnam infligendam pro irregularitate contracta; aut agitur in foro pœnitentiæ ad pœnitentiam iniungendam in salutem animæ. In 1. casu admittit doctrinam Innocentij, in secundo verò illam reijcit, & vult tutiorem partem esse eligendam. Hanc distinctionem non admittit Nauar. Cap. si quis autem de pœnit. num. 35. vbi conatur ostendere mentem Innocentij, & Nauarrum sequitur Couarruuias tradentem distinctionem iuris, & facti: supra etiam explicatam. Sed doctrina Innocentij, & Abbatis si rectè explicetur est valdè vtilis, & consideranda, quæ vt rectiùs intelligatur, suppono, quod tunc etiam fuerit constans omnium sententia, in dubio iuris neminem esse indicandum irregularem; restat ergo, quod illi Doctores quærant veritatem de dubio facti, vultque Innocentius in tali dubio neminem à iudice esse iudicandum irregularem, quam generalitatem Panormitanus hac distinctione vtens explicat, vel sumus in foro contentioso, vel in foro pœnitentiali.
30 Nam † & pœna est duplex, altera quæ salutem animæ respicit, qualis est prohibitio celebrandi, promotio ad ordines &c. altera, quæ salutem animæ non concernit, vt priuatio beneficij iam obtenti: potest enim irregularis retinere beneficium donec per sententiam priuetur argumento Capitis minor. dist. 50. & Trid. sess. 24. cap. 7. de reformat. in foro igitur contentioso, vbi agitur de imponenda pœna, quæ animæ periculum non concernit verissima est sententia, & doctrina Innocent. & Panormitani. Non enim iustum est, vbi dubitatur de irregularitate, quod certa pœna infligatur nempè priuationis beneficij &c. repugnat enim naturali æquitati incertę culpæ irrogari certam pœnam; vbi verò agitur de pœna concernente salutem animæ debet iudex iudicare irregularem, & puto Panormitanum vocasse istam pœnam pœnitentiam, & forum, in quo imponitur pœnitentiale. Vide Toletum lib. 1. suæ institut. cap. 52. in fine.

Ad 3. de multiplicitate ictuum, & qualitate armorum patet responsio ex supra traditis, cùm ageremus de requisitis ad defensam, & ad moderamen inculpatæ tutelæ. Quia aliter non poterat se defendere, superest soluenda 3. difficultas proposita: An dato, quod Titius aliqua irregularitate detineatur, possit in hoc casu secum dispensare Episcopus, & eius Vicarius Generalis ex generali mandato, & quid in dubio irregularitatis, nempè si dubitaretur, an sit irregularis.

Et quoad 1. quæsitum, an Episcopus dato, quod Titius aliqua esset irretitus irregularitate, posset Episcopus secum dispensare, posset aliquis arbitrari
31 non posse. His rationibus, † Episcopus potest dispensare tantùm in irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, & non deducto ad forum contentiosum, sed homicidium, de quo agitur, est publicum, & deductum ad forum contentiosum, ergo &c. Quod sit publicum patet, quia à toto oppido, in quo patratum est, scitur, & deductum est ad Curiam Episcopalem, & super eo lata est sen-

tentia, ergo &c. hoc totum patet ex dispositione Concilij Trident. sess. 24. cap. 6. liceat &c. 2. Idem Concilium sess. 14. cap. 7. de refor. vbi disponitur quod super irregularitatibus ex homicidio ad defensam patrato dispensatio committat loci ordinario, aut ex causa Metrapolitano, seu viciniori Episcopo, si ergo est committenda dispensatio, ipso iure non competit, ergo sine commissione non potest dispensare.

His tamen non obstantibus dico, posse Episcopum dispensare super hac irregularitate absque vlla commissione, & probo potest Episcopus dispensare super irregularitatibus prouenientibus ex delicto occulto, & non deducto ad forum contentiosum, sed hoc homicidium non voluntarium est huiusmodi, ergo &c. maior est clara ex Cap. citatis Tridentini. Minor probatur, respondendo duabus factis obiectionibus, & ad primam iam probatum est hoc delictum non esse voluntarium, sed necessarium, vtpotè factum ad defendendum se ipsum cum moderamine inculpatæ tutelæ; Nunc
32 probo esse occultum, pro quo adnoto † aliquod
dupliciter posse esse publicum vel notorium, quod pertinet ad rem nostram, potest dici notorium; & publicum in ratione delicti, & in ratione facti, dicitur aliquod esse publicum, vel notorium in ratione facti, quando inspectante populo, & coram multitudine delictum patratum est, hoc enim delictum esse commissum omnes sciunt, & viderunt, publicum autem, & notorium in ratione delicti illud dicitur, quod non solum constat esse factum, sed publicum, & notorium est esse commissum cum culpa, & constat non solùm esse factum, sed etiam factum illud, esse tale, quod sit culpabile, & delictum; licèt enim constet, & sit notorium homicidium esse commissum, sed non constet illud homicidium fuisse culpabile, nunquam dicetur notorium, & publicum in ratione delicti, nunc ad rem nostram ad irregularitatem incurrendam non sufficit homicidium esse publicum, & notorium in ratione facti, sed præterea requiritur quod sit publicum etiam in ratione delicti .i. quod tale publicè cognoscatur, quod sciatur occisorem occidendo peccasse mortaliter, ita Emanuel Sà verbo Episcopus numer. 3. Rodriquez in sum. par. 1. cap. 276. nu. 3. Henriquez lib. 14. cap. 20. nu. 4. Sayr. de Censuris lib. 7. cap. 3. num. 13. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 34. numer. 56. Riccius praxi fori Eccles. resol. 450. numer. 5. in 2. editione, Vgolin. de Cens. tab. 1. cap. 13. §. 7. sub num. 4. Camp. in diuersorio Iuris Can. rubric. 7. cap. 5. numer. 31. & alij. Cùm igitur constet in foro fori, & in foro conscientiæ, homicidium hoc non esse publicum in ratione delicti, sed tantùm in ratione facti, sequitur, quod super irregularitate ex eo proueniente possit dispensare Episcopus virtute facultatis sibi traditæ in conciliari dispositione.

Ad secundam partem obiectionis, nempè quod delictum sit deductum ad forum contentiosum pariter respondeo delictum fuisse quidem dedu-
33 ctum † ad forum contentiosum, at nunc, quia est
sequuta sententia ampliùs non est deductum, cùm iudicium iam sit absolutum; eatenus enim Episcopus non potest dispensare, quatenus delictum est deductum ad forum contentiosum .i. quatenus non est sequuta sententia; In nostro casu est sequuta sententia, & homicidium remanet occultum in ratione delicti, ideò potest Episcopus dispensare, Candelab. Aureum tit. de excom. nu. 42. Sà verbo Episcopus numer. 34. Rodriquez par. 1. cap. 167. Vega sum. par. 2. cap. 15. casu 2. Graffius decis. part. 1. lib. 1. cap. 13. numer. 42. & cons. tom. 2. sub tit. de homicidio cons. 20. num. 20. Suarez de cens. disp. 41. sect. 2. numer. 6. Sayr. eodem tract. lib. 7. c. 7. num. 32. Campanil. vbi supra rub. 11. cap. 23. num. 144. Sanch. de matr. lib. 2. disp. 37. num. 12. & in Decalog. lib. 2. cap. 11. numer. 2. & iterum de matrim. lib. 8. disp. 34. num. 57.

34 Addo † posse dispensare Episcopum, etiam si
sententia absolutoria, qua mediante delictum adhuc remanet occultum, esset obtenta medijs deprauatis, ita Suarez loco citato num. 6. Henriquez lib. 4. cap. 10. §. 4. Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 37. num. 12. in fine, & lib. 8. de matrim. disp. 34. nu. 57. Camp. in diuer. iur. rub. 7. cap. 5. num. 8. & rub. 11. cap. 23. numer. 144. vbi etiam
35 addit, quod incepto iudicio, † licèt non finiatur,
eo quod accusator taceat per annum adhuc potest Episcopus dispensare, & dispensatum ordinare, quia delictum non dicitur, ampliùs deductum ad forum contentiosum, sed iuditium derelictum, allegat alios precipuè Glossam verbo obrepsit in Cap. tantis 81. dist. & Cap. Omnipotens Deus de accusat.

36 Dices non est sequuta sententia absolutoria, sed
condemnatoria in casu nostro: Iam ad hoc supra responsum est, sed addo, quod pertinet ad præsens dubium, posse adhuc dispensare Episcopum, quia re vera iam non est ampliùs deductum ad forum contentiosum, sed ipsa sententia licèt condemnatoria terminatum, Henriquez lib. 14. cap. 7. nu. 5. Auila de cens. part. 3. disp. 2. dub. 7. & par. 7. disp. 10. dub. 7. Sanchez decalog. lib. 2. cap. 11. num. 21. Reginald. lib. 30. tract. 2. num. 29.

Ad secundam obiectionem, nempe dispensationem super irregularitate ob homicidium patratum cum moderamine inculpatæ tutelæ debere committi Episcopo, & ideò illi non competere de iure;
37 † Respondeo Concilium esse intelligendum de
dispensatione ob homicidium publicum, non autem occultum; ad hoc ergo, vt Episcopus non possit dispensare, requiritur, quod sit notorium, excessum defensionis, & inculpatæ tutelæ fuisse peccatum mortale, alioqui, si de hoc non constet, adhuc poterit dispensare.

An verò possit Vicarius Generalis, vt tota res absolutè habeatur; videbimus ista 1. An facultatem dispensandi possit illi concedere Episcopus. 2. Dato quod possit an dicatur concedere ex Clausulis generalibus in mandato generali. 3. An saltem per clausulam specialem in mandato generali. 4. An possit tantum delegare toties quoties. 5. An hoc 4. modo possit alijs à Vicario Generali, delegare: De hac facultate latè disputat Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 40. num. 17. & Barbosa aliqua habet de potestate Episcopi alleg. 39. nu. 10. & ad Trident. sess. 24. cap. 6. num. 54. Ego breuiter.

38 Ad 1. † videtur vrgentissimis rationibus probari
Episcopum non posse delegare facultatem hanc dispensandi suo Vicario Generali. 1. ex contextu Concilij ita ponderando; vbi agit de facultatibus dispensandi, has solis Episcopis attribuit, nec quidquam dicit de Vicario, vbi verò decernit de facultate absoluendi à reseruatis etiam Sedi Apostolicæ, Episcopis hanc concedit tantùm in diœcesi, sed cum facultate delegandi specialiter suum Vicarium, & tandem vbi de absolutione ab hæresi illam Episcopo tantùm concedit priuatiue quoad omnes alios, ita, vt neminem possit delegare. Cùm ergo Concilium concedens Episcopo facultatem absoluendi à reseruatis exprimat hoc posse delegare

Vicario,

Vicario, & hoc non faciat vbi agitur de facultate
dispensandi, sequitur ex mente Concilij hanc non
esse delegabilem, quia expressio in 2. manifestè
39 arguit exclusionem in primo. † Confirmatur, quia
constitutio in vna parte declaratur, vel suppletur,
vel limitatur, ac restringitur ab alia l. vnica in
40 princip. de inoff. dot. 2. † Probatur. Quia si hoc
voluisset Concilium nempè facultatem dispensandi
extendi saltem per delegationem ad Vicarium
Episcopi, hoc expressisset sicuti fecit in casu abso-
lutionis; argumento textus in l. vnica §. sin autem
ad deficientes Cod. de caducit. tollend. cùm ergo
hoc non præstet, dicendum est hoc noluisse.

Assignatur etiam congrua ratio, quare Conci-
lium concedat Episcopo facultatem dispensandi,
& non eius Vicario, concedat autem Vicario absol-
41 uendi facultatem, † quia dispensare est quid maius
in Ecclesia, quam absoluere, & frequentiores sunt
casus absolutionis, quam dispensationis, & ex stilo
Curię dispensationes vniuersaliter non delegantur,
sicuti solent casuum absolutiones, & in illis maxi-
42 mus habetur personarum delectus. † Attamen
adhuc sentio facultatem dispensandi esse ab Epis-
copo delegabilem, quia competit Episcopo aucto-
ritas ista dispensandi iurisdictione ordinaria, ergo
est delegabilis, quod illi competat iurisdictione
ordinaria; patet ex Concilio si hoc modo rectè
perpendatur.

43 In 3. parte vbi agitur de absolutione ab hæresi. †
statuit Concilium Episcopum debere per se ipsū
priuatiuè quoad alios absoluere, in c. vbi agitur de
absolutione à casibus reseruatis, hanc committit
Episcopo, & eius Vicario specialiter delegando,
superest igitur dicendum, quod in 3. vbi agitur de
dispensationibus facultas, quæ conceditur Episco-
po, cùm non sit limitata liberè concedatur absque
vlla restrictione, & ideò posse ab Episcopo in gene-
rali mandato delegari suo Vicario, quia vna pars
constitutionis explicat, declarat, & restringit aliam
vt supra dictum est. Ex quibus etiam responsum
est primis duabus rationibus, quibus opposita
sententia videbatur probari.

Ad 3. quæ superest soluenda. Quidquid sit
de illa propositione quod maius sit in Ecclesia
dispensare; quam absoluere. Dico in casu nostro
maius esse absoluere, quam dispensare, cùm agatur
de absolutione à casibus in Bulla Cœnæ, quæ vix
solet concedi, & tamen dispensationes committun-
tur multis vniuersitatibus. Neque valet dicere
absoluere, est maius, quàm dispensare, quia simpli-
citer non est vera, nam absolutio ab hæresi est
absolutio, & tamen est quid maius, quam dispen-
sare in voto non luendi, ergo non est simpliciter
vera, non est ergo consideratio facienda simplici-
ter, sed relatiuè .i. in ordine ad id ad quod conce-
ditur, & dispensatio, & absolutio. Deinde Vicarij
solent esse maximæ litteraturæ, & prudentiæ, quæ
maxime requiritur in dispensationibus, est ergo ista
facultas illis. Quod autem non delegatur absolutio
ab hæresi, quidquid sit de hoc, sed dato, quod sicut
dicitur, sit verum, quod non assero, adhuc adest
maxima differentia, quia hæc absolutio habet
maximum respectum ad auctoritatem, quæ est in
Episcopo, non in Vicario, posito ergo quod possit
delegare.

44 Ad secundum, † quo quæritur, an requiratur
specialis facultas, Rebuffus in praxi benefic. tit. de
forma Vicariatus num. 179. & seq. Ibroz de Vica-
rio Episcopi lib. 2. quæst. 19. num. 2. & quæst. 179.
num. 1. & quæst. 180. num. 2. & quæst. 184. nu. 1.
Vgolin. de potestate Episcopi cap. 4. §. 7. num. 2.
Narbona de Appellat. à Vicario ad Episcopum
part. 1. numer. 209. asserunt Vicarium Generalem
nec posse absoluere, nec posse dispensare sine spe-
ciali mandato, & probant ex Concilio supra citato,
quod asserunt hoc requirere, 2. in Generali manda-
to ista non veniunt Cap. penult. de Penitentia in 6.
& faciunt quæ habet Campanil. in diuers. iur. rub.
11. cap. 23. num. 148. sed consequenter loquen-
do ad tradita. Dico non requiri speciale manda-
tum, sed sufficere Generale quia ista competunt
Episcopo iure ordinario, & ideò. Ad 1. quod
adducitur in contrarium dico hoc non habere
Concilium, vt supra visum est.

Ad secundum dico ista venire; Nec quidquam
contra nos habet caput illud citatum, cùm ibi
tantum habeatur, quod si Episcopus concedat
facultatem eligendi confessarium; electus nihil
potest circa reseruata, quod valde diuersum est ab
eo, de quo nos quærimus, vt patet.

45 Ad tertium. † An possit delegare generaliter
ad omnes casus, an verò tantum toties quoties
contingat. Henriquez lib. 14. de Irreg. cap. 19.
in fine, & lib. 6. de pœnit. cap. 14. iuncto com-
mento littera O. negat posse Episcopum delegare
ad omnes casus ductus istis rationibus. Primò quia
Concilium requirit. Secundò quia eligitur perso-
næ industria: Ego tamen puto contrarium, quia
competit iure ordinario, nec eligitur personæ
industria, quia cuicunque Episcopo hæc facultas
conceditur, & consequenter eligitur persona inco-
gnita, quo casu non potest eligi industria, Iason.
in l. more maiorum numer. 65. ff. de Iurisd. omni.
iud. Lopez leg. 47. in fin. tit. 18. part. 1. Meno-
chius de Arbitr. lib. 1. quæst. 64. numer. 17. Nec
ibi vlla sit mentio delegationis.

46 Ad quartum † quid dicendum sit simul, cum alijs
dubitationibus, dico Episcopum in hac dispensa-
tione committendo posse quidquid potest in alijs,
quæ eodem iure ordinario illi competunt, siue
speciali mandato, siue in generali siue specialibus
clausulis; & non solum Vicario, sed etiam alijs
posse delegare, non solum toties quoties, sed gene-
raliter ad semper.

47 Quid † autem in dubio agere debeat, nempè
cùm dubitatur, an quis sit irregularis, nec ne;
Nunquam in foro fori debet proferre sententiam
contra reum; ita intelligendum est cap. Ad audien-
tiam de homicidio & cap. significasti el 2. eodem
tit. ita Emanuel Sà verbo dispensatio num. 1. & 2.
asserit debere Episcopum declarare non incurrisse,
& ideò dispensare, qui etiam addit, quod si adsit
vrgens causa dispensandi, & non dispenset, pec-
cat.

S V M M A R I V M.

1 *Ponitur casus.*
2 *Sententia D. Thomæ.*
3 *Quid dicendum.*
4 *Qui non potest peccare venialiter, neque potest mortaliter.*
5 *Non est verum quem possit peccare venialiter, & non mortaliter.*
6 *Ratio quare non possit peccare venialiter, qui non potest etiam mortaliter.*

Cui danda extrema Vnctio respectu ætatis.

X I V.

1 PVer † nondum excedens septennium infirmatur ad mortem, quæritur, an extrema vnctione
sit iniungendus.
2 D. Thomas † in addit. ad 3. partem quæst. 32.
num. 4. & Sotus Bellar. & alij asserunt non solere
dari nisi in ætate, quæ requiritur ad communicandum sufficere tamen ætatem sufficientem ad peccandum, ita etiam Sa verbo extrema vnctio nu. 2.
3 Dico † non esse dandam extremam vnctionem nisi
illis, qui possunt peccare mortaliter, ijs autem, qui
ita non possunt peccare non esse dandam; ratio
4 † est quia qui non potest peccare mortaliter, nec
potest peccare venialiter, ideò non est danda ex-
5 trema vnctio. † Neque verum est quod quis possit
6 peccare venialiter, & non mortaliter. † quia, qui
potest peccare venialiter debet scire se deflectere à tramite virtutis, quod, vt sciat, debet eundem tramitem virtutis cognoscere; sed qui scit operari secundùm virtutem, & cognoscit non ab illa se deflectere, potest peccare mortaliter, ergo qui potest peccare venialiter, potest etiam mortaliter. Cùm ergo istud Sacramentum sit institutum ad tollendas reliquias peccatorum, per se; & ad tollenda venialia, & ad robur acquirendum contra tentationes; quæ omnia cessant in eo, qui non potest peccare mortaliter, ergo illi non est danda, Ad hoc enim hoc Sacram. institutum est.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Intentio, quam potest habere, qui tenet quidem filium, sed non intendit contrahere cognationem spiritualem.*
3 *Onera, quæ, subit leuans de Sacro fonte.*
4 *Qui intendit leuare de Sacro fonte, subire munus patrini, & cognationem contrahere absque dubio fit compater, & cognationem spiritualem contrahit.*
5 *Qui tamen intendit tantum leuare de Sacro fonte; sed excludit intentionem subeundi onera, & fieri compater, nullam contrahit cognationem.*
6 *Ex consensu oritur obligatio.*
7 *Actus agentium non operatur vltra intentionem Agentium.*
8 *Quam vncunque intendat quis vouere, nisi etiam simul intendat se voto obligare, nunquam voto obligabitur.*
9 *Procurator alieno nomine filium leuans nullam contrahit cognationem, quia necessaria ad contrahendam non intendit.*
10 *Actus operantur vltra intentionem operantium, vbi dolus interuenit.*
11 *Supradicta propositio limitatur in Sacramentis, & affertur manifesta instantia.*
12 *Verificatur maximè in ijs, quæ pendent à libera potestate.*
13 *Intendens contrahere cognationem spiritualem, sed non subeundi onus patrini, nec contrahit, nec subit.*
14 *Fundamentum contrahendæ cognationis spiritualis est intentio subeundi onus patrini.*
15 *Qui intendit leuare filium, & onus patrini subire, licet postea intendat non contrahere cognationem spiritualem, adhuc illam contrahit.*
16 *Qui vult antecedens, necessariò vult etiam consequens, si consequens necessariò sequatur.*
17 *Qui vult ciuilitatem, vult etiam onera ciuilitati adnexa.*
18 *Etiamsi onus non sit notum, vel cognitum.*
19 *Respondetur obiectioni, & materia elucidatur.*
20 *Respondetur directè quæsito.*
21 *Cognatio spiritualis est impedimentum dirimens.*
22 *Etiamsi maritus contrahat cognationem spiritualem, non tamen contrahit vxor, & è contra.*
23 *Patrinus, & matrina nullam inter se contrahunt spiritualem cognationem.*
24 *Ad hoc vt insurgat cognatio spiritualis requiritur, quod in vna parte sit paternitas, vel maternitas spiritualis, vel naturalis, ideò consurgit inter patrem, & matrem naturalem, & patrem, & matrem spiritualem, & filium leuatum.*
25 *Mortuo filio leuato, adhuc durat spiritualis cognatio.*
26 *Explicantur, quid significent illa verba, leuare de Sacro Fonte, & quomodo debeant verificari.*
27 *Patrini designati à parentibus debent esse tantum duo, ijque diuersi sexus.*
28 *Si nulli à parentibus designantur, plures possunt esse compatres.*
29 *Imò, si ab ipsis parentibus plures designentur, verè sunt patrini. Nam dispositio Concilij est tantum, quando duo à parentibus eliguntur.*
30 *Tres difficultates soluuntur posita sententia negantium fieri compatres, qui tangunt, & leuant plures, quam duo.*
31 *Plures admissi validè admittuntur, & omnes fiunt compatres.*
32 *Actus contra legem factus non tenet; explicatur.*
33 *Plures, qui admittit non peccat mortaliter.*
34 *Venialiter peccat, quia agit contra dispositionem Concilij.*
35 *Patrini à parentibus designati, si leuent filium inuito parocho, fiunt compatres, & explicantur verba Concilij.*
36 *Si nulli designantur à parentibus, & duo designantur à Parocho, si alij leuent, non fiunt compatres, & quare.*
37 *Episcopus non potest dispensare, vt loco duorum diuersi sexus, admittantur duo patrini eiusdem sexus.*
38 *Illi sunt patrini, qui tenent vbi conficitur Sacramentum.*
39 *Non procurator, qui leuat, sed ille, cuius nomine procurator leuat, fit cognatus spiritualis.*
40 *Si nomine totius Ciuitatis leuetur infans, non ille solum, qui leuat, sed tota Ciuitas fit cognata, & si quis de Ciuitate cum leuato vult contrahere, indiget dispensatione.*
41 *Confirmatus, & Baptizatus potest esse patrinus in Baptismo, & Confirmatione, & non Baptizatus non potest esse in Baptismo, & non confirmatus in Confirmatione.*
42 *Eodem die in confirmatione nemo potest tenere, nisi duos, nisi cum viro probo dispenset Episcopus. Non debet tamen esse idem compater in Baptismo, & Confirmatione.*

Intendens

Intendens non contrahere compaternitatem leuando filium è Sacro Fonte Baptismatis an fiat compater.

X V.

1 ARdet amore Cleliæ Tiberius, nec quidquam aliud cogitat quam modum explendi sua desideria, id suspicatur. Seius Cleliæ maritus, & putans se nactum esse certissimam occasionem tollendi omnem spem Tiberio, cùm Clelia sit grauida illum inuitat ad leuandum è Sacro Fonte partum qui nascetur. Acceptat Tiberius licet hilari fronte animo tamen inuito, sed ne augeantur suspiciones acquiescit animo tamen firmus, accidat quidquid potest, data opportunitate non veriturum, nec vinculum affinitatis; Attamen vellet omnino tali vinculo se liberare, sed cum nulla arte possit dum ad Ecclesiam pergit filium leuaturus ita secum fatur, & Deo protestatur; Coactus hoc exequor officium, nullum tamen intendo ex hoc contrahere impedimentum, quod me à concepto proposito possit retardare leuat postea filium, & consummata valetudine surgente à lecto Clelia, quod fuerat electum ad impediendum contulit ad celeritatem exequutionis pessimi desiderij Tiberij, qui ex compaternitate putans sibi licere magis frequenter inuisere Cleliam, nullam sinebat præterire occasionem; vnde ex frequenti collocutione fuit medium ad finem quod fuit electum vt impedimentum. Nunc Tiberius accedit ad Confessarium, vt sua fateatur peccata, sed cum Patrini cum matrina copula sit reseruata, ideò Confessarius in hoc casu dubitans, petit quid sibi agendum sit. Auget difficultatem, quod licet Titius non intenderet contrahere cognationem; intendebat tamen Cleliã mulierã.

2 Pro solutione noto Caiuo † triplicem posse habere intentionem, scilicet vel subeundi munus patrini spiritualis; sed nullam contrahendæ cognationis; vel nec contrahendæ cognationis, nec vllum subeundi munus patrini, vel subeundi munus
3 patrini, & contrahendæ affinitatis. † Duo enim sunt onera; quæ subit leuans de Sacro Fonte Baptismatis; alterum curam gerendi filij, quem leuat, & ex hoc dicitur patrinus; alterum, quo illi prohibetur contrahere Matrimonium, & dicitur affinis spiritualis; Potest ergo habere intentionem alterum subeundi, & alterum respuendi, & potest habere intentionem vtrumque respuendi, vel vtrumque subeundi, & ideò triplicem intentionem in leuante de Sacro Fonte possumus considerare; secundum quas.

4 Dico † Primò si leuans de Sacro Fonte habet intentionem subeundi munus gerendæ curæ filij, & contrahendæ cognationis spiritualis, nulla est dubitatio; quin verè ad vtrumque teneatur, & quin peccando cum commatre peccatum sit reseruatum, est enim verè affinis. Nihil enim repugnat, quin affinitas contrahatur.

5 Dico † Secundò si leuans de Sacro Fonte intendit quidem materialiter tantum leuare filium de Sacro Fonte, sed excludit tamen omnem intentionem non solùm contrahendæ affinitatis; sed etiam obligationis curæ gerendæ filij; Tunc ea intentione leuans nec efficitur patrinus, nec vllam contrahit affinitatem.

6 Patet † Primò quia ex consensu oritur obligatio, l. 2. & l. in omnibus ff. de act. & obligat.

7 Probatur secundò. Actus † agentium non operatur vltra intentionem eorum, l. Non omnes ff. si certum petatur, L. in agris ff. de acquæ rerum dominio, Bellam. cons. 33. num. 28. Cùm ergo Caius nec consentiat, nec intendat subire onus patrini, nec affinitatem contrahere, vtique nullum horum contrahet.

8 Tertiò † quantumcunque quis intendat vouere vtique voto se non adstringit, nisi etiam intendat se voto obligare, Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 9. num. 1. & lib. 4. sum. cap. 27. nu. 1. & Doctores ab eo relati; Ergo similiter, quantumcunque quis intendat leuare de Sacro Fonte, nisi etiam intendat subire onus patrini, & affinitatem contrahere, nullum horum contrahit.

9 Quartò † Procurator, qui alieno nomine suscipit de Sacro Fonte quantumcunque intendat leuare, nullam tamen contrahit cognationem, nec vllum onus patrini. Sà verbo Matrimonium tit. de impedimentis Matrim. num. 5. Gallettus in Margarita verbo cognatio, Rebellus de iust. oblig. part. 2. lib. 3. quæst. 6. num. 2. Varallus decis. 147. par. 3. Marc. Ant. Variar. lib. 1. resolut. fin. numer. 25. Leo thes. for. Eccles. par. 2. cap. 9. num. 63. Sellus in select. can. cap. 76. num. 25. qui etiam testatur ita fuisse decisum in vna Trident. 16. Maij 1630. & alij quamplures. Ergo neque qui intendit leuare nisi etiam intendat contrahere cognationem, & subire onus patrini contrahet, vel subibit.

10 Dices, † licet verum sit intentionem agentis, regulare omnes actus ad finem agentis, vt supradictum est; attamen hoc verum non est, vbi interuenit dolus; quia hoc interueniente actus extenduntur etiam vltra intentionem agentium, Ancaranus cons. 333. ad dub. 4. & 5. versu secunda regula. Ergo, cum in casu nostro adsit dolus, actio leuantis de Sacro Fonte extendetur vltra eius intentionem.

11 Respondeo † hoc non habere locum, vbi agitur de Sacramentis, Patet, quia Sacerdos, etiam si dolosè, tamen non intendat absoluere, verè non absoluit; si non habeat intentionem baptizandi, licet dolose; tamen non baptizat, & in terminis nostris Geminia. cons. 110. num. 5. vers. quandocunque, & consil. 130. vers. & si interuenerit asserit leuantem puerum de Sacro Fonte, si habet intentionem non contrahendi cognationem, non contrahere; & statur iuramento asserentis & dicto num. 5. extendit etiam ad religionem dicens quod; si assumens habitum religionis protestetur, se nolle profiteri, licet habitum assumat, nullo modo obligari, Tusch. tom. 4. littera h. conclus. 269. nu. 9. cum seq. Gomez cons. 110. num. 5. vers. Quando-
12 que & cons. 130. vers. sed si interueniat; † supradictum axioma maximè verificatur in ijs; quæ pendent à libera potestate, vt est subire munus patrini, Socin. reg. 10. Alex. cons. 146. in causa num. 10. lib. 5. Mantic. decis. 267. num. 13.

13 Dico 3. † Qui intendit quidem contrahere cognationem spiritualem; sed nullo modo intendit subire onus patrini, immo hoc expresse non vult subire; nec onus patrini subit, nec cognationem
14 contrahit, licet hanc intendat. † Quia fundamentum cognationis est paternitas spiritualis, ergo cum paternitas spiritualis non contrahatur, quia non intenditur; nec cognatio contrahetur, quia non adest fundamentum. Et confirmatur, quia, licet quis intendat contrahere cognationem sponsi cum Berta, & intendat illam nolle habere pro sponsa, nullam certè contrahet cognationem ex tali

intentione,

intentione, quia requiritur prius, quod ſit ſponſa, deinde cognata; ita & in caſu noſtro requiritur prius quod quis velit eſſe pater ſpiritualis, & inde poſtea oritur vinculum cognationis.

15 Dico 4. † Qui intendit leuare de Sacro Fonte, & ſubire onus patrini ſpiritualis, licet poſtea intendat, & nolit contrahere cognationem ſpiritualem, iſtam tamen contrahit non obſtante tali intentione; In hoc omnes non conueniunt; nam aliqui ſentiunt nobiſcum, vt Hoſtienſis, Roſella, Tabiena, Angelus, Silueſter, Armila, Ledeſma, Emanuel Sà & multi alij dum agunt de Imped. Matrim. Alij verò diſſentiunt vt Dominicus conſ. 130. num. 1. & conſ. 110. numer. 56. Philippus Probus in additioni. ad Monacum de diſpenſ. Imbub. numer. 6. & alij. Ego tamen probo meum dictum.

16 Qui † vult antecedens neceſſariò, vult etiam conſequens, ſi conſequens neceſſariò ſequatur.
17 Alex. conſ. 157. colum. 3. num. 14. lib. 2. † Vbi habet quod qui vult ciuilitatem, vult etiam onus adnexum ciuilitati, & conſ. 158. circa primum in
18 principio lib. 5. † hoc dicit eſſe verum etiamſi conſequens non ſit notum, vel cognitum, cum ergo ex diſpoſitione Sacrorum Canonum, & Tridentini, præcipue ſeſſ. 24. de refor. de Matrim. cap. 2. ſit conſequens adeſſe patrini contrahere cognationem, ſequitur, quod qui vult eſſe patrinus, neceſſariò contrahat etiam cognationem, & confirmatur, quia intendens contrahere cum Berta, & illam ſibi in vxorem copulare quantumcumque intendat non contrahere cum Camilla ſorore Bertæ affinitatem, illam tamen contrahit, quia neceſſariò ſequitur ex Matrimonio vnius ſororis vinculum affinitatis cum alia ſorore, ergo eodem modo, qui vult fieri compater etiamſi nolit cognationem ſpiritualem, neceſſariò adſtringetur vinculo eiuſdem cognationis, quia neceſſariò ſequitur.

19 Dices † Qui leuat de Sacro Fonte intendens leuare materialiter tantum, i. abſque vlla alia obligatione compaternitatis, nullam contrahit cognationem; ergo nullam etiam contrahet cognationem, licet intendat fieri compater. Reſpondeo cognationem ſpiritualem non oriri ex eo, quod leuatur filius de Sacro Fonte; ſed ex eo quod fie compater; compaternitas enim eſt fundamentum cognationis, ideò nihil mirum, ſi illam non contrahit, qui non intendit fieri compater, licet leuet de Sacro Fonte, & contrahat, qui illam paternitatem intendit.

20 Ad quæſitum † ergo directè Reſpondendo dico. Si Caius intendebat fieri compater, licet nollet ſpiritualem cognationem contrahere, illam tamen contraxit, quia neceſſario ſequitur; Si verò intendebat leuare quidem de Sacro Fonte, ſed nullum patrini onus ſubire, nec vlla cognatio orietur. Si hoc intendebat, ſed nihil eorum vult quæ cognationem poſſunt parere, adhuc nullam cognationem contrahet, & ita in caſibus, in quibus affinitas ſpiritualis non contrahitur, neque incurret caſum reſeruatum, in quibus verò cognatio contrahitur, caſus etiam erit reſeruatus. Quæſitum præterea eſt à me, vt ſequentibus breuiter reſponderem, quod feci libenter, vt maximè ad praxim conducibilia, &

21 Primò † quod impedimentum ſit cognatio ſpiritualis; an impediens tantum Matrimonium, vel etiam dirimens. Reſpondeo eſſe dirimens. Ita deciſum eſt in cap. 1. de cognat. ſpirituali in 6. & cap. Veniens eodem tit. & in alijs textibus; quæ ſupponit Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 2.

22 Secundò cùm † Maritus, & vxor ſit vna caro, quæritur, an contrahente cognationem ſpiritualem marito contrahat etiam vxor, & vice verſa contrahente vxore contrahat etiam maritus. Reſpondeo quidquid fuerit de iure antiquo, nunc de iure nouo ex Bulla Pij V. incipit illius vicem &c. ædita anno 1566. non contrahere.

23 Tertiò an † Patrinus, & matrina leuantes de Sacro Fonte aliquem contrahant inter ſe aliquam cognationem ſpiritualem. Reſpondeo non contrahere. Ratio eſt, ſemper memoriæ mandanda.
24 † Adhoc vt conſurgat cognatio ſpiritualis requiritur ex vna parte adeſſe paternitatem ſpiritualem, vel naturalem, vel maternitatem item ſpiritualem, vel naturalem ideò non conſurgit cognatio, niſi inter patrem, & matrem naturalem, & patrem, & matrem ſpiritualem, & inter filium leuatum.

25 Quartò an † mortuo filio, vel filia de Sacro Fonte leuato, vel leuata inter compatres, & commatres extinguatur cognatio ſpiritualis. Reſpondeo non extingui, ſed adhuc durare.

26 Quintò quid † intelligendum ſit per illa verba (leuare de Sacro Fonte) an ſufficiat quod infans teneatur ab obſtetrice, & tangatur a patrinis; An verò ſit neceſſe, quod in vlnis teneatur ab ipſis patrinis. Reſpondeo re qui, quod teneatur in vlnis ab ipſis patrinis, aliter nulla orietur cognatio. Et vbi viget conſuetudo baptizandi non ablutione, ſed trina merſione, neceſſe eſt ſtatim poſt merſiones infantem ſuſcipi à compatre de manu Sacerdotis, quod ſi prius à Sacerdote tradatur obſtetrici, deinde ab obſtetrice compatri nihil fit. Requiritur enim quod compater recipiat, ſuſcipiat, teneat, & leuet de Sacro Fonte, quæ non verificantur niſi ſumat de manu Sacerdotis poſt merſionem, & niſi teneat dum abluitur infans.

27 Sextò certum † eſt duobus iiſque diuerſi ſexus deſignatis patrinis à parentibus filij leuandi, ſi alij ſimul cum illis ad Fontem accedant, & tangant quod non fiunt compatres, poſſunt enim eſſe tan-
28 tum duo. Quid autem dicendum † eſt ſi à parentibus nulli deſignentur, & plures tangant. Rurſus, ſi plures quam duo deſignentur à parentibus, an omnes contrahant cognationem ſpiritualem, & fiant compatres. Ratio difficultatis eſt, Quia Concilium videtur nolle admitti plures, quam duos; ne multiplicentur cognationes ſpirituales. Reſpondeo tamen cum infra citandis Doctoribus vere omnes fieri compatres, & inter omnes oriri
29 cognationem ſpiritualem, quia diſpoſitio conciliaris eſt tantum, quando duo à parentibus ſunt deſignati, quod reliqui qui tangunt non fiant compatres; in caſibus autem ſupra dictis nulli ſunt à parentibus deſignati, ergo non militat conciliaris diſpoſitio. Non eſt autem, recedendum à iure antiquo, niſi contrarium ſit expreſſum in nouo, l. præcipimus C. de appellat. & caſu ommiſſus in iure nouo cenſetur relictus diſpoſitioni iuris antiqui l. commodiſſime ff. de lib. & poſthum. in Trident. autem nihil noui diſponitur, vt patet ex ſupradictis; Quod autem iure antiquo contraherent omnes cognationem ſpiritualem, patet ex cap. fin. de cognat. ſpirituali in 6. & ita tenet Rebellus de obligat. iuſt. part. 2. in appen. ad 4. lib. nu. 95. Qui etiam refert decretum Sacræ Congreg. ſuper hoc, & Reginal. libro 31. numero 153. & Nauar. ſum. latin. cap. 22. num. 39. & plurimi.

30 7. An admittentes plures compatres, quam duos, validè admittant; & poſito, quod validè admittant, an ſaltem peccent, & quo peccato peccent.

peccent. Hoc quæsitum non militat in nostra sententia, qui asserimus non repugnare dispositioni Concilij, quod plures admittantur, sed militat in sententia eorum, qui asserunt repugnare Concilio, quod plures, quam duo admittantur, supposita ergo istorum sententia, quod repugnet Concilio plures
31 quam duos admitti: † Respondeo, si admittantur validè adhuc admitti, quia, licet actus contra legem factus regulariter non teneat, nec valeat, l. Non
32 dubium C. de leg. † excipitur tamen vbi lex actum non tollit & pœnam extrinsecam addit; quæ potest cum actus valore consistere; & valor actus non respicit fauorem illius, cui pœna imponitur, vt bene tradit Bart. communiter receptus l. Prætor ait numero 3. de Noui operis Nunciat. An autem peccent mortaliter, affirmat Barbosa de offic. & potestate Episcopi allegat. 30. numero 44. & alij, quos ipse citat; rationem assignant, quia talis admissio est contra dispositionem Concilij in re graui, nempè in multiplicatione cognationis spiritua-
33 lis. † Ego tamen puto esse respondendum negatiuè cum Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 57. numero 1. Ratio est, quia Concilium, si hoc prohibet, non magis prohibet, quam iure antiquo fuerit prohibitum in capit. Non plures de consecrat. dist. 4. & cap. fin. de cognat. spirituali, sed illis iuribus non erat prohibitum sub mortali. P. Quia ita sentiunt Additio. ad Gloss. Ioan. Andr. Dominicus, Ancharanus, Rosella, Soto, & alij quos refert & sequitur Sanchez loco citato. 2. Quia res non videtur tanti momenti vt debeat vetari sub mortali. 3. Ita videtur vsu receptum. Quod autem Concilium non intendat maiorem obligationem, quam inducant veteres Canones; patet ex illis verbis (iuxta Sacrorum Canonum dispositionem) est tamen probabilis sententia affirmantium, quod licet multi tangant, duo tantùm contrahant.

34 Addendo † tamen ad supra dicta remanet dicendum peccare tantum venialiter, qui plures admittit, quia legi non paret in re parui momenti supposita tamen nostra sententia, qua dicimus non aduersari dispositioni Concilij, quod admittantur nulli harum dubitationum datur locus, quia validè & licitè fieri supponitur.

35 8. Si † parentes duos designent patrinos, qui debeant infantem de Sacro Fonte leuare, & eos nolit admittere Parochus, at ipsi etiam inuito Parocho leuent infantem, erunt ne vere patrini? Difficultatem hanc excitant verba Concilij sess. 24. cap. 2. vbi videtur requiri, quod patrini à parentibus designati admittantur à Parocho, cùm ergo isti non admittatur à Parocho, videtur sequi, quod verè non sint patrini: Respondeo tamen esse verè patrinos; verba autem illa Concilij non sunt addita ad conditionem statuendam, sine qua patrini verè non sint patrini; sed ad monendum Parochum de suo officio, ita vt sit sensus, quod Parochus teneatur admittere, quos parentes designauerunt patrinos, & si quo modo Parochus hoc debet scire, hoc est vt sciat patrinos describere in libro baptizatorum.

36 9. Defertur † infans baptizandus ad Ecclesiam nullis à parentibus designatis patrinis, duo designat Parochus masculum, & fœminam, ad hos designatos adiunguntur alij, qui etiam ipsi infantem tangunt, erunt ne omnes verè patrini? Ratio difficultatis est, quià cum supra diximus, omnes contrahere, quotiescumque tangunt, & duo non sint designati à parentibus videtur sequi, quod, licet duo designentur à Parocho, non tamen designentur à parentibus omnes contrahat spiritualem cognationem, & verè sint compatres? Respondeo tamen non contrahere. Ratio est, quia dum Parochus designat, designare videtur loco parentum; tum enim ad ipsum spectet, Conciliarem dispositionem habere suum effectum, & ad ipsum pertineat efficere, quod omnia fiant ad mentem Concilij, cum parentes nullos elegerint, pertinet ad Parochum officium exequi, qui posito videtur sequi tangentes præter designatos non fieri compatres.

37 10. Potest ne † Episcopus dispensare, vt loco viri, & fœminæ requisitæ à Concilio parentes admittant vel duos viros, vel duas fœminas, ita vt etiam requirente Concilio, quod duo diuersi sexus eligantur, possint admitti duo eiusdem. Respondeo ex Rebello, vbi supra, non posse, & refert num. 89. ita fuisse decisum à Sacra Congr. & ratio videtur in promptu; quia inferior nihil potest in legem superioris.

38 11. Domi † baptizatur infans; deinde in Ecclesia fiunt consuetæ cerimoniæ quis erit verè compater, qui tenet domi, vel qui in Ecclesia? Regula generalis, erit verè compater, qui tenet vbi Sacramentum conficitur, cùm ergo domi conficiatur, verè contrahit affinitatem, qui domi tenet.

39 12. Quis verè erit compater, & cognationem spiritualem contrahet, qui nomine procuratorio de Sacro Fonte leuat, vel ille, cuius nomine procurator leuat? est valdè controuersa ista quæstio. Non enim videtur contrahere procurator, quia is à parentibus non eligitur, neque designatur. Neque videtur contrahere qui mittit; quia verè nec leuat, nec suscipit; ex consuetudine tamen Ecclesiæ ille vere fit compater, & spiritualem cognationem contrahit, qui procuratorem mittit, & secundùm hanc consuetudinem decidisse Sacram Congregationem, testatur Sà verba matrimonium tit. de impedim. num. 5. Rebellus loco cit. part. 2. lib. 3. quæst. 6. numer. 12. Marchus Ant. variar. resolut. lib. 1. resolut. fin. casu 25. Conineh. de Sacra disput. 42. numer. 40. Leo thes. for. Eccles. part. 2. cap. 9. n. 63. cum seq., & ita sensisse etiam Rotam Romanam referunt Varallus p. 3. decis. 147. Riccius in praxi for. &c. resol. 630. in 2. edit.

40 13. A Titio ciue leuatur nomine totius ciuitatis infans de Sacro Fonte, an ne qui leuat tantum, vel omnes ciues contrahent, ita vt adueniente occasione contrahendi matrimonium cum aliquo ciue, sit impetranda dispensatio ab vnoquoque, an verò tantùm à leuante? Resp. ab omnibus; ciuitas enim est quoddam nomen fictum, re autem verè nihil est aliud quam ciuium vnitas. Cùm ergo nomine ciuitatis leuatur, leuatur nomine Ciuium. An autem sit impedimentum dirimens spirit. Respondetur esse dirimens Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 54. num. 3. Sà verb. impedimentum dirimens §. cognatio spiritualis.

41 14. Qui possunt esse patrini? Resp. in Baptismate, & Confirmatione debere esse baptizatum, & confirmatum; nec in Baptismate potest esse non baptizatus, Neque in confirmatione non confirmatus. Ætas autem requisita est, quod sit rationis capax, & cognoscat onus quod subit. Potest esse etiam Hæreticus. Quia nullibi reperitur exclusus Ego autem puto non esse admittendum, quia cùm ideò dentur patrini vt in fide instruant, vtique in Hæretico cessat ille finis; Religiosi non admittuntur; Ex cap. Placuit 16. quæst. 1. & capit. Non licet Abbati de cens. dis. 4. Attamen si suscipiant

factum

factum tenet, quia non irritatur.

42. 15. In confirmatione quot possunt suscipi? Resp. eo die quo Episcopus confirmat neminem posse tenere nisi duos ad Confirmationem, ita in Pontificali. Quod si ille, qui vult tenere sit vir probus, & in eo cessat præsumpta malitia, potest Episcopus permittere, quod teneat etiam plures, quam duos. Non tamen debet esse idem, qui tenent in baptismate, & in confirmatione ex vniuersali consuetudine Ecclesiæ cap. in Cathechismo de Consecrat. dist. 4. Camerota de Confir. relatus à Barbosa de potestate Episcopi allegat. 4. num. 52.

S V M M A R I V M.

1. *Proponitur factum.*
2 *Videtur non comprehendi.*
3. *Ille non dicitur damnatus de crimine, contra quem lata est sententia inualida.*
4 *Ille non dicitur damnatus, contra quem lata est sententia condemnatoria in contumaciam.*
5 *Isti tales confessi, etiam post libelli oblationem non veniunt appellatione condemnatorum.*
6. *Statuta debent propriè intelligi.*
7 *Vehementer suspectus de hæresi non est formaliter hæreticus, quia suspectus nec profert, nec credit propositionem formaliter hæreticam, sed tantùm suspectam, & paratus est corrigi. Hæreticus autem, vel credit, vel profert hæresim formaliter, & illi pertinaciter adhæret.*
8. *Statutum excludens ciues sine causa à consequutione officiorum, & munerum suæ ciuitatis est iniustum.*
9 *Ciuitas non potest facere statutum in præiuditium particularium.*
10 *Nec potest statuere super iuribus singulorum, sed tantum super iuribus vniuersitatis.*
11 *Solius est Principis tollere ius alterius, quod tamen neque ipse potest sine causa.*
12 *Ad hoc, vt statutum in præiudicium singulorum valeat, necesse est, quod singuli consentiant de quorum præiudicio agitur.*
13 *Vel ciuitas debet habere iure regalia, & Principis, & debet statuere in bonum publicum, & ad scandalum tollendum, quia nemo sine culpa punitur.*
14 *Ad directionem humanorum actuum satis est moralis certitudo.*
15 *Statutum non debet exigere, plusquam postulet ratio boni communis.*
16 *Statutum tollens sine causa ius competens ciuibus est iniustum.*
17. *Lex debet esse rationabilis, honesta, & omnibus communis.*
18 *Iniquum est priuare ciuem electione passiua ad munera, & ad officia suæ Ciuitatis sine causa.*
19 *Iudicium auctoris de hoc statuto.*
20 *Statuta regulariter ad vnguem, & ad litteram prout iacent accipienda sunt, ita vt generaliter scripta, generaliter etiam accipienda sint.*
21 *Non expressa statuti ratione magis verba sunt consideranda, quam ratio.*
22 *Opinio statuentium pro ratione habenda, & si in specie aliquam iniquitatem contineat.*
23 *Statutum in specie continens aliquam iniquitatem fieri potest, vt statuentium moribus consentaneum sit, licet aliàs iniquum.*
24 *Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
25 *Quod statutum non dicit nec nos dicere debemus.*
26. *Dispositio etiam odiosa in aliqua parte si emanet in fauorem publicum, tota dicetur fauorabilis.*
27. *In interpretatione dispositionum etiam odiosarum, & priuilegiorum etiam alteri nociuorum est facienda interpretatio secundum quod verba sonant, Nam si legem, & statutum condens aliud voluisset dicere, sciuisset, & alia verba inuenire.*
28 *Statutum sicut cæteræ dispositiones etiam odiosæ debent intelligi secundum communem modum loquendi.*
29. *Publico iuditio damnari est per sententiam diffinitiuam a iudice qui est publica persona secundum allegata, & approbata condemnari.*
30 *Iudex etiam in causa sanguinis iuxta Diuum Thomam tenetur ferre sententiam iuxta ea, quæ sunt in actis probata, nec potest vti scientia priuata.*
31. *Consiliarij sunt persona publica, & exequtores statutorum non cognitores causarum, & affertur cap. Pastoralis de offic. deleg.*
32. *In statutis non habet locum fictio.*
33. *Si statuto caueatur, quod conuictus de certo crimine debeat puniri certa pœna, in illo non includitur qui deficit in purgatione, licet puniatur vt auctor sceleris.*
34. *Statuta, licet recipiant omnes limitationes, & interpretationes iuris improprias, & strictas, tamen quando disponunt in materia iuris, non deflectent ab eiusdem dispositione pœnas alleuiando.*
35 *Damnare est rem sine remedio subleuandi, tormentis, seu ignominia sententialiter deputare, reprobare verò est rem rationibus euidentibus ream facere.*
36 *Ille dicitur verè condemnatus, qui ritè de aliquo crimine est damnatus.*
37 *Sententia est iusta, quæ procedit à persona publica seruato iuris ordine.*
38 *Illi verè non dicuntur damnati, qui rationibus non sunt conuicti, & crimen non est probatum, sed sunt expediti in contumaciam.*
39 *Aliud est damnari de hæresi, aliud de suspitione hæresis, suspitio hæresis probatur plenè, semiplenè, & leuiter, & est delictum particulare distinctum ad hæresi. Non sic dicitur suspectus de homicidium semiplenè probatur sicuti etiam hæresis dicitur plenè, & semiplenè probata.*
40 *Nemo in foro Conscientiæ punitur sine culpa Theologica, In foro fori sufficit legalis, & præsumpta.*
41 *Consiliarij sunt persona publica, & ideò debent vti publica scientia, nec possunt vti priuata in ijs, quæ spectant ad officium publicum, maximè quando statutum dat formam actioni.*
42 *Statutum ob bonum publicum directè excludit damnatos culpabiliter de homicidio proditorio, & per accidens damnatos etiam inculpabiliter.*

Statutum puniens damnatum de homicidio proditorio quando habeat locum.

X V I.

1 INter † statuta Ciuitatis N. hoc etiam obseruare iure iurando se obstringunt Ciues Qui crimine hæresis, diuinæ, humanæue Maiestatis læsæ, vel furti, vel pro aliqua falsitate, assassinio, aut homicidio proditorio commisso publico inditio condemnati essent, vel in futurum condemnabuntur,

eligi

eligi de conſilio prohibentur. Hi enim omnes ob
officij dignitatem,& publicam vtilitatem ab huiuſ-
modi officio prohibiti ſunt ita ſtatutum. Nunc in
facti contingentia. Dominus N. illius Ciuitatis
Ciuis ob homicidij proditoriè commiſſi imputa-
tionem publico iuditio ad ſeptem annos fuit da-
mnatus carceribus durioribus; eſt tamen conſtans
omnium opinio, quod de tali delicto, ideſt homi-
cidio ſit omninò innocens, itaque re vera eſt.
Expleto tempore ſeptemnij, quo carceribus fuerat
deſtinatus reuerſus in patriam petit eligi de Conſi-
lio, cum certum ſit eum culpa vacare, & conſtet,
à quo tale homicidium fuerit commiſſum, ideò illi
ad quos ſpectat electio, petunt an citra ius iurandi
violationem poſſint illum admittere.
2 Videtur † dicendum poſſe admitti, vtpote qui
non ſit in ſtatuto comprehenſus. Primò quia non
3 eſt damnatus de homicidio proditorio, cum † ille
non dicatur damnatus, contra quem eſt lata ſen-
tentia inualida, l.4. §.condemnatū & ibi Bart.ff.de
re ind.& idē Bart. in l. non putauit §. Non quæuis
4 ff. de bon. poſſeſs. contra tab. † Hinc non dicitur
condemnatus, qui per ſententiā in contumacia fuit
damnatus, vt per Bald. in l. tranſigere C. de tran-
5 ſact. Paul. Caſtr. conſil. 196. & † iſti tales confeſſi
etiam poſt libelli oblationem non veniunt appella-
tione condemnatorum in ſtatutis, quæ debent
propriè intelligi. Bart. in l. 1. C. de Confeſſ.
6 Secundò † ſententia condemnatoria iniuſta non
parit obligationem ſaltem naturalem,tex.in Clem.
Paſtoralis §. vt igitur & in cap. fin. de ſent. & re
iud. in 6. tex. l. 4. §. Condemnatum ff. eodem tit.
& ita expreſsè. Bart. in l.ab eo nu. 4. C. quomodo,
& quando iudex idem in lib. 1. num. 24. ff. de con-
dit. indeb. Doct. in l. Iulianus verum debitorem
ff. eodem. Gaill. lib. 2. de pace public. cap.8. nu.7.
Tertiò probatur N. non poſſe dici damnatum de
7 homicidio; † vehementer ſuſpectus de hæreſi non
dicitur hæreticus, quia eſt paratus corrigi, & hære-
ticus pertinaciter adhæret ſuo errori 24. quæſt. 1.
dixit Apoſtolus ex cap. Qui in Eccleſia, & Gloſſa
ibidem, & eadem Gloſſa in cap. Nec licuit 17. diſt.
& text. planus in cap. Hæc eſt fides 24. quæſt. 1.
& in cap. Damnatus de ſum. Trinit. in verbo per-
tinaciter; qui autem damnatur, vt ſuſpectus non
dicitur damnatus de hæreſi; ergo eodem modo,
qui damnatur vt ſuſpectus de homicidio non
damnatur de homicidio. Dominus autem N. non
eſt damnatus de homicidio proditorio, vt patet ex
8 ſententia. Quartò † Si ſtatutum comprehenderet
hunc caſum indigeret correctione, vt iniuſtum,
excluderet enim ciuem à conſequutione officio-
rum, & munerum ſuæ ciuitatis ſine cauſa, & exclu-
deret innocentem, & cognitum innocentem;
9 egeret autem correctione, quia † Ciuitas non
poteſt facere ſtatutum in præiudicium particula-
10 rium; † ſicut nec poteſt ſtatuere ſuper iuribus
ſingulorum, ſed tantum ſuper iuribus vniuer-
ſitatis, vt eſt Gloſſa ſingularis in l. 4. C. quæ ſit
longa Conſuetudo, & in cap. cum omnes de con-
ſtit. facit lex, id quod noſtrum ff. de reg. iuris.
11 † Nam ſolius eſt principis tollere ius alterius, quo
tamen nec ipſe poteſt ſine cauſa, vt notatur in cap.
Quæ in Eccleſiarum de conſtit. & in l. fin. C. ſi con-
tra Ius vel publicam vtil. & in Clem. Paſtoralis de
12 re iud. vnde ad hoc † vt tale ſtatutum valeat ne-
ceſſe eſt, quod omnes conſentiant, de quorum
præiuditio agitur Clem. 1. de cenſ. cap. ad hoc de
offic. Archid. facit, quod in titulo notatur, & legi-
tur in cap. Paſtoralis de reſcript. & cap.fin. de feri.

& quod tradit Abbas in cap. Nec minus num. 10
de Immun. vel Ciuitas debet habere iura regalia,
& principis, & condere tale ſtatutum ob bonum
publicum, & ad tollendum ſcandalum, & ſupra-
dicta confirmantur, quia nemo ſine culpa punitur
56. diſt. cap. ſatis peruerſum, & de conſtitut. cap.
Cognoſcentes & per alia iura. 5. Conſiliarijs, ad
quos ſpectat electio, apertiſſimè conſtat de inno-
centia N. ergo poſſunt illa ſcientia vti,ergo poſſunt
14 eligere † cum ad directionem humanorum actuum
ſatis ſit moralis certitudo. 6. excludere iſtum N.
ab officio Conſiliarij eſſet vocare in diſcrimen eius
exiſtimationem,quia excluderetur vt damnatus de
homicidio proditorio, & verè eſt innocens. 7. ſta-
15 tutum † non debet poſtulare pluſquam exigat
ratio boni communis, ſed ratio boni communis
non plus debet poſtulare quam rem publicam, vel
Ciuitatem regi, & gubernari à probis viris, ergo
non debet excludere eum, ſi ſit probus, & ſit ho-
16 neſtus, alioquin † eſſet iniuſtum, vtpotè, quod
tolleret Ius competens ciui, & hoc ſine cauſa, quod
ſapit iniuſtitiam, ex quo redditur nullum. Abbas
in cap. cum omnes num. 2. de conſtitut. vbi relata
ſententia Vincentij, & aliorum aſſerentium ſtatu-
tum æditum in odium particularium valere, ſed
poſſe per contradictorium reuocari, ſubdit quod
iſta Doctrina eſſet notabilis, niſi de veritate eſſet
17 ſuſpecta, † quia lex debet eſſe rationabilis, hone-
ſta, & omnibus communis, diſt. 4. cap. erit autem
lex; ideò Bart. in l. omnes populi ff. de Iuſt. & iure
abſolutè aſſerit quod ſtatutum continens iniquita-
tem eſt abſolutè nullum,idem tenet Felinus in idem
18 cap. cum omnes, & communiter Doctores; † quis
autem dubitet eſſe iniquum priuare hominem elec-
tione paſſiua ad munera ſuæ Ciuitatis, & patriæ?
Quibus tamen non obſtantibus puto prædictum
19 † Dominum N. non poſſe eligi à prædictis conſi-
liarijs in Conſiliarium ſuæ Ciuitatis, & ſi eligerent
non ſatisfacerent præſtito iureiurando de ſtatuto
ſeruando quia illud non ſeruarent.
20 Probatur 1. † Statuta regulariter ad vnguem,
& ad litteram, prout iacent accipienda ſunt, itaut
generaliter ſcripta,generaliter quoque accipienda,
21 & intelligenda ſint, adeò † vt non expreſſa ſtatu-
torum ratione, magis verba conſideranda ſint,
quam ratio text. in l. proſpexit ff. qui, & à quibus
manu. Bal. in l. maximum vitium numer. 15. C. de
lib. præter. Alex. conſ. 196. numer. 2. volum. 6.
Perpenſis; & in conſil. 32. num. 5. volu. 7. Clariſ-
ſime Domine Bartol. in l. omnes Populi num. 34.
22 & 36. ff. de iuſtit. & iure; † quia opinio ſtatuen-
23 tium pro ratione habenda eſt, † & ſi in ſpecie
iniquitatem aliquam contineat, fieri quippe poteſt
vt ſtatutum moribus ſtatuentium conſentaneum
ſit licet alibi iniquum foret, ad hoc allegant omnes
dictam l. proſpexit num. 1. Bald. in l. non omnium
num. 1. ff. de legibus tex. in §. ius Ciuile; Inſtitut.
24 de Iur. natur.gent.& Ciuil. † & vbi lex non diſtin-
guit, nec nos diſtinguere debemus, vulgata l. de
pretio ff. de publici. Pulchra Iaſon in l. dubium
Cod. de leg. numer. 18. text. in l. fraudem §. fin.
25 Bald. num. 1. ff. de milit. teſtam. † & quod ſtatu-
tum non dicit, nec nos dicere debemus, text.
notab. in l. Si verò negotium §. de viro ff. ſoluto
Matr. & l. 3. ff. de off. præſidis. text. in l. ſi ſeruum
§. prætor ait. ibi dixit Prætor ff. de acquirenda
hæreditate, Gaill. lib. 2. obſeruat. 33. à numer. 1.
ad 3. Cum ergo ſtatutum hoc generaliter loquatur
de damnatis iudicio publico, nec diſtinguat de
damnatis iuſtè, vel iniuſtè, generaliter erit intelli-

gendum; quod maximè verùm est in statuto nostro, quod est fauorabile respectu Ciuitatis, & ideò etiam latè interpretandum; quod sit fauorabile patet ex verbis eiusdem ibi. (Hi omnes ob officij dignitatem, & publicam vtilitatem ab huiusmodi officio prohibiti sunt) maximè enim decet Ciuitatum gubernatores non solum omni culpa vacare; sed etiam omnis bonę famę priuilegio esse ornatos, quod autem totum statutum sit fauorabile Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 2. numer. 28. allegans decisionem Rotę Romanę in vna Pherem. Pen. 24.
26 Ianuarij 1578. vbi dicitur † quando dispositio est odiosa; sed emanat ad fauorem publicum, tunc tota materia dicitur fauorabilis. Imò Dominus N. veniret sub hac statutaria dispositione, etiamsi
27 statutum esset odiosum, † quia in interpretatione dispositionum etiam odiosarum; & priuilegiorum etiam alteri nociuorum est facienda interpretatio secundùm quod verba sonant; nam si aliud statuens, vel legem condens voluisset, verba accomodata potuisset inuenire, & eis vti sciuisset. text. apertus in capite ad audientiam de decimis ibi; nam si intelligeremus de noxalibus, de noxalibus, vbi ponimus de laboribus, poneremus; Cum ergo statutum dicat damnatos iudicio publico de istis siue merito, siue immerito damnatis intelligere debe-
28 mus;† quia statutum debet intelligi iuxta communem modum loquendi, sicuti & cæteræ dispositiones etiam odiosæ l. labeo ff. de suppellec. legat. & l. librorum §. quod tamen, Cassius de leg. 3. & l. cum de lanionibus §. asinam ff. de fund. instru. & inst. leg. & præsertim in materia statutorum notat Bart. in l. omnes populi ff. de iustitia, & iure, & facit, quod notatur in capite ex litteris de sponsal. Cum ergo communi vsu loquendi ille dicatur damnatus de homicidio, contra quem lata est sententia ordine iuris seruato, vtique Dominus N. taliter sententiatus cadet sub dispositione statutaria &c.

Secundò probatur; & meo quidem iudicio satis
29 validè. † Statutum vult, quod damnatus publico iudicio arceatur ab officijs; quid est autem publico iudicio damnari, nisi per sententiam definitiuam à iudice, qui est persona publica secundùm allegata, & probata condemnari, ergo nihil refert quod reuera sit innocens, vel nocens in casu de quo agimus, quia hoc est damnari, vel liberari iudicio priuato non publico, patet per ea, quæ communiter
30 traduntur à Doctoribus;† quod & si iudex scientia priuata cognoscat aliquem esse innocentem, si tamen ex actis resultet, quod sit nocens, si velit iudicare, quod non potest ex scientia priuata sententiam ferre; sed tenetur ex publica, nempè ex illa, quæ ex actis resultat, & D. quidem Thomas sentit hoc etiam in causa mortis ita 2. 2. quæst. 67. art. 2. in alijs autem causis communiter hoc asseritur. Videatur Couar. 1. vari. cap. 1. numer. 6. Salon. & Arag. vbi D. Thom. Petrus Nauar. lib. 2. cap. 3. numer. 161. Reginal. lib. 21. numer. 3. Sà verbo Iudex, & alij; Cum ergo statutum velit excludi damnatum publico iudicio vtique intendit excludere damnatum iuxta allegata, & approbata non iudicio particulari, & priuato.
31 Tertiò † probatur principaliter. Consiliarij sunt executores tantum statutorum, non autem eorum interpretes, neque interpretes sententiarum superiorum iudicum, ergo tenentur exequi dispositionem statuti prohibentis admitti damnatos publico iudicio de homicidio proditorio, nec possunt iudicium publicum interpretari; ita habetur cap. Pastoralis §. quia verò de off. & potest. iud. deleg. ibi; quia verò sæpe contingit, quod exequtio sententiæ ordinario demandatur quæsiuisti an si ipsam iniustam esse agnouerit debeat eam exequtioni mandare, an sit ei potius subsistendum; Attenderitis itaque, quod non cognitio, sed exequtio tantum demandatur eidem; respondemus, quod cum ordinarius teneatur obsequi delegato, & si sciat sententiam illam esse iniustam exequi, nihilominus tenetur eandem nisi apud eum efficere possit, vt ab hoc onere ipsum absoluat tenentur ergo consiliarij. Dominum N. ab officio excludere, nec possent illum admittere.
32 Quartò † Fictio non habet locum in statutis, l. 4. §. Hæc verba ff. neg. post. & not. in cap. Nostra de
33 iureiurandum. † Vnde, si statuto caueatur, quod conuictus de certo crimine debeat puniri certa pœna, in illo non includitur, qui deficit in purgatione, licet puniatur vt auctor sceleris. Abbas in cap. Iusinr. num. 6. de simon. quia iste verè non dicitur conuictus, sed tantum interpretatiuè, vt notat Gloss. in cap. inter in fine de Purgat. Canon. Hic autem sensus interpretatiuus non admittitur in statutis, ergo neque ista interpretatio, quod damnatus de homicidio intelligatur, tantum damnatus, quia commisit delictum, cum
34 sit quædam interpretatio. † Licet enim statuta recipiant omnes limitationes, & interpretationes iuris, & improprias, & strictas, at quando disponunt in materia iuris non deflectendo à dispositione eiusdem, pœnas alleniando, vt in cap. cum dilectus, & in cap. Ad audientiam de Cleric. non resid. & facit quod notat Cynus in l. Quicunque C. de seruo fugit. hoc non militat in casu nostro, cum simus potius in terminis oppositis.
35 † Quintò probatur; damnare ex Abbate in cap. damnamus de sum. Trinit. & fid. Cathol. not. 1. est rem sine remedio subleuandi tormentis, seu ignominiæ sententialiter deputare. Reprobare verò
36 est rem rationibus enidentibus reum facere,† & is dicitur condemnatus. l. 4. §. condemnatum ff. de
37 re ind. & l. rei capitalis in fin. ff. de pœnis, † rite autem quis condemnatur, cum seruato iuris ordine
36 condemnetur. † & sententia dicitur iniusta, quæ non verificatur ex actis, Ludouis decis. 1. eum annot. Beltram. num. 4. 6. & 7. & decis. 264. num. 4. & decis. 330. num. 3. Ex quibus certe colligitur manifeste Dominum N. non esse admittendum. Super est respondendum ijs, quæ obijciebantur in principio, ideò ad singula. Ad primum dico verè esse damnatum de homicidio proditorio, vt satis supra probatum est. Neque sententia est inualida,
37 † sed valida, & iusta, quippe quæ procedit à persona publica, iuditio publico, seruato iuris ordine, ideò nihil contra nos, quod obijcitur, quod militat
38 tantum, quando sententia est inualida, † reliqui verò non dicuntur verè damnati, qui non rationibus sunt conuicti, & crimen non est probatum; sed in contumatiam sunt expediti: vide supra quid sit damnare. Ad 2. quo dicitur sententiam iniustam non parere obligationem, dico esse iustam, vt supra. An autem reus illam teneatur pati; & in ciuilibus an possit vti compensatione non est huius loci inuestigare. Sunt quædam communia apud Doctores. Nobis satis est dominos consiliarios illam exequi tenere, vt visum est supra.
39 Ad 3. Respondeo nihil esse ad rem, † aliud est enim damnari de hæresi, aliud de suspitione hæresis sunt enim duo ista distincta delicta, & plene probatur quis suspectus de hæresi, & semiplene, & leuiter

Hereticus

Hæreticus autem nunquam probatur, nisi formaliter hæreticus; idest vt pertinaciter adherens falsæ opinioni contra fidem; Homicida autem non damnatur de homicidij suspitione, Sed de homicidio non plene probato; constat enim homicidium esse comissum; sed probationes non sunt sufficientes ad conuincendum, in primo autem casu non constat de hæresi, Sed tantum de suspitione hæresis, & hic est communis modus, quo vtuntur homines ad significandum aliquem esse punitum ob crimen homicidij non plenè probatum, dicere est damnatus in insulam, est relegatus ob homicidium &c. Secundo respondeo. Hanc obiectionem, vel nimis, vel nihil probare. Si currere debet omnimoda paritas, quod homicida proditorius debeat puniri, non vt suspectus vt ita dicam de homicidio, sed vt homicida for. disponeret quod vita priuatus non esset ad officia ciuitatis admittendus; Sequitur ergo quod statutum non sit intelligendum de homicida conuicto, cui debetur suspendium, sed tantùm de suspecto vel de eo, cui est obiectum crimen homicidij, sed non plenè probatum, ideò pœna extraordinaria puniendo, cui statutum addit hanc inhabilitatem ad electionem passiuam officiorum; nam statutum debet aliquid addere supra ius commune. Capit. si Papa de Priuileg. Abbas in cap. ex parte el 3. de Verbo Signific. Quis autem dicet suspectum propter homicidium proditorium non esse admittendum ad officia ciuitatis. Ad 4. vbi asseritur, quod si includeret innocentem esset hoc statutum corrigendum. Respondeo quod essent tollendæ omnes leges vegentes in damnum tertij, & præscriptiones, exclusiones fœminarum à successionibus &c. quæ tamen ob bonum publicum admittuntur dices istæ licet priuent aliquo bono, non irrogant infamiam. Respondeo, vel in casu nostro omnibus est nota domini N. innocentia, & ita nihil mali patitur, vel non est nota, sed dubia, & ideò lex & statutum seruandum. In dubio melior est conditio possidentis. Præterea non est dubitandum quin ciuitas, etiamsi non sit libera, possit condere statutum irrogatiuum infamiæ ob bonum publicum; facit lex omnis populi de inst. & iure, & docet Abbas in cap. eùm te numer. 20. de re iudicat. Præterea si hoc statutum admitteret hanc interpretationem, quod videlicet esset interpretandum tantum de damnatis ob culpam non autem de damnatis sine culpa, sequeretur maximum inconueniens, quod in ciuitate essent erigenda tribunalia fori conscientiæ ad inuestigandum quis sit nocens, vel innocens contra tribunal fori iudicantis aliquem esse reum, quo quid monstruosius in Republ. vel ciuitate recti reginimis? Ad iura autem quæ allegantur, quidquid sit; ad summum dico verificari de iure acquisito, non verò de acquirendo de ijs in quæ ciuis habet ius in te nou ad rem; De iustitia commutatiua non distributiua. Ad confirmationem qua dicitur, quod nemo sine culpa
40 punitur Respondeo; † Nemo in foro animæ punitur sine culpa Theologica concedo, in foro fori, nego sufficit præsumpta & legalis, Nam culpa Theologica respicit Deum, legalis & præsumpta
41 iudicem. Ad 5. concedo † consiliarios scire innocentiam Domini N. Nego tamen posse vti tali scientia, quia sunt personæ publicæ quod ex eo patet quia, vt priuatæ personæ non possunt eligere, ergo etiam publica scientia debent vti. 2. sunt essequtores statuti, quod asserit eos non posse eligere damnatum inditio publico. Cum ergo iste sit damnatus iuditio publico, nihil releuat quod de illius innocentia constet. Neque statutum directè, & per se excludit ab officijs hominem probum, sed tantum per accidens, & indirectè quatenus intendit gubernatores esse culpa carentes. Concedo pariter ad directiuum humanorum actuum sufficere moralem eertitudinem quando tamen statutum relinquit consiliario liberum arbitrium, non autem quando ipso datur forma electionis. Ad 6. Respondeo vtsupra tactum est; quod si Dominus N. verè est eognitus innocens nihil detrimenti patietur ex eo quod non eligatur. Si in dubium vocatur eius innocentia lex debet possidere; Ad 7. dico statu-
42 tum, † non plus postulare quam exigat ratio boni communis quod est vt Consiliarij sint probi &c. & ideò concludit omnes damnatos de homicidio proditorio, quod autem aliquando accidat quod damnentur etiam innoxij, hoc directè non intendit, nec debet corrigi, quia adhuc est instum, vt supra, nec cuiquam sit iniuria, nec ius cuiquam tollitur, nisi remotum ob publicum bonum, & ad conseruandum honorem, decus, & maiestatem officij. Ex quibus solutis remanet probatum Dominum N. non posse eligi &c.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur factum.*
2 *Incerta an sint iusumenda iu commodum ciuitatis, vbi sunt male aquisita, an possint etiam iusumi in quodlibet opus pium.*
3 *Proponitur difficultas tractanda.*
4 *Quomodo differat ab illa quæ in alio responso tractata est.*
5 *Qui tractent hanc quæstionem.*
6 *Iu materia iustitiæ commutatiuæ unmo potest eadem re duobus titulis satisfacere.*
7 *Etsi non daretur ignorantia vsuræ vt sic, posse tameu dari de tali contractu, au sit vsurarius.*
8 *Potest concedi mercatori, qui contractum vsurarium non cognitum vsurarium exercuit, quidquid vel eodem licitè exercito, vel ex alio acquisiuisset.*
9 *Restitutio incertorum potest fieri, etiam ab illo, qui eam debet facere, nec tenetur ponere in capsam &c. dummodo fiat ad æqualitatem.*
10 *Sententia auctoris posse computari.*
11 *Satisfactio facta ad æqualitatem, & cui debet fieri, liberat ab omni obligatione restitutionis.*
12 *Iu restitutione iucertorum duo possunt cousiderari, & quod ille, qui mala acquisiuit, illis se expoliet, & quod talis expoliatio fiat in salutem auimæ illorum, qui patiuutur damnum.*
13 *Potest quis applicare alteri fructum, qui sibi competit ex opere bouo.*
14 *Qui dedit eleemosinam spontè, deinde illam applicat ob debitum propter incerta non satisfacit duplici titulo.*
15 *Habeus debitum soluendum certæ persouæ & debita adhibita diligentia non potest facere restitutionem, si facit eleemosinam, & postea detur opportunitas restituendi, non tenetur amplius restituere.*
16 *Eleemosina gratuito facta vel ex debito. Eleemosina facta ad æqualitatem ex debito satisfit parti.*

Erogata Eleemosina applicatur pro satisfactione incertorum.

XVII.

1 CAsus mercator vendens ad minutum oleum,
pannum, & alias merces decursu vnius anni
lucratus est centum, sed per vsuram, quia res vendebat supra rigorosum pretium, quod tamen sibi
licere putabat, & cum etiam sit vir satis deditus
pietatis operibus rogatus à suo Parocho, vt quinquaginta in honorem suæ Ecclesiæ erogaret libenter aquieuit, & annuit eius petitioni, & eo modo
quinquaginta insumpsit adueniente Paschali tempore accedit ad Confessarium, aperit illam statum
suæ conscientiæ, & inter alia exponit modum suæ
negotiationis, quo audito confessarius illam docet
de obligatione restituendi centum, & quia aquisita
sunt incerta nescitur enim à quibus lucrum sit præceptum, ideò in aliquod opus pium dicit esse insumenda. Tunc Caius recordatus quinquaginta à
insumptorum in honorem suæ Ecclesiæ Parochialis
petit à Confessario illa etiam imputari. Quærit
Confessarius an hoc tuto possit fieri.
2 Non est mei instituti nunc quærere † an Confessarius rectè fecerit non iniungendo quod illa centum acquisita à diuersis insumantur in commodum
populi, & possint etiam insumi in opus pium, vt
Ecclesiæ restaurationem, Tabernaculi erectionem
&c. puto enim Confessarium rectè agere vtrunque.
3 Sed intentum meum est quærere † An illa quinquaginta iam tradita in eleemosinam possint compu-
4 tari in satisfactionem necessarij debiti † maximè
autem differt hoc quod nunc quærimus ab eo, quod
iam quæsitum est. An videlicet donans centum in
satisfactionem aliorum centum, quæ debet, satisfaciat, quia donans in donatarium ingerit obligationem ad antidora, quod non accidit cum datur
Eleemosina Ecclesiæ, vel alteri pio loco. Vide
quod diximus de hoc alias, & intelliges ex his, quæ
nunc dicimus, quæ sit differentia inter vtrunque.
5 † Hanc quæstionem tractant Lopez de contract.
lib. 2. cap. vlt. prope finem, Lessi. de iust. & iure
lib. 2. cap. 31. numer. 21. Sanchez, & alij quos
suppresso nomine ipse citat lib. 1. in Decalog. cap.
13. numer. 11. qui etiam negatiuam partem docet
nempè eleemosinam iam traditam titulo gratuito
donationis non posse satisfacere, pro necessario
6 debito restitutionis, & probat. † Quia in materia
iustitiæ commutatiuæ eadem re nemo potest duobus titulis satisfacere. Dum enim titulo donationis aliquid alteri trado, à me in donatarium transfero dominium, & eo titulo res fit aliena; cum ergo
sit aliena, ego non possum amplius de illa disponere. Et si cum alio contraxero debitum quinquaginta, vel centum aureorum non potero eadem re
satisfacere; ita & in præsenti, cum à se rei abdicauerit Dominium Caius tradendo titulo eleemosinæ, non potuit eadem re satisfacere obligationi
restitutionis, cum iam res illa sit effecta aliena,
& ideò non amplius in eius dispositione sit.
7 Pro solutione istius difficultatis propositæ. † Noto primo, quod, licet concederemus non posse dari
ignorantiam de vsura vt sic, potest tamen dari de
tali, vel tali contractu, quod sit vsurarius, & ita
8 iuxta probabilissimam sententiam. † potest concedi mercatori illud lucrum, quod ex inito contractu
licitè exercito illi potest obuenire, vel quod ex alio
percepisset, quod peregisset, si peractum cognouisset
vsurarium, & ita restituendum tantum erit in casu
nostro, quod Caius exegit supra iustum pretium;
non autem totum illud, quod acquisiuit. Noto
secundo acquisita esse incerta; nescitur enim à quo
lucrum sit exactum; conueniunt enim ad emendum
& diuites, & pauperes, & indigenæ, & aduenæ.
9 Noto 3. † Restitutionum incertorum, dummodo
fiat ad æqualitatem, posse fieri ab ipsomet qui restitutioni est obnoxius, nec teneri summam restitutionis conferre in capsulam quæ ab aliquibus Episcopis exponitur cum inscriptione, Capsula restitutionum incertorum, quæ omnia sunt probabilissima,
& à summis viris tradita, in quibus non immorot
diutiùs, quia non præcipuè spectantia ad meum
propositum, cum nullum horum sit à me in præsenti
quæsitum. Ad propositum ergo accedens. soluendo.
10 Dico posse † Confessarium computare quinquaginta à Caio titulo eleemosinæ Ecclesiæ, vel alteri
piè donata in satisfactionem eorum, quæ tenetur
tradere ob male aquisita per vsuram, nec esse obligandum Caium ad totum persoluendum, sed tantum ad partem quæ superest soluenda. Probatur 1.
11 † Satisfactio, quæ fit ad æqualitatem & ei cui est
facienda liberat ab omni onere iustitiæ, quæ respicit æqualitatem in persona læsa; sed satisfactio per
eleemosinam de qua nunc agimus est facta ad æqualitatem, vt supponimus, & cui de iure est facienda
cum incerta pauperibus, vel locis pijs &c. sint distribuenda, ergo liberat ab omni alio onere restituen-
12 di. 2. † Probatur in restitutione incertorum duo
possunt considerari; quod male acquisitis se expoliet, qui illis factus est diues, & quod talis expoliatio fiat in salutem animarum eorum, qui damnum
passi sunt. Hoc est in casu nostro; Quia Caius
expoliat se male acquisitis, deinde hoc fit in salutem animarum illorum, qui damnum passi sunt;
quia illud beneficium, quod sibi ex iam tradita
eleemosina contingere potest, hoc totum tribuit
illis ipsis, quibus damnum intulit, ergo &c. Nemo
13 autem negabit Caium posse cedere † illud totum
boni, quod sibi ex eleemosina obuenire posset, cum
nullam inuoluat contradictionem; & multos id
egisse compertum sit, neque puto reuocandum hoc
in dubium à mediocriter erudito Theologo; sicuti
enim potuisset Caius dum prima vice eleemosinam
dedit illam in satisfactionem sui debiti applicare,
ita & nunc quidquid ex illa fructus sibi contingit,
potest alteri applicare, & ita satisfacere.
Remanet soluendum quod initio proposuimus
pro contraria sententia. Nempè quod nemo potest
eadem re in materia iustitiæ commutatiuæ duobus
titulis satisfacere; Nempè titulo gratuito donationis, & necessario restitutionis in casu nostro. Ad
14 quod respondeo. † eadem re non satisfieri duplici titulo, sed eadem re vnico tantum titulo; semper
enim Caius tenetur ad eleemosinam faciendam,
quod autem sit debita, nihil aliud importat, quam
applicatio quod totius fructus, qui Caio deberetur
si esset gratuita, applicetur damnum passis, cum sit
debita; hoc autem fieri posse apud me certum est;
& ideò hoc modo posse satisfieri non ambigo, quod
certè non posset si restitutio esset certæ personæ
facienda; nisi tamen & ipsa fructus erogatæ eleemo-
15 sinæ optaret sibi applicari. † Huc spectat, quod
debitum etiam certæ personæ soluendum, si adhibita sufficienti diligentia debitor fecit, quantum
in se est, & non potuit creditori soluere, vel quia
non reperiebatur, vel ob aliam causa, qua posita
probabiliter credebatur futurum non esse vt illi
posset

posset solui si in eleemosinam erogetur debiti summa; & postea creditor, cui posset solui, compareat, debitor amplius non teneatur soluere, & multa alia
16 similia. Facta est ergo † eleemosina, & ita debito
ad æqualitatem satisfactum, quod sit gratuita hoc dicit fructum ad me spectare, quod sic debita hoc dicit pertinere ad damnum passo, cum ergo fructus eleemosinæ mihi applicatus possim alteri cedere, vtique etiam sequitur, quod eleemosina gratuito facta; possit reddi debita. Stat ergo, quod, quando erogatur alicui Ecclesię eleemosina in Ecclesiam irreuocabiliter transfertur dominium, quod autem factam meo nomine velim ad alium pertinere hoc meæ est libertatis. Nec ideò vel reuoco dominium, vel nouo indigeo. Sed sufficit fructus applicatio.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Omnis suspensionis violatio inducit peccatum, sed non omnis, irregularitatem, sed illa tantum, quâ violatur suspensio à Diuinis ordini adnexis.*
3 *In Prælato duplex consideratur iurisdictio in habitu & in actu.*
4 *Quæ probibeat, suspensio ab officio.*
5 *Suspensio fertur per modum pœnæ, & per modum Censuræ.*
6 *Modus cognoscendi, quando fertur, vt pœna, quando vt Censura.*
7 *Respondetur, & probatur responsio.*

Admissus ad Confessiones audiendas quoad existit superior, si suspendatur, & audiat an fiat irregularis.

XVIII.

1 CArolus Episcopus nullum ad Confessiones audiendas admittit, nisi præuio exactissimo examine. Accedit admittendus Frater Paulus, & audito ab Episcopo, quod sit superior sui Conuentus, nullo examine admittit, dum extiterit superior dicti conuentus, & non vltra. Tempore visitationis suspenditur à maioribus sui superioribus ad tres menses & interim Vicarius substituitur. Excipit nihilominus Frater Paulus confessionis, quæritur an validè, cum fuerit admissus tantum donec, & vsquequo superior extiterit; & an suspensus excipiens confessionis fiat irregularis.

In re satis clara non multum mihi est immorandum, ideò aliquibus adnotatis breuiter respondebo
2 † Noto 1. Ergo omnem quidem violationem
suspensionis esse peccatum, sed non omnem inducere irregularitatem, sed illam tantum qua violatur suspensio à Diuinis ordini adnexis. Nauar. cons. 39. num. 7. de temp. ordin. quod refert ex Innoc. c. 1. de Sent. Excom. in 6. & Felin. in c. Apostolicæ de Excep. & Imola in Clem. 2. colu. 7.
3 de ætate, & qualit. Noto 2. † In Prælato duplicem
considerari iurisdictionem, alteram quasi in habitu, quæ confertur deputando talem personam ad tale ministerium; cum deputatio fit ab habente potestatem; Alteram quasi in actu quæ consistit in vsu, & exercitatione habitualis. Prima remanet apud Prælatum quacunque posita suspensione, secunda
4 per suspensionem impeditur, † Noto 3. Quod
suspensio ab officio prohibet quidem administrationem temporalium, quæ competunt ratione dignitatis, at non impedit executionem eorum, quæ sunt ordinis, Abbas in cap. dilectus de con-
5 suet. † Noto 4. Suspensionem posse ferri per mo-
dum pœnæ, & per modum Censuræ. Si violetur illa quæ fertur per modum Censuræ vtique incurritur irregularitas. Non autem ita si violetur quæ fertur
6 per modum pœnæ. † Modus autem dignoscendi
quando suspensio feratur per modum Censuræ, vel pœnæ est iste. Si feratur suspensio ad limitatum tempus est per modum pœnæ, quæ cum debeat proportionari culpæ, ideò ad determinatum tempus fertur. Si verò nulla temporis præscriptione feratur, erit per modum Censuræ, quæ cum sit medicina eousque durat, quo cognoscatur sanitatem attulisse. 2. quæ fertur nulla præuia monitione est per modum pœnæ; non enim est necesse admonere poenitentem pœnæ irrogandæ; quæ verò fertur per modum Censuræ requirit præuiam administrationem, vt possit ferre contra contumacem. 3. Suspensio lata per modum pœnæ elapso tempore ad quod fuit lata cesset absque vlla alia actione. Lata verò per modum Censuræ tollitur per absolutio-
7 nem. Vide Filliucium de suspensione. † Nunc
directè respondendo dico. Dictum Patrem Paulum licet suspensum à Prioratu validè excepisse confessiones, & illas excipiendo nullam irregularitatem contraxisse. Propositio duas habet partes. Nempè Patrem Paulum validè excepisse confessiones, & nullam irregularitatem contraxisse eas excipiendo. Primum ita probo. Adhuc verè est Prior sui conuentus; Nam constituitur prior, quando deputatur ad ministerium sui prioratus ab habentibus potestatem illum deputandi, & licet nullos vnquam actus prioratus exerceret, adhuc esset prior, ergo adhuc perseuerat facultas excipiendi confessiones illi concessa, vt Priori. Secundum quod nullam contraxerit irregularitatem pariter probo. Quia ista est suspensio à iurisdictione quæ non impedit exercitium eorum, quæ sunt ordinis, ergo neque potest eius violatio inducere irregularitatem. Secundò ista suspensio est ad tempus ergo per modum pœnæ ergo non inducit irregularitatem, quia Violatio suspensionis tantum quę est censura inducit irregularitatem, vt patet ex supra annotatis, & ita puto sine hæsitatione dicendum.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.*
2 *Tria pro solutione proponuntur: consideranda.*
3 *Reseruatio nibil est aliud quam demptio, & limitatio, facultatis facta à superiore babente ad id*
4 *facultatem in inferiorem, † estque strictè interpretanda, vt infra, nec admittit argumentum à pari, vel à maiori ad minus.*
5 *Reseruatio vel fit in ordine ad babentem facultatem ordinariam, vel delegatam; quid sit, vide bic.*
6 *Reseruatio respectu babentis potestatem ordinariam est odiosa; respectu babentis delegatam non sic, & si fiat reseruatio qua non sit, in bonum publicum respectu babentis facultatem ordinariam est nulla, nisi abusus sequeretur per accidens.*
7 *Nemo sine causa priuandus est iure suo.*
8 *Respectu babentis facultatem delegatam potest fieri reseruatio quorumcunque casuum.*
9 *Nunquam tantum debet superior reseruare sibi casus, nisi sint in vtilitatem Spiritualem suorum subditorum.*

10 *Episcopus concedens totam suam facultatem non est putandus concedere casus reseruatos. In generali concessione non veniunt specialiter concedenda, nisi tamen de reseruatis se explicet, vel alias habeatur facultas.*

11 *Parochus in sua Paræcia potest sibi reseruare casus, dum assumit confessarium sibi socium.*

12 *Reseruatio potest esse odiosa respectu illius qui debet absoluere, & respectu peccati à quo est absoluendum.*

13 *Explicatur vtrunque.*

14 *Traditur differentia.*

15 *Aliud est loqui de priuilegio simpliciter, aliud de concesso in lege, & quod sit vtrumque.*

16 *Si quaratur an habens potestatem ordinariam absoluendi &c. à reseruatis, interpretatio erit latè facienda, si verò de habente delegatam strictè.*

17 *Ignorantia potest esse vel de peccato vel de reseruatione peccati.*

18 *Ab excommunicatione reseruata Episcopo verb. grat. Brixiensi non potest absoluere Sacerdos Bergomensis, licet in sua diœcesi non sit reseruata, potest autem à peccato, & quare.*

19 *Quia videlicet excommunicatio afficit pœnitentem, reseruatio autem peccati confessarium.*

20 *Opinio cuiusdam neoterici soluentis hoc dubium.*

21 *Impugnatur talis solutio.*

22 *Si accessus ad moniales sit reseruatus, & nesciatur, & accedens non malo fine accedat, non erit reseruatus, si reseruationem ignorat, non quia ignorat, reseruationem, sed quia non peccat, nec accedendo, nec praceptum non accedendi transgrediendo.*

23 *Traditur regula seruanda in hac materia.*

24 *Reseruatio non afficit pœnitentem, sed confessarium.*

25 *Ignorantia reseruationis excusat à contumacia, sed non efficit quod actio peccaminosa mortalis non sit reseruata.*

26 *Committens cognitum reseruatum in sua diœcesi non ideò tollitur, quin possit absolui in aliena diœcesi, vbi non est reseruatum.*

27 *Confessarius putans aliquod peccatum esse reseruatum licet verè non sit, & si intendat absoluere a non reseruatis non absoluit ab illo, quia explicitè intendit illud excludere.*

28 *Confessarius potest iure pænitentia adstringere pœnitentem ad iterum confitenda peccata semel confessa, sed quomodo hoc sit intelligendum, vide infra num. 32.*

29 *Non potest superior delegare facultatem absoluendi à reseruatis cùm onere quod pœnitens se illi præsentet.*

30 *Redditur ratio quare hoc non possit fieri.*

31 *Potest tamen in absolutione ab excommunicatione: tale onus iniungi, quia est in iure expressum, & ratio dictat.*

32 *Confessarius potest iniungere pœnitenti onus iterum confitendi peccata iure pœnitentiæ si sit hoc in præseruationem, non autem in satisfactionem, & in quam præseruationem vide.*

33 *Soluitur tota difficultas, & respondetur directè quæsito.*

34 *Reseruatio in odium peccati est odiosa, & ideò strictè interpretanda.*

Ignorantia reseruationis an excuset.

XIX.

1 PEtrus † accedit ad monasterium quarundam
monialium, ibique cum aliquibus illarum
inhonestos habet sermones, & tactus turpes; estque
Episcopo reseruatum vtrunque, tam videlicet
accessus ad monasterium, quam sermones, & tactus
turpes. Sed Petrus reseruationem ignorat. Accedit ad Confessarium, qui cum non habeat facultatem absoluendi à reseruatis, illum absoluit imposito onere se præsentandi confessario facultatem habenti. Quæritur; An sint reseruata illa duo, & posito quod non sint reseruata an Petrus teneatur se præsentare.

2 Pro † solutione & elucidatione. Noto. Hic tria quæri. primum, an ignorantia reseruationis excuset in ijs quæ intrinsecè non sunt mala, sed tantùm quia prohibita. Secundum, an excuset in ijs, quæ sunt intrinsecè mala. Tertium An absolutus à confessario, qui putat se non posse absoluere à reseruatis; quia putat esse reseruata, quæ verè non sunt, & ideò potest absoluere, sit absolutus, an verò teneatur se præsentare Addam præterea. An, si Confessarius petat facultatem absoluendi pœnitentem à reseruatis, & illam obtineat à superiore cum hoc tamen onere, quod se præsentet eidem superiori, tale onus sit exequendum.

3 Noto † 2. Reseruationem nihil aliud esse quam
ablationem, demptionem siue limitationem iurisdictionis factam in inferiore Sacerdote à superiore ad id potestatem habente, Suarez tomo 3. in 3. part. disput. 29. sect. 1. Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 32. numer. 18. ad medium Filliuc. tract. 7. cap. 10. princ. Reginaldi libro 1. cap. 11. nu. 126. Caprauil. de reseruat. quæst. 2. p. 1. & aliorum
4 communis. † Estque strictè interpretanda, sed
modo infra explicando, nec admittit arg. à maiori ad minus, nec à pari.

5 Noto 3. † Reseruationem posse considerari
factam, vel in ordine ad habentem ordinariam potestatem absoluendi, vel in ordine ad habentem deletam, v. g. in ordine ad Parochum, qui habet potestatem ordinariam absoluendi ab omnibus casibus, nisi eos sibi reseruet Episcopus, vel in ordine ad simplices Sacerdotes, quibus nullo modo competit ius excipiendi confessiones, nisi quatenus eis ab Episcopo demandatur, nec habent territorium, vel subditos, in quos spiritualem exerceant
6 iurisdictionem. † Respectu prior. nempè Paro-
chor. reseruatio potest dici odiosa illis enim adimit debitam facultatem, & respectu istorum est strictè interpretanda. Imò neque fieri potest reseruatio valida, nisi vel ipsi aliquod delictum comiserint, ratione cuius tali facultate priuentur, vel reseruatio sit necessaria ob commune bonum diœcesis, & si aliter fiat reseruatio respectu istorum est nulla, quia
7 † Sine causa nemo priuandus est iure suo. Imò
Parochus hic, & nunc cognoscens reseruationem non esse in vtilitatem subditorum suorum, potest liberè absoluere, & nisi absoluendi facultate sit priuatus ob suum delictum, & nisi per accidens sequatur abusus, nam si esset ex malitia aliquorum hoc non esset attendendum, ita Angelus verbo casus reseruat, qui citat Panormitan. in capit. Quod dilecto de Consang. & affinit. & in c. etsi
8 Clerici de iudit. † Respectu verò non habentium
facultatem absoluendi ordinariam potest Episco-

pus

pus reseruare sibi omues casus, quos vult quia libe-
rum est ei, iurisdictionem talem qualem illi placet
eis impertiri, Sotus in 4. dist. 18. c. 5. quem refert
9 & sequitur Regin. & alij. † Nuuquam tamen debe-
rent superiores reseruare sibi casus nisi sint in spiri-
tualem vtilitatem suorum subditorum, quia talis
potestas est illi tradita in salutem suarum ouium,
10 Trid. sess. 14. c. 7. † Neque Episcopus concedens
totam suam facultatem intelligendus est concede-
re facultatem absolueudi à reseruatis, quia in
generali concessione non veniunt specialiter con-
cedenda, Nauar. in Manual. cap. 27. numer. 261.
Zechi. de reser. in princ. Obse. .i. Gamba repet. de
Reseruat. cap. 2. numer. 22. Barbos. de potest.
Episcopi allegat. 52. limita tamen nisi concederet
suam facultatem circa reseruata, vel illi, cui talis
facultas coucedit nulla alia posset concedi, nisi illa
quæ pertinet ad reseruata, quia omnem aliam ha-
11 beret. † Etiam curatus in sua Parœcia potest sibi
reseruare casus, licet consuetudiue sit effectum, vt
tali iure sibi compeeenter non vtantur; quis enim
neget Parochú assumentem sibi socium ad audien-
das confessiones eempore aliquarum solemnitatum
posse illi conferre illam tantùm facultatem, quæ sibi
magis expedire videbitur. Ita Captauille de reser.
loco citat. Suarez. & Reginald. Respectu ergo illo-
rum quibus non competit de iure absoluere reser-
uata nullo modo potest dici odiosa reseruatio.
12 Noto 4. † Reseruationem non solùm posse esse
odiosam respectu illius, qui debet absoluere, sed
etiam respectu ipsius peccati. Potest enim fieri
reseruatio ob bonum regimen, & ob salutem ani-
marum, vel in odium ipsius peccati, Sed dices quæ
est reseruatio ob bonum publicum, & in odium
peccati, & quæ differentia intee vtranque.
13 Ad † Primum dico, quod reseruatio, iu qua prius
actio prohibetur; deiude subiungitur reseruatio,
ista fie in odium peccati; vt est motus proprius
Sixti V. contra male promotos, vbi prius damna-
tur mala promotio, deinde subditur reseruatio,
quasi in detestationem talis malitiæ reseruetur
peccatum. Reseruatio verò, quæ fit in bonum
publicum, & ob salutem animarum est illa, qua
præmissa actus prohibitione, vel detestatione pec-
catum reseruatur, vt est Homicidium, incestus &c.
huiusmodi solita reseruari in tabellis Episcopa-
libus.
14 Ad secundum dico † Quod inter vtranque reser-
tionem ista est differentia quod reseruatio facta in
odium peccati est odiosa, non sic verò facta ob bo-
num pnblicum; Quæ sunt valdè conformia illis quæ
tradit Glossa in proemio Clem. verbo. de cætero in
15 illa verba Hæc vera, nisi dicas, vbi habet, † Aliud
esse loqui de Priuilegio simpliciter daro, aliud de
priuilegio iu lege concesso. Ita ego dico aliud est
loqui de reseruatione simpliciter lata, aliud loqui
de reseruatione in lege inserta. Prima reseruatio,
cum sit in bonum commune, erit fauorabilis. 2.
verò cum sit facta iu lege, & lex sit pœnalis, quia est
facta in odium peccati, reseruatio etiam erit odio-
sa vtpote pœnalis quia sequitur naturam legis, quæ
item est pœnalis, ita innuit Sanchez loco citato de
16 matrimonio. † Quotiescunque ergo quæstio erit,
an Sacerdos, cui iure ordinario competit absoluere
à reseruatis possit absoluere respectu suę facultatis,
talis quæstio admittet latam interpretationem, Si
autem quæstio erit de facultate Sacerdotis, cui
competit delegata erit strictè iuterpretatio facien-
da. Si verò dubitatio se teueat ex parte peccati,
nempè an tale peccatum sit reseruatum interpreta-
tio erit late facienda, nisi reseruatio sit in odium
peccati, quia talis reseruatio est in fauorem animæ.
17 † Noto 5. Pœnitentem se posse habere duplici-
ter ad ignorantiam. Vel ignorat accessum ad mo-
nasteria monialium esse peccatum, vel scit esse
peccatum, sed ignorat esse reseruatum; &, quod
dico de accessu ad monasterium, dico de quocun-
que alio peccato. Scit homicidium esse peccatum,
sed nescit esse reseruatum. Nescit adulterium esse
peccatum, nec scit esse reseruatum; scit esse pecca-
tum, nescit tamen esse reseruatum; neque miteris
me dicere repetiri homiues, qui nesciant adulte-
rium, esse peccatum, quia hoc apud me est certissi-
mum cum multos tali laborantes ignorantia repe-
rirem.
18 Noto † 5. Irretitum excommunicatione resec-
uata, v. g. Episcopo Brixiensi, si accedat ad Con-
fessarinm approbatum in diœcesi Bergom. & non
habentem facultatem absoluendi à reseruatis, non
posse ab eo absolui; Si verò accedat irretitus pec-
cato reseruato, sed siue excommunicatione adnixa
etiam si non habeat facultatem absoluendi à reser-
uatis adhuc, tameu validè & licitè absoluit ratio
19 communiter redditur ista, † quia excommunicatio
afficit pœnitentem cum .n. sit contra eum lata eam
quocunque se confert secum defert affectam quali-
tatibus suis. Reseruatio autem non afficit pœni-
tentem, sed Confessarium, ideò licet facultas
absoluendi à talibus peccatis sit dempta Sacerdo-
tibus subditis Episcopo Brixiensi non est tantùm
dempta Sacerdoti Bergomati; & cum excommu-
nicatio afficiat pœnitentem cum suis qualitatibus,
ideò non possit absoluere, potest à peccato, quia
non eodem modo afficit.
20 Difficultati † respondet quidam neotericus
distinguendo hoc modo. Vel ignorantia est de
præceptis naturalibus, vel diuinis vt homicidij,
adulterij &c. vel de præcepto humano, vt esset
delatio armorum, colloqutio cum monialibus,
extractio frumenti è statu &c. & huic secundæ parti
distinctionis aliam subiungit hoc modo, vel iure
humano prohibita ignorantur à persona rustica,
& idiota, vel à persona ciuili, & ingenij perspicacis;
& his positis distinctiouibus ita respondet: Si
ignorantia rustici, & idiotæ est de præceptis iure
positiuo vt accessus ad monasteria monialium, tunc
dicit ignorantia à reseruationis excusare. Si verè
sit personæ perspicacis iugenij, & ciuilis de iisdem
præceptis, tunc vult reseruationem afficere; Igno-
rantiam autem reseruatiouis peccatorum iure na-
turali, vel diuino prohibitorum, nec rusticum, nec
ciuilem, nec idiotam, nec ingeniosum vult excu-
sare. Vult ergo iste pater Rusticum ignorantem
eeseruationem homicidij, adulterij &c. reseruatio-
ne affici non autem, si ignoret eeseruationem
accessus ad monasteria, & his similia, Ciuilem verò
& ingeniosum nulla hac ignorantia excusari.
21 Quæ tamen distiuctio vt à me fuit viua voce con-
futata, ita neque in scriptis potest esse probata.
Non enim capio, quomodo ignorantia rustici
habeat hoc priuilegium, quod uon concedatur
etiam ignorantiæ personæ ciuilis. Vel enim igno-
rantia vtriusque nempè tam ciuis, quàm rustici est
inculpabilis, Vel culpabilis vel vnius tantùm cul-
pabilis, alterius verò inculpabilis. Si iguorantia
vtriusque est culpabilis uon video quare non me-
reatur etiam vterque eandem pœnam Si vtraque
est inculpabilis, quare vnam sequitur reseruatio,
altera remaneute illæsa. Si vna est culpabilis,
& altera inculpabilis non ergo ex eo, quod vnus
rusticus

rusticus sit, alter verò ciuilis; Sed, quia alter est in culpa, alter autem non, reseruatione afficitur. Ista fortasse possent considerari secundùm præsumptiones fori externi, at in foro animæ quomodo possint practicari certè non capio. Neque vnquam audiui in foro conscientiæ ratione qualitatis tantùm naturalis excusari, nec item quia talis puniri, vbi res ponderantur secundum esse non
22 secundum præsumptiones † Verum quidem est, quod si ignorantur prohibitum esse accessura ad monasteria monialium, Si quis non malo fine accedat licet sit reseruatus accessus, non affici reseruatione, sed non ideò quia nesciit accessum esse reseruatum; Sed ideò, quia accessus, cum non sit peccaminosus, nisi quia prohibitus, cùm nesciatur prohibitus, ideò neque erit peccaminosus, & ideò neque reseruatus; quia tantùm peccata mortalia solent reseruari, at si optimè sciatur prohibitus, licet nesciatur reseruatio, puto omninò esse reseruatum, & reseruationem afficere.
23 Hæc † igitur regula statuitur; Quotiescunque actio reseruata est mortaliter peccaminosa, & talis cognita, licet nesciatur reseruata; reseruatio tamen afficit delinquentem, siue ille sit rusticus, siue ciuis, siue hæbetis, siue perspicacis ingenij, siue res sit prohibita iure naturali, vel tantum iure positiuo.

Primò Quia in omnibus est eadem ratio, vtsupra probatum est; ergo si in vno afficit reseruatio affi-
24 ciat etiam in alijs. † 2. Reseruatio non pœnitentem sed afficit confessarium, cui dempta est facultas absoluendi à tali peccato, ergo cum talis qualitas sit consideranda respectu confessarij ad nihil erit consideratio ignorantiæ reseruationis in pœnitente, dempta est enim confessario facultas absoluendi à tali peccato; Sed verè in confessione tale peccatum subijcitur clauibus, ergo non potest absolui, nec quidquam demit de malitia talis peccati, vt sic
25 ignorantia reseruationis † potest fortasse excusare à contumacia, & ideò ab excommunicatione, quia cum nesciatur reseruatio, neque dicetur contumax, qui præceptum transgreditur, Sed hoc non est quod reseruatur sed ipsummet peccatum, ne tamen frequenter committatur. 3. Principalis ratio illius est, quia est pœna, sed supra probauimus reseruationem non esse pœnam, ideò iuxta supradicta hic
26 etiam est statuendum. † 4 Committens reseruatum in vna diœcesi cognitum à committente reseruatum non tollit quin si transferat se ad aliam diœcesim, in qua non sit reseruatum, possit à quolibet absolui, ergo scientia peccantis, & pœnitentis nihil confert ad absolutionem; Sed tantùm facultas non impedita confessarij, ergo neque conferet ignorantia. Nihil ergo in pœnitente considerandum respectu ignorantiæ. Sed tantùm in confessario respectu facultatis suæ; Reseruando enim Casus Episcopus disponit ne confessarius ab illis absoluat ob bonum publicum, & ideò talis dispositio est interpretanda, vt aliæ leges, & ita satisfactum est primis duobus quæsitis, decernendo ignorantiam reseruationis peccati, sine illud sit malum ex sui natura, siue tantùm quia prohibitum non excusare à reseruatione. Dummodo reseruatum sit cognitum peccatum modo explicato.

Ad 3. An scilicet qui non absoluit, quia putat esse reseruatum, si id, quod putat reseruatum verè
27 non sit reseruatum, absoluat etiam ab isto † Breuiter respondeo quia res videtur satis clara non absoluere. Ratio est quia licet intendat absoluere ab omnibus non reseruatis, excipit tamen illud, quia putat reseruatum, neque eius intentio absoluendo ad hoc se extendit imò hoc excludit vtporè apprehensum vt incapax suæ absolutionis. Dices implicitè intendit absoluere ab omnibus non reseruatis. ergo etiam ab hoc respondeo licet implicitè intendat absoluere ab omnibus non reseruatis, explicitè excludere hoc cogitatum reseruatum; Si tantùm dubitaret de reseruatione, & intenderet absoluere si non est reseruatum, vel alio modo extenderet ad hoc etiam suam intentionem absoluendi, profectò eo casu putarem pœnitentem fore absolutum, sed posita exclusione, vt est præcisè in nostro casu, puto nullo modo absoluere.

Ad 4. An Superior possit delegare facultatem absoluendi à reseruatis cum onere, quod pœnitens se præsentet coram ordinario, videtur dicendum
28 posse. † Quia Confessarius potest iniungere pœnitentiam, qua pœnitens teneatur peccata semel confessa iterum se confiteri ergo etiam Superior poterit delegare facultatem absoluendi cum hoc onere. Qui de hoc multa cupit videre adeat Ioannem Sancium in suis selectis disp. 12. num. 13. Ego
29 breuiter sic puto respondendum † non posse superiorem concedere facultatem absoluendi à reseruatis cum onere, quod pœnitens se præsentet illi. Ratio est quia vel hoc onus imponitur, vt se præsentet extra Confessionis Sacramentum, vel in
30 Sacramento Confessionis. †Si extra Sacramentum hoc esset immutare naturam Sacramenti, quod institutum est tantùm ad forum interiùs, si in Sacramento, hoc nulla alia ratione potest esse, nisi quia non sit sufficienter absolutus pœnitens prima absolutione ex delegata facultate sibi impertita, quod non potest esse, quia supposita facultate concessa non video, quomodo non sequatur absolutio.
31 † Bene tamen hoc fieri poterit circa absolutionem ab excommunicatione cùm possit impertiri ad reincidentiam, nisi se præsentet ex Cap. eos, de sententia excommunicationis in 6. Ad rationem
32 initio propositam. † Respondeo vel pœnitentia iterum confitendi peccata iam confessa iniungitur à Confessario in præseruationem, vel in satisfactionem, quatenus est opus meritorium, si in satisfactionem puto non posse Confessarium iniungere, quia est res nimis dura, & possunt alia æque bene iniungi; nisi tamen pœnitens acceptet; Si autem iniungitur in præseruationem si nullum aliud præstantius sit remedium puto posse iniungi, & pœnitentem teneri acceptare, sed si aliud subsit remedium, puto non posse. Neque enim Sacramentum Confessionis ad ista munera est institutum sed ad animas purgandas à peccatis. An item possit iniungi Confessio peccati preteriti si quis in idem peccatum labatur. Respondeo eadem distinctione. Plura qui capit adeat Sancium supraciratum.
33 Tandem ad solutionem quæstionis propositæ. Respondeo, vel Petrus accedens ad Monasterium Monialium sciebat accessum esse prohibitum sub mortale, vel nesciebat inuincibiliter; Si hoc sciebat incurrit etiam reseruatum. Si nesciebat esse reseruatum, vel accedendo peccat mortaliter, quia animo prauo accedit, vel non peccat mortaliter, quia ad sua peragenda accedit; Si primo modo accedit adhuc incurrit si 2. modo non: semper autem incurrit verba obscena, & tactus inhonestos habens cum monialibus, quia ista semper suppono mortalia. Si autem sint ex leuitate eodem modo quo supra de accessu erit dicendum.
34 Quod si reseruatio sit in odium peccati: lex sit pœnalis, ignorantia eam à reseruatione excusabit,

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur.*
2 *Quædam diuisiones ponuntur.*
3 *Episcopus, & Curatus potest extra diœcesim audire Confessiones.*
4 *Sine strepitu in aliena diœcesi potest exerceri iurisdictio.*
5 *In Cap. Omnes vtriusque sexus conceditur illimitata facultas.*
6 *Sacerdos delegatam habens facultatem illam non potest excedere.*
7 *Delegatus non potest excedere fines mandati.*
8 *Delegati facultas audiendi Confessiones, nisi limitetur se extendit etiam extra diœcesim.*
9 *Non obstante clausula in diœcesi tantùm posita, & facultate audiendi Confessiones possunt Regulares audientes ex Clem. Dudum, audire etiam extra.*
10 *Approbationem tantùm non iurisdictionem accipiunt ab Episcopo, qui ita approbantur.*
11 *Regulares delegatas considerent suas facultates.*

Confessarius quoad Confessiones excipiendas extra diœcesim, in qua est approbatus.

X X.

1 FRanciscus Sacerdos approbatus à suo Episcopo ad excipiendas confessiones existens in aliena diœcesi reperit quosdam suæ diœcesis, qui cupiunt
2 illi confiteri sua peccata quæritur an possit. Noto primo vel iste Sacerdos est sæcularis, vel regularis. 2. Vel est Curatus, vel non Curatus. 3. Si est Regularis, vel est præsentatus ex Clementina Dudum de sepulturis & ex illa approbatus audit confessiones, vel illas audit tantùm, vt delegatus Episcopi.
3 His suppositis. Dico Episcopus, & Curatus possunt etiam extra diœcesim audire confessiones suorum
4 subditorum, & eos absoluere. Ratio est, quia in aliena diœcesi exercent quidem iurisdictionem, sed sine strepitu, & figura iudicij, quod certè possunt in suos subditos, argumento Cap. vltimi, de offic. & potest. legat. 2. Quia in Cap. Omnes vtriusque
5 sexus. † Conceditur, quod quilibet possit confiteri proprio Sacerdoti, & nulla loci fit limitatio, ergo vbique possunt eos absoluere, quod idem est intelligendum de omni habente potestatem ordinariam.
6 2. Dico † si Sacerdos habet tantùm facultatem delegatam non potest excedere limites suæ conces-
7 sionis, quia † Delegatus non potest excedere fines mandati per iura vulgaria, & firmat Ludouis.
8 Decis. 518. num. 2. † Verùm tamen est quod nisi in concessione expressum sit, quod audire possit Confessiones in diœcesi tantum potest illas audire etiam extra diœcesim. Quia hoc venit in generali concessione, nec indiget speciali, in vtraque enim est eadem ratio, nec maior est fauor in vna, quam in alia. Si tamen exprimat, concessionis tenor non erit extendendus.
9 3. † Regulares si sint præsentati, & Confessiones excipiant ex Clem. Dudum etiam si Episcopus apponat in concessione clausulam, In diœcesi tantùm. Adhuc possunt excipere Confessiones subdi-
10 torum Episcopi extra diœcesim; † Quia ab Episcopo accipiunt tantùm approbationem, non verò iurisdictionem eo enim ipso, quod ab Episcopo recipiunt approbationem, possint omnium Confessiones excipere cum illimitatam iurisdictionem
11 à Papa habeant. † Quod si Confessiones audiunt tantùm, vt delegati considerent suas facultates, neque illas excedant. In his consentiunt, Sotus in dist. 18. num. 3. Suarez disp. 25. sut. 1. numer. 17. Reginaldus lib. 1. num. 93. Sanchez de matr. lib. 3. disp. 14. num. 2. Konich. & alij.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur casus.*
2 *Quot, & quæ quæstiones disputandæ.*
3 *Pœnitens potuit considerari, vt publicus peccator, & vt peccator secretus.*
4 *Publicis peccatoribus tenentur, tam regulares, quam sæculares Confessarij præbere schedulas testatrices Confessionis.*
5 *Peccatum publicum cadit sub publica censura.*
6 *Pertinet etiam ad externam gubernationem.*
7 *Parochus publico peccatori etiam deferenti schedulas, non tenetur statim ministrare Sacramenta, sed debet fungi officio suo.*
8 *Quomodo Parochi se debeant gerere cum peccatoribus publicis.*
9 *Pœnitentibus non publicis peccatoribus non tenentur Regularis tradere schedulas.*
10 *Constitutio Sixti IV.*
11 *Priuilegia nihil de nouo concedere est inconueniens.*
12 *Extrauagans. Inter cunctas Benedicti XI.*
13 *An isti Extrauaganti sit derogatum.*
14 *Pœnæ statutæ a Leone X. contra impedientes priuilegia concessa fratribus à Sixto IV.*
15 *Episcopi nihil possunt contra priuilegia Regularium, & pœnæ contra aliter facientes.*
16 *Lex prohibens rem minimam sub magna pœna non est timenda.*
17 *Pœna debet proportionari delicto.*
18 *Clausula ista, iustis de causis animum &c.*
19 *Superiori etiam non recognoscenti alium superiorem asserenti, se facere aliquid ex iusta causa, non creditur, nisi constet de illa, quando id non potest facere sine illa.*
20 *Onera non sunt imponenda sine causa.*
21 *Decretum latum à non habente potestatem non potest obesse.*
22 *Neque Confessarij non priuilegiati non tenentur dare schedulas pœnitentibus.*
23 *Schedula ex laudabili consuetudine non iniuria petitur; sed ad illam ostendendam subditus non est cogendus.*
24 *In foro iuditiali creditur homini tantùm contra se; In foro autem animæ creditur pro se, & contra se.*
25 *Bona, quæ potest percipere subditus ex Confessione facta Parocho.*
26 *Quomodo sit intelligendum. Agnosce vultum pecoris tui.*
27 *Bonacina quomodo intelligeudus.*
28 *Refertur Barbosa de officio Parochi.*
29 *Nemo præsumitur malus, nec immemor salutis suæ.*
30 *Nullum adest præceptum obligans ad Confessionem tempore Paschatis.*
31 *Durandus asserit non esse certum extare præceptũ annuæ Confessionis.*
32 *An Confessio annua pertineat ad regimen externum.*
33 *An annua Confessio sit facienda ex vi consuetudinis.*
34 *Absurda, quæ sequuntur, ex schedula delatione.*

35 *Nouum esset preceptum constituendum.*
36 *Ecclesia non potest facere nouam materiam Sacramentorum, determinat tantùm circumstantias. Expenditur Cap. Omnis vtriusque sexus.*
37 *Aliquæ Religiones tenentur ad Confessionem etiam venialium peccatorum.*
38 *Ordinationes Episcoporum quid possint.*
39 *Inferior nihil potest in legem superioris.*
40 *Decretum Cardinalis Cornelij Senioris in prima Synodo Bergomensi.*
41 *Decretum aliud reuocans illud primum in 2.*
42 *Afferuntur alia determinationes Prouinciales, & Synodales.*
43 *Verba generalia sunt restringendas secundùm potestatem loquentis,*
44 *Verba generalia sunt interpretanda, ita, vt non tollatur ius tertij.*
45 *Bartholomæi Medinæ dictum notabile de schedula.*
46 *Quid dicendum de consuetudine.*
47 *Consuetudo videtur inductas ex eo, quod aliquid fit.*
48 *In ijs, quæ sunt facultatis, non inducitur consuetudo restrictiua liberæ potestatis.*
49 *Consuetudo non præsumitur.*
50 *Actus, qui adducuntur ad probandam consuetudinem, debent probari facti animo illam inducendi.*
51 *Axioma: In ijs, qua sunt facultatis non inducitur consuetudo restrictiua liberæ potestatis limitatur.*
52 *Priuilegia concessa vniuersitati non amittuntur per actus contrarios factos à subditis.*
53 *Actus particularium non nocent vniuersitati.*
54 *Actus, qui adducuntur ad probandam consuetudinem, debent probari gesti ad finem inducendæ consuetudinis.*
55 *Pœnitens, qui flexis genibus dicit Parocho, se nullum habere peccatum, satisfacit omni suæ obligationi, & Parochus tenetur ei ministrare Eucharistiam in Paschate, etiamsi esset elapsus integer annus, ex quo pœnitens non est confessus.*
56 *Soluitur quædam leuis obiectio.*
57 *Referuntur pœnæ, quas incurrunt Parochi cogentes suos subditos deferre schedulas remissiuè ad num. 14. & 19. ex quas incurrunt cogentes eosdem iterum confiteri, quæ hic apponuntur extensa.*

Tempore Paschatis Parochi à communicatutis schedulas confessionis expetunt.

X X I.

1 TEmpore Paschatis multi vtriusque sexus Christi
Fideles Confessarijs è Religione Sancti Fran-
cisci, vel Dominici sua peccata confitentur, deinde
iuxta præceptum Ecclesiasticum, Parochos adeunt
Sacra reficiendi Eucharistia. Sed à Parochis Con-
fessionis schedulæ expetuntur, quas, quia non
exhibent à Sacra communione arcentur, non aliter
admittendi, nisi vel schedulas deferant, vel iterum
peccata confiteantur. Quæritur quid iuris.
2 Vt clarè, & dilucidè in enodatione istius quæsiti
procedamus, sequentes quæstiones dissoluemus.
1. An Regulares teneantur tradere schedulas con-
fessionum testatricis ijs, qui sua sunt confessi pecca-
ta. 2. An saltem teneantur Sacerdotes Confessarijs
Sæculares. 3. Quid si adsint synodalia vel prouin-
cialia decreta, vel aliæ admonitiones in Calenda-
rijs. 4. Quid de consuetudine. 5. An pœnitens, ad
omnes lites dirimendas si flexis genibus aliqua
fateatur peccata suo Parocho, vel etiam ei tantùm
dicat, oihil me mordet, quin statim possum Sacram
sumere Eucharistiam, satis superque satisfaciat,
& Parochus vlterius requirens schedulas iniquè
agat. 6. Quas pœnas Parochus incurrat, si iterum
confiteri compellat iam fratribus prædictis confes-
sos, vel arceat à Sacra Communione ob schedulam
non delatam.
3 Ad primam ergo accedens soluendam. Noto ex
D. Thom. quodlibet: 1. quæst. 6. num. 12. pœni-
tentem posse considerari in duplici statu, vel vt
peccatorem publicum, vt publicum vsurarium,
publicum concubinarium, &c. vel vt peccatorem
quidem, sed tamen, non publicum, & scandalosum,
sed talem quales sunt homines communiter.
4 Hac supposita distinctione. Dico pœnitentibus in
primo statu existentibus, nempe publicè excom-
municatis, publicis vsurarijs, publicis concubina-
rijs, & cæteris huiusmodi publicis peccatoribus,
omnes Confessarios tam Sæculares, quam Regula-
res teneri illis exhibere schedulas testatrices factæ
5 confessiones. Ratio est. Quia, † qui publicè deli-
quit, debet etiam publicè de pœnitentia docere,
6 vt possit sine scandalo communicare, † & cum
publicè peccauerit, & peccata publica cadant sub
Ecclesiastica disciplina, & pertineant ad externam
gubernationem, de illorum emendatione debet
7 constare. † Imò addo, quod Parochus non tenetur,
imò non debet publico peccatori statim Sacramen-
tum Sanctissimum exhiberi, etsi confessionis factæ
8 schedulam deferat; † sed deber inquirere de emen-
datione, cui, nisi sit perfecta, ex io cuncto sibi
onere, iocumbit, opportunis remedijs, ac medicinis
ad integram sanitatem subditum reducere quo in
munere, se debet ostendere pientissimum Patrem,
& Peritissimum Medicum, non præcipitanter, sed
cunctanter agendo, non ex proprio cerebro, sed ex
libris modum petendo; non enim nimia austeritas,
& peruicax cerebro sitas, sed dulcis humanitas
durissimos etiam peccatores emollit, & eorum
corda scindit ad pœniteodum, nec pastor clamo-
rosis vocibos, sed leni sibilo oues ad caulam perdu-
cit aliàs verberibus cædens in exilium, & dispersio-
nem acturus. Publicis ergo peccatoribus, sche-
dulæ sunt dandæ sine discrimine ab omnibus
Confessarijs, tam Regularibus, quam Sæcularibus,
& de his nulla est difficultas. Tota quæstio est de
peccatoribus non publicis, an etiam istis teneantur
Regulares tradere dictas schedulas, & pœnitentes
confessi teneantur ostendere Parochis, & nisi osten-
dunt possint legitime à Sacra Communione arceri.
Et primo videbimus, an teneantur Regulares;
postea etiam, an saltem teneantur sæculares.
Quoad Regulares ergo.
9 Dico † eos nullo modo teneri tradere prædictas
schedulas ijs, qui sibi coofirentur, nec illi, qui
Regularibus prædictis confiteotur, tenentur eas
ostendere Parochis, & Parochi denegantes com-
munionem prædictis, eo quod schedulas non osten-
dant iniquè agunt, & contra iustitiam. Hanc
conclusionem probo nunc tantùm ex priuilegijs
insertis tamen in corpore iuris, præfatis Religio-
nibus concessis, infra theologicis etiam rationibus
probaturus, dum agam de Confessarijs sæcularibus.
10 Probo ergo 1. ex † constitutione decantatissima
Sixti IV. incipit: Regimini vniuersalis Ecclesiæ.
§. Præterea vbi habentur hæc formalia verba.
Præterea, quia parochialium Ecclesiarum Rectores
præfati

[illegible]

præfati erga illos, qui dictis Fratribus eorum peccata confitentur, persæpe se reddunt in exhibitione Eucharistiæ, & extremæ vnctionis difficiles, concedimus ijsdem Fratribus Ordinis Minorum, & eisdem personis eis confessis, quibus Rectores præfati sine rationabili causa denegauerint, siue malitiosè distulerint Eucharistiæ, seu Extremæ Vnctionis Sacramenta ministrare (super quo eorundem confessorum assertioni stati debet) illas petentibus possint impunè exhibere. Vbi obseruandum est quod illud verbum Confessorum, non significat illum, qui excipit peccatorem confessiones, sed illum, qui peccata confitetur, ita vt sit sensus standum esse assertioni eorum, qui confessi sunt pro decidendis difficultatibus, & quęstionibus, quæ super administratione dictorum Sacramentorum possent oriri: neque dicendum est illud, Confessorum, significare eos, qui peccata audiunt, quia priuilegium hoc Fratribus, & pœnitentibus concessum nihil habere particulare, quia etiam ante illud credebatur assertioni eorum, qui peccata
11 audierant, ne ergo omninò sit superfluum † sed aliquid de nouo concedat, quod requiritur l. 3. in princip. ff. de iuriur. l. si quando ff. de leg. 1. l. fin. ff. ne quid in loco public. Cap. si Papa in fine de priuileg. in 6. Cap. si à Indice de appellat. item in 6. & quodcunque verbum etiam minimum debet operari, Roland. cons. 1. num. 122. & 123. Ang. cons. 10. num. 11. & seq. etiam in odiosis, & pænalibus, Crauet. consil. 294. num. 3. in princip. Bec. Cons. 21. num. 25. Tuschus littera S. conclus. 895. num. 25. & littera V. conclus. 85. nu. 18. & verum est etiam in priuilegijs, Romanus cons. 180. num. 5. vbi postillator in verbo priuilegiis, Crauet. cons. 84. num. 12. Roland. cons. 61. numer. 17. lib. 3. & alij, ne ergo detur hoc inconueniens, quod verba sint superflua, & nihil noui inducant, hoc modo verbum, Confessorum, est explicandum, sed textum magis apertum proferamus, cumque in corpore iuris insertum.

12 Probo 2. ex extrauag. † Inter cunctas Benedicti XI. sub tit. de Priuileg. in qua ita habetur Sacerdotes ipsi taliter confessis, & absolutis adstricti sint ministrare Eucharistiæ, & extremæ vnctionis Sacramentum. Super confessione autem facta Fratribus prædictis, cum de confitentis solius præiuditio, si falsum dicat agatur, in iuditio animæ, siue in pœnitentiæ foro stabitur simplici verbo illius, qui Sacramenta petit prædicta, & dicit Fratribus se esse confessum, ex quibus verbis manifestè colligitur, quam inepte loquuntur illi Parochi, qui asserunt, se non teneri Sacramenta prædicta ministrare: legant attentè, & verborum istorum vim percipiant, maximam enim esse reperient; Sacerdotes sint adstricti, taliter confessis ministrare sacramenta; Ecce strictam obligationem; super Confessionem autem facta &c. stabitur simplici verbo illius, qui Sacramenta petit; Ecce quomodo non schedulis, sed verbis solis est credendum in iuditio animæ, & pœnitentiæ foro, idest non de peccatis publicis, & scandalosis, sed de ijs tantum, quæ sunt occulta; & in foro animæ expedienda.

13 Dicet aliquis; ista † extrauagans est sublata, eique per Clementinam Dudum de sepulturis est derogatum; ergo malè à nobis adducitur ad comprobandum nostram doctrinam. Respondeo, istam extrauagantem, non esse omnino sublatam, neque in totum reuocatam, sed illam esse tantum in parte reuocatam, idest quoad ea tantum priuilegia, quæ sunt recensita in eadem Clementina; Dudum testatur summator in hæc verba Hæc extrauagans dat Prędicatoribus & minoribus multa priuilegia circa tria, videlicet circa prædicationes. confessionum auditiones, & sepulturas, &c. & licèt sit reuocata per Clementinam; Dudum de sepult. multa tamen notatu digna in ea reperiuntur, quæ non sunt reuocata. Cum ergo huic extrauaganti non sit in totum derogatum, & ea tantùm reuocata sint censenda, quæ sunt expressa in Clement. Dudum, profectò sequitur, hoc, de quo nunc agimus, priuilegium non esse reuocatum, cum in dicta Clement. Dudum nulla de eo sit facta mentio. Remanet ergo ex priuilegijs certum Regulares nec Franciscanos, nec Dominicanos teneri schedulas prædictas conficere, nec pœnitentes exhibere, sed à Parochis ad Sacramentum Eucharistię sine contradictione admittendos esse.

14 Considerent etiam diligenter Parochi, † quid agant, dum eos, qui prædictis Religiosis confessi sunt, compellunt dictas schedulas deferre, quia hoc modo Regularia priuilegia violantes statutas penas effugere non possunt, quas in eos inflixit Leo X. in sua constit. incipit. Exponi nobis in ista verba; Parochialium Rectoribus, & alijs quibuscunq; sub excommunicationis latæ sententiæ, ac priuationis earundem Ecclesiarum, & omnium aliorum Ecclesiasticorum beneficiorum, quæ pro tempore obtinent, nec non inhabilitatis ad illa, & ad alia in posterum obtinenda eo ipso per contrafacientes incurrendis pœnis, ne eosdem Fratres contra ipsorum priuilegia molestare præsumant, aut personis quibuslibet Ecclesiasticis in genere, vel in specie, directè, vel indirectè aliquid inhibeant, præcipiant, aut aliàs ordinent vel statuent, quominus Fratres prædicti Ordinis, & illorum domus professionis, priuilegijs, & gratijs eis concessis liberè vti possint. Quæ profectò si matura consideratione perpenderent, non adeò præcipitanter agerent.

15 Adducunt aliqui Parochi ad sui excusationem, † quod Episcopi edicto sancitum sit, vt, si quis Regularis Confessarius auditæ confessiones fidem pœnitenti non dederit, ipso facto ab audiendis confessionibus suspensus sit. Hoc tamen, ne credo factum, nec puto faciendum; scio enim Episcopos, & eorum Generales Vicarios in istis statuendis lentè festinare, & plumbeo incedere pede; sunt enim optimè conscij, quæ illos maneat pœna, si quid contra Regularium priuilegia moliantur, non enim semel tantùm viderunt, sed sæpiùs, quid contra ipsos Leo X. in præcitata constitutione decreuerit, si ea lædant interdictum ab ingressu Ecclesiæ, & suspensionem à regimine, seu administratione fulminans. Et præterea, si quid agerent, nihil agerent; Cùm inferior nihil possit in factum Superioris. Imò fortasse talis pœna, si statueretur etiam contra Confessarios Sæculares, non esset magnificienda, quia cum istæ schedulæ ad nihil deseruiant, vt infra
16 patebit, † tale præceptum cadens sub re nullius momenti, & grauem pœnam inducens merito censeretur iniustum, & non timendum. Non enim diceretur rationabile illud præceptum, quod pro re
17 leui magnam induceret pœnam, † cum pœna debeat proportionem delicto leg. rescriptum ff. de his quibus vt indig. L. Paulus, & leg. beneficio, & vtrobique Bart. ff. ad leg. Aretin. consil. 14. numero quinto. Quod si huiusmodi leges, vel præcepta euulgarent Episcopi, quibus Regularium priuilegia læderentur, Regulares possent petere sibi succurri per suos conseruatores, vt eis conceditur à Leone prædicto citata constitutione §.

Quamobrem nos qui &c.
18 Dices † edictum Episcopi erit cum clausula iustis
de causis animum nostrum mouentibus, qua edi-
ctum iustificabitur. Respondeo ex Nauar. lib. 3.
19 consil. 56. † superiori etiam alium superiorem non
cognoscenti non credi, si dicat, se facere aliquid
ex iusta causa, nisi constet de illa, si id, quod agit,
sine illa causa agere non potest: & hoc probat etiam
20 in Com. de spol. † Nec onera sunt imponenda sine
causa, neque sunt subeunda, nisi cognoscantur
21 iusta. † Et tandem tale decretum non obligaret
Regulares, contra eorum enim priuilegia nihil
potest Episcopus, vt supra dictum est. Nunc ad
secundam quæstionem.
22 Dico † supposita facta distinctione in principio,
ne Confessarios sæculares, vel Regulares, abstra-
hendo à quibuscunque priuilegijs, & sistendo in
sola ratione theologica teneri tradere pœnitenti-
bus confessis dictas schedulas. Hæc conclusio est
D. Thomæ quodlibet. 1. quæst. 6. nu. 12. Armillæ
Verbo Confessio Sacramentalis num. 36. Abbatis,
Ianduni, Io. Andreæ, & aliorum scribentium super
Cap. sicut in expositione primæ glossæ, de sent.
excom. Nauar. in §. Sacerdotes, de pœnit. dist. 6.
num. 85. Emanuelis Sà verbo Parochus numer. 7.
vbi ita scribit contra illos Parochos, qui consuetu-
23 dinem allegant. † Parochus subdito affirmanti, se
crimina confessione expiasse, debet credere, sche-
dula ex consuetudine non iniuria petitur, sed ad
eam ostendendam subditus cogi nequit, sequuntur
24 multi alij. Ratio autem D. Thomæ est ista. † In
foro iudiciali homini contra se creditur, sed non
pro se; in foro autem pœnitentiæ homini creditur
pro se, & contra se, deinde subdit Sanctus Doctor.
Est ergo distinguendum, quod dupliciter sit impe-
dimentum, quo aliquis à perceptione Sacramenti
Eucharistiæ impeditur, si enim sit impedimentum
ad forum iudiciali pertinens puta excommunica-
tio, non tenetur Sacerdos suo subdito credere,
quem excommunicatum nouit, nisi ei constet de
absolutione, si autem sit impedimentum, quoad
forum pœnitentiæ, scilicet peccatum, tenetur ei
credere, & iniustè agit, si deneget ei Eucharistiam,
qui perhibet, se esse confessum, & absolutum ab eo,
qui absoluere potuit vel auctoritate Apostolica,
vel auctoritate Episcopi: deinde subiungit, demon-
strans, quod facile potest eludi ista cautela schedulæ
hac ratione, si tibi conteretur, posset dicere, quæ
vellet, & ei crederetur, ergo etiam de hoc sibi
debet credi, nempe quod sit confessus.
25 Obijcit sibi D. Thomas ibidem. Videtur, quod †
Sacerdos Parochialis non habeat credere suo sub-
dito dicenti, se alteri esse confessum, vt propter
hoc ei det Eucharistiam: frequenter enim sola con-
fessione conteruntur, qui prius contriti non fue-
rant: sed Sacerdos debet subditum suum, quantum
potest, ad bonum inducere, ergo videtur, quod ab
eo expetere debeat, quod sibi confiteatur, & ibi
loquitur de Parochis. Deinde sibi ipsi etiam res-
pondet hoc modo. Dicendum, quod illud bonum,
quod in confessione homines consequuntur, iam
consequutus est ille, qui se confessum dicit, si verum
dicit, si autem falsum dicit, pari ratione posset
falsum dicere confitendo. Nec potest aliquis alicu-
ius hominis auctoritate compelli ad confitendum
peccatum, quod alteri, qui absoluere potuit, con-
fessus est, & confessio peccatorum, quoddam sacra-
mentale est diuino imperio subiacens, non huma-
no. Expendant summa attentione ista Sanctissimi
Doctoris verba illi Parochi capitones, qui ob non
delatas schedulas pœnitentes iterum confiteri com-
pellunt, non aduertentes bene, ne an malè agant,
dummodo suas iniustas exequantur voluntates
obijcit sibi 2. idem Sanctus Doctor illud prou. 27.
26 vbi pastoribus dicitur, † Diligenter agnosce vul-
tum pecoris tui, sed hoc nullo modo potest meliùs
fieri, quam per confessionem, ergo debet ab eo
exigere, quod sibi confiteatur. Respondet item
sibi ipsi, quod spiritualis pastor vultum pecoris sui
debet diligenter agnoscere considerando exteriùs
vitam, actiones, & mores eius, per modum verò
confessionis non potest diligenter scrutari, sed
oporteat, quod credat, quæ sibi à suo subdito di-
cuntur, & caueant Parochi, ne huiusmodi dogmata
in vulgus disseminent, quod videlicet media con-
fessione cognoscant vultum pecoris sui, quia pro-
fectò illam reddent ex difficili odiosum. Imò si fieri
posset, neque deberent recordari eorum, quæ in
Sacramento confessionis audierunt, & nunquam
deberent ex eorum ore sinere labi ista perniciosis-
sima verba. Audiui in confessione. Mihi in con-
fessione narratum fuit, sed potius ita composite,
& prudenter deberent loqui, vt ne verbum quidem
facerent de auditis confessionibus, & si quis acce-
deret rememoraturus aliqua ex ijs, quæ pœnitens
confessus est deberent ostendere, se omninò oblitos
omnium in confessione auditorum, vt necessaria
securitas confirmetur impœnitente, & quando de
suis pœnitentibus loquuntur debent castigate loqui
nec eos deprimentes, nec multum extollentes, nisi
ea sit fama sanctitatis, vt omnibus sit nota.
27 Bonacina ipse, quem † pro se iactant Curati,
nobiscum sentit, de Sacram. disput. 5. quæst. 5.
sect. 2. punct. vult. num. 36. Qui licèt addat, vbi
adest laudabilis consuetudo schedulas deferendi,
esse deferendas, est intelligendus iuxta tradita ab
Emanuel Sà supracit. posse peti, & si defferantur
accipi, ceterum deferre neminem posse cogi: Sed
quid de consuetudine sit dicendum infra vide-
bitur.
28 Tandem pro se † afferunt Parochi Barbosam
de offic. Parochi capit. 19. à numero 30. ad 34.
qui ita loquitur. Parochus credere debet Paro-
chiano fide digno dicenti, se fassum esse habenti
legitimam licentiam ipsum absoluendi, atque ita
debet illi ministrare Eucharistiam, vt tradunt
Gabriel in 4. distin. 17. quæst. 2. articulo tertio
dub. 1. Angelus verbo Confessio 3. num. 32. Bona-
cina de Sacram. supra & alij quos refert Sanchez de
Matrimonio libro tertio disput. 37. numer. primo;
excipientes tamen, quando Parochus haberet pro-
babilia signa mendacij. Sic etiam quando confessio
pertinet ad externam Ecclesiæ gubernationem, vt
Confessio annua, non est Parochus adhibiturus
fidem dicenti simpliciter se præceptum impleuisse,
nisi illud legitimè probet, vt testatur vsus Ecclesiæ,
& Siluester &c. Sed etiam ad illum respondeo, esse
intelligendum de publicis peccatoribus, & excom-
municatis; non verò de alijs peccatoribus, quorum
correctio non pertinet ad externam Ecclesiæ gu-
bernationem, quod, si intelligat de omnibus, non
video quare concedat aliquando esse credendum,
non verò semper. Si enim schedulæ exiguntur, vt
cogatur pœnitens præmittere confessionem sum-
ptioni Eucharistiæ ob reuerentiam, quare hoc non
semper? Si autem exiguntur ad tollendas fraudes,
& ne communiter inconfessus, quare qui non vult
confiteri, non potest etiam in confessione mentiri?
ex quibus patet hanc cautelam esse omninò inuti-
lem, vt infra latius. Conuincunt ergo rationes Diui
Thomæ,

Thomæ, nec ab illis est recedendum. Sed alijs etiam rationibus probo, &

29 1. Nemo † est præsumendus salutis æternæ immemor, & mendax leg. vlt. Cod. ad leg. Iulian. repet. Bart. per illum text. in l. rationes in princ. Cod. de probation. & in l. admonendi num. 27. ff. de iureinr. Castrens. conf. 301. numer. 4. lib. 1. Abbas in capit. 2. numer. 9. de fide instr. Socin. Senior. conf. 161. numero 3. lib. 2. Crauet. conf. 158. numero 7. & conf. 275. numero 5. Mantica decis. 363. numero 5. & valet etiam in damnum tertij, ergo multo minus quis erit præsumendus immemor salutis æternæ, adeò, vt velit sumere Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis, ergo illi est credendum, & qui non credet se esse confessum dicenti; iniustè aget; præsumeretur enim sacrilegus. Neque est eadem ratio de Eucharistia; quia ex eo, quod quis nolit communicare tempore Paschatis, nulla oritur suspicio similis antedictæ; sed ad summum quod illud bonum nolit agere; ex præsumptione autem, quod quis communicet in mortali, sequitur conceptus, quod ille taliter communicans sit sacrilegus.

30 2. Nullum † est præceptum obligans ad confessionem tempore Paschatis, sed præcepto confessionis annuæ potest satisfieri quocunque anni tempore: Doctores refert Diana part. quarta, resol. 206. ergo neque pœnitens potest compelli eo tempore schedulas testatrices satisfactæ suæ obligationis deferre, cum nulla adsit, vt patet ex capit. omnis vtriusque sexus de pœni. & remiss. vbi præscripto tempore Communionis, illud confessionis liberum relinquitur.

31 3. Durandus † fatetur quidem Ecclesiam posse ferre præceptum annuæ confessionis, sed esse latum affirmat, non esse certum, sed esse valdè probabile esse tantùm consilium; si ergo pœnitens potest sequi, quam vult opinionem dummodo non sit improbabilis, vel ab Ecclesia reiecta; si vel hanc durandi, quam nundum reiecit Ecclesia, vel illam aliorum Doctorum, quod non sit tempus Paschatis determinatum, pœnitens sequatur, quis eum arguet, vel coget schedulas, deferre? cum sequatur vel communem opinionem Doctorum, vel saltem ab Ecclesia non reiectam.

32 Dices hoc quidem verum † esse in his, quæ pertinent ad forum interius, at in ijs, quæ pertinent ad externam Ecclesiæ gubernationem non ita esse procedendum: sed ego non video, quomodo possit cadere sub extrema gubernatione annua confessio tempore Paschatis, ad hoc enim, vt quis possit cogi ad confitendum, debet probari peccasse; quomodo autem, vel quo iure probabitur, vel poterit probari, quem peccasse, nisi sit publicus peccator? ergo publica tantùm peccata cadent sub præcepto externæ gubernationis. Non adest præceptum confessionis tempore Paschatis faciendæ, ergo neque potest esse obligatio schedulæ deferendæ; Neque præceptum Ecclesiæ obligat, nisi adsit materia necessaria idest peccatum mortale, vt infra probabitur, & peccatum mortale quem habere, nec potest, nec debet Ecclesia probare, nisi sit publicum, quomodo ergo confessio peccatorum non publicorum reducetur ad externam gubernationem.

Dices Suarez. tom. quarto, in 3. parte disput. 36.
33 sect. 3. asserit, † Paschale tempus ex communi
fidelium consuetudine esse determinatum, ad impletionem præcepti animæ confessionis: Quod dictum Suarez ego ita accipio vt sit quidem determinatum id tempus ad satisfaciendum præcepto, vt illo non confitentes, peccent, vt præcepto annuæ confessionis non satisfacientes, & hoc nullo modo puto, vt verò tali tempore confitentes suæ obligationi satisfaciant, & concedo. Non est ergo ista consuetudo inductiua obligationis confitendi tali tempore, sed declaratiua exequtæ obligationis, quæ semel in anno est tollenda; & hoc esse verissimum probo ex communi vsu fidelium; qui non putant, se nouo peccato astringi, nisi Paschatis tempore confiteantur, neque de isto quisquam se accusare solet. Consuetudo autem habet solum tantum potentiæ, quantum ei vsus tribuit; & nihil amplius leg. quod verò contra, leg. quod non ratione ff. de leg. Bald. in capit. 1. numero 11. qui feud. dare poss. & in leg. vltim. numero 19. Cod. commun. vtr. iud. Curt. Sen. consilio 11. numero octauo, Socin. iun. consil. 101. numero 13. & sequent. libro secundo, quod si Suarez aliter intelligit debet probare hanc consuetudinem specialiter in casu de quo agitur; nec sufficit probatio generalis Paulus Castrens. consil. 340. ad finem lib. 2. Crauet. conf. 96. num. 4. Purpur. consil. 253. nu. 18. Mantica decis. 159. num. 4. debebit ergo probare, non solum extare consuetudinem confitendi tempore Paschatis, vt satisfiat præcepto Ecclesiastico confessionis annuæ, sed ita esse inductam, vt alio tempore non possit satisfieri, quod certe nunquam probabit, cum vsus sit omninò contrarius, ideò enim fideles confitentur tempore Paschatis, quia tali etiam tempore sunt communicaturi quod si cessaret iste finis, cessaret etiam iste vsus, & sensum puto verissimum, quia actus meræ facultatis excludunt omnem iuris necessitatem gloss. & Doctor. in l. solent §. fin. ff. de offic. Proconf. & in l. cum in rem vers. ff. de vsur. gloss. verbo temporis in cap. cum Ecclesia sustrina de causa poss. Giranda de priuileg. explic. num. 278.

34 Probo ad nihil † valere istam schedularum delationem, nec esse admittendam ex absurdis. P. Pænitens adit confessarium; illique dicit in confessione, se habere vnicum filium, vel vxorem à se vnicè dilectos, & affectum quidem asserit esse venialiter culpabilem, non autem mortaliter, neque alio se peccato sentire inquinatum, & de illo inordinato affectu, se non posse dolere, instare tamen tempus Paschalis communionis; quid faciet confessarius tali casu? dabit ne tali pœnitenti schedulam confessionis, vel non dabit, si dabit, quia credit illum nullum aliud habere peccatum, quare etiam non credit asserenti se esse confessum; Deinde, si dabit hac eadem confessione vtetur alter, & alter, & ita omnes inconfessi accipient schedulas confessionis, si non dabit & Parochus persistat in sua determinatione illas extorquendi, vel denegandæ communionis, quomodo vir sine peccato communicabit? fortasse tenebitur committere mortale, vt teneatur conteri, & confiteri, vt schedulam recipiat?

35 Dices † Eliceat actum contritionis, vel attritionis alicuius præteriti mortalis, vel venialis, & illud contritum, vel attritum confiteatur. Ego, vt verum fatear, non capio adesse præceptum eliciendi actum contritionis, confitendi peccata iam confessa aut venialia, quæ non sunt materia necessaria confessionis, ad hoc vt possit haberi schedula; o quantæ virtutis est ista schedula, quæ potest materiam confessioni non necessariam facere necessariam. Venialia enim non sunt materia necessaria confessionis, Suarez. disput. 36. sect. 2. Azorrius 1, part. cap. 2. quæst. 3. Nugn. in addit. quæst. 6. artic 3. dub. 2.

dub. 2. & art. 6. difficult. 1. & alij, & probatur ex Tridentin. ſeſs. 14. de Sacram. Pœnit. cap. 5. eius verba ſunt venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentiùs labimur quamquam rectè, & vtiliter citra omnem præſumptionem in confeſsione dicantur, quod piorum hominum vſus demonſtrat, taceri tamen citra culpam, multiſque alijs remedijs expiari poſsunt.

Neque præceptum Eccleſiæ facit venialia eſſe materiam neceſſariam confeſſionis primo. Quia Capit. Omnis vtriuſque ſexus &c. non poteſt verificari de venialibus, ergo neque de illis eſt intelligendum, quod non poſſit verificari de venialibus patet, quia præcipit confeſſionem eſſe faciendam omnium peccatorum, quis autem dicat omnia venialia eſſe confitenda, ſi ergo omnia venialia non ſunt confitenda, ergo venialia non veniant ſub præcepto, quia peccata, quæ ſunt ſub præcepto, omnia ſunt confitenda. Neque ad hoc obligat præceptum

36 annuæ confeſſionis, † quia præceptum annuæ confeſſionis determinat tantùm tempus, quo debet exequutioni mandari præceptum diuinum, nempe ſemel in anno, patet ex Tridentin. loco ſupracit. in iſta verba. Neque enim per Lateranenſe Concilium Eccleſia ſtatuit vt Chriſti fideles confitcantur, quod iure diuino inſtitutum eſſe intellexerat, ſed vt præceptum confeſſionis ſaltem ſemel in anno ab omnibus & ſingulis, cùm ad annos diſcretionis perueniſſent, impleretur. Cùm ergo præceptum diuinum non obliget ad confeſſionem venialium, vtique neque obligabit præceptum annuæ confeſſionis. Tandem Eccleſia non poteſt facere materiam neceſſariam Sacramentorum, quæ non eſt, ergo neque venialia, quæ non ſunt, poterit facere materiam neceſſariam confeſſionis, eſtque nimis durum obligare ad eam venialium confeſſionem, ad quam non obligauit idem ipſe Sacramentorum auctor Deus.

Secundum inconueniens. Peregrinus, vel ſoluendi cauſa votum, vel alia de cauſa adit ædem Lauretanam, cumque tempus ſuæ commemorationis ibi ſit hæbdomada maior, ſua fatetur peccata animo ſatisfaciendi debito annuæ confeſſionis. Non perit ſchedulam; Domum reuertitur; Parochialem Eccleſiam communicaturus accedir, arcebitur, quia ſchedulam non deſert, vel cogetur iterum confiteri? Adde ſchedulam petijt, obtinuit, ſed amiſit; quid agendum hoc caſu? repellere à communione? quam iniquum. Ad iterandam confeſſionem cogere? quam durum. Credetur ergo; quare ergo non creditur etiam aſſerenti ſe eſſe confeſſum legitimo Confeſſario? En quæ neceſsitas ſchedulæ? ſed vrgentiùs.

Tertium inconueniens, Duo ſocij, fortaſſe criminum, ſocij etiam in decreto non confitendi, vnus alteri auditæ confeſsionis, ſchedulam tradit fingens ſe eſſe Mediolanenſem Confeſſarium, & alter alteri ſe eſſe Cremenſem demonſtrans. Parocho hoc figmentum oſtenditur; vel etiam quilibet ſibi ipſi hanc ſchedulam fingit; quid aget Parochus? an ne omnium Confeſſariorum nomina habet deſcripta, an ne omnium characteres cognoſcit? Ad quid ergo iſtæ ſchedulæ? Credat ergo dicenti, ſe eſſe confeſſum. Multa alia poſſent adduci non minora iſtis, ſed iſta ſufficiant.

37 Dices in † aliquibus Religionibus tenentur Religioſi ad confeſsionem venialium; ergo venialia veniunt ſub præcepto. Reſpondeo cadere ſub præcepto non ex eo, quod ſint materia neceſſaria confeſsionis, ſed quia ita per conſtitutiones ordinum eſt ſtatutum, ad quarum obſeruationē liberè ſe obligant, qui ad perfectionem tendere conantur, at in caſu noſtro non eſt eadem ratio. Deinde illi obligantur, quia lex obligans eſt clara, ſed in caſu noſtro potiùs eſt in contrarium priori reſponſio eſt vera.

Nunc ad tertiam quæſtionem ſoluendam accedens, quæ eſt de obligatione, quam pariunt monitiones in Calendarijs impreſſę, & decreta ſynodalia, vel prouincialia.

38 Dico † iſtam obligationem poſſe conſiderari, vel reſpectu Regularium exemptorum, vel reſpectu ſæcularium Confeſſariorum. Si conſideretur iuxta Regularium priuilegia, dico eſſe nullius valoris perſæpiùs iam dicta, quia inferior nihil poteſt in ſuperioris Leges, & conceſsiones, cum ergo è Summorum Pontificum conceſsionibus habeant Regulares priuilegia, eis non poſſunt inferiores

39 derogare nihil enim † poteſt inferior in Legem Superioris, maxime ſi agatur de priuilegijs exemptis perſonis conceſsis. Ideò Eminentiſs., idemque Prudentiſsimus Cardinalis Cornelius Senior Eccleſiæ Bergomenſis Epiſcopus, cum in ſua ſynodo prima anno 1568. ædita, titulo de Sacramentis à proprio Parocho ſumendis, Capit. 29. decreuiſſet

40 in hæc verba: Parochi verò, † ſubditos ſuę Parǫcię, qui ſibi confeſsi non fuerint, eos ad Communionem non admittant, niſi priùs per ſchedulam propria manu alicuius Confeſſarij ad id munus admiſsi conſcriptam, & confeſſos, & abſolutos fuiſſe docuerint, in Synodo poſtea ſecunda, titulo de Parochianis proprio Sacerdoti non confeſsis corrigens ſupradicta ita ſtatuit. Cæterum, quia in prioribus noſtris conſtitutionibus Synodalibus cautum fuerat, eos qui proprio Sacerdoti confeſsi non eſſent, ab illo ad Communionem admittendos non eſſe, niſi per ſchedulam alicuius Confeſſarij, per nos ad id munus admiſsi, & approbati, ſe confeſſos, & abſolutas eſſe docuerint, Accidit verò & pleriſque qui Regularibus confitentur, vt ab illis ſchedulam huiuſmodi, vel propter frequentiam confitentium habere non poſsit, &, ſi alicui pro Sacramento Communionis aſſumendo cum reliquis in Eccleſia genuflexo à Parocho, eo quod ſchedulam non oſtendat, Communio denegetur, id abſque pœnitentium ſcandalo tranſire non poteſt, idcircò conſtitutionem ipſam eatenus moderando, omnes, & ſingulos Parochos monendos putauimus, vt qui ex Parochianis ſibi non confeſsis, notoriè criminoſus non ſit, tametſi alijs ſe confeſſum per ſchedulam non docuerit, illi tamen Communionem non denegent; quem verò notoriè criminoſum, aut aliàs aliquo graui peccato affectum, & incorrigibilem eſſe cognouerint, eum aliquot diebus ante Communionis diem paterne admoneant, vt omnino confiteatur, & à Confeſſario ſchedulam, vt præmittitur habeat, aliàs ad Communionem non accedat, quia reijcitur. Vt ſunt ſanctiſsima iſta verba, vt monitum animarum ſalute plenum, vt iuſtiſsimum decretum, certè, vt à Zelantiſsimo Epiſcopo, æditum, ita in omnium Parochorum animis perpetuo inſerendum.

42 Dices non † ita decretum eſt in Concilio Prouinc. Mediol. 4. part. 2. tit. de his, quæ pertinent ad Pœna Sacram. admin. ſed omnino aliter, nam ita legitur Confeſſarius quicunque ſit, etiam Regularis, ne auditæ Sacræ Confeſsionis teſtimonium ſcriptum, aut impreſſum, manu ſua, quoque ſigillo ſignatum ſibi confeſsis dare omittat tantùm in Paſcha. Reſpondeo hanc monitionem eſſe intelligendam de ſcandaloſis, publicis, & incorrigibilibus pœni-

pœnitentibus, non verò de alijs, iuxta supra tradita. Nam verba legis ista sunt accipienda, vt aliquid operentur, quia, licèt verba generalia generaliter sit intelligenda, leg. 1. §. quod autem ff. de aleato: leg. in fraudem & ibi Bald. ff. de testamen. milit. cum alijs, debent tamen limitari ad habilia leg. vt gregatim in princip. ff. de man. & honor. leg. prima in princip. Cod. de Sacros. Ecclesijs, Crauet. consil. 156. numer. 8. Menochius remed. adipisc. 4. numer. 755. & alij, ideò tantùm de publicis peccatoribus illud decretum est intelligendum, vt aliquid valeat, & ita statuit etiam Illustrissimus & Reuerendissimus Marinus Georgius Episcopus Brixinæ ita disponens titul. de Pœnitentia. Cum Parochus iustam de aliquo suspicandi causam habebit, verè ne confessus sit, vel quia inimicitias ille cum aliquo gerat, vel in concubinatu diu versatus sit, vel similem aliam ob causam, ei facilè ne credat, se esse confessum affirmanti, nisi scriptum ostenderit confessarij manu signatum, qui id testatum faciat.

Dices vltimo Illustrissimum & Reuerendissimũ Ioannem Baptistam Milanum, olim Bergomi Episcopum in admonitionibus, quas tertiæ synodi adiunxit vulgari idiomate, ita disposuisse. Auuertendo ciascuno, che hauerà confessato i suoi peccati ad altro confessore approuato, che al suo proprio Parocho, e Curato, non sarà ammesso al Sacramento della Communione senza la fede della confessione, & assolutione sottoscritta dal Confessore che l'hauerà vdita, e conferta l'assolutione, e così commandiamo alli Parochi, e Curati in virtù di santa vbedienza che non li ammettino. Idem omnino statuit etiam Illustrissimus, & Reuerendissimus Emus in sua Synodi Decreto 14. de Sacramento Pœnitentiæ ad decretum seu admonitionem Illustrissimi Milani se referens: Ex quibus vides colligi ineuitabilem consequentiam, quod schedulæ sint deferendæ, quia imponitur onus schedulæ deferendæ subdito, cui potest Episcopus imperare, non verò Regulari, qui priuilegio se potest tueri, & ideò, cum subditus schedulam non deferet, a sacra Communione arcebitur. Sed adhuc respondeo, quoad Regularium pœnitentes nihil valere istas dispositiones, quia priuilegium concessum Regularibus est etiam concessum eorum pœnitentibus, vt videlicet pœnitentibus ipsis credatur asserentibus, se Fratribus esse confessos, cum ergo priuilegia Papæ non possit tollere Episcopus, neq; poterit hoc condere statutum, vt ergo aliquid valeat, erit interpretandum de publicis incorrigibilibus, & scandalosis pœnitentibus, quia verba

43 sunt restringenda † secundum potestatem loquentis, Oldrad. consil. 159. versic. circa 3. Gemin. consil. 67. numero 3. Butr. consil. 19. & alij cum ergo Episcopus tantùm circa dictos pœnitentes habeat facultatem, de his tantùm erit interpretanda eius definitio, & eodem modo, dico vniuersaliter esse intelligendam de solis publicis pec-

44 catoribus, † quia verba sunt ita interpretanda, ne tollatur ius tertij: Oldrad. cons. 268. numero quinto, Anchar. consil. 361. Iura plena &c. Cùm ergo pœnitens, qui non sunt publici peccatores, nec scandalosi habeant ius, quod sibi credatur, & D. Thomas, vt supra, asserat Parochum iniustè agere, qui illi non credit dicenti, se esse confessum, sequitur certè esse dicendum dispositionem de istis non esse intelligendam, sed tantùm de illis, qui non habent ius, vt sibi credatur, quales sunt publici peccatores, vt supra sæpius dictum est.

Tandem Naldus in sua summa refert Bartholo-

45 mæum Medinam asserentem, † quod si quis malè confiteatur, & ideò absolutionem non recipiat, potest tamen petere schedulam confessionis à Confessario. Quid si hoc sciatur à pœnitentibus? vtiq; schedularum vsus erit abusus. Maneat ergo; neq; Regulares, neq; Seculares Confessarios teneri schedulas tradere, neq; pœnitentes eas deferre, Parochos verò teneri sine illis Sacramentum Eucharistiæ dare.

46 Ad quartum, quod quærebatur. An scilicet saltem consuetudine induci possit ista obligatio tradendi schedulas; quod est idem ac dicere, an ex eo, quod tanto tempore, quod ad consuetudinem inducendam requiritur, fiut traditæ dictæ schedulæ, ex ista consuetudine oriatur obligatio eas tradendi. De hoc potest esse duplex quæstio, vna, an de facto talis consuetudo sit inducta: Altera an saltem possit induci, & quoad primam.

Dico de facto consuetudinem non esse inductã. Quia licèt aliquando dictæ schedulæ ab aliquibus fuerint traditæ, semper tamen dictum fuit hoc esse contra priuilegia, & fieri ad tollendas vexationes pœnitentibus à Parochis inflictas, 2. Semper aliqui, imò multi in vnaquaq; Religione fuerunt, & sunt, qui acriter & restiterunt, & resistunt. 3. Consuetudo cum sit facti debet ab illo, qui eam allegat probari, Mantica, qui multos allegat: decis. 8. num. 5. Parochis ergo incumbet onus probandi, talem consuetudinem extare.

47 Dices probari † consuetudinem ex eo, quod schedulæ fiunt. Respondeo ex hoc non bene inferri consuetudinem. Cum enim Regulares imò etiam sæculares confessarij, vt probatum est non teneantur dictas schedulas facere, sequitur, quod

48 earundem factio sit liberæ facultatis. † In ijs autè, quæ sunt facultatis non inducitur consuetudo restrictiua liberæ potestatis. Deinde actus, qui pro-

49 duuntur ad probandam † consuetudinem, debent probari facti animo inducendi eandem consuetudinem, & se obligandi, Tannerus in part. 2. disp. 5. quæst. 7. dup. 1. num. 19. Henric. lib. 7. cap. 13. num. 9. Montesinus in p. 2. tom. 2. tract. de leg. disp. 23. quæst. 13. num. 232. & alij communi-

50 niter. Nec † ista præsumuntur, sed debent probari.

51 Dices verum quidem esse in ijs, † quæ sunt merè facultatis non induci consuetudinem restrictiuam liberæ potestatis, attamen etiam esse verum, quod hæc propositio limitatur duobus modis primo in casu, quo aliquid solet fieri longo tempore ab aliquo, qui postea nolens in illis actibus perseuerare alio instante cogitur continuare, tunc enim inducitur consuetudo restrictiua liberæ facultatis, ita obtemperando, quia apparet, quod ille, qui cogit facere, vtitur iure suo, & talis actus tunc non est merè gratuitus, sed veræ seruitutis, text. in Cap. Abbate de verb. signific. 2. In casu, quo aliquid fiat in fauorem Ecclesiæ, tunc enim etiam in actibus meræ facultatis inducitur consuetudo in futurum, & facit ad hoc. Capit. Ex parte, de Censibus, & quod ibi notatur, & Cap. Ex parte Astensis de concessione Præb. quod valde notandum aduertit Abbas Cap. suam nobis num. 9. de Simon. Cum ergo ista schedularum traditio fit in fauorem Ecclesiæ, & post longam contradictionem tandem Regulares eas tradant eis, qui sibi confitentur, videtur consuetudo inducta sufficiens ad obligandum. Respondeo primam limitationem non habere locum in casu nostro, imo facti veritatem esse omnino in contrarium, quia, si quando schedulæ,

vel

vel ab inaduertentibus, vel ab ignorantibus priuilegia sunt tradita, statim ac ea cognouerunt, ampliùs illas tradere noluerunt, &, qui contrarium dicit, id debet probari; secundam verò limitationem dico pariter cessare in casu nostro. Non enim est in fauorem Ecclesiæ schedulas deferre. Quæ enim vtilitas ex illis Ecclesiæ potest prouenire, maxime, cum supra demonstratum sit esse potiùs quandam futilem & inanem diligentiam.

Ad secundam dubitationem, quæ est, an consuetudo saltem possit induci. Respondeo, quod vel loquimur, an possit induci, quoad Regulares, vel quoad sæculares. Quoad Regulares dico non
52 posse induci, † quia priuilegia concessa vniuersitati
53 non amittuntur per actus subditorum. † Neque actus particularium personarum nocent vniuersitati, text. in Cap. Accedentibus. De priuileg. Gloss. ibidem in verbo renunciasse, Innocent. similiter num. 7. in fin. Iason in leg. fin. nu. 58. ff. de constit. Prin. Natta consil. 160. num. 46. incipit. in causa quæ agitur, cum ergo per actus subditorum non possint amitti priuilegia, certè sequitur, quod non possit dari contraria consuetudo, quæ per actus contrarios debet introduci. Quoad sæculares verò, puto equidem posse, sit tempus debitum, & cætera requisita intercedant, vt ipsi sæculares Confessarij teneantur schedulas dictas conficere, quia nihil repugnat, quin possit introduci. Quoad sæculares verò pœnitentes puto omnino contrarium esse dicendum, videlicet non posse, quia cum actus ad
54 consuetudinem necessarij sint probandi gesti animo se obligandi quis vnquam dicet velle quemquam suis actibus induci consuetudinem, vt sine causa ei non credatur, vt reputetur immemor salutis suæ, vt non habeatur verax, ista enim omnia sequuntur ad schedulæ delationem, quæ, cum ideò deferatur è pœnitente, vt sibi credatur, sequitur certe, quod suo simplici dicto non creditur, & tamen vt sibi credatur habet ius, & si non creditur, talis actus est iniustus, ex D. Thoma, ex quibus conficitur, quod nemo potest præsumi ista agere, dum in sui præiuditium hæc sequentur. Poterit ergo introduci consuetudo quod confessarius teneatur illas facere non verò, quod pœnitens teneatur illas ferre ob rationes assignatas.

55 Ad quintam difficultatem, videlicet; an pœnitens si flexis genibus ante Confessarium, ad tollendas omnes lites, aliqua confiteatur peccata, & vt communiter dicitur, reconcilietur, satisfaciat, & Parochus teneatur ei præbere Eucharistiam. Respondent Suarez de Pœnit. disput. 36. sect. 2. num. 9. Coninch. de necessit. Confess. disput. 5. dub. 5. num. 52. Facundez in præcep. Ecclesiæ Præcept. 2. libr. primo cap. 3. num. 9. quod pœnitenti dicenti suo Parocho se nulla habere peccata mortalia tenetur illi credere, & ei sacram Eucharistiam exhibere, & Suarez subdit, quod, etiamsi esset elapsus integer annus, ex quo pœnitens non est confessus, & assereret se habere tantum venialia, & peteret communionem, deberet admitti, vbi habet hæc verba ipsissima, fides esse adhibenda nisi contrarium constasset enidenter, quia nulla est assignabilis ratio, quare non sit credendum. Cùm enim schedulæ istæ requirantur, vt certa fides habeatur de confessione, & maior non possit haberi, quam si actu confiteatur certè sequitur postulationem, & schedulæ delationem omninò superfluere.

36 Dices fortasse † quod delatione schedulæ habetur plena fides omnia peccata esse confessa; sed quæso, quis dixit Parocho, vel ex quo colligit omnia peccata esse confessa? Nonne potuit pœnitens dimidiatum tantum fecisse confessionum, vel etiam nullam, & tamen schedulam diferre, vtsupra probatum, & demonstratum est? si ergo crederet schedulæ falsæ, quare magis non credit confessioni, quæ fit actualiter. Ego vt verum fatear puto hanc schedularum delationem esse potius aliquem prætextum ad fines quos sibi præfignant Parochi, quam saluti necessariam diligentiam & discordiarum fomitum quam charitatis effectum.

57 Ad vltimum tandem quæsitum, quæ videlicet pœna sit debita Parochis, qui suos subditos, vel alios, qui iam confessi sunt Regularibus, iterum cogunt confiteri, vt sumant sacram Communionem. Respondeo ex Constitutione Sixti IV. concipit regimini sub num. 50. Talem esse denunciandum officio Sanctæ Inquisitionis, & contra eum, vt contra suspectum de hæresi esse procedendum. Ideò debent summopere inuigilare Confessarij, ne quemquam illorum, qui iterum confiteri compulsi sunt absoluant nisi prius compulsores officio Sanctæ Inquisitionis denuncient Ioannes de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 1. conclus. 3. Hunc errorem disseminauerat olim Ioannes de Poliaco, & ideò illum Ioannes vigesimus secundus Romam vocauit, & compulit retractare. Vide extrauagan. vas electionis de hæret. inter communes, pœna ergo illorum qui confessiones iterare compellunt est ista eorum verò qui cogunt schedulas deferre vtpote priuilegiorum violantium supra descriptæ sunt sub num. 14. &c.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur casus.*
2 *Referuntur rationes operariorum.*
3 *Subduntur rationes mercatorum.*
4 *Impugnationes operariorum.*
5 *Iustificationes mercatorum.*
6 *Admonitio ad lectorem, ne facilè respondeat audita tantum vna parte.*
7 *Quid sit agendum vniuersaliter.*
8 *Quæ sint facienda pro solutione.*
9 *Aliud pro alio inuito creditore non potest solui.*
10 *Maxime vera est tradita regula, cum quis vult adstringere alium ad aliquid sibi dandum ex oblatione.*
11 *Excipitur Ecclesia quæ sit debitrix.*
12 *Contractus manifestè vsurarius nulla consuetudine potest cohonestari.*
13 *Nec quidquam potest circa istum sæcularis, vel Ecclesiastica potestas, & verum est etiam de Iudæis, & alijs nationibus.*
14 *Si quando in vsuris dispensat Deus, hoc facit vt Dominus omnium.*
15 *Referuntur verba Emanuelis Sà, quod contractus non manifestè vsurarius non est condemnandus sua enim potestate videtur supplere Respublica, si quid desit.*
16 *Contractus, qui sapit vsurariam prauitatem, ex consuetudine reputatur licitus dictum Bartoli.*
17 *Consuetudo habet constituere probabile dubium iuris.*
18 *In dubio vnusquisque sequitur opinionem, quam putat probabilem, dum videt communiter recipi.*
19 *Qui fecerunt contractus, qui communiter putabantur liciti, & impune consueuerunt fieri putantes communiter bona fide esse iustos, non sunt arguendi peccati mortalis.*

20 *Variant*

30 *Variant etiam Doctores in decernendo hunc contractum esse vsurareum.*
31 *In varietate opinionum potest quilebet sine scrupulo sequi quam vult opinionem.*
32 *Potest etiam adhaerere consuetudini, quae est optima legum interpres.*
33 *Fundans se in opinione alicuius viri pij, & eruditi excusatur a peccato transgressionis legis.*
34 *Consuetudo est tanta auctoritatis, quanta vnus, & alter Doctor, & fortasse maioris.*
35 *Consuetudo excusat a poena.*
36 *Non est reputandus vsurarius, qui facit actum communiter reputatum licitum, licet in veritate sit vsurarius.*
37 *Qui errans in intelligentia Iuris Canonici aliquid facit, non peccat.*
38 *Neque peccat iudex errando in subtilitatibus iuris.*
39 *Qui ratione naturali ductus putat, in diuinis patrem esse maiorem filio, non peccat, dummodo sit paratus credere quidquid credit Ecclesia.*
30 *Licet consuetudo non possit tollere ius naturale, potest tamen illud minuere, vel augere.*
31 *Errans circa ius dubium non peccat.*
32 *Errans circa contractum, de quo dubitatur, an sit vsurarius, non peccat, intellige inter Doctores.*
33 *In dubio vnusquisque sequitur, quam vult, opinionem.*
34 *Ignorantia, quam nulla praecedit aduertentia excusat.*
35 *Ignorantia iuris non frequentati est probabilis.*
36 *Errens bona fide in apicibus iuris excusatur.*
37 *Ius, per quod prohibetur contractus communiter reputatus licitus & approbatus, necessario debet esse obscurum.*
38 *Ignorantia iuris naturalis, vel diuini non excusat quomodo sit intelligendum.*
39 *Vsura est prohibita iure diuino.*
40 *Dicens vsuram licere est haereticus.*
41 *Ignorantia iuris naturalis, vel diuini clari non excusat, dummodo de illo habeatur cognitio.*
42 *Constat quidem vsuram esse prohibitam, at hunc contractus esse vsurarium potest esse dubium.*
43 *Consuetudo non potest tollere ius naturale, vel diuinum quomodo sit intelligendum.*
44 *Consuetudo potest efficere, quod probabiliter non cognoscatur hoc vel illud esse contra ius naturale, vel diuinum.*
45 *Causae propter quas potest augeri pretium rerum. Prima est multitudo emptorum; copia pecuniae; & penuria mercium.* 1.
46 *Affectus ad rem, qui est pretio aestimabilis.* 2.
47 *Lucrum cessans vel damnum emergens.* 3.
48 *Vendens mense Decembri triticum, quod erat seruaturus in mensem Maium, quo tempore solet carius vendi, auget pretium cum suis aduertentijs necessarijs.*
49 *Seruaturus triticum ad mensem Maium potest pacisci de pretio tunc currente, & quomodo.*
50 *Vendens merces alicubi, quas alio esset translaturus, potest augere pretium, & quomodo.*
51 *Debet admoneri emptor de hoc augmento.*
52 *Vendere credita pecunia est augmenti pretij causa.* 4.
53 *Pretium iustum rei venditae credita pecunia est illud, quod vsitatur.*
54 *Res venditur carius credita, quam numerata peccunia.*
55 *Periculum amittendi pretium rei est causa.* 5.
56 *De hoc augmento est admonendus emptor.*
57 *Limitatur tamen necessitas huius monitionis.*
58 *Periculum debet esse verum, & probabile, non imaginarium.*
59 *Mercator augens pretium ratione periculi, quod tamen non patitur, illud tamen recipit licite, si tamen periculum fuit verum.*
60 *Licite emuntur chirographa continentia debita dubia minori pecunia, quam valeant.*
61 *Licite emuntur minoris etiam si sint sine periculo.*
62 *Modus vendendi, vel emendi est causa augmenti.* 6.
63 *Modus emendi sub hasta non habet pretium determinatum.*
64 *Pretium iustum est totum illud, quod potest extorqueri dum venditur sub hasta.*
65 *Expensae factae pro habenda re est causa.* 7.
66 *Mercatoris est tam damnum quam lucrum.*
67 *Anticipata solutio auget pretium ad summum, intra latitudinem tamen iusti.*
68 *Non est tamen improbabilis excessus, si ad sit consuetudo.*
69 *Consuetudo dat pretium rebus.*
70 *Pretium non potest augeri ex eo, quod res vendantur extraneis.*
71 *Neque ex eo, quod res sit maximè vtilis emptori.*
72 *Neque minoris iusto pretio potest res emi ab vno paupere.*
73 *Si indigentia emendi esset vniuersalis, possent res emi minoris; vide ibidem rationes istius, & differentiam à superiore casu.*
74 *Pretium eo modo, quo est pactum est soluendum.*
75 *Beneficia non conferatur in inuitos.*
76 *Contractus censentur facti secundum consuetudinem.*
77 *Res à mercatore ratione mercaturae carius venditur, quam à non mercatore.*
78 *Expensae in alendis animalibus & c. includuntur in mercatura.*
79 *Quid sentiendum in veritate de hoc modo agendi & reprobatur.*
80 *Traditur modus, quo se gerere debent mercatores cum operarijs.*
81 *Contractus secundum quod putatur licitus, vel illicitus obligat ad restitutionem.*
82 *De acquisitis bona fide, sed actu verè vsurario quid sentiendum, variae sententiae; prima nihil posse retineri ex illo.*
83 *Ex actu non peccaminoso consurgit obligatio restituendi.*
84 *Rem alienam bona fide emens non pecco, cognoscens alienam teneor restituere, etiam si pretium mihi non reddatur.*
85 *Qui locare putat, & re vera mutuat, cognito errore tenetur reddere lucrum, quod per locationem acquisiuit.*
86 *Qui mutuando putat se aliquid posse recipere, recipiendo non peccat, receptum tamen tenetur restituere, cum errorem cognoscit.*
87 *Recipiens aliquid, vt debitum, re vera non debitum cognitum non debitum tenetur reddere, nec peccasset accipiendo peccaret retinendo.*
88 *Rem minoris emens iusto pretio putato iusto non peccat, cognoscens tenetur restituere.*
89 *Refertur sententia asserens ex hoc lucro posse tantum retineri, quantum alio, vel simili iustè fuisset lucratum.*
90 *Obligatio restitutionis non consurgit, vbi non est peccatum in hoc contractu non est peccatum, & probatur.*
91 *Res, quae caret culpa non debet in damnum vocari.*

92 *Ex mutuo nihil lucri potest percipi, potest ex lucro cessante, & damno emergente.*
93 *Bona fides prodest possidenti.*
94 *Statuitur tantum lucri posse acquiri an contractu vsurario, sed bona fide putato licito, quantum ex eodem esset praeceptum, si licitè fuisset factum.*
95 *Adducuntur rationes hoc probantes.*
96 *Expenditur dictum Lessij.*
97 *Quilibet est praesumendus consentire in lucro liciti contractus, non tamen in excessu, & illicito.*
98 *Quae intentio requiratur ad iustificandum contractum.*
99 *Contractus celebratus in vno genere, si in illo non potest rectificari, si sit bona fide celebratus, degenerat in alium, in quo facilius potest rectificari.*
100 *Dans bona fide mutuo suo colono centum, vt rectè colat agrum, reducitur ad locationem operum, vel venditionem.*
101 *Ad aequalitatem sufficit consensus etiam tacitus, ideò qui furatus est centum, si putet rationabiliter ex tacito consensu sibi relinqui, non obligatur reddere.*
102 *Ne consurgat obligatio restitutionis sufficit laesum non esse inuitum quin res restituatur.*
103 *Quod quisque consentiat in lucrum licitum ex venditione est quodammodo adnexum venditioni.*
104 *Verba generalia in contractibus à notarijs apponuntur potius ex consuetudine, quam de partium consensu.*
105 *Consensus quem nos ponimus ex facto est.*
106 *Ad iustitiam contractus nihil releuet, quod titulus sit cognitus in genere, vel in spetie, modo adsit aequalitas.*
107 *Mercatores debent sincere considerare, qua fide ista egerunt, & secundùm illam determinandum est.*
108 *An iste modus agendi sit adeò malus, vt de eo non possit dari bona fides.*
109 *Expenduntur singillatim, quae possunt facere difficultatem, & concluditur quod potest dari.*
110 *Tandem traditur, quid resolutiuè sit dicendum.*

Mercatores cum operarijs contendunt de modo solutionis.

XXII.

1 QVidem mercatores conducunt operarios pacta mercede in numerata pecunia, qui postea tempore solutionis non pecuniam; sed frumentum, vinum, & alia huiusmodi tradunt in solutionem, quae, cum, vt plurimum operarijs non sint necessaria, coguntur ea vendere magno damno, quia, cum à mercatoribus carissima emant, vili postea ptetio vendunt, & multoties iisdem mercatoribus. Quaeritur an ista solutio sit licita, & simul totus contractus.

2 Pro maiori claritate † libet hic referre rationes, quas adducunt operarij suae quaerelae, & eas, quas adducunt mercatores ad excusandum suũ factum. Inquiunt operarij. Pacti sumus pretium in numerata pecunia; soluite etiam in numerata pecunia. Respondent mercatores, se quidem conuenisse in numerata pecunia, idest se traditures illis singulis diebus. v. g. quinquaginta solidos, sed tamen se non obligasse, tradere illis aurum, & argentum, ideò etsi soluant etiam mercibus nullam eis inferre iniuriam, maximè, quia vino, & frumento quotidie indigent, & quod ab alijs empturi sunt, possunt ab ipsis accipere in solutionem pacti pretij suorum laborum. Quod verò velint ab ipsis emi vel in solutum accipi ista; hoc modo cohonestant. Primo; 3
quia, si ipsi in negotio non continerent operarios, fame perirent, eorum enim regio est sterilis, nec aliud est negotium, in quo possint operarij se ipsos exercere, ideò mercatores, vt plurimum eos retinent conductos, etiamsi eorum opera non indigeant, & merces, quae fabricantur, multo tempore remanent inuenditae, & implicata pecunia in illis iacet inutilis, vt autem operarijs aliquam lucri occasionem praebeant merces faciunt fabricare, quas aliàs non facerent; ideò eis etiam iustum videtur, vt, quod lucrum alijs in emendo frumento vino, & alijs praestare deberent, eis impendant. Deinde asserunt hunc modum solutionis esse antiquissimum, & vsitatissimum, & omnes mercatores praedecessores ita semper consueuisse, & tunc etiam ita agi inspectantibus parochis nec prohibentibus confessarijs. Quibus tamen operarij respondent. 4
Ad primum quidem, quod, licet conuentio non sit facta de soluendo pretio in auro, & argento, communis tamen vsus est, vt, quoties conuenitur de pretio aurei, dimidij aurei, quinquaginta solidorum &c. solutio etiam fiat in aureo, & argento, nisi partes contrahentes aliter consentiant; ideò in pecunia numerata, soluta debent satisfacere. Deinde, quod si vellent mercatores operarijs satisfacere mercibus, deberent eas tradere honesto pretio, non autem excessiuo, & supra rigorosum, qui modus solutionis non est opus charitatis, vt mercatores iactant; sed potius iniquitatis, neque hoc est eos à famis nece eripere; sed vsuris iugulare; & si eos exercent ex charitate, charitatis signa exhibeant in honestate pretij. Ad secundum, videlicet, quod hic modus sit antiquissimus &c. Non negant operarij; sed asserunt tamen esse etiam antiquissimam famam in suis regionibus, quod omnes; qui ita soluerunt, sint tamquã vsurarij in inferno, & hunc morem semper fuisse detestatos omnes viros probos, Concionatores in suggestis, & Parochos in colloquijs familiaribus, & eosdem operarios de hoc semper fuisse conquestos; & concludunt operarij, quod, si cum mercatoribus pro suis laboribus conueniunt de pretio quinquaginta solidorum, verbi gratia, si soluantur in mercibus, neque remanent quadraginta, & ita istud non est iustum, nec conuentum pretium. At mercatores ad hoc 5
iustificandum ita respondent. Primò se operarijs promittere quinquaginta supposito modo solutionis, qui nisi supponeretur, certè non paciscerentur de quinquaginta. 2. Quia, vt plurimum anticipata pecunia soluunt stipem, ad quod non tenentur, ex qua solutione duae oriuntur rationes, quibus pretium potest licite diminui, altera est periculum fugae, quia, cum operarij sint pauperimi, accepta stipe aliquando fugiunt, & Mercatores hoc damnum subeunt; & hoc periculum est vniuersale, secunda est, ratio lucri cessantis, & interdum etiam damni emergentis, quia, vt eis antecipate soluant pecuniam, quam in negotiatione implicarent cum lucro, eis tribuunt in subsidium, imò aliquando prae manibus pecunias non babentes coguntur eas sumere sub vsuris. 3. ratio principalis est, quia rogati eos ad operandum conducunt. Ad illud verò, quod operarij dicunt; mercatores supra rigorosum pretium res illis vendere, vel in solutum tradere; Respondet, pretium augeri ratione mercaturae, deinde, quia cum vino, & frumento eorum

regio

regio omnino careat, nec illa ferat, vt illuc adne-
hantur, coguntur mercatores alere equos, & mulos,
& famulos conducere, qui merces aduehant ideò
ob istas rationes, se pretia alterare; maximè quia
merces illæ è religionibus longinquius ad alpestria
loca ducuntur; & tandem concludunt, se hoc modo
agere, quia approbatus fuit à N. Doctissimo Theo-
logo, qui auditis rationibus decreuit factum licere.
His tamen adhuc respondent operarij. Ad primum,
quod Mercatores clare loquantur, neque se cum
tantum supputent; paciscantur de pretio, & libe-
ram relinquant solutionem. Imò addunt in huius-
modi pretio magnum adesse abusum, quia merca-
tores inter se conueniunt, ne vnus pretium augeat,
nec alio modo soluat, quod, an eam redoleat chari-
tatem, quam profitentur, relinquunt cogitandum
discreto viro. Ad secundam quod verum quidem
est, quod anticipatam solutionem accipiunt, sed
hoc ex eo prouenit, quia vsuris suis mercatores
reddunt semper egentes operarios; & debitis sibi
obstrictos, ex quo fit, vt illis semper teneantur
seruire; nec sint liberi ad locandas suas operas alijs,
quod maximum est onus. Ad periculum fugæ
respondent, quod soluant in pecunia, non in mer-
cibus, quia hoc modo non indigebunt operarij
anticipata stipe, per quam etiam rationem respon-
dent ad secundum tegumentum iniquitatis. Ad 3.
rationem principalem pariter respondent, se eos
rogare vt conducant, sed modo honesto. Nec
quidquam valet ratio mercaturæ, quæ nunquam
dat ius augendi pretium supra rigorosum, nisi alia
ratio accedat, quia mercatura vt sic habet tantum
tria pretia, videlicet, infimum, medium, & supre-
mum, vel rigorosum, nec aliud pretium cognoscit
mercatura: Quod verò animalia nutriant, famulos
conducant &c. Hæc necessario insunt lucro merca-
turæ. Nec quisquam potest vendere merces pretio
rigoroso, & deducere præterea etiam in computum
pretij expensas, quæ fiunt in animalibus, & famulis.
Nec mirari se virum alioqui doctissimum appro-
basse, quæ ab ipsis dicebantur, quia non nouit, quæ
possunt responderi. Nunc ista omnia exhibeantur,
deinde responsum attendatur.

6 Hæc omnia † volui hic texere humanissime
lector, vt tuis subijcerem oculis, quam facile sit
decipi illum consulentem, qui de contractibus
decernit in facti contingentia non auditis ambabus
7 partibus, sed vna tantum informante. † Pro solu-
tione ergo istius facti primo notabo difficultates
soluendas. 2. Vniuersales doctrinas tradam 3. Ad
propositum factum elucidandum me conferam.

8 † Tria ergo mihi videntur in proposito præcipue
quærenda. 1. An possit vnum pro alio solui. 2. Quid
possit consuetudo in contractibus. 3. Quibus de
causis possit augeri pretium supra rigorosum,
& aliqua etiam alia addam de pretio vsu frequen-
tiora.

Ad primum ergo An vnum pro alio solui possit
non consentiente eo, cui facienda est solutio.

9 † Regula est, quod aliud pro alio solui non po-
test, l. 2. §. mutui datio ff. si certum petat. & l.
10 eum à quo C. de solutio. † quæ maximè locum ha-
bet, cum quis ex oblatione vult alium adstringere
ad aliquid sibi dandum, vel faciendum, tunc enim
debet fieri in eadem specie, in qua fuit contracta
obligatio, l. si rem §. vlt. cum l. seq. ff. de pignor.
act. l. item liberatur §. 1. ff. quibus mo. pig. vel
hypo. sol. Practica papiens. in forma respons. libelli
in actione hypoc. in verbo satisfacere numer. 2.
Mantica decis. 1. num. 7. & solutio facienda est in
ea re, de qua conuentum est, nec in alia fieri potest,
non consentiente creditore instit. quib. mod. tol.
11 oblig. §. 1. † Excipitur Ecclesia, quæ sit debitrix
Auth. Hoc ius. C. de Sacros. Eccles.

12 Ad secundum, quid possit consuetudo. † Dico,
quod vel manifeste patet contractum esse vsura-
rium, vel non manifeste patet. Si manifeste patet,
nulla consuetudine potest cohonestari quia non
solum potestas sæcularis, sed neque Ecclesiastica
13 quidquam potest circa istud † quod verum est
etiam de Iudeis & alijs infidelibus, vt bene Couar.
lib. 3. var. cap. 1. num. 8. & text. insignis in cap.
14 super eo de vsur. † quod, si aliquando in illa Deus
dispensauit, hoc fecit, vt dominus omnium, vt
bene Couar. loco cit. Si verò non patet manifeste
15 contractus esse vsurarios; Emanuel † Sà verbo
contractus num. 4. ita habet, contractus, qui com-
muniter fit, & est vtilis Reipublicæ, condemnari
non debet, nisi aperte constet esse illicitum, cum
præsertim Respublica illa potestate, quem habet in
bona cōmunia, credenda sit supplere, si quid alioqui
desit tali contractui, & citat Siluestrum verbo con-
16 tractus num. 8. † Bartolus in l. quis sit fugitiuus §.
apud labeonem ff. de ædil. ædict. habet, quod con-
tractus, qui sapit vsurariam prauitatem, ex con-
suetudine reputatur licitus, & ratio est; quia
17 † consuetudo habet constituere probabile dubium
18 iuris. cap. licet; de spons. duorum. † In dubio
autem vnusquisque sequitur opinionem, quam pu-
tat probabilem, dum videt communiter recipi hoc
idem probat Nauar. lib. 5. cons. 4. tit. de vsuris.
qui re pro vtraque parte disputata ita concludit.
Quare omnibus præfatis pro vtraque parte perpen-
19 sis videtur resoluendum, † quod qui hactenus fece-
runt aliquos contractus, qui communiter putaban-
tur liciti, & consueuerunt impune fieri, credentes
eos bona fide esse iustos, non sunt arguendi saltem
20 peccati mortalis, † & probatur; quia variant etiam
Doctores inter se, in decernendo, qui contractus
21 sint vsurarij, † & quilibet potest sequi, quam vult
22 opinionem sine scrupulo; ergo † potest etiam
adhærere consuetudini, quæ est optima legum in-
23 terpres. 2. † Fundans se in auctoritate vnius
Doctoris pij, & eruditi, excusatur à peccato
transgressionis legis; ita colligunt Abbas Alexand.
& Imola ex cap. Capellanus de fer. iuncta Glossa
24 † At consuetudo est tantæ auctoritatis, quantæ
vnus, & alter Doctor, & fortasse etiam maio-
ris argum. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo;
25 vnde & † consuetudo excusat etiam à pœna secun-
dum duos Glossas à multis putatus singulares in
cap. Cum venerabilis; de consuet. & in cap. Deni-
que dist. 4. 3. ex citata lege. Quis sit fugitiuus &c.
vbi textus habet, qui facit aliquid, quod publice
26 putatur iustum, non censeri male facere; † vbi
Bartol. determinat, non esse dicendum vsurarium
illum, qui facit actum, qui communiter æstimatur
licitus, quamuis in veritate sit vsurarius, quem
27 multi sequuntur, & ibi, & etiam alibi. 4. † Qui,
errans in intelligentia iuris canonici aliquid facit,
non peccat, Innoc. in cap. Per tuas. 2. de Simonia;
28 † vnde neque peccat iudex errans in subtilitatibus
iuris Bald. in l. ab eo Codice quomod. & quand.
29 iudex. † Imo, qui ratione naturali ductus credit
patrem in diuinis esse maiorem filio, nec etiam
peccat, modo implicite credat quidquid Sancta
credit Ecclesia. Innocent. in cap. firmiter num. 7.
30 de sum. Trin. & fide Cathol. Addo, quod, † licet
consuetudo non possit abrogare ius naturale, vel
diuinum, potest tamen illud minuere, vel augere,

idem Innoc. in cap. fin. de consuet. receptus à
31 Panormit. Rocho de Curte &c. † Tandem nec
errans circa ius dubium peccat ex Ioanne Andr. in
cap. 1. de Postul. Prælat. in 6. communiter receptus,
32 & in casu nostro, † errans circa contractum, de
quo sit dubium inter Doctores an sit vsurarius, non
peccat. Card. in Clem. 1. §. fin. oppos. de vsur.
33 & ratio est, † quia in dubio vnusquisque potest
sequi, quam vult opinionem, & ignorantia, quam
34 nulla. † præcessit aduertentia, excusat, vt sanior
35 fert sententia. † Et ignorantia iuris non frequen-
tati est probabilis Io. Monach. in c. ignorantia de
reg. int. in 6. & text. in l. fideiussor. §. Quædam ff.
36 mandari † ait errantem bona fide in apicibus iuris
excusari; sed sic est, quod, cum aliquis contractus
communiter habetur pro licito, & vsitatur; tamen
37 est illicitus necesse est, † ius per quod probatur
illicitus, esse obscurum, vel infrequentatum, vel
subtile, vel de apicibus iuris, ergo, qui talem con-
tractum exercet, videtur tutus.
38 Dices † ignorantia iuris humani certe excusat,
vt plurimum, at ignorantia iuris naturalis, vel diui-
ni neminem videtur excusare 1. quæst. 4. cap. Tur-
39 batur §. Notandum. † sed vsura est prohibita iure
diuino Cle. 1. ibi contra iura diuina, & humana, de
vsur. & iure naturali probat D. Thom. 2. 2. quæst.
40 78. articul. 1. post Arist. 1. Polit. adeò vt † dicens
vsuram licere sit hæreticus Clem. 1. in fin. de vsur.
41 ergo &c. Respondeo † Ignorantiam iuris clari
non excusare, dummodo de illo habeatur cognitio.
At quando est obscurum, vel dubium, vel infre-
quentatum, vel si frequentatum eo modo, quo nos
vtimur ab aliquo Doctore explicatum, excusat; Imò
etiam ignorantiã iuris diuini ad sũmam Trinitatẽ
pertinentis excusare, supra probatũ est ex Innocen-
42 tio III. † Respondeo constare quidem esse prohibi-
tam iure naturali, & diuino, at, hunc contractum
esse vsurarium, non constat. Potest autem simul
stare, quod quis sciat vsuram iure diuino naturali,
& positiuo esse prohibitam, & tamen nescire hunc
numero contractum esse vsurarium, imò potest
esse, & de facto maxima est concertatio inter Do-
ctores, an aliqui contractus sint vsurarij.
43 Dices 2. † Consuetudo non potest tollere ius
naturale, vel diuinum cap. Quæ contra 8. dist. &
cap. fin. de consuet. vt etiam nos supra concessimus
asserentes posse tantum minuere, vel augere, sed
non omninò tollere. Respondeo concedendo con-
suetudinem non posse tollere, vel abrogare ius
naturale, neque diuinum, & ideò posita quacunque
consuetudine adulterium semper erit illicitum,
44 blasphemia detestanda. † Attamen potest consue-
tudo efficere, ne hoc, vel illud cognoscatur proba-
biliter esse contra idem ius naturale, vel diuinum;
qua ignorantia posita trangressio excusatur, & ista
quoad consuetudinem cohonestantem contractus.
Hunc ad causas ob quas potest augeri pretium
45 etiam supra rigorosum. † Prima est multitudo
emptorum, & copia pecuniæ, & mercis penuria
Couarr. 2. vari. cap. 3. num. 5. Medina quæst. 31.
vers. similiter Lessius lib. 2. cap. 21. dub. 11.
46 † 2. Affectus ad rem, qui, cum sit pretio æstimabilis,
potest esse causa, quod pretium augeatur. Hinc
gemmæ, & statuæ antiquæ, & picturæ maximo pre-
47 tio interdum emuntur. † 3. est lucrum cessans,
ratione cuius potest res carius vendi, verb. gr.
48 † Quis est seruaturus triticum ad mensem Maij,
quo tempore solet carius vendi, illud tamen vendit
mense Decembri, quo vilius emitur, & hoc in gra-
tiam illius, qui emit; tunc potest ratione istius
sperati lucri pretium augeri, in quo tamen pretio
constituendo habenda est ratio pretij currentis,
periculi, quod posset pati, custodiæ, & incertitu-
49 dinis incrementi. Item, qui vere triticum est ser-
uaturus vsque ad mensem Maij, in gratiam alicuius
vendit mense Nouembri, potest pacisci cum
emptore, quod eo pretio frumentum censeatur
emptum, quod valebit mense Maij. Couar. 3. va-
riar. cap. 3. num. 6. Lessius lib. 2. cap. 21. dub. 4.
Qui tamen contractus ita debet fieri, vt non sit in
electione vendentis statuere, quem diem voluerit
totius mensis Martij, sed, vt possit quidem eligere
præsentem diem, & suo tritico statuere pretium,
quo illo die venditum est, vel alium quem maluerit
ex futuris, sed ex preteritis diebus nullum potest
eligere, vt secundum pretium, quo tali die vendi-
tiones factæ sunt frumenti valor estimetur. Ratio
est, quia non potest plus lucrari, quam si in id tem-
pus venditionem frumenti reuera distulisset. Cum
ergo eo casu deberet aliquo determinato die ven-
dere, & nunquam die præterito, sequitur, quod
neque in casu nostro electio diei aliter possit fieri,
vt iustitia seruetur; habenda præterea etiam erit
ratio periculi, & expensarum, quæ faciendę essent,
50 vt supra etiam dictum est. Ita † si quis esset
delaturus sericas telas, vel alias merces in oras
longinquas, vbi maximum lucrum esset faciendum,
& merces Venetijs Bergomi, vel alibi venderet in
gratiam alicuius, detractis periculis, & expensis
potest sibi lucrum statuere ad modum illius, quod
fecisset, si in illas longinquas oras dictas merces
51 vexisset. † puto tamen quod deberet admoneri
emptor de isto augmento pretij, ob istam rationem
lucri cessantis facti, & quod dico de lucro cessante,
eadem ratione dico etiam de damno emergente.
52 4. † est quia res venditur credita, non numerata
53 pecunia, communiter autem res venditur † carius
credita, quam numerata pecunia, quod si petas
quodnam sit augmentum pretij rei, quæ venditur
credita pecunia supra illud, quo venditur numerata.
Respondeo esse illud, quo communiter à tali modo
vendentibus illæ res venduntur, illud autem habe-
tur pro iusto pretio, quo res communiter solet
54 vendi, † Venduntur autem merces carius credita,
quam numerata pecunia. Couarr. 2. variat. cap. 3.
num. 6. Sotus de iust. lib. 6. quæst. 4. Molina & alij
55 5. † Est periculum amittendi totum, vel partem
pretij, vel subeundi expensas pro pretio recuperan-
do, quæ pericula cùm sint pretio æstimabilia, sunt
56 etiam causa sufficiens alterandi pretium, † puto
tamen etiam de isto pretij augmento esse admo-
nendum emptorem; vt, si forte alium haberet
venditorem, qui hoc periculum non timeret, non
cogatur pati illud augmentum pretij; quod posset
57 euitare. † nisi tamen vendens esset certus, quod
etiam facta monitione adhuc tamen emeret, &
multo magis venditor non teneretur hanc præmit-
tere monitionem, si emens talis esset, qui ægre-
ferret talem monitionem, & qui non obstante,
quod euidens esset periculum amissionis pretij;
attamen cogeret mercatorem tradere merces pre-
tio currenti; in his enim, & similibus casibus puto
non esse necessarium præmittere monitiones.
58 † Verum tamen est, quod periculum debet esse
verum, & probabile; non fictum, & nulla ratione
59 putatum. † Sed quid si mercator pretium mercium
auxit ratione periculi, & postea nullum damnum
patiatur, poterit ne illud augmentum retinere?
Respondeo vel re vera suberat periculum; vel nul-
lum erat periculum, quando initus est contractus;
si verè

si verè subeat periculum, licet damnum non sequatur, potest retinere augmentum, quia verè se exposuit periculo amittendi; si verò non subeat periculum, neque poterit retinere augmentum. In augendo autem pretio habenda est ratio periculi, & certitudinis, vel incertitudinis eiusdem; secundum enim quod periculum est magnum, vel paruũ, magis probabile, vel minus probabile, ad ratam,
60 pretij est faciendum augmentum. † Hinc iustificatur contractus emptionis chirograforum, quæ si contineant periculum, possunt tanto minoris emi, quantò maius est periculum, vt si chirografum contineat creditum centum aureorum, potest emi pretio octoginta, vel nonaginta, & interdum pluris, & minoris iuxta probabilitatem, & quantitatem
61 periculi, & in hoc conueniunt Doctores: Difficultas est, an liceat dicta chirographa minoris emere, etiam si nullum periculum contineant; Affirmantes, & negantes offert Lessius de iust. lib. 2. cap. 5. dub. 8. qui affirmant, rationem reddunt, quia illa chirographa fiunt materia emptionis, & venditionis, & ideò possunt minoris emi, & etiam, quia minus valet pecunia absens, quam præsens; qui negant pariter rationem reddunt, quia in ista emptione non seruatur æqualitas. Elige quod pla-
62 cet vtrunque enim dictum puto probabile. † 6. est modus vendendi, vel emendi. Si res offeratur emenda, minoris emitur, quia merces vltroneæ vilescunt; si res ad minutum vendantur, carius vendentur; si in magna quantitate ementur, viliori
63 pretio emuntur, ita enim fert consuetudo. † Venditio sub hasta (idest all'incanto) non habet modũ determinatum, aliquando enim carius, aliquando
64 vilius emitur. † Pretium iustum istius venditionis sub hasta, est totum illud, quod potest extorqueri absque vi, & fraude Molin. de contr. disp. 349. Garzias Gomez & alij. Ea vero, quæ exponuntur ludo fortunæ, al lotto, non possunt æstimari pluris, quam valeant, habita tamen ratione expensarum, & si quid est aliud considerabile, quia nullus est titulus, quo maius lucrum possit fieri Molin. disp. 509. Sà verbo venditio num. 15. Garzias de con-
65 tract. cap. 44. num. 5. & 7. & alij. 7. † Expensæ, quæ fiunt pro habenda re in gratiam alicuius; v. g. quis cupit habere aliquas merces, quæ simpliciter consideratæ non multum valent; sed ratione expensarum, quæ necessario fiunt vt habeantur, potest augeri earum pretium ad æqualitatem expensarum; dummodo tamen fiant in gratiam ementis, & non possint alio modo haberi Quod si mercator ipse multas expensas faciat; sed non in gratiam alicuius, & illæ merces possint haberi pretio minori, & absque computatione expensarum; tunc illas non potest computare, & si tales expensas fecit debet
66 sibi imputare. † mercatoris enim tàm est damnum
67 pati, quàm lucrari 8. † est solutio anticipata, ratione cuius res venduntur minori pretio, quam fiant pecunia præsenti, vel numerata, seu credita, ratione tamen anticipationis non possunt res emi viliori pretio, quam sit infimum: ita Lessius & testatur de communi, nisi tamen addatur anticipatæ solutioni damnum emergens, vel lucrum cessans,
68 † At ego non putarem improbabile posse emi etiã
69 pretio minori, quam sit infimum, si talis sit consuetudo, quæ pretijs dat regulam, & sicuti hac ratione augetur pretium rei venditæ credita pecunia, ita poterit minui, si ematur anticipata: quod, si talis usus non adsit, puto non posse minoris emi res iusto pretio, quia uidetur quædam species usuræ; nisi enim alius intercedat titulus, ut lucri cessantis, uel damni emergentis, uidetur quoddam genus mutui ista anticipata solutio, & ideò pretium non debet esse minus, quam illud, quod continetur intra latitudinem iusti si plura cupis, uide Lessium libr. 2.
70 capit. 21. dub. 7. † Non potest tamen augeri pretium ex eo, quod res uendantur extraneis, ita Cordub. de contract. quæst. 15. Molina disp. 346. Sà uerbo venditio num. 18. Lessius lib. 2. cap. 21.
71 dub. 4. num. 30. † Neque ex eo, quod res sit maximè vtilis emptori, quia uenderetur, quod alienum est ita Senior Nauar. cap. 27. nu. 83. & recentior. Nauarra lib. 3. capit. 21. numer. 24. Reginaldus,
72 Lessius & alij † Neque minoris possunt emi res, quam sit iustum pretium à paupere, qui paupertate pressus cogitur vendere, quia nulla adest ratio istam emptionem cohonestans, indigentia enim vnius pauperis non sufficit ad pretium iustificandum,
73 † quod si indigentia vendendi esset uniuersalis argueret paucitatem emptorum, & copiam mercis, quæ possunt esse causæ alterationis pretij. His præhabitis nunc me confero ad expendendas rationes adductas, tàm pro mercatoribus, quàm pro operarijs, expendendo singulas secundùm se, non in ordine ad istum contractum, deinde resoluendo dicam, quod sentio de toto isto facto.
74 Ad Primam † igitur rationem adductam ab operarijs, quod uidelicet pretium est pactum in numerata pecunia, ideò etiam in numerata est soluendum; iam responsum est, ita regulariter esse agendum. Quod uerò respondent mercatores. Non releuat, quia pretium uerè est pactum in numerata pecunia. Nec quisquam potest cogi emere ab aliquo, quia est obligatio iniusta, &, si aliqua re indigent operarij, non tenetur mercator
75 illis inuitis prouidere, † Non enim beneficia conferuntur in inuitos Prima autem ratio, qua mercatores conantur probare operarios debere emere ab ipsis non admittitur 1. quia non arguit, quod teneantur, neque quod possint cogi 2. necessitas, in qua dicuntur constituti operarij, non facit, quod possit pretium diminui simpliciter. Si tamen ob necessitatem multi reperirentur operarij, qui spontè se offerrent, hæc esset maior ratio. Item si uerum esset, quod in gratiam operariorum mercatores merces fabricarent, quæ in uenditæ diù iacere, esset etiam iusta causa pretij diminuendi ob lucrum cessans, uel damnum emergens; sed debet esse in gratiam operariorum, & ad eorum petitionem. Quod autem hic sit mos antiquissimus solutionis secundùm rei naturam puto etiam esse licitum: & si talis esset usus, ut mercatores, paciscentes cum operarijs de pretio sui laboris in numerata pecunia, & solutio fieret in mercibus, puto uerum, quod hic mos esset seruandus, quia ita uidetur esse con-
76 tractum inter partes. † Contractus enim censentur facti secundùm usum, & consuetudinem, Mysing. in suis singul. obseruat. 82. num. 1. & ratio est, quia, si solutio esset facienda in numerata pecunia, diminueretur de pretio operum, quod non fit, cum intendatur in constitutione pretij operum lucrum mercis in solutum dandæ; & hoc secundùm naturam rei, & supponendo quod omnia ritè fiant; & ideò puto hoc audito non repugnare confessarios quin huiusmodi contractus fiant. Ad alias rationes mercatorum. Dico ratione anticipatæ solutionis pretium non posse diminui, nisi intra latitudinem iusti, nisi adsit consuetudo, quæ optimè consideranda est, an sit iusta; si enim proueniat ex pacto inito inter mercatores, quod operas conducat non maiori pretio, quam inter illos pactum sit, hæc non
est

eſt conſuetudo; ſed deteſtabile monopolium; &
ideò pretium non legitimat. Eſſet autem conſide-
rabilis illa fugæ ratio, ſi eſſet vera, quia ratione
periculi pretium accipit diminutionem, vel altera-
tionem, vtſupra; & iuſta etiam eſſet illa lucri
ceſſantis, & damni emergentis iuxta tradita ſupra;
& iuſta pariter eſſet ſi rogati mercatores in nego-
tio continerent operarios, quia merces vltroneæ
vileſcunt.
77 † Item pretium mercium poteſt augeri ratione
mercaturæ, poteſt enim res vendi à mercatore
pluris, quam vendatur à non mercatore Medin.
quæſt. 31. de reſtit. Leſſius lib. 2. cap. 21. dub. 4.
num. 24. & alij; ratio eſt, quia officium mercaturæ
eſt pretio æſtimabile. Ex eo autem, quod mercator
tenetur alere equos conducere operarios, & famu-
los pro aduehendis frumento, & vino, non licet
78 augere pretium; † ſi enim mercator vult vendere
huiuſmodi merces pretio currenti in aliquo loco,
tenetur illas aduehere illuc, & ideò neceſſariæ erunt
prædictæ expenſæ, quod, ſi computantur, erit iniuſta
computatio, & pretium non erit iuſtum, nam iuſtú
pretium eſt, quod in tali loco currit, at quod in tali
loco currit, inuoluit illas expenſas; ergo iterum
non ſunt computandæ.
Neque aliter puto reſpondiſſe Theologum illum,
quem pro ſe citant mercatores. Non examino
reſponſiones operariorum, quia ex dictis poſſunt
cognoſci, manifeſtus expendentur in ſequentibus
79 ideò reſpondendo ſimpliciter † Dico hunc modum
agendi mihi nullo modo placere; ſed videri iniu-
ſtum, & illicitum, & ſapere vſuram licet, paliatam
varijs prætextibus. Nullo ergo modo hic modus
80 eſt permittendus in poſterum, ſed Mercatores
debent cum operarijs paciſci apertè, &, ſi in aliquo
repugnant, non poſſunt id, contra eorum mentem
ad praxim deducere, quia cum vltro citroque
debeant obligari, & debent etiam omnes ſcire, ad
quid obligentur neque maior poteſt induci obliga-
rio, quam à partibus intendatur. Si ergo conue-
niunt in numerata pecunia, in numerata pecunia
debent ſoluere. Si in numerata pecunia conue-
niunt, & de conſenſu partis ſoluant in frumento
vino &c. vel etiam, ſi conueniunt in mercibus, & in
mercibus ſoluant, debet ſemper mercium eſſe
iuſtum pretium. Si pretium anticipare ſit ſoluen-
dum, & adſit lucrum ceſſans vel damnum emer-
gens, Si ſubſit periculum amiſſionis poteſt fieri
computatio modo tamen ſupra tradito, & ita de
reliquis, & hoc quo ad illud quod impoſterum eſt
agendum.
Maior eſt difficultas de preterito. An ſcilicet
mercatores ſint obligandi ad reſtitutionem omniú,
quæ lucrati ſunt an tantum partis, & quomodo in
hoc ſe gerere debeant.
81 Et primo dico, † quod ſi Mercatores hunc con-
tractum nouerunt vſurarium in totum, vel in par-
tem, tenentur in totum, vel in partem iuxta id,
quod illicitum cognoſcebant modum agendi
reſtituere lucrum v. g. cognoſcebant eſſe vſuram,
augere pretium ob ſolutionem anticipatam, quia
vere nullum inde patiebantur damnum, & puta-
bant reliquas partes eſſe licitas, ad reſtitutionem
lucri reſpondentis illi augmento pretij tenentur,
ſi etiam aliquas alias partes item vſurarias agno-
ſcebant, ad reſtitutionem etiam illius, quod illo
titulo lucrati ſunt, tenentur: & hoc eſt certum,
quia acquiſita per vſuram cognitam, non poſſunt
retineri; ita communiter nemine diſcrepante.
82 Tota difficultas † eſt de acquiſitis, per actum
verè vſurarium, ſed bona fide geſtum credendo
non eſſe vſurarium, an taliter acquiſita ſint reſti-
tuenda. Qua in re ſunt variæ Doctorum ſententiæ.
Aliqui enim dixerunt, omne lucrum factum con-
tractu vſurario, ſed non cognito vſurario eſſe reſti-
tuendum, ita Leſſius lib. 2. cap. 20. dub. 12. qui
dicit eſſe etiam aliorum recentiorum, quorum
nomina non exprimit, eſt etiam Emanuelis Sà ver-
bo vſura num. 8. & 9. quos ſequitur Bonacina de
contract. diſp. 3. quæſt. 3. punct. 15. num. 9. & ita
probant, præcipue Leſſius.
83 Primò ex actu † non peccaminoſo poteſt oriri
obligatio reſtitutionis, v. g. Rem aliquam bona
84 fide emo † ab eo, qui non eſt Dominus non pecco
emendo, attamen ſtatim ac cognoſco Dominum
rei, illi teneor tradere, quod ſuum eſt etiam ſi mihi
pretium non ſoluatur, argumento l. ſi mater & l. ſi
mancipium, C. de rei vendi. Nauar. in manur.
85 cap. 17. num. 2. † Secundò qui aliquid accomodat
alicui, & aliquid accipit pro illa accomodatione
bona fide non putans ſe male agere; non peccat
accipiendo, ſi tamen cognoſcat hoc eſſe vſurarium,
peccaret retinendo, ideò tenetur reſtituere; eodem
86 modo † qui putaſſet, ſe aliquid locaſſe, & re vera
mutuauiſſet, recipiendo pretium locationis non
peccaret, peccaret autem retinendo, ſi cognoſce-
ret eſſe mutuum, argumento l. 1. ff. de condit. ſine
87 cauſ. Tertiò † Recipiens aliquid tanquam ſibi
debitum, quod tamen verè non ſit debitum, non
peccat recipiendo, peccaret autem retinendo
ſtatim ac cognoſcit ſibi non eſſe debitum toto tit.
88 de condi. indeb. Quartò † Emens rem minoris,
quam ſit iuſtum pretium, putans tamen eſſe iuſtum,
non peccas, teneris tamen cognita inæqualitate
pretij illam æquare; etiam ſi alio contractu, quem
fuiſſes initurus, niſi rem illam emiſſes, idem lucrum
facturus fuiſſes, ergo eodem modo etiam acquiſita
per vſuram ſunt reſtituenda licet ſint acquiſita
bona fide.
89 Alij vero aſſerunt † poſſe tantum lucri ſibi reti-
nere de illo contractu vſurario celebrato, quantum
acquiſiuiſſet, ſi alium licitum celebraſſet, & pro-
bant.
90 Primò quia † obligatio reſtitutionis non obligat
niſi ſit peccatum; ſed in hoc lucro non eſt pecca-
tum, ergo neque eſt reſtituendum, quod non ſit
peccatum patet quia non eſt in faciendo, ob
bonam fidem, qua fit, neque in retinendo, quia non
eſt rationabiliter inuitus, qui dat lucrum, vt infra
debet enim emens rationabiliter intendere, quod
vendens id acquirat, quod licite poteſt, ergo iſte
91 contractus erit licitus. Secundò † Res, quæ caret
culpa, non debet in damnum vocari. cap. 2. de
conſt. cum igitur iſte contractus careat culpa, non
debet in damnum vocari. Vocaretur, autem, ſi
taliter contrahenti non liceret retinere illud lucrú,
quod licite acquiſiuiſſet contractu licito, quem
92 feciſſet. Tertiò ex mutuo nihil poteſt † percipi
lucri ratione mutui, poteſt autem ratione lucri
ceſſantis, vel damni emergentis, l. 1. cum Gloſſa
& ibi adnot. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter;
ergo etiam ex venditione poterit percipi aliquod
lucrum ratione lucri ceſſantis, vel damni emergen-
93 tis. † Quartò Bona fides prodeſt poſſidenti, ergo
lucrum factum bona fide poterit retineri. Nauar.
lib. 5. conſ. 4. de vſur. vbi additionator habet hoc
eſſe ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis.
94 Ego puto † mercatores, qui hoc modo negotiati
ſunt, videlicet contractu vſurario, ſed putato
bona fide iuſto, & licito, tantum poſſe lucrari,
& ſibi

& sibi retinere, quantum lucrati fuissent, si eun-
dem contractum rite, & sine vsura celebrassent, ita
sensere multi viri docti, quos suppresso nomine com-
memorat Lessius supracitatus, & probatur rationi-
bus supra adductis pro secunda opinione, quæ licet
loquatur de eo, quod posset acquiri alio contractu,
quem iniisset mercator, si factum cognouisset illi-
95 citum; † multo magis probant; si bene expendan-
tur etiam de eodem, quia si alium contractum
celebrassent, maius fortasse lucrum fecissent mer-
catores, quam fecerint in celebrato, in quod locū
censentur rationabiliter consentire illi, qui cum
mercatoribus contraxerint: vel fortasse minus,
neque vlla adest ratio sufficiens; quare illo maiori
sint priuandi mercatores, cum in id debeant ratio-
nabiliter putari contrahentes consentire; illud
ergo, ex contractu illicite celebrato, debent & pos-
sunt sibi retinere, quod lucrati fuissent; si rite
fuisset celebratus, quod autem hic modus sit licitus
probo. P. Non tenentur restituere ratione con-
tractus, neque ratione detentionis, ergo nullo
modo tenentur restituere, ergo possunt sibi retine-
re, non peccat contrahendo, quia contractus est
bona fide initus, nec tenentur restituere, quia
bona fides virtualiter includit titulum iustum,
arguit enim contrahentes ita esse dispositos, vt, si
eo noscerent defectus contractus, eos tollerent,
& iustum celebrarent; & ita contractus etiam vsu-
rarius; sed bona fide initus potest iustificari; quia
est æqualitas in materia, quia potest in ea inueniri
iustum, & quia in eo latet titulus iustus, secundum
quem contrahentes censentur agere, & adest recta
intentio. 2. Quia nulli fit iniuria, non infertur
iniuria formalis, quia vterque contrahens intendit
licite contrahere, neque materialis, quia in mate-
ria reperitur iustus titulus, qui simpliciter intelli-
96 gitur volitus. † Neque puto esse multum consi-
derandum, quod adducit Lessius videlicet, quod,
qui emit rem alienam bona fide, licet non peccet
emendo, tenetur tamen restituere cognitam alie-
nam, quia sumus in dispari casu; quia in detentione
lucri potest consentire contrahens, qui dat occa-
sionem lucri alteri contrahenti, qui lucrum perci-
pit, agitur enim de re sua; & ideò potest intendere
illud ab alio acquiri, at in venditione rei alienæ
non potest consentire, quod dominium transfera-
tur, imò non potest transferre; est ergo valde dispar
ratio; imò emens, verb. grat. aliquas merces à
vendente vsurario, qui tamen intendat celebrare
contractum iustum, debet habere intentionem,
quod vendens acquirat, quod licite potest acqui-
rere, est ergo vera doctrina Lessij, sed non facit ad
limitandum nostram propositionem, quia non
loquimur de acquirenda re aliena, sed de retinendo
lucro, quod acquiritur ex contractu, v. g. ex rei
venditione, & potest iustè acquiri. Nec multo mi-
nus quod 2. loco obijcit, nempè, si quid vendatur
supra rigorosum pretium bona fide, statim cognita
malitia contractus excessum esse restituendum;
97 † quia nemo tenetur, neque debet iudicari consen-
tire in excessu pretij, quod tamen potest fieri in
pretio honesto, in hoc enim potest supponi intentio
ementis. Imò hoc probat nostrum dictum, quia
sicut in contractu, ex quo maius lucrum est acquisi-
tum, quam iustitia permittat, potest retineri iustum
reddito augmento iniusto, quia contractus est
initus bona fide; eodem modo in nostro casu pote-
rit retineri iustum lucrum, reddito, quod est
98 iniustum. Neque puto requiri intentionem con-
trahendi eo meliori modo, quo potest, quia sufficit
intentio quam emens debet habere; quod vendens
acquirat, quidquid licite potest, & hanc nemo est,
qui non habeat, statim enim, intendit quod emens
acquirat, id quod iuste potest, subintelligitur iusto
titulo, & ita habet intentionem sufficientem ad
legitimandam detentionem illius lucri, quod iuste
99 ex contractu percipi potest † & sicut dicimus, quod
vnus contractus celebratus in uno genere, si in eo
non possit rectificari, & bona fide sit celebratus
rectificatur in alio, in cuius naturam facilius dege-
100 nerat, vt si dominus daret mutuo suo colono cen-
tum aureos, ut recte suum agrum excoleret, qui
sub his terminis est vsurarius, cum sit bona fide
initus, degenerat in venditionem, & emptionem
operum, ad quam faciliùs reducitur, & quæ fuisset
celebrata, si iniquus fuisset cognitus prior contra-
101 ctus; & sufficit ad æqualitatem consensus tacitus,
vel expressus, si quis enim alteri furetur centum,
quæ sibi relinqui ex tacito consensu rationabiliter
putat, quis hunc ad restitutionem obligabit; ergo
neque in nostro casu magis expressus consensus
requiretur, Taciti etiam & expressi eadem est vir-
102 tus, † deinde quid refert ad obligationem resti-
tutionis, quod actu, habitu, vel uirtute sciam
dominum consentire in detentione rei, sufficit,
quod non sit inuitus, non est autem inuitus quo-
cunque modo consentiat. Tandem dico rationa-
biliter supponi consensum in lucrum iustum, de quo
103 supra, & irrationabiliter denegari. † Quia qui-
libet debet supponi, quod aliquid emens; consen-
tiat vendentem acquirere iustum lucrum; neque
potest supponi nolle illud lucrari, quia lucrum
iustum est necessariò quodammodo adnexum, uen-
ditioni; & ideò rationabiliter præsumitur consen-
sus ementis in illud.

Neque uideo quid probet ratio adducta à Bona-
cina de contract. disp. 3. quæst. 2. part. 15. ad
104 finem 2. propositionis. † Quod videlicet, verba
generaliter prolata, vt omni meliori modo, volun-
tariè &c. quæ adhiberi solent à notarijs secundum
formas eis consuetas nihil operentur, quia proprio
marte & ex consuetudine, & stilo potius, quam ex
partium consensu, & intentione apponuntur, ideò
nullius sunt valoris. Sanchez de Matr. disp. 27.
num. 6. Couar. rubri. de test. part. 2. numer. 13.
Rebell. oblig. par. 2. lib. 18. quæst. 12. numer. 4.
105 & alij. Non video inquam, quid probet; † quia
non fundamus nos nostram rationem in præsumpta
voluntate ex verbis, sed ex facto ipso illam collegi-
mus. Dicimus enim inesse ipsa natura contractus
consensum liciti lucri, quia hoc est de consuetâ
natura uenditionis; præsumimus enim, idest, dici-
mus inesse, non quia hoc colligamus ex aliquo signo:
sed quia hoc dictat consueta ratio contractus,
& secundum Valent. etiam ab ipso Lessio lauda-
106 tum. † ad iustitiam, seu æqualitatem contractus
perinde est siue titulus sit cognitus, aut uolitus in
spetie, siue in genere, modo extet, & exigatur
æquiualens, ita Valentia loco citato. His ita posi-
tis ueniendo ad decisionem quomodo se gerere
debeant mercatores circa lucrum factum.

107 Dico primò, † quod debent optimè considera-
re, & sincerè iudicare, an uerè in his agendis
habuerint bonam fidem, uel dubiam, uel malam, si
habuerunt bonam fidem dico posse eos retinere
quidquid contractu eodem licitè celebrato lucrati
fuissent, si dubiam fidem, uel malam dico teneri
restituere, quia contractus est illicitus, nec habet
titulum bonæ fidei, quo possit cohonestari lucrum,
ideò non potest retineri.

108 Quod

108 Quod si petas, † an partes istius modi agendi in hoc casu, prout exponitur, possint cohonestari saltem apparenter, itaut possit de illis dari bona fides, cùm iam dictum sit, quod si consideretur simpliciter, sit omninò vsurarius. Responde reassumendo omnes partes ita.

109 Quoad † illas duas partes primas, nempè, quod paciscentes in pecunia, soluant in merce, & quod velint mercatores, quod operarij merces ab ipsis accipiant in solutum, posse aliquo modo de istis dari bonam fidem, quia mercatores possunt credere sibi licere, eo quod augeant pretium operum ob hunc respectum, quod alioqui minuerent, addita præterea vsitata consuetudine. Neque releuant rationes pro operarijs adductæ in contrarium, quia licet efficiant verè, quod modus sit iniquus, non tamen adeò clare conuincunt, quin possit in mercatoribus superesse bona fides, & licet Curati, & Prædicatores contra huiusmodi contractus loquuti sint, attamen tempore paschatis ad confessiones, & communiones admittebunt, ex quo potuerunt colligere, parochos detestari, vt minus bonos, non vt absolute malos. Ex quo possunt colligere Parochi quale sit eorum onus, & quorum malorum sit causa eorum tolerantia; suppono tamen mercatores veritatem expressisse confessarijs, & nihil malitiosè reticuisse eorum, quæ factum possunt vitiare. De illo verò, quod dicitur pretium pactum quinquaginta solidorum reduci ad quadraginta solidos, licet hoc directè sit contra iustitiam habet tamen quandam apparentem rationem, nempè, quod ideò quinquaginta promittunt, vt eo modo soluant, supposito enim modo solutionis vsitato conueniunt de tali pretio. Quod verò operarij semper conquesti sint, non arguit hoc, quod necessario mercatores cognouerint, vel contractum vsurarium, vel operarios non liberè consentire, sed potius ex illis querelis, poterunt arguere desiderium, vel quod pretium augeretur operum, vel quod minueretur mercium, sine tamen illatione, quod consueto modo agentes vsurariè agerent, eo magis, quod mercatores soluentes pretium operum anticipate, & addito periculo fugæ possunt licite augere pretium, vt dictum est, concludo ergo, quod potest in hoc casu dari bona fides, an autem re vera mercatores bona fide egerint pro se, & contra se standum est in iuditio animæ.

110 Resoluendo igitur † totum ita concludo. De cætero nullo modo hunc modum agendi esse permittendum, & Curatos non debere admittere tempore Paschatis ad Sacramenta hoc modo negotiantes, ne talis modus transeat in consuetudinem, & concionatores apertè debent detestari clare loquentes non exaggerando; sed docendo, vt maiorem fidem habeant eorum verba. De præterito autem videndum est, an taliter negotiantes fuerint in bona, dubia, vel mala fide, si in bona fide permittendi sunt retiuere illud lucrum, quod si iustè contraxissent, acquisiuissent. Si verò in dubia, vel mala cogendi sunt restituere iuxta ea, quæ communiter traduntur de bona, mala, & dubia fide, quoad restitutionem, quæ hic suppono ex Doctoribus, qui difusè de istis tradunt multa, qui sunt videndi.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum discutiendum.*
2 *Eleemosina est debita ex charitate.*
3 *Iure naturæ pariter est debita.*
4 *Est debita ex iustitia.*
5 *Est debita sub mortali.*
6 *Est debita tam impio, quam homini iusto.*
7 *In contrarium videntur esse loca scripturæ.*
8 *Statuitur extare præceptum de danda eleemosina tam malo, quam bono.*
9 *Qui non pascit esurientem illum occidit.*
10 *Tempore necessitatis omnia bona communia quomodo intelligendum. Vide infra.*
11 *Egentibus licet tempore necessitatis, non competat actio contra diuites, possunt tantum implorare officium superioris.*
12 *Explicantur textus qui videntur denegare eleemosinam pauperi malo, et adferuntur aly textus explicantes.*
13 *In triplici statu potest considerari extrema necessitas.*
14 *Iuxta diuisionem traditam triplicis status necessitatis, respondetur quæstioni propositæ.*
15 *Nomen eleemosinæ significat dare sine spe restitutionis, estque opus misericordiæ ad releuandam indigentiam hominis ex compassione, & propter Deum.*
16 *Charitas obligat ad faciendum cum proximo, quod rationabiliter nobiscum fieri vellemus.*
17 *Extrema necessitas est vltra quam alia non datur.*
18 *Expenditur cap. Si quis de furtis, & aliud de verborum significatione nempe exijt.*
19 *Soluuntur duo dubia practica.*

Recipiens Eleemosinam an possit obligari reddere.

X X I I I.

1 Titius deperditæ vitæ, suorumque bonorum dilapidator ludendo, liguriendo omnes suas facultates prodegit, ita vt non solum cogatur mendicare ad victum quotitianum, Sed eò calamitatis peruenit vt nec vllum reperiat, qui illi iam extreme indigenti opem ferre non recuset. Vnus Sempronius spondet se illius præsentem necessitatem subleuaturum; Si tamen vicissim iureiurando firmato pacto promittat, si ad pinguiorum fortunam deueniat, redditurum quidquid in sui subsidium fuerit ab eo insumptum. Acceptat Titius, & spondet vel nummis, vel operas locando si vnquam licebit satisfacturum Nunc elapso tempore necessitatis factus potens ad satisfaciendum, & operas locando, & nummis soluendo vtrunque renuit asserens tale pactum initum fuisse nullum, & contra rationem. Nunc quæritur an tale pactum potuerit inire Sempronius, & an Titius teneatur seruare.

2 Videtur neutrum licere Pr. † Sempronius tene-
tur exhibere ex præcepto charitatis subsidium
Sempronio extreme indigendi largiendo eleemosi-
nam, ergo non potest illam in pactum deducere.
Quod teneatur dare eleemosinam extreme indi-
3 genti, patet ex præcepto naturali † Quod tibi ius
fieri alteri feceris, & ex iure diuino, Dentero. 15.
Præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno
& pauperi.
Ecce præceptum de danda eleemosina; & Eccle-
4 siast. † 4. eleemosinam pauperis ne defraudes,
redde debitum, Ecce quomodo non potest deduci
in pactum, vt reddatur, cum sit debitum quod
datur, expende verba; Ne defraudes: Redde
5 debitum; & in lege noua Math. 29. † Esuriui, & non
dedistis mihi manducare, ideò mancipatur æternis
6 tormentis. Lucæ 10. † Narrato subsidio præstito

Samaritano

Samaritano Saluator subdit Vade, & tu fac simili-
ter; vbi videmus exhibitam eleemosinam sine pacto
retributionis; deinde & tu fac similiter, ergo
præcipit eodem modo dare, & Paulus ad Timo-
teum 1. Præcipe diuitibus huius sæculi facile tri-
buere, & de Ecclesiasticis extat Cap. Fratrem no-
strum 80. dist. vbi habetur: Episcopum habere
vacuum nomen Episcopi, Si aliorum indigentiam
non reputat suam, & largam manum non habeat,
vt subueniat; Sed in proprijs indigentijs non ad-
mittitur pactum retributionis. Quæ tamen non
videntur concludere obligationem dandi eleemo-
sinam hominibus malis, sed tantum probis, per hæc
7 quæ sequuntur. Nam Eccles. 12. dicitur † Desudet
eleemosina in manu tua quosque reperias istum, cui
des, & iterum, da iusto, & ne dederis impio. Ex
quibus, & alijs similibus videtur extare præceptum
dandi eleemosinam. Sed bonis non malis, iustis
non impijs. Pro solutioue difficultatis statuo, vt
8 certissimum fundamentum, † extare præceptum
de eroganda eleemosina tàm corporalis, quàm spi-
ritualis, tàm malis, quàm bonis, quod fundatur in
illo axiomate à naturali charitate dictato. Quod
tibi vis fieri alteri feceris, dicitur enim alteri tàm
bono quàm malo, & optimè probat locus Euangelij
de Samaritano videtur enim èx verbis Christi:
Vade, & tu fac similiter clarè deduci inde eleemo-
sinam tàm bono, quàm malo esse erogandam; Hùc
spectant etiam quæ habentur in Sacris Canonibus.
9 85. cap. Pasce, ibi. † Quisquis enim pascendo
hominem seruare poteras, si non pauisti occidisti.
Non enim dicit sanctum, non iustum, sed homi-
nem, & 14. quæst. 5. capit. Immolans. Panis egen-
tium vita pauperis est, qui defraudat illud homo
sanguinis est. Multa notat Abbas cap. 1. num. 8.
de Empt. & Vendit. & cap. Si verò de iureiurand.
multi alij extant, textus, & multa Doctores, ex
quibus colligitur præceptum eleemosinæ dandæ
egeno tàm bono, quàm malo esse naturale, diui-
10 num, & Ecclesiasticum. Deinde addo, † quod
tempore necessitatis omnia sunt communia ff. ad
leg. Rhodiam de iactu. l. 2. §. Idem etiam. Etsi
quis tali tempore alienum cepit excusatur à furto,
vt legitur, & notatur in cap. Si quis propter neces-
sitatem, de furtis. de consecra. dist. 5. cap. Disci-
pulos, & text. est notabilis cum Glossa in cap. sicut
11 47. dist. Vbi concluditur. † quod licet egentibus
non competat actio contra diuites ad victualia,
possunt tantùm implorare officium superioris, vt
eos compellant. Vide Abbat. cap. Placuit de
empt. & vend. Danda est ergo eleemosina tàm
bonis quàm malis, nam omnes sunt proximi, &
Dominus facit oriri Solem super iustos, & peccato-
res. Qui cum eleemosina ipsis non erogatur, possunt
implorare iuditium, vt sibi tribuatur, & si se solis
accipiant, excusantur à furto; cum omnia sint com-
munia; Ideò videtur concludendum propositum
pactum non esse admittendum. Vide Medinam C.
12 de elemos. quæst. 7. sunt autem & alij † ad ea autem
quæ videntur probare eleemosinam malis non esse
dandam. Respondeo, non ibi esse sermonem, quod
simpliciter non detur eleemosina malis, sed malis,
qui eleemosinis in vitijs enutriuntur, otio torpen-
tes. Audi cap. Fratrem nostrum supracit. Pecca-
toribus tamen dare prohibemus, non quia homines
sunt, sed quia peccatores sunt, Si ergo non prohi-
bent dare, vt homines sunt, ergo illis dandum, vt
tales sunt, ergo vt possint viuere; prohibetur
autem dare, vt peccatores sunt, ergo vt desinant
esse peccatores, quod videtur probari cap. Non

omnes 5. quæst. 5. Vtilius esurienti panis tollitur,
si de cibo securus iustitiam negligit, quam esurien-
ti panis frangitur, vt iniustitiæ seductus acquiescat
& D. Hieron. Da pauperibus non locupletibus, non
superbis, quo necessitas sustentetur non quo au-
geantur opes, & vitia. Quid ergo dicendum in
casu nostro, cum de danda elemosina etiam malis
extet præceptum, & eleemosina sit gratis danda,
cum tempore necessitatis sint omnia communia,
& eleemosina sit opus misericordiæ.
13 Ad hoc noto. † quod in triplici statu potest
considerari egenus, & pauper. P. ita extreme indi-
gens, vt hic & nunc versetur in necessitate extre-
ma, & nulla subsit spes melioris fortunæ, & perue-
niendi ad statum meliorem simpliciter. 2. vt extre-
ma necessitate ita laboret hic & nunc, vt quamuis
non habeat in bonis, si tamen euadit illud pericu-
lum, spes magna est melioris status. vel 3. vt hic
& nunc extrema necessitate ita laboret, vt hic &
nunc vita eius versetur in extremo periculo vitæ, si
tamen ex illo euadat in nulla est extrema necessita-
te constitutus, imò diues, & valde locuples est.
Exemplum primi est incurabili infirmitate, & ege-
state laborans. Exemplum secundi est infirmitate
non incurabili, sed egestate extrema depressus.
Exemplum 3. est v. g. mercator diues à latronibus
vndique vallatus, qui ab eorum manibus nullò
modo potest se eripere, nisi soluendo mille numos
v. g. quos tamen apud se non habet, habet tamen
& multo plures domi, illis tamen nullo modo potest
adiuuari.
14 His ita positis. † dico, si etrema egestas sit de
primo genere, quod pauper nec actu habeat, nec
subsit spes habendi, qui potest illam subleuare,
teneri nullo addito pacto dare & si addatur non
valere. Si autem egestas sit de 2. vel de 3. genere,
aut gradu, puto non teneri subuertire sine tali
pacto. Tenetur quidem extremæ indigentiæ sub-
uenire, sed potest addere pactum retributionis si
quando dabitur facultas. Hæc propositio duas
habet partes; quas ambas probo, & primo primam,
nempè, quod si nulla subsit spes, teneatur subuenire
sine pacto.

Quia adest præceptum erogandi eleemosinam
15 sine spe retributionis, vt indicat nomen † eleemo-
sina, quæ est tribuere sine pacto recipiendi; estque
opus misericordiæ ad releuandam indigentiam
hominis ex compassione, & propter Deum, & de-
monstrant adductæ auctoritates, ergo obligat
saltem in hoc casu.

Secundum partem videlicet quod in alijs duobus
casibus teneatur quidem subuenire indigenti, sed
non sine spe retributionis, sed deducendo in pactú
16 retributionem pariter probo. P. Quia † Charitas
obligat ad faciendum cum proximo quod nobiscú
fieri vellemus rationabiliter, sed sicuti rationabile
est nobis subueniri in uostris necessitatibus, ita est
rationabile deducere in pactum retributionem,
quando est possibilis, ergo eadem est obligatio
17 faciendi cum proximo 2. † Illa est extrema necessi-
tas vltra quam alia dari non potest, ergo qui ita est
in necessitate, vt tamen subsit spes retributionis,
non est talis, vt vltra non sit alia cum sit etiam quæ
nullam habet spem melioris fortunæ. Si ergo ista
non est extrema necessitas, neque vrget præceptum
18 in ea 3. Probatur. Ex cap. † Si quis de furtis iuncta
glossa. Nam in textu habetur si quis propter neces-
sitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria,
vestem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres,
& si reddiderit, non cogatur ieiunare, & glossa

habet illud pæniteat esse intelligendum de necessitate non extrema. Quomodo ista sibi cohæteat necessitas famis nuditatis,& quod non sit extrema; quæ ergo erit extrema; Ista certè erat extrema, quia famem alio modo depellete, nec nuditatem operire poterat,& ideò pro eo tempore erat extrema, at qnia famem passus poterat dato tempore ablata compensare,ideò non erat simpliciter extrema, ideò Glossa asserit non esse extremam necessitatem, & elicitur hæc doctrina ex textn si expendatur diligenter. Nam pro ablatione nullam iniungit pœnitentiam, sed tantum iniungit, quia non reddidit, ergo signum est, quod non peccauit auferendo, peccat autem retinendo, quia licuit accipere, non licet tamen retinere, quia factus est potens reddete 4. Probatur ex cap. Exijt de verb. significat. Vbi habetur, quod Fratribus minoribns tunc demnm licet de alienis vinere, quando nec per obligationes sponte factas, nec per mendicationem, nec per laborem manuum vitæ suæ possunt necessaria miniltrare ergo non licet de alijs viuere quotiescunque alio modo potest sibi quisque consulere. Inter modos autem, quos tenetur experiri in necessitate constitutus, est etiam obligatio: ergo qui obligatione potest sibi subuenire, non potest de alieno viuete; ergo & qui dat, potest ad obligationem compellere; alioquin si nollet se obligare, cum teneatur, sibi imputat, si suæ non subnenitur necessitati.

19 Ex quibus † infertur quosdam pauperes, qui secundum qualitates aliquorum temporum asserunt se non posse viuere, nisi aliena surripiendo, Si quando datur facultas satisfaciendi pro ablatis non esse absoluendos nisi satisfaciant. Et ita est intelligendum, quod tempore necessitatis omnia sunt communia, vt possint quidem capi; sed tamen animo reddendi.

Sed quid dicendum de paupere, qui necessitate præssus petit sibi subueniri, & nullo addito pacto subuenitur eius necessitati, si ad meliorem perueniat fortunam, tenebitur reddere. Respondeo si libere, & absque vllo pacto datur ei, puto non teneri, quia datum est censendum pro eleemosina. Si addatur pactum, vt supra erit respondendum.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Duplex iustitia. Quæ est generalis virtus,& quæ est spetialis & quid sit vtraque.*
3 *Modi quibus Religiosus potest acquirere extra religionem, & quomodo acquisita sint dispensanda, siue moriatur intra claustrum, siue extra.*
4 *Si acquisiuit contra iustitiam commutatiuam, quæ spetialis est Virtus sunt acquisita dispensanda, vt traditur etiam de secularibus, & alijs qui male acquirunt.*
5. 6 *Si acquisiuit contra iustitiam, quæ est Virtus generalis, si non moritur in conuentu pertinet ad Sede Apostolicam; si autem in conuentu, in quo viuitur iuxta puritatem regulæ, nihil pertinet ad Monasterium. Si verò vtitur priuilegijs secundum ista erit dicendum; quia licet alij religiosi acquirunt monasterio, non sic autem Franciscani secundũ puritatem regulæ viuentes.*
7 *Debitis Religiosi mortui extra conuentum Sedes Apostolica tenetur satisfacere.*
8 *Qui sentit commodum, debet sentire etiam incommodum.*
9 *Idem dicendum etiamsi moriatur in Religione, si ei sint bona acquisita.*
10 *Respondetur rationibus quæ incontrarium adducuntur. Ius assistit obligationibus actiuis, & resistit passiuis ex cap. Non liceat 12. quæst. 1.*

Acquisita à Regulari extra monasterium, & eiusdem debita ad quos pertineant,

X X I V.

1 FRater † Musca è Religione S. Francisci è strictiori obseruantia degens extra conuentum sine legitima suorum superiorum licentia, acquisiuit centum aureos nūmos, quos in numerata pecunia habet apud se, nescio quo casu moritur, & Syndicus conuentus illos centum capit, sed interim reperit eundem Fratrem Muscam, qui post se reliquit centum, quos lucratus est, reliquisse etiam sexaginta debiti, quos soluere tenetur aliquibus personis. Quæritur cui debeantur centum acquisiti,& cui incumbat onus soluendi sexaginta debiti.

2 Suppono vt rem certissimam, & clarissimam † duplicem dari iustitiam; Alteram, quæ generalis est Virtus, quæ cum omnes virtutes complectatur, ideò dicitur omnis virtus, & est illa, qua homo dirigitur ad Deum, & diuinæ legi, quæ est regula hnmanæ bonitatis, commensuratur quaq. se talem pręstat homo, qualem se prebete debet erga Deum. Alterum particularem, qua teste Aug. 19. de Ciuit. Dei c. 21. Voluntas inclinatur ad dandum vnicuique, quod suum est, & dicitur ab Ambros. prim. off. c. 24. Virtus vnicuique snnm tribnens, & à Vulpiano Constans, & perpetua volnntas ius suum vnicuique tribuendi Harum diffinitionum latissimas explicationes tradunt vtrinsque iuris tam Ciuilis, quam Canonici interpretes de Iustitia, & Iure agentes. Noto præterea quod Frater

3 † Musca vel acquisiuit illos centum contra iustitiã tantum; vt generalis est virtus, vel contra instítiam vt est spetialis. Deinde vel Frater Musca moritur extra Religionem; vel illis centum acquisitis sponte; vel coacte redit ad Religionem, & in conuentu moritur. His positis.

4 Primò Dico † si Frater Musca acquisiuit illos centum contra iustitiam, quæ est particularis virtus, vt per vsuram, furto, vel alio modo simili, tunc acquisiti non possunt retineri, sed de illis agendum est, ac si essent acquisiti à mere laico, & sæculari. Si enim scit, cui damnum sit illatum, ei facienda est restitntio; si verò nesciat id, quod de incertis de his etiam disponendum erit.

5 Secundò Dico † si Frater Musca non acquisiuit contra iustitiam specialem, sed tantum contra Generalem idest existendo in statu Apostasiæ, extra obedientiam suorum Prælatorum, negotiando contra decreta Sacrorum Canonum, &c. tunc, vel Frater Musca moritur in conuentu, & conuentus viuit secundum puritatem regulæ, omnia respnens priuilegia, & Pontificias concessiones, nihil omninò pertinet ad monasterium, quia licet alij Religiosi regulariter iuxta doctrinam Innocentij, cap. Cum olim 3. de Priuileg. contrahendo vtiliter quærant suo monasterio, siue ordini; siue contractus fiant nomine proprio, vel monasterij, seu ordinis, vel impersonaliter, vt tradit Nauar. in cap. Non dicatis num. 12. post Bald. in l. seruum C. de pactis Frater tamen minorita viuens secundum puritatem regulæ est incapax omnis dominij bonorum pecuniarum &c. iuxta cap. exiui §. Ad hæc de verb.

verb. signif. & de his est loquendum iuxta Nauar. doctrinam lib. 3. conf. tit. de testa. conf. 8. num. 3. Si verò vtantur priuilegijs, & Apostolicis concessionibus, pertinent ad monasterium ex constit. Leonis X. quam refert Roderiq. qq. reg. to. 1. q. 30. numer. 11. Eruntque recipiendi iuxta modum ab expositoribus Regulæ traditum, quique est seruandus in vsu similium Priuilegiorum.

Tertiò dico si Frater † Musca moritur extra conuentum, ab illo acquisita pertinent ad Sedem Apostolicam, ita definiuit Pius IV. & Gregorius XIII. relati ab eodem Roderiquez ibidem.

Ad † secundam dubitationem nempè quis teneatur satisfacere debito contracto à Fratre Musca. Respondeo si moritur extra Religionem, & bona perueniant ad Sedem Apostolicam, ad eandem etiam pertinere debiti solutionem. Quia † qui sentit commodum debet sentire etiam incommodum, si moritur in Religione nullis vtente priuilegijs, eadem ipsa bona acquisita erunt subiecta obligationi debiti contracti. Si verò moriatur in Religione vtente priuilegijs, Maior est difficultas, quia monasterium non teneri ad solutionem debiti contracti licet succedat in bona eiusdem Fratris Muscæ videtur probari, primo quia ius commune assistit obligationibus actiuis, & resistit passiuis, religiosorum etiam extra monasteria degentium, idest decernit validos contractus religiosorum in fauorem conuentus, & inualidos factos in detrimentum, ergo licet succedat in acquisita non tenebitur ad damna 2. cap. Non liceat 12. quæst. 2. dicitur, quod, qui emit rem Ecclesiæ sine debita solemnitate, non potest repetere pretium, nisi sit conuersum in vtilitatem monasterij suæ Ecclesiæ. Siluester verb. Alienatio numer. 14. & in c. 1. de depo. ex eo quod pecunia non est conuersa in vtilitatem monasterij, vel Ecclesiæ Pontifex non vult decernere, quod Ecclesia teneatur satisfacere, ergo neque in præsenti casu conuentus tenebitur, cum pecunia non sit expensa in vtilitatem conuentus.

9 Ego tamen † puto Conuentum, qui succedit in bona Religiosi, teneri etiam ad debita soluenda, nisi tamen debita excedant summam bonorum, in quæ succedit. Quia qui sentit commodum debet sentire etiam incommodum, ita tenet Lessius lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 11. numer. 90. apud quem multa habes de acquisitis à Religiosis.

10 Ad obiecta † ad primum respondeo ius assistere obligationibus actiuis, & resistere passiuis, quando passiuæ sunt in detrimentum rerum ipsius monasterij, quod non est in casu nostro, quia nullum damnum patitur monasterium, immò sentit commodum, & concedo suo delicto non posse Religiosum inferre damnum rebus conuentus cap. delictū de reg. Iur. in 6. Delictum personæ non est in damnum Ecclesiæ conuertendum, neque eodem modo posse contractum illi nocere, quia Monachus non potest distrahere, quæ sunt conuentus, at in nostro casu non distrahuntur bona conuentus, sed satisfit bonis acquisitis ab eodem met Fratre, qui etiam debita contraxit, & esset valde iniquum potuisse lucrari, & in damnum aliorum eius lucrum pertinere ad Conuentum.

Ad secundum item respondeo, ita intelligendum de eo casu quo diminutionem capiunt bona conuentus, non verò quando eisdem bonis potest satisfieri, ita vt bona acquisita Fratris etiam debita compensent.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur factum.*
2 *Ponitur explicatio modi petitionis facultatis absoluendi.*
3 *Si exprimitur aliquid, quo finaliter mouetur superior concedere pro vno, non concessurus pro alio, obtenta facultate non potest vti confessarius pro alio.*
4 *Si autem quæ exprimuntur pro vno, insunt etiam alteri, & finaliter sunt sufficientia ad mouendum pro vtroque, pro vtroque potest vti.*
5 *Non mens supplicantis; sed concedentis est attendenda, quæ non menti; sed verbis supplicantis conformatur.*
6 *Non releuat, quod nomen vnius sit expressum, & absolutio impendatur alteri, quia error personæ non nocet.*
7 *Quotiescunque expressa in impetratione verificantur de duobus, pro duobus valet obtenta facultas non collectiue tamen; sed distributiue.*
8 *Confessarius petens facultatem pro reseruatis potest vti pro se ipso.*
9 *Gratia facta & facienda quæ sit, & quomodo sit interpretanda.*

Facultate absoluendi à reseruatis pro vno obtenta, absoluitur alter.

XXV.

1 Carolus vt sua fateatur peccata † Confessarium adit, eique suam aperit conscientiam, sed aliquibus reseruatis impeditus absolutionem differt Confessarius, quousque facultatem à superiore obtinuerit quam obtinet, sed quia Carolus amplius non redit, & alter pœnitens ijsdem reseruatis est implicitus, Confessarius obtenta facultate pro Carolo in beneficium istius secundi vtitur. Quæritur an bene.

2 Respondeo † vel Confessarius petit facultatem soluendi à reseruato nulla expressa qualitate personæ, respectu cuius motus superior talem impertitur absoluendi licentiam; Vel aliquam, vt hanc obtineant, exprimit.

3 Si aliqua † exprimit quæ insunt personæ, pro qua petitur, quæ non insunt alteri in cuius beneficium absolutio impenditur, & illis finaliter non tantum impulsiue sit motus superior ad concedendum, absolutio impertita est nulla, ratione defectus iurisdictionis in absoluente: non enim habet facul-
4 tatem pro tali persona † Si verò expressa pro vna persona, insunt etiam alteri; licet non pro ista sit petita facultas, virtute tamen obtentæ facultatis bene vterque absoluitur, Neque obstat, quod mens
5 petentis facultatem feratur in Carolum. † Quia non mens supplicantis, sed mens concedentis est attendenda, quæ verbis supplicantis se conformat. Iason. l. Gallus in 1. lect. §. idem credendum ff. de lib. & posth. Suarez de Matri. regis Angli. dub. 5. num. 28. Gutierez Pract. lib. 3. quæst. 18. num. 42. Sanchez de Matr. lib. 8. disp. 21. num. 31.

6 Imò † puto etiamsi nomen Caroli sit expressum in petitione facultatis, neque hoc quidquam releuare, quia neque releuat in supplicationibus dispensationum; licet enim dispensatio sit obtenta expresso nomine Petri, potest tamen deseruire etiamsi non sit Petrus sed Paulus pro quo supplicatur. Sanchez vbi supra num. 38.

7 Addo † præterea quod quotiescunque expressa pro Carolo militant etiam pro alio, & sit idem finis concedendi pro vno, qui est etiam pro alio, licet fortasse alia sit maior ratio impulsiua in vno, quam in alio, adhuc puto facultatem concessam valere, quia eandem superior concessisset. Ita Sanchez in simili de Concessione dispensationum; & confirmatur ex eo, quod communiter practicatur. Quia si quis indigens absolutionis facultate à reseruatis passiua, & petat actiue,
8 verb. gratia. Petrus Confessarius † indiget facultate absolutionis à reseruatis, qua ipse possit absolui, cum aliquibus reseruatis detineatur, Si petat facultatem hoc modo, est quidam, qui habet reseruata, & vellet confiteri ideò peto facultatem, ea potest secure vti, vt communiter Doctores, etiamsi faciliùs Superior concederet pro vno, quam pro alio. Dummodo tamen sit concessurus pro vtroq. Tandem ista est gratia non facta, sed facienda.
9 Gratia † facta est, quando pœnitens petit facultatem eligendi sibi Confessariú, à quo possit absolui, & est strictè interpretanda, est .n. facta quia concedit superior, quod possit absolui. Gratia verò facienda est quando Confessario ipsi tribuitur facultas, & ista est late interpretanda. Cum ergo ista sit gratia facienda erit etiám late interpretanda vt Sanchez lib. 8. de Matrim. disp. 2. num. 1. ergo extendetur ista facultas &c.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Quæ pro solutione sint videnda.*
3 *Prima opinio sistendo in ratione Theologica.*
4 *In confessione Confessarius scita detegens peccat, quia publicat secreta.*
5 *Ex auditione confessionum non debet Confessarius amittere ius suum.*
6 *Audita in confessione potest Confessarius reuelare, si sciat etiam extra confessionem.*
7 *Confessarius tenetur tantum ratione secreti non reuelare scita in confessione.*
8 *Confessarius ex confessione sciens aliquem habere ensem paratum in sui necem, vel sciens aliquem non esse Sacerdotem potest vti tali scientia pro suo bono regimine.*
9 *Scientia habita in confessione non solum est in Confessario vt Deus est, sed etiam vt homo intellige vt ibi.*
10 *Non redditur odiosa confessio ex tali vsu scientiæ ex parte Confessarij; sed ex malitia pœnitentis.*
11 *Quoties alicuius rei potest esse duplex causa, altera licita, illicita altera, semper debet supponi licita. His omnibus respondetur num. 29. vsq. ad 35. & explicatur.*
12 *Refertur secunda sententia.*
13 *Confessarius ex cap. Si Sacerdos de off. ord. habitam scientiam in confessione habet vt Deus.*
14 *Sigillum Confessionis obligat ad secretum etiam respectu pœnitentis.*
15 *Licet aliquando reuelare ea, quæ sub secreto naturali habentur; etiam addito iuramento celandi, Sed nunquam habita in confessione.*
16 *Per Confessionem nec acquirit nouum, nec amittit ius suum antiquum Confessarius.*
17 *Claudius Aquauiua prohibuit ne in sua Religione superiores vterentur hac scientia.*
18 *Admisso vsu scientiæ habitæ in confessione esset intolerabile decretum Tridentini de reseruatis.*
19 *Refertur 3. sententia.*
20 *Refertur 4. quæ est Nauarri communiter reprobata.*
21 *Statuitur sententia auctoris per tres conclusiones num. 21. 23. & 28. vide ibi.*
22 *Pœna suspensionis contra eligentes indignum.*
24 *Nemo tenetur ad executionem illius præcepti cuius medium est arduum, & perdifficile. Impossibilium nulla est obligatio; & valde difficile, & impossibile æquiparantur; ideò qui vouit castitatem, & duxit vxorem, potest votum implere ingrediendo religionem; non tamen tenetur;*
25 *Vsus scientiæ Confessionis est pro foro animæ.*
26 *Est ad modum iudicij, ideò sine salute animæ & forma iudicij non licet scientia confessionis vti.*
27 *Finis & media debent proportionari numeris nu. 28. 29. ad 34. respondetur obiectionibus factis supra num. 4. 5. 6. &c.*
35 *Aggreditur differere, quid dicendum supposito decreto Clementis VIII. Supponitur nullo modo esse reuocandum in dubium quin potuerit fieri quia non solum mala, sed etiam quæ habent tantum in se periculum licite prohibentur.*
36 *Supposito decreto quæ sint quærenda.*
37 *Expenduntur verba decreti.*
38 *Verbum Caueo demonstrat monitionem.*
39 *Verbum mando non significat præceptum contrarium tamen infra.*
40 *Sententia auctoris.*
41 *Regula dignoscendi quando decretum sit præceptiuum.*
42 *Verbum mando intelligitur de coactione positum in dispositionibus de sua natura præceptiuis importat iussionem.*
43 *Et communiter vsurpantur pro eodem præcipio, & mando.*
44 *Important præceptum.*
45 *Differentia inter præcipio, & mando.*
46 *Multoties verba exhortatiua inducunt præceptũ.*
46 *Quotiescunque materia est præceptiua verba legis vel Canonis impropriantur & important præceptum. Ideò rogo significat præcipio, & idem significat etiam hortor.*
47 *Quod verum est etiam de verbis importantibus consilium reuerentiæ.*
48 *Verbo mandare aliquando vtimur causa vrbanitatis.*
49 *Sumitur verbi significatio à congruentia personæ*
50 *Qui dicantur superiores, & qui ad superioritatem euecti.*
51 *An Custodes & vocales possint dici superiores vel euecti ad superioritatem.*
52 *Superioritas duplex temporalis, & spiritualis rursus spiritualis duplex Politica & Economica.*
53 *Electores possunt considerari initialiter & completiue & quid hoc sit, & quando sint censendi iuris vniuersi, & quando priuati.*
54 *Capitulum nihil est aliud quam capitulariter congregari Patres. Datur superioritas Politica in Religionibus.*
55 *Dictio quicunque facit venire maiora expressis ideò in Tridentino sub illis verbis quicunque regulares veniunt etiam regulares ordinum militantium, & in materia etiam odiosa comprehendit maiora expressis estque ita prægnans, & ampla vt includat etiam eos, qui vere tales*

non

non sunt sed tantum impropriè tales sunt, vel dici possunt, quod verum est etiam in materia odiosa.

56 *In quibuscunque dispositionibus attendenda est potius mens disponentis quam verba dispositionis.*

57 *Vbi est eadem ratio ibi est eadem iuris dispositio.*

58 *In Lege vel dispositionibus potest fieri duplex extensio necessitatis & congruitatis vel congruentiæ quid sit vtraque & quando locum habeat.*

59 *Finis legis non cadit sub lege.*

60 *Explicatur quomodo sit intelligendum hoc dictũ finis legis non cadit sub lege.*

Regularis Superior habitum dignum extra Confessionem & in Confessione indignum excludit à dignitate.

XXVI.

1 FRater † Seuerus Confessarius in Religione Sancti N. multos Fratres quos extra confessionem reputabat dignos omnium dignitatum suæ Religionis in confessione eos cognoscit indignos. Custos prouinciæ ad Capitulum Generale, aut Vocalis conuentus ad Prouinciale electus audit istos proponi ad varias dignitates dubitat an istis debeat suo voto refragari, vel suffragari. Ideò petit quid agendum.

2 † Solutio istius difficultatis potest peti vel sistendo tantum in rationibus, & auctoritatibus Theologicis, Vel supposita etiam Constitutione Sanctiss. Patris Clementis VIII. ædita 1594. die 26. Maij Incipit Sanctissimus Dominus noster. Vtroque ergo modo tractabitur, & primo sistendo tantum in rationibus; & auctoritatibus Canonicis, hæc quæstio est grauissima. Sunt enim plures inter se dissidentes Doctorum opiniones, & vnaquæque suas habet rationes, & patronos.

3 Prima Alensis 4. †. p. quæst. 78. art. 1. memb. 2. ad 8. Suarez de Euch. quæst. 80. art. 6. disp. 67. sut. 3. Sanchez de Matr. lib. 3. disp. 16. numer. 2. & aliorum apud ipsum asserentium licere vti scientia habita in confessione ad externam gubernationem quando tamen effici possit absque periculo detectionis confessionis, vel fractionis sigilli, vt v. g. in gratuitis, idest in illis rebus, in quibus Sacerdos habet liberam facultatem, quod est idem ac dicere in ijs rebus, in quibus nulla requiritur causa pro illis denegandis, sed sufficit mera voluntas, vt in concessione gratuita; potest enim eligere, & non eligere, & est meræ electionis, & non electionis, & nullam causam tenetur reddere; tunc asserunt posse tutè vti scientia confessionis, quod si non sit gratuita, sed includendus, ad dignitatem, à qua excluditur; habeat aliquod ius, tunc & eo casu negant posse vti tali scientia quia exclusionis est reddenda ratio. Concedunt tamen si aliquam possit reddere causam exclusionis talem, quæ non finat reuocari in dubium secretum confessionis, quod tunc liceat confessionis scientia vti, quod si non sufficiat ad tollendam omnem suspitionem nullo modo admittunt, quia secretum confessionis omni diligentia est seruandum etiam à suspitione fractionis non dicam à fractione. Probatur quod liceat vti tali scientia.

4 Primò Ex cap. fin. 6. quæst. 2. vbi † reprehenditur. Episcopus eo quod publicè vitauerit quendã, qui sibi soli in secreta confessione crimen fuerat fassus ergo à contrario sensu non delinqueret secreto vitans, & secreto vtens scientia confessionis.

5 Secundò Confessarius † non audita confessione posset in gratuitis eligere, & non eligere, amouere, & non amouere, ergo hoc debet posse etiam audita confessione, non enim æquum est, ideò Confessarium amittere suam libertatem, quia audit confessiones, sicuti enim per confessionem nouum ius non acquirit in foro externo, ita neque per eam, quod habet, non debet amittere. Et confirmatur
6 primo † Quia ideò licet Confessario detegere crimen etiam in confessione auditum, si etiam alia via sibi est cognitum, quia confessio non priuat iure, quod ante confessionem habebat; idem dicito de auditis in confessione, si postea extra confessionem sciantur, ista enim eadem ratione possunt detegi. Dices posset conqueri pœnitens de Confessario putans eum tali scientia vti in istis casibus. Respondeo hoc non releuare. Quia, si pœnitens non fuisset sua peccata illi Confessario fassus, immerito conquereretur; si illi gradum, vel dignitatem gratuitam non contulisset, ad hoc enim nullo iure tenetur, ergo immeritò etiam post confessionem conquæritur, cum habeat Confessarius eandem libertatem. Præterea si hoc concederetur, daretur locus fraudi. Quia sciens se aliqua macula inquinatum, ideò à dignitate excludendum posset electoribus sua fateri crimina, & ita eos obligare ad non vtendum sua libertate, & ita sua fraus illis patrocinaretur, quod est contra communem regulam, & contra bonum regimen, principaliter probatur.

7 Tertiò † Confessarius tenetur tantum ex obligatione secreti tegere confessionem, & illam non reuelare, ergo si illam tegit, & non reuelat poterit vti scientia in illa habita.

8 Quartò si † Caius haberet apud me depositum ensem, & ego in confessione cognoscerem eum tali ense vsurum ad necem meam, possem ei illum denegare, & non tradere etiã petenti; quod tamen non possem si hac scientia vtens secretum violaretur ergo &c.

Item si Titius mihi confiteretur, se non esse Sacerdotem, & tamen confessiones audiret, possem tali scientia habita in confessione vti, imò & deberem ad directionem meorum actuum.

9 Dices † Confessarius scientiam ex confessione habet vt Deus, ergo illa non potest vti ad directionem humanorum actuum. Respondent quod, licet Confessarius cognoscens peccatum in confessione illud cognoscat vt Deus, est tamen necessario admittendum esse illam scientiam in Confessario, vt in homine, & ex hoc capite potest dici humana, & secundum hoc potest illa vti Confessarius ad directionem humanorum actuum, dummodo id fieri posit sine alterius iniuria, vel præiuditio, & cessante iusto, & rationabili scandalo, quæ omnia supponuntur ab his Doctoribus.

10 Dices secundò detegitur † aliquo modo confessio, & aliquo modo redditur odiosa; Quia licet in inclusione, vel exclusione in gratuitis nulla alia requiratur causa quam ipsa eligentis vel excludentis voluntas; Pœnitens tamen sciens eligentem ea scire in confessione quia ipse dixit, & nullam aliam habere causam, merito suspicatur, hoc esse ex scientia confessionis, & ideò redditur exosa. Ad hoc respondetur nihil obstare, quia totum hoc est ex defectu pœnitentis, non ex actione confessa-
11 rij, probatur dupliciter, † Quia, cum alicuius

actionis

actionis duplex potest assignari causa, altera licita, illicita altera, semper debet supponi licita; Quia quilibet est reputandus bonus, nisi constat esse malum, cum ergo pœnitens possit cogitare inclusionem, vel exclusionem prouenire ex libertate eligentis, quæ est licita, debet ex illa supponere actum non ex scientia confessionis, quæ est illicita causa. 2. Respondent vti tali scientia non est illicitum, & ideò immerito conqueri; & ideò hoc tribuendum vitio pœnitentis non Sacerdotis suo iure vtentis. 3. Dicunt illam querelam pœnitens esse potius sui intellectus opus, & machinationem, quam quod habeat causam ex actione Confessarij.

12 Tandem † probatur principaliter. Reseruatio casuum est introducta in Ecclesia Dei, vt ex cognitione peccatorum Superiores sint prudentiores in regimine, ergo potest Confessarius vti scientia confessionis ad bonum regimen. Secunda sententia docet nullo modo licere vti scientia habita in confessione extra confessionem, & Confessarium ita se gerere debere, ac si nihil omninò sciret; hanc tenent Armilla Baunes, & alij apud Suarez loc. cit. idem docet Tuschus littera C. concl. 686. & 687. Menochius lib. 6. Præsumpt. 95. & de Art. lib. 2. cent. 5. casu 414. Coninch. disp. 9. dub. 1. vers. sequitur vlt. & alij apud Fagundex. in Præcept. Eccles.

13 Primò † probatur ex c. Si Sacerdos de off. ord. vbi licet determinatio nihil faciat ad rem; multum tamen facit ratio, quæ pro determinatione affertur; Non licere remouere à communione, quem scit esse reum in confessione; quia non vt iudex scit, sed vt Deus, ergo tali scientia extra confessionem non est vtendum:

14 Secundò † Sigillum confessionis non solum obligat ad secretum respectu aliorum, sed etiam respectu ipsius pœnitentis ita vt de auditis in confessione extra confessionem, neque cum ipso pœnitente loqui fas sit, nisi adhoc ipse pœnitens facultatem faciat, & neque possum non solum loqui, sed neque crimen exprobare, nec obijcere, nec ad memoriam reuocare, quamuis enim propriè hæc non possint dici sigilli fractio, est tamen quædam veluti reuelatio confessionis, & sigillum offenditur, vt docet Sotus 4. dist. 18. quæst. 4. numer. 6. vers. Quod si sciteris, & alij idem tradunt apud Sanchez loco citato dicentes; Neque confessario qui errauit in confessione, licere conuenire pœnitentem, vt erroris eum reddat certiorem, sed prius teneri petere licentiam, & obtinere, vt possit tuto loqui de auditis in confessione.

15 Tertiò † Quamuis in aliquibus casibus liceat reuelare ea, quæ sciuntur, sub præcepti naturalis sigillo, licet sint grauia, & magna, & sit præstitum iuramentum de eis non reuelandis, habita iuramenti dispensatione, nunquam tamen fas est sigillo confessionis tecta retegere, & rationem reddit Medina C. de confessione quæst. de his, quæ à Sacerdote celanda sunt §. Inde vltra sequi videtur. Ne confessio reddatur onerosa, & odiosa prose-
16 quendo ita loquitur. Similiter † vitandum est quidquid eam odiosam, vel onerosam reddere potest, quamuis propriè fractio sigilli non sit, & nihil confessionem ita difficilem, onerosam, & odiosam redderet, quam si pœnitens intelligeret, posse confessarium ob solius confessionis notitiam ipsum priuare ordinibus, Eucharistia, officijs honorificis, negare suffragia ad obtinenda officia, vel beneficia, quæ ab hominibus maximi fiunt ergo hoc posse confessarium nullo modo est concedendum, ne retrahantur pœnitentes à confessionibus territi hac libertate, quam intelligent habere Confessarios. Quod maximè timendum est vbique sed præcipue in religionibus, vbi si hic timor vires acquireret Confessionum vsus profectò tolleretur; Neque valet dicere hoc esse vertendum culpæ pœnitentis, qui peccauit, quia confessarius vtitur iure suo; Quia vtrumque est falsum licet enim peccauerit pœnitens, non tamen amisit ius ad obtinendum honorem, beneficium, dignitatem, quia confessarius nullum acquirit ad eum excludendum; per confessionem enim nullum maius acquirit ius confessarius, quam prius haberet: Sed non habebat antea ius excludendi pœnitentem ab illa dignitate, quia illud peccatum commiserat: ergo neq. potest acquirere post confessionem, licet .n. vera sint ista, potest Confessarius pro libito eligere, & excludere, non est tamen vera ista potest excludere ob peccatum, quia iam illa libertas, & indifferentia determinatur ad vsum medio habito in confessione, & pœnitens merito suspicatur confessarium vti illa scientia, quia cum nullam habeat causam illum excludendi præter notam in confessione; profectò quilibet prudens non stulte suspicabitur potius agere agentem ex causa, quam temere, & ita rectè veniet in suspitionem confessarij, quod tali scientia vtatur, quod potest reddere exosam confessionem, & isti conceptus methaphisici sunt potius chimeræ, & entia rationis, quam realia, quibus intellectus hominis accomodetur. Omnis ergo suspicio tollenda. Neque absurdum putarem Confessarium priuare se sua libertate, & indifferentia, quam habebat ad eligendum, & excludendum, & optimum esse putarem determinare se ad eligendum ob vnum istum effectum, ne reddatur onerosa confessio, intellige tamen dictam nisi alia subsit causa extra confessionem nota.

17 Quartò † Sapientissimus, & Prudentissimus ille Claudius Aquauiua Societatis Iesu Præpositus Generalis præcepit Confessarijs, & Doctoribus; omnibusque suæ Societatis, ne contraria scientia vterentur, eamque docerent. Dices ea cautela hæc practicabitur doctrina, vt à pœnitente non possit sciri, eius vsus. Respondeo ad reddendam exosam confessionem non esse necesse scire, quod de facto quis vtatur scientia habita in illa, sed satis esse scire, quod confessarius tuta conscientia illa possit vti.

18 Quintò si † ista sententia esset vera, esset nimis intollerabile Decretum Tridentini sess. 14. de Sacr. Pœnit. in quo habetur Sacerdotes, cum nihil possint in casibus reseruatis, id vnum pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad Superiores pro beneficio absolutionis accedant; Quis enim vellet accedere, si Superiores tali scientia possent vti, dum agitur de collatione benefi.iorum, & aliarum dignitatum. Profectò illud decretum cito esset inane, vt igitur possit sustineri, concedamus tali scientia habita in confessione non posse confessarium vti.

19 Tertia sententia fuit † asserentium non solum posse, sed etiam debere Confessarium excludere ab officijs, dignitatibus &c. quos nouit esse indignos scientia habita in confessione.

20 Quarta est Nauarri infracitandi. † Non solum teneri Sacerdotem Confessarium vti scientia habita in confessione, sed præterea incurrere pœnas in Sacris Canonibus constitutas contra eligentes indignos, Si eligat indignum, quia nolit vti scientia habita in confessione. Hæc tantum sententia

communiter

communiter ab omnibus reprobatur, ideò deueniendo ad solutionem rani implexæ quæstionis incipiendo ab extremis.

21 Primò dico † Confessarium eligentem ad officium, beneficinm &c. eum, quem ex sola scientia in confessioné habita scit indignum, & alia via putat dignum nullas incurrere pœnas, quæ est suspensionis in cap. Cum in cunctis §. final. de electione. Hoc adnotauit primo Paludanns, deinde probauit Adrianus, vt uidere est apud Nauarr. in cap. Sacerdos num. 147. & numer. 148. de Pœnit. dist. 6. Ratio est quia pœnæ inflictæ contra non facientes aliquid, quod si fieret illicitum esset, non ligant; quia lex etiam pœnalis non est vinculum iniquitatis. Non ligant ergo pœnæ inflictæ contra eligentes indignos, tales tantum cognitos ex scientia confessionis alioqnin reputatos dignos, quia si illos non eligerent illicitum facerent, hoc totũ patet ex se, & in probationibus secundæ sententiæ, & infra etiam magis.

Obijcit Nauar. citatum cap. Cum in cunctis de
22 elect. iuncto alio cap. nempè † Cum Viatoniensis in quibus imponitur pœna suspensionis contra eligentes scienter indignum, Sed qui scit in confessione, qnem esse indignum & illum eligit, eligit indignum, ergo &c. Responsio patet ex ratione supra allata, Nempè quod pœna imponitur eligenti indignum scienter i. si sciat indignum tali scientia, qua possit vti. Hæc doctrina Nauarri non solum reprobatur ab ijs, qui sustinent non licere vti hac scientia, sed etiam ab alijs, qui illius casum concedunt.

23 Secundò † Dico, Non vtens scientia habita in confessione in non eligendo, vel in non amouendo aliquem ab officio, nullo modo peccat; est contra Adrianum, Nauar. & alios apud Sanchez lib. 3. disp. 36. num. 6. asserentes conscium indignitatis alicuius ad officia, beneficia &c. licet talis scientia sit ex confessione teneri vti illa, & negare ordines, Eucharistiam, beneficium &c. quoties ista teneretur negare, si indignitatem illam sciret extra Confessionem. Probatur dictum.

24 Primò † Nemo tenetur ad exequtionem illius rei, cuius medium est valde arduum, & perdificile. Cum ergo sit valde arduum, & perdifficile vti scientia confessionis ad excludendum aliquem ab officio beneficio &c. & etiam exponere se magnis periculis, vt fatentur etiam Doctores contrarium sentientes: ergo. Nemo tenebitur vti tali scientia; Quia impossibilium nulla est obligatio, & valde difficilia impossibilibus equiparantur ideò secundùm receptissimam sententiam; qui vouit castitatem, & duxit vxorem, potest implere votum ingrediendo religionem ante consummationem; adhoc tamen non tenetur, quia est medium valde difficile; Cogitat autem apud se quilibet prudens, qua diligentia, quia circumspectione quibus circumstantijs vti debet confessarius, vt tute ista scientia vtatur, & iudicet postea an de re tam difficili, & periculosa in dannum præcipuè talis Sacramenti, vt est confessio, sit statuendum præceptum.

25 Secundò † Sacramentum Confessionis est ideo institutum, vt ex scientia in illo habita curentur animæ in foro interno, ergo Confessarius illa vtens in foro externo, & non in foro animæ transgreditur limites illius institutionis.

26 Tertiò † Confessionis tribunal est institutum ad modum iudicij, in quo conueniunt iudex reus, & accusator; idest Confessarius, vt iudex. Pœnitens, vt sui accusator, & reus; ergo Confessarius scientia in illo habita non potest vti nisi in actu iudicij.

27 Quartò Finis, † & medium debent sibi proportionari. Cum ergo vel correctionis fraternæ præceptum, vel distributionis officiorum benefici &c. æquitas sit ordinis naturalis, & pertineat ad Politicam Reipublicæ gubernationem; etiam medium debet esse tale; non ergo est vtendum scientia habita in Confessione ad ista peragenda, cum sit medium altioris ordinis, ita D. Tho. 4. dist. 21. quæst. 3. art. 1. quæst. 1. ad 3. Paluda 4. dist. 18. quæst. 8. articul. 1. num. 20. Siluester Confessio 3. quæst. 15.

28 Quintò Dico; † Confessarius in ijs rebus, quæ ex confessione didicit, quæque pœnitentem pudore suffundere, vel eidem damnum inferre vel a Confessione retrahere possunt, ita se debet gerere, ac si nihil sciret, licet illa facere; & non facere sint meræ libertatis, & nullam causam motiuam requirant, ne reddatur confessio odiosa, vel onerosa; Non licebit ergo remouere ab officio, vel beneficio etiam manuali, & ad nutum amouibili, negare Eucharistiam, vel suffragium ad beneficium &c. ex sola scientia habita in confessione. Ista enim & similia sunt veluti quædam obiectiones, & exprobationes tacitæ peccati, & istam partem tuetur Armilla. Verbo confessio numer. 7. & alij, & probatur argumentis suprafactis pro secunda sententia,

Potest tamen vti tali scientia in ijs, quæ nec damnum, nec confusionem in pœnitente, nec odium, vel difficultatem ad confessionem sunt paritura, v. g. Confessarius nouit in Confessione parari sibi insidias ad mortem, potest se domi continere, vel arrepta aliqua occasione à tali loco discedere; Cognouit parari insidias honestati alicuius suæ consanguineæ &c. potest illam à loco amouere, & alio transmittere, aliquam causam simulando, & etiam illam egredi è domo prohibere asserens mulieribus honestis non licere vagari &c. dummodo non sit periculum ex his, quod quis suspicetur ob audita in confessione fieri, quod difficile potest esse, dum causa aliqua facti potest reddi. Et hoc probant rationes primæ sententiæ.

Ad illa verò, quæ in contrarium adducuntur ad primum Respondeo Cum Glossa ibidem verbo.
29 Sibi soli † illum textum non loqui de Confessione Sacramentali, sed de secreto naturali, quod indicant illa verba, Sibi soli, ad quid enim adderentur, si text. loqueretur de Confessione Sacramentali; certum est enim istam fieri soli Sacerdoti superfluerent, ergo illa verba, quod non est admittendũ, & confirmatur, quod hic sit verus sensus, quia agitur de ijs, quæ possunt, vel non possunt probari, quod pertinet ad forum exterius. Dolet enim Episcopus, quod sibi non creditur & tamen non doleret si ea, quæ audiuit in confessione produxisset, quia producta ex confessione nihil probant, & probatur insuper, quia si quid scitum in confessione reuelaret, puniretur quia siue vitando, siue reuelando proderet peccatum confessum; esset manifesta fractio sigilli.

30 Ad secundum facile respondetur. Non † enim contendimus nos, quod ammittat suum ius, quod tamen optimum esset si fieret, vt supradiximus. Sed intendimus solum, quod eum, quem non esset exclusurus sine scientia confessionis, hac posita non excludat; quia æquum non est, quem puniri ob occultum delictum, & incognitum, vt homini, & multo minus licebit, si publicis suffragijs agatur, vel aliqua alia publica actione repellatur; esset enim

maxima

maxima admiratio videre expulsum ab honore, ab officio, ab Eucharistia hominem alioqui communi hominum sensu ptobum existimatum si absque vlla causa fieret, & maxima illi inferretur iniuria, quod iniquum est procedere ex tam Sancto Sacramento, vt est confessio: & ita satisfactum est etiam omnibus confirmationibus, dum concedimus non amittere ius, quod antea habebat eligendi, & non eligendi: negando tantum quod nouum acquirat vtendi videlicet scientia habita ex confessione; Quia nimis durum est ex eo quod pœnitens tam fideliter, & sincerè aperit secreta sua Confessario, quod suo ense infideliter confodiatur à Confessario

31 ipso. Sancta non tam impiè sunt tractanda. † Neque hostium aperitur fraudibus, quia si aliunde sciatur indignitas pœnitentis, quam ex confessione nihil releuabit ipsum sua astntia, nec aperietur via fraudibus iuxta cap. Si gratificanti: qui Matrim. accus. poss. l. in fundo in fin. ff. de rei vendicat.

32 Ad 3. Non † solum tenetur non agere illa, quibus actu scitur reuelatio; sed etiam, quæ scita possunt pandere reuelationem. 2. Non solum tenetur non reuelare confessionem, sed etiam ex scientia in confessione habita nihil agere, quod damnum pœnitenti inferat, quod alias non erat inferendum: etsi enim non violetur confessio; quia non reuelatur; violatur, tamen & maximè infertur iniuria, quia damnum patitur pœnitens ex eo, quod faciendo actum virtutis sua facta pandiuntur.

Ad 4. patet responsio ex dictis in vltima nostra assertione, & etiam ad id quod subditur in confirmatione.

33 Ad id verò, † quod respondetur in prima obiectione sibi facta. Nempè quod in Confessatio est quidem scientia confessionis quatenus Deum representat; attamen non potest negari, quin sit in eo aliquo modo humano. Respondeo nihil ex hoc concludi quia est tali modo in eo, vt in istrumento, & sicut instrumentum non potest se solo agere, sed debet eleuari à sua causa principali ad agendnm, ita neque Confessarius potest vti scientia habita in confessione, nisi quatenus operatur, vt Deus, quia instrumentum se solo non operatur; Deinde si Confessarius vtatur ista scientia non detegendo, non damnum infetendo &c. non repugno quin ea possit vti, quia neque homini, neque Deo fit iniuria, ob quam causam vetitum est tali scientia vti, neque adest ratio, quare possit reddi grauis, vel odiosa confessio.

Nec maiorem habet difficultatem, quod dicitur quod pœnitens debet supponere fieri à Confessario id, quod fit ex causa licita, nempè ex propria libertate, quia cum aliquid potest esse à causa licita, & illicita debet præsumi ex licita; Quia præter iam dicta addimus, quod hic nulla est causa operandi. Libertas enim est veluti principium operandi, quod ab aliqua causa debet determinari; cum ergo nulla alia sit quam scientia habita in confessione, vtique ab ista rectè concludetur fluere operationem, neque probabile est quemquam sine causa

34 velle alteri nocere. † Præterea, vt dictum est sufficit scire, quod tali scientia vti possit Confessarius ad reddendam confessionem exosam. Neque valet, quod insuper dicitur vltimo quod non Confessario, sed pœnitenti est imputandum, quod priuetur electione, beneficio &c. quia hoc meretur eius peccatum. Respondetur enim hoc quidem meteri peccatum, sed pœnam non esse infligendam à Confessario, quia eo modo peccatum nescit quo est puniendum; scitur enim peccatum, vt absoluatur; non vt puniatur in foro externo, scitur vt pœnitens subleuetur, non vt deprimatur. Nunc ad secundam difficultatem. Quid dicendum supposito decreto Concilij.

35 Suppono † contra aliquos nullo modo esse reuocandum in dubium, an debuerit fieri boc decretum quo prohibetur vti scientia ex confessione habita à regularibus meriti, vel demeriti alicuius in electionibus ad officia, dignitates &c. & exclusionibus ab ijsdem. Nam cum non solum possint prohiberi illa quæ sunt de se mala, sed etiam illa quæ licet de se mala non sunt maximum tantùm periculum mali secum ferre possunt, quis neget posse prohiberi vsus scientiæ habitæ in confessionibus ad actus alios quam ad confessionis directionem, & perfectionem necessarios, cum maxima secum ferat pericula, & magnum dedecus, & odium tam pio, & necessario Sacramento possit afferre. Sanctissimo, ergo hoc decretum statuit Sanctissimus Clemens VIII.

36 Hoc ergo supposito. Pro explicatione quæremus P. An boc decretum sit præceptiuum vel tantùm hortatinum, 2. Quid nomine superiorum sit intelligendum. 3. Concludemus an Custodes electi pro Generali Capitulo, & Vocales pro Capitulo Prouinciali veniant hoc loco; sub nomine superiorum, vel ad superioritates euectorum. Quoad primum sunt consideranda verba decreti quæ sunt tam superiores pro tempore existente quam Confessarij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti caueant diligentissime, ne ea notitia quam de aliorum peccatis in Confessione habuerunt ad externam gubernationem vtantur (& in fine) Atq; ita per quoscumque Regulares Superiores quicunque illi sint obseruari mandauit. Non obstantibus &c. & inter omnia, verba ista maxime consideranda sunt. Caueant diligentissime. Mandauit ita obseruari per quoscumque &c. Quicunque illi sint, ex quibus videtur concludi non esse præceptum, sed

38 consilium. † Nam verbum caueant demonstrat monitionem non iussionem, & item in vltima clau-

39 sula vtitur, † verbo mandauit, quod item non præceptum, sed consilium importat, Siluester verbo præceptum quæst. 5. Armilla eodem verbo quæst. 7. afferentes quod ad preceptum importandum requiratur ista verba; Mandando præcipimus, in virtute Sanctæ Obedientiæ, verbum autem mandamus simpliciter prolatum negant inferre præceptum, & probant ex Cap. Mandastis 2. quæst. 4. vbi Summus Pontifex respondens Episcopus causam suæ vocationis requirentibus ita dicit: mandastis vt scriberem vobis & Cap. Guilisarius 23. quæst. 4. pariter Summus Pontifex asserit Guilisarium sibi mandasse, vt ad se veniret pacifice, quis antem dicat Episcopos vel Guilisarium præcipere Summo Pontifici ergo mandare non importat præceptum, ergo nullo modo in hoc decteto est præceptum.

40 Absque dubio † tamen est dicendum hoc decretum esse præceptiuum, probatur ergo ex regula

41 quam ipsemet Siluester tradit loco citato. † Nempe. Si verba sunt præceptiua, & indicatiua v. g. Præcipimus iubemus, mandamus præcipiendo per obedientiam, in virtute obedientiæ sanctæ, vel aliquo alio simili modo est præceptum, argumento Capit. quod præcipitur 14. quæst. 1. Quod intelligendum esse tradit, etiamsi materia non sit præceptiua, nisi probabiliter aliter constat de mente, & intentione Legislatoris. Si autem verba sunt imperatiua, & in materia non necessaria, nec multum ponderosa non important præceptum, vt sunt illa;

illa; Si quis te percusserit in vna maxilla, præbe
illi, & alteram, hoc .n. est consilij 23. quæst. 1.
paratus in materia autem ponderosa, & necessaria
etiam imperatiua sunt præceptiua. Textus in Clem.
Exiui de verb. signif. Item vouete, & reddite.
Vouete est Consilij, quia non in materia necessaria,
Reddite autem præcepti. Quia materia pondero-
sa, & necessaria. Cùm ergo istud verbum caueant
in præsenti decreto sit in materia graui ponderosa,
& necessaria vt supra, & tenetur Confessarius ad
fidelitatem pœnitenti seruandum honorem Sacra-
mento, & secretum sigillo quam si non præstant
maxima inde sequuntur damna, ergo erit præ-
ceptum.

42 2. Verbum mando debet intelligi de iussione
non de admonitione, Seraphin. decis. 1212. nn. 3.
& positum in dispositionibus de sua natura præ-
ceptiuis, vt est ista importat iussionem, & præceptũ,
iuxta text. in Cap. Eam te de rescript. cum ibi
traditis per Felin. num. 9. Imò verba ista præcipio,
43 & mando communiter vsurpari † pro eodem,
44 † præceptumque importare tradunt D. Antonin.
2. part. 2. titol. 4. capit. 2. glos. 3. & artic. 3. tit. 16.
cap. 1. glos. 9. in fine Butrius in Cap. Nam concu-
piscentia tamen fin. de constit. vbi Alex. de Nono
num. 24. Felinus num. 5. & 7. Castro lib. 1. de leg.
pœn. cap. 5. docum. 4. Sanchez in Decalog. lib. 6.
cap. 4. num. 35. & Suarez. lib. 3. de legib. cap. 15.
num. 9. vbi reprobat Siluestrum. Cùm ergo hoc
verbum communiter vsurpetur præceptiuè, maxi-
me in hoc decreto, vbi est in materia ponderosa,
graui, & ad decus Sacramentorum maximè spe-
45 ctante † Annoto tamen hic obiter differentiam ex
Felino loco citato inter mandare, & præcipere
quod licèt vtrumque importet præceptum, mando
tamen secundum Glossa in l. Sæpe ff. de off. Præsid.
importat quidem necessitatem, sed non adeò præ-
cisam quin possit per alienum auxilium expediri, at
præcipio operatur, quod per se ipsum, non per
alium quod præcipitur sit exequendum, ita vt si
causa comittatur per verbum. Mando, possit alteri
delegari, at si per Verbum Præcipio etiam in ma-
teria in qua poterat iudex procedere vt ordina-
rius, fit delegatus, quia commissio fit alio modo
quam inesset. Vide Glossam, & Doctores in Cap.
Cùm aliquibus in verbo facultatem de rescript. in
6. & glos. penult. in Cap. Liceat. Vbi bonus text.
de offic. ord. & text. in Cap. Graue eodem tit. cum
concordatis, & hic Ref. in Rubrica de act. mand.
in libellis Iuris Camonici nullam admittat diffe-
rentiam, asserit tantùm Felinus communiter te-
neri.

46 Ad rationes in contrarinm. † Ad 1. Dico satis
probatum esse in hoc decreto esse formam præ-
ceptiuam: Nec quidquam refert S. P. vsum esse
verbo, caueant. Quia multoties vtitur verbis
exhortationem præferentibus ad inducendum præ-
ceptum, quia quotiescunque materia est præcepti
verba Legis, vel Canonis qualiacunque illa sint
improprientur, & important præceptum ita Feli-
nus loco citato Cap. Nam concupiscentiam nu. 3.
de constit. & patet ex cap. Rogo 11. quæst. 3. vbi
Glossa, & Archid. asserunt. Rogo importare præ-
ceptum, & in Cap. Reuertimini 16. quæst. 1. iuncto
dicto Archid. exponentis Hortor. 1. præcipio, facit
Cap. 1. in verbo Hortamur de testam. & Glossa in
Clem. in eodem verbo de testam. & in Cap. sicut
inquit in eodem verbo 11. quæst. 7. Bonus text. in
Clem. Exiui versu Item quia de verb. signifi.
& notat Archid. in Capit. Ignorantia 38. dist. &
47 Glossa in Cap. Notum 11. quæst. 1. † Quod verum
est etiam de verbis denotantibus continuum reue-
rentiæ, vt per Glos. in Cap. Ad aures de ætat. &
qualit. in verbo Consulis cum concordatis, datis à
Felino, vt apud ipsum loco citato.

48 Ad † Textus verò quibus probatur mandare
non importare præceptum, patet responsio ex se
ipsis. Quis .n. vnquam dicat inferiores mandare .i.
præcipere Summo Pontifici, exponuntur ergo, vt
dicta talia verba non in propria significatione, sed
vrbanitatis gratia, vt etiam explicat Suarez loco
citato de Legibus num. 9. sumitur ergo verbi signi-
ficatio à congruentia personæ loquentis; est ergo
49 præceptiuum hoc decretum: † Nunc ad secundum
quæsitum gradum faciens. Nempè quæ personæ
comprehendantur. Cùm S. P. dirigat suum decre-
tum ad Confessarios, qui actu superiores sunt dum
Confessiones excipiunt, & ad illos qui actu superio-
res non sunt, sed postmodum ad superioritatis
gradum sunt euecti, est inquirendum, qui sint
superiores, & qui dicantur ad superioritatis gra-
50 dum euecti. † Certum est dici Superiores, Gene-
rales, Vicarios, Generales, Prouinciales, Deffini-
tores, Rectores, Præpositos, Guardianos, Vicarios,
& quoscunque alios, qui alijs quoquomodo præsunt,
& euectos ad gradum Superioritatis, qui ad gradum
Generalatus, Vicariatus Generalis, Prouinciala-
tus &c. sunt assumpti, ita colligitur ex Trident.
sess. 54. cap. 11. de Refor. & sess. 25. cap. 2. de
regula, & Monialibus, & ita communiter intelli-
guntur, & ideò omnes istos hac scientia non posse
vti certum est ad externam gubernationem.
51 † Difficultas est de ijs, quos dicunt vocales Con-
uentus, vel custodes, & horum similibus, & ratio
est quia isti nullo modo se immiscent in regimine,
vel gubernatione Religionis; Sed eorum officium
tantum est interesse capitulo Generali, vel Prouin-
ciali ad electionem Generalis, vel Prouincialis, ad
creationem vocalium .i. Sacerdotum cooptando-
rum in numerum eorum, qui vocem habent in
religionem actiuam, & passiuam. Nam apud ali-
quas Religiones statutum est sanctissimè, & maxi-
ma vtilitate, si fideliter practicaretur, quod nullus
Sacerdos habeat actiuam, vel passiuam vocem in
capitulis &c. nisi à Capitulo Generali, ad hoc spe-
cialiter sint admissi. O quam salubre derretum,
sed vtinam iustè seruaretur de illis, ergo patribus,
qui eliguntur ad hæc, & similia peragenda interfa-
turi, est præsens difficultas, an comprehendantur
sub nomine superiorum, vel ad superioritatem
euectorum cum nullam superioritatem videantur
habere, ideò de istis est dubitatio, & ratio est quia
nullam videntur habere superioritatem, nec regi-
men, sed esse priuatæ personæ. Attamen dicendum
omninò hos etiam comprehendi. Pro quo

52 Noto † p. ex Rodriguez tom. 3. qq. reg. quæst.
19. a. 3. in principio superioritatem esse duplicem,
Spiritualem, & temporalem; Spiritualis pertinent
ad Regimen rerum Spiritualium; Temporalis vero
ad gubernationem Temporalium. Rursus tempo-
ralis diuiditur in Politicam, & Economicam. Poli-
tica quæ versatur circa regimen Reipublicæ, Eco-
nomica circa familiam, Qui omnes gradus superio-
ritatis sunt in Religione & iuxta istos limitatur
obedientia, quæ communia esse, & à Doctoribus
communiter tradi asserit, & citat loca vbi de his
agatur. Vide apud ipsum.

53 Noto † 2. Personas, quæ accedunt ad electiones
faciendas, posse considerari in duplici statu, vt
videlicet sunt Petrus, & Paulus electus, qui mitta-

tut ad Capitulum vel Generale, vel Prouinciale, aut vt sunt Petrus,& Paulus actu inter essentes electionibus, quos dicere poterimus electores initiatiuè, seu inchoatiuè, & completiuè. In p. casu dicimus eas esse personas iuris particularis, & priuati, in 2. verò iuris vniuersalis, & communis, in p. modo non sunt euectæ ad superioritatem, in 2. autem sunt; ideò si quid eis obijcitur ante factam electionem, v. g. quod sint irregulares, suspensi, electores tenentur se purgare, si autem ista obijciatur facta electione, electio valet, & sustinetur certè quia p. modo considerantur, vt priuati iuris, ideò vt priuatæ personæ censentur; ideò censuris irrititæ inhabiles ad electiones. 2. verò considerantur iuris vniuersalis, ideò non amplius censuris irritit æ, & ideò eorum acta sustinentur, & hoc est etiam quod Doctores dicunt, vel dicere intendunt, dum modo iuris priuati, modo vniuersalis esse affirmant electores .i. initiatiuè, & completiuè. Nunc probo meam conclusionem vz. istos comprehendi.

1. Dum actu eligunt electores dicuntur iuris vniuersalis,& ideò non amplius priuati, ergo Superiores, vel ad Superioritatem euecti; ergo isti comprehenduntur in decreto, & consir. Quia non eligunt vt subditi, quia subdito ius istud non conpetit, ergo eligunt, vt superiores; & vt habentes aliquod ius disponendi circa illos, quos eligunt, vel excludunt.

54 2. Capitulum siue Generale, siue prouinciale nihil est aliud, quam electores capitulariter congregati: Capitulum ergo cum sit supra omnes alios superiores, cum ea quæ in illo decernuntur, non possint ab alijs superioribus inferioribus infringi, erit in gradu superioritatis; ergo electores ipsi ibi ad eligendum electi erunt, etiam ad gradum superioritatis euecti.

3. Datur superioritas Politica, quæ consistit in bono regimine Reipublicæ, & ad hanc præcipuè spectat constituere rectores, & gubernatores, & alios gradus distribuere, ita Philosophi morales cum Aristot. & Theologi cum D. Thoma 2. 2. quæst. 6. nu. 1. & ista residet in Principe, & Magistratibus, quos ad superioritatis gradus esse euectos nemo negabit, cum ergo ista superioritas sit etiam in Religione, & pertineat ad electores de quibus agimus vtique erit dicendum esse euectos ad superioritatem.

55 4. Probatur ex illa clausula, atque ita seruari mandauit per quoscunque superiores quicunque illi sint, est obseruanda illa reduplicatio, quoscunque superiores,& quicunque illi sint, ampliat maximè hanc dispositionem. Nam dictio quicunque facit venire maiora expressis Felinus in cap. de quarta num. 15. de Præscript. Gomexius ad Regulam de triennali, quæst. 2. Vers. tamen his, Crescentius Decis. 1. de Priuileg. Cæsar de Grassis decis. 1. num. 5. & 6. & decis. 2. numer. 3. 4. & 5. cum allegatis per ipsum. Vnde Gonzalez ad 8. reg. Cancellar. gloss. 8. num. 61. asserit sub illis verbis sess. 27. c. 15. de regula. Quicunque Regulares comprehendi regulates ordinum militarium, & etiam in materia odiosa comprehendi maiora expressis cap. solitæ. Vers. Quodcunque ligaueris, & ibi Abbas notab. vlt. de maior. & obed. Auth. quicunque C. de Sacros. Eccles. Clem. 1. in fine de sent. & re iudic. Gloss. in extra. execrabilis §. potro verbo ad quemcunque & in §. Nos itaque verbo cuicunque de Preben. Ioannis 22. Decius cons. 113. viso tenore num. 4. Felin. supracit. num. 15. Gigas de pensio. quæst. 87. nu. 1. & seq. Puteus decis. 204. n. 3. p. 4. Cressenr. decis. 1. nu. 1. 3. 4. Tiraquel. de retract. linag. §. 1. glossa 7. numer. 20. cum seq. & plenissimè Mandosius in additione ad Roman. cons. 31. in glos. verbo Quicunque vbi 13. bonas illationes cumulat, & limitationes alias ad suum propositum, dictio quicunque præterea est tam ampla, & ita prægnans, vt includat etiam, qui verè non sunt superiores, sed tantum impropriè tales dici possunt, Bald. in l. Quæcunque C. de ser. fugit. Alex. cons. 17. num. 6. & seq. lib. 6. Tiraquel. vbi supra num. 22. Decis. Pedemont. 102. numer. 4. Honded. cons. 76. nu. 16. lib. 2. Seraph. decis. 980. num. 8. Rota decis. 781. numer. 10. p. 1. diuers. & est optima decis. Lancelloti impressa penes Picū ad statutum vrbis decis. 2. ubi plura ponit de vi, & efficacia istius verbi Quicunque, & dicit locum habere etiam si alias materia esset odiosa, & strictè interpretanda, Ludouis. Decis. 267. cum additionibus Oliuerij, ergo etiam isti ex virtute istius dictionis. Quicunque, licet fortasse non ita rigorosa venirent, sub nomine superiorum, includuntur.

56 5. In † quibuscunque dispositionibus attendenda est potius mens disponentis, quam verba dispositionis, Non enim mens verbis, sed verba menti sunt accomodanda; & illi debent deseruire, cap. In his de verborum signis. cum ijs quæ ad hoc communiter à Doctoribus allegantur, sed mens dispo- nentis est quod omnes illi, qui aliquo modo se ingerunt in gubernatione religionis, & ad quos pertinent electiones includantur, ergo minor probatur, & simul cum illa tota conclusio.

57 6. Vbi † est eadem ratio, est etiam eadem iuris dispositio, l. illud vbi Gloss. ff. Ad l. Aquiliam l. Non possunt ff. de legat. cap. Translato de constit. cum ibi notatis; sed in casu nostro est eadem ratio, quare superiores, quibus demandatum est regimen religionis hac scientia non utuntur, ac quare non vtantur electores in capitulis, vt de se patet, ergo erit eadem dispositio, confirmatur ista ratio, quia duplex legis extensio fieri potest, ex identitate rationis, Necessitatis fieri alteram, alteram congruentiæ.

58 † Extensio necessitatis ex identitate rationis est illa, quando lex extenditur ad aliquos casus, ad quos si non extenderetur, esset contra iustitiam, prudentiam, vel rationem, ex quo petet hoc genus extensionis esse introductum ad euitandam fraudem, vel circumuentionem, quæ posset fieri in legem iniustitiam, vel absurditatem, vt ex text. in capit. cupientes de elect. in 6. vbi Canon. præcipiens accessum ad Curiam extenditur etiam ad prohibitionem recessus ab ea, quia nisi hic prohiberetur posset eludi lex, dum aliquis accedens ad Curiam statim etiam recederet, ad hoc inconuenients vitandum fit ista extensio. Extensio verò congruentiæ est illa, quæ fit non ex necessitate, sed quia verba legis facilè admittunt illam extensionem, ita Suarez de lcgib. lib. 6. cap. 3. & 4. per totum; Extensio necessitatis non solum sibi vindicat locum in fauorabilibus; Sed eti am in quantumuis odiosis. Ex quo posset deduci legem prohibentem, Superiores non posse sibi alios reseruare casus, quam præscriptos, prohibere etiam ne reseruent sub Censuris, vel Censuras quod in effectu est idem, quia facilè lex eluditur reseruando Censuras, cum non possunt casus. Extensio verò congruentiæ habet locum in fauorabilibus, & maxime in ijs quam respiciunt fauorem animarum, & talis lex dicitur antonomasticè fauorabilibus, Suarez vbi supra

cap.

cap. 4. num. 1. in fine. Extensio necessitatis facillimè fit ubi saltem in aliqua latissima significatione casus, ad quem fit extensio potest comprehendi sub verbis dispositionis, & mens legislatoris semper est præferenda quibuscunque verbis, etiamsi illis sit contraria, Dynus in Cap. fin. de reg. iur. in 6. Oldradus cons. 130. nu. 3. Rota decis. 537. nu. 10. par. 1. recentior. Nec obstat Cap. Porro de Priuileg. vbi dicitur, quod à verbis non est recedendum, nec à tenore priuilegij, quia respondetur hoc verum esse, quoties mens disponentis non est alia, & extensio facienda aliter non cogat; latissimè respondet Tiraquel. l. Si vnquam verbo Libertas num. 55. & 56. Cod. de rescind. donat. & Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 11. Cum ergo hic concurrat extensio necessitatis, & congruitatis ista in fauorem animæ, Cum .n. sit res plena periculi animarum vti scientia habita in confessione; erit maximè fauorabilis animæ prohibitio illius vsus; Illa verò, vt seruetur iustitia, ne damnum inferatur iniustè, & ob alias rationes, quas prudens se solo cognoscit, erit facienda extensio. Sed posset aliquis obijcere.

59 Finis † legis non cadit sub lege, sed quod vocalis, vel Custos supradictus non vtatur scientià confessionis est potius finis legis, quam ipsius legis dispositio, ergo non cadit sub lege, ergo non eludentur. Respondeo primò. Ex probatis constare clarè includi in verbis dispositionis, & in ipsa dispositione per rationes supra adductas, quibus probatum est venire sub nomine Superiorum, & hanc esse mentem legislatoris. Respondeo 2. Duplicem esse finem, quod attinet ad præsens institutum. Vnus est finis, quem inducere intendit lex. Alter ad quem lex intendit inducere, Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 14. numer. 4. Prior finis nempè quam lex intendit inducere ab Adriano in 4. vbi de Confess. quæst. 5. dub. 4. ad finem ex solutione ad tertium argumentum alijs verbis explicatur hic modus, dum asserit aliud esse considerare voluntatem, & intentionem legis, qua intendit obligare ad aliquid, tanquam ad materiam præcepti, hic est, de quo præceptum inducitur, secundus verò ob eodem ibidem pariter explicatur, quod sit voluntas, & intentio legis, qua intendit aliquid, vt finem materiæ illius præcepti, & hic est ad quem preceptū inducit. Alij autem priorem appellant finem intrinsecum præcepti, seu legis secundum autem extrinsecum. Sumiturque ista distinctio ex D. Thom. 1. 2. quæst. 100. numer. 9. ad 2. & 2. Sent. dist. 28. quæst. vnic. num. 3. Corpore & 3. dist. 36. quæst. vnic. num. 6. Corp. Finis de quo lex intendit præceptum inducere, qui etiam dicitur intrinsecus, estque ille, qui demonstratur per verba legis, caditque sub lege; finis verò, seu intentio, ad quam intendit lex, per præceptum inducere, qui etiam dicitur finis extrinsecus, estque ille qui non manifestatur per verba legis, sed tantùm intenditur à lege, vt ad illum induceat, non cadit sub lege e. g. finis intrinsecus ieiunij est abstinentia à cibis, maceratio verò carnis, & refrenatio sensus est finis extrinsecus: ideò iste secundus non cadit sub lege, cadit autem primus, ex quo etiam fit, quod ille qui habet sensus edomitos, nec habet carnem rebellem, adhuc tenetur ieiunare, quia hic finis non cadit sub lege eodem modo. Casuum reseruatio est finis intrinsecus, quare casus reseruentur .i. ne Confessarij facultatem habeant absoluendi ab illis, Extrinsecus autem in Decreto Clementinæ VIII. Ne autem plures possint reseruari quam ab ipso decernitur est, ne laqueus animabus iniiciatur &c. in proposito finis legis est, ne Confessarij vtantur scientia habita in Confessione, & hic cadit sub dispositione. Extrinsecus autem ne Confessio reddatur odiosa: Nos hic loquimur de fine intrinseco, ideò est extendendus, & limitandus secundum naturam legis. Cùm ergo à nobis supra probatum sit hoc decretum, in rigore esse intelligendum de uocalibus, & Custodibus, vt supra, & si quis contrarium contenderet, saltem includi reductiuè, secundum superius tradita, remanet conclusum.

60 Omnes † Superiores, & ad superioritatem euersos, inter quos connumerantur Vocales, & Custodes Capitulares tali scientia non posse vti, & si vtantur contrauenire huic decreto, & peccare mortaliter, vt pote contra præceptum Summi Pontificis in re graui.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur factum.*
2 *Cognoscere de laudabili consuetudine in Spiritualibus spectat ad Episcopum.*
3 *Ad laudabiles consuetudines seruandas, etiam Laicos cogit Episcopus.*
4 *Decisio propositi quæsiti pendet ex decisione, an laudabilis consuetudo introducta sit.*
5 *Viceparochus de quo hic agitur, ad anniuersaria vt vocetur, nullum habet ius.*
6 *In ijs quæ sunt meræ libertatis, non datur consuetudo restrictiua liberæ facultatis. Nec in actibus facultatiuis datur manutensibilis possessio, non obstante lapsu cuiuscunq; temporis, limita tamen vt ibi.*
7 *Quæ requirantur ad hoc, vt actus dicatur facultatiuus.*
8 *Parochus tenetur gratis ministrare Sacramenta, mortuos sepelire &c. & aliquid extorquere pro his actibus est Simonia.*
9 *Est Simoniacum recipere pro administratione Sacramentorum pro benedictionibus &c. specialiter aliquid temporale non autem recipere respectu laudabilis consuetudinis .i. sponte introducta.*
10 *Sudariola in Baptismo, Ceræ in sepulturis huius consuetudinis gratia licite accipiuntur.*
11 *Quæ requiratur, vt inducatur consuetudo aliquid recipiendi in spiritualium datione.*
12 *Quod ea, quæ inducunt consuetudinem fiant sponte vel coacte à iudice, vel ob tuendam pacem, si fiant per decennium in quibus contradicitur, consuetudo introducitur.*
13 *In actibus mere facultatiuis requiritur quod fiant spontè, & liberè quando non fiunt quia contradicitur.*
14 *Si dum præstatur res spiritualis, vel sacra aliquid contra voluntatē extorquetur est Simonia.*
15 *Parochi exigentes scutum ab ijs, qui mortuorum cadauera deferunt ad aliorum Ecclesias Simoniace agunt, nec possunt se tueri consuetudine, quia semper contra voluntatem illud extorserūt.*
16 *Cera &c. licitè accipiuntur, quia à sponte dantibus est introducta consuetudo, aduerte tamen ex decreto Sacræ Congregationis, quod non potest quidquam peti, nisi quod sponte datur, neq; quoad Candelas.*
17 *Possunt recipi ratione consuetudinis si laudabiliter sit introducta, quia ad hoc videntur dantes libere se voluisse obligare.*
18 *Rationes quare ad hanc consuetudinem inducendam*

dam sufficiat decennium.

19 *Posita laudabili consuetudine aliquid recipiendi datur actio ad illud.*

20 *Ex annua datione nulla oriri potest consuetudo, afferuntur aliqua, & explicatur quomodo sit intelligendum quod nos dicimus.*

21 *Affertur textus reprobans accipere ob dationem rei spiritualis, & confirmans posse recipi ratione laudabilis consuetudinis.*

22 *Ponitur solutio totius difficultatis cum suis rationibus.*

23 *Quid sit confraternitas, vt dicitur locus pius, & ratione cuius anniuersaria celebrantur.*

Vicecuratus per decennium vocatus ad anniuersaria an possit eo tempore elapso amplius non vocari.

XXVII.

1 SYndici confraternitatis Sanctissimi Sacramenti consueuerunt per decennium, & vltra vocare ad celebrationem quorundam anniuersariorum, ad quæ ex legato tenentur, Parochum precipuè & vice Parochum semper, alios verò Sacerdotes non semper eosdem. Hoc anno, qua de causa nescio, vocauerunt quidem Parochum, non autem Viceparochum, conquestus est iste asserens sibi inferri iniuriam; attamen Syndici nullo modo volunt eum interesse. Quæritur an teneantur eum vocare.

2 † Suppono quod licet ista controuersia sit inter laicos, & Ecclesiasticos, eius tamen decisio spectat ad Episcopum non ad Curatos, vel quoscunque alios. textus, & Abbas in cap. Ad Apostolicam de Simonia. Vbi deciditur spectare ad Episcopum terminare omnes controuersias de huiusmodi consuetudinibus (hæc enim est de consuetudine) Nam per verbum (Per Episcopum) colligitur cum Doctoribus, quod cognoscere an consuetudo sit laudabilis, spectat ad ipsum Per alia verò verba nempè veritate cognita &c. apertè monstratur Episcopalis iuris esse etiam laicos compellere ad tales consuetudines cognitas laudabiles obseruandas.

3 † Ex quo etiam singulariter colligitur Episcopum vindicare sibi iurisdictionem in laicos, sicuti enim iudex potest cognoscere, an sua sit iurisdictio. cap. super litteris de rescript. & in l. si quis ex aliena ff. de iud. ita Episcopus potest cognoscere de hoc fundamento suæ iurisdictionis, nempè an consuetudo sit laudabilis, & cognita laudabilitate, & rationabilitate eius, eosdem laicos ad obseruantiam compellere. Sicuti si laici committant Sacrilegium, vel peccent in Ecclesia Abbas vbi supra num. 3. pro solutione.

4 † Scias hunc Viceparochum esse ex illis, quos sibi socios adiunguntur Parochi ad subleuandos suos labores; non esse necessarios Viceparochos, sed ad libitum Parochorum electos totum enim munus Parochiæ est impositum ipsi Parocho, ipse autem hunc sibi assumit socium, quare non ex vi

5 officij quidquam ad illum spectat † sed si quod, ius habere potest, illud debet habere acquisitum ex laudabili consuetudine. Nulla ergo videtur inducta &

6 P. † Ex ijs quæ sunt meræ facultatis, nulla inducitur consuetudo Abbas in cap. Quoniam de vita & honest. Cleric. & cap. Ioannes in fine de Cleri. coniung. & cap. Suam nobis, & in cap. Ad Apostolicam in fine de Simonia & in cap. Abbates in Gloss. in Versu Aliacenses Monachi de verb. signif. Idem Abbas in cap. ex parte num. 7. de concess. Præbe. Decins cons. 175. num. 6. Vers. Præterea; Ripa in capit. cum Ecclesia sutrina num. 44. & seq. de caus. poss. & prop. Mantica decis. 10. nu. 12. vbi haber, quod quæ sunt facultatis non inducunt consuetudinem restrictiuam liberæ facultatis. Rota decis. 778. num. 5. 1. parte diuers. & decis. 536. num. 4. 2. p. recent. Nec in huiusmodi actibus facultatiuis datur possessio manutenibilis. Rota decis. 555. sub num. 1. part. 1. in recent. & hoc procedit non obstante quocunque lapsu temporis, etiam immemorabilis. Surd. post alios cons. 127. num. 28. in fine Quod tamen procedit, quando clare constat materiam esse facultatiuam. alias manutentio non est ita de facili deneganda, vt autem acquiratur possessio, & inducatur consuetudo, seu præscriptio in facultatiuis requiritur, quod præcedat prohibitio, seu contradictio cum subsequuta acquiescentia. Castrus in l. Qui luminibus nu. 2. ff. de seruit. Vrba. præd. Seraph. decis. 1086. numer. 1. Rota decis. 530. num. 2. & 3. part. 2. recent. Quod non

7 est in casu nostro † Imò est materia mere facultatiua, quia ad hoc, vt non sit facultatiua, requiritur primo quod præcedat titulus, quia tunc actus sequens præsumitur factus in vim tituli ad exclusionem actus voluntarij. Menoch. de præsumpt. lib. 6. Præs. 67. Nullus autem titulus potest præsumi. 2. quod adsit pluralitas actuum per longum temporis interuallum factorum, quod non potest conuenire in casu nostro. Vide reliqua ad hoc spectantia in Annotationibus ad decis. 162. Ludouisij, quas subtexuit Beltraminus, quæ non sunt ad rem nostram; ergo in istis non potest dari fauorabilis consuetudo pro Viceparocho.

8 2. In † cap. Suam nobis de Simon. arguitur Sacerdos, quia pro sepultura, & pro benedictionibus nuptiarum aliquid extorquebat à suis Parochianis, & ad satisfactionem decernitur, quod sit compellendus, cum ministrare Sacramenta, mortuos sepelire, & alia huiusmodi gratis præstare teneatur Parochus, vt notat. Abbas ibi, ergo multo magis reprehendendus Viceparochus, qui velit cogere Syndicos ad se vocandum illius lucri causa.

9 In † contrarium autem est, quod vz. possit introduci laudabilis consuetudo id quod tradit idem Abbas vbi supra asserens, quod, licet extorquere aliquid à Parochianis ratione administrationis Sacramentorum sepulturæ &c. sit vetitum, & Simoniacum, quia pro re Sacra, vel Religiosa exigitur temporale capit. suam nobis & ibi Doctores de Simonia; recipere tamen à sponte dantibus non vetantur Parochi, & cæteri Sacerdores, imò in Sacris Canonibus permittuntur accipere, & hoc modo ista receptio est licita, & in illa potest oriri laudabilis consuetudo, si pet decennium actus sint continuati, quia dantes illis actibus videntur quodammodo se velle obligare, & huiusmodi consuetudines laudantur, & præcipiuntur obseruari in

10 Sacris Canonibus, vt apud eundem Abbatem, † ut videlicet dentur sudariola in Baptismo, Candelæ in benedictionibus &c. & ad hoc facit Capur. Ex parte de censibus & quod ibi notatur & cap. Ex parte Astensis de concess. Præben. quæ deligentissimè sunt obseruanda, ut asserit Abbas in cap. Suam nobis num. 8. de Simonia; Ex quibus etiam capitibus colligitur secundum Abbatem quomodo

11 † in spiritualibus inducatur consuetudo P. si constabit

ſtabit aliquem ſolitum fuiſſe aliquid tradere Eccle-
ſiæ, vel Sacerdotibus, &: ſi deſiſtat, & redargutus
ex eo quod deſtitit, proſequatur tradere; colligi-
tur animus inducendæ conſuetudinis, ſi per decen-
12 nium perſeuerat. 2. † ſi quis conſueuit dare aliquid,
quando ſua ſatetur peccata, vel quando ſimile quid
recipit à Sacerdote, ut benedictionem &c. ſi itidem
pec decennium perſeuerat, cenſetur inducta con-
ſuetudo, quia iudicatur noluiſſe ſe obligare ad illud
tradendum pro ſalutè animæ ſuæ. de Pœnitent.
diſt int. 1. capite Medicinam 3. ſimpliciter quando
aliquid datur alicui Eccleſiæ temporeque ſufficienti
ad conſuetudinem inducendam perſeneretur iudi-
catur id feciſſe ad illam inducendam. Nec refert
13 an iſta fiant a †. compulſo à iudice, uel extraiudi-
cialiter, uel ob bonum pacis, quia quocunque
modo fiant ſufficiunt, (Si fiant tanto tempore, quod
requiritur ad conſuetudinem) ad eam inducendam;
Optimus tex. & fortaſſe ſingularis in Cap. Abbate
de Conſuet. Ex quibus ſic formatur argumentum
ad probandum dari conſuetudinem laudabilem.
Per decennium, & ultra conſueuerunt uocare
ſpontè, & liberè Syndici Viceecuratos ad iſta officia
celebranda, ergo eſt introducta laudabilis conſue-
14 tudo. † Dixi ſpontè, & liberè, ut innuerem, quod
ſi coacte, & contra uoluntatem aliquid præſtatur à
Parochianis eſt Simonia, ſi datur propter Spiri-
tuale, uel Religioſum ex iuribus citatis, & ideò,
cum fundamentum talis conſuetudinis, uel præ-
ſcriptionis ſit uitioſum, quia tale pcincipium eſt
uitioſum, & Simoniacum, non poteſt eſſe initium
15 laudabilis conſuetudinis, vel præſcriptionis. † Ex
quo poſſunt intelligere Curati, & Parochi, qui ſe
tuentur introducta conſuetudine, an licitè poſſint
extorquere à Parochianis illud ſcutum, quod ab
inuitis exigunt, quando cadauera mortuorum
inferuntur in Eccleſias aliàs à Parochialibus. Cum
.n. Parochiani nunquam ſponte dederint, ſed
ſemper dolentes, & coacti, cum ratione ſepulturæ
id non poſſint exigere, quia eſſet Simoniacum,
nec ratione conſuetudinis, vel laudabilis præſcri-
ptionis, quæ nunquam potuit introduci, cum prin-
cipium ſit uitioſum, & ideò repugnans in hac ma-
teria, ſequitur certè hoc ab illis agi iniuſte, & eſſe
potius quoddam genus vectigalis, quod corporibus
ab eorum Eccleſijs alio transferendis imponunt,
quod an liceat videant ipſi. Non puto eos eſſe
dicturos recipere illud ratione quartæ funeralis,
quia repugnaret Pontificijs conſtitutionibus præ-
ſcribentibus, ex quibus ſit deducenda quarta, &
nullibi reperiatur decretũ hoc ſcutum pro quarta,
imò multoties maior eſt ſumptus, quem faciunt
hæredes ſoluendo ſcutum, quam in comparanda
16 tota cera, qua decoratur, & aſſotiatur funus, † Cerã
autem, & ſi quid aliud ſponte datur poſſunt licitè
recipere, & ſi ſpontè datur tanto tempore,
quod ad conſuetudinem inducendam ſufficiat,
poſſunt etiam poſtea licitè petere, & exigere, quia
non eſt magnum, nec mirum, ſi metuntur tempo-
ralia ab eo, qui ſeminat Spiritualia Cap. Si Epiſ-
copus de offic. ordin. in 6. & Cap. Quoniam eodem
titulo, ſed non eodem libro. Dices quomodo licèt
exigere ratione conſuetudinis, non autem ratione
17 dationis rerum ſpiritualium. † Reſpondeo ſemper
prius ſpiritualia eſſe præſtanda, poſtea temporalia
exigenda etiam ratione conſuetudinis, ideò non
eſt tardandum ſepultura officium, non differendæ
benedictiones ex eo quia non ſoluitur id, quod ex
conſuetudine debetur, ſed iſta prius ſunt præſtan-
da, deindè exigendum, quomodo autem poteſt
exigi. Reſpondeo Non poſſe exigi ratione dationis
Sacroſancti officij ſepulturæ, benedictionum &c.
quia hoc eſt Simoniacum, quia res temporales non
poſſunt exigi pro ſpiritualibus iuribus vulgatis,
poſſunt autem recipi à ſponte dantibus titulo elee-
moſinæ, poſſunt etiam exigi rationem conſuetudi-
nis introductæ, pec actus merè uoluntarios, quia
hic nulla intercedit Simonia, quia dando tanto
tempore Parochiani, & alij ſæculares uidentur ſe
noluiſſe obligare, imò per allegata iura cenſentur
obligati ad ſemper dandum quouſque à Sacerdote,
Parocho, uel quicunque ille ſit tale miniſterium
exibebitur ratione ergo illius obligationis ſponte
inductæ uidentur recipere, & exigere, quod nullo
modo eſt Simoniacum, exigitur enim non ratione
illius dationis rei ſpiritualis, ſed ratione ſpontaneæ
obligationis inductæ. Ad hanc autem conſuetudi-
18 nem † inducendã puto ſufficere tempus decennij.
P. Quia iſta conſuetudo non eſt contra, ſed potius
ſecundum ius vt citat: Cap. ad Apoſtolicam de
Simonia. 2. Iſta conſuetudo adſtringit non Eccle-
ſiam, ſed Laicos, inter quos indiſtincte procedit
conſuetudo decennij, vt communiter notatur in
leg. de quibus ff. de legib. Imò etiam de Iure Cano-
nico videtur etiam ſufficere decennium, cum ſit
pia, & Iuri Canonico fauorabilis. Gloſſa notabilis
19 in Cap. fin. de conſuet. in 6. † Poſita autem lauda-
bili conſuetudine datur actio ipſi in cuius fauorem
eſt introducta ad eius obſeruationem. Ita cum
Hoſtienſ. Abbas in Cap. ſuam nobis numer. 6. de
Simonia.
20 † Dices contra hoc eſt quod legitur, & annota-
tur in l. 1. C. de ſeruit. & aqua, quod ex annua
datione gratis facta nulla conſuetudo introduci-
tur, & Bartolus in l. Cum in cem verſo ff. de Vſuris
ait, quod ſi per decennium ſingulis annis ruſticus
Domino ſuo deferat. par Caponum nullo interce-
dente pacto; ſed mera ſua liberalitate, nulla inde
conſurgit obligatio, nec vlla oritur conſuetudo,
qua poſſit in poſterum adſtringi ad Capones defe-
rendos, & Innocentius in Cap. Bonæ el 2. de Poſtu-
lat. Prælat. dicit quod licet per multas vices in
domo noſtra quis hoſpitetur, & à nobis recipiatur,
etiamſi id fiat millies non ex hoc inducitur conſue-
tudo qua cogamur eum recipere inuiti: & Cynus
in l. 1. & 2. Cod. quæ ſit longa conſuet. addit quod
licet quis per multos annos frequenter molendinũ
alicuius, & ex ſua frequentatione multum lucri
afferat Domino, nunquam ex horum actuum fre-
quentatione conſurget conſuetudo obligans ad
perſeuerandum. Et hoc habetur veluti pro axio-
mate irrefragabili. Reſpondetur in iſtis & ſimili-
bus, Nullam eſſe rationem ex qua poſſimus colli-
gere animum agentis ſe velle obligare ad illa. In
caſu autem noſtro eſt Labor Sacerdotis, Pietas
cauſæ, & fauor animæ dantis, ideò hic præſumitur
introducta conſuetudo non in illis. Dices qui
eleemoſinam tribuit per decennium queſtuantibus
alicuius Religionis, dicetur ergo introduxiſſe
conſuetudinem illis dandi. Reſpondeo hoc non
ſequi, quia dum eleemoſinam dat petenti videtur
intendere ſubleuare præſentem, vel imminentem
neceſſitatem petentis, non autem aſtringere ſe ad
ſemper dandum. Quod ſi quis decennio integro
ſingulis hebdomadibus aliquid tribueret, ſemper
idem non repugnarem introduci talem conſuetu-
dinem. Vide ad hoc Sanchez tom. 2. de tribus
vocis. Subſumendo breuiter ita dico.
21 In Cap. Ad Apoſtolicam † de Simonia fiunt que-
relæ contra Clericos, quod extorquerent quæ dari
conſue-

consueuerunt illis à Laicis pro benedictionibus nuptiarum & ibi respondet S.P. Clericos esse cohibendos ab illicitis, & Laicos esse cogendos ad seruandam laudabilem consuetudinem, ergo in ijs quæ sunt meræ libertatis datur consuetudo restrictiua liberæ facultatis, quia & quæ dabantur pro benedictionibns erant meræ libertatis & S. P. asserit consuetudinem esse seruandum illa dandi, quæ dare consuetudine erat inductum, & applicando communem doctrinam proposito nostro ita formatur argumentum. Per decennium, & vltra consueuerunt Syndici vocare Viceparochos ad ista funeralia peragenda, vt supponitur ergo in eorum fauorem est introducta consuetudo, vt vocentur etiam in posterum. 2. Quotiescumque per decennium aliquid datur gratuito, & datio non est pura .i. sine aliquo respectu, sed est relata ad aliquem finem tunc est signum volentis inducere obligationem in fauorem animæ suæ, Sed vocatio Viceparochorum non est pura, sed habet dignos respectus, nempe quia Sacramenta administrant, quia animarum curam habent, quia cœtera onera sustinent ergo potest esse introducta consuetudo ergo etiam isti sunt semper vocandi. Ad ea quæ sunt ad lata in contrarium ex dictis patet responsio cum .n. dicitur in ijs quæ sunt libertatis non admiti consuetudinem restrictinam facultatis respondetur; Hoc verum esse in pure facultatiuis, non autem in ijs, quæ habent aliquos respectus. Deinde aliud esse dicendum respectu pietatis, qnia ad hæc censetur se obligare agens in fauorem pietatis, & in salutem animæ suæ &c. vt supra dictum est. Soluendo quæstionem.

22 Dico donans aliquid in administratione Sacramentorum, vel aliquid agens non meræ libertatis, vt vocare ad anniuersaria si hoc agat nomine proprio non alieno in fauorem pietatis, vel Ecclesiæ per decenninm sine interuptione, censetur agere animo inducendi consnetudinem, & tempore ad consuetudinem lapso censetur indncta, hoc probant rationes pro secunda sententia adductæ Si verò donans aliquid, vocans ad anniuersaria &c. hæc & huiusmodi non facit nomine proprio, sed alieno absque spetiali mandato sui principalis, cuius nomine agit, hoc casu puto non induci consuetudinem, quia animus principalis non potest supponi quod est fundamentum inducendæ consuetudinis, quia sine tali mandato non possunt imponere onera suo principali. Ideò cum Syndici Scolarum Confraternitatum, vel Ecclesiarum non agant proprio nomine Ecclesiæ ex continnata vocatione, non censentur babere animum obligandi, quia æquiparantur tutoribus, & tutores curant vtilia pro sno minori agere, & inutilia illi prætermittere, vocare autem magis vicecuratos, quam alios non est vtile Confraternitatibus imò onerosum; ideò censendi sunt non habuisse animum inducendæ huius consuetudinis onerosæ. Deinde ista vocatio ad Anniuersaria respectu Confraternitatum est pura non respectiua, nullam enim habet relationem ad perceptionem Sacramentorum acceptionem benedictionem &c. Quæ schola, vt est
23 locus pius non perceipit † Non enim ista præstat vt est quædam bominum congregatio seù adunatio, sed vt est quidam locus pius in quo congregantur, & ratione cuius frequentati gaudent multis bonis, & hoc puto verum.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur textus explicandus, & difficultas circa ipsum.*
2 *Quæ pertinent ad ministrum.*
3 *Quæ ad subditum.*
4 *Adnotatio continens finem propter quem additus est iste paragraphus.*
5 *Ex non seruata forma non resultat nullitas actus nisi addatur clausula irritans secundum Hostiensem.*
6 *Mitius agitur cum lege quam cum ministro legis.*
7 *Aliter Abbas, traditur eius doctrina.*
8 *Quod vna via negatur, non est alia concedendum.*
9 *Non potest homo auferre facultatem datam à lege.*
10 *Facultas autem censetur data secundum modum vel ab homine, vel à lege præscriptum.*
11 *Limitata causa limitatum producit affectum.*
12 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*
13 *Conditio importat formam.*
14 *Ex non seruata forma, resultat nullitas actus.*
15 *Explicatur cap. 1. sess. 14. Trid. de matrim.*
16 *Quare ablatiuus absolutus aliquando non importat formam.*
17 *Approbatio faciendi in diffinitori pertinet ad formam.*
18 *Forma substantialis nihil est aliud, quam ordinata series rem deducens ad substantiam.*
19 *Excedens limites suæ facultatis agit, vt priuata persona.*
20 *Dictio nisi postposita affirmatiua negat negatiuæ affirmat.*
21 *Opinio Hostiens. nu. 5. proposita hic refellitur.*
22 *Refellitur etiam eiusdem ratio num. 6. ad lata.*
23 *Regula ratihabitio, & dicitur quod*
24 *Valet quando, quod debet ratum haberi, actum est nomine illius, qui debet ratum habere.*
25 *Quæ sunt de forma debent interuenire eo tempore, quo actus producitur.*
26 *Quæ sunt nulla per ratihabitionem non possunt validari quia non habent principium conseruabile, & possunt valere tamen ex nunc. non ex tunc.*
27 *Ratificatio debet fieri cum omnibus illis solemnitatibus quibus actus inualidi. Nihil est aliud quam nouus actus.*
28 *Consensus requisitus à non habente interesse dicitur de forma actus.*
29 *Quomodo differunt fieri in diffinitori à diffinitoribus &c.*
30 *Consensus dicitur à con & sensus, qui debet aliquid agere de consensu debet simul sentire.*
31 *Consensus alius tacitus, alius expressus, & quis vterque.*
32 *Consensus expressus dicitur multis modis.*
33 *Quibus modis inducatur consensus tacitus.*
34 *Consensus potest præstari per æquipolens.*
35 *Quomodo cognoscatur consensus formalis .i. quando consensus est de forma.*
36 *Quoties requiritur semper est de forma, vt consensus mariti in actis mulieris, proximioris in actis minoris &c.*
37 *Consensus est de iure naturali gentium, neque potest suppleri per Principem.*
38 *An semper consensus sic necessario sequendus.*
39 *Regulariter gesta sunt valida licet non præcedat, vel in actu ipso interueniat sed tantum sequatur consensus, non tamen est verum quoties consensus est de forma.*

40 In

40 *In casu necessitatis non requiritur consensus qui commodè haberi non potest.*
41 *Res aufertur à verè domino ob publicam utilitatem.*
42 *In casu necessitatis tutor potest administrare bona pupilli non facto inventario.*
43 *Irrationabilis taciturnitas habetur pro consensu, & si adesset periculum scandali etiam contradictio.*
44 *Traditur universalis regula de consensu.*
45 *Ex hac regula deducitur quod iudex potest compellere maritum ad consentiendum uxorem facere, quod non posset sine eius consensus.*
46 *Si iusta subest causa non consentiendi nemo potest consensum supplere.*
47 *Semel datus consensus non revocatur.*
48 *Delegatus potest committere vices suas alteri etiam colliga, licet non sit apposita clausula in delegatione, quod si ambo explicatur num. 57.*
49 *Non refert quod aliquid fiat per aequipollens explicatur num. 57.*
50 *Quae sunt de forma essentiali non possunt suppleri per aequipollentia.*
51 *Lex non est explicanda modo, qua reddatur elusoria.*
52 *Et tollatur finis, pro quo lata est.*
53 *Quod una via negatur, alia non est permittendũ.*
54 *Consensus formalis semper est expressus, nec sufficit tacitus.*
55 *Requisita ante actum vel in actu requirantur tamquam forma, & acta aliter sunt nulla.*
56 *Explicatur locus Tridentini.*
57 *Aliud est agi aliquid a delegatis, aliud cum cognitione causae.*
58 *Conditio, & forma sunt necessario servanda in faciendo, & exprimenda in dicendo.*
59 *Omissio formae operatur, quod acta sint nulla nec civiliter, nec naturaliter obligent.*
60 *Multum refert quod tradita pro forma fiant per aequipollentia.*
61 *Non fit per aequipollens quod debet fieri per plures delegatos, si fiat per pauciores.*
62 *Quid differat formam esse inductam in utilitatem publicam vel privatam.*
63 *Pluralitas iudicum pertinet ad utilitatem publicam.*
64 *Cui iuri possit quisque renunciare latè traditur.*
65 *Satis est satisfacere menti legislatoris.*
66 *Consensus potest praestari per nuncium, per Epistolam, per procuratorem.*
67 *Actus iudicialis non indigit solemnitatibus.*
68 *Etiam cessante ratione ob quam forma est inducta, adhuc forma est servanda.*
69 *Ad hoc ut aliquid dicatur factum à definitorio, ab universitate, à Consilio &c. debet universitas communis: &c. congregari more solito, & ibi fieri decisio.*
70 *Homines in platea congregati alicui rei assentientes non dicuntur assentiri, ut universitas sed ut singuli.*
71 *Si statutum requirit tempus, & tu serva tempus.*
72 *Acta a definitoribus extra definitorum in praesenti casu sunt nulla.*
73 *Respondetur aliquibus obiectis.*
74 *Emens Bovem a verò domino animo emendi à non verò domino efficitur dominus.*
75 *Quae alias de iure insunt expressa non important formam.*
76 *Quando deliberato est procedendum non sufficit rem ita esse.*
77 *Data certa forma agendi illa non servata actus corruit.*
78 *Respondetur aliquibus obiectis.*
79 *Quomodo aliquid exprimatur, quod de iure inest, & quomodo aliter exprimatur quam iure ipso inest.*
80 *Expressio illius quod inest nihil operatur.*
81 *Forma alio modo expressa quam insit reddit actũ conditionalem.*
82 *Multa advertenda circa id, quod dicitur, quod expressio illius, quod iure inest nihil agat.*
83 *Respondetur tripliciter argumentis.*
84 *Praeter, vel contra agere aequiparantur quando traditur pro forma modus agendi.*
85 *Ut acta collegialiter valeant duae partes ex tribus debent convenire.*
86 *Ex duabus autem quae conveniunt maior pars debet consentire, ut acta valeant.*
87 *Nisi adsint propriae constitutiones quae omnino servandae sunt.*
88 *Causa defertur ad tribunal secundum consuetudinem fori.*
89 *Uno non vocato si detineatur ut non possit vocari vel interesse, acta sine illo valida sunt.*
90 *Nisi omnes, ad quos spectat, vocentur acta sunt nulla.*
91 *Aliqui limitant.*
92 *Respondetur obiectioni factae.*
93 *Non sufficit pro causa approbare voluntatem ministri.*
94 *Affertur ratio.*
95 *Causa debet esse rationabilis.*
96 *Aliud est probare causam aliquid faciendi, aliud consentire, quod aliquid fiat.*
97 *Ubi requiritur ad aliquem actum alicuius praesentia, non valet, si fiat in eius absentia.*
98 *Gesta sine illius praesentia, qui debet pro forma actus interesse dicuntur gesta oculte.*
99 *Hinc matrimonium contractum sine praesentia Parochi est nullum.*
100 *Praesentia Parochi in matrimonio requisita non potest suppleri per aequipollens.*
101 *Vani capitis est putare non posse superiorem in iis, quae pertinent ad suum officium, praecipere sine causae cognitione, & eiusdem expressione facta subdito.*
102 *Subditus qui a superiore rationem praecepti exigit stulte agit.*
103 *Acta à superioribus intelliguntur gesta cum consensu fratrum, quorum interest consentire.*
104 *Limita nisi rationabiliter revocetur in dubium intervenisse consensum.*
105 *An solemnitas extrinseca sit praesumenda intervenisse in actu: an sit probanda; potest videri praesumenda.*
106 *Multi multa dicunt.*
107 *Quilibet habet ius ad sciendum, an illa quae aguntur pro suo interesse sint acta, ut agi debent.*
108 *Regulariter solemnitas extrinseca non praesumitur.*
109 *Aliquando praesumitur ob antiquitatem temporis.*
110 *Longum tempus in proposito censetur decennium.*
111 *Varij modi dicendi de probatione causae, & quomodo differant.*
112 *Quando praescribitur aliquid faciendum ex causa, causa illa probanda est.*
113 *Ex eo quod dicitur causa suspicionis probata colligitur, quod iuridice sit probanda.*

114 *Ex-*

114 *Explicatur cap. 7. Trid. seff. 14. de refor.*

115 *Explicatur lex cum y ff. de transactio.*

116 *Quando aliquid est faciendum arbitrio iudicis intelligitur faciendum causa cognita, iudicialiter vt ibi.*

117 *Beneficium appellationis non datur, quia res sit magna, vel parua, sed fundatur super iniustitia sententiæ, & iniquitate iudicis; alioquin potest appellari etiam super Gallina.*

118 *Varij modi dicendi quando aliquid est faciendum cum consilio,*

119 *Quando consilium tantum petendum, & quando etiam sit sequendum.*

120 *Cui aliquid est commissum faciendum cum consilio alterius, potest alterum delegare.*

121 *Necessitas petendi consilium non tollit facultatem delegandi.*

122 *An idem possit quando in commissione dicitur super quo tuam oneramus conscientiam.*

123 *Legatum factum Cæliæ si nupserit cum consilio Caij si Caius moriatur ante nuptias an debeatur.*

124 *Expenditur à contrario sensu lex cum tale §. rescriptum ff. de condit. & demonstr.*

125 *Conditio inutilis idest non honesta rejcitur, vtilis verò & honesta debet adimpleri; Conditio consilij in Matrimonio est honesta, condiditio verò consensus est inhonesta, tollit enim libertatem, quia pendet ab alieno consensu.*

126 *Ex forma mandati, vel legati consilium est sequendum, ille qui debet dare dat malum, est ne sequendum?*

127 *Consilium debet esse iustum, & rectum, qui obligat ad consilium obligat ad iustum, & rectum.*

128 *Si consilium pertinet ad iuditium, potest etiam ferri sententia contra consilium, si non est iustam secundum Hostiens. Abb. aliter.*

129 *Exequtor legati negligens exequi amittit ius exequendi, ideò ad Episcopum deuoluitur: Sed quia exequtor debet exequi cum consilio alterius, quæritur an etiam Episcopus.*

130 *Licet recedatur à persona, non tamen receditur a forma legati.*

131 *Causa expedienda committitur Episcopo, & quinque Canonicis, an isti quinque possint eligere vnum solum ex ipsis, qui nomine omnium expediat cum Episcopo.*

132 *Requiritur in expedienda re consilium 4. tres tantum adhibentur an expeditio teneat.*

133 *Qui petit tempus ad deliberandum debet obtinere.*

134 *Consilium non est dandum, vel nimis propere ne præcipitanter, vel nimis tarde ne extra tempus.*

135 *Consiliarij non possunt renunciare beneficio petendi tempus.*

136 *Tempore egemus, vt mature aliquid definiamus.*

137 *Quare ferens consensum si absit non vitiet actũ, vitiet autem qui dare debet consilium.*

De Actu faciendo in definitorio.

XXVIII.

1 Sanctissimus Dominus Noster Vrbanus VIII. ad bonum regimen Fratrum San. Francisci strictioris obseruantiæ anno 1624. edidit constitutionem, quæ incipit Romanus Pontifex, in qua præter alia hoc etiam legitur. Porro fratres reformatos ab eorum Conuentibus, nisi ex causa in
definitorio illius Reformationis, vel ab eodem
2 Protectore probata remoueri minimè posse. † Circa cuius constitutionis clausulæ elucidationem sequentes proponuntur dissoluendæ difficultates P. An non obstante dicta clausula si minister aliquẽ fratrem amoueat non cognita causa amotionis in definitorio; validè amoueat. 2. Quid si post amotionem sequatur causæ cognitio in definitorio, an ratificetur, & valeat amotio. 3. An etiam in casu necessitatis sit causa amotionis probanda in definitorio. 4. Quid possit agere minister, dum causam amotionis proposuit probandam in definitorio, & definitores nec probant, nec reprobant, & an tacitus consensus sufficiat. 5. Si Minister semel congregatis in Definitorio definitoribus ab illis obtinuit suas vices, & voces, & vt velint à se omnes causas esse probatas, quas ipse probauerit an hoc sufficiat. 6. An amouendus possit renuntiare huic beneficio, quod videlicet causa sua prius probetur, quam amoueatur, vt sine renunciata cognitione causæ validè amoueatur. 7. An habito consensu definitorum, sed non in definitorio quo causa amotionis probatur an validè minister possit amouere. 8. Quid si in definitorio congregatis definitoribus exponat Minister se habere legitimam causam amouendi, tamen non exprimat, sed tantum asserat esse legitimam Si hoc definitores probant; an sufficiat ad validam amotionem. 9. Tres vocat definitores tantum minister, eosque in definitorio congregat quarto non vocato, si isti approbent causam an sufficiat. 10. Definitoribus in definitorio congregatis exponit minister pro causa amotionis se hoc desiderare, an hoc à definitoribus probatum sufficiat ad amotionem. 11. An tribus definitoribus in definitorio causam amotionis probantibus, si quartus assensum præbeat extra deffinitorium an sufficiat. Et ista quoad ministrum
3 amoturum † quoad subditum verò amouendum tria etiam quærenda veniunt P. An subditus cui est intimata discessio, teneatur statim parere, an verò debeat illi prius constare de causæ probatione. 2. Non solum debeat constare de probatione causæ, sed præterea causa ipsa debeat cognosci. 3. An si sentiat se esse grauatum possit appellare à grauamine Quibus expeditis, quia aliquando ad aliquid agendum requiritur consilium. De consilio etiam quomodo debeat interuenire, breuiter dicemus. Quod licet ad rem nostram in præsenti non sit, est tamen valde necessarium ad multa alia similia.

4 † Ad primum ergo soluendum accedens aliqua lubet prius adnotare, & primo, dico, quod ab his omnibus quæsitis possemus nos expedire, asserendo dictam clausulam amplius non obligare, quia, cum in illa constitutione addita fuerit, ne liceret pro suo arbitrio ministris amouere à conuentibus, & in ijsdem collocare, quos vellet pro libito, vt tantum iuxta suum beneplacitum fierent electiones, tunc enim mos erat in Religione eligendi vnum in singulis conuentibus, qui ipsius conuentus nomine esset interfuturus Capitulo Prouinciali, & electioni ministri futuri; ideò qui tunc erat minister, vt electio futuri ministri esset pro suo libito, à Conuentibus alios amouebat, alios in ijsdem collocabat quoadusque electio vocalis interfuturi Capitulo Prouinciali, esset futura iuxta suam voluntatem, & consequenter etiam electio futuri ministri, ideò ne omnia pro suo libito peruerteret hac constitutione cautum erat, ne solus posset amouere à Conuentibus fratres, quos definitores in formatione

familiæ

familiæ collocauerant. Nunc ergo cum electio istius vocalis sublata sit omninò, videtur etiam cessare hæc dispositio, quæ ob id fuerat ædita; attamen, quia de hac mente Sanctissimi non constat explicitè, ideò multi volunt adhuc esse in robore suo, ideò vt istis satisfiat propositis difficultatibus erit respondendum, semper tamen mihi dutum visum est, quomodo illi, qui contendunt adhuc perseuerare hanc prohibitionem, possint defendere libertatem tam necessariam in ministro, vt est amouere fratres à Conuentibus iuxta exigentiam, esse adenptam, multoties enim expedit aliquem amouere, & causam amotionis non expedit definitoribus propalare, & quomodo tueantur facultatem adeò necessariam sine causa esse ademptam. Non enim video, quid referat religioso magis in hoc, quam in illo conuentu commorari, nisi aliquid subsit, quod non est tolerandum; ista ergo probatio causæ nisi adsit finis supradictus, nescio quomodo esse possit necessaria, sed quidquid sit de hoc; deueniendo ad solutionem primi quæsiti.

5 Hostiensis vult esse speciale, † quod ex non seruata forma resultet nullitas actus, quando forma traditur per arbitrum, vt in capit. cum olim de arbit. & etiam cum traditur ab homine, vt in capit. cum in veteri de elect. quia, quando forma præscribitur à iure non resultat nullitas actus, nisi ius procedat ad eius nullitatem, & in capit. Quia propter & in capit. Ne pro defectu de elect. & secundum

6 ipsum, ratio est † quia mitius agitur cum lege, quam cum homine, & ministro legis vt in l. Celsus ff. de Arbitr. & secundum istum Doctorem in proposito nostro esset dictum, quod minister validè amoueret non probata, vel cognita causa in definito, quia ista forma traditur à lege.

7 Abbas alio modo distinguit in c. In veteri electione videlicet vel ille, cuius consensus requiritur est capax illius officij, quo fungitur qui tenetur petere, & obtinere consensum, vel eiusdem non potest esse particeps, v. g. Sempronius est constitutus tutor alicuius pupilli cum hoc tamen, quod in expediendis eius negotijs hoc faciat de consensu Caij, & Caius etiam potest esse tutor tunc Sempronius nihil potest agere in expediendis negotijs pupilli nisi de consensu etiam Caij, rursus idem Sempronius est constitutus tutor eiusdem pupilli cum hoc tamen quod in exequendis eius negotijs nihil agere possit nisi de consensu Fratris minoris ordinis Sancti Francisci; Et iste Frater minor non potest esse tutor, & ideò incapax eiusdem officij, & tunc Sempronius validè exequitur sine tali consensu, & per ipsum acta valida erunt, & sustinenda. Ratio est quia si nihil posset tutor sine istius fratris consensu esset etiam frater tutor, quod tamen illi est prohibitum, & sequeretur inconueniens, videlicet quod illi concederetur vna via, quod alia ei

8 denegaretur, concederetur † enim ex dispositione testamenti, quod lege denegatur, quod est contra regulam. Quod vna via de regul. iur. in 6. essent .n. fratres indirectè tutores. Bartol. in leg. 1. §. si plures ff. de exercit. art. Deinde subdistinguit hoc modo, quando ille, qui aliquid est acturus tenetur petere, & obtinere consensum ab eo qui est particeps istius officij, tunc vel talis obligatio iniungitur ei ab homine, idest homo obligat eum ad habendum talem consensum, & ipse alias habet facultatem idem faciendi à lege sine tali consensu, & tunc

9 talis obligatio non necessitat † Quia non potest homo auferre facultatem datam à lege vt in l. Titium, & Meuium in princ. ff. de administ. tut. &

facit capit. Tua de test. vel obligatio habendi consensum iniungitur ab homine, vel à lege, & negotia expedienda habet facultatem expediendi tantùm ab homine, & tunc necessario est habendus consen-

10 sus ad actus validitatem † Quia facultas agendi data semper intelligitur secundum modum, vel à lege, vel ab homine præscriptum, & ita secundum hanc doctrinam minister validè neminem posset amouere, nisi causa cognita in definitorio, & ibidè probata, quod est idem ac dicere cum consensu definitorum collegialiter congregatorum, quia cum definitores sint capaces ministerij, & minister amouendi, vel collocandi facultatem habeat à Summo Pontifice, qui illam ei præbuit in confirmatione Regulæ, sequitur manifestè, quod dum etiam ipse requirit definitorum consensum sine illo validè nihil possit in hoc minister. Multa alia valdè vtilia habet Abbas, ad hoc propositum in c. cum olim de Arbitris.

Ego dico Ministrum nec validè, nec licitè vllum posse amouere à conuentu, in quo est collocatus, vel à Capitulo Prouinciali, vel confirmatus à dicto .i. à definitoribus simul cum eodem ministro ad hoc congregatis, & hoc supposito quod paragraphus iste sit in suo robore, & ei non sit derogatum, & probo.

11 P. † Limitata causa limitatum producit effectū l. in agris ff. de acqui. rerum domi. & l. cancellauerat. de ijs quæ in test. del. Mantica decis. 232. num. 9. cum ergo auctoritas ministri ad amouendum sit limitata ad approbationem definitorij, nisi limitatū etiā non poterit producere effectum, quod est non posse amouere sine tali approbatione.

12 2. † Illa clausula causa cognita est ablatiuus absolutus, qui importat conditionem l. à testatore ff. de condit. & demonstr. l. si debitor §. 1. ff. quibus modis pignus vel hypot. solut. Bart. in l. 1. in 3. quæst. ff. de condit. & demonstr. Ludouis. decis.

13 492. num. 7. † conditio autem formam importat l. qui hæredi & l. Meuius ff. eodem, & docet Bald. Auth. matri, & Aniæ nu. 3. C. quando mulier tut. offic. fun. pos. Felinus c. cum dilecta num. 6. versū secundum signum de rescript. cum alijs, quos citat

14 Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 5. nu. 2. † forma autem, si non seruetur, resultat nullitas actus cap. cum dilecta de rescript. vbi latissimè Felinus à num. 6. vsque ad 14. cap. Si cui de non Sacerdotali de Præbe. in 6. Tiraquel. de retract. consanguinit. §. 36. Gloss. 2. à numer. 26. Gonzalez ad 8. reg. Cancellar. Gloss. 4. numer. 137. ergo etiam minister amouendo sine probatione causæ in definitorio nulliter amouebit, quia formam traditam in amouendo non seruat. dices Ablatiuus absolutus non semper importat conditionem, & formam necessario seruandam ad

15 actus validitatem, † patet ex Trid. sess. 24. c. 1. de matrim. vbi Ablatiuus absolutus, denunciationibus factis, non importat formam necessario seruandam, valida enim sunt matrimonia, etiam non præmissis denunciationibus, vt testantur Doctores apud Sanchez loco supra allegat. Respon.

16 † Semper ablatiuum absolutum de sui natura importare formam, quod autem hic non importet non est ex eo, quod ex sui natura non importet, Sed quia exprimitur, quod alias de iure inerat, Nam ex Lateranensi Conc. antea etiam requirebatur ad matr. denunciationes præmitti cum tamen Lateran. non requireret necessario faciendas; hinc ideò est etiam, quod in Trident. eodem modo tantum requiruntur; quia expressio conditionis, quæ tacitè

inest nihil operatur sub quocunque verborum
tenore feratur, quod maximè verum est in casu
nostro cum Tridentinum explicans se inhærere
vestigijs eiusdē Sacri Lateranensis Concilij videat
velle se illi conformare; Præterea etiam, dum agit
de præsentia Parochi necessaria ad validitatem
subdit clausulam irritantem si fiat sine illa, quod
non facit in omissione denunciationum, quod annuit
mentem Concilij esse non recedere à dispositione
Lateranensis, quæ erat tantum ad bene esse
non ad necesse esse.

Dices 2. hoc verum est de forma substantialis,
non autem de accidentali, qualis est ista. Non enim
pertinet essentialiter ad amotionem à conuentu,
cognitio causæ amotionis. Respond. & simul
probo.

17 3. Approbationem esse faciendam in definitorio,
pertinet ad formam essentialem facultatis
amouendi à Conuentu, ergo illius omissio reddit
18 nullum, quidquid agitur sine illa, † forma autem
substantialis nihil est aliud, quam ordinata series
rem ad substantiam deducens, ita post Bald. tradit
Decius l. hac consultissima num. 10. C. qui testamentum
facere possunt causæ autem approbatio
&c. est talis series, ideò rectè concludimus esse
formam substantialem non accidentalem. Si ergo
minister amoueret sine approbatione causæ facta in
19 definitorio excederet limites suæ facultatis, † &
ageret tantum vt priuatus, vt bene Menochi. de
recuperanda Rem. 8. 13. 17.

20 4. Ex illa dictione nisi quæ talis est naturæ vt si
postponatur affirmatiuæ neget, si verò negatiuæ
affirmet, i. quando postponitur affirmatiuæ, relinquit
potestatem faciendi in omnibus casibus, præter
quam in excepto, quando verò postponitur
negatiuæ, tollit potestatem faciendi, nisi in excepto;
ergo tollitur facultas amouendi fratres à suis
conuentibus quocunque alio modo, quam causa
probata in definitorio vel à protectore, ità Dynus
de dictione, nisi, in Regula Peccatum, quæ simul
cum sequente optimè facit ad propositum.

21 Ad illud verò, quod asserit Hostiensis; videlicet
quod ex non seruata forma actus nullitas non resultet,
nisi in casibus specificatis. Dico esse omninò
contra mentem Glossæ in cap. Nouit de his, quæ
fiunt à prælat. vbi habetur Episcopum agentem sine
consensu capituli inutiliter agere, quia agit contra
dispositionem iuris, & tamèn ibi non est apposita
clausula irritans, sicuti neque in l. Non dubium C.
de legibus, & in reg. Quæ contra ius de regul. iur.
22 in 6. & 10. distin. capit. Vides, †. Ad eiusdem
autem motiuum respondemus non esse verum: imò
esse verum contrarium; Quia quoad nullitatem
actus durius agitur cum lege, quam cum ministro
legis, vt notat Bart. in l. Amplius ff. Rem rat. hab.
& allegatur bonus textus in l. Si libertas ff. de iure
patr. Vbi alienatio facta in fraudem legis est ipso
iure nulla; Si autem fiat in fraudem hominis, venit
reuocanda. Idem videtur sentire Innocen. in cap.
Raynaldus de testamentis.

Nunc deueniendo ad 2. Nempe si minister aliquē
de facto amoueat, & postea congregatis definitoribus
in definitorio sequatur causæ probatio, an facta
amotio sit valida, videtur dicendum esse validam
23 per regulam † Ratihabitio retrotrahitur, & mandato
comparatur l. vlt. ad macedon. Mantic. decis.
13. numer. 11. Attamen dicendum non valere:
24 † Quia illa regula ratihabitio &c. intelligitur,
quando illud, quod est actum, actum est nomine
illius, qui debet ratum habere, aliter non parit
effectum, cap. cum quis de sent. Excommun. lib. 6.
l. 1. §. deiecisse & sequent. ff. de vi & vi armata.
Mantica decis. 218. num. 5. & 6. 2. Approbatio
causæ est de forma amotionis, vt supra dictum est,
25 & infra dicetur, † quæ autem sunt de forma debent
interuenire in tempore, quo actus producitur
in esse Bald. in l. obseruari §. fin. num. 3. ff. de offic.
Procons. Butrius in capit. cum consuetudinis num.
30. de consuet. Felin. cap. cum dilecta de rescript.
26 Ludouis. decis. 396. num. 7. † 3. Acta non seruata
forma sunt nulla, vt supra, ratihabitio autem
non potest conualidare, quæ sunt nulla quia non
reperit principium conseruabile Bald. in l. fin.
num. 2. C. ad Vellea. Abbas in cap. ad id in p. not.
nu. 1. de sponsalibus Potest tamen valere ex nunc
non vt ex tunc Glossa in c. edoceri de rescript. & in
cap. 1. Ne sede vacante, quam communiter sequuntur
Doctores. Socin. cons. 92. numer. 11. lib. 3.
Rota sæpius apud Ludouis. dicta decis. 396. nu. 11.
27 † dummodo tamen ratificatio fiat cum omnibus
illis solemnitatibus quas requirit consensus, quia
ratificatio actus inualidi nihil est aliud quam nouus
actus l. asse toto ff. de hæred. instit. l. obuenire solet
ff. de verb. signif. Ludouis. vbi supra numer. 10. 4.
Mysing. Cent. 2. obser. 33. nu. 2. secundum Bart.
in l. Si quis mihi bona §. Iussu ff. de acquir. hæred.
28 asserit † quod si consensus requiratur ab eo, qui
nullum habet interesse in consentiendo semper
videtur requiri pro forma ideò præcedere actum,
vel tempore actus interuenire debet, l. quid ergo
in principio ff. de his qui not. infam. cum ergo
definitores nullum habeant interesse in consentiendo
eorum consensus erit de forma, & ideò
actum debet præcedere.

Ad 3. Aliqua vrget necessitas amouendi, nec
possunt tam cito cogi definitores pro amotionis
causa probanda, minister, ne scandalum, vel quid
simile oriatur, amouet, an licitè? Hic placet aliqua
de consensu ad notare. & P. in constitutionibus
ad regulares pertinentes varios interseri modos
29 loquendi ad hoc propositū spectantes † Aliquando
dicitur aliquid esse faciendum à definitoribus,
aliquando in definitorio, aliquando de consensu
definitorum, aliquando cum consensu definitorum,
aliquando causa probata in definitorio, quæ omnia
important consensum definitorum, & quando hoc
modo aliquid est faciendum, talis actus non dicitur
liber. Abbas per text. ibi in capit. final. numero 3.
de potest. prælat. c. Quæ in Ecclesiarum de con-
30 stitut. † Consensus enim dicitur à Con quod est
simul, & sensus, quasi sit simul sensus, quia, si
aliquid est agendum cum consensu alterius, vnus
debet sentire cum alio alias non est consensus, &
deficiente consensu actus non valet capit. primo,
§. Consensus 29. quæstio. prima, Hostiensis in
capit. cum olim numero 4. de Arbitr. & ibidem
Ioann. Andr. numero decimo, Imola numero 7.
Butrius numero 14. Abbas numero 4. Bartol. in
leg. 1. §. si plures numero 7. ff. de exercit. act. vbi
omnes communiter Albericus in l. quidam decedens
§. Papinianus ff. de administr. tut. numero 7.
Bald. in leg. final. numero 3. Cod. ad Macedonianum,
& alij.

31 Noto 2. † Consensum alium esse expressum
alium tacitum. Consensus tacitus est ille, qui
verbis non exprimitur, sed ex factis resultat. Expressus
verò qui verbis exprimitur. Glossa in Clem.
sæpè §. final. in verbo non contradicentibus vers.
secundo nota casum de verbor. signific. Castrens.
in leg. si conuenerit post numerum 6. Versu ego

limito

32 limito hoc verum ff. de iurisdit. om. indic. † Con-
sensus expressus dicitur multis modis vide Bart. in
l. 1. numer. 7. Versu ad quod sciendum ff. de
vulgar. & pupil. Tiraquel. de legibus Conubi gloss.
7. à numero 76. vsque ad numer. 105. vbi expres-
sit tresdecim modos consensus expressi, & singulos
33 eleganter declarat. † Modos autem quibus indu-
citur consensus tacitus vide per glossam verbo
facto procurare in cap. dilecti de Appell. vbi omnes
Tiraquel. de iure constituti 3. part. limitat. 30.
numero 12. Mascard. de probat. Conclus. 416. &
417. Eo autem ipso, quod quis patitur, & facilè
potens non contradicit censetur consentire, quia
paria sunt; Caputaquens decis. 216. numero 6.
parte 1. Putens decis. 181. sub num. 2. & decis.
190. numero 4. lib. 3. Rota decis. 16. numero 4.
de renunciat. in antiquit. Regula Qui tacer. 42.
de reg. Iur. in 6. Mascardus de probat. Conclus.
34 1356. verbo Taciturnitas & alij † & consensus
potest præstari per æquipollens, sufficit enim quod
de illo quocunque modo constet. Caputaq. decis.
216. numero 5. part. 1. Putens decis. 100. num. 6.
& 7. lib. 2. Neque est necesse ad præstandum con-
sensum dicere Auctoritatem, & consensum impar-
timur Abbas in c. 3. nu. 2. de pactis.

35 Noto 3. † Ad cognoscendum, quando consensus
sit formalis, & requiratur pro forma, post multa
signa tradita per doctores ea est firma omnium sen-
tentia, tunc demũ censeri consensum requisitũ pro
forma, quando est inductus in fauorem publicum,
& non propter fauorem illius personæ, quæ debet
consentire; quod si requiratur tantum propter fa-
uorem priuatum illius personæ, quæ debet consen-
tire, minimè erit consensus formalis, seu aucto-
rizabilis ita Bart. in l. 1. §. ad si Filius num. 2. & 3.
ff. de legat. 3. quem ibi omnes communiter sequ-
untur Romanus consil. 54. incipit. Visis circa id
numero 3. & per totum vbi eius additionator,
Butrius in cap. cum consuetudinis num. 24. & 25.
de consuet. & alij Gonzalez ad 8. reg. Cancellar.
Gloss. 47. num. 30. & Bald. in l. fin. §. necessitate
num. 16. C. de bonis quæ liberis & in l. 1. numer.
45. C. qui admitti cum pluribus alijs adductis per
Menoc. de præs. lib. 6. præs. 34. num. 12. & 13.
36 † asserunt, quod, quando requiritur consensus,
semper præsumitur de substantia actus, & ideò
quilibet actus mulieris, aut filij, aut minoris, vel
alterius similis personæ, qui debet celebrari cum
consensu mariti, patris, consanguinei, vel alterius,
si celebratur sine tali consensu est ipso iure nullus
Tiraquel. cum alijs de legibus Connubijs Glossa 4.
numero secundo, per totum, & per totas Glossas
5. 7. Menochius vbi supra numero 14. 15. & 16.
37 Addo † quod consensus est de iure naturali gen-
tium, & neque per Principem potest suppleri.
Abbas in capit. cum vicesimum numero decimo
secundo de offic. delegar. Achilles decision. octaua
numero secundo de Priuileg. Rota decision. 438.
libro tertio parte tertia, diuers. An autem semper
38 consensus sit sequendus † dic, quod, aliquando
consensus accipitur pro Consilio capit. 1. & 2. 64.
distin. Hostiensis in capit. cum olim numero sep-
timo, de arbitr. & Abbas ibidem numero quinto,
& tunc non est necessario sequendus, reliqua vide
apud Bartol. leg. prima, §. si plures numero sep-
timo, ff. de exercit. act. & Abbat. in capit. cum
olim numero quinto, de arbitr. & Butri. ibidem
sub numero decimo quinto, versu Quandoque
exigitur, vt aliquid fiat de consensu, & Imol.
sub numero octauo. versu 2. casu; & videbis, quæ
differentia sit inter agere de consilio, & cum con-
silio Nunc ad difficultatem procedendo.

Videtur dicendum. Data necessitate non posse
quem amoneri. Quia ex traditis approbatio causæ
dicit consensum definitorum, sed consensus neque
per principem potest suppleri, cum sit de iure
naturali gentium, vt supra dictum est ergo neque
poterit per ministrum 2. Consensus, & approbatio
causæ est de forma, vt supra si autem forma non
39 adsit, actus est nullus. † Imò licet regulariter actus
sit validus, etsi consensus non præcedat, aut sit
simultaneus, sed tamen sequatur iuxta Barr. in l.
Si quis mihi bona §. Iussum nn. 5. Iasonem ibidem
post alios num. 41. & seq. ff. de acquirend. hæred.
pet text. in l. fin. C. ad Macedon. cap. Cura. cap.
suggestũ cum similibus de iure patro. Rotã sepius,
& alios apud Gonzales loc. cit. nu. 33. hoc tamen
non est verum, quoties Consensus formalis requi-
ritur; quia tunc, cum actus à principio sit nullus,
non potest conualescere per subsequentem consen-
sum; vt apud eundem Gonzalez asserunt Docto-
res, quos ipse & citat longa manu, & sequitur ergo
multo minus actus valebit, si nullus sit consensus,
vel causæ approbatio, cum neque valeat etsi
sequatur.

Puto tamen dicendum posse, & debere amouere
etiam sine consensu definitorum, & sine causæ
probatione, si graue scandalum immineat, nisi
amoueatur, ita respondet Felinus in cap. Cum
40 accessissent num. 32. de constit. asserens † in casu
necessitatis non requiri consensum, qui commode
haberi non potest, & approbat dictum Innocentij
in cap. Nisi cum pridem, de renunciat. qui dicit
licere transferre Episcopum inuitum ob periculum
41 scandali. 2. † Res aufertur à vero dominio, etiam
inuito ob publicam vtilitatem l. Venditor §. si
constat ff. comm. præd. 3. probat text. elegans l.
42 Tutor, qui repertorium ff. de administr. tut. † vbi
tutor non confecto inuentario potest administrare
bona pupilli, quod alias cessante necessitate non
posset; multa alia adhoc probandum adducit, &
pro eodem citat Abbatem, & in casu nostro puto
certum. Quia illa constitutio est ædita ob bonum
regimen, & ad scandala tollenda; non ergo est
concedendum, quod per illam scandala foueantur
est .n. ædita ne ministri pro libito amoueant, ve
electiones secundum eorum voluntates fiant ces-
sante ergo ista causa illa constitutio amplius non
obligat. Quod si quis vrgeat, vt in principio
dictum est, hanc constitutionem esse æditam non
ob illum respectum, sed simpliciter ob bonum
regimen, adhuc respondeo, si minister in casu
necessitatis, & scandali non posset amouere, non
esset ædita ob bonum regimen. Ad omnia ergo quæ
obijciuntur respondeo nullo modo consensum
requiri, neq; causæ approbationem, sed istum
casum esse per Epichesiam exceptum.

Ad 4. Quid agee minister si congregatis defini-
toribus, & causa amotionis proposita definitores
nihil velint decernere, sed interrogati taceant.
Respondeo primo. Vel causa amotionis est peri-
culum scandali, vel alia magna necessitas vera; &
43 tunc dico. † Si absq; rationabili causa nolunt res-
pondere approbando, vel improbando, eo casu
eorum taciturnitatem haberi pro assensu. Imò si
esset periculum scandali etiam eorum contradictio
reputaretur pro assensu; quia non esset rationabilis.
Abbas in cap. Quoniam num. 11. de Vita, & ho-
44 nest. Cleric. Rom. cons. 366. † Vniuersaliter
loquendo, vel ille, qui tenetur præstare consensum
habet

habet iustam causam non præstandi, vel nullam
habet; si nullam causam habet, potest per iudicem
compelli ad præstandum consensum, vel suppleri
eius consensus cap. Nullns & ibi Abbas de iure
patron. Bart. & l. Si cum dotem §. eo autem tem-
pore num. 2. & Bald. num. 11. in 4. notab. & Ca-
strens. num. 11. ff. Solut. Matr. Corn. cons. 167.
num. 2. Mant. decis. 238. nnni. 9. Quod si habeat
iustam causam, potest pariter per superiorem, vel
iudicem compelli ad illam declarandam, qua
cognita deuenitur ad actum, vel consensus, vel
dissensus, & causa probatur vel legitima, vel non
legitima, si autem adhue eam aperire recusat su-
perior ipse eius consensum supplebit. In casu
nostro. Si vnus, vel duo difinitores sine causa re-
cusant consentire, cæteri definitores causam
amotionis approbabunt, vel reprobabunt simul
cum ministro. Si causam iustam habebit non con-
sentiendi illam aperiet, & ab alijs definietur, an sit
sufficiens; illa enim exposita deuenietur ad votum
etiam aliorum definitorum, & ministri. Quod si
illam recuset aperire, cæteri procedent simul cum
ministro, & definient l. Cum non solum §. Ne-
cessitatem C. de bonis quæ li. cap. Nullus in
fine, & ibi Gloss. fin. & omnes de iure patr.
Abbas cons. 65. Quidam Rainerius in 5. dub.
lib. 2. Feliuus in cap. Cum Venerabilis nu-
mer. 33. vers. Etsi Episcopus iniuste recusat
de exceptio. Corsetus in suis singula verbo.
45 Consensus † Ideò & iudex potest compellere
maritum ad consentiendum, quod mulier pos-
sit facere, quæcunque facere non poterat sine
eius consensu, vel licentia, etsi recusat sine causa,
potest ipse iudex præstare l. 57. Tauri quæ est l. 4.
tit. 3. lib. 5. recopila vbi omnes scribent; Si tantũ
adest iusta causa non consentiendi, nemo potest
supplere consensum Abbas in c. Licet num. 9. de
46 regula † etsi quis compelleretur, esset locus ap-
pellationi. Potest ergo ille definitor, vel definitores
compelli ad declarandã causam suæ denegationis;
non tamen potest cogi ad præstandum consensum,
causa autem denegationis consensus examinabitur
ab alijs definitoribus, quod si omnes consentiant
in denegando, minister non poterit compellere,
Si verò nemo velit exponere suam causam, sed
omnes taceant, nihil dicendo, nec allegant causam
suæ taciturnitatis, erit iniusta actio; & minister
procedet ad amotionem prout in domino sibi
expedite videbitur. † Quod si definitores aliquan-
do causam approbauerint, deinde nolint esse ap-
probatam, si prior approbatio fuit valida, & nihil
superuenit, non datur locus variationi, Caputa-
quius post alios decis. 54. num. 3. & 4. & per
totum part. 1.

Ad 5. An videlicet minister obtenta facultate
à definitoribus in definitorio congregatis amo-
uendi, quos velit, se solo, & approbandi causas,
quia suas vices illi committunt, an valide amoueat.
Videtur dicendum valide amouere primo ex cap.
Quamuis de off. & potest. de leg. Vbi clare ha-
48 betur. † Quod si Pontifex committat cognitionem
alicuius causæ duobus, potest quilibet eorum vices
suas alteri delegare, etiam si delegatus sit collega;
neque sit apposita clausula, quod si ambo non
poteritis, ita textus cum Glossa ergo etiam in casu
nostro cum causæ cognitio sit delegata ministro, &
definitoribus; poterunt definitores delegare vices
49 suas ministro. 2. † Non refert, quod aliquid fiat
per æquipollentia l. Gallus §. Quod si tantum ff. de
lib. & posth. & l. Certum ff. si certum petatur & l.
2. ff. de instit. & subst. sub condit. fac. & cap. licet
ex quadam de testibus, & cap. Tua de consang. &
affinit. 3. Ex multorum sententia si causa cogno-
scendi committatur alicui alias potestatẽ habenti
illam cognoscendi, & addatur forma ista non est
necessario obseruanda cum ergo minister habeat
facultatem cognoscendi causas amotionum Fratrũ,
etiamsi addatur forma ista non erit necessario
seruanda.

Dico tamen Hoc nullo modo posse fieri; Sed
toties quoties talis amotio est facienda, approba-
tio causæ requiritur facta in definitorio, & sine ista
50 omnis amotio est nulla, & probo. P. † quæ sunt
de forma essentiali non possunt per æquipollentia
suppleri, sed debent præcise, & punctualiter ob-
seruari. Glossa in Clem. 1. in Versu Tertio de
vita, & honest. Cler. Bart. in l. Non sunt liberi. ff.
de statu hom. cum concordantibus adductis per
Alexand. in lib. 1. sub numer. 8. Vers. Et ex
prædictis ff. de lib. & posth. cum autem ista sint de
forma essentiali vt supra dictum est, sequitur quod
per æquipollentia non poterunt suppleri. Ludouis.
51 decis. 518. num. 3. 2. † Lex non est eo modo
interpretanda, vt careat effectu pro quo lata est, &
tollatur finis intrinsecus legis, ne reddatur elusoria
l. 1. §. vlt. & seq. ff. de Calu. l. 2. §. sed quia
vertatur de iura. calumn. & cap. Si Ciuitas de sent.
52 excommunicationis † & verba legis cum effectu
sunt accipienda. l. 1. §. Hæc verba quod quisq. iur.
& l. penult. §. docere. Ne quis eum qui in ius voc.
est, vi exim. esset autem elusoria ista lex, quia
mens Summi Pontificis est quod minister se solo
53 non possit amouere &c. † Quod vna via negatur,
altera via non debet permitti per iura vulgata,
permitteretur autem ministro se solo amouere, si
permitteretur definittores cedere illi ius suũ Quod
illi est denegatum ex constit. Imò neq; sufficeret
approbatio tacita causæ amotionis; sed require-
retur expressa, quia talis approbatio est de forma,
54 argumento eorum quæ dicuntur de consensu. †
Quod quotiescunq; requiritur pro forma non suf-
ficit tacitus, sed requiritur expressus, Cap. Cum
ab vno iuncta Glossa verbo mandantibus, Gemin.
ibi num. 2. de re iudic. in 6. Abbas in Cap. dilecti.
num. 10. de arbitr. Card. quæst. 11. nu. 2. in fine,
& num. 3. Put. decis. 282. nu. 3. lib. 3. Tiraquel.
de leg. Conn. Glosa. 7. à num. 5. ad 15.
55 4. Quando lex requirit aliquid fieri ante actum
ipsum, vel in ipso actu, requirit tanquam formam,
& acta contra illam ipso iure sunt nulla, Anth. hoc
ius porrectum C. de Sacros. Eccles. & in l. Cum hi
§. Si prætor ff. de trans. & in l. hac consultissima in
princ. Cod. de test. & Glos. in Capit. Dudum de
elect. & Castrens. cons. 71. & consensus requisitus
certo tempore nunquam retrotrahitur, Bald. in
l. fin. sub num. 2. Cod. ad Vellia. Ludouis. decis.
56 395. num. 13. & ex Conc. Trident. † Consensus
requisitus in matrimonio præsente Parocho, si eo
absente detur, nihil valet, cum ergo requiratur
pro forma approbatio causæ in definitorio a defi-
nitoribus facienda nulla erit quælibet ab alio
facta.
57 Ad ea, quæ in contrarium adducta sunt. Ad
primum. Respondeo aliud esse delegare causæ
cognitionem alteri; aliud requiri cognitionem
causæ ad aliquid faciendum; Prima est delegatio,
58 & sic delegatus potest alium delegare. 2. est † con-
ditio, & forma, quæ necessario est exprimenda in
dicendo, & seruanda in faciendo, quod dixit In-
nocentius in Cap. 2. de consuet. & summe ponderat

Oldradus

Oldradus conſ. 130. incipit omiſſa facti prolixitate, & probat textus in Cap. ſicut de elect. & Bald. in Auth. quæ ſupplicatio. Cod. vt lite pen-
59 dente † & omiſſio formæ operatur, quod actus nec ciuiliter, nec naturaliter obliget Bart. in l. 1. ff. de condit. indeb. & Bald. in l. ſi creditor. C. de fideiuſſionibus addit, quod vbi apponitur aliquid loco formæ, ibi intelligitur quod non erat aliter facturus, & in caſu noſtro manifeſtè repugnat intentioni legis, quæ fraudaretur ſuo fine.

60 Ad ſecundum Reſp. multū referre, dum aliquid traditur pro forma ſubſtantiali, quod fiat, per æquipollentia, vt pulchre Bald. in l. inſtitorem ff. ſi certum petatur, & in l. 2. Cod. de Bono poſſeſ. ſecundum tabul. & in cap. 1. §. Sacramentum de conſuet. reſt. feud. & in l. in bonæ fidei C. de rebus credit. & iureiur. & ad hoc facit, quod notatur in Cap. penult. de iur. iur. & in Cap. Ad audientiam de appellat. & in l. fin. §. Omnem, & quod notat ibi Bart. & Bald. C. de adminiſt. tut. Præterea ſi definitores delegarent voces, & vices ſuas miniſtro approbario cauſæ non fieri per æquipollentia quia plurium iudicium eſt certius iuditio vnius. Imò non æquipolleret menti legiſlatoris, ſed potius contrariaretur.

61 Ad tertium, vel omnino negatur, quod forma non ſit ſeruanda ab eo, qui alias habet facultatem agendi, vel explicatur de forma non ſubſtantiali, quia ſubſtantialis ſemper eſt ſeruanda.

Ad ſextum principale quæſitum. An huic formę poſſit per partes renunciari, v. g. miniſter aliquem à loco vult amouere, amonendus conſentit, quod amoueatur cauſa ſuæ amotionis non probata, an
62 validè amoueatur reſoluendo breuiter. † Dico vel iſta forma eſt inducta in fauorem publicum, idest ne amoueatur vocalis ad libitum miniſtri, vt ſequatur libera electio, tunc non poteſt per partes iſti formæ renunciari, & ita intelligitur Cap. Cum
63 dilecta de reſcriptis. † Ad vtilitatem autem publicam pertinet pluralitas iudicum Abbas & Cap. Prudentiam num. 19. ad finem de off. deleg. vel eſt inducta in fauorem, vel vtilitatem priuatam, vt v. g. ſi talis Sacerdos amoueatur, ne illi iniuria inferatur, & tunc potuit renunciare iuri ſuo, idem Abbas in eodem Cap. Prudentiam, & ita communiter, ſequendo ergo meum principiū, quod eſt quod iſta conſtitutio ſit edita in fauorem publicum, ſequitur etiam quod huic formæ non poſſit renunciari.

64 Vt ſcias autem, quando quiſq; ſuo iuri poſſit renunciari, accipe ſequentia ex eodem Abbate Cap. Si diligenti num. 4. ſub verſic. Sed ad verificationem iſtorum de foro competenti. Aut ius, cui renunciatur eſt naturale, aut eſt poſitiuum; iuri naturali nemo poteſt renunciare. l. Iura ſanguinis ff. de reg. iuris, ideò nunquam aliquis pergat, & mutet domicilium iuribus ſanguinis, & Patriæ nunquam poterit renuntiare idem de iure agnationis, vt per l. ius agnationis. ff. de pactis, & ratio eſt. Quia iura naturalia ſunt immutabilia. 5. diſt. in principio. An autem poſſit renunciari iuri diuino, dic vt legitur, & notatur in Cap. In his diſt. 11. & in cap. fin. de conſuet. Iuri verò quęſito per ius gentium, quod largo modo dicitur naturale, quaſi naturali ratione inductum, poteſt renunciari; Nam poteſt quis renunciare dominio rei ſuæ, vt in leg. ſi quis §. differentia. ff. de acquir. poſſeſ. & Cap. ſuper hoc de renunciat. cum ibi notat. & ſic hæreditati paternæ. Cod. de repud. hæred. quæ tamen debetur filijs ex quodam naturæ inſtinctu, vt notatur in reg. Indultum de reg. iur. in 6. Quod tamen limita, vt notatur in Cap. 2. de pacti. in 6. & in l. fin. Cod. eodem ſtu. Secundo caſu principali, qui eſt de iure poſitiuo, aut ius illud poſitiuum ſtatuit certam formam in actibus humanis inducendam, aut alio modo diſponit. Primo caſu vt iuri diſponenti, quod teſtamentum fiat cum certo numero teſtium, quod pactum, & ſtipulationes certo modo fiant nemo poteſt renunciare. l. nemo poteſt ff. de leg. 1. l. Contra iuris ff. de pactis, facit Capit. Cum eſſes cum ibi notat de teſt. & in Cap. Quia propter de elect. Secundo caſu quando alio modo diſponit, tunc aut concernet publicam vtilitatem, & tunc ei non poteſt renunciari. l. ius publicum ff. de pactis, & Cap. Si diligenti de foro comp. aut concernit priuatam vtilitatem, & tunc vel concernit vtilitatem priuatam, & ſimul etiam publicam, vel priuatam renunciantis, & priuatum tertij, vel tantummodo priuatam renunciantis. Primo caſu vel vtilitas priuata poteſt ſeparari à publica, & tunc renuntiatio iuris priuati tenet, non verò publici vt not. in l. Iuriſgent. §. Si paciſcar. ff. de pactis, & optimè facit tex. Cum ibi notatis, in Cap. Cùm veniſſent de Inſtit. Si verò non poteſt ſeparari, non valet, vt in l. de die ff. de pact. dot. inncta l. 1. ff. ſolut. matr. & quod notatur in Cap. Cum veniſſent, & in Cap. Sicut de iur. iur. Quando verò continet vtilitatem renunciationis, & alterius tertij priuati, tunc dicendum, vt in præcedenti, vel poteſt ſeparari, vel non. Si poteſt ſeparari, valet, ſed non quantum attinet ad præiudicium tertij vt Cod. res inter alios acta per totum, & in Cap. ad Apoſtolicam de reg. & l. 1. Cod. de Comm. rer. aliq. Si autem non poteſt ſeparari, non valet. l. 1. 2. 3. & 4. ff. de lib. cau. & facit, quod notatur in cap. 2. de iur. iur. & in Cap. Cum veniſſent de Inſt. Tertio caſu quando continet tantùm vtilitatem priuatam, & tunc vel illud ius eſt introductum principaliter in fauorem renunciantis, vel eſt introductum principaliter in odium alterius, & ſecundario reſultat in fauorem renunciantis. Primo caſu adhuc vel ille fauor eſt inductus in fauorem renunciantis ob eius imbecillitatem, & tunc illi non poteſt renunciari, & facta renunciatio non valet, vt not. ff. de minori l. Si Index circumuento, & facit l. Si mulier. Cod. ad Vellea. ff. de Nonalib. l. Doli §. diuerſum, vel non eſt inductus ob imbecillitatem; Sed ob aliam rationem, & tunc, ſi renunciatio eſt contra bonos mores, vel inducit ad peccandum, & non valet, vt in leg. Alia §. eleganter ff. ſoluto matrim. & l. conuenire ff. de pact. doct. Si verò non eſt contra bonos mores, nec inducit ad peccandum tunc iuris renunciatio valet, vt in Cap. ad Apoſtolicam de reg. & leg. Si quis in conſeribendo C. de pact. Quando verò ius eſt inductum in odium alterius, & tunc vel renunciatione iuris ceſſat odium, vt valet l. fin. C. ad Macedon. Vel non ceſſat, & non valet, & l. tamen C. ad Macedon, vide reliqua apud Abbatem vbi doctiſſimè, & pleniſſimè loco citato, ſed iſta ſufficiunt ad præſens inſtitutum noſtrum.

65 Ad † Septimum principale. An videlicet cauſa probata à definitoribus, ſed non in definitorio, licitè poſſit procedere miniſter ad amotionem illius, quem intendit amouere, videtur dicendum poſſe; Quia tunc videtur ſatisfactum menti legiſlatoris, quæ eſt, ne miniſter ſolus amoueat, quod verò tali, vel tali modo, vel tali, vel tali loco cauſa probetur, nihil videtur releuare ad finem à lege intentum, ergo approbatio cauſæ ſufficit etiam

extra definitorum facta. 2. Idem sentire uidetur Glossa in cap. 1. de rebus Eccles. non alien. Verbo
66 tractatus in 6. 3. † Consensus potest præstari per Epistolam, per Nuntium, & per procuratorem. Glossa verbo oportet, in l. Si cum dotem §. Si patri ff. solut. matrim. l. consensu ff. de actio., & oblig. l. 1. in fine ff. de contrahen. empt. leg. Si quis mihi bona §. Iustum ff. de acqui. hæred. & Clem. 1. §. nerum de Hæret. Tiraquel. de leg. Connubial. Glos. 6. nu. 20. cum sequent. ubi multa doctissimè tradit ad rem facientia, ergo multo magis ualebit consensus oretenus datus licet non in
67 loco. 4. † Actus Iudiciales non indigent istis solemnitatibus, Bald. in l. quædam in 2. lect. num. 1. ff. de eden. in cap. Quoniam contra num. 9. de probat. vbi Fellinus, Coccina decis. 88. num. 8.

Dico tamen non posse ministrum procedere ad
68 amotionem, & probo † etiam cessante ratione, ob quam forma est inducta adhuc forma est seruanda Aret. in l. 2. col. 5. vers. Tu autem aduerte ubi testatur de communi ff. de uulg. & pupill. Tiraquel. cessante caus. Mantica de coniect. lib. 4. tit. 1. nu. 23. & dixit Rota in una Veronen. monasterij S. Zenonis 18. Martij 1575. Coram bon. mem. Clem. 8. Ludouis. 518. num. 4. cum ergo sit de forma actus, quod causæ cognitio fiat in definitorio etiam si cesset ratio, ob quam inducta est, debet seruari
69 talis forma. 2. † Ad hoc ut actus dicatur gestus à c. Definitorio ab uniuersitate requiritur quod more solito congregetur Capitulum, definitores, Vniuersitas & ibi fiat decisio de explicatione actus. Abbas c. cum omnes num. 7. & idem sentiunt multi quos secum ducit additiona. ad Abbatem in idē cap. cum omnes de constit. sub num. 7. uerbo præstari, & ratio est, quia nulla esset differentia inter acta collegij, & singulorum glossa notab. in l. sicut ff.
70 Quod cuiusque uniuers., quæ dicit, † quod si homines ciuitatis essent in una platea, & aliquid facerent, taliter acta non dicerentur facta ab uniuersitate, sed à singulis; quod uerum est, etiam si non adderetur, quod fiant collegialiter uel in definitorio; necessario .n. hoc intelligit subesse; Sed acta à singulis ut singulis non ualent, quia ut singuli non habent iurisdictionem, ergo &c. 3. Innocentius supra relatus dicebat, quod forma debet obseruari in faciendo, & exprimi in dicendo, & Bald. in l. omnes populi ff. de iust., & iur. asserit, quod à forma
71 nunquam est recedendum, unde † si statutum requirit tempus, & tu obserua tempus, ergo & si requirit locum, & tu obserua locum est ergo in definitorio dandus consensus, & approbatio etiam fa-
72 cienda, ut ualeat † Quia extra illud facta non ualeret utpote facta à singularibus personis. c. Quæ in Ecclesiarum de constit. Glossa cap. final. de Sortil. & cap. 1. de rebus Ecclesias. non alienand. in 6. Gonzales ad reg. concl. Gloss. 37. num. 23. 24. 25.
73 Ad † obiecta iam ad primum responsum, est, quod etiam cessante ratione, ob quam forma inducta est adhuc forma est seruanda. Ad 2. dico Glossa aliter sentire in cap. cum omnes de constitut. quam sequitur Innoc. in c. in Genesi, & in c. auditis de elect., & Io. Calde & Abbas citato c. cum omnes, & alij. Ad 3. Non nego consensum posse præstari per Epistolam &c. nisi sit de forma actus, quod aliter præstatur, vt in casu nostro, & eodem modo respondeo ad 4. Non requiri ad actus iuditiales istas solemnitates, nisi requirantur pro forma.

Ad 8. principale quesitū Videlicet congregatis in definitorio definitoribus, si minister asserat, se habere sufficientem, & legitimam causa amouendi à conuentu fratrem illam tamen non exprimat, & definitores assentiantur amotioni an talis amotio sit valida supposito quod vera adsit causa amouendi? quod possit procedi ad amotionem videntur facere, quæ sequuntur. P. subest causa sufficiens, & consensus definitorum datus in definitorio, quæ videntur requisita, ergo valide minister procedit ad amotionem, Neque obstat, quod causa non sit
74 cognita à definitoribus per regulam in l. † Regula in principio Versu qui ignorauit ff. de iuris, ff. facti ignorant., quæ habet quod emens bonum à vero domino animo tamen emendi à non vero domino, efficitur dominus, & ratio assignatur, quia plus est in re, quam in estimatione mentis; ergo cum subest causa, nihil refert, quod talis, vel non talis reputetur, dato ergo consensu poterit minister amouere, etiamsi dans consensum putaret non subesse causā, dummodo re vera subsit 3. Ista clausula, causa probata, inest iure ipso & de iure, Nemo enim debet quemquam amouere ab vno loco, & ad alium transferre, nisi causa amotionis subsit, & ideò si aliter ageret,
75 stulte ageret † Quæ autem de iure in sunt non important forma, vel conditionem, nec eorum expressio quidquam operatur, & ideò eius omissio non vitiat actum Sanchez alios referens de matrimonio lib. 3. disp. 33. num. 3. ergo etiamsi minister procederet ad amotionem etiam sine cognitione, & approbatione facta in definitorio validè procedet; Respondeo tamen non sufficere, quod causa amotionis subsit, & quod in amotionem consentiant definitores; Imò si subsit causa, & causa amotionis in definitorio sit probata, & definitores consentiant omnes quod amotio sit facienda, adhuc tamen minister potest amouere, & non amouere, Rursus si causa amotionis probetur, & à definitoribus habeatur pro sufficienti, imò necessaria, & velint amotionem fieri, & minister renuat, ex vi istius constitutionis nihil horum tenetur agerē minister. Ex ipsa enim nihil iuris habent, vel acquirunt definitores. Sed omnis libertas amotionis residet in ministro. Qui quidem non potest amouere, nisi causa probata, at ista probata siue consentiant in amotionem, siue ab amotione dissentiant definitores amouere, vel non amouere, spectat ad ministrum; consensus igitur definitorum requiritur in approbatione causæ amotionis non verò in amotione; & iste consensus, qui in argumentis supra adductus, est potius licentia amouendi, quæ concedi videtur ministro, qua non indiget, quam approbatio causæ, quæ necessario requiritur. Nunc probo non sufficere.
76 † P. Quia quotiescunque deliberate est procedendum, non sufficit rem ita esse l. cum qui duobus §. filius familias ff. acquirenda hæreditate Oldrad. consi. 41. num. 1. ergo non sufficit causam vere subesse, sed debet à definitoribus probari in defi-
77 nitorio. 2. † Quando datur certa forma agendi ea non seruata actus corruit cap. cum dilecta de rescriptis ibi Processus ipsorum contra nostri formam rescripti irritum decernimus, & inane, & c. Venerabili de offic. deleg. ad fin. ibi Quorum processum cassauimus, quia Abbas contra nostri mandati tenorem processit, & fines mandati diligenter obseruandi sunt l. diligenter ff. mandati l. si procuratorum C. de procur.
78 Ad ea, † quæ in contrarium adducta sunt; ad primum concesso, quod subsit causa sufficiens, & quod in amotionem consentiant definitores; non ideò est satisfactum ordini præscripto à Sum. Pontifice, qui est, quod causa probetur in definitorio, qui

qui modus traditus est pro forma, vt supra dictum
est. Ad 2. pariter respondeo totum illud verum
esse; Sed nihil contra nos probaret quidem aliquid
si requireretur consensus definitorum at nihil pro-
bat, cum requiratur causæ approbatio; assensus
enim si detur existimando causam non subesse, quæ
requiritur ad assensum, peccatur quidem assensum
præbendo erit tamen validus, si verè causa subsit,
hic autem non requiritur consensus, vt supradictū
est, sed probatio causæ, quæ nullo modo potest
dari, nisi præcedat cognitio, voluntas .n. non po-
test velle aliquid, nec intellectus percipere, vt
probabile, quod prius non nouit; debet igitur mi-
nister causam exponere, & definitores probare.
Ad 3. Respondeo. Clausulam illam non inesse eo
modo quo exprimitur.

79 Pro explicatione noto † esse varios modos
dicendi in hac materia quoad rem nostram tres
assigno, potest .n. aliquando dici Fratres non
amoueantur, nisi subsit causa. Aliquando non
amoueantur, nisi causa cognita, aliquando etiam
addendo in definitorio, vt Fratres non amoueau-
tur, nisi causa cognita in definitorio, accipe etiam
aliud exemplum, Aliquando Summus Pontifex
dispensando ita dicit. Dispenses cum N. Si præces
veritate nitantur aut si res ita est; aliquando dicit.
Disperses cum N. Si præces veritate niti repereris
vel si rem ita se habere ex actis tibi constiterit.
Aliquando beneficium conferas Antonio, si dignus
extiterit. Aliquando autem. Si dignum repereris.
Illi modi dicendi. Si preces veritate nitantur, si
res ita se habet, si est idoneus insunt iure ipso.
Beneficium .n. non esse conferendum, nisi digno,
iure ipso inest, & ita de reliquis. Si preces veritati
niti, vel non ita esse &c. non iure ipso insunt. Non
.n. iure ipso inest, quod per causæ inquisitionem
cognoscam aliquem esse idoneum &c. sed sufficit,
quod sit idoneus, Priores ergo illi modi dicendi,
qui iure ipso insunt, etiamsi exprimantur, non
80 important formam. † Quia expressio illius, quod
iure inest, nihil operatur. Cap. significasti de elect.
l. 3. ff. de leg. 1. l. Conditiones quæ extrinsecus ff.
de Condit. & demonstr. & talis expressio est potius
quædam admonitio, & ea omissa actus non irrita-
tur, nisi irritatio exprimeretur, & optimè docet
Glossa Clem. 1. de offic. deleg. verbo repererit, vbi,
Cardinalis quæst. 13. Imola num. 20. & 21. Bonif.
numer. 36. Archidiac. Cap. Dudum 18. quæst. 2.
vers. in t. Glossa Innocentius. Cap. prudentiam
num. 9. vers. & si contrarium de off. deleg. & cap.
fin. de præsumpt. in initio vbi Abbas num. 16. Imò
num. 7. vers. circa quintum Fellin. num. 29. Na-
uarr. Summa cap. 27. num. 37. dicens esse receptis-
simum Couar. Cap. Alma mater. 1. p. §. 9. num. 8.
de sent. excommun. dicens esse omnium, Poste-
riores verò modi dicendi quibus aliquid requiritur
quod iure non inest, vel si iure inest, alio modo
requiritur quam inest, vt v. g. Idoneitas, quod
requiratur in eo, qui debet promoueri ad benefi-
cium, & veritas, quod reperiatur in præcibus hoc
iure inest, & ideò & si exprimatur, non inducit
formam quod verò inquiratur de idoneitate de-
beat constare de veritate precum hoc non inest, sed
hic modus nempè, quod debeat constare de verita-
te, quæ ipso iure inest, non inest ipso iure. Ideò
isti modi expressi inducunt formam necessario ser-
uandam, secundum Card. Clem. 1. de Concess.
præbend. Bonifacius Clem. 1. de offic. deleg. n. 36.
81 & ratio est † quia quando forma alio modo expri-
mitur, quam insit iure communi, dispositio reddi-
tur conditionalis, & actus etiam est conditionalis,
ita alios citans, & hoc colligens ex Capit. dilecta
de rescript. iuncta Glossa. Verbo Iuris Couar.
Cap. Alma mater §. 9. num. 8. de sent. excomm.
qui omnino videndus est Felinus dict. Cap. fin. nu.
33. & Cap. Cum dilecta de rescrip. & plenè Abba.
in dicto Cap. dilecta num. 12. de rescriptis, & licet
ista sufficerent pro elicienda responsione ad illud
quod obijciebatur, ad plenissimam tamen intelli-
gentiam; accipe etiam sequentia.

82 Aut exprimitur, quod de necessitate inerat,
& tunc expressio nihil operatur, & ita sunt intelli-
genda not. in Cap. Significasti: de elect. & in Cap.
ad audientiam eodem tit. & in Cap. Olim el primo
de rest. spol. & plene per Bart. l. 3. de leg. 1. Aut
exprimitur, quod inerat ex sola voluntate, & tunc
superior concipit mandatum, nouum ad hoc vide
bonam Glossam iuncto text. in Cap. Cum aliquibus
de rescript. in 6. exemplum sit. Papa mandat
beneficium conferri Titio. Si Episcopus benefi-
cium conferat Titio non auctoritate Episc. illud
confert, sed auctoritate Papæ, quia licet ipso iure
insit, & insit de necessitate Episcopum conferre
beneficium non tamen tenetur conferre Titio, nisi
ex voluntate; nam in conferendo videtur habere
liberam voluntatem, vt notatur in Cap. relatum
de præb. & ideò tunc non exprimitur, quod de iure
inerat ad id quod notat Glossa in Clem. 1. de
iurepatr. quandoque exprimitur quod inerat de
honestate, & tunc expressio inducit nouam formã,
& ita potest intelligi Cap. Venerabili de off. dele-
gat. Quandoque verò exprimitur, quod inerat de
iustitia, vt in l. 1. C. de Appellat. & tunc est dubiũ
an expressio inducat formam. Tu pro resolutione
dicito. Aut id quod exprimitur sapit instructio-
nem causæ, & non inducit nouam formam, sed est
potius quædam commonitio, & instructio, & in
hoc casu est intelligendus Innocent. in Cap. Pru-
dentiam de off. deleg. aut concernit modum pro-
cedendi, & tunc inducit nouam formam; vide quod
legitur, & not. in Cap. Ex insinuatione de rescript.
vbi quæritur quid operatur illa clausula præuia ra-
tione procedas. Abbas habet multa alia Cap. dile-
cto, citato, de rescript. num. 12. & ibi Francus in
additionibus. Ex quibus elicitur triplex res-
ponsio.

83 Primo † quod illud, quod inest, alio modo ex-
primitur, quam insit, & hoc casu inducitur noua
forma. 2. exprimitur modus, quo datur ordo
procedendi, qui debet esse causa probata, datur .n.
modus, quod minister debet procedere ad amotio-
nem Fratrum ab vno Conuentu, vt transferat ad
alium, qui etiam modus inducit formam. 3. Expri-
mitur quod inerat ex sola voluntate, & ideò datur
nouum mandatum quæ responsiones patent ex su-
pra dictis, & ita satisfactum est argumentis.

84 † Neque refert, quod agatur præter vel contra
formam, quia vbi aliquid datur pro forma, præter,
& contra formam facere æquiparantur Glossa in
Cap. Si cui de elect. Abbas in Cap. Causam quæ de
sent. & re iudicata, & Felinus eodem Cap. Non
ergo potest minister amouere quemlibet Fratrem
à suo Conuentu, licet subsit causa, & definitores,
videntes subesse illam non probant, quia nesciunt,
quæ sit, & consentiunt amotioni; sed debent inqui-
rere causam, & illam postea probare.

Ad 9. Principale. Si quatuor sunt definitores,
& tres tantum vocet minister 4. non vocato, si
tantum tribus vocatis causa probatur in definito-
rio, possit minister procedere ad amotionem, licet
quartum

85 quartum non vocauerit. † Supponendum, quod
vt acta sint valida duæ partes ex tribus Collegij,
Capituli definitorij, &c. debent interuenire, com-
munis conclusio est Legislatarum, & Canonistarũ,
vt in l. Nulli ff. quod acc. vniuers. no: l. Nomina-
86 tionum Cod. de decur. lib. 10. † Ex his autem
duabus partibus, quæ interueniunt maior debet
consentire, vt actus valeat, ita debet intelligi lex.
Quod maior ff. ad municip. & cap. 1. de his quæ
fiunt à maior. p. Cap. hoc sentit Glossa in l. aliud
§. refert. ff. de reg. iur. & eadem in l. Nulli ff. quod
cui vniuers. & Bart. in leg. omnes populi ff. de iust.
& iure Innocentius in cap. 2. de Noui operis nun-
87 ciat., & hoc de iure communi, † cæterum si adsint
propriæ consuetudines illis omninò standum est. In
casu ergo nostro debent interuenire duæ partes de
iure communi ex tribus definitorij pro approban-
da causa amotionis, & in approbatione debet con-
sentire maior pars, si autem alicubi adsit statutum,
88 vel consuetudo illi standum est, † quia causa defer-
tur ad tribunal secundum consuetudinem fori
Abbas in Cap. licet ex suscepto num. 12. de foro
compet.
89 † Respondeo ad quæsitum vnum certum esse, si,
qui non vocatur, ita est absens, vel ita detinetur, vt
etiam vocatus non possit accedere, quod sufficit
assensus maioris partis eorum, qui sunt congregati,
adhoc tamen, vt possit definitorium, congregari,
requiruntur duæ partes ex tribus, aliter congrega-
tio non erit capitularis, vel collegialis; difficultas
est, quando quis potest adesse, & non vocatur, &
videtur dicendum sufficere, quia vno prætermisso
adhuc conueniunt duæ partes ex tribus, quod satis
esse diximus de iure communi. Respondeo tamen
90 non satis esse † Quia tres non constituunt defini-
torium, & omnes sunt vocandi, & si vnus non
vocatur, electio est nulla, & actus sunt nulli, quia
non seruatur forma præscripta, quæ est quod causa
probetur in definitorio, cum ergo definitorium
constet ex quatuor definitoribus, omnes sunt vo-
candi quia persona omnium quattuor est de neces-
sitate ad constituendum definitorium. Gloss. 2. in
fine in cap. Causam de off. deleg. & approbat
91 Abbas ibidem numer. 6. † Aliqui tamen limitant
hoc verum esse, quando non vocati præsentia requi-
ritur in fauorem publicum, secus autem cum in
fauorem priuatum, quia hoc 2. casu volunt acta
valere, licet contemptus postea possit prosequi
suum contemptum, vt in cap. Sicut de el. ct. vbi
Canonicus contemptus potest ratificare electio-
nem, factam in eius absentia, quod tamen Abbas
loco citato non admittit, in casu nostro, cessat
omnis difficultas, quæ tantum potest esse, quando
præsentia non requiritur, vt forma, & vt conditio,
in nostro verò casu est de forma, & conditione, vt
supra, 2. Si talis causæ probatio admitteretur,
daretur locus fraudi. Quia cum definitores de-
beant esse quattuor verb. grat. tres debent conue-
nire, vt sit maior pars quod si vnus non vocetur,
sufficient duo, & ita non erit probata in definito-
rio, quia in definitorio tres debent concurrere, vt
fiat approbatio, minister posset vti hac fraude, vt
sibi morem gereretur, & pro libito amoueret.
Præterea vbi est iudicum pluralitas, ibi longius
abest suspicio fraudis.
92 Ad † rationem in contrarium respondeo id esse
verum, vel quoties, qui debet interesse, vocatus
non accedit, vel quoties non potest interesse,
cæterum semper debet vocari, vt definitorium sit
perfectum.

Decima difficultas est. An definitoribus appro-
bantibus pro causa amotionis beneplacitum mini-
stri absque alia causa, amotio si fiat, sit legitima.
93 † Ad quam responsum fuit à quodam homine quod
talis amotio valet primo. Quia in hac constitutio-
ne requiritur tantum quod causa amotionis sit
approbata in definitorio cum ergo voluntas mini-
stri sit probata in definitorio, vtique amotio erit
valida. 2. Si Princeps rogaret ministrum, vt ali-
quem à Conuentu amoueret, & talis voluntas in
definitorio exposita si approbatur, erit valida
amotio, ergo etiam, si probatur pro causa voluntas
ministri, amotio erit valida. Respondeo tamen
94 non valere. † Quia vna via concederetur ministro,
quod altera illi negatur; Negatur enim illi, quod
pro suo libito possit amouere, ideò requiritur,
quod causa probetur in definitorio, quod si permit-
teretur definitoribus probare pro causa eius vo-
luntatem, vtique illi hac via concederetur, quod
95 alia negatum est 2. † Probatio causæ debet esse
rationabilis; Quæ autem ratio potest esse in pro-
batione illius voluntatis ministri pro causa amotio-
nis, imò est irrationabilis. Quia Summus Pontifex
supponit ministrum velle amouere, & ne pro suo
beneplacito amoueat, vult causam amotionis pro-
bari in definitorio, ergo ista non est legitima ergo
alia est probanda etsi ista probetur, non erit suffi-
ciens, sensus enim mentis Summi Pontificis est
iste. Si minister vult aliquem à loco suo amouere,
hoc non possit, nisi causa probata in definitorio;
Ecce quomodo supponitur voluntas ministri, pro
cuius executione requiritur causæ probatio, ergo
debet esse alia, quam voluntas, & definitores vo-
luntatem ministri pro causa probantes, dicerentur
potius voluntati ministri consentire quam causam
amotionis probare, & non seruaretur forma tra-
dita, ex quo resultat nullitas actus, vt pluries
dictum est.
96 Ad primum ergo respondeo. † Non probari
causam amotionis, sed assentiri definitores volun-
tati ministri, quod est contra id, quod lex intendit
primariò vt dictum est. Ad secundum dico esse
disparem rationem. Nam voluntas Principis po-
test esse causa amotionis, vt de se patet, neque ista
est contra mentem legis. Voluntas autem ministri
est contra mentem legis, quod probetur pro causa
amotionis. Quod si voluntas ministri alicui causæ
rationabili niteretur, iam non probaretur pro
causa sua voluntas, sed alia ratio, quia eius volun-
tas mouetur si tamen explicata probaretur.
Ad vltimum principale quæsitum ex ijs, quæ spe-
ctant ad ministrum, estque vndecimum in ordine,
quod est ex tribus definitoribus in definitorio con-
gregatis approbantibus causæ amotionem, si quar-
tus extra definitorium pariter approbat, an suffi-
cienter causa dicatur probata, vt possit Religiosus
valide amoueri; Breuiter respondeo negatiuè.
97 Ratio est † Quia vbi requiritur alicuius præsentia
ad certum actum, non valet, quod agitur in eius
absentia, Si præsentia de necessitate requiratur.
Neque obstat limitatio Hostiensis, quæ & reiicitur
ab Abbate infra, nec ad rem nostram quid quam
facit. Gloss. 2. in fine in cap. Causam de off. de leg.
98 & Abbas ibidem num. 6. & † actus gestus sine præ-
sentia illius, cuius requiritur pro forma, dicitur
occultus, & clandestinus licet alias publicè fiat
text. in l. Sciant omnes vbi Bart. nu. 1. Ioann. de
Platea, & omnes notant. C. de his, quæ ex public.
ratione mut. pecu. accep. Corsetus in suis singul.
Verbo occulto. Iason. §. Item si in fraudem nu. 4.
Inst.

99 Inst. de act. † Hinc nemo ambigit, nunc, quod
Matrimonium sine præsentia Parochi contractum
sit nullum; Tridentinum enim decernit Parochi
præsentiam pro forma esse necessariam. sess. 24. de
Resor. cap. 1. vers. Qui aliter quam præsente
100 Parocho † & ideò nullatenus per æquipollens
potest suppleri, vt sæpe declarauit Sacra Congre-
gatio Concilij, & Rota decis. 643. num. 1. & 606.
part. 1. diuerse & alias sæpius. Gonzalez ad 8. Reg.
Cancell. Gloss. 48. num. 29. ad 31. apud quem vide
multa de præsentia.

Nunc venio ad solutionem eorum, quę pertinent
ad subditum, quorum primum est. An subditus,
cui intimata est à ministro discessio à suo Conuen-
tu, teneatur statim parare, an verò debeat illi
prius constare de causæ suæ amotionis probatione:
certum est, & vt verbis Innocentij vtar in cap. Ad
101 aures de tempore ordinandorum. † Vani capitis
est existimare Superiorem non posse præcipere sine
causæ cognitione, & eiusdem expressione facta
subdito, quod dictum signat Abbas vt notabile in
102 cap. Si quando de rescript. † hinc stulte agit sub-
ditus, qui à superiore exigit causam, vel rationem
præcepti in ijs, quæ spectant ad suum officium, &
103 Gloss. in cap. † Ea noscitur de ijs quæ fiunt à Præ-
latis ait esse præsumenda vel (vt ipsa loquitur) in-
telligenda gesta cum consensu suorum Fratrum,
quorum consensus, nisi interuenisset, acta debe-
rent cassari; & cum Glossa multi transeunt, vt Fe-
dericus cons. 207. Compostell. in cap. Cum dilectus
104 de consuet. † qui tamen limitat, nisi reuocetur in
dubium, an consensus interuenerit; quo casu non
vult pro consensu esse præsumendum, sed proban-
dum esse interuenisse. Cardin. cons. 118. Alex.
cons. 1. lib. 4. Feder. cons. 240. & plures alij apud
Additionato. ad Abbatem in cap. citat. Ea noscitur
sub numer. 9. versu interuenisse. Attamen sicuti
certissimum puto primum dictum, ita valde dubito
de secundo, pro cuius solutione esset explicanda illa
celebris quæstio. An solemnitas extrinseca præsu-
matur. Cum enim probatio causæ requisita, ad
amotionem sit extrinseca solemnitas necessario est
105 permittendum, an ista præsumatur. † Pro quo
videtur dicendum non præsumi, quod videtur etiã
probare textus apertus in l. Quæcunque §. fin. ff.
de public. vbi habetur, quod in contractu minoris
non præsumitur voluntas, seu auctoritas tutoris,
nisi probetur, & idem probat textus, & Bartolus
in l. Sciendum ff. de verb. oblig. multi multa dicunt;
106 breuiter; † Aut contradicitur ab ijs, ad quos
spectat consentire asserendo se nunquam consensis-
se, & tunc onus probandi incumbit Prælato; Dum-
modo contradictio fiat debito tempore per ea quæ
tradit Abbas cap. 2. de his quæ fiunt à Prælato; vel
contradicitur ab extraneo idest ab eo, ad quem non
spectat dare consensum, & tunc, vel contradictio
fit antequam actus demandetur executioni; & onus
probandi interuenisse solemnitatem extrinsecam
pertinet ad Prælatum, etiamsi sufficiat tacitus con-
107 sensus. † quia quilibet habet ius ad sciendum an
ea, quæ aguntur sint acta prout agi debent, & de-
bet doceri de validitate actus argumento cap.
Causa de Iudic. & ex eo, quod notat Glossa in cap.
1. de Elect. in 6. & facit lex Prætor edixit. ff. de
iureiur. Si verò non opponitur, præsumitur con-
sensus tacitus, & ita potest intelligi textus, &
Glossa cap. Ea noscitur de his quæ fiunt à Prælat. at
vbi requiritur consensus expressus nunquam præsu-
108 mitur, ita Abbas cit. cap. ea noscitur. † Resolu-
tiuè dic in casu nostro solemnitates extrinsecas
regulariter non præsumi text. in l. Sciendum ff. de
verb. oblig. Gaill. lib. 2. obser. 41. num. 4. & dicit
ita sentire communiter Doctores ibi, & approbat
Dynus prout refert, & sequitur Cynus in l. 2. nu. 6.
C. de rescind. vend. Salicet. ibidem num. 15. Bald.
in l. Si duo patroni §. Idem Iulianus in princ. ff. de
109 iureiur. † Præsumitur aliquando sed ob antiqui-
tatem temporis, ob difficultatem probationis text.
in l. Filius familias C. de pet. hæred. Ang. ibi nu. 2.
text. in l. Qui in alieno §. sed etsi de acq. hæred.
Imol. ibi nu. 2. cum seq. & similiter Roman. nu. 3.
vtrobique exemplis declarant, & alij quamplures
110 apud Gaill. lib. 2. obser. 71. num. 7. † Longum
autem tempus in hoc proposito intelligitur spatiũ
decem annorum. Glossa in l. Si filius familias. C. de
Petit. hæred. Butri. in cap. illud colu. pen. in fin.
vers. & quod decem anni, & Imola num. 13. versu
quod autem dicatur de Præsumpt. Felin. in cap.
Sicut num. 35. de re iudic. Respondendo igitur.

Dico neminem posse amoueri, nisi constet de
probatione causæ facta in definitorio. Quia sole-
mnitas extrinseca non præsumitur, & quilibet ha-
bet ius sciendi an ea, quæ gesta sunt sint gesta
prout gerenda sunt, cum agitur de proprio interes-
se, vt patet ex supra dictis, ergo cum approbatio
causæ sit solemnitas extrinseca, & agatur de inte-
resse illius, qui amouendus est, habet ius petendi,
quod prius doceatur de interuentu huius extrinse-
cæ solemnitatis.

111 Ad † Secundum, an videlicet sufficiat fieri pro-
bationem in definitorio, an etiam causa sit cogno-
scenda ordine iudiciario. Respondeo aliud esse
causam approbare; Aliud causam cognoscere, aliud
causam probare. Approbare causam, est causam
vel iudicialiter, vel extraiudicialiter, vel quoquo-
modo cognitam, seu propositam ratam habere
cognoscere causam, est de causa seu iuditialiter,
seu extraiuditialiter inuestigare. Probare verò
causam potest dicere, & ratam habere, & simul
causam testibus, seu alijs modis probare. In nostra
constitutione non dicitur causa cognita, sed causa
probata, & vt verum fatear, causa probata in defi-
nitorio puto nihil aliud sibi velle quam quod causã
à ministro propositam in definitorio absque alia
inquisitione definitores probent, & videtur mani-
festè colligi ex addito nempè causa in definitorio,
seu ab eodem protectore probata; cum enim verba
sint in eadem clausula, & vtroque modo regantur
dicendum est etiam eandem habere significatio-
nem, nimis autem durum esset, quod pro amouen-
do vno Religioso à suo Conuentu, protector tenea-
tur acta conficere; ergo eodem modo dicendum
erit, quod neque in definitorio eadem acta sint
conficienda. Attamen, si quis persisteret dicendo,
quod hæc clausula probata causa importet causæ
cognitionem, quod tamen puto omninò dissonum
à conuenientia. Supposita hac explicatione quam
iterum dico me non admittere.

Dico, quod causa esset iuditialiter probanda,
& Probo primo. Quia ibi datur forma iuditij,
112 nempè causa probata. † Quia quotiescunque
aliquid præscribitur faciendum ex causa illa pro-
banda; est tradunt Bart. l. item si suspectus §. fin.
ff. de Procurat. Alciatus alios referens de Præ-
sumpt. Reg. 3. Præsumpt. 9. numer. 27. Cepha.
cons. 421. num. 62. vol. 3. & alij apud Sanchez de
Matr. lib. 3. disp. 8. num. 3. Secundò Amotio fra-
trum spectat ad forum exterius, ergo etiam proba-
tio causæ eiusdem amotionis ad idem pertinebit
alioquin inter vtrumque nulla erit differentia.

113 Tertiò Ex eo, quod dicitur † causa suspitionis iudicis probata. Gloss. in l. Item si suspectus citata, & ibi Bart. dicunt causam suspitionis esse iudicialiter probandam, ergo etiam hic cum dicatur causa amotionis probata, iudicialiter erit probanda.
114 Quartò † Probatur ex Concilio Triden. sess. 14. cap. 7. de reformatione, vbi habet, probatis precibus iuditialiter ergo etiam hic dum dicitur probata causa intelligendum erit iudicialiter. Quinto
115 † videtur clare probari ex l. Cum ij ff. de transact. §. vult igitur iuncto principio eiusdem legis, vbi videtur apertè dici, quod quandocunque aliquid remittitur prudentiæ iudicis exigitur causæ cognitio. Nam in principio illius legis ita habetur. Solet igitur Prætor interuenire, & inter consentientes arbitrari an transactio admitti debeat, & §. Vult igitur ita habet. Vult igitur oratio apud Pretorem de istis quæri in primis de causa transactionis, deinde de modo, tertio de personis transigeutium, ita Bart. eodem §. num. 1. Anton. ibi, & alij, quos refert, & sequitur Menochius de arbitrarijs lib. 1.
116 quæst. 19. vbi docet † quod cum aliquid arbitrio iudicis est faciendum, debet intelligi fieri causa cognita, & statim num. 3. 4. 5. docet causæ cognitionem versari in citatione adhibenda, & litigantium iure exaudiendo, & ordine iuris seruando, ergo cum causæ probatio committatur prudentiæ definitorum, erit causa tractanda seruato iuris ordine.

Ad Tertium & vltimum quæsitum. An videlicet si subditus se sentiat grauatum, ex tali amotiune, quia causa non sufficiens sit probata pro sufficienti possit appellare. Respondeo supposito, quod res sit tractanda iuridicè quod potest appellare. Ratio
117 est quia † beneficium appellationis non datur, quia res sit magna, vel parua, quia potest appellari etiam super Gallina; Sed fundatur super iniustitia sententiæ, & iniquitate iudicis vt in cap. de appellationibus tit. de appellat. & in cap. cordi eodem sit in 6. & concordat tex. 1. ff. de appellatio. Si verò quis amoueretur à loco, & causa non esser necessario cognoscenda iuditialiter, non posset subditus appellare à præcepto amotionis per ea quæ supra dicta sunt; nempè quia superior nou tenetur reddere rationem subdito de ijs, quæ spectant ad suum officium, & esset hoc vani capitis tentare, sed posset quidem appellare à grauamine, si ex amotione inferretur iniuria quia inde nasceretur scandalum, vel quia electio esset facienda aliter ex sua amotione, quam fieret si non amoueretur, vel ob alias similes causas, & hoc de iure, cæterum Religiosus nunquam potest errare obediendo, & ita expedita sunt, quæ pertinent ad istam clausulam. Nunc explicando ea, quæ pertinent ad clausulam de Consilio, vt si diceret Summus Pontifex de Consilio, cum Consilio, vel habito Consilio &c. breuiter sic resoluendo.
118 Noto † primò aliud esse dicere, quod aliquid fiat de Consilio, secundùm Consiliū, habito Consilio, & cum Consilio, vel iuxta Consilium, & si dicatur iuxta, vel secundùm Consilium, tunc Consilium est sequendum, & secundum Cynum in l. id quod pauperibus C. de Episcopis & Cleric. idem est dicendum, quando dicitur de Consilio, secus autem si dicatur cum Consilio. Hoc tamen non approbat Io. And. in reg. Nullus ex consil. de reg. iur. in 6. & Bart. & alij. Angelus Theologus. Verbo Consilium ait esse recurrendum ad mentem mandantis. Multa habet Gonzales ad 8. reg. Cancell. Gloss. 46.
119 per totam. † Breuiter dic. Ex Gemin. in cap. 1. ne Sede vacante. Aut imponitur Consilium petendum ab eo, à cuius potestate dependet principaliter actus; Vt quod Clericus non conueniatur coram alio Episcopo siue Consilio proprij, & tunc Consilium significat assensum, est enim omninò sequendum, & iste est casus cap. 1. de foro comper. cum Glossa. Si verò actus non dependet ab eo, à quo Consilium est petendum; Sed tunc simul cum alijs debet conuenire ad consulendum; tunc distingue, Vel per alia iura decernitur, quod in illis casibus, de quibus Consilium est petendum, sit etiam sequendum, & tunc clarum est, quod, qui tenetur petere tenetur etiam sequi patet hoc ex Cap. Studeat. 50. dist. in quo requiritur consilium aliorum Episcoporum in depositione Sacerdotis, quod tamen est sequendum per Cap. Si autem Presbiter. 15. quæst. 7. vel non constat per alia iura, quod sit sequendum, & tunc subdistinguit, vel Consilium est petendum a participe officij, & tunc non solum est petendum, sed etiam sequendū conclusio est in Cap. Venerabili de off. deleg. vel est requirendum ab eo, qui licet non sit parrieeps officij habet tamen ius in re, de qua est petendum consilium, & tunc etiam qui tenetur petere, pariter etiam tenetur sequi, v. g. mandatur alicui prouideri de Ecclesia requisito consilio patroni, consilium tunc importat necessitatem, quia patronus habet ius in tali prouisione, dictum est. Io. Andreæ in Cap. dilectus de off. leg. vel est requirendum à non habente ius & tunc habenda est ratio materiæ, super qua iniungitur petendum consilium v. g. si detur alicui consilium, ne ordinetur propter irregularitatem hoc est consilium necessitatis, & ita procedit textus in Cap. Ad aures de ætate, & qualit. & ita illud intelligit. Io. Andreas in dicta regula Nullus. Si verò ex materia colligatur, quod non sit necessitatis, sed conuenientiæ, tunc necessariò non est sequendum. Cap. cum in veteri, de Elect. Cap. Olim de Arbitr. Ex quibus intelliges quod sibi velit quod solet dici consilium esse voluntatis, Præceptum necessitatis 14. quæst. 1. cap. quod præcipit. & quod in dubijs debet homo requirere consilium 16. quæst. ... visis: & dist. 20. cap. vlt. & 9. quæst. 3. cap. Excellentissimis, ex quod merito arguitur, qui consilia sapientum, & recta suadentium non vult recipere. 84. dist. cap. 1. & etiam id quod soler dici. Qui etiam ex necessitate tenetur petere consilium, non tamen ex necessitate tenetur sequi, text. in cap. 1. de Monach. & in cap. de veteri. De elect. Pro complemento subijciam solutionem sequentium dubiorum.
120 P. † Committitur Episcopo Bergomensi v. g. vt cognoscat, & sententiam ferat in causis vertentibus inter Capitulum S. Alexandri, & S. Vincentij, Cum consilio Abbatis S. Benedicti, potest ne alium delegare tam ad cognitionem, quam ad senten-
121 tiam ferendam. Respondeo posse. † Quia necessitas petendi consilium non tollit facultatem delegandi. Ex capit. cum in veteri, de elect. & elect. potest. & ibi Abbas nu. 3. Maior difficultas est an possit delegare, quando aliquid committitur cum clausula, super quo suam oneramus conscientiam. Aliqui dicunt posse, & ita volunt intelligi clausulam illam tuam oneramus conscientiam non in causa expedienda, sed in eligendo, qui expediat.
122 Ego tamen puto † ita esse dicendum, vel committitur aliquid tantum exequendum, vt quando Papa committit conferas beneficium Titio, & tunc

tunc puto posse alteri delegari collationem &c. Vel
non solum committitur exequtio, sed etiam causæ
cognitio, & tunc puto esse electam personæ indu-
striam, & ideò alteri non posse cõmitti, vt si Sum-
mus Pontifex committat Episcopo Bergomensi
conferes beneficium S. Pancratij Sacerdoti digno,
quia debet probare, & inuenire Sacerdotem dignũ
puto personæ industriam esse electam, & ideò non
posse committi tam cum clausula super quo suam
conscientiam oneramus, quam sine illa capit. 15.
inde offic. de leg. in 6.
123 2. In testamento Sempronij reperitur ista clau-
sula. Lego Cleliæ mille si nupserit cum consilio An-
tonij eius patrui, moritur Antonius, cuius consi-
lium est habendum, & ideò adueniente tempore
nuptus Cleliæ dubiturum, an ei sit dandum lega-
tum, cum non possit haberi. consilium Antonij eius
patrui iam defuncti. Qui diceret non deberi; pro-
124 baret à contrario sensu † ex l. cum tali §. Rescri-
ptum de condit. & demonst. in qua ita habetur.
Si conditio (si cum consensu Titij aliqua nupserit)
apponetur licet Titius viuo testatore decedat, non
amittitur legatum, & ratio est, quia ea conditio
125 inutilis est ergo à contrario sensu † conditio
Consilij, quæ est vtilis, & honesta, sicuti inutilis est,
& non seruanda illa consensus, si deficiat, legatum.
126 non debebitur. † Consensus .n. obest libertati
matrimonij, non verò consilium, quod potest ha-
beri, & postea etiam non mandari executioni, quod
non est de consensu; ita tradit Suarez lib. 3. part.
tit. de casamientos lib. 2. num. 23. Alex. Dec.
& Felinus quos refert, & sequitur Molin. lib. 2. de
Primog. cap. 13. num. 40. & 41. Qui excipit
primogenia Hispaniæ ex præsumpta voluntate
institutorum. Sed verius est non amitti quoties
per legatariũ non stat quominus conditio impleа-
tur, vt in casu proposito, quo obijt ille, à quo
consilium erat petendum, nec stat per legatarium,
quominus consilium petatur, hoc latè probat, &
defendit Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit.
18. nu. 31. Nec obstat lex in contrarium adducta.
Nam illa loquitur, quocunq; modo conditio defi-
ciat, etiam ex culpa legatarij, & ideò innititur
defectui valoris conditionis, si .n. valida esset,
deficiens culpa legatarij, legatum annullaret.
126 3. † Queritur si tale sit consilium, quod ex forma
mandati sit sequendum, & ille, qui dare debet con-
silium, dat malum, tenetur ne ille, qui legatum
consequi debet, sequi illud mandatum; Nemo .n.
tenetur sequi consilium non bonum, tam si sit ne-
127 cessarium, quã si tantum sit vtile. Ratio est † quia
consilium importat, quod sit iustum, vt ex l. Titium,
& Marium ff. de admin. tut. & notat Bart. in l. 1.
128 §. scilicet ff. de exerc. & † quando consilium
pertineret ad iudicium iuxta Hostiens. posset ferri
sententia contra consilium si non esset iustum,
quod tamen non admittit Abbas, nisi de æquitate,
& nisi periculum esset in mora, quia tali casu etiam
de rigore iuris posset ferri sententia, etiam si non
requireretur consensus.
129 4. Titius disponis in suo vltimo testamento,
quod sui testamenti executores distribuant mille
aureos pauperibus de consilio Abbatis S. Benedicti,
existit negligens executor per annum, nec distri-
buit Legatum, quare deuoluitur ad Episcopum
eius executio; quæritur an etiam Episcopus tene-
atur sequi Consilium, vel saltem petere ab Abbate
130 supradicto. Respondetur teneri petere † Quia
licet sit recessum à persona, non est tamen recessum
à forma Legati. Sed forma Legati est, quod Le-
gatum habeat executionem cum consilio Abbatis,
ergo eo modo est exequendum iuxta superius tra-
dita. Casus est in Cap. Dura verbo iuxta præscrip-
tam formam. De crimine falsi Clem. vnica de
supplenda neglig. Prælat. Abbas in Cap. Publicato
de elect. Quod verum est in omnibus casibus,
etiamsi committatur aliqua causa expedienda cum
consilio alicuius, & ille, cui committitur, deleget,
adhuc delegatus tenetur ad consilium, ad quod te-
nebatur primus, cui facta fuit commissio; quia
semper, licet recedatur à persona, non receditur
à forma, quód semper est obseruandum.
131 5. † Committitur Episcopo Bergomensi ex. gr.
quod causam matrimonij Cleliæ expendiat, cum
Consilio quinque suorum Canonicorum. Possunt
isti quinq; Canonici committere suas vices vni tan-
tum eorum. Respondeo vel hoc Consilium est da-
tum pro forma mandati, vel non est pro forma
mandati. Si est pro forma, non possunt, sed est
exequenda forma ad vnguem; Si non est pro forma,
possunt, facit text. Cum in veteri, & ibi Abbas de
elect.
132 6. † In sententia ferenda requiritur Consilium
4. Canonicorum, tres suum Consilium exponunt,
sed quartus non exponit, potest ne procedi ad
sententiam quarto inaudito. Respondeo si quartus
133 petat tempus ad † deliberandum, quod tamen
debet esse honestum arbitrio boni viri, qui arbi-
trabitur secundum arduitatem negotij, est ei con-
134 cedendum. † Non .n. Consilium est dandum
vel nimis præcipitanter, ne sit imprudens, vel
nimis morose, ne sit extra tempus, leg. quod
dicimus, & l. ratum ff. de solut. & facit text. in
135 Cap. de causis de off. deleg. & † cæteri non
possunt renunciare huic tempori introducto ad
136 fauorem omnium. † Nam tempore agemus, vt
maturè aliquid definiamus. 50. dist. cap. Pon-
deret. Neque valet dicere, quod si tres consen-
tiant, & vnus dissentiant potest ferri sententia,
137 ergo etiam si tres Consilium protulerint. † Quia
est dispar ratio. Nam qui Consensum tenetur fer-
re, eo lato nihil amplius illi remanet faciendum,
neque suo consensu quidquam iuuamenti potest
conferre causæ quartus, si tres consenserint, quia
maior pars concludit. At in Consilio, Non ita;
potest enim ille quartus adeo salubre Consilium
dare vt alios à sua sententia dimoueat, & iudex
alijs spretis hoc sequatur. Hoc igitur distat, & ideò
non est eadem ratio. Hæc dicta sunt vtpotè vsu
frequentissima, & sæpissime à me postulata.

S V M M A R I V M

1 *Casus proponitur.*
2 *Error personæ non tollit validitatem Sacra-*
mentorum præter Matrimonij.
3 *Minister Sacramenti ne erret, debet dirigere suã*
intentionem in personam præsentem, vt si
erret speculatiue, non erret practice.
4 *Episcopus quamuis protestetur se nolle ordinare*
excommunicatos, nec Clericos alienæ diœcesis.
tamen si præsententur, & Episcopus agat circa
illos, quæ agere debet, vere sunt ordinati non
obstante illa protestatione.
5 *Ratio differentiæ quare Sacerdos errans in per-*
sona non absoluat, est quia errat circa materiam,
& putat esse vnam, & est alia.
6 *Error personæ in Confessione est si putaret absol-*
uere fœminam, & esset vir, attamen intentio
ferretur ad absoluendum peccata confessa ab illa

 muliere

muliere putata viro.

7 *Episcopus licet protestatur, se nolle ordinare excommunicatos, & extraneos à sua diœcesi, quando tamen repræsentantur, actu intendit ordinare, quem habet præsentem, ideò valet ordinatio & tenet, non autem esset ita si actu haberet hanc intentionem; nolo ordinare hunc, si non est mens subditus. Confessarius intendit absolutionem cadere super peccata non præsentia.*

Confessarius absoluendo errat in persona.

X X I X.

1 CAius, & Sempronius omni vitiorum genere, inquinati, & in patrandis criminibus sæpissime socij, nunc etiam socij in expiatione eorumdẽ vterq. adit Confessarium, suaque illi aperit peccata, sed non vterque eadem omnia, sed multa etiam valde differentia, & multa reseruata, quare non potest statim eos absoluere, sed prius cogitur impetrare facultatem pro reseruatis, ideò illos admonet, vt tertio die pro absolutione ad se accedat; elapso triduo non simul ambo sed vterque separatim, & primus accedit Sempronius, quem modo Confessarius putat esse Caium, & illum absoluit, deinde accedit Caius, quem putat, Sempronium, illumque pariter absoluit. Nunc detecto errore, quia cognoscit vtrumque valde differentia habuisse aliqua peccata, dubitat an recte absoluerit, & valide ideò quærit, quod agendum.

2 Pro solutione istius quæsiti multi multa dixerunt. Aliqui dicebant absolutionem tenere, quia error personæ non tollit validitatem Sacramenti, præter Matrimonij, vt Sotus in 4. dist. 1. quæst. 5. num. 8. Siluest. verbo Baptismus 3. quæst. 15. Tabiena eodem tit. 6. nu. 12. Sayrus de Sacram. in gen. lib. 2. cap. 4. quæst. 6. Reginald. lib. 26. num. 42. Henriq. lib. 1. cap. 10. num. 6. Toletus lib. 2. cap. 20. ad fin. Graffius 2. part. lib. 1. cap. 3. nu. 33. Victor. de Bapt. quæst. 34. Vinald. cap. 5. num. 22. Vasq. 3. p. quæst. 65. disp. 138. cap. 6.
3 num. 92. & alij quamplures † & ratio est quia etsi minister speculatiuè erret, tamen practice non errat, cum dirigat, & dirigere debeat intentionem suam in præsentem personam ne irritum faciat Sa-
4 cramentum. 1. † Quamuis Episcopus protestetur se nolle ordinare Clericos alienæ diœcesis, & excommunicatos, attamen si accedant, remaneut ordinati; ergo eodem modo licet Confessarius non intendat absoluere Caium; sed Sempronium, absoluit Sempronium, quem habet præsentem. Aliqui aliter. Sed ego breuiter.

5 † Respondeo absolutionem non valere. Ratio est, Quia Confessarius non habet sufficientem intentionem ad absoluendum, quia cum Sacramentũ pænitentiæ exerceatur per modum iuditij; Iuditiũ debet fieri de cognitis delictis, & absolutio debet cadere super cognita materia. Confessarius autem non intendit absoluere Sempronium à peccatis, quæ ipse confessus est, & quæ in illo cognauit, sed ab illis, quæ confessus est Caius ideò absolutio non valet, quia deficit necessaria intentio. Deinde absolutio debet cadere super materia proportionatã intentioni, hic autem materia non est proportionata intentioni, quia intendit absoluere à peccatis, quæ non habet Cains, & non intendit absoluere ab ijs, quæ habet, ideò non valet. Ad ea quæ adducuntur in contrarium.

6 Dico hic non esse errorem personæ, sed materiæ. Si enim Confessarius intenderet absoluere illum, qui statim confessus est, & putaret esse fœminam, & esset homo certe absolutio teneret, sed si haberet hastiam ceræ, putans esse farinæ; vtique non conficeret, quia errat in materia, eodem modo qui absoluit, & intendit absoluere peccata Caij, & sunt peccata Sempronij errat in materia incapaci illius absolutionis, ideò non tenet absolutio.

7 Ad id quod dicitur de Episcopo ordinante: pariter est valde dispar ratio, quia Episcopus, licet protestatus sit se nolle ordinare; hic & nunc tamen intendit ordinare quem habet præsentem; quod si actu haberet istam intentionem non intendo ordinare excommunicatum, licet intendam ordinare; quem habeo præsentem, vtique non ordinaret. Eodem modo Confessarius non intendit absoluere, quem habet præsentem, sed eum qui est absens, quia non dirigit absolutionem in eum, qui subijcit peccata absolutioni. Item si iudex, confectis actis duorũ reorũ fert sententiam de crimine vnius non quem intendit condemnare, vel absoluere; sed illũ, cuius acta iudicat; condemnat, vel absoluit, ita & Confessarius, non absoluit vel condemnet, quem habet actu præsentem sed debet absoluere, vel condemnare illum cuius acta intendit iudicare, cum autem non possit, quia absolutio non confertur in absentem, fit quod sit nulla.

S V M M A R I V M.

1 *Casus proponitur.*
2 *Mercis præcium alias iustum, et quacunque intentione non euadit iniustum.*
3 *Solutio difficultatis.*
4 *Ad hoc, vt sequatur obligatio compensandi damnum, actio debet illud efficaciter produxisse.*
5 *Intentio mala non producit obligationem ad damnum, sed opus est posse producere, & actu producere.*

Epistola damnum inferens, an teneatur resarcire.

X X X.

1 † CAius aromatarius multas adduxit merces, quos quia difficile potest vendere, componit Epistolam, in quæ fingit nunciari breui futurum esse, vt maxima caritas aromatum inducatur, vel quia pyratæ prædati sunt aliquas naues similes merces aduehentes, vel alio ficto casu, deinde illam proicit Titius illam raperit, cumque item sit aromatarius intelligens Caium esse in portu, & multas habere similes merces ipsum adit, & rigoroso prætio illas emit, quas tamen non emisset nisi illam Epistolam reperisset. Breui post tempore non solum non superuenit caritas, sed maxima abundantiã. Quæritur an Caius ad aliquid teneatur.

2 † Vnum certum est ratione contractus Caium ad nullam teneri restitutionem, quia licet merces vendiderit rigoroso pretio, non excessit tamen limites honesti, cum autem quis vendit rem pretio iusto, ad nullam tenetur restitutionem in omnium sententia. Quod potest esse dubium, est an teneatur ad damnum sequutum ex eo, quod ipse Epistolam illam proiecerit, qua lecta inductus fuit Titius ad emendum. Rebellus de obligat. iust. par. 2. lib. quæst. 7. num. affert pugnantes sententias, & earum auctores, & sectatores.

3 † Ergo

3 † Ergo puto ad nihil teneri. Ratio est. Quia illa Epistola non ex rei natura apta est producere hunc effectum, nempè, quod Titius emat; sed hoc est per accidens, per se enim apta est tantum reddere certiorem de eo, quod agendum est; vel quod futurum est ergo neque ex illa potest oriri obligatio compensationis probatur. Consequentia, †
4 quia ad hoc vt oriatur talis obligatio; actio debet esse talis, vt ex sui natura, non per accidens sequatur effectus. Emptio enim ista est potius attribuenda nimiæ inconsiderationi mercatoris, quam efficaciæ Epistolæ. Non enim debet vir prudens statim visa Epistola, vel audito nuntio decernere suas actiones, sed prudenter prius pensare, & si hoc non agit debet sibi imputare.

Dices qui aduertit ex aliqua actione alteri damnum sequuturum, tenetur debitam adhibere cautionem, ne sequatur at iste non solum cautionem, non adhibuit, ne sequeretur, sed diligentiam adhibuit, vt sequeretur ergo &c. Respondeo. Distinguendo, vel damnum sequitur ex natura actionis, vel non sequitur ex natura actionis, si sequitur ex natura actionis, tenetur adhibere diligentiam, ne sequatur, & si non adhibet, tenetur resarcire damnum, quod sequitur, etsi illud non intendat, nisi tamen iure suo vtatur, quia iure suo vtens, nulli fac it iniuriam. Lessius de Iust. lib. 2. cap. 9. dub. 16. num 114. quod si ex natura actionis damnum non sequatur, etiam si damnum intendas ad resfactionem non teneris. Vnde si quis furatur thesaurum Petro putans dolore moriturum, non censetur homicida, nec fit irregularis. Qui sciens duos esse inter se rixatos, tertius quidem qui cum altero illorum simultates exercebat, illum interficit, Si ille, cum quo interfectus rixatus est, à satellitibus capiatur, & multa damna patiatur interfector ad nihil tenetur.

5 Dices secundò mala intentio tua cum damno sequuto te obligat, ita Sotus, & Corduba apud Lessium loco citato num. 113. Respondeo intentionem non posse obligare quemquam ad restitutionem, patet quia etsi ergo maxime gaudeam quod aliquis occidatur non tamen ad satisfaciendum teneor; requiritur ergo actio, ergo debet actio esse sufficiens ad obligandum, ergo efficax causa damni cum enim, intentio non causet damnum, neque intentio potest obligare ad damnum resarciendum, & ratio est, quia intentio non potest facere, vt opus externum magis sit damnosum, aut noxium, vel magis violet æqualitatem, quam ex se fit aptum violare, ergo si ex se non sit iniustum, nec sufficiens ad damnum inferendum, neque tale erit respectu intentionis, cum ergò illa Epistola sit potius occasio, quam causa damni, sequitur quod neque respectu intentionis fiat causa, sed semper remanebit tantum occasio neque poterit vnquam parere obligationem satisfaciendi, quia non potest efficaciter producere, vel inferre damnum.

SVMMARIVM.

1 *Casus proponitur.*
2 *Hæres institutus ad tempus, nisi alius sit scriptus post illum, sublato vitio temporis manet institutus.*
3 *Maximè nisi adsit aliqua taxatiua.*
4 *Et nisi aliter suadeat attenta mens testatoris.*
5 *Aliud est hæreditas, aliud bona hæreditatis.*
6 *Tripliciter quis potest institui hæres, & quomodo, & omnes modi explicantur.*
7 *Hæres per quamcunque cessionem nunquam transfere onus soluendi legata in alium, quia nunquam desinit esse hæres.*
8 *Hæres vniuersalis tenetur soluere legata, si nullus alius sit scriptus, & si alius sit scriptus, quomodo procedendum.*
9 *Heres partialis euadit vniuersalis, si alius non sit scriptus, & ratio dicti.*
10 *Licet in dubio contractus debeat valere non tamen omni meliori modo.*
11 *Ex pretij quantitate colligitur qualitas contractus.*
12 *Et ex eodem pretio colligitur mens contrahentium.*
13 *Eodem modo ex quantitate pretij colligitur quid veniat in emptione.*
14 *Casus præsens resoluitur.*

Vendens hæreditatem suam per decennium quid vendat.

XXXI.

1 CAius ab Antonio † in suo testamento instituitur hæres per decennium in certa parte suorum bonorum, quam partem hæreditatis pacto pretio Caius vendit Sempronio, at quia in testamento Antonij multi sunt legatarij, audita hac venditione adeunt Sempronium, vt legatorum partem, quæ vendite parti respondeo, soluat. Negat Sempronius soluere, quia ipse non est hæres, & negat Caius, quia est tantum hæres partialis asserens ad hæredem partialem non pertinere solutionem legatorum, res ad iudicem defertur, ideò producitur testamentum, in quo nullus alius hæres reperitur scriptus præter Caium partialem, & vniuersalis, nullus est scriptus, quare iudicandus asseritur vniuersalis ideò sequentia proponuntur soluenda. 1. An Caius vendens hæreditatem transferat onus soluendi legata in ementem. 2. An hæres partialis teneatur soluere legata, & quæ. 3. An posito, quod nullus alius sit scriptus hæres vniuersalis, partialis euadat vniuersalis. 4. An ex eo, quod iste partialis vendidit suam hæreditatem non solum sit dicendus vendidisse tertiam partem, sed etiam quidquid isti tertiæ adiungitur. Pro solutione.

2 † Noto hæreditatem non posse dari ad tempus; imò sublato vitio temporis manet institutio l. Hæreditas ex die ff. de hæred. instit. §. Hæres pure
3 instit. eodem. † propterea hæreditate data quoad hæres vixerit, vel similibus verbis, quando non est datus hæres post mortem, censetur perpetuo hæres, maxime quando nulla est adiecta taxatiua, vel latissime alios congerens explicat, & probat. D.
4 Sil. Aldob. conf. 17. à numer. 20. ad finem † nisi aliter suadeat attenta mens testatoris, quæ sit verisimilis. Parisius conf. 69. num. 4. Aret. conf. 11. sub num. 7. & seq. Natta conf. 570. num. 12. in fine. Ludouis. decis. 102. num. 2. & 3.
5 † Noto præterea ex Accursio aliud esse hæreditatem, aliud bona hæreditatis in rigore. Nam hæreditas est ius percipiendi bona.
6 † Noto vlt. Aliquem posse instituti hæredem vniuersalem omnium bonorum, vel partialem aliquorum, quod potest esse dupliciter, vel in dimidia, tertia vel quarta parte hæreditatis. Vel in illo agro, in illa Villa, in illis agris in illis villis determinando, quæ illa sint ita vt institutus in 3.

4. vel

4. vel alia par. nihil habeat determinatum, institutus verò in agro habet determinate, quod ad ipsum spectat. Nunc deueniendo ad solutionem quæsitorum. Respondeo.

7 † Ad Primum Caium non transtulisse onus soluendi legata in ementem hæreditatem per quacunque cessionem, quia nunquam potest desinere esse hæres, & ideò onus soluendi legata semper remanet apud ipsum, debet ergo legatarius conuenire Caium hæredem, vt sibi legata soluantur, deinde Caius conueniat illum, cui vendidit hæreditatem, & in quem trastulit omnia iura tam actiua, quam passiua suæ hæreditatis in l. 2. de hæred. vel act. vendit.

8 † Ad Secundum dico Hæredem vniversalem teneri soluere legata, si nullus sit scriptus hæres, quod si alij etiam sint scripti hæredes. Vel sunt hæredes alicuius partis determinatæ, vt alicuius agri in indiuiduo, vel in 3. & 4. p. Si hæres sit secundo modo, tenetur soluere legata ad ratam hæreditatis, quia vere est hæres partialis, & ideò ad ipsum etiam spectat partiale onus hæreditatis. Si verò sit hæres p. modò nihil tenetur soluere, quia est potius legatarius, quam hæres per iura vulgaria, & ita communiter Doctores.

9 † Ad Tertium patet responsio ex adnotatis, vbi diximus, quod hæres partialis, si nullus alius sit scriptus, euadit vniuersalis, ne testator decedat partim testatus, & partim intestatus, cum ergo tempus reijciatur ab hæreditate, nec alia sit coniectura in præsenti casu, qua liceat conijcere, ad quem alium voluerit testator deuolui hæreditatē, fiet certe, vt reiecta temporis limitatione, hæres particularis euadat vniuersalis, & semper non tantum pro tempore patet ex dictis.

10 Ad † Quartum, & vltimum videtur dicendum in hoc casu venditionis hæreditatis deberi quidquid pertinet ad hæreditatem. Quia hæreditas est ius succedendi, cum ergo sit venditur ius succedendi, vtique dicendum videtur deberi ementi quidquid pertinet ad hæreditatem, at in contrarium est, quod, etiam in dubio contractus debeat intelligi, quod valeat l. quoties de verbo. oblig. & l. quoties de reb. dub. non tamen debet intelligi, vt valeat omni meliori modo Iason in d. l. Quoties num. 4. de verb. oblig. & in l. plane §. si duobus numer. 8. de legat. 1. Mantic. decis. 4. numer. 6. Respondeo p. 1. Caium non vendidisse hæreditatem, quidquid illud sit, quod nomine istius hæreditatis intelligatur, quia illam vendidit tantum vt ad ipsum pertinebat per id tempus. Respondeo. 2. An in venditione veniat, quidquid fructus potest contingere hæredi toto decennio hoc est deciendum ex pretij quantitate. Si enim pretium istius hæreditatis est tale, quod etiam fortuita possint

11 censeri fuisse intenta, dicendum erit † deberi etiā fortuita si verò aliter ex pretio colligitur, aliter etiam erit dicendum quia ex quantitate pretij col-

12 ligitur qualitas contractu, & mens contrahentium Glossa in l. 1. §. Qui superficiem in verbo

13 agendo §. de superfici † Decius cons. 110. sub n. 5. Paris. cons. 64. numer. 44. lib. 1. & ex quantitate pretij colligitur quid veniat in emptione, vt late Mant. de tacitis, & ambig. lib. 4. tit. 9. numer. 8. & seq. Menoch. de Præsumpt. lib. 3. Præs. 73. Surd. cons. 13. num. 37.

14 Resoluendo † casum nostrum dico. Caium partialem hæredem euadere vniuersalem, & ipsum teneri ad solutionem legatorum, & quia ex quantitate pretij etiam colligitur non vendidisse, nisi id quod initio contractus extitit non tenetur reddere quod ad ipsum peruenit. Legata verò si fructus tantum hæreditatis vendidit, totam hæreditatem soluere ad ipsum spectar, Si verò spectat adhuc ad ipsum, sed potest postea contra emptorem, nisi agere aliter inter ipsos sit conuentum.

S V M M A R I V M.

1 *Casus proponitur.*
2 *Caius, & Sempronius incurrunt pœnas.*
3 *Videtur incurrere etiam suadens, & probatur numer. 4. 5. 6.*
7 *Videtur non incurrere assignantur rationes.*
8 *Assignatur finis intrinsecus huius prohibitionis.*
9 *Ficte agere, & non agere paria sunt.*
10 *Resoluitur ratio, quæ videtur vrgere.*
11 *Supposita ignorantia suadens non incurrit.*
12 *Ad incurrendas censuras requiritur contemptus.*
13 *Ad incurrendas alias pœnas sufficit non fuisse adhibitam necessariam diligentiam.*
14 *Limitatur in pœna non petendi debitum ob copulam cum consanguinea coniugis, & ob baptismum datum filio sint necessitate, vbi requiritur ignorantia affectata.*
15 *Resoluitur dubitatio.*
16 *Respondetur ijs, quæ videntur esse contraria.*

Ex Duello suaso, non vt pugnetur, sed vt pax ineatur, an inde excommunicatio.

X X X I I.

1 CAius, & Sempronius adeo capitali odio se prosequuntur, vt potius quam odium vita sit extinguenda Pacis nullum remedium, nisi descendant ad singulare certamen. Ideò Seius vtriusque amicus illud suadet, eo tamen animo, quod statim ac ad pugnam descenderint, ibi reperiantur duo in arte gladiatoria peritissimi, qui etiam primum ictum certissimè impediant; suadet autem, non vt duellum sequatur, sed vt lites dirimantur, & pax ineatur. Decernitur dies, indicitur locus, designantur arma, statuto tempore ad condictum descendunt, gladios euaginant, ictus librant, sed non fulminant, quia illi in arte peritissimi medij sistuntur, consuetisque verbis animos demulcent, & nullus sequitur ictus, quod etiam antea vt certissimum habebatur. Caius tamen, & Sempronius descenderunt vere animo pugnandi: & pugnassent, nisi medios se dedissent illi gladiatores. Quæritur An ex isti omnes vel aliquis aliquam incurrerit excommunicationem.

2 Breuiter resoluendo dico Caium, & Sempronium incurrisse excommunicationem, & alios pœnas in constitutione Gregorij XIII. contentas, comprehenduntur enim sub illis verbis etiam si pugnam ob aliquod impedimentum non commisissent, & ad locum accessissent pugnaturi, & per eos non stetisset quominus pugnarent. Cum ergo Caius, & Sempronius descenderint pugnaturi, & per eos non steterit quominus pugnauerint, sequitur certe, quod legem illam violauerint, & pœnas contra violatores indictas, incurrerint. Nec quidquam releuat, quod Seius ira rem disposuerit, vt omninò duellum non esset sequuturum, quia hoc non facit quin ipsi vere non descenderint pugnaturi, nec per ipsos stetit, sed per alios, quin pugnauerint, si ergo descenderunt parati, nec per illos stetit, quin pugnauerint, imò pugnassent, nisi fuissent impediti certe

certe ex his concluditur violatio conſtitutionis prædictæ,& conſequenter incurſus in pœnas,& hoc puto ſat is clarum maior difficultas eſt de Seio, an etiam iſte duellum ſuadens,eaſdem vel alias pœnas incurrerit, & videtur dicendum incurriſſe.
3 P. Quia, ſi incurrit deſcendens ad duellum ſuaſus, debet etiam incurrere ſuadens cum eadem pœna ſit ſtatuta in conſulentem, ac in ſuadentem, vt patet ex contextu conſtitutionis, non enim eſt maioc ratio de vno, quam de alio.

4 . 2. † Etiam probatur, prohibibetur duellum, vt tollatur peſſimus abuſus, quod arma ſint iudices litium, duellum enim initur in defectu, probationem, & volunt ſortes armorum decidere vecitates controuerſiarum, quod, quam ſit inconueniens, de ſe patet, ſed in hanc prohibitionem peccat ſuadens duellum, licet non ineatur, quia iam illud ſuadet vt medium proportionatum,ad lites, & controuerſias decidendas ergo incurrit pœnas.

5 Tertiò † incidunt in pœnas deſcendentes, vt pugnent, etiamſi initæ ſint pactiones de dirimendo duello, ergo etiam qui ſuadet, etiamſi idem propoſitum habeat; verba conſtitutionis ſunt clara. Decernentes iiſdem pœnis decreto, & conſtitutionibus teneri eos, inter quos pactiones initæ ſint de dirimendo certamine.

6 Quartò ex eadem Clem. §. † Quiq. alij; vbi hæc apertiſſima verba habentur. Quive alijs ad ſingulare certamen publice, vel occulte ineundum, vel ad prouocandum aliquem ad pugnam &c. auxilium, conſilium, operam, vel fauorem præſtiterint, ſiue id ſuaſerint, vel mandauerint, quique in præmiſſis, vel eorum aliquo ſe quomodolibet immiſcuerint, etiamſi neque pugna aliqua, neque certamen, aut effectus nec acceſſus aut actus ad pugnam proximus, neque aperta, & expreſſa prouocatio ſubſequta fuerit nihilominus cenſuris, & pœnis omnibus in præſenti, & in alijs conſtitutionibus, & decreto contentis ſubiacere &c.

7 In contrarium † tamen eſt quod deſcendens pugnaturus in duello ſi per ipſum non ſtat quo minus ſequatur, pœnas incurrit, ergo, ſi per ipſum ſtat, quod non ſequatur, non incurret, ergo non incurrit neque conſulens ſi per ipſum ſteterit quod non ſequatur.

8 Secundò † finis intrinſecus legis iſtius eſt tollere duella,ne ſequantur mortes,& interitus corporum, & animarum. Quæque (inquit Clemens VIII.) inuenta, atque introducta ſunt, vt ex cruenta corporum morte animarum etiam ſimul interitus, & pernicies ſequatur. Sed iſtud duellum, quod. ſuaſum eſt, non tendit ad mortem corporum, ex qua ſequatur interitus animarum, ergo hoc non prohibetur, quia illa tantum per legem prohibentur, quæ cadunt, ſub fine intrinſeco legis, qui eſt ille, qui in lege exprimitur.

9 Tertiò † ficte agere, vt non agere paria ſunt, ergo etiam, qui ficte ſuadet duellum idem facit, ac ſi non ſuaderet, ſuadet enim, quod non eſt ſequuturum, ſicuti etiam qui ficte agit actum ſimoniacum non incurrit pœnas inflictas contra ſimoniacos ergo non incurret, neque qui fictum duellum ſuadet.

10 Dicet † aliquis has rationes non militare, quia licet vere non ſint pugnaturi deſcendentes, ſuadetur tamen acceſſus ad pugnam qui eſt prohibitus, ergo ſaltem ex hoc capite incurrent ſuadentes illum. Reſpondetur tamen, quod probibetur acceſſus ad locum animo pugnandi, quod ſi duo accederent animo non pugnandi certe non incurrerent,quod, ſi non incurrunt, qui accedunt animo pugnandi ſi per ipſos ſtat, quin pugna ſequatur, multo minus incurrent, qui accedunt animo non pugnandi, ergo neque incurrunt, qui ſuadent acceſſum ad locum animo, quod pugna non ſequatur, imò etiam certi quod pugna non ſequatur.

11 Pro ſolutione † Dico primo, Quod, ſi iſte ſuadens duellum probabiliter putabat, ſe talem excommunicationem non incurrere, imò etiamſi adeſſet aliqua culpabilis, etiam mortaliter ignorantia, non ideò eſſet putandus excommunicatione teneci, ſed requiritur ignorantia craſſa,& ſupina, nam cenſuræ contemptum requirunt Nauar. cap. accepta, de reſt. ſpol. oppoſ. 81. illat. 9. num. 35. & cap. Cum contingat cauſa 14. nullit. remed. 2. nu. 7. & tenet Sanchez multis relatis de Matr. diſp. 32. num. 30. & ſeq. lib. 9. & ſequitur Caſtropal. p. 1. tract. 2. diſp. 1. punc. 18. num. 2. de libert. & illius imped. & præcipua ratio deſumitur ex cap. 2. de Conſtit. in 6. vbi Pontifex excuſat ignorantes à pœnis latis per ſtatuta ordinariorum, ergo iſta ignorantia debet eſſe moralitec culpabilis, alioqui nihil decerneret Pontifex, in quo poſſet eſſe difficultas, cum certum eſſet etiam extra illud decretum ignorantiam mortaliter non culpabilem excuſare à cenſuris, & à qualibet pœna, cum excuſet à peccato. Quæ doctrina vt eſt vera de cenſuris, & irregulari-
12 tate † quæ requirunt contemptum legis, ita non puto admittendam in alijs pœnis, ad quas incur-
13 rendas † ſufficit, non fuiſſe adhibitam ſufficientem diligentiam, quia de iſtis nihil eſt ſpetialitec diſpoſitum, vt eſt de Cenſuris, & irregularitate, vt ſupra dictum eſt. Excipè tamen etiam ab hac regula,
14 † Pœnam impoſitam coniugibus non petendi debitum ob copulam,cum conſanguineis ſui coniugis habitam, & etiam pœnam non petendi debitũ cum abſque neceſſitate alter coniux Baptizauit filium, vel leuauit de Sacro Fonte, in quibus duobus caſibus requiritur neceſſario ſcientia delicti, nec ſufficit ignorantia craſſa, ſed neceſſario debet eſſe affectata; pcimum probatuc ex cap. 1. de eo qui cognouit conſanguineam,ibi. Si quis cum filiaſtra ſua ſcienter fornicatus fuerit, neque à matre debitum petere, neque filiam vnquam habere poteſt vxorem, & ſecundum item probatur ex cap. Si vir. de cognat. ſpirit. ibi. Si ex ingnorantia factum eſt, eos ignorantia excuſare videtur, & optimè probat Sanchez non quamcunque ignorantiam ſed affettatam eſſe intelligendam à num. 47.

15 Ad † ſolutionem dubij de conſulente, mihi videtur conſulentem duellum modo ſupra tradito peccaſſe quidem ſed non incurriſſe pœnas, quod peccauerit pater quia fuit cauſa peccati acceptantis duellum niſi velimus dicere conſuluiſſe minus malum. Sed de hoc alias. Quoad pœnas non incurrerit, probo.

Primò quia conſulens duellum incurrit excommunicationem ſi per ipſum non ſteterit,quia ſequatur ergo ſi per ipſum ſteterit non incurrit, ſtat per conſulentem, quin ſequatur ergo pœnas non incurrit.

Secundò ſuadens vulnerare clericum, ſi omnia parentur &c. dummodo tamen percuſſio non ſequatur non incurritur excõmunicatio ergo eodem modo etiam in duello alias rationes vide ſupra.

16 Ad ea, † quæ in contrarium adducebantur. Ad primum dico non eſſe eandem rationem nam deffendens procedit animo pugnandi & per ipſum non ſtat, quin pugnetur, conſulens autem conſulit duellum, ſed animo, ne ſequatur, & per ipſum conſulentem etiam ſtat quin ſequatur.

Ad

Ad ſecundum dico. Non eſſe finem intrinſecum illum, quia non exprimitur, ſed eſſe extrinſecum, qui non attenditur. Addo præterea conſulentem non intendere, quod arma ſint indices, quia non intendit duellum ſequuturum.

Ad tertium Reſpondeo pactiones illas ſuppone-re, quod duellum ſequatur, nos ſupponimus non eſſe ſequuturum.

Ad Quartum dico totum eſſe verum, ſi per ipſos conſulentes non ſteterit, quin ſequatur, quod ſi per ipſos ſteterit non incurunt. Hæc tamen ita accipe vt factum excuſes non vt faciendum conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Quid ſit inquirendum.*
3 *Quæ inuoluantur in hoc facto.*
4 *Qui vouit, votum tenetur exequi ſecundum mentem, qua vouit.*
5 *Votum eſt lex priuata, quam quiſque ſibi imponit.*
6 *Hæres ex voto communitatis non tenetur ad vota perſonalia; ſed ad realia, vt repreſentans perſonam hæredis.*
7 *Votum reale, licet etiam ipſum ſit perſonale, quia cadit tamen ſuper rem, tranſit ad hæredes.*
8 *Intellige, quod tranſeat iuxta vires hæreditatis.*
9 *Hæres non obligatur ad vota, neque realia, niſi adita hæreditate, illa enim non adita non tenetur.*
10 *Hæres neceſſarius ex voto ex pijs legatis detrahit legitimam quia ſibi prius à patre debitam.*
11 *Non detrhait hæres non neceſſarius neque Falcidiam neque Trebellianicam.*
12 *Votum communitatis de feſtis diebus ſeruandis, vel eſt auctoritate Epiſcopi firmatum, vel non; Si non eſt firmatum non obligat ex vi voti; poteſt tamen in ratione contractus qui tacite initur cum ſucceſſore.*
13 *In dubio quomodo votum ſit interpretandum.*
14 *Hoc votum non poſſe diſpenſari reſpectu eorum qui emiſſerint videtur probari.*
15 *Ex voto acquiritur ius Eccleſiæ, quæ poteſt pro exequtione inuocare officium iudicis, vt cogat vouentem exequi.*
16 *Promiſſio, & donatio facta piæ cauſæ etiam non acceptata, & in abſentia obligat.*
17 *Votum ſtipulatione Notarij cenſetur eſſe acceptatum fauore piæ cauſæ.*
18 *Votum acceptatum non poteſt transferri in alium pium vſum ſecundum aliquos.*
19 *Poteſt ſecundum alios de conſenſu illorũ, ad quos ſpectat, & in quorum fauorem factum eſt.*
20 *Niſi in vtilitatem illiuſmet loci, in cuius fauorem factum eſt ſecundum alios.*
21 *Si votum non eſt factum determinato loco, vt Eccleſiæ Parochiali S. Mariæ &c. ſed Sanctis vt Diuæ Magdalenæ, D. Carolo &c. poteſt de illo diſponere pro libito Summus Pontifex etiam contra voluntatem vouentis.*
22 *Non ſolum a Summo Pontifice; ſed etiam ab alijs Prælatis poſſe fieri aſſerunt alij, etiam irrequiſitis illis, ad quos ſpectat, & ſine conſenſu Eccleſiæ.*
23 *Vota fiunt immediate Deo. Eccleſia verò pauperes &c. deſignantur, vt materia circa quam.*
24 *Ante acceptationem non competit ius ad rem, ſed tantum vtilis actio implorandi officium iudicis.*
25 *Ex promiſſione, & donatione non acquiritur ius pio loco, niſi ſit acceptata, probabilius aſſeritur.*
26 *Votum non acceptatum poteſt commutari, ſi verò ſit acceptatum non poteſt. Acceptatio autem fauore piæ cauſæ poteſt fieri à quocunque.*
27 *Votum non acceptatum à quo poſſit commutari.*
28 *Propoſitum, ſeu promiſſum non infringitur ab eo, qui illud in melius commutat.*
29 *Illud dicitur melius in materia voti, non quod eſt ſimpliciter tale, ſed omnibus penſatis, hic, & nunc.*
30 *Habens facultatem commutandi; habet etiam diſpenſandi.*
31 *Votum communitatis ſeruandi dies feſtos non confirmatum ab Epiſcopo non obligat ſucceſſores, confirmatum obligat non vt votum, ſed vt præceptum.*
32 *Ad proceſſiones obligantur non ex voto, ſed vt ſtatuto, ſi poteſt ſtatuere communitas etiam non confirmato ab Epiſcopo.*
33 *Reſpondetur difficultati.*
34. 35 *Satisfit duabus inſtantijs.*

Vniuerſitatis votum ab aliquibus particularibus petitur diſpenſandum.

XXXIII.

1 PEſte vicinas oras depopulante. Oppidi N. illæſi maior pars, quia ſeruata in gratiarum actionem voto Deo nuncupato, & à publico Notario in antentici inſtrumenti formam redacto, libera ſe mente deninxit, habere feſtum diem Sancti Rochi, S. Mariæ Magdalenæ, & Translationis reliquiarum Sanctorum N.N. effectnramque, vt iiſdem diebux Miſſa ſolemnis à Parocho, pro tempore exiſtente decantetur in honorem dictorũ Sanctorum, & proceſſiones, vel ſupplicationes publicæ habeantur; inſuper quandam pecuniæ quantitatem oblaturam, erogandam in iis rebus, quibus maximè indigebat illa Eccleſia, & hoc vltimum tantum ad viginti annos futuros, & non vltra Inſtrumento peracto omnes ſe ſubſcripſerunt & Parochus primns, voluit etiam præterea hoc voto etiam poſteros eſſe deuinctos. Nunc aliqui ex iſtis, qui ſe ſubſcripſerunt, volunt quidem omnia exequi; ſed non in eodem loco, nec in eadem Eccleſia; petunt ſecum ſuper hoc diſpenſari, &
2 locum commutari. † Quæritur An, & à quo hoc ſit faciendum.

3 Multa inuolnit hoc votum, † aliqua perpetua, vt Miſſarum celebrationem, ſupplicationes &c. aliqua ad tempus, vt erogationem eleemoſinæ, & quia intra hoc tempus viginti annorum poſſunt ex hac vita migrare aliqui ex iis qui votum emiſerunt; quæritur, an eidem obligationi teneantur hæredes, aliqua adimplendo ab ipſis tantum at eandem eleemoſinæ erogationem, & aliqua, quæ tranſmittuntur etiam ad ſucceſſores, vt Miſſas decantandas, ſupplicationes agendas, feſtos dies ſeruandos, ideò de ſingulis agemns, & quia poteſt contingere quod aliquando incidat aliquod dubium circa horũ obſeruantiam addemus quid eo caſu ſit agendum.

4 Certum † eſt eos omnes qui votum emiſerunt teneri ad ea ſeruanda, quæ vouerunt, eo modo, quo intenderunt ſe obligare, nec magis, nec minus,
5 † quia votum eſt lex priuata, quam quiſq. ſibi impouit, ita communiter Sanchez alios referens lib. 4. in præcept. cap. 11. num. 2. & 31. & ſi moriantur illi, qui vota emiſerunt obligatio voti partim expirat, & partim remanet, loquor nunc reſpectu hæredum vt repreſentantium perſonam defunctorum, non vt ſant partes communitatis,

quia

quia sub hac consideratione infra agemus. Hæres
ergo non tenetur ad partem voti personalis, vt
6 ad † processiones, ad Missas audiendas, & cætera
huiusmodi, ratio est quia materia voti personalis
est actio, seu officium personale quod non transmit-
titur ad hæredes, & ita tenent communiter Docto-
res. Ad partem verò voti realis statim ac hæredi-
tatem adijt, salua tamen legitima portione, hæres
tenetur, ita Suarez lib. 4. c. 11. nu. 6. Nauar. cap.
12. num. 56. Siluest. verb. votum 2. quæst. 11.
Sanchez lib. 4. cap. 15. num. 15. Lessius & alij
communiter. Raeio est quia hæres quoad hoc re-
præsentans personam vouentis dum adit hæredita-
tem censetur in re obligationem soluendi omnia
7 debita realia defuncti, quale est votum † quia licee
obligatio voti sie personalis, attamen qnia tale
voeum cadie supra rem aliquam defuncti, quæ trāsit
ad bæredes, sequitur etiam quod ad hæredes transit
obligatio voti, Azor. lib. 11. cap. 15. quæst. 15.
Siluest. verb. votum 2. quæst. 11. Sanchez. loc. cit.
8 num. 25. & 26. & alij † Intellige tamen iuxta vires
hæreditatis, si enim hæreditas non est sufficiens,
hæres non tenetur ad vota soluenda, etiamsi in-
uentarium non confecerie, quia ea quæ à legibus
decernuntur ex non cōfecto inuentario; fundantur
in præsumptione, quæ non habet locum in foro
animæ vt alias dictum est. Sanchez loco cit. num.
9 37. † Dixi addita hæreditate, quia ante aditam
hæredieatem hæres non tenetur soluere vota. San-
10 chez alios referens loc. cie. num. 35. † Dixi etiam
salua legitima intelligens de legitima filij, quæ cum
sit debita à patre filio non potest grauari nec pater
potest disponere neque ad opus pium in eius præ-
iudicium. Couar. cap. si hæredes num. 9. de test.
Sanchez de Matr. lib. 6. disp. 36. num. 6. alios
referens, & probat illud Aug. cap. fin. 17. quæst.
4. Quicunque vult exheredato filio hæredem facere
Ecclesiam quærat alterum qui suscipiat non Au-
gustinum, imò Deo propitio neminem inueniet.
11 Hęres tamen non necessarius non potest detrahere
a votis vel legatis pijs, trebellianicam vel falcidi-
am, Autb. simplicit. C. Ad legem Falcidiam, sed hie
est quædam obligatio personalis, & quædam realis
ratione Missarum; nam votum emittitur de as-
sistendo Missæ; & de faciendo illam celebrare;
assistere Missæ certe est votum personale, & votum
faciendi illam celebrare est reale, ex quo videtur
inferri quod transmittatur etiam ad hæredes, ita
vt hæredes tenebuntur soluere duplicem partem
stipendij vnam vt hæredes, alteram vt represen-
tantes propriam personam in communitate. Quādo
enim maiores illi, quos pro nunc supponimus
transmittere hæreditatem ad successores, emise-
rune hoc votum celebrationis Missæ in perpetuum,
videntur obligasse etiam se ipsos ad expensas sed
puro contrarium esse dicendū, nempè esse quidem
reale hoc votum faciendi celebrare Missam, sed
non transmitti ad hæredes nomine proprio, sed
istam obligationem simul cum viea vniuscuiusque
finiti ex coniecturata mente vouentium, quia cum
votum sit lex priuata quam sibi quisque imponit,
non est dicendum quemquā voluisse magis se obli-
gare quam conijciatur ex sua voluntate; Volun-
tatem autem vouentium fuisse quod talis obligatio
cum eorum vitam finiretur, patet quia idem votum
nolunt transire ad successores, ex quo colligitur
quod totam obligationem in eos refundunt, qnod
si à successoribus votum reijciatur, voeū euanescie,
quia vlterius se noluerunt obligare vouentes, sed
posteros. Dixi votum euanescere si posteri illud
12 nolunt recipere. † Quia vel hoc votum communi-
tatis est factum sine assensu Episcopi, vel cum illo,
si est factum sine assensu Episcopi, nullo modo
obligat, nec potest obligare successores, quia votum
est actio personalis, Religionisque obligatio, &
quædā lex priuata pendens à voluntate & consensu
emittentis, vnde sit quod sit impossibile alium
obligare obligatione Religionis, potest quidem
ratione rei quæ transit in successorem, ratione
contractus, qui tacitè initur dum succeditur in hæ-
reditate soluendi omnia debita, sed alias non
potest, ita D. Thom. Abbas, & alij apud Suarez
lib. 4. c. 9. nu. 1. si verò sit emissum cum consensu
Episcopi ob rationem allatam, neq; obligat ve
votum, sed ad summum vt statutum ratione suc-
cessorum, & ideò si in illud transgredientur non
violatores voti, sed euinsdem decreti dicentur ita
Suarez. lib. 4. c. 9. num. 10. & 11. Sanch. lib. 4. c.
15. num. 19. Vasq. 1. 2. disp. 167. num. 34. &
disp. 177. num. 22. factum autem cum consensu
13 Episcopi an obliget infra † Quod si vouentes ipsi
dubitent an voto sint adstricti seruare festos illos
dies non solum in loco, sed vbilibet terrarum exi-
stant, tunc votum cum sit quædam lex priuata quā
sibi quisq; imponit, obligatio ex voluntate voueneis
erit elicienda, quod si ex hac non poterie haberi
sed adhuc remaneat, dubium erit interpretandum
vt testamentum solet interpretari, quod in dubio
iuxta leges est interpretandum, vt latè firmat
Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 6. num. 1. & quod
ita etiam in voto sit dicendum Sotus . Inst. lib. 7.
q. 2. ar. 2. dub. 1. & lib. 8. q. 1. ar. 7. dub. 1.
Nauar. in sum. c. 12. num. 63. & alij nunc ad pro-
positam difficultatem soluendam accedeus.
14 An † scilicet possie fieri dispensatio, vel com-
mueatio in hoc voto. Dico hoc posse resolui aut
intuitu ipsorum vouentium, aut intuitu succes-
sorum, de vtrisque agemus, & primo ratione &
intuitu vouentium, quod non possit fieri, videtur
probari his rationibus.
15 Ex † voto est acquisitum ius Ecclesiæ, ergo be-
neficium voti non potest ab ea transfieri; quod sie
acquisitum ius pater, quia Ecclesia, in cuius fauorē
votum est emissum, potest inuocare officium iudi-
cis, vt compellat vouentem ad exequtionem voti.
Neq; soluitur hæc ratio dicendo quod votum non
16 sit acceptatum. Primo † quia vniuersaliter promis-
sio & donatio facta in absentia, & absque accepta-
tione fauore piæ causæ valet, & ex ea causa pia
acquirit ius Bart. in l. Illud num. 6. C. de sacros.
Eccles. Rosella Angel. Siluester verbo Pollicit nu.
17 vnico 2. † maximè in casu nostro, quia votum est
instrumento stipulatum per notarium, qui fauore
piæ causæ acceptauit; potest enim notarius pro illa
stipulari. Gab. de verb. oblig. concl. 3. num. 95.
18 vbi rextus & Doctores cumulat † cum ergo sit
acceptatum non videtur posse ad alium locum
transferri ob ius quæsitum, & hoc tenene D. An-
tonini 2. p. tit. 11. c. 1. §. vlt. vers. de temporali
substantia, Rosella votum 5. num. 6. quem refert
Siluest. votum 4. quæst. 7. dict. 4. qui asserune
19 † hoc non posse fieri nisi cum consensu illius, in
fauorem cuius votum est emissum: Sarmiento de
reddit. Eccles. p. 4. c. 3. num. 3. & 4. & etiam in
defenso. eiusdem partis .i. monito. 7. asserit hoc
non aliter posse fieri, nisi in vtilitatem illiusmet
20 Ecclesiæ, † in cuius fauorem votum est emissum,
21 quod † si sit emissum non determinate in fauorem
alicuius loci, sed tantum in honorem alicuius san-
cti vt S. Francisci, S. Magdalenæ &c. tunc vult

Pontificem habere arbitrium disponendi de illa-
re, etiam contra voluntatem vouentis, quia iam
est Deo dicata, ideò nihil amplius de illa ad vouen-
tem, &, cum nulli sit determinata, pertinet ad Pon-
tificem determinare.

21 Sed Angelus † votum 3. nu. 16. Siluester votum
4. quæst. 7. & Sanchez multos citans lib. 4. c. 41.
num. 7. illos sequens dicunt posse fieri commuta-
tionem, & dispensationem in his votis à Prælatis
Ecclesiæ absque consensu eorum, ad quos spectat,
& in cuius fauorem votum est factum Probant.
Quia.

23 Huiusmodi vota † fiunt principaliter Deo, & in
eius honorem, ergo Deo acquiritur obligatio.
Ecclesia verò & pauperes designantur vt materia
circa quam cultus est Deo exhibendus, cum ergo
Deus vbique colatur, & Pontifex sit Vicarius Dei
poterit eligere, quem voluerit locum ad cultum
Dei tali voto exhibendum, & hoc potest etiam,
quilibet alius eius locum tenens vt Episcopus; &
24 ista est prima ratio. † 2. verò est, quia ante accep-
tationem non competit ius ad rem loco, in cuius
fauorem votum est emissum, quia non competit
aliquod ius compellendi per modum actionis eum,
qui votum emisit ad executionem, sed tantum
vtilis actio implorandi officium iudicis, vt ipse
compellat Angel. votum 3. nu. 26. Siluest. votum
2. quæst. 19. Sanchez hos sequens lib. 4. c. 11.
num. 19. ergo in his potest dispensari, & commu-
25 tari 3. † Quia probabiliùs etiam asseritur ex do-
natione, & promissione facta pio loco, non acquiri
ius, nisi acceptetur, & est communis sententia
Doctorũ, & ita puto esse dicendum quod si votum
sit acceptatum.

26 Dico tunc non posse dispensari, nec commutari,
& quia à Deo, nec à Sanctis vota possunt accepta-
ri, sufficit quod vel ministri, vel sacerdotes depu-
tati, vel alij nomine sanctorum acceptent, & ista
acceptatio fauore piæ causæ potest à quolibet fieri,
Bald. in l. illud in 1. col. in fin. C. de Sacros. Eccles.
& ibi Paulus de Cast. Felin. in Proœmio decret. in
verbo Gregorius col. 7. refert & sequitur Angelus
in §. cum autem col. 2. Inst. de act. & alij apud
Gabriel lib. 3. de verb. oblig. conclus. 1. num. 72.
& ratio est quia illi est ius acquisitum, ideò ab illo
non potest inuito auferri.

27 Dices † quando per votum nulli est ius acquisi-
tum, per quem potest fieri commutatio. Respon-
deo quod vel commutatio fit in melius vel in
equiualens, vel in minus; si fit in melius, quilibet
potest proprium votum non acceptatum commu-
tare; Ratio desumitur ex cap. Peruenit. de iuram.
28 vbi habetur quod † propositum, seu promissum
non infringitur ab eo qui in melius illud commu-
tat. ita tenent Nauar. cap. 12. num. 75. Henriq.
lib. 7. cap. 30. numer. 3. Lessius lib. 2. cap. 40.
29 nu. 87. & alij quamplurimi † Illud autem dicitur
melius in præsenti materia, quod omnibus pensa-
tis Deo est gratius, vnde fit, quod licet oratio sim-
pliciter sit melior ieiunio, fieri tamen potest, quod
aliquando ieiunium sit melius vt si quis vouit reci-
tare Rosariũ B. V. si vouens agitetur stimulis car-
nis, & præstantius remedium experiatur ieiunium,
hoc erit melius. Lessi. loc. cit. dub. 16. in 3. edit.
vers. melius Sanch. sup. c. 56. nu. 6. Suarez lib. 6.
c. 19. num. 21. & alij. Quod verum est etiam de
voto reali, potest .n. etiam hoc propria auctoritate
commutari in personale, dummodo sit Deo gra-
tius, & non sit factum fauore loci pij, & ab eo
acceptatum, Suarez. lib. 6. cap. 19. num. 16. San-
chez loco cit. num. 22. Lessius & alij si verò com-
mutatio fit ineuidenter æquale, probabiliter etiam
potest defendi cuilibet competere ius commutan-
di, quia nulla infertur iniuria Deo, ita Roderi-
quez. 2. p. cap. 110. conclus. 4. Henriq. lib. 5. de
pœnit. cap. 20. nu. 4. Lessi. lib. 2. cap. 40. dub. 16.
num. 105. Sà verb. votum num. 10. Sotus lib. 10.
quæst. 4. art. 3. Sanchez lib. 3. capit. 19. num. 9.
& alij: dixi ineuidenter æquale, quia in dubio non
posset, quia certum est votum esse adimplendum,
& certum est etiam in minus bonum non posse
quemlibet commutare, in dubio ergo melior est
voti conditio, vniuersaliter autem dispensare,
& commutare potest in votis non acceptatis, &
non reseruatis, Non solum S. Pontifex cui nulla
potest esse reseruatio, sed quilibet habens ordina-
riam potestatem, & etiam omnes alij quibus à
Summo Pontifice vel ab Episcopo, vel ab alio
facultatem ordinariam habente facultas concessa
sit, siue per Priuilegium siue alio modo patet ex
communi praxi Ecclesiæ.

30 † Aduerte autem quod qui habet facultatem
dispensandi, habet etiam commutandi. Ratio est
quia cui competit maius competit etiam minus
Suarez lib. 6. cap. 12. num. 10. vers. hæc posterior
sententia Lessius lib. 2. c. 4. dub. 11. num. 94.
& in 1. edit. Siluest. Clauis Regia Reginald. & alij
& etiam qui habet facultatem commutandi habet
etiam dispensandi Sanchez lib. 14. c. 53. num. 4.
Ratio est quia licet facultas dispensandi sit aliquo
modo maior quam commutandi quia in dispensa-
tione tollitur omninò votum in commutatione
autem tantummodo vna materia alteri subroga-
tur, manente tamen semper eadem obligatione
voti; attamen facultas commutandi supponit in
commutante maiorem scientiam & cognitionem,
vt valeat discernere quę materia sit apta pro com-
mutatione facienda, & ideò qui reputatur habilis
ad commuttandum rectè iudicatur etiam ad
dispensandum, ita multi & apud Sanchez supra,
& apud alios, & ista dicta sint quoad eos qui votum
emiserunt respectu eorum obligationis, & dispen-
sationis. Respectu verò successorum, quos etiam
suo voto intendunt obligare.

31 Dico † successores non posse obligari ad festos
dies agendos ex vi voti emissi à communitate suo-
rum antecessorum, sed tantum ex vi eiusdem
decreti si ab Episcopo sit firmatum, & ideò si sit
firmatum indiget dispensatione, non quatenus
votum, est quia nunquam successores obligantur
voto à suis antecessoribus etiam eorum nomine
emisso, vt Suarez lib. 4. cap. 9. numer. 6. Sanchez
loco cit. cap. 15. num. 19. Vasquez 1. 2. disp. 167.
num. 34. & alij; nisi ab ijsdem acceptetur. Verum
tamen est, quod si votum sit auctoritate Episcopi
firmatum, successores tenentur vel votum accep-
tare, vel saltem obseruare id quod communitas
vouit, & si non acceptant, licet non obseruando
non peccent contra votum, peccant tamen contra
præceptum superioris percipientis obseruari rem
illam promissam, ita idem Suarez eodem cap. 9.
num. 10. & 11. Sanchez, & alij requiritur autem
auctoritas Episcopi, quia populus ex se non potest
obligare successores ad seruandum, vel acceptan-
dum votum cum materia voti sit spiritualis. Voto
ergo nullo modo tenentur successores si sit à com-
munitate factum sine consensu Episcopi, si verò sit
eiusdem auctoritate stabilitum, nec dum tenentur
ex vi voti, sed ex vi eiusdem decreti, quo casu
Episcopus dispensat non solum cum causa, sed etiã

sine causa, quia non dispensat in voto sed in statuto à se confirmato. Sicut ergo potest Episcopus dispensare in obseruantia aliorum actum à se indictorum ita potest etiam in istis. Dices in hoc voto non solum concurrit consensus populi vt aliquid per modum legis statuentis, sed modo speciali à Religionis virtute præcedente. Respondeo etiam in indicendis alijs festis requiri eundem populi consensum, & Cleri. cap. Conquestus de ferijs, qui certè debet esse ex religione, & tamen in istis dispensat Episcopus, etiam sine causa, ergo etiam in isto de quo loquimur, ita Suarez loc. cit. num. 2. & Sanchez eodem 4. lib. 41. num. 2. 3. 4.

32 Ad Processiones tenentur ex vi statuti non voti, si communitas habeat potestatem statuendi, ergo censetur statuere dum intendit obligare successores.

33 Nunc † ego deueniendo ad solutionem propositæ difficultatis. Dico posse Episcopum, & quemcunque alium habentem facultatem commutare hoc votum. Neque obstat quod sit à communitate, idest ab omnibus simul emissum, quia nec ideò est quidquam amplius quam votum.

34 Dices † esse instrumento firmatum, & ideò à notario nomine talis Ecclesiæ acceptatum, quo casu cum eidem Ecclesiæ sit ius acquisitum, non potest à quoquam, vt supra dictum est, dispensari, vel commutari. Respondeo non quotiescunque votum à Notario stipulatum est instrumento, semper ideò acquiri ius Ecclesiæ, sed debet adesse specialis clausula acceptationis, quæ si non adsit nihil releuat stipulatio instrumenti; non est factum ad obligandum subditos, vel communitatem ad obseruandum votum in tali loco vel tali modo; sed est factum tantum ad attestandum posteris notum esse emissum, quod si esset factum in fauorem Ecclesiæ uidelicet ut attestarentur eorum obligationes erga Ecclesiam, & Notarius fuisset stipulatus utique ius Ecclesiæ fuisset acquisitum, quod non est in casu nostro, ut patet ex inspectione instrument.

35 Instabis. † Parochus subscribens ipse, acceptauit nomine suæ Ecclesiæ: Respondeo eodem modo quo supra non subscripsisse fauore suæ Ecclesiæ, sed ad attestandam suam obligationem prout in instrumento continetur. Ad cætera uerò quæ sunt in contrarium patet responsio ex dictis. Nam. Ad primum dico ius sufficiens non esse quæsitum loco. Ad illud uerò quod subditur ex promissione non acceptata acquiri ius piæ causæ hoc negatur cum communiori sententia. Ad 2. Dico uotum non esse firmatum instrumento in fauorem Ecclesie; sed tantum ad posterorum memoriam, & ideò nihil contra nos.

S V M M A R I V M.

1 *Factum discutiendum proponitur.*
2 *Quot & quæ sint quærenda.*
3 *Ex quorum intelligentia pendeat solutio difficultatis.*
4 *Referuntur verba Constitutionis Pij V. ad rem facientia.*
5 *Referuntur duæ declarationes Sacræ Congregationis.*
6 *Sanctij dictũ de Constitutione Gregoriana allata.*
7 *Hæc difficultas accerrimè fuit agitata in Hispanijs.*
8 *Regulares non habent iurisdictionem audiendi confessiones ab Episcopis, sed per Clementinam, Dudum.*
9 *Approbatio Episcopi nihil est aliud quam testimonium authenticum, quo approbatus declaratur idoneus ad excipiendas confessiones, verbi Dei prædicationem &c.*
10 *Hoc testimonium Episcopi non est gratuitum, sed debitum ex iustitia, ita vt requisitus Episcopus non possit non approbare præsentatum si idoneum reperiat, & si approbationem neget grauiter peccat.*
11 *Si oriatur difficultas circa approbationem inter Episcopum & regulares, est dirimenda per arbitrium iudicis.*
12 *Sine causa non potest Episcopus reuocare approbationem.*
13 *Non potest intelligi quod stante eadem sufficientia reuocetur approbatio illius intuitu data.*
14 *Regularis per approbationem habet ius acquisitũ ad audiendas confessiones.*
15 *Approbatio non est gratuita, sed necessaria.*
16 *Semel tamquam idoneus approbatus, non est tamquam indignus reijciendus.*
17 *Approbatio Episcopi est tamquam iuridica sententia transiens in rem iudicatum.*
18 *Sine causa ius quæsitum non potest tolli, & si tollatur inualidè tollitur.*
19 *Pius V. successori Episcopo concedit quod possit examinatos examinare denuo ob animæ suæ quietem.*
20 *Neque cum causa potest idem Episcopus qui approbauit approbationem reuocare.*
21 *Licet aliqua simpliciter considerata videantur pugnare inter se quando relatiuè ad alia possunt concordari non dicuntur pugnantia.*
22 *Sacra Congregatio Concilij quoties declarat, semper declarat ad mentem Concilij nisi aliud innuet.*
23 *Quæ possunt conciliari non debent dici pugnantia.*
24 *Probatur conclusio ex Sacræ Congregationis declarationibus, & Constitutione Pij V. & eorum verus intellectus exponitur.*
25 *Clementina Dudum non est per Concilium reuocata etiam per ipsum Sancium; sed tamen per Concilium approbationi est data forma examinis; unde approbatio quæ per ipsam erat irreuocabilis, remanet eadem.*
26 *Additum sequitur suum subiectum, nisi ea ratione addatur vt mutet.*
27 *Functus suo officio nihil amplius habet quod agat.*
28 *Repertus simpliciter idoneus non est limitatè admittendus.*
29 *Nisi tamen esset admissus sine examine quia potest examinari.*
30 *Item admissus potest iterum examinari, si in examine Episcopus muneri suo non satisfecit, & detegatur insufficientia examinati.*
31 *Respondetur ijs quæ vt inconuenientia adducit Sancius.*
32 *Si approbatio posset reuocari, non aliter esset reuocanda quam in causa cognita & probata.*
33 *Reuocatio pertinet ad forum exterius.*
34 *Concludit causam huius reuocationis non esse sufficientem.*

Episcopus sine causa reuocat approbationem. Confessionum concessam Regulari.

X X X I V.

1 EMinentiss. Cardinalis N. Episcopus N. audiens Fratrem Muscam esse delatum ad officium S. Inquisitionis

Inquiſitionis de turpi colloquio habito cum eius
filia ſpirituali in Confeſſario, mandat ſuo in ſpiri-
tualibus Vicario Generali, vt ſtatim illum à Con-
feſſionibus audiendis ſuſpendat. Exequitur Vica-
rius Interim officio ſanctæ Inquiſitionis vocatus
Frater ſiſtitur, acta conficiuntur, cumq; ex illis
pænæ iuridicæ non detur locus, pro nunc impunè
dimittitur, & quia confeſſionum audiendarum
munere eſſe priuatum illi cedit in magnum dede-
cus, cum alioqui apud omnes ſit vir bonæ famæ &
æſtimationis, obnixe rogat Eminentiſſimum vt ſibi
audiendarum Confeſſionum facultatem ablatam
2 velit reſtituere. Negat Eminentiſs. ideò Fr. Muſca
quatuor obijcit Epiſcopo. P. Illum non poſſe ſu-
ſpendere Regulares ab officio Confeſſionũ audien-
darum ſiue id tentet per ablationem facultati,
ſiue per reuocationem approbationis niſi ſubſit
cauſa. 2. Imò hoc non poſſe neq; cum cauſa. 3. Si
poſſet cum cauſa quod tamen negatur, cauſa eſſet
iuridicè probanda. 4. Hanc quam prætendit non
eſſe cauſam ſufficientem. Quare idem Eminentiſs.
non minus recti & iuſti tenaciſſimus quam ſuæ
auctoritatis tuendæ & conſeruandæ ſtudioſiſſimus
nolens tamen illius ſeruandæ cauſa alteri iniuriam
inferre, vt mihi quid ſentirem, ſincere aperirem,
mandauit, & in hunc modum pro veritate ſcripſi.
3 Solutio iſtarum difficultatum pendet ex Clem.
Dudum de ſepult. relata inter extrauag. & ædita a
Clemente V. Ex extrauag. ſuper cathedram a
Boniſacio VIII. ibidem & extrauagant. Frequentes
inter communes à Ioanne XXII. & extrauag. Inter
cunctas à Benedicto XI. quam licet Sancius dicat
eſſe reuocatum in ſuis ſeelect. diſp. 48. eiuſdem
tamen extrauag. ſummator negat eſſe verum in
totum, ſed tantum in illis, quæ ſunt expreſſa in
Clem. Dudum &c. imò addit continere multa no-
tatu digna &c. Ad hoc eſt etiam videndum & maxi-
mè conſiderandum decretum Concilij Trid. ſeſs.
23. cap. 15. & Conſtitutio Pij V. ædita Romæ 22.
4 Aug. 1571. incipit Romani Pontificis † cuius
verba, quæ faciunt ad noſtrum propoſitum ſunt
iſta. Declaramus decretum Concilij Tridentini de
approbatione Regularium quorumuis ordinum
etiam mendicantium, etiã ſub Regulari diſciplina
viuentium etiam ſi ſint Doctores aut in Theologia,
aut de Superiorum ſuorum licentia graduati vel
promoti vel à ſuis Magiſtris Generalibus, vel
Prouincialibus Miniſtris Sæcularium Confeſſioni-
bus audiendis expoſiti. Volumus tamen eos, qui
ſemel ab Epiſcopo, in ciuitate & diæceſibus ſuis
præuio examine approbari fuerint ab eodem Epiſ-
copo iterum non examinari, ab Epiſcopo autem
ſucceſſore pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete exa-
5 minari de nouo poterunt. † Cui ſunt addendæ duæ
declarationes Emin. Cardinaliũ Trid. interpretum
quę ſunt ſequentes, & prima ita habet mendicantes
ſemel examinati, & idonei reperti pro confeſſioni-
bus audiendis non debent iterum ab eodem ordi-
nario, nec etiam per ſucceſſorem examinari hanc
reſerunt Zerola in praxi Epiſcopor. verbo Confeſ-
ſores verſ. 2. & in praxi Pænit. c. 16. quæſt. 2. §. 5.
& Barboſa ad Concilium ſeſs. 23. cap. 15. num. 6.
Secunda verò eſt quæ ſequitur ideſt congregatio
Concilij cenſuit Regulares ad audiendas confeſ-
ſiones Sæcularium in Ciuitate & Diæceſi ſemel ab
Epiſcopo præuio examine approbatos iterum ab
eodem Epiſcopo non eſſe examinandos. Cæterum
ab Epiſcopo ſucceſſore poſſe vtique examinari iuxta
conſtit. S. Memoriæ Pij V. quæ non eſt reuocata a
Gregorio XIII. per reductionem priuilegiorum ad
terminos Concilij Tridentini. Hanc refert Qua-
ranta verbo Confeſſor. Conſtitutionem Gregorij
XIII. hic non pono per externum quia nimis pro-
lixa, & habetur apud Quarantam verbo Priuilegia
Regularium.
6 † Diſplicet maximè Sancio conſtitutionem Pij
V. non eſſe reuocatam ſed quia videt nimis clarè
loqui decretum Sacræ Congregationis aſſerentis
non eſſe reuocatam, conatur multis modis probare
eſſe reuocatam. Primo inducendo hoc eſſe dictum
Quarantæ, apud quem tamen nihil ſimile reperies;
nam verbo Concilium Tridentinum habet tantum
quod per conſtitutionem Gregorij eſt reducta ad
terminos Tridentini, quod valde diſtat abeſſe re-
uocatam & verbo Confeſſor apertè habet non eſſe
reuocatam. Secundo Metaſiſicando exponit illud
dictum Sacræ Congregationis, vt dicendo quod
non eſt reuocata, velit eſſe intelligendam quod ſit
reuocata, ſed quidquid ipſe dicat tu tene non eſſe
reuocatam, quia poſſunt eſſe reducta priuilegia
Regularium ad terminos Tridentini illa remanente
in ſuo robore vt infra manifeſtè patebit.
7 Hæc difficultas fuit agitata in Hiſpanijs vbi
multa fuerunt adducta coram Sacra Maieſtate
Philippi IV. pro Regularibus contendentibus non
poſſe Sereniſſimum Infantem ipſos ſemel examina-
tos iterum examini ſubijcere Doctores de hac re
agentes apud ipſum Sancium poteſt videre citata
diſp. 48. per totam qui tamen cautè legendus eſt,
quia ex ſuis principijs multa ſupponit, quæ tamen
maximè dubia ſunt nunc ad ſolutionem propoſi-
tarum difficultatum propius accedens aliqua no-
tabo, &
8 P. Regulares non habere ab Epiſcopis faculta-
tem, & iuriſdictionem audiendi Confeſſiones, ſed
immediatè per Clementinam Dudum de ſepult.
quæ non eſt reuocata per Tridentinum, ſed tantum
data quædam forma ita agendi, vt ibi legitur
Menochius de arbitr. caſu 465. & Sancius ipſe.
9 2. Approbationem Epiſcopi nihil aliud eſſe quam
authenticum teſtimonium quo approbatur decla-
ratur idoneus, cui munus audiendi confeſſiones,
10 ſeu prædicandi uerbum Dei committatur, † quod
teſtimonium non eſt gratuitum, ſed actus iuſtitiæ,
quem Epiſcopi ex officio debent impendere, ita ne
requiſitus Epiſcopus non poſſit non approbare
præſentatum, niſi reperiat inſufficientem, & negans
approbationem grauiter peccat ita Konich. de
ſacr. diſp. 8. dub. 7. & Suarez de pœnit. diſp. 28.
per totam ſect. 7.
11 3. Si oriatur † aliqua difficultas circa approba-
tionem inter Regulares & Epiſcopum, eſſe per
iudicis arbitrium dirimendam, hoc probat &
firmat Menochius loco ſupracitato. Quibus præ-
miſſis.
12 Ad primam difficultatem. † An ſcilicet poſſit
Epiſcopus ſine cauſa reuocare approbationem datã
Regularibus. Dico non poſſe. Nec intelligo quo-
modo approbatio ſine cauſa poſſit reuocari, poteſt
quidem tolli iuriſdictio ſine cauſa, ſed quomodo
13 poſſit approbatio hoc non capio. Neſcio † quo-
modo ſufficiens ad aliquid agendum & approbatus
ſufficiens permanente eadem ſufficientia poſſit
declarari non ſufficiens, uel approbatio reuocari
maximè in caſu noſtro, in quo approbatio eſt actus
neceſſitatis non libertatis.
14 1. Probo tamen † P. Regulares per approbatio-
nem habent ius acquiſitum ad audiendas confeſſio-
nes ergo approbatio ſine cauſa non poteſt reuoca-
ri, quia ſi reuocetur, priuarentur iure quæſito quo
non

non debent priuari sine causa, quia nemo sine causa est explicandus iure suo quæsito.

15 2. † Approbatio non est gratuita sed necessaria, & debita ex iustitia, patet ex supradictis ex Menochio, & alijs, & præterea quia si qua lis oritur inter Episcopum, & regulares, hæc est per iudicem dirimenda, ergo competit ex iustitia approbatio cum ad eam per iudicem possit compelli: argumento Glossæ §. ac deinde uerbo exigit in clem. dudum de sepult. & Cardinalis in uerbo extra Ciuitates q. 6. Vitalian. nu. 9. ergo sine causa non est reuocanda.

16 3. † Ex c. Accepimus de ætat. & qualit. ubi habetur eum, qui semel tamquam idoneus approbatus est, non esse tamquam indignum reijciendum sine causa, ergo approbatus ab Episcopo tamquam dignus ad confessiones audiendas, non debet reijci sine causa.

17 4. † Ista approbatio est tamquam iuridica sententia debita ex iustitia quæ transit in rem iudicatam, ergo non potest sine causa reuocari.

18 5. † Et probo non solum non posse reuocari approbationem, sed præterea si reuocetur reuocationem esse nullam sine causa ius quæsitum non potest tolli, & si tollatur inualidè tollitur, sed per approbationem est ius quæsitum regularibus ad confessiones audiendas, ergo sine causa non potest tolli.

19 6. Pius V. concessit Episcopis succedentibus de nouo in Episcopatum, ut pro maiori animæ suæ quiete possint iterum examinare, examinatos, ergo dico, ego prius non poterat, quia nunc conceditur, nec potest sine causa, quia conceditur pro maiori animæ suæ quiete, ergo debet ex causa agitari, & moueri ad iterum examinandum; ergo Episcopus qui semel examinauit si approbationem retractat inualidè retractat, quia non potest iterum examinare, & successor neque potest nisi cum causa. Nunc accedens ad solutionē secundæ difficultatis.

20 Dico Episcopum † non posse neque cum causa approbationem datam reuocare. Ad probandam hanc assertionem, utar præcipuè decisionibus, & decretis Sacræ Congregationis, quæ non solum non esse pugnantia inter se, ut dicit Sancius, sed optimè conuenire reperientur si rectè expendan-

21 tur, ad quod iacio tria fundamenta † Primum quod ea quæ sunt tradita respectu diuersorum, licet pugnare uideantur inter se simpliciter considerata, non dicentur pugnare inter se relatiuè considerata

22 respectu eorum ad quæ traduntur. 2. † fundamentum est quod Sacra Congregatio quoties aliquid decernit nisi aliquid addat intelligitur decerne in vim Concilij, quia ad hoc & non ad aliud est instituta, imò quidquid decernit habet aliquem respe-

23 ctum ad Concilium. 3. † fundamentum est, quod quoties possunt declarationes conciliari, debent ad concordiam reuocari, quæ fundamenta puto à nemine esse oppugnanda, ex quibus conficio ratio-

24 nem concludentem quod proposueram. Istæ † declarationes non sunt inter se pugnantes, & ex illis resultat quod approbatio facta ab Episcopo pro audiendis confessionibus à Regularibus est irreuocabilis, ergo sunt seruandæ quod non pugnent inter se probo, quia sunt respectu diuersorum; quod ex illis resultet quod approbatio sit irreuocabilis respectu regularium pariter probo, quia utraque decernit quod non possint iterum examinari, & hoc est ad mentem Concilij, quia cum Sacra Congreg. mentem Concilij declaret, & declaret non esse iterum examinandos, sequitur hoc esse ad mentem Concilij, & in hoc utraque conuenit quod uerò una neget, altera affirmet posse eosdem Regulares per successorem examinari hoc est, quia quæ negat, fundat se in dispositione Concilij, quæ est quod approbatio sit irreuocabilis, ideò neque per successorem potest iterari examinatio; quæ uerò affirmat non ad mentem Concilij loquitur, sed ad mentem Constitutionis Pij V. quæ non est reuocata, ut ex eadem declaratione patet, patet ergo quod non sunt pugnantes, & quod ex istis declarationibus resultat quod approbatio ad mentem Concilij est irreuocabilis absolute, quod si Regulares per successorem possunt examinari hoc non est ex dispositione Conciliari sed ex Constit. Pij V. ergo & sine causa, & cum causa est irreuocabilis, excepto casu Constitutionis Pij, ex quibus constat immerito Sancium mirari quod quindecim doctissimi viri asserant approbationem esse irreuocabilem, cum re vera talis sit.

25 2. † Probatur quia Clem. dudum de sepult. neque per ipsum Sancium est reuocata, sed illi tantū est addita obligatio examinis; Sed præsentatio Regularium coram Episcopo facienda pro approbatione ad Confessiones, est irreuocabilis, vt etiā per ipsum ergo etiam examinatio super addita erit irreuocabilis, & cum causa, sine causa. & quia

26 talis erat etiam præsentatio. Additum † enim sequitur suum subiectum, quando ea ratione non additur vt mutet.

3. Episcopus est tantum veluti dans testimoniū sufficientiæ pro approbatione nomine Concilij cum

27 Iurisdictio detur ex Clem. dudum, ergo † functus suo officio nihil habet amplius quod agat, quia dans testimonium ad vnum actum functus suo officio nihil habet amplius quod agat.

28 Addo † non posse Episcopum eum quem reperit simpliciter idoneum approbare tantum ad tempus, vel cum aliquibus circumstantijs, quia tenetur ex iustitia approbare, ergo si simpliciter reperit idoneum debet simpliciter approbare.

29 Limito tamen † in approbato, & non examinato, quia approbatum, & non examinatum potest vocare ad examen, quia examen & approbatio illi mandatur à Concilio.

30 Limito etiam † in examinato, & approbato quando in examine defuisset obligationi suæ, ita vt quia examinauerit nimis remissè cognoscat, postea non esse idoneum quia detectus error esset tollendus.

31 Ad † illa verò quæ deducit Sancius tamquam inconuenientia facile respondetur ex conciliatione declarationum Sacræ Congregationis, & ex Constitutione Pij V. quam ostendimus non esse reuocatam, & præterea etiam assignando maximam differentiam inter Confessarios sæculares, & regulares, quia iurisdictio sæcularium pendet ab Episcopo, Regularium verò à dicta Clementina, ita vt secundum hanc sint ab Episcopo omninò exempti: Deinde regularis habent multa priuilegia quæ non habent sæculares.

32 Ad † Tertium quæsitum dato, & non concesso quod approbatio esset ex causa reuocabilis causa deberet probari. Probatur quia reuocatio esset facienda ex causa vt patet ex Cap. Accepimus de ætate & qualit. ergo ex causa probata. Probatur ista conseq. Ex l. cum ij ff. de transact. §. vlt. igitur iuncto principio eiusdē legis vbi hæc uidentur aperte decidi ita enim habet lex, solet igitur prætor interuenire, & inter consentientes arbitrari an transactio admitti debeat &c. deinde subdit, uult igitur Oratio apud prætorem de istis quæri, in

primis

peimis de causa transactionis, deinde de modo, tertio de personis transigentium, quod si quæras in quo consistat causæ cognitio. Respondet Menochius de Arbitr. lib. 1. quæst. 19. numer. 3. 4. & 5. in citatione adhibenda & litigantium iure exaudiendo qui sunt actus iudiciales. Cum ergo reuocatio si fieri posset, non posset fieri sine causa & quotiescunque aliquid cum causa est faciendum sit faciendum causa iuridice probata profecto sit quod si reuocatio posset fieri deberet fieri causa iuridice probata.

33 2. † Reuocatio pertinet ad forum exterius, & versatur in adimendo iure quæsito, ergo debet fieri causa iuridice probata. 3. si aliqua lis oritur in approbatione per iudicem est dirimenda ergo causa probata.

34 Ad † quartam denique difficultatem. An scilicet causa sit sufficiens. Breuiter respondeo ex dictis causa probata in tribunali Sanctę Inquisitionis non est reperta sufficiens ad pœnam in illo tribunali, ergo non est sufficiens, neq; in tribunali Episcopi. 2. Non est causa probata, ergo neq; sufficiens in tribunali Episcopi ad puniendum enim acta ab Episcopo sunt conficienda. 3. Posset etiam esse quod ex qualitate criminis augeretur inhabilitas ad pœnam suspensionis ab audiendis confessionibus, sed quia de criminis qualitate mihi non constat hoc expendendum relinquo criminalistæ.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula testamenti expendenda proponitur.*
2 *Quæ difficultates sint soluendæ.*
3 *Menti testatoris quæ ex verbis colligitur standum est.*
4 *Verba testatoris sunt accipienda secundum communem modum loquendi.*
5 *Si ista deficiat, secundum regulas iuris.*
6 *Quomodo procedat nostra difficultas.*
7 *In hoc casu vocatus intelligitur qued debent esse de familia legentis non legatarij.*
8 *Idem in simili dispositione dicendum de beneficijs, & Capellanijs.*
9 *Ampliatur & dilatatur dicta conclusio.*
10 *Quid significent ista nomina Familia, genus & stirps 11. Quid familia. 12. Quid genus. 13. Quid stirps. 14. Quid linea. 15. Quid Domus. 16. Quid consors. 17. Quid parentes. 18. Quid agnatio. 19. Quid cippus. 20. Quid descendentia ibi multa tradita sunt multum conducibilia ad tollendas difficultates Legatorū. 21. Concurrentibus multis de familia, vel descendentia videtur dicendum nullam esse habendam rationem proximitatis, ex l. vnum de familia.*
22 *Si Legatum sit dandum ex iuris dispositione & sit vocatus vnus de familia, sufficit esse talem ad obtinendum legatum nisi alius cum illo concurrat, quo casu proximior est præferendus.*
23 *Vocato vno paupere de familia si duo reperiantur vnus pauper, & proximior alter pauperior & remotior proximior præfertur.*
24 *Supradicta sunt ex iuris dispositione, quod si aliter de mente constet, illi omnino standum est.*
25 *Intellectus ad legem. Vnum de familia, vbi etiam habetur quid possit commissarius in his casibus si ei sit data electio.*
26 *Si vocetur pauperior de familia non est habenda ratio proximitatis, sed paupertatis.*
27 *Quando agitur de proximitate consanguinitatis secundum quod ius sit facienda computatio secundum ciuile vel canonicum.*
28 *Quid hoc referat.*
29 *Si vocatio sit facta non limitata ad certum gradū, & agatur de successionibus ad exclusionem alicuius seruanda est dispositio iuris ciuilis.*
30 *Quod verum est etiam in legatis pijs, & Capellanijs, & cæteris huiusmodi.*
31 *Si vocatio sit facta ad certum gradum, neq; agatur de exclusione alterius, seruatur ius canonicum.*
32 *Parentela si est probanda ad certum gradum, probatio debet esse specifica, quod si ad nullum gradum sit coarctata sufficit probare aliquam consanguinitatem, etiamsi nullus gradus distincte probetur, & ad hanc probationem sufficiunt communis reputatio, & fama indicia, & etiam coniectura.*
33 *Si duo concurrant alter ex masculina, alter ex linea feminina, quis præferendus, remissiue ad numerum 36.*
34 *In Legatis pijs non succeditur per representationem; sed quilibet ex propria persona.*
35 *In Legatis pijs non agitur de conseruanda agnatione.*
36 *In Legato talibus verbis concepto vt eiusdem possit æque esse particeps tam descendens ex fœmina, quam ex masculo, si duo concurrant, vnus tantum latere coniunctus, alter ex vtroq; coniunctus ex vtroq; est præferendus in eodem gradu.*
37 *Si duo concurrant alter coniunctus ex latere masculino, alter ex fœminino nulla datur prælatio, sed ex alijs circumstantijs res est determinanda vt ibi.*
38 *Si duo concurrant vnus coniunctus ex vtroq; latere sed remotior, alter in vno tantum sed proximior hic præfertur licet secus sit in successione hæreditaria, & ab intestato.*
39 *Septima difficultas enodatur.*
40 *Non plus iuris potest esse in causato, quam in potentia causante.*
41 *Quilibet actus causatus reguletur à sua causa.*
42 *Ex infecta radice non producuntur nisi fructus infecti.*
43 *Pater illegitimus non potest dici de familia.*
44 *Nulla consequentia potest esse legitima ex illegitimo nascendi principio.*
45 *Legitimus ex patre illegitimo est capax dignitatum &c.*
46 *Nepos legitimus ex patre spurio potest institui hæres ab auo, & à quocunq; alio.*
47 *Quomodo masculus descendens ex fœmina admittatur ad maioratum licet fœmina excludatur.*
48 *Proponitur octaua difficultas.*
49 *Pater & filius illegitimi non dicuntur de familia.*
50 *Inspecto iure naturæ bastardi, & spurij dicuntur procedere ex sanguine, & de parentela.*
51 *Natura magis inspicitur quam dispositio iuris.*
52 *Iure naturali inter nothos, & legitimos nulla est distinctio.*
53 *In proposito casu maxime est spectanda mens testatoris vel disponentis.*
54 *Et quod in similibus sit actum.*
55 *Concurrentibus legitimo ex patre legitimo & illegitimo vel filio illegitimi legitimus præfertur.*
56 *Alia sunt verba iuris alia naturæ, & quæ.*
57 *An parentela sit verbum iuris vel naturæ.*
58 *Si dispositio sit concepta verbis naturæ non solū, potest sed debet dari legatum etiam illegitimis.*
59 *Si verò sit concepta verbis iuris, non datur.*
60 *Deficientibus legitimis etiam in hoc casu admittuntur ad exclusionem extraneorum.*

61 Sol-

61 Soluitur nona difficultas & materia illegitimorum.
62 Illegitimi ſunt de parentela ex parte matris.
63 Et ſuccedunt niſi ſint ex dannato coitu.
64 Mater ſemper eſt certa.
65 Concurrant cum vocatis ad legatum de parentela matris.
66 Reſpondetur toti difficultati remiſſiuè.

Legatum dandum vni de familia, & alteri de ſtirpe.

XXXVI.

1 SEmpronius in ſuo teſtamento condit infraſcriptum Legatum. Item ſalue le predette coſe, vuole, ordina, e commanda il ſudetto teſtatore che ſijno dati cento ſcudi all'anno a Seio, e doppo la ſua morte vuole che ſijno ſpeſi cinquanta in maritare vna figlia pouera della ſua famiglia, e gl'altri cinquanta in mantenere à ſtudio vn figlio della ſua deſcendenza. Quo poſito ſingulis annis multæ oriuntur difficultates ideò iſtę proponuntur ſoluendæ.

2 1. Cum dicatur legatum eſſe expendendum in collocanda vna de ſua familia in matrimonium, & illud, de ſua, poſſit referri tam ad Legatarium, quam ad legantem teſtatorem, de cuius familia & deſcendentia debeant eſſe filia & filius an teſtatoris, vel Legatarij. 2. Quid ſit intelligendum per illa verba, della famiglia, e deſcendenza. 3. Cum vocetur ad legatum tantum vnus de familia vel deſcendentia ſatis ſit beneficiandos eſſe, de familia & deſcendentia an verò ſit ſeruandus aliquis ordo proximitatis. 4. Dato quod proximior ſit beneficio afficiendus ſecundum quod ius ſit facienda computatio graduum ſecundum ius ciuile, vel Canonicum. 5. Quomodo ſit probanda parentela, & deſcendentia. 6. Concurrentibus duobus vno ex linea maſculina ſed remotiori & altero ex fœminina ſed proximiori quis ſit præferendus. 7. An natus legitimè ſed ex patre illegitimo ſit Capax legati. 8. An natus illegitimè ex patre legitimo item ſi capax. 9. An ſi admittantur poſſint concurrere cum legitimis in eodem gradu.

3 † In primis noto, quod ſi mens teſtatoris ex verbis aliquo modo in teſtamentis & legatis poteſt colligi, illi omnino ſtandum eſt, per ea quæ communiter traduntur à Doctoribus, & nos pluries in
4 hoc opere diximus. † Pro qua habenda verba ſunt interpretanda ſecundum communem modum loquendi Cap. Cum dilectus de conſuet. l. ſi de interpretatione & l. minime ff. de leg. Rom. conſ. 271. num. 4. Crauet. conſil. 101. num. 3. Mantica
5 deciſ. 129. num. 3. † & ſi iſte deficit, ſecundum regulas iuris quibus iudicatur ſe voluiſſe conformare. l. Gallus §. quidem rectè cum ibi not. ff. de libr. & poſth. Alex. conſ. 55. num. 2. lib. 4. Iaſon in l. 1. num. 45. verſu confirmatur. ff. de vulg. & pupilli Socinus in l. Cum accuſ. num. 95. ff. de condit. & demon. Ludouis. deciſ. 56. num. 5. &
6 † ſecundum hunc tertium modum erit reſolutio noſtra; ſupponimus enim, quod mens teſtatoris non ſit expreſſa neq; per communem vſum ipſius teſtatoris, qui omnino eſt ſeruandus. Paulus de Caſtro in l. quo loco §. 1. circa princ. ff. de hæred. inſtit. Pariſ. conſil. 19. num. 167. deciſ. conſil. 42. num. 32. lib. 1. vel communem vt ſupra recurrendum eſt ad iuris diſpoſitionem, ſecundum quam teſtator videtur ſe confirmare vt dictum eſt.

7 Ad 1. ergo difficultatem ſoluendam. An ſit intelligendus beneficiatus de familia teſtatoris an legatarij. Maxima de hac quæſtione eſt diſputatio inter Doctores. Magis tamen communiter cui etiem ego adhæreo eſt quod intelligatur de familia teſtatoris ita Menochius de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 88. qui ſecum ducit quadraginta alios Doctores, rationes pro hac ſententia, qui cupit, adeat eundem Menochium in ſuo conſil. 124. in primo dub. lib. 2. num. 30. 31. 32. 33. 34. Hic enim videtur à teſtatore magis dilectus quam ille
8 qui eſt de familia legatarij: † idem dicendum eſt etiam de Capellanijs. Nam ſi teſtator inſtituit Capellaniam & ad illam primo loco vocanit, v. g. Celium, & poſtero vnum de ſui familia intelligitur de familia non primo vocati, ſed ipſius teſtatoris
9 Garzias de beneſ. p. 7. cap. 15. num. 19. † quæ ſententia multo magis habet locum quando teſtator per fideicommiſſum ſubſtituit eos, qui erunt ex ſuo ſanguine, & generatione fratres ſuos conſobrinos, affines & tandem extraneos. Hic ſanè ordo dicitur ſucceſſiuus ſicuti in caſu maioratus qui non differt à fideicommiſſo egregiè ſcripſit Celſus Hugo in conſ. 120. nu. 8. & num. 14. Nam illa verba ex ſuo ſanguine & generatione ſignificant deſcendentes Iſernia & cap. 1. num. 3. de ſucceſſione feudi. Cornæus conſil. 190. num. 3. libr. 3. deinde vocauit tranſuerſales nempè fratres qui dicuntur ex linea maſculina; poſtea voluit admitti conſobrinos, & ita lineam fæmininam cum conſobrini ſint ſororum filij §. quarto gradu Inſtit. de Gradib. Tunc enim attenditur proximitas reſpectu teſtatoris non verò grauati vltimo loco, quando teſtator diſtinxit maſculos à fœminis quia voluit maſculos deſcendentes ſuccedere, excluſis fęminis, quas tamen voluit admitti mortuis maſculis, atq; ita quando teſtator tranſit à maſculis ad fæminas & ſic ad perſonas minus dilectus, ita in ſpetie Decianus in conſil. 21. num. 6. libr. 3. ex Mantica de coniect. lib. 8. cap. 12. nu. 31. propè finem. Ratio Deciani eſt, quia ſicut teſtator dilexit primo maſculos vocatos ita præſumitur dilexiſſe omnes eorũ deſcendentes æqualiter de gradu in gradum, ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato; quando autem defecerunt illi omnes quos primo dilexit, & ſit tranſitus ad alium ſtatum perſonarum, tunc conſiderari non poteſt proximitas præcedentis ſtatus, gradus prædilecti, ſed res reuertitur ad conſiderationem perſonæ teſtatoris, & conſideratur quos prædilexerit ipſe teſtator in ſubſtitutione huius noui ſtatus, non quos prædilexerit vltimus defunctus prioris ſtatus, quia iam prorſus eſt extinctus. Habet etiam locum prædicta ſententia quando teſtator voluit fideicommiſſum eſſe perpetuum, & ſuccedi in infinitum. Quæ tamen non habet locum quando teſtator vſus eſt aliquo verbo ſignificante ſpectandam eſſe proximitatem vltimi poſſeſſoris ver. gr. dixiſſet ſubſtituo Caium, & omnes eius deſcendentes. Nam illud pronomen eius quod ſignificat perſonam Caij ſignificat teſtatorem voluiſſe quod attendi debeat proximitas eiuſdem Caij Mantica vbi ſupra num. 31. Neq; pariter habet locum prædicta communis ſententia reſpectu eius qui eſt ex linea per quam fideicommiſſi ſucceſſio gradatim decurrit, qui etſi eſt proximiori vltimo defuncto & remotior quoad teſtatorum attamen vltimi defuncti proximitas attenditur quæ omnia tradit Menoch. dict. lib. 4. præſumpt. 88. à num. 23. ad 36.

10 Ad ſecundam difficultatem prius explicabo quid

ſit

sit genus, familia, stirps, Domus, Cippus linea vel agnatio descendentia deinde subiungam quid
11 hic intelligatur. † Incipiendo à familia. Dico quod aliquando dicitur in genere aliquando in spetie. Familia dicitur in spetie, quæ continet tantum descendentes ab ipso testatore; In genere, quæ comprehendit alios vt agnatos & ita transuersales. l. Pronunciario §. Familiæ ff. de verbor. signif. & ibi Alciatus, & reliqui & Menochius consil. 233. num. 15. lib. 3. In dubio autem an sit vocata familia in genere vel in spetie præsumitur vocata in spetie, & ita solum descendentes ab ipso testatore Socin. Sen. Cons. 249. num. 11. lib. 2. Paris. consil. 1. num. 59. lib. 3. & sub nomine familiæ admittuntur etiam fœminæ. l. vlt. Cod. de verb. signific. Ang. consil. 191. in fine Corn. consil. 230. nu. 11. lib. 3. Ideò priuilegium concessum familiæ comprehendit etiam fæminas nuptas Menoch. lib. 4. Præsumpt. 88. nu. 4. & Reb. in. l. Pronunciatio §. Mulier autem de verb. oblig. qui loquitur etiam de descendentibus, nisi existat statutum quo fæminæ excludantur existentibus masculis, nam eo casu non veniunt fœminæ donec masculi existunt ita Cephal. Consil. 252. num. 38. lib. 1. & plures refert Menochius consil. 197. num. 38. lib. 1. asserentes fœminas excludi etiam à nomine familiæ, quando testator reliquit fideicommissum pro familiæ conseruatione, quia fœminæ non conseruant familias Gabr. consil. 132. num. 38. libr. 1. qua ratione excluduntur etiam Monachi, & Religiosi. In fauorabilibus nomine familiæ veniunt etiam vxores vt si quis relinquat Cassio alimenta pro se, & sua domo censentur relicta alimenta etiam pro vxore. In odiosis verò non venit vt si princeps suo decreto statuat vt tota domus lentulorum exulet non intelligitur inclusa in hoc decreto vxor Alber. l. Pronunciatio. §. Familiæ ff. de verb. signific. & ibi Rebuff.

12 Genus nihil differt à familia vt dixit Ripa in leg. Ex facto in princ. num. 6. ad Trebell. & apertius Bald. in repet. Cap. si pater de test. in 6. docuit quod illi dicuntur ex genere qui sunt de agnatione, & Castrensis. l. 1. ff. de Probat. vult posse sumi dupliciter largè & strictè. Large sumptum genus includit totam parentelam strictè Agnationem Tiraquel. in tract. retract. consang. §. 1. Gloss. 9. num. 141. Generationis nomine tradit contineri natos, & descendentes ex fæminis; &, quod relictum illis de generatione debetur etiam cognatis, & sic descendentibus ex fæminis respondit Cravet. consil. 180. num. 1. Quæ ergo dicta sunt de familia, & infra dicentur de agnatione omnia etiam pertineat ad Genus, Menochius cons. 233. nu. 20. & 21.

13 Stirps propriè dicitur incipere ab ipso patre testatore ita probat. l. Si quis ex suo in princ. Cod. de inoffic. test. & ideò quando testator vocat stirpem vel statuit bona conseruari in stirpe dicendum est contineri tantum à se descendentes, ad rem tradunt Imol. in leg. Ex facto §. Si quis rogatus ad Trebell. Philip. Fran. in Cap. Si pater nu. 227. de test. in 6. & alij apud Menoch. loco cit. præsumpt. 88. num. 9. An nomine stirps veniunt fæminæ late explicat. Paris. cons. 35. col. 1. lib. 3.

14 Linea dicitur dupliciter vel effectiuè, vel contentiuè. Effectiuè dicitur illa cuius origo & causa efficiens est ipse testator pater; atq; ita comprehendit tantum descendentes ab ipso patre contentiuè autem sumitur sub qua pater ipse continetur quæ comprehendit non solum ipsum patrem & eius descendentes sed etiam transuersales ista Menoch. multos referens conf. 233. nu. 18. lib. 3. In dubio in odiosis nomine lineæ venit tantum effectiua atq; ita intelliguntur tantum descendentes, non autem transuersales Bald. in consil. 321. lib. 1. Anchar. cons. 95. nu. 7. & alij apud Menoch. cit. præsumpt. num. 11. linea propriè est quæ recta est non quæ collaterali, seu transuersalis Ruinus cons. 98. nu. 4. lib. 1. Dec. cons. 379. num. 4. & 5. Quod tunc maximè verum est quãdo additur pronomen ipsius veluti si dicatur. Quod conseruetur hæreditas in linea ipsius testatoris quia illud pronomen ipsius, significat personaliter Gabriel cons. 132. num. 2. alios referens.

15 Domus, quando significat familiam, (nam alios etiam habet significatus) vt quando testator instituit vel substituit domum, vel reliquit domui, censentur vocat omnes qui sunt de familias, vt si vocentur ad hæreditatem omnes de lentulis censentur vocati omnes de illa familia, Bart. in l. vnic. nu. 4. Cod. de cond. & procur. præd. fisc. lib. 11. Calcan. cons. 8. num. 3. & alij, & copiose Socin. iunior consil. 94. num. 9. lib. 1. & ita quando testator reliquid alimenta Caio & omnibus de sua domo intelligitur legasse Caio & omnibus qui sunt de sua domo tam fœminis quam masculis tam legitimis quam naturalibus limita tamen, quoad naturales vt infra. l. Cum auus in princ. vbi Glossa & Doct. ff. de alim. Quod si dispositio respiciat nobilitatem aut aliam qualitatem tunc appellatione Domus intelliguntur omnes, qui ferunt eadem arma, & insignia ita de hoc interrogatus respondit Alex. cons. 213. num. 3. lib. 6. Calcan. cons. 8. nu. 6. & 7. verum quoad successiones in fideicommissis datur certus ordo inter eos qui sunt de domo atq; ita qui eadem ferunt insignia, & arma, vt proximiores admittantur ita Corneus cons. 216. lib. 2. & quando agitur de conseruatione Domus seu agnationis etiam fæminæ continentur sub nomine Domus ita Molina lib. 3. de Primog. cap. 4. num. 11.

16 Consortes: hoc nomen significat omnes illos quæ sunt ex eadem familia, & agnatione seu parentela ita Salicet. in l. Dudum. C. de contrah. empt. quem sequutus est Gozad. cons. 79. nu. 4. qui respondit fideicommissum restituendum consortibus pertinere ad omnes qui sunt de familia exclusis fæminis si relictum sit pro conseruatione familiæ ita etiam respondit Ruinus cons. 24. nu. 5. & nu. 7. lib. 2.

17 Parentela. Hoc nomen significat, secundum vulgarem hominum appellationem, eos, qui sunt ex eadem agnatione, & familia abunde explicat Tiraquel. in tract. de retract. consanguin. §. 1. Glossa 8. num. 1. qui scripsit idem de hoc nomine parentela, quod etiam sentit Gozad. cons. 79. nu. 4. & 5. Parentela præsupponit agnationem, vel cognationem, vel saltem affinitatem. Cap. Parentelę 35. quest. 5. & ideò conuenit agnatis, cognatis, & alijs simili sanguine coniunctis, vt scribunt Ang. cons. 278. colum. 1. versu verum Aret. in l. Cum quidem §. quod dicitur num. 3. versu vnde licet ff. de acquir. hęred. & alijsplures apud Menoch. dicta præsumpt. 88. num. 18. Tiraquel. in tract. retract. consan. §. 1. gloss. 8. nu. 1. & 2. ostendit ex multis iuribus hoc nomen parẽtes comprehendere omnes coniunctos sanguine & ibidem habet etiam parentelam accipi pro agnatione & cognatione, & ille dicitur de parentela alicuius qui illi aliquo modo sanguine est coniunctus, non autem dicitur si nulla extet coniunctio licet sint eiusdem cognominis.

18 Agna-

18 Agnatio. De agnatione tres sunt assignandi casus. 1. quando fit mentio de agnatione habito respectu ad testatorem, vt v. g. Testator dixit. Bona conseruentur in mea agnatione hoc casu propriè continentur transuersales agnati, vt puta frater ipsius testatoris vel fratris filij: vel reliqui & ratio est quia non potest propriè intelligi de filijs, nepotibus, & alijs ab ipso testatore descendentibus, cum ijs relatione habita ad ipsum testatorem non dicantur agnati sed descendentes, quo casu, loquuntur Mantic. de Coniect. lib. 8. tit. 12. num. 32. vers. fed ergo subsisto, & Decian. conf. 86. nu. 29. lib. 3. vnde minus bene Ruinus consil. 153. nu. 10. lib. 2. dixit quod si testator disponit quod bona sua remaneant in sua agnatione, continentur tantum à se descendentes. Verius est enim comprehendi etiam transuersales, qui tamen solum post descendentes admitti debent. Secundus casus est, quando testator vocauit agnationem habita relatione & respectu ad personam filiorum suorum vt si dixit conseruentur bona mea in agnatione filiorum meorum, hic casus intelligitur propriè de filijs & descendentibus qui inter se dicuntur agnati. l. pennlt. ff. vnde legit. & instit. de legit. agnatut. in princip. & institut. de legit. agnat. success. in princip. illis verbis sunt autem agnati cognati per virilis, sexus cognationem coniuncti quasi à patre connati veluti frater; fratris filius nempe ex eo Item patruus fratris filio & inuicem is illi agnatus elt. Item fratres patruelis. Probationem huius destinctionis vide apud Menoch. cit. præsumpt. 88. nu. 19. §. Nunc duorum casuum Tertius casus est, quando testator simpliciter, & absolute vocauit agnationem. Vt si dixit Bona conseruentur in agnatione Hoc casu intelligitur tam de propria ipsius testatoris idest de transuersalibus, quam de illa filiorum quo casu intelligendus est Ancar. conf. 94. col. pennlt. versu ex hoc cum dixit agnationis nomen & vocabulum esse latissimum, & ob id differe à linea, differt etiam à nomine, familia, secundum Decian. conf. 86. num. 29. lib. 3. quia nomen agnationis non reperitur in specie sicut nomen familiæ ut supra dictum est.

Si ergo nocabulum familiæ late sumatur idem erit familia quod agnatio & domus, non autem si strictè & in spetie, Agnatio enim & domus latum nomen tantum non autem strictum & in specie habent. Nomen nerò familiæ obtinet utrunque si ergo nomen familiæ late & in genere sumitur idem erit quod agnatio & domus secus uerò si strictè & in specie.

19 Cippus. Hoc nomen est vulgare potius rusticorum quam aliorum. Angel. & Castren. in l. vult. ff. de uerb. signific. accepitur pro ipsa familia sed non omnes qui sunt ex ea familia, & qui ferunt eadem arma & insignia continentur, sed solum illi qui sunt fundamentum, & stabilimentum, (ut uulgo dicitur) domus & familiæ ut respondit Corn. in conf. 26. nu. 5. Quare idem Corn. conf. 55. nu. 5. & 6. lib. 1. Franchus in cap. si pater num. 207. & 228. de test. in 6. Gozad. conf. 79. num. 6. Paris. consil. 53. num. 29. 32. & 36. lib. 3. responderunt quod quando testator uult bona sua peruenire ad cippum suum intelligitur quod masculi tantum succedant exclusis fœminis, quæ cippum idest agnationem conseruare non possunt.

20 Descendentia. Descendetium † nomine ex proprietate sermonis ueniunt qui descendunt ex sanguine ita ut si dicatur Relinquo centũ successorib. descendentib. sine copula, quia si adderetur copula, nidelicet successoribus & descendentibus alius esset sensus, sine copula illud uerbum successoribus qualificatur per illud descendẽtibus ad successores tantum descendentes ex sanguine Coccina decis. 127. num. 12. 13. 14. descendentium nomine ex proprietate Sermonis ueniunt etiam fœminæ Bart. & alij in l. Gallus §. etsi à parente ff. de lib. & posthum. Paris. conf. 72. num. 7. lib. 4. Alex. cons. 160. num. 2. lib. 2. estque hoc nomen descendẽtes collectiuum, & de sui natura comprehendit omnes descendentes in infinitum §. 1. Auth. de hæred. ab intell. uenient l. fin. Cod. de suis & legit. hæred. latè Mantic. de Coniect. lib. 8. tit. 12. & si per statutum excluduntur descendentes à fœminis non ideò excluduntur fœminæ quia ipsæ sunt agnatæ, licet non descendentes ab ipsis Ludouis decis. 293. num. 19. licet enim sint de agnatione non tamen illam conseruant sed finitur in illis idem Ludouis. ibidem num. 23. est autem probanda descendentia per gradus distinctos c. licet ex quadam, ibi per gradus singulos ext. de test. Innocen. in c. series in fine & ibidem Bald. num. 3. eodem tit. Decius qui testatur de communi conf. 322. num. 4. ita ut si probatio deficiat in uno gradu tota probatio destruatur Rota coram Litta in una Parm. Prior. 12. Ian. 1590. puto tamen ad assequendum beneficium legati sufficere probare descendentiam ab eo qui ultimo loco legatum obtinuit, sicut de patrono ad præsentandum dicitur quod sufficit probare descendentiam ab ultimo patrono qui præsentauit. Ludouis. decis. 349. numer. 1. & in annot. numero 6.

21 Ad † tertium quæsitum an uidelicet concurrentibus multis ex familia, & descendentia sit seruandus aliquis ordo in conferendo legato ita ut proximior sit admittendus an uerò sufficiat esse de descendentia & familia, & videtur dicendum sufficere esse de familia per l. vnum de familia §. si de faleidia ff. de leg. 2. sed ego distinguo.

Vel legatum est conferendum secundum iuris dispositionem uel ad beneplacitum illius qui legatum dar ita vt electio libere in illum sit collata. Deinde uel testator uocauit ad legatum unum de familia, uel unum de familia pauperem uel unum proximiorem de familia pauperem.

22 Si legatum † est dandum secundum iuris dispositionem & uocatus sit ad legatum unus de familia, sufficit esse talem, & si duo reperiantur propinquior est præferendus. Gutierez Canon. qq. lib. 2. cap. 11. num. 36. Perez de Lara lib. 2. cap. 2. à
23 num. 7. † & si uocatus sit unus pauper de familia consanguineus, & reperiantur duo consanguinei, vnus pauper sed magis propinquus, & aliter pauperior sed magis remotus in gradu magis propinquus est præferendus quia uerificantur uerba legati quod detur pauperi, & saluatur prædilectio, quia magis propinquus censetur semper prædilectus Peralta ad l. unum ex familia §. si de facildia ff. de legatis secundo; quæ omnia probantur ex l. Peto §. fratres & l. cum ita §. in fideicommisso ff. de leg. 2. & l. fin. C. de uerb. signific. & l. 1. C. de secund. nuptijs.
24 ibi Gradibus seruatis & ibi Doctores † aduerte me loqui ex dispositione iuris nam si aliud ex mẽte
25 testatoris coligatur illud omninò est seruandum † Ad l. unum de familia &c. Respondeo ibi esse datã electionem hæredi uel Commissario, quo casu potest ipse quem uelit eligere ut si testator dixit relinquo centum danda pauperibus meis consanguineis à meo hærede uel commissa, tunc non tenetur hæres uel commissarius eligere proximiorem uel paupertiorem

riorem ſed datur locus gratificationi. Item etiam ſi teſtator dixie relinquo centum paupetibus meis conſanguineis quæ illis dabit meus hæres vel commiſſarius hoc etiam caſu videtur data electio, & commiſſarius poteſt eligere quem velit dummodo ſit pauper & conſanguineus teſtatoris nec tenetur habere reſpectum proximioris ſecus autem ſi non ſit data electio quia ſemper magis propinquus eſt eligendus Gloſſa ad l. vnum in ex familia §. ſi de falcidia verbo vni ff. de leg. 2. Tiraquel. de retract: legat. §. 11. Gloſſ. 4. num. 2. & Gloſſ. 6. num. 7. Mantica de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 15, Craſſus de ſucceſſ. §. fideicommiſſum quæſtio. 16. alios
26 referens † Quod ſi vocatur vnus de familia pauperior, non eſt habenda ratio gradus conſanguinitatis, ſed paupertatis, quia verbum pauperior determinat conſanguineum, vt ſupra dictum eſt de deſcendentibus.

27 Ad quartam difficultatem † nempe in eligendo magis propinquo ad legatum obtinendum quo iute ſit vtendum in facienda graduum computatione Canonico ne an verò ciuili. Multum autem refert, quod fiat computatio ſecundum Canones uel lege Ciuiles, quia fieri poteſt, ur aliqui collateralea ſecundum computationem canonicum ſint in eodé gradu cum teſtatore, qui ſint in diuerſo ſecundum computationem cinilem quia ſecundum computationem canonicam in linea collateralium inæquali quoto gradu remotior diſtat à ſtipite communi, roto diſtant inter ſe uel ſibi attinet, ſecundum uerò regulas ciniles in linea inæquali collateralium quot ſunt perſonæ dempto ſtipite, tot ſunt gradns, ſi ergo unus eſt in 2. cum 4. gradu conſanguinitatis alter in 3. cum 4. ſecundum computationem canonicam ſactam à remotiori ut in c. fin. de conſang. & Aff. uterq; eſt in 4. gradu conſanguinitatis & ſecundum computationem ciuilem unus eſt in 6. alter 7. gradu ut patet ex regulis poſitis in arbore & ex iis quæ tradunt Doctores.

29 Nunc † dico quod uel uocatio eſt facta abſq; ulla limittatione graduum uel ad aliquam graduum limitationem, u. g. teſtator uocauit ad legatum ſuos deſcendentes nulla facta expreſſione graduum, uel uocauit uſq; ad rertium uel quartum gradum ſi ergo uocatio ſit facta primo modo, & agatur de ſucceſſionib. ad excluſionem alicuis eſt omninò ſeruandum ius Ciuile nam quoad ſucceſſiones, & earum materiam ſeruanda eſt in utroq; ſoro computatio ciuilis non canonica Gloſſ. in §. Hactenus Inſtit. de gradibus & in l. Iuriſconſultus verbo, item liberi ubi Bart. §. fin. ff. eodem Imola in Rub. ff. ſolut. matrimon. numer. 6. Alex in leg. fin. Codic. unde legitim. nu. 7. Bartol. conſil. 224. lib. 1. Bal. Salicet. Alex. Iaſon. num. 2. & alij in leg. fin. Cod. de ſucceſſor. edict. Felin. in Cap. ex litteris num. 4. de conſtit. Guliel. Bened. in Cap. Raynutias de teſt. nerbo Vxorem nomine Adelaſiam nu. 85. Sanchez de matr. lib. 7. diſput. 50.
30 num. 8. † Et quamuis in Legatis Beneficijs & Capellanijs non ſuccedatur iure hæreditario & ſucceſſionis meræ non poteſt tamen negari, quin ubi conſanguinei nocantur ſit materia ſucceſſionis ſaltem aliquo modo, & ad inſtar, & in quacunq; materia ubi agitur de proximitate, & conſideratione propinquioris procedit ſine dubio computatio legum ciuilium etiam in foro Eccleſiaſtico & in terris Eccleſiæ, & ratio eſt, quia computatio Canonici non eſt data ad cognoſcendam proximitatem in concurſu ſed gradus ad matrimonia. At computatio Ciuilis non ſolum eſt inuenta ad cognoſcendos gradus ſed etiam proximitatem in concurſu proximiorum, & in terminis pro eleemoſina danda, & memoria perpetua pro fœminis conſanguineis pauperibus tener Azeuedo conſil. 24. nu.
31 57 † Si uerò nocatio ſit facta uſque ad certum gradum non ad excluſionem alterius ut ſi pauperes conſanguinei ſint uocati ad legatum uſque ad quartum gradum uel quintum &c. omninò puto eſſe faciendam computationem ſecundum ius Canonicum ex communi uſu, & modo loquendi qui eſt ſeruandus Couar. lib. 3. uariar. cap. 5. numer. 1. Mantica de coniect. lib. 2. tit. 8. Maſcard. concluſ. 1129. num. 15. Gutier. Can. quæſt. lib. 1. cap. 21. à numer. 3. Bar. conſ. 13. lib. 2. Felin. in Proem. Decr. num. 6. qui ex num. 3. plura adducit, ex quo poſtea, & alijs Parlad. diff. 109. §. 3. à num. 15. & ita in concurſu conſanguineorum ſemper ius Ciuile eſt attendendum. In matrimonio autem ubi non eſt concurſus, ſed conſideratur incluſio uſque ad certum gradum, & in legatis utſupra admittitur computatio Canonica.

32 Ad quintam difficultatem. Quomodo ſit probanda parentela. Reſpondeo quod uel nocatus eſt quis tantum in genere, ut ſi dicatur lego centum meis conſanguineis, nel eſt in aliquo determinato gradu, ut lego centum meis conſanguineis uſque ad 3. uel 4. gradum. Si primo modo ſit concepta uocatio ſufficit probare aliquam conſanguinitatem etiam ſi nullus gradus diſtinctè probetur Anchar. conſil. 52. num. 7. Alex. conſ. 82. libr. 1. Fulg. 184. num. 1. ſufficit autem ad probandam conſanguinitatem in genere communis reputatio, & fama, & probatur per indicia, & conjecturas Maſcard. concluſ. 409. Rota ſæpius, & præcipue in una Pacent. Capellan. coram Penna 15. Nouembr. 1593. in qua fuit dictum quod ad probandum quem eſſe de genere progenie, uel proſapia ſufficiunt indicia, & præſumptiones ſeu communis reputatio. Si uerò uocatio ſit facta ad determinatum gradum requiritur probatio ſpecifica Anch. eadem conſ. 52. nu. 7. & 8. Alex. conſ. 52. lib. 1.

33 Ad ſextam videlicet concurrentibus duobus ad legatum ex linea maſculina altero ex fęminina quis
34 ſit præferendus. Reſpondeo primò † quod in legatis pijs non ſucceditut per repreſentationem, ſed quilibet ſuccedit ex ſua propria perſona: facit quod tradit Couar. practic. cap. 38. num. 4. & Mantic. de coniecturis lib. 6. tit. 6. à nu. 50. & lib. 8. tit. 13.
35 † 2. Quod cum in legatis pijs non agatur de conſeruanda agnatione ratio iſtius conſeruandæ non erit cauſa ſufficiens quod vnus alteri pręferatur leg. Maximum C. de lib. præterit. cum alijs iuribus ſimilibus 3. Suppono quod vocatio ad legatum ſit concepta talibus verbis quod eiuſdem legati ſint capaces etiam deſcendentes ex fœminis his ita
36 poſitis. † Dico primo, quod ſi concurrant duo alter coniunctus tantum ex latere uno alter verò ex vtroque ſed vterque in eodem gradu coniunctos ex vtraque latere eſt præferendus, utpote prædilectus; cenſetur enim potentius habens duas qualitates quam vnam tantum, & ita habens duas qualitates ſanguinis magis dilectus quam habens vnam
37 tantum. † 2. Si concurrent duo in eodem gradu alter ex linea maſculina, & alter ex fœminina nulla detur prælatio ſed legatum eſſe conferendum illi qui magis dignus legato iudicabitur vel quia magis egenus vel quia ſit in aliquo periculo maiori vt fœmina nubilis vel ex aliqua alia circumſtantia vel ſortes erunt adhibendæ vel dabitur locus gratificationi ita vt commiſſarius poſſit ipſe eligere quem voluerit,

voluerit, & secundum Deum magis expedire vide-
bitur quia cum non sit spectanda ratio conseruatio-
nis consanguinitatis vel agnationis vt dictum est
ad alia est recurrendum quæ prudentem virum
possint mouere, Perez de Lara lib. 2. cap. 5. num.
33. & cap. 3. vbi de causis prælationis, Zenallus
38 quæst. 265. à numer. 54. † 3. Si duo concurrant
vnus coniunctus ex vtroque latere sed remotior;
& alter tantum ex vno sed proximior hic posterior
est præferendus licet secus sit in successione hære-
ditaria ab intestato vt ex Auth. Cessante Authent.
post fratres Cod. de leg. hæred. & ibi Doct.
39 Ad septimum an natus legitime ex patre illegi-
timo sit capax huius Legati. Quod non sit capax
40 videntur facere. P. † Quia non plus iuris potest
esse in causato quam in potentia causæ influenti
Bald. ex leg. 1. num. 2. & 3. ff. de senet. Castrens.
in leg. Gallus §. Nunc de lege Velleia. numer. 16.
Alex. num. 3. Iason. num. 16. cum seq. ff. de lib.
& posth. Gabriel. titul. de fideicom. conclus. 6. ex
num. 1. sed patet illegitimus non potest succedere
vt in seq. quæsito probabitur ergo neque filius, &
41 Confic. primo † Quia quilibet actus causatus regu-
latur à sua causa Socin. consil. 24. nu. 14. volum. 1.
& plene Surdus decision. Mantua. 217. numer. 3.
42 & per totum & Confir. 2. † Quia ex infecta radice
fructus non producuntur non infecti Alex. consil.
174. num. 1. libr. 5. Cap. Vulnerato. 1. quæst. 11.
Anchar. consil. 339. num. 6. idem in Cap. si bene-
ficia num. fin. 8. not. de præbend. in 6. & Probatur.
43 2. Sicut pater non potest dici de familia, nec
venit admittendus, vt immediate quæstione se-
quenti probabitur ita neque filius ex eo procedens,
vel ex auo pariter illegitimo, licet legitimus, non
44 potest item dici de familia. † Quia nulla conse-
quentia potest esse legitima ex illegitimo nascendi
principio leg. fin. Codic. de nat. liberi Alex. consil.
174. sub numer. 2. & 6. lib. 5. Decius consil. 365.
ergo Sicuti pater & filius illegitimi non possunt
succedere cum non sint de familia, & ideo non
verificentur verba testatoris, ob eandem rationem
neque succedet filius legitime natus ex patre auo
vel alio illegitimo. Quod verò sit capax videtur
probari.
45 Primo Ex Cap. Nunquam cum similibus 58. dist.
Quia cum iste verè sit legitimus est capax & habilis
ad quæcunque beneficia dignitates & honores
quamuis descendat ex patre spurio & illegitimo
46 ergo etiam admittendus ad hoc legatum. 2. † Ne-
pos legitimus potest legitime institui hæres tam ab
auo quam à quocunque alio licet sit natus ex patre
spurio Gloss. Verbo aperimus in leg. fin. Codic. de
natur. lib. Alex. in leg. Gallus §. si quid 15. num. 8.
Ias. num. 54. ff. de libr. vt posth. Couar. ad 4. de-
cret. 2. part. cap. 89. 5. numer. 13. Paleottus in
tract. de nothis, & spurijs cap. 53. numer. 1. & per
totum ergo erit etiam iste admittendus ad hoc
47 legatum. † 3. Masculus descendens ex fœmina
admittitur ad primogenituram & maioratum nisi
agatur principaliter de conseruanda agnatione
quamuis fœmina sit exclusa & vocetur dumtaxat
masculus & fundatur dispositio in masculinitate
Decius consil. 303. numer. 6. Rubeus consil. 22.
numer. 12. Molina de Primog. libro tertio cap. 5.
num. 48. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 8.
tit. 18. num. 53. & 54. & libr. 8. titol. 14. num. 6.
& 7. ergo etiam in casu nostro filius legitimus ex
patre spurio vel illegitimo non excluditur sed est
admittendus ad legatum, licet non habeat ius
succedendi in maioratu vel Primogenita illegiti-
mitas patris filio legitimo ita neque debet excludi
à legato quia eadem illegimitas huic non debet
nocere. Antequam procedem ad solutionem
istius subnectam etiam 8. difficultatem qua expensa
vnaque decidetur.
48 Ad Octauam igitur. † An natus illegitime ex
patre legitimo sit ad legatum admittendus videtur
dicendum non posse admitti. Qui si non admitti-
tur legitimus natus ex illegitimo multo minus ad-
mittetur illegitimus.
49 P. † Quis Pater nec filius illegitimus dicuntur
de familia l. Si spurius ff. vnde cognati. Bart. in l.
Pronunciatio §. familiæ num. 1. ff. de verb. signifi.
Tiraquel. de nobilit. cap. 5. num. 25. & alij quam-
plures ergo non est ad legatum admittendus cum
admittendus debeat esse ex familia. In contrarium
50 est P. † Quod naturaliter inspecto iure naturæ
filij bastardi & spurij cum dicuntur procedere ex
sanguine, & parentela defuncti ideò non videntur
excludenda cum in eis naturalis affectus cadat vt
notat. Bart. in l. pronunciatio §. familiæ sub nu. 1.
ibi. Quia ab eodem sanguine proficiscuntur,
51 & † natura magis quam iuris dispositio inspicitur,
52 ff. de verb. signifi. 2. † Ante leges scriptas iure
solo naturali nulla erat differentia inter filios legi-
timos, & nothos vt late Paleottus de nothis & spu-
rijs c. 11. per totum & Auth. quibus modis effi.
sui. §. Si quis ergo; aperte habetur quod tales filij
natura ipsa nihil differunt à legitimis, ergo non
debent priuari illegitimi legato cum maximè spe-
ctanda sit in istis affectio naturalis legantis. Pro
solutione harum duarum quæstionum.
53 † Dico primo in his casibus maximè esse spectan-
dam mentem & voluntatem testatoris, & commu-
nem vsum loquendi, & an materia sit talis quæ
54 possit ad tales filios transire. Secundò † Erit con-
siderandum quid in similibus fuerit obseruatum l.
Si de interpretat. ff. de legib. cap. dilectus de con-
55 suet. Tertiò † si concurrat vnus de familia, & ge-
nere testatoris qui sit legitimus ac filius patris legi-
timi, & illegitimus vel filius patris legitimi, & ille-
gitimus vel filius patris illegitimus vel filius patris
illegitimi cæteris paribus legitimus erit præferen-
dus. In reliquis obseruanda erit dispositio testato-
59 ris quibusuis verbis fuerit concepta. † Nam alia
sunt verba Naturæ, alia autem verba legum; in hoc
proposito verba naturę seu naturaliter significantia
sunt coniunctus, consanguineus, cognatus, Pater,
filius, nepos, parentes, liberi, descendentes &c.
huiusmodi. Verba autem iuris sunt Familia. Agna-
tio cognatio Domus, seu Casata, genus, prosapia,
progenies, stirps, seu stirpes, sanguis, Consangui-
57 nitatis: † An autem hoc nomen, parentela, sit
verbum iuris non conueniunt Doctores Azeuedo
cons. 24. in nu. 23. & 38. cum Benedicto de Barcis
asserit filios non legitime natos etiam de iure ciuili
esse de domo, casata, agnatione, genere, & san-
guine, & parentela argumento Auth. licet C. de
nat. lib. Ex qua naturalis filius morienti ab inte-
stato sine filijs legitimis succedit in duabus vncijs,
& sic venire in relicto consanguineis & de genere,
sanguine, & parentela &c. Quod tamen est contra
58 communem sententiam. † Si ergo dispositio est
concepta verbis naturalibus, vt volo centum dari
meis consanguineis &c. non solum potest etiam
illegitimis dari legatum vt asserebat Lopez. in suo
instruct. cap. 137. tom. 1. & to. 2. cap. 107. sequu-
tus Cordub. quæst. 72. ad finem; sed debetur,
vtpotè qui veniunt in dispositione, modo tamen
supradicto, idest vt in eodem & cæteris paribus

legitimis præferatur illegitimo, in disparitate
tamen gradus si illegitimus sit proximior iste erit
præferendus legitimo, & de legitimo descendent,
Garzias de beneficijs cap. 15. nu. 46. & 47. parte 4.
à quo & Gonzales ad 8. Reg. Cancell. Gloss. 5. à
59 num. 108. quamplurima desumpsit. † Quod si dis-
positio sit concepta per verba iuris vt volo centum
dari filiæ de mea domo &c. tunc illegitimi non
erunt capaces quia non sunt de domo de casata &c.
secundum iuris dispositionem, erunt tamen si fue-
rint legitimati, ex Tiraquel. in l. Si vnquam, verbo
susceperint liberos à num. 77. Couar. in 4. Decret.
2. part. cap. 8. §. 8. num. 4. & alijs relatis à Garzia
loco cit. num. 46. Ista autem distinctio, est Bart.
& l. Pronunciatio sup. & Iason ibidem numer. 13.
Felino & alijs relatis ab eodem Garzia numer. 39.
60 † Nota tamen quod licet illegitimi ad legatum
conceptum per verba iuris non veniant existenti-
bus legitimis istis tamen deficientibus præferuntur
quibuscunque alijs extraneis quia ratione sanguinis
in defectum legitimorum videntur magis dilecti,
& ideò prius vocati quam extranei, licet hoc non
admittat Garzias fundans se nimis rigorose in sola
vocatione iuris, & excludens prædilectionem, quod
tamen ego puto verum etiam quia adest sententia
Azeuedi illos iuuans, & etiam multum fauet Gon-
zales, positis ergo istis cum prædilectione respectu
extraneorum puto etiam extraneis illegitimos
vocatos etiam per verba iuris esse præferendos.
61 Ad Nonum dubium. Ex dictis iam est respon-
sum. Quod concurrentibus legitimo, & illegitimo
ad legatum ex dispositione concepta verbis legis,
illegitimus excluditur omninò, concepta verò per
verba naturalia si concurrant in eodem gradu cæte-
ris paribus præfertur legitimus in differendi autem
vel dispari gradu illegitimus proximior præfertur
legitimo magis remoto, & illegitimi sunt æque
habiles ad succedendum in legatis sicut, & legiti-
mi. Si verò dispositio sit concepta verbis legis
remanent exclusi existentibus legitimus; istis
autem defficientibus puto esse admittendos ad
exclusionem extraneorum, & hæc dicta sunt quan-
do illegitimi non gaudent nobilitate parentum.
At vbi ex consuetudine vel alio modo admittuntur
ad insignia, nomen, arma, honores, & nobilitatem
patris vt in Hispania, sunt etiam de familia de do-
mo seu casata genere, & agnatione stirpe sanguine,
& parentela vt legitimi Guido Papæ decis. 480.
& ibi additio. Tiraquel. de nobilit. cap. 15. 25.
Paleottus, Roias, Menochius, Gutierez. & alij
relati per Garziam loco cit. num. 49. Quod proce-
dit nisi subiecta materia aliud importet, vt succes-
sio maioratus in quo non succedunt naturales seu
descendentes ex ipsis etiamsi vocentur simpliciter
filij descendentes aut consanguinei quia est res
honorifica, & ad decus, & splendorem familiæ quæ
non ita per illegitimos decoratur & illustratur nisi
aliter colligatur ex serie seu circumstantijs maiora-
tus ita plures apud eundem Garziam num. 50.
62 Illegitimi † tamen, ex parte matris bene sunt
de eius parentela genere cognatione, & familia.
l. hac parte l. Spurius l. Modestinus ff. vnde cognati.
Paleottus cap. 41. numer. 3. & cap. 43. numer. 2.
63 † Nisi tamen sint ex damnato coitu quia tunc non
succedunt matri Couar. in 4. 2. part. c. 8. §. 5.
numer. 15. & cum illis etiam coniunctio ex par-
te matris Felin. in cap. Nonnulli §. sunt, & De-
64 creta alij de rescript. num. 57. † quia mater sem-
per est certa l. quia semper ff. de in ius voca. lib. 11.
65 & 12. tit. 13. part. 6. † & ita censentur vocati ad
eleemosinam dotationem &c. ad quæ sunt vocati
qui sunt de parentela, genere & cognatione funda-
toris Secus, tamen in maioratu & iure patronatu,
quia sunt res honorificæ.
66 Ex quibus † patet responsio ad quæsitum quod
scilicet legata sunt danda ijs qui sunt de familia, de
descendentia iuxta superius tradita legitimis, &
illegitimis iuxta præcedentia, & ita patet responsio
ad omnia quæsita.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *De iure communi institutis filijs hæredibus, &*
3 *Vxore vsufructuaria omnium bonorum, intelli-
gitur tantum alimentaria.*
3. *Quod verum est, nisi constat de enixa mente te-
statoris in contrarium, quod velit esse vsufru-
ctuariam.*
4 *Præsumptio cedit claræ menti testatoris, & lex
decernens mulierem constitutam vsufructua-
riam intelligi alimentariam fundatur in præ-
sumptione.*
5 *Voluntas testatoris totum facit.*
6 *Vna præsumptio tollit aliam.*
7 *Præsumptio spetialis tollit generalem.*
8 *Præsumptio spetialis potentior est generali.*
9. *In claris non est opus coniecturis.*
10 *Præsumptio nihil operatur vbi veritas apparet.*
11. *Muliere existente vsufructuaria filij deducunt
legitimam.*
12 *Pater enixa sua voluntate non potest grauare le-
gitimam filij.*
13 *Legitima non datur iudicio Patris, sed legis dis-
positione.*
14 *Imo est debita iure naturæ.*
15 *Debetur filijs loco alimentorum quæ sunt debita
iure naturæ.*
16 *Pater legitimam filijs non relinquens dicitur po-
tius Pater filiorum mortuorum, quam viuo-
rum.*
17 *Instituto hærede extraneo, & vsufructuaria
vxore vxori debetur integer vsusfructus.*
18 *Cessante fauore liberorum a proprietate verborũ
non est recedendum.*
19 *Instituto hærede filio, & extraneo vsusfructus
respondens hæreditati filij illi debetur, respon-
dens hæreditati extranei debetur vxori vsu-
fructuariæ institutæ.*
20 *Qualitas priuilegij mutatione personæ, quæ est al-
terius conditionis, mutatur.*
21 *Vulgariter substitutus filio tenetur præbere totũ
vsufructum vxori relictæ vsufructuariæ.*
22 *Substitutus pupillariter, si vxor sit simpliciter
instituta vsufructuaria, intelligitur tantum
alimentaria. Si verò sit instituta donec &
quousq; caste vixerit pro primo anno legatum
est purum, pro reliquis conditionale, & ibi
subditur ratio quare in hoc secundo casu debea-
tur solus vsufructus non vero primo.*
23 *Dicta intelliguntur, quando vxor est instituta
sine vlla conditione.*
24 *Si verò sit instituta sub conditione, donec honeste
vixerit, donec cum filijs permanserit, vel lega-
tum est alimentorum, vel vsufructus de vtroq;
vide ibi.*
25 *In legato conditionis casualis, quocunq; modo de-
ficiat conditio, legatum corruit.*
26 *Fallit in legatis alimentorum.*
27 *Omnes conditiones in legato appositas debet adim-
plere*

plere uxor, ut sit legati capax.

28 Si tamen adiecta sit conditio morandi cum filijs, vel in domo mariti, & honeste vel commodo non possit, poterit mutare habitationem.

29 In dubio, an legatum alimentorum sit relictum in fauorem legatorum, vel aliorum, censendum est in fauorem legatarij, & ideò perpetuum.

30 Refertur statutum Bergomense disponens de vsufructu uxorum.

31 Testamentum est explicandum iuxta dispositionem statuti.

32 Tantum operatur statutum in territorio statuentis, quantum lex uniuersalis vbiq;

33 In territorio statuentis statutum est lex ciuilis.

34 Cessante causa finali statuti cessat etiam statuti dispositio, siue priuatam, siue publicam concernat vtilitatem.

35 Quæ ab initio non subsistunt tractu temporis non firmantur.

36 Quæ fiunt contra legem vel statutum sunt nulla, etiam si à statuto non anullentur.

37 Clausula non possit censitur annullans, sed vide infra quomodo hoc sit intelligendum num. 47.

38 Clausula, valeat tantum, est irritans, quia taxatiua, tantum, importat formam.

39 Et Rectores non possunt aliter ferre sententiam.

40. Quam iuxta statuta, quia iurant illa seruare, & adest clausula in fine irritans secus gesta.

41 Verba statuti sunt interpretanda quam strictissimè, & quam latissimè fieri potest etiam vsque ad verborum impropriationem, ut vitetur correctio iuris communis, & sufficit, quod verba non sint inania, & superflue posita.

42 Vt habeatur congrua interpretatio statuti recurrendum esse ad causam finalem, ob quam statutum conditum est.

43 Cessante causa finali legis, vel statuti in totum cessat ipsa lex vel statutum licet enim cessante causa fiendi non cesset effectus, cessat tantum cessante causa essendi, & ibi explicatur dictum illud. Quæ ab initio non subsistunt &c.

44 Statutum ita est explicandum, vt ex generalitate explicationis non sequatur absurdum, Iniquitas, aut læsio iuris tertij, quia tunc generalitas illa recipit explicationem à iure communi, & ita debet intelligi, vt quoad fieri potest minus lædatur ius commune: Nulla enim dispositio ita debet intelligi, vt inducat absurdum; & generalia statuta sunt reducenda ad id, quod est rationis, & omnia statuta recipiunt interpretationem per pactum rationis & ita debent explicari vt à sapiente non possint reprehendi; Imo statutum potius est reputandum superfluum, quam quod ex illo indebite quis damnum patiatur; & communiter dici solet statuta non esse iudaice explicanda.

45 Nimis iniquum est priuare sine causa aliquem facultate disponendi de rebus suis prout illi libet, talis dispositio esset iniqua.

46 Et factum à Ciuitate non habente iura regalia esset nullum, quia talis Ciuitas non potest priuare suos ciues rebus, quæ illis competunt, vt priuatis personis, neqj valeret, et si esset confirmatum a Principe, quia nunquam censetur concedere, quæ concernunt propriam auctoritatem.

47 Acta contra legem, Canonem, vel statutum, etiam si adsit clausula, non possit, non sunt nulla, si factio eorum, quæ prohibentur, non pendet à lege canone, vel statuto.

48 Verba statuti, & si præseferant latam sententiam, dicunt tantum ferendam, si verba subsequentia id demonstrent.

49 Legatum vsufructus annuum non est vnum; sed plura legata; In annuis autem obligationibus in principio cuiuslibet anni purificatur conditio, & noua nascitur obligatio.

50 Qui præfert fratrem in hæreditate filijs, præfert etiam vxori in vsufructu; Sed quomodo intelligatur nu. 58.

51 Legato vsufructu omnium bonorum, si addatur legatum aliud in fauorem vsufructuariæ arguit tantum alimenta, sed an verum vide num. 59.

52 In testamento nemo præsumitur actum frustratorium fecisse.

53 Ex eo quod testator prohibet ne mulier habeat capitale suæ dotis videtur coarctare legatum vsufructus ad alimenta: Sed num. 59. explicatur.

54 Ex eo, quod sub vna conditione legantur vsufructus, & sub alia tantum alimenta colligitur mens testatoris, quod uelit plenum usumfructum pertinere ad uxorem.

55 Idem probat prohibitio, quod mulier non possit habere dotem.

56 Ex obligatione imposita hæredi reddendarum rationum idem colligitur.

57 Vbi est clara mens testatoris non indigemus coniecturis.

58 A prædilectione fratris in hæreditate non est bonum argumentum ad prædilectionem eiusdem fratris in usufru.

59 Respondetur alijs argumentis in contrarium adductis.

60 Pater præsumitur habere magis caros filios quam uxorem.

61 Ponitur conclusio complectens resolutionem totius dubitationis.

Mulier relicta à marito vsufructuaria an sit tantum alimentaria ex iure communi, & ponderatur statutum.

XXXVII.

1 IOannes Andreas in vltimo suo testamento, instituto hærede vniuersali omnium suorum bonorum Laurentio suo fratre; & filiabus fœminis, eum nullos habeat masculos, ratione suarum facultatum, & status assignata dote competente, in fauorem dilectæ suæ vxoris condit sequens legatum. Item salue le predette cose voglio, & ordino, che la Signora Cecilia mia diletta moglie stando lei vedoua all'ombra mia, e seruando l'honore, & il letto vedouile e stando con le mie figliuole fino al loro maritare, ò monacare, e co'l Signor Lorenzo mio fratello, & herede instituito, e non riscuotendo la sua dote, sia & essere debba donna, e madonna, & vsufructuaria di tutti i miei beni, e caso che detta Signora Cecilia mia moglie non stesse co'l sudetto Signor Lorenzo, ut supra, instituito herede, purche stesse uedoua, & all'ombra mia in tal caso per suoi alimenti, & usufrutto le giudico tutto'l tempo di sua uita scudi settanta moneta &c. da esserli dati ogn'anno per il sudetto Signor Lorenzo herede, è più detta Signora Cecilia habbia, è possa hauere la sua dote ò in tanti stabili,

stabili, ò in tanti danari, come à lei piacerà, e da
quella cauarne i frutti, &c. Deinde aliud etiam
condit huiusmodi legatum. Item salue le predette
cose esso Signor Gio: Andrea testatore vole; & or-
dina, che se la detta Signora Cecilia viuerà co'l
detto Signor Lorenzo herede instituito detto
Signor Lorenzo, e doppò lui i suoi heredi debba,
e debbano dare ogn'anno alla detta Signora Ceci-
lia, stando vedoua, & all'ombra di detto Signor
testatore scudi vinticinque di lire sette, &c. quali
vinticinque scudi detta Signora Cecilia possi speo-
dere, e farne à suo piacere, che cosi giudica, e così
lega. His ita dispositis.

Nunc in facti contingentia moritur D. Ioannes
Andreas testator, & Domina Cecilia implet omnia
in testamento iniuncta in statu viduitatis, ad
vmbram mariti, cum Domino Laurentio hærede
instituto conuiuit, & filias semper secum detinet,
quæ innuptæ Deo, & mundo præmoriuntur Domi-
no Laurentio, qui tamen breui interiecto tempore
etiam ipse è viuis excedit, condito tamen testa-
mento, in quo hæredibus institutis suis sororibus,
etiam ipse reliquit Dominam Leonoram eius dile-
ctam vxorem Dominam, Madominam, & vsufru-
ctuariam omnium bonorum suorum, instituit verò
hæredes sorrores suas Dominus Laurentius, quia
nullos habet filios, vel filias. Toto tempore, quo
vixit Dominus Laurentius, & filię Domini Ioannis
Andreę Domina Cecilia conuiuens cum illis semper
fuit habita, vt vsufructuaria; Nunc his mortuis
cum Domina Leonora sit instituta à Domino
Laurentio Domina Madomina, & vsufructuaria
omnium suorum bonorum prætendit excludere ab
vsufructu bonorum Domini Io: Andreæ Dominam
Ceciliam asserens, se vt vsufructuariam omnium
bonorum Domini Laurentij esse vsufructuariam
etiam omnium bonorum Domini Io: Andreæ, quia
illorum est hæres dictus Dominus Laurentius; Nec
obstare, quod Domina Cecilia fuerit etiam ipsa
constituta vsufructuaria à Domino Io; Andrea eius
marito, quia, cum eo temporis, quo fuit instituta
vsufructuaria, vincrent filiæ fœminæ, & extantibus
filijs, vel filiabus si mulier instituatur vsufructuaria
debeat censeri tamen alimentaria, ideò exhibitis
Dominæ Cecilię alimentis totum vsumfructum sibi
deberi affirmat, & illam excludi omnino. Quæritur
ergo quid dicendum de iure communi ex mente
2 testatoris, & ex dispositione statuti. † De iure
communi indubitati iuris est. Quod si Dominus
Io: Andreas suos hæredes instituerit filios, & vsu-
fructuariam omnium bonorum Dominam Ceci-
liam, viuentibus filiabus nihil potuisset habere
Domina Cecilia præter alimenta ita decernente
Bulgarina consuetudine quæ iam vbiq; est recepta,
vt testatur Glossa celebris communiter recepta in
leg. finali verbo derogari. Codic. si secundo nup-
serit & tenent omnes, quod refert & sequitur
Gabriel. libro quinto tit. de vsufructu conclus. 2.
3 & Gaill. infracitandus. † Quod tamen verum est,
nisi constat de enixa testatoris voluntate, quod
vxor etiam extantibus liberis sit vere vsufructua-
ria, quia si de ista constat nō alimentaria sed vsufru-
ctuaria omnino erit censenda, & ad ipsam spectabit
4 vsusfructus. † Quia cum lex & consuetudo funda-
tur in præsumpta testatoris voluntate, quod præ-
diligat filios vxori, & ideò in vsufructu nolit illam
filijs preferre quoties constat de clara mente testa-
toris illi standum est, & ideò non solum alimenta
sed integrum, & formalem vsufructuum omnium
bonorum habebit, & in eo à filijs hæredibus tur-
bari non debet Alexan. consil. 56. num. 2. & 57.
num. 1. vol. 3. & 214. nu. 13. vol. 6. vers. Decius.
consil. 454. num. 1. 5. Castren. cons. 216. quos
refert & sequitur Gaill. lib. 2. obseru. 144. num.
5 5. † Nam voluntas defuncti totum facit vt dicit
text. in leg. ex facto §. Cum hæc ita. Versu & facit
ff. de hæred. inst. & in leg. in conditionibus primũ
locum ff. de condit. & demonstrat. text. not. in
6 leg. Cum virum Cod. de fideicommiss. † & vna
præsumptio tollit aliam text. Cap. Io litteris de
præsumpt. Glos. ibidem in verbo existimati text.
in leg. diuus ff. de in integr. restitut. Bart. ibidem
num. 3. Alex. consil. 124. nu. 11. volum. 6. text.
in leg. Cum de indebito vbi Bartol. num. 1. ff. de
7 Probar. dicit. † Quod præsumptio specialis tollit
generalem, & ideò ab illa generali præsumptione,
quod ex coniecturata mente testatoris fauore
filiorum, Legatum vsusfructus vxori factum restrin-
gatur tantum ad alimenta, receditur, quando
spetialiter in testamento de alia testatoris volun-
8 tate apparet; † quia pręsumptio specialis potentior
est generali text. in leg. Cum de indebito supracit.
9 Imò † in claris non est opus coniecturis text. in
leg. ille, aut ille. §. Cum in verbis ff. de legat. 3.
10 Decius consil. 454. † & præsumptio nihil operatur,
vbi veritas apparet in contrarium text. in leg. Qui
ad certum ff. locati Dec. consil. 442. num. 25. Ce-
11 phal. consil. 148. num. 32. volum. 1. † Verum
tamen est, quod est detrahenda legitima pro filijs,
quibus pleno iure absq; alio onere debetur, hoc est
12 cum proprietate & vsufructu, neq; † pater potest
enixa sua voluntate vxori & multo minus extraneo
13 legare vsumfructum legitimæ filiorum, † quæ non
debetur iudicio patris, sed ex legis prouisione text.
in §. 1. In Auth. de trient. & semiss. & text. in §.
14 1. verb. Primum Auth. de hæred. & Falcid. † Imo
iure naturæ est debita text. in l. Cum ratio in
princip. ff. de bon. dam. & in §. Primum itaq;
Authen. de hæredit. & Falcid. text. not. in l.
15 Scripto ff. vnde liber. † Debetur enim liberis loco
alimentorum, quæ naturali iure sunt debita text.
in leg. prima §. Ius naturale ff. de iustit. & iure &
§. primo Institut. de iure naturali gent. & Ciuili
text. in §. prohibemus. vers. vnde enim Auth. de
16 triente & semiss. † aliter dicitur non viuorum sed
mortuorum filiorum patet tex. & casus in termin.
in §. Prohibemus Authen. de trient. & semiss. &
ex Auth. nouissima Gloss. Ibi in verbor. Nec vsu-
fructum. Cod. de inoffic. test. text. in l. Quoniam
in prioribus. Cod. eodem Bart. in leg. vxori meæ
num. 3. ff. de vsu & vsufr. leg. Decius expresse
consil. 590. nu. 8. Cast. consil. 459. nu. 2. volum.
2. Ales. consil. 29. num. 2. volum. 4. Iason. in leg.
extraneum num. 6. in prima limit. Cod. de hæred.
17 instit. † Quod si hæres institutus sit extraneus,
mulieri relictæ vsufructuariæ totus, & integer de-
18 betur vsufructus † hoc enim casu cessat testatoris
præsumpta voluntas fauore liberorum, proinde à
proprietate verborum non est recedendum videli-
cet quod in legato vsufructus comprehendantur
tantum alimenta Bart. in l. Titia cum testamento
§. fit ff. de leg. 2. & communiter Doctores. Si
19 verò † Vxore relicta vsufructuaria omnium bono-
rum testator instituisset hæredem filium & extra-
neum, vxor quoad partem extranei rectè exigeret
totum & formalem vsumfructum, quia quod fauore
liberorum introductum est ad extraneum extendi
non debet. Bartol. in leg. Titia cum testamento §.
fin. numero nono ff. de leg. 2. & facit text. in leg.
Hac consultissima §. ex imperfecto. C. de testamen.

ex regulariter priuilegium personale non exten-
ditur ad extraneos hæredes text. in leg. Quia tale
ff. solut. matr. & in Cap. Priuilegium de reg. iur.
20 in 6. † & qualitas priuilegij mutatione personæ,
quæ est alterius conditionis, mutatur, & per con-
sequens priuilegium amittitur text. not. in leg.
licitatio, alias, locatio §. fin. ff. de public. & vectig.
& in cap. 1. de iurepatron. in 6. Gloss. ibidem in
verbo semestre Bart. in leg. quia tale per totam
Iason. in leg. etsi contra tabulas num. 6. ff. de vulg.
21 & pupilla. † Ex hoc colligitur quod vulgariter
substitutus filius tenetur præstare vxori integrum
22 vsumfructum cum sit extraneus † quoad substitu-
tum pupillariter variant Doctores communiter
tamen approbatur distinctio Bartol. in dicta l. Titia
cum testamento §. fin. num. 11. vel vxor est relicta
simpliciter Domina vsufructuaria, vel donec, &
quousque caste vixerit, & primo casu legatum dici-
tur purum & intelliguntur relicta vxori tantum
alimenta, in 2. autem dicitur annuum, & conse-
quenter plura legata pro primo anno purum pro
sequentibus conditionale censendum est, & à sub-
stituto debetur integer vsusfructus. Ratio est quia
in persona substituti censetur diuersum legatum,
& ideò cum sit extraneus merito ad integrum
vsumfructum tenetur Iason prolixe in vtramque
partem de hac re in l. & si contra tabulas ff. de vulg.
& pupill. Poterit tamen hæres etiam extraneus in-
stitutus de legato vsufructus omnium bonorum
detrahere falcidiam. Hæc .n. ad ipsum spectat
reliquum vero vsusfructus ad vxorem Bart. in dicta
leg. Titia cum testamento §. fin. num. 7. Constit.
consil. 459. super num. 2. circa finem per text. in
leg. omnium leg. 1. ff. de vsufructu, quod si filij sint
instituti hæredes, & mater vsufructuaria omnium
bonorum licet filijs viuentibus possit habere tan-
tum alimenta ijs tamen mortuis matri superstiti
debetur totus vsusfructus nec ab hæredibus potest
molestari, sed detracta tantum legitima, in qua
non potest vxor institui vsufructuaria reliquorum
omnium bonorum, matri, & vxori debetur integer
vsusfructus Bart. consil. 56. numer. 3. Alex. dict.
consil. 56. numer. 2. Bald. in dict. leg. Titia cum
23 testamento §. fin. circa medium ff. de leg. 2. † Quod
intelligendum est quando vxor est instituta vsufru-
ctuaria omnium bonorum sine vlla conditione. At
quid dicendum si institueretur sub conditione,
v.g. si in domo mariti cũ eius filijs caste vidualiter
vixerit mortuis liberis debetur ne vxori vsufructus.
24 † Breuiter distinguendum est, vel legatum est
vsufructus, vel est legatum alimentorum, primo
casu morte eius, cum quo morandum fuit, vel in
cuius persona conditio impleri deberet legatum
extinguitur, vt notant Doct. in leg. 1. Cod. de leg.
Decius dicto consil. 620. in 2. casu iterum est di-
stinguendum, vel legatum alimentorum est relictũ
principaliter in fauorem legatarij, vel in fauorem
liberorum, cum quibus vxor morari debet, primo
casu valet legatum etiam deficiente conditione
secundo vero corruit, quia cessat ratio finalis, qua
motus fuit testator ad tale legatum faciendum.
25 † Regulariter .n. in conditione casuali, quocun-
que modo deficiat, conditio, legatum corruit text.
in leg. 1. §. fin autem C. de Caduc. tollen. Socin.
25 Sen. cons. 44. num. 9. volu. 4. † In legatis tamen
alimentorum fallit ista regula, quia morte eius,
cum quo morandum fuit non extinguitur legatum
text. in leg. 1. Codic. de leg. Gloss. not. ibidem in
verb. post mortem text. item notab. in leg. Caio §.
Imperator ff. de alim. & ciba. leg. & tract. in leg.

annua ff. de annu. legat. Supradicta autem distinctio
probatur per tex. singularem in leg. illis liberis ff.
de condit. & demonstr. Gloss. communiter appro-
bata in dicta leg. 1. C. de legat. Bart. Bald. & alij
ibidem & Decius cons. 620. dicit communem, &
ita omnes tenere Ancharan. cons. 237. numer. 1.
27 † & pluribus conditionibus appositis omnes debet
seruare vxor, vt legati fiat capax textus elegans in
leg. si hæredi plures ff. de condition. institut. & leg.
cedere diem §. vbi sub conditione ff. de verbor.
28 signific. † si tamen commode in domo testatoris
vel honeste cum liberis morari nequeat, potest
licitè mutare habitationem, Baldus in Authent.
hoc locum numero tertio Codic. si secundo nupse-
rit, & Doctores passim, & facit tex. in leg. Qui
concubinam §. Vxori ff. de leg. 3. & leg. reprehen-
29 denda Codic. de institut. & substitut. † in dubio
autem an legatum alimentorum relictum sit in fa-
uorem legatarij, vel aliorum, censendum est lega-
tum alimentorum esse relictum in fauorem legata-
rij, & ideò reputandum est perpetuum l. citata illis
liberis & Glossa in l. 1. C. de legat. In casu ergo
nostro cum sit institutus extraneus mortuis filia-
bus totus vsusfructus debetur Dominæ Cæciliæ
illumque debet assumere plenum in præiudicium
extraneorum hæredum, Bald. cons. 50. part. 5.
tit. de vsufruct. Canc. 2. Gaill. lib. 2. obser. 144.
numer. 7. Borgninus qui plures alleg. de vsufruct.
mulier. relict. sub num. 41. & Ludouis. cum addit
Beltra. decis. 160. Carpan. ad Stat. Mediol. lib. 1.
c. 315. numer. 8. Neque habenda est ratio condi-
tionum, cum mens testatoris sit expressa in con-
trarium vt infra; & in casu nostro hoc maximè
verum est, quia, cum Domina Cæcilia re sit coniun-
cta, & verbis cum filiabus, & Domino Laurentio,
per ius accrescendi, vel saltem non decrescendi ad
exclusionem quorumcunque succedit in vsufructu,
textus in term. l. 1. ff. de vsufr. accres. §. Quoties
vsufructus legatus est propter quem textum Do-
ctores hanc sequuntur sententiam vt communem,
& ita respondit Ang. cons. 159. num. 2. Vasq. de
success. creat. lib. 1. §. 20. num. 128. Cephal. cons.
126. numer. 7. lib. 1. quod verum est non solum
quando collegatarius non potuit assequi beneficiũ
vsufructus, sed etiam quando effectiue assequutus
est, & postea moritur; ita Doctores citati. Vide
etiam Mant. de coniect. vlt. volu. lib. 9. tit. 7. per
totum. Si ergo præsens difficultas esset soluenda
ex principijs iuris communis, facilis esset solutio
ex præmissis, sed cum extet particulare statutum
Ciuitatis Bergomensis, & mens testatoris etiam
faciat difficultatem, & statutum, & mens testato-
ris legi sint præferenda, & statutum, ergo & mens
testatoris sunt expendenda, & primo statutum.
Extat ergo Bergomi tale statutum collat. 6. c. 22.
ita disponens. Maritus habens vxorem dotatam,
& filium, vel filiam unum uel plures ex ea, non possit
ei relinquere nisi alimenta &c. post hæc subiungit
& in casu, quo maritus faceret, & relinqueret uxo-
rem suam dominam, massariam, & vsufructuariam
vel dominatricem in domo omnium bonorum,
quod tunc intelligatur reliquisse solum alimenta,
& valeat tale legatum quoad alimenta tantum etsi
contrafactum fuerit, seu mulier contra dicta fece-
rit, uel uenerit, non ualeat, nec teneat. Ex qua
dispositione uidetur omninò dicendum. Dominæ
Cæciliæ nihil præter alimenta posse competere ita
ratiocinando.
31 P. † Testamentum est explicandum iuxta dispo-
sitionem statuti, Ludouis. decis. 464. numer. 8.

Viuius

Viuius decis. 221. quod est seruandum, etiamsi sit
in damnum alicuius talis eius interpretatio, l. pro-
spexit ff. qui, & à quibus Alex. cons. 101. num. 15.
vol. 3. Nata cons. 49. num. 13. & plures alij apud
Tiraquel. l. si vnquam verbo Libertas num. 4. C.
32 de reuoc. donat. † tantum enim operatur statutū
in territorio statuentis, quantum lex vniuersalis
33 vbique, Surdus decis. 138. numer. 17. † Cum in
territorio statuentis sit lex ciuilis, idem Surdus
540. num. 3. ergo dispositio testamenti, quod Do-
mina Cæcilia sit Domina vsufructuaria &c. erit
intelligenda, quod sit tantum alimentaria existen-
tibus filijs fœminis. Sed, quia huic rationi facile
respondetur. Quod videlicet dispositio statuti sit
vera existentibus viuis filijs fœminis, vel masculis,
vtpote horum contemplatione factum non autem
34 illis mortuis † cum cesset ratio eiusdem statuti,
quæ est fauor filiorum, qui eorum morte expirat,
& ideò cessat etiam statuti dispositio, quod verum
est tam si statuti dispositio respiciat publicam vti-
litatem quam priuatam, Io. de Imola cons. 87.
Versu præterea secundò Tuschus littera C. con-
clus. 202. numer. 32. quia inquam hoc modo sol-
uitur, quod scilicet mulier non possit esse vsufru-
ctuaria existentibus filijs, sed eorum morte vsufru-
ctum integrum acquirat. hoc secundo modo ex
35 statuto formatur argumentum. † Quæ ab initio
non subsistunt tractu temporis non firmantur,
vulgatis iuribus. Sed institutio vxoris vsufructua-
36 riæ est nulla ab initio. † tum quia illa, quæ fiunt
contra legem vel statutū sunt nulla, etiamsi à lege
vel statuto non annullentur, l. Non dubiū in princ.
C. de legib. Vbi Bart. numer. 2. Versu tu videris.
Bald. num. 1. vers. Quidem seruauit, & numer. 2.
Versu nota 4. Castrens. numer. 2. vers. & 2. Iason.
num. 17. in 8. notab. Suarez Theologus in tract. de
legib. lib. 5. cap. 25. num. 1. & 2. & cap. 27. nu. 2.
Salas in simili tract. quæst. 96. tract. 14. disp. 15.
37 sect. 8. num. 6. † tum etiam & maximè in casu no-
stro, quia in statuto præcitato adest clausula irri-
tans, expressè non possit Gloss. cap. Non potest de
reg. iur. in 6. verbo. Non potest Bernar. reg. 487.
Bart. l. Maiius §. duobus colu. 8. vers. 3. quæro
numer. 20. ff. de leg. 2. Roland. cons. 2. num. 40.
lib. 4. Paris. cons. 58. num. 35. lib. 4. Tiraqu. de
iure mari. Gloss. 4. num. 1. & 11. Hippolitus cons.
65. n. 17. volu. 1. Molin. de Primo. lib. 2. cap. 11.
n. 11. cum alijs sequentibus. Præterea clausula
38 † Valeat tantum; & alia, & si contrafactum fuerit,
non valeat, nec teneat, sunt clausulæ irritantes,
Taxatiuæ enim formam important, & eorum tran-
sgressio vitiat actum, Felinus in cap. Ex parte
numer. 7. de Constit. decis. cons. 19. numer. 19.
uol. 2. Gonz. ad 8. Reg. Cancell. Gloss. 43. nu. 26.
39 3. † Omnia gesta contra statutum Bergomense ex
clausula in calce libri statutorum apposita sunt ipso
facto nulla, & inualida, quæ apertè loquitur, nec
40 indiget explicatione. † Nec ipsi Domini Recto-
res possunt aliter iudicare, quam sit in statuto ex-
pressum; iurant enim in ipso ingressu regimi-
nis se omnia Ciuitatis statuta esse seruaturos.
Præterea idem statutum est à Serenissimo Princi-
pe confirmatum, & ideò nullus inferior in illud
quidquam potest, maxime stante decreto irritante
apposito. Vide Gabriel. de Clausul. consul. 3. à
num. 20.

Quibus tamen non obstantibus puto dicendum
mortuis filiabus, uel filijs integrum, & formalem
usumfructum deberi Dominæ Cæciliæ. Quia Sta-
tutum non obstat, & probo.

41 P. † Statuti uerba sunt interpretanda quam
latissimè, & quam strictissimè fieri potest, etiam
usque ad uerborum impropriationem; ut iuris
communis uitetur correctio, cap. Cum dilectus de
consuet. ubi ob hanc causam. Electio exponitur
confirmatio, & sufficit quod uerba non sint inani-
ter, & superfluè posita, quod optimè probat Bart.
l. 4. §. Prætor ait ff. de dam. infe. Abbas in cap.
Cum dilectus num. 6. ad finem de consuet. Ioan. de
Auanc. cons. 72. numer. 2. Alex. cons. 52. circa
princ. uolu. 1. & in cons. 83. numer. 6. uolum. 2.
Suar. in l. Omnes populi num. 107. de iust. et iure.
Riminal. sen. in cons. 43. numer. 13. Ruinus cons.
169. num. 8. lib. 3. tenuit Rota apud Mant. decis.
98. num. 2. et Ludouis. decis. 398. num. 4. et alias
sæpè. Cum ergo de iure communi etiam uiuentibus
filijs, si sit institutus hæres extraneus, totus, &
plenus usufructus debeatur mulieri institutæ usu-
fructuariæ, satis erit, quod Statutum operetur,
quod uiuentibus filijs usufructus ipsis reseruetur,
& matri alimenta debeantur tantum; in reliquis
se confirmando iuri communi, nempè, quod de
mortuis filijs uxor relicta usufructuaria plenum,
et integrum capiat usumfructum.

42 Et confirmatur. † Quia congrua interpretatio
Statuti, ut habeantur; recurrendum est ad causam
finalem, ob quam conditum est, l. ult. ff. de hæred.
instit. Alex. cons. 48. numer. 10. lib. 6. Mantic.
decis. 59. numer. 6. cum ergo causa finalis sit fauor
filiorum, secundum istum præsens etiam Statutum
erit interpretandum. Cum ergo istis de mortuis
nullus sit eorum fauor, nulla etiam erit Statuti
dispositio.

43 Secundò probatur † Cessante fine legis, vel
Statuti in totum cessat etiam ipsa lex, vel Statu-
tum, licet enim cessante causa fiendi non cesset
effectus, cessat tamen cessante causa essendi. Bald.
in l. ad comparandas numer. 4. C. mandati, & in
l. patre furioso in prim. lect. in princ. & in 2. in
fine. De his qui sunt sui, vel alie. iur. Ripa in l. 1.
num. 3. in fine de leg. 1. Mantic. decis. 131. nu-
mer. 5. Cum ergo causa essendi, & finalis istius
Statuti sit fauor liberorum, hoc in totum cessante
eorum morte cessabit etiam, imò tolletur omninò,
imò nunquam fuit de illis dispositum, Statutum
n. nunquam potuit intelligi de illis, ad quos eius
ratio finalis non extenditur; cum ergo eius ratio
finalis nempè fauor filiorum non extendatur post
eorum mortem, neque Statutum disponit de eo
tempore, disponit enim pro eo tantum quo uiuunt,
Ex qua ratione pro nunc deducetur responsio ad
argumentum contra factum. Quæ à principio non
subsistunt, tractu temporis &c. respondetur enim
dato & non concesso, quod Statutum esset irritans
de quo infra latius, adhuc tamen nihil esset contra
nos, quia Statuti dispositio limitatur ex causa finali,
vt supra visum est, ex causa enim finali desumitur
optima interpretatio; cum ergo causa finalis sit
tantum fauor liberorum, etiamsi Statutum prohi-
beat vxorem institui vsufructuariam non extende-
tur ultra quam extendatur idem fauor, nec irrita-
tur simpliciter institutio usufructus; sed tantum
ratione, & respectu filiorum, quo cessante cessat
etiam dispositio, & talis institutio non est nulla
respectu aliorum; Sed erit ualida; sensus enim
Statuti esset existentibus filijs non possit institui
usufructuaria uxor & si instituatur censeatur tantū
alimentaria liberorum fauore, respectu uerò alio-
rum nihil disponit remanet ergo quod cessante
omninò causa prohibitionis, cessat etiam prohibi-
tio,

tio, imò nunquam de hoc statutum disposuerit cum non cadat sub eius fine. Sed de hoc infra.

44 3. Probatur † statutum ita est explicandum, vt ex generali intellectu non sequatur absurditas iniquitas, aut læsio iuris tertij, quia tunc generalitas illa à iure communi interpretationem recipiet, et ita intelligi debet, vt quoad fieri potest minus ius commune corrigatur text. in capit. cum dilecta §. Quia nobis. Glossa ibi uerbo Nec iuri: de rescript. et l. 1. C. de noxal: act. Glossa notabilis in capit. statutum. Verb. Numerandum de Præben. in 6. Bart. in l. Omnes populi ff. de iust. et iur. Alex. cons. 106. num. 5. uolum. 5. et consil. 107. nu. 4. eodem uolu. per leg. quod uerò ff. de leg. Curt. sen. cons. 35. nu. 15. Socin. Senio: cons. 31. nu. 5. uolum. 1. et Curt. iun. cons. 207. num. 9. uolum. 3. ubi dicit communem. Brunus in tract. statut. art. 12. numer. 12. ubi dicit quod nulla dispositio ita debet intelligi, ut inducatur absurdum Iason in l. Non dubium, nu. 37. C. de leg. ubi dicit, quod generalia statuta restringenda sunt ad id quod est rationis, et quod omnia statuta recipiant interpretationem per punctũ rationis. Nat. in tract. statut. quæst. 4. num. 126. 142. & 150. & statuta intelligenda sunt, ne quis indebite damnum patiatur Doctores in l. 2. C. de noxal. act. Alex. consil. 101. num. 15. volum. 3. & alibi sæpè, & consil. 106. nu. 9. volum. 5. dicit verba statuti esse impropriãda ad hoc vt absurditas & læsio iuris tertij vitetur per text. in cap. cum dilectus supra cit. & Natta in tract. stat. supr. quæst. 4. nu. 147. & Socinus cons. 84. num. 5. volum. 1. asserunt statuta ita esse intelligenda, ne à sapiente reprehendi possint Imò statutum potius superfluum iudicari debet, quam quod ex eo alicui indebite damnum inferatur Cephal. cons. 247. volum. 2. Bald. in cap. 1. §. insuestitura num. 4. de noua form. fidel. Iason. in l. Iustitia numero 11. ff. de iust. & iure, vnde illud vulgatum; statuta non esse iudaicè intelligenda, hoc est captiosè, & fraudolenter, & cum iniuria alterius. Gaill. lib. 2. obseru. 33. à num. 4. Sequeretur autem absurdum, quod hæredes extranei præferrentur vxori. Sequitur iniquitas & læsio iuris tertij, quia mulier instituta vsufructuaria extraneis institutis hæredibus debet habere plenum vsumfructum, & tamen ab ea auferretur sine causa, imò contra mentem testatoris & dispositionem iuris communis, & si statutum debet recipere interpretationem per punctũ rationis hoc ita est interpretandum, vt exclusa ab vsufructu vxore propter filios, ei debeatur exclusis extraneis hæredibus vtpote prædilecta.

45 4. † Nimis iniquum est priuare Dominum facultate disponendi de rebus suis prout illi libet sine causa, imò talis dispositio esset iniqua. Cap. in nostra de iniurijs & dam. dat. ad quod etiam adducitur Glossa singularis l. 3. C. quæ sit longa consuetudo, &c. cum omnes de constit. Quod non solum in foro fori, sed etiam in foro animæ verum affirmat Angelus verbo statutum numer. 8. ergo Cum testator disponat, quod vxor sit vsufructuaria, extantibus filijs intelligetur tantum alimentaria, his demortuis erit effectiuè intelligenda, quod habeat plenum vsufructum, vt pro libito possit disponere testator, cum nulla sit causa

46 priuandi eum libertate sua † & statutum tali facultate priuans esset nullum, vtpote conditum à ciuitate; quæ non habet iura regalia, & ideò quæ non potest condere statuta, quæ priuent suos ciuis iuribus sibi competentibus, vt priuatis ciuib.; Sed tantum illa, quæ publicum concernunt interesse; illud enim pertinet ad supremam Principis potestatem Abbas in capit. in nostra de Iniur. & Damn. dat. & Clem. Pastoralis de re iudicata.

Quod si dicas hoc statutum valere, licet sit in præiudicium ciuium, quia est confirmatum à Serenissimo Principe. Respondeo nunquam censeri confirmata illa statuta, quibus propria auctoritas subditis Ciuitatibus communicetur Gabriel. lib. 6. conclus. 3. num. 35. quia regalia non veniunt in concessione generali.

47 5. Probatur Acta † contra legem, Canonem, vel statutum prohibentia, non ideò censeatur nulla, quia sunt contra tales dispositionis, si facultas agendi illa, quæ sunt prohibita sit in agente independenter à lege argumento capit. dilectus el 2. de Præben. & Gloss. sing. in Clem. 1. de iure patro. quæ citatur ab Angelo Theologo Verbo Consilium. 3. etiamsi statutum prohibeat actionem per verba non possit non valeat &c. ita Bonacina de leg. disp. 1. quæst. 1. punct. 8. numer. 12. §. Præter dictos, vbi Doctores sentientes refert, sed facultatem instituendi vxorem vsufructuariam nõ habet maritus à lege; ergo neque institutio talis vsusfructus erit nulla licet sit contra statutum vetans & prohibens; quod tradit etiam Gloss. ad Reg. 64. de reg. iuris in 6. Quæ contra ius &c. dum ait hanc regulam habere locum in ijs, quę de iure sortiuntur effectum, & docet Felinus in cap. Rodulphus §. vlt. sub. num. 24. de rescriptis. Illa autem quæ de iure sortiuntur effectum, sunt quæ possunt fieri, quia à iure facienda conceduntur vt alienatio bonorum Ecclesiasticorum &c. si ista prohibeantur etiam cum solis verbis, non possit, non valeat &c. ista sunt nulla. Quia eorum factio pendet a lege, & ita est intelligendum cap. Nouit de ijs quæ fiunt à Prælatis. Cætera verò quæ fiunt etiam sine legis permissione, nec habent factionem à lege, idest fiunt, quia lex dat factionem licet prohibeantur vt supra, acta non censentur irrita.

48 6. † Etiamsi si verba statuti essent importantia latam sententiam, important tantum ferendam, si per sequentia verba appareat ita esse intelligenda, puta quia post verba indicantia latam sententiam addantur verba significantia ferendam, vt causam perdat, intelligantur, habeatur, sit &c. huiusmodi; Felinus in Cap. Rodulphus §. vltimo numero 24. de rescript. & Archidian. Cap. Inolita 15. quæst. 1. ergo & nostrum statutum non erit irritans, quia per huiusmodi verba importantia ferendam sententiam conditum est, videlicet vt intelligatur reliquisse tantum solum alimenta, non valeat, non teneat, sit irritum &c. ergo aliter factum ab initio subsistit donec per sententiã contrariũ declaretur.

7. Dato & non concesso, quod statutum omninò contra nos esset, adhuc tamen plenos vsufructus

49 Deberetur Dominæ Ceciliæ. † Legatum annum vsufructus non est vnum, sed plura. Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 132. & lib. 4. præsumpt. 139. num. 77. & 78. qui multos refert, & sequitur, vbi autem versamur in annua obligatione in principio cuiuslibet anni conditio purificatur, & noua nascitur obligatio l. Nec semel ff. quando dies leg. cedat. l. Pater seuerinam ff. de condit. & demonstrat. l. Senatus §. final. ff. de donat. causa mort. Castr. in l. Si sticum §. stipulatio sub num. 5. vers. & sic de singulis ff. de verb. oblig. Socinus cons. 81. num. 5. lib. 3. Natta cons. 543. num. 5. Parisius cons. 95. nu. 44. lib. 2. Surdus cons. 223. num. 5. & in tract. de alim. tit. 9. quæst. 6. nu. 3.

& deciſ. conſ. 573. num. 10. Gomez var. tom. 2.
cap. 11. num. 44. Rota in Ianu. legat. 30. Iunij
1620. coram Burarto, cum ergo ſingulis annis
noua naſcatur obligatio, in principio anni, quo
mortuæ ſunt filiæ, noua naſcetur etiam obligatio
pro Domina Cæcilia, & ſic legatum vſufructus
integer debebitur. Hæc ſunt quibus cogor huic
parti aſſentiri. Ad oppoſita facile reſpondetur. Ad
illa quæ primo loco obijciebantur, quod teſta-
mentum iuxta ſtatuti diſpoſitionem ſit explican-
dum. Dico primo. Si ſit iuſtum, & æquum ſecundo
dico etiam a nobis explicari teſtamentum iuxta
ſtatutum; dicimus enim exiſtentibus filijs fæminis
vxorem eſſe tantum alimentariam etiam inſtitutis
hæredibus extraneis quod de iure communi non
eſſet dicendum. Nec vlterius debet extendi ſta-
tutum, ne egrediatur limites fauoris contem-
platione cuius conditum eſt, quod eſt bonum
filiorum.

Ad ſecundum. Reſpondeo primò ſtatutum non
eſſe irritans, per ea, quæ ſupra adducta ſunt, vt
ſit æquum, & iuſtum, etſi quæ ſunt verba, quæ ir-
ritationem ſaperent, vel eſſent improprianda, vel
tollenda per tradita cumulate ſupra. Secundo, quia
ſtatuti interpretatio optima eſt quæ ſumitur à fine
cum ergo finis ſit fauor filiorum non debet vltra
extendi; dato ergo & non conceſſo, quæ eſſet ir-
ritum adhuc eſſet tale tantum reſpectu filiorum
cum illos tantum reſpiciat. Tandem cum legatum
vſufructus ſit annuum ſingulis annis nouam parit
obligationem, & ideò ſemper debetur ex quibus &
ex ſupra traditis aperte colligitur rationes nihil
valere. Et patet ſolutio ad Tertium.

Nunc ſupereſt videndum quæ ſit mens Domini
teſtatoris, an voluerit Dominam Cæciliam vxorem
tantum alimentariam an verò vſufructuariam, &
videtur probari quod ex eius mente debeat eſſe
tantum alimentaria.

50 Primò † Dominus teſtator præfert. Dominum
Laurentium Fratrem in hæreditate filiabns pro-
prijs, ergo dicendum eſt ſecundum hanc prædile-
ctionem præferre etiam eundem vxori in vſufructu,
ita Mantic. de coniet. lib. 9. tit. 7. nu. 15.

Secundò Dominus teſtator legat ſingulis annis
Dominæ Cæciliæ eius vxori 25. aureos, ergo non
51 intendit illam eſſe vſufructuariam, † quia eſſet
inconueniens, quia cum legatum 25. aureorum
non poſſit ſolui ex redditibus, quia vſufructus iam
ad illam pertinet, eſſet ſoluendum ex capitali, quod
eſt inconueniens. Michael Graſſ. de ſucceſſ. §. lega-
tum quæſt. 36. nu. 2. & 3. Couar. var. reſ. lib. 2. cap.
12. nu. 7. ergo legatum eſſet nullum quod non eſt
52 admittendum. † quia in teſtamento nemo præ-
ſumitur actum fruſtatorium feciſſe l. 1. in fin. ff. de
municip. l. vnica C. de theſau. lib. 10. Surdus conſ.
307. Actus enim fruſtratorios lex abhorret. l. Hæc
ſtipulatio ff. vt leg. Sub fideic. nomine cau. Surd.
deciſ. 260. nu. 5. cum ſequent. & deciſ. 276. nu.
4. cum ſequent. & conſil. 345. num. 18. ergo ex
mente teſtatoris colligitur, quod ſit tantum ali-
mentaria, & etiam.

53 Tertiò † colligitur ex eo quod Dominus teſta-
tor prohibet, ne Domina Cæcilia poſſit habere
capitale ſuæ dotis. Ad quid enim hoc, ſi totus vſu-
53 fructus ad illam ſpectat, † Referet autem ſi erit
tantum alimentaria, quia exhibitis illi alimentis
totus vſufructus remanet penes hæredem. In
contrarium tamen eſt.

54 Primò † Dominus teſtator vult Dominam Cæ-
ciliam eius vxorem ſimul cum ſuo fratre, & filiabus
conuiuentem eſſe vſufructuariam omnium bono-
rum. Si verò recedat à Domino Laurentio aſſignat
pro alimentis ſeptuaginta aureos, ergo dum primo
loco inſtituit vſufructuariam in ſecundo alioienta
aſſignat, manifeſte colligitur quod aliquid amplius
in prima diſpoſitione intendit quam in ſecunda. Si
manſerit cum Domino Laurentio ſit vſufructuaria
ſi non manſerit ſit tantum alimentaria.

55 Secundò † quando vult ſimul viuere Dominam
Cæciliam cum Domino Laurentio, & illam inſti-
tuit vſufructuariam prohibet ne dotem poſſit ha-
bere, cum verò extra conſortiũ Domini Laurentij
conſiderat manentem concedit quod præter ali-
menta poſſit dotem habere ſiue in numerata pecu-
nia, ſiue in ſtabilibus ergo ſignum eſt quod in primo
legato, cum ſit maius onus, debet eſſe etiam maior
honor, per regulam. Conditio in legato ex parte
grauati ad releuandum & ex parte honorati ad
onus intelligenda eſt, & iſta indicant differentiam
legati.

56 Tertiò † Dominus teſtator vult Dominum
Laurentiũ fratrem teneri ad reddendam qualem,
qualem rationem ſuæ adminiſtrationis. Peto cui
tenetur cum ipſe ſit hæres? Certe nulli niſi ſi quis
ſit inſtitutus ſimul cum eo vſufructuarius ergo Do-
mina Cæcilia erit vſufructuaria, vt ſit aliquis cui
ratio reddatur, quia filijs aſſignata eſt dos congrua,
& determinata. Nunc ad ea quæ obiecta ſunt.

57 † Ad primum dico eſſe claram mentem teſtato-
ris, nec opus eſſe coniecturis ad eam eliciendam
58 s. Reſpondeo † Non eſſe bonum argumentum à
prædilectione in hæreditate ad prædilectionem in
vſufructu, quia hæreditas defertur non ſolum
ratione prædilectionis, ſed conſeruationis familiæ,
quod non militat in vſufructu, & ius commune alio
modo procedit, nam quando Pater filijs prædiligit
extraneum in hæreditate, non decernit eſſe etiam
prædilectum ratione vſufructus reſpectu vxoris,
ſed putat mulierem extraneo eſſe prædilectam, &
vult terminum, vſufructuaria, eſſe intelligendum
non ſolum pro alimentaria ſed pro vere vſufructua-
ria, & illi decernit totalem vſumfructum vt ſupra
bic ergo modus argumentandi non valet, quia non
procedit à paritate rationis, & iuris communis
diſpoſitio refragatur.

59 Ad † ſecundum admiſſo antecedente nego con-
ſequentiam. Reſpondeo enim hoc eſſe onus ad-
ditum hæredi honorato in hæreditate, & vſufructu.
Sine ergo hoc legatum ſoluatur ex reditibus vſu-
fructus, qui pertinet ad Dominum Laurentium,
vt vſufructuarium ſimul cum Domina Cæcilia, ſiue
ex proprijs bonis ipſius Domini Laurentij quod
videtur velle Dominus teſtator, dum hoc onus
vult tranſire etiam ad hæredes ipſius Domini Lau-
rentij; hoc nullum eſt inconueniens, cum quælibet
perſona in teſtamento honorata poſſit etiam in
teſtamento grauari l. Ab eo C. de fideicom. l. Si
fuerit ff. de leg. Vel tandem quod inconueniens
eſſet, ſi de capitali hæreditatis ſolueretur; Nonne
potuiſſet Dominus Io. Andreas præter vſum-
fructum ſuorum bonorum legare ſuæ vxori trecen-
tum aureos pro vna vice tantum ſoluendos? Si hoc
totum ſimul poteſt, quare non potuit per partes
legando 25. in ſingulos annos? quorum ſolutione
antequam perueniatur ad ſummam trecentum
aureorum labentur ſaltem duodecim anni; quibus
non multo longior erit vita Dominæ Legatariæ.
Nec deſunt cauſæ iſtius legati, vt obligatio conui-
uendi cum Domino Laurentio cum ſuis filiabus,
non tranſeundi ad ſecunda vota, non habendi ſuam

dotem

dotem & plures aliæ, quas prudens potest cogitare. Neque ista ergo est coniectura releuans in contrarium.

Ad Tertium Respondeo potius ex hoc colligi quod sit vsufructuaria quia non posse habere dotem est onus vt supradictum est, ergo debet etiam magis honorari, cui hoc imponitur. Valde autem multum refert hæredi non posse Dominam Cæciliam extrahere suam dotem, quia cum sit simul vsufructuarius gaudebit fructibus dotis simul cum illa. Deinde est magnum incommodum statim extrahere Capitale totius dotis alicuius summæ, vt est illa Dominæ Cæciliæ Ista ergo coniectura potius adiuuat nostrum intentum, & destruit contrarium, quam quod stabiliat aduersariam opinionem. Remanet ergo probatum quod institutis hæredibus extraneis superstitibus, filijs sit tantum alimentaria mater, ijs autem de mortuis totus vsufructus plene ad eam deuoluatur. Hoc autem casu verba illa Domina, & vsufructuaria fauore liberorum explicantur alimentaria ex præsumpta testatoris mente liberorum fauore, quasi maritus vellet vxorem esse domi suæ in eadem præeminentia & in eodem statu, in quo erat antequam maritus moreretur, ne à liberis post mortem suam contemnatur. Hoc autem verbum Domina, à testatore prolatum, etiam extraneo instituto non concludit dominium bonorum; sed vt supra quandam præeminentiam; non enim est verisimile maritum voluisse, mulierem habere Dominium, & proprietatem bonorum, ex quo alium hæredem instituit, & maxi-
60 mè si filij sint instituti; hos enim Patrem † Cariores habere vxore textus in l. Auctissimi C. de fideicom. & in l. Cum auus ff. de condit. & demonstr. Rom. cons. 118. nu. 2. Præterea Doctores dicunt communiter quod ex communi vsu loquendi mariti appellant vxores Dominas, & ita etiam vocantur in iure l. Titia §. Qui Marco ff. de annui. legat. & l. 1. ff. de rerum amot. & facit ad idem text. in l. 1. §. si vir. ff. ad Senatus C. Sil. Gail. lib. 2. obs. 144. num. 3. Concludo ergo quod de iure communi. Vxor. instituta vsufructuaria liberis autem hæredibus, istis superstitibus intelligitur tantum alimentaria. Ex statuto autem non solum institutis
61 hæredibus filijs, sed etiam extraneo. At ex enixa testatoris voluntate, quæ facit totum in casu nostro etiam existentibus filijs erit semper vsufructuaria, quia statutum non annullat factum, & si factum annullaret, quod omninò negamus, hoc esset tantum respectu filiorum, & ideò hoc tantum valeret istis superstitibus at istis demortuis, legatum esset in suo robore, & vsufructus plenus deberetur Dominæ Cæciliæ, & ita sentio.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula, in qua est difficultas proponitur.*
2 *Ratio dubitandi, quia nomine filiorum non veniunt nascituri.*
3 *Si tamen addatur dictio vniuersalis omnis &c. veniunt etiam nascituri.*
4 *Verba generalia referuntur etiam ad futura.*
5 *In testamentis magis attenditur mens, quam verba testatoris.*
6 *Pro saluanda mente testatoris licet recedere à propria significatione verborum.*
7 *Voluntas est regina, ideò obtinet primum locum, & verba illi famulantur.*
8 *Non secundum verba, sed secundum mentem est iudicandum.*
9 *Amor non fertur incognitum.*
10 *Filij non nati sunt incogniti.*
11 *Expenditur quomodo filij non nati non sint cogniti, & an possit amor ferri in illos.*
12 *A diuersis non fit illatio.*
13 *A diuersitate legati concluditur diuersa mens legantis.*
14 *Testator præsumitur magis diligere iam natos, quam nascituros.*
15 *Dilectio potest terminari ad personas, quia sint ipsæ tales, vel quia sunt ex tali sanguine ex tali familia.*
16 *Affectio sanguinis, & animæ redemptio tam militat erga nascituros, ac erga natos.*
17 *In claris non indigemus coniecturis.*
18 *Testator disponens secundum affectum est intelligendus de eo, qui est eo tempore, quo disponit.*
19 *Exponitur textus l. vnicæ §. sin autem C. de caducitate tollenda, ad hoc propositum.*
20 *Lex disponit standum verbis testatoris non coniecturis.*
21 *Verba non sunt mutanda, quia si aliud testator dicere voluisset, illud certe sciuisset.*
22 *Miles ignorans se filium habere, si scribat alios hæredes, censetur voluisse filium excludere.*
23 *Miles tamen sciens se filium habere, & alios scribens hæredes censetur illum excludere.*
24 *Verba prolata à statutarijs, sunt interpretanda secundum apices iuris, prolata ab indoctis secundum communem vsum loquendi.*
25 *Cum interpretatio verborum potest fieri ex iure, & ex communi modo loquendi est facienda ex communi vsu.*
26. *Vna clausula declarat aliam.*
27 *In testamentis non est recedendum à proprietate verborum, quando alius non est mos loquendi eiusdem testatoris.*
28 *Verba importantia legatum, vt lego, Relinquo &c. important institutionem hæredis si talis sit modus loquendi testatoris.*

Legatum omnibus filijs fratris ob beneuolentiam an includat nascituros.

XXXVIII.

1 DOminus Raphael in suo testamento ita legauit. Primò Item esso Signor testatore lascia che siano dati à tutti i figliuoli del Signor Giacomo suo fratello nati è che nasceranno di legitimo matrimonio da esso per l'amore che le porta, & in salute dell'anima sua scudi mille, e trecento d'oro. Secundò Item vuole esso testatore, che sijno dati, e consegnati à tutti i figliuoli, e figliuole del Signor Marsilio pure suo fratello, scudi quattrocento d'oro, e questa è la mente di detto Signor testatore, per salute dell'anima sua, e per la beneuolenza, che haue à detti sue nipoti. Ex quibus oritur difficultas an secundum legatum debeatur etiam illis filijs qui post conditum testamentum nascentur dicto domino Marsilio. Nam primum deberi patet ex verbis ipsius testamenti.

2 † Ratio dubitandi est, quia nomine filiarum ex iuris dispositione non veniunt posthumi. l. Qui filiabus ff. de leg. 3. quam explicat Simon de Pretis de interpret. vlt. volunt. fol. 376. nu. 6. Peregri. de fideicom. art. 22. num. 11. Fusar. de substit. quæst. 318. nu. 16. Tuscus littera P. conclus. 452. num. 1. vbi num. 2. post Alex. cons. 37. in fin. nu. 19. vers. vltimo non obstat lib. 6. declarat. vt

procedat in diſpoſitione de præſenti ſecus de futu-
3 ro, vel in futurum euentum. Attamen † quoties
verbo Filijs additur aliqua dictio vniuerſalis vt in
propoſito, Tutti, quę æquiualet. Omni tunc videtur
eſſe indubitati iuris quod in diſpoſitione veniant
etiam naſcituri idem Simon de Pretis ſol. 515. nu.
4 106. & Pereg. d. art. 22. nu. 8. & ratio eſt † quia
verba generalia referuntur etiam ad futura l. Cum
pater §. filiæ tuæ ff. de leg. 2. vbi Bart. ex quo fit
vt ſiſtendo in rigore iuris, dicendum eſſet hoc
legatum deberi etiam naſcituris. At quia in teſta-
5 mentis † magis eſt attendenda teſtatoris mens &
voluntas quam legum diſpoſitio. Mant. de coniect.
6 lib. 3. tit. 3. num. 9. † & pro ſaluanda teſtatoris
voluntate licet etiam recedere à propria, verbo-
rum ſignificatione idem Mantic. ibidem & firmat
7 Caſtrenſ. conſ. 264. lib. 2. & ratio eſt quia † vo-
luntas & mens teſtatoris eſt regina Roland. conſ.
35. nu. 3. lib. 3., & ideò vt regina obtinet primum
locum & verba illi famulantur Rota deciſ. 663.
apud Farin. part. 2. recent. ideò nos iſtam diligen-
8 ter inueſtigari debemus, † & ſecundum illam
clare cognitam non ſecundum verba iudicare l.
Labeo in fi. ff. de ſuppell. leg. l. Nominis & rei §.
verbum ff. de verb. ſignific. Scacia de appellat.
quæſt. 4. num. 21. Anchar. conſil. 219. num. 5. &
latè Tuſch. litt. M, concluſ. 119.

Pro habenda igitur mente teſtatoris aliqui pon-
derant illa verba (Per la beneuolenza che haue
alli predeti ſuoi nepoti:) & ex hoc concludunt
legatum non deberi naſcituris & hoc modo ratio-
9 cinantur † Amor non fertur in incognitum. arg. l.
Papinianus §. 1. ff. de hæred. inſtit. facit text. in l.
ſi fuerit cum l. ſequent. ff. de leg. 3. Alex. in l.
Gallus num. 2. ff. de lib. & poſtuh. & l. 2. C. de
hæred. inſt. Ang. conſ. 78. num. 2. Bald. in l. Lu-
cius ff. de hæred. inſt. & l. qui filiabus ff. de leg. 1.
& ea omnia quæ ponderat Maſcard. de prob. con-
10 cluſ. 156. num. 23. & 24. † ſed filij nundum nati
non ſunt cogniti ergo neque poſſunt eſſe dilecti.
Cum igitur hoc legatum ſit factum ob dilectionem
& dilectio non poſſit cadere in non natos ſequitur
11 quod à legato non nati cenſeantur excluſi † Quæ
tamen ratio meo iuditio non probat neque ſecun-
dùm veritatem neque in præſenti caſu. Non
ſecundum rei veritatem quia vel iſta ratio intendit
quod dilectio non poſſit fieri in omninò non cogni-
tum, & hoc modo verum quidem dicit, ſed non eſt
ad rem noſtram quia de filijs non natis poteſt dari
cognitio; vel intendit quod dilectio non feratur
niſi in obiectum oculis corporeis cognitum quod
videtur ſupponere vt aliquid probet, & hoc eſt
falſum. Quia diligimus Deum quam tamen nullus
hominem vidit, diligimus Sanctos, ita & filij naſci-
turi licet hoc modo in cogniti poſſunt tamen diligi
vt germina & propagines familiæ vt ex eodem
ſanguine, vt filij fratris & multis alijs reſpectibus
& ita ſecundum veritatem non verificatur ſimpli-
citer, multo minus in propoſito caſu quia idem ipſe
teſtator aſſerit ſe relinquere etiam naſcituris ob
eandem dilectionem, ergo in hoc caſu ex mente
diſponentis dilectio fertur etiam in naſcituros.
Hanc difficultatem præuidit etiam qui hanc conſi-
derationem fecit & vt illam vitaret ita dixit quod
in primo caſu amor fertur etiam in naſcituros quia
ita mentem ſuam expreſſit teſtator non verò in
ſecundo quia nihil dixit quæ ratio deſtruit omninò
primum quia manifeſtè ſupponit dilectionem vt ſic
poſſe ferri in non natos. Erat igitur hoc modo
facienda argumentatio amor vel dilectio non fer-
tur in non natos niſi de illis fiat expreſſa mentio
ergo &c. & erat probandum illud antecedeus, quod
ego puto ſimpliciter falſum quia ex coniecturis
etiam poteſt colligi quod dilectio feratur etiam in
naſcituros licet non exprimantur. Nec item valet
quod ſubdit videlicet quod in vno legato intelli-
gantur quidem etiam non nati ratione dilectionis
non verò in ſecundo, quia de illis fit expreſſa
mentio in illo, non verò in iſto quia cum ſint di-
12 uerſa † à diuerſis non fit illatio l. Papinianus exuli.
ff. de minor l. inter ſtipulantem §. ſacram ibi ſed
hæc diſſimilia ſunt ff. de verb. oblig. l. naturalem
§. nihilominus ff. de acquirend. poſſeſ. Lancello.
de atteſt. part. 2. cap. 12. in limit. 2. nu. 2. Pariſ.
conſ. 18. num. 10. volum. 1. Socin. ſen. conſ. 18.
num. 41. volum. 1. Ant. Mona deciſ. Bon. deciſ.
6. num. 5. &c. Cum ergo ſit diuerſum primum à
ſecundo legato ex iſtis non fit illatio, ſed neque
hoc ſaluat quia argumentum procedit à natura di-
lectionis quæ ſit, quod non feratur in incognitum,
non verò quod ab vno legato deducatur illatio ad
aliud.

13 Alia etiam † fit conſideratio ad excluſionem
non natorum à legato, nempè diuerſitatis legati,
cum enim in vno legentur mille & trecenti aurei
in alio verò tantum quattuor centum volunt hinc
colligi quod in iſto tenuiori non includantur na-
ſcituri, quod confirmatur ex doctrina Menoch. lib.
14 4. Præſumpt. 89. nu. 78. † Teſtatorem videlicet
proſequi maiore dilectione iam natos quam naſci-
15 turos † Quæ tamen conſiderationes licet fortaſſe
multum valerent alibi hic parum vrgent quia dile-
ctio teſtatoris non terminatur ad aliquas pręcipuas
qualitates filiorum exiſtentium ſed tantum quia
eos amat vtique ductus affectus ſanguinis cum
omnes æqualiter afficiat beneficio, quod eſt ſignum
non moueri aliqua particulari eorum qualitate,
16 deinde relinquit in redemptionē animæ ſuæ † quæ
duo motiua, nempè affectus ſanguinis quia videli-
cet ſunt filij fratris & redemptio animæ militant
æqualiter tam in natis quam in naſcutis. Quod
autem pinguius ſit vnum quam aliud legatum eſt
quia plures ſunt filij ex vno quam ex alio fratre
deinde mercaturam exercuit ſimul cum illo quorũ
filijs pinquius legatum eſt relictum quod potuit
eſſe ſufficiens cauſa diuerſitatis.

Nec ſufficiens eſt coniectura ex Menoch. quia
cum in iure habemus quod nomini, filiorum, ſi
addatur dictio vniuerſalis. Omnis, Tutti, com-
prehenduntur etiam naſcituri non videtur poſſe
17 aptari huic caſui præſenti quia cum ſimus in clara
diſpoſitione iuris, nō indigemus coniecturis l. con-
tinuus ff. de verb. oblig. l. Pediculis ff. de auto
arg. leg.

18 Inſuper etiam concedo quod dum agitur de af-
fectu teſtatoris de eo ſit intelligenda diſpoſitio,
quia erat tempore diſpoſitionis; ſed non eſt hoc
probandum, erat autem probandum, quod affectus
teſtatoris eſſet tantum erga præſentes quia illa
propoſitio affectus teſtatoris tempore teſtamenti
eſt ita intelligenda quod affectus non extendatur
vltra id quod poterat teſtator velle tempore teſta-
menti, ſed tempore teſtamenti poterat amare &
diligere naſcituros ideò non bene ex hoc infertur
naſcituros eſſe excludendos. Quod igitur dicen-
dum.

Ego licet iſtis rationibus non moueat ad aſſen-
tiendum quod excludantur à legato naſcituri cum
de illis non eſt facta mentio alijs tamen rationibus
puto non deberi & aſſentior concluſioni licet non
con-

conuenlam assignandis rationibus suppono ergo
quod testator in vno legato fecerit expressam mentionem de nascituris in alio verò non, & nunc
probo in illo in quo non fecit expressam mentionem nasciturorum licet addiderit vniuersalem.
Turti nec ideò illos velle vocare ad legatum & hoc
modo probo.

19 P. Ex text. † in l. vnic. §. sit autem. C. de caducit.
rollend. ibi Nam si testator volebat nulla erat dif-
20 ficultas cum ijsdem ea disponere † cum ergo lex
disponat esse standum verbis testamenti non verò
coniecturis alijs cum testator facile potuisset aliter
disponere si voluisset, dicendum erit cum dominus
legans facile potuisset vocare etiam nascituros vt
fecerat prius in primo legato & non fecerit standum esse eius dispositioni non alijs coniecturis.

21 2. Ex † c. ad audientiam de Decimi ibi mandamus quatenus non permittas hoc fieri, nam si intelligeremus tantum modo de noualibus vbi ponimus de laboribus de noualibus poneremus ergo
dispositio est intelligenda prout iacet ergo etiam
in casu nostro vbi testator de omnibus filijs etiam
nascituris de illis etiam est intelligendus vbi verò
disponit tantum de omnibus filijs non commemorando nascituros de illis non est intelligendus.

22 3. Ex † l. sicut certi & l. si cum in vtero de test.
muli. vbi dicitur quod hoc iuris est, militem, qui
ignorans est, filium se habere, & propterea alios
scribentem hæredes noluisse filio adimere hæreditarem qui verosimiliter si filium se habere sciuisset
23 per eum alios à sua hæreditate excludi voluisset, †
ita pariter certi iuris est militem qui scit filium se
habere & alios scribit hæredes intelligi filium tacitè ex hæredare quoniam si eum sibi succedere
voluisset instituere sciuisset ex quo sciebat se illum
habere, ad idem est lex fin. ff. de hæred. inst. Ex
quibus Bart. multa corolaria deducit in Auth. Ex
causa C. de lib. præter: & in l. filio præterito ff. de
inu est. test. ergo cum etiam testator sciuisset nominare nascituros vt nominauerat in primo legato
& non nominauerit dicendum est eos voluisse excludere.

24 Dices licet non expressè eos nominauerit nominauit tacitè nascituros cum addidit vniuersalem
particulam. Tutti Respondeo quod hoc verbum
non est prolatum à statutario sed ab homine qui
licet esset rerum agendarum peritissimus, apices
tamen iuris nec de nomine sciebat, cum ergo verba
prolata ab indoctis sit interpretanda secundum
communem vsum loquendi l. Cum autem C. de donat. ante nupt. à statutarijs verò, & iuris peritis
secundum consuetudinem iuris peritorum l. Cum
de lanionis §. Asinam ff. de fund. instr. Romanus
cons. 4. Mantica de Coniect. lib. 3. tit. 8. num. 1.
Surd. cons. 313. nu. 87. Gonzales ad 8. Reg. Gloss.
11. numer. 63. cum ergo ista verba proferantur ab
indocto, & legum inscio erunt interpretanda secundum communem vsum loquendi. Quis enim
vnquam dicat homines indoctos, scire hanc differentiam quod nomine filiorum non veniat nascituri, veniant autem si addatur dictio vniuersalis
Tutti? Certè nemo hæc dicet, dicendum est ergo,
quod testator hac dictione tutti voluerit exprimere quod communiter exprimitur, videlicet si additur (filijs etiam nascituris) eos etiam comprehendi, si verò addatur tantum filijs, intelligi tantū
de existentibus & natis, quod puto certum in hoc
casu cum testator vtrobiq; apponat vniuersalem
tutti, tam in primo quam in secundo legato, maxi-
25 mè etiam quia † cum interpretatio verborum
potest fieri ex iure, & ex communi vsu loquendi
est facienda secundum communem vsum loquendi
omissa illa quæ potest dari ex iure l. si stipulatio ista
§. hi quoque ff. de verbor. obligat. & colligitur ex
Gloss. & ibi not. per Bart. & notat expressè Innocent. cap. cum clamor & cap. cum causam de
rest. & certè verba sunt interpretanda secundum
vsum disponentis l. cum alimenta, in princ. vbi
Bart. ff. de alim. & cib. l. Corneu. consil. 69. num.
5. volum. 1. Surd. cons. 319. nu. 7. Mart. de claus.
par. 4. claus. 29. num. 4. & interpretatio vniuersalis Tutti, debet sumi ex alio legato vbi etiam
26 ponitur † quia vna clausula declarat aliam l. qui
filiabus §. si seruus plurium ff. de leg. 1. l. quesitū §.
Papinianus quoque ff. de fund. instr. l. quamuis ff.
de fideicom. Ceuall. comm. contra comm. conclus.
905. num. 20. cum ergo in primo legato illa vniuersalis Tutti supreflueret, vel vocatio nasciturorum si testator illius virtutem sciuisset dicendum
est non sciuisse, & secundum hoc regulandum est
eam intelligendum secundum legatum Neque
27 obstat † quod in testamentis non sit recedendum
à propria verborum significatione l. Non aliter in
princ. de leg. 3. & l. si alij de vsufruct. leg. quia hoc
verum est quando alius non est mos loquendi te-
28 statoris, † quia tali casu etiam verba significantia
legatum vt Relinquo Assigno important institutionem hæredis C. familiæ hercifcund. l. Quoties
& Gloss. ordin. Remanet ergo quod legatum vbi
facta est expressa mentio nasciturorum illis debeatur, vbi verò non est facta neque debeatur nec
obesse vniuersalem dictionem Tutti. His positis
argumenta in principio proposita possent aliquo
modo diseruire vt rationes quare in vno excludantur, in altero uerò includantur licet fortasse etiam
essent ualdè leues.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.*
2 *Ratio difficultatis.*
3 *Hac habent difficultatem solum in terris in temporalibus & spirituales, Ecclesiæ subiectis secundum citatos doctores secundum quos sunt intelligenda infra dicenda.*
4 *Habreorum causa tam spirituales, quam temporales non ad Summum Pontificem sed ad sacularem potestatem spectant.*
5 *Ioannis Azorij dictum.*
6 *In habreos nihil potest summus Pontifex nisi illi sint subiecti in temporalibus.*
7 *Dictum Pauli. Nihil nobis de ijs qui foris sunt.*
8 *In Sacris Canonibus nulla reperitur potestas competens Papa in hebraos & infidelis.*
9 *Papa Hebraos & infideles non potest excommunicare, Non enim sunt baptizati.*
10 *Papa cognoscit quale sit delictum cognitionem committit saculari potestate.*
11 *Ob crimen habraorum committit Christianis ne tum illis communicent.*
12 *Carpitur ab ijsdem Doctoribus dictum Abbatis.*
13 *Neque subditur Papa Habraus vel infidelis etiam peccans contra ius natura.*
15 *In casu negligentia, & in delictis contra fidem iudicandis recte agit Papa contra dictos.*
15 *Delicta habraorum spectantia ad forum saculare secundum leges ciuiles, spectantia ad Ecclesiasticum secundum ius Canonicum semper tamen punit iudex sacularis.*
16 *Aliter sentit Felinus, si delictum sit mere Ecclesiasti-*

siasticum vult cognoscere Ecclesiasticum iudicem & si non possit ipse exequi committere sæculari exequtionem.

17 *Si Delictum si sit mere sæculare sæcularis iudex cognoscit secundum eundem.*

18 *Si delictum sit mixti fori datur præuentio.*

19 *Doctrinam Felini aliqui non admittunt.*

20 *Pro solutione propositæ difficultatis quæ sint videnda.*

21 *Eleemosina non est opus spirituale.*

22 *Potest tripliciter considerari elemosina, & explicantur omnes.*

23 *Actus elicitiue ab vna virtute potest esse imperatiue ab alia.*

24 *Eleemosina aliquando est actus Iustitiæ aliquando liberalitatis.*

25 *Ad causam piam requiritur quod fiat pauperi propter Deum & si alterum desit non est causa pia.*

26 *Eleemosina à lege imperata est potius taxa.*

27 *Eleemosina imperata à Charitate est opus pium à Iustitia legali, onus.*

28 *Fauor pietatis non prodest hæbrais.*

29 *Hæbræi ad pios vsus relinquere non possunt sed de eorum relictis iudicatur vt de profanis.*

30 *Priuilegium seu concessio generalis nunquam derogat spetiali. 31. Speties semper derogat generi siue præcedat siue sequatur. 32. Priuilegium vel facultas non censetur concessa in præiudicium tertij nisi spetialiter exprimatur. 33. Rescriptũ non tollit priuilegium nisi in rescripto fiat spetialis mentio.*

34 *Princeps concedens etiam motu proprio & ex certa scientia non potest tollere ius quæsitum nisi graui causa.*

35 *Priuilegium concessum vel specifice confirmatum Ciuitati ad modum statuti cum principi se subdis nisi ex magna causa non potest derogari. 36. Concessio in præiuditium tertij est stricte interpretanda & vt minus lædatur ius tertij etiamsi facta sit fauore pietatis. 37. Priuilegium secundum non derogat primo nisi de eo sit facta expressa mentio. 38. Quomodo sit intelligenda ista concessio. 39. Gratia facta est stricte interpretanda.*

40 *Respondetur quæsito.*

De Priuilegio confirmato a Summo Pontifice.

XXXIX.

1 HÆbrei Ferrariæ † commorantes unusquisque secundum suarum facultatum quantitatem tenentur certam pecuniæ quantitatem in suorum pauperum miserijs subleuandis erogandam conferre. An autem ista collatio sit iuste facta ex antiquo Ciuitatis statuto à Clemente VIII. Santiss. confirmato spectat cognoscere ad Iudicem sapientum, qui si reperiat deficere ad defectus supplementum eos cogit. Nunc ijdem hæbrei à Santiss.
2 Vrbano VIII. nunc regnante † obtinuerunt ut in pijs & spiritualibus causis Episcopo sint subiecti. Quare nunc Episcopus contendit non amplius ad sæcularem magistratum prædictam cognitionem sed ad se ipsum pertinere asserens illud esse opus pium, & spiritnale quippe quod reducitur ad eleemosinam cum sit factum pro subleuandis pauperum miserijs, & ideò uenire in sua concessione. Ideò quæritur quid iuris an scilicet talis cognitio ad Episcopum an uerò ad sæcularem magistratum pertineat.

3 Noto primo † In terris pleno iure idest in spiritualibus, & temporalibus Summo Pontifici subiectis hic casus grauem admittit disputationem quia cum sit dominus absolutus potest cuicunque uult cognitionem causarum quarumcunque hæbreorum demandare. In terris autem sibi in temporalibus non subiectis secundum infrascriptos
4 Doctores inutiliter agitaretur. † Quia legimus Iudæorum uel hæbreorum iudex tam in spiritualibus quam in temporalibus sicut & omnium aliorũ infidelium est potestas sæcularis, ut in terminis decidit cap. Gaudemus de diuortijs, & late prosequuntur Alexan. l. Titia col. 3. uers. Vel secondo ff. solut. Matr. Ancharan. cap. Ad ea quæ in 5. part. de reg. iur. in 6. Socinus uolu. 1. cons. 71. per totum & cons. 72. cuiuscunque auctoris illud sit, & cons. 119. nolum. 4. Maranta in sua pract. part. 4.
5 dist. 11. num. 67. & † Azorius ipse institution. Moral. part. 1. lib. 8. cap. 22. excipiens aliquos casus, ut uidere est apud ipsum qui de iure nullam in hæbreos Episcopo concedit Iurisdictionem & illa, quam Episcopis tribuit non potest intelligi nisi in terris in temporalibus, & spiritualibus subiectis Summo Pontifici cum si quam habent ex
6 eius concessione habeant. † In hæbreos autem nihil potest Summus Pontifex extra suum statum temporalem iuxta citatos Doctores. Cum aperte
7 dicat Apostolus † Quid nobis de ijs qui foris sunt,
8 & probant. † Quia in Sacris Canonibus nulla reperitur talis potestas competere Papę neque quoad punitionem spiritualem neque quoad temporalem
9 † non quoad spiritualem quia eos censuris non potest afficere, quia censura requiret subiectum baptizatum ut ex communi Theologorum & Canonistarum nec eos potest priuare communione fidelium cum hoc munus Papa committat sæculari
10 potestati: † & ad Summum patet ex Sacris Canonibus quod Papa cognoscit de delicto & postea exequtionem committat sæculari principi, & in istius defectum postea Episcopo, cognitio autem Pontificis est in ijs rebus quarum decisio ad ipsum spectat, quod patet ex cap. Post miserabilem de
11 usuris † ubi Summus Pontifex non hæbreos punit, sed præcipit tantum Christianis ne communicent cum hæbreis ubi non satis bene loqutum aduertunt
12 ibi Panormitanum num. 4. † ubi habet Pontificem indirecte excommunicare hæbreos, quia iubet Christianas cum illis non communicare quia non est excommunicare, quia excommunicatio est pęna priuans subiectum communione, & ut pæna debet excommunicato infligi non uerò alijs. Sed quidquid sit dato etiam quod indirecte excommunicaret hæbreos uel iudæos aperte demonstrat se nihil in eos posse quia non eis præcipit cum alijs non communicare sed alijs ne cum ipsis communicent, & si quid in eos posset illis præciperet ex quo capite
13 etiam colligunt Papam † neque posse quidquam in iudæos etiam si delinquant contra ius naturæ quia ibi agitur de usuris quæ iure naturæ sunt prohibitæ, & tamen hæbreos contra illas peccantes usuras exercentes non punit sed tantum Christianis interdicit ne cum illis communicent & hanc pænam committit sæcularibus principibus exequendam, cognoscit ergo Papa tantum ex hæbrei contra ius naturæ Ecclesiasticum, & diuinum an peccauerint, deinde puniendos remittit potestati sæculari, & in casu negligentiæ tantum tunc indirecte ne fides aliquod damnum patiatur Ecclesiastica potestas supplet pro sæculari ut in citato cap.

Post

Post misetabilem, & in cap. Postulasti de Iudæis ubi cum Iudæus clericum percussisset asserit Papa sæcularem potestatem illum debere punire pæna
14 pecuniaria, † & in casu negligentiæ sæcularis Ecclesiasticam vocat, & multo minus admittunt hæbrens subdit Papæ in quæstione, an sit, ex eo quod Episcopus cognoscat an hæbrei peccauerint contra ius naturale vt in casu citato vsuræ quia hoc non competere Papæ asserant non ex eo quod iudæi illi subdantur, sed quia decisio illarum quæstionum ad illum spectat nulla habita ratione contra illas peccantium sed tantum ratione materiæ circa quam fertur decisio, ad Papam enim pertinet decidere an vsurarius sit nec ne contractus facta verò in vniuersum hac declaratione ad sæcularem potestatem asserunt postea spectare decidere in singularibus casibus & delinquentes punire nec quidquam am-
15 plius ex textibus colligi, † ita vt in criminibus ad sæculare forum pertinentibus procedat sæcularis potestas secundum leges ciuiles in pertinentibus ad Ecclesiasticum secundum Ecclesiasticas Sanctiones semper tamen eadem potestas sæcularis procedir, quod si iu eorum lege sit taxata pæna pro delictis secundum illam sunt iudicandi nisi crimen commissum sit in odium Religionis vel tengat personas Christianas quia hoc casu vel secundum leges Ecclesiasticas vel Ciuiles affirmant esse puniendos, ita ex citatis Doctoribus posset responderi.
16 Felinus alio † modo decernit hanc rem tribus conclusionibus absoluens, in cap. Postulasti in fine de Iudæis. Primò vel crimen est omninò Ecclesiasticum, & cognoscit iudex Ecclesiasticus, & si ipse exequtionem non potest facere mandat sæculari,
17 & iudicat secundum legem mosaicam 2. † Vel delictum est mere sæculare vt homicidium, vel aliud
18 simile, & pertinet ad sæcularem. † Vel 3. est mixti fori, & datur præuentio, addit tamen quod si iudex Ecclesiasticus nimis remisse agat puniendo quod
19 potest sæcularis iterū cognoscere, & punire. † Non admittunt tamen aliqui hanc Doctrinam dicentes Sacros canones non remittere laico vel sæculari iudici causam cognitam, puniendam, sed cognoscendam, & puniendam, & subdunt aperte loqui Paulum. Quid nobis de iis qui foris sunt, & rationem conuincere quia dicunt non potest iudex Ecclesiasticus punire hæbreum vel iudeum pæna Ecclesiastica quia illa non est capax Iudæus neque temporali quia in temporalibus illi non est subiectus nec pro crimine spirituali pæna temporali quia ad ipsum non spectat ex D. Paulo ergo nullo modo potest punire Restat ergo quod iudicet, & puniat sæcularis secundum leges delicto conuenientes; quod si secundum Ecclesiasticas sit iudicandum, & in aliquibus deficiant ad Sedem Apostolicam pro decisione habeuda non quatenus ad habreum spectat, sed quatenus talis materia eius decisioni simpliciter subiecta est; hac verò habita sæcularis punit hæbreum à se iudicatum. Sed hæc dicta sint referendo aliorum placita. Sed quia sumus in casu versante in foro Ecclesiasticæ ditioni in temporalibus & spiritualibus nihil ad nos hæc determinare
20 ad alia ergo conuertemur, & videndum. † Primò an ista causa eleemosinæ sit spiritualis. Secundò an sit pia. Tertio an concessa à Clement. VIII. sint reuocata per hanc concessionem factam non Episcopo sed Habteis ab Vrbano VIII.

Quoad primum ergo an istā sit causa spiritualis: Dico absolute non esse causam spiritualem. P. Quia eleemosina ista si rectè consideretur (quæ tamen in rigore iuris non est eleemosina vt infra) non est opus spirituale ergo neq. causa ista erit spiritualis.
21 † Quod eleemosina non sit spiritualis probatur ex Turrectemat. de Pænit. dist. 1. cap. medicina §. Ad primum num. 2. vbi habet eleemosinam posse
22 considerari † tripliciter idest secundum sui substantiam. 2. vt ex charitate imperatam. 3. vt imperatam ab alijs virtutibus. Secundum sui substantiam nullum habet affectum, nisi corporalem in quantum scilicet habet supplere corporis defectus proximorum. 2. modo imperata à charitate, & tunc producit effectum spiritualem, nempè salutem animæ ex opere ipso, vel quatenus opus ipsum mouere potest recipientem ad orandum pro dante. S. Doctor Angelicus 2. 2. quæst. 32. a. 3. modo vt imperata à iustitia ita aperte habet in cap. Quamobrem de Pænit. dist. 1. num. 4. Vbi sibi ipsi obijciens ait. Si dicas quod cum satisfactio sit actus iustitiæ per consequens eleemosina quæ ponitur satisfactionis pars erit actus iustitiæ sibi ipsi res-
23 pondet, † Nihil prohibere actum qui est proprius vnius virtutis elicitiue, attribui alicui alteri virtuti sicut imperanti, & ordinanti ad finem suum, & ita eleemosina vt ordinatur ad satisfaciendum pro culpa imperatur à iustitia vt verò dirigitur ad placandum Deum habet rationem Sacrificij, & est imperatiue à latria. Et quod maxime ad tem
24 nostram facit cap. Qui vult de pænit. dist. 3. † affirmat eleemosinam aliquando esse actum Iustitiæ aliquando liberalitatis. Ex quibus ita forma argumentum. Ista eleemosina non est actus impetatus à charitate, nec est directus ad salutem animæ vt iniungitur faciendus ab Hæbræis secundum eorum leges, nec vt a statuto imperata prætendit religionem, sed tantum subleuamen miseriarum aliorum hæbreorum, ergo non est quid spirituale sed mere temporale quia taliter imperata nullum effectum spiritualem intendit. Quod ista eleemosina taliter imperata non referatur ad aliquem affectum spiritualem, patet, quia est imperata à iustitia legali tantum secundum substantiam, statutum enim istam imperans, intendit tantum quod pauperum miseriæ subleuentur siue id fiat à charitate imperante siue dirigente nihil ad ipsum, intendit tantū dationem eleemosinæ quod est eleemosinam sēcundum substantiam nullo habito respectu ad alios effectus qui si adiunguntur hoc erit præter intentionem statuti. Quod autem hoc tantum intendat patet quia hebrei cogūtur eam tradere quæ coactio significat imperari à iustitia legali, & politica vt respicit politicam gubernationem, vt siue fiat cum charitate vel sine charitate nihil ad legem impetantem; tantū intendit quod eleemosina tribuatur, & corpus subleuatur, quæ excludunt vt intentam omnem spiritualitatem ergo ista eleemosina erit quid mere corporale ergo nullo modo pertinebit ad Episcopum, Cum ergo eleemosina sit impetata à statuto nec statutum aliud intendat quam corporale beneficium, vt probatum est, & hoc modo imperata dicatur impetata tantum secundum substantiam qui modus perse consideratus excludit omnem spiritualitatem vt probatum est, sequitur quod cognitio istius causæ non pertineat ad Episcopum quia non spiritualis est,
25 Quod † verò neque sit pia prbo. P. Ad hoc vt causa dicatur pia duo requiruntur vnum quod fiat paupeti. Alterum quod fiat propter Deum ita vt si horum alterum desit causa non dicatur pia Bald. l. illud num. 1. C. de Sacros. Eccles. Panormit. in principio decret. parte quæ incipit Gregorius diuiditur num. 26. & 27. Felinus ibidem parte quæ incipit

incipit Gregorius Episcopus num. 25. Tiraquel.
de Priuileg. piæ causæ in præfatione num. 3. qui
totta illa præfatione videndus est, sed ista eleemo-
sina non est indicta in honorem Dei nec in salutem
animæ ergo non est causa pia, minor supra probata
26 est † 2. Ista in rigore non est eleemosina sed potius
quædam taxa seu onus impositum diuitibus secun-
dam æs & libram, & secundum quantitatem suorum
facultatum, ne pauperes hæbræi cogantur men-
27 dicare à Christianis. † 3. Eleemosina quæ est opus
pium debet esse imperata à charitatem, non verò
à institia, quia tunc incipit esse onus impositum,
hoc ergo cum sit tale non erit opus pium.

Dices Hæbræi hanc eleemosinam facientes pos-
sunt illam dirigere ad honorem Dei, & salutem
animarum, ergo erit opus pium. Respondeo hic
non considerari eleemosinam vt ab Hæbræo vel
iudeo fit, sed vt à statuto imperatam, cum ergo
statutum illam imparet non in ordine ad Deum,
nec ad salutem animæ; sed tantum ad corporalem
vtilitatem, fit etiam quod sit imperata tantum
secundum substantiam non verò vt pietatam vel
spiritualitatem concernens. Non vtor alijs ratio-
nibus vt l. Non erit §. Diuus de iute iur. vbi Gloss.
28 † Fauor pietatis non prodest iudæis, vere enim
iudæi cum sint in superstitione improbata non
possunt frui ijs priuilegijs quæ lex indulget ab
Christi amorem pie distribuentibus, neque pariter
alia propositione à Ladercio adducta videlicet.
29 † Hebręi, cum extra vnitatem Ecclesiæ sint ad pios
vsus relinquere non possunt. Sed de eorum legatis
vt de prosanis iudicandum est idem tenet Bart. ab
eodem Ladertio relatus cons. 128. Quia hæc &
similia non faciunt ad nostrum propositum quia
cum Summus Pontifex hæbreis concedat quod in
causis spiritualibus, & pijs subdantur Episcopo,
concessio est intelligenda non in rigore secundum
nostrum modum loquendi, sed secundum quod res
se habet. Vocat enim Summus Pontifex opus
pium, & spirituale opus ab hæbræis factum ad
modum spiritualium, & piorum operū quæ faciunt
Christiani. Vnde necessarium est probare tantum
attenta natura operum vt puto me fecisse. Ex his
duobus ergo capitibus nempè quod ista taxa impe-
rata à statuto vel eleemosina lato modo sumpta
non sit opus nec pium nec spirituale remanet con-
clusum quod nihil in illa possit Episcopus virtute
dictę conceßionis. Superest tertia difficultas, an
per concessionem factam hæbræis hoc ius sit abla-
tum à sæculari magistratu, & etiam ad hoc respon-
30 dendo, dico non esse ablatum, & probo. † P. Quia
ista concessio facta hæbræis est generalis, vt patet
legenti concedit enim generaliter quod causæ spi-
rituales & piæ hæbræorum iudicentur ab Episcopo.
Priuilegium autem siue rescriptum generale nun-
31 quam derogat priuilegio vel concessioni speciali. †
quia species semper derogat generi siue præcedat
siue sequatur. Abbas cap. Sicut Romana nu. 14.
32 de rescript. 2. † Priuilegium vel facultas non
censetur concessa in præiuditium tertij, nisi de hoc
fiat spetialis mentio l. Nec auus. C. de mancip.
33 liber. 3. † Rescriptum non tollit priuilegium nisi
in rescripto fiat spetialis mentio priuilegij cap.
34 Cum ordinem de rescript. 4. † Princeps non potest
tollere ius quæsitum tertio nisi graui de causa, &
manifesta, quod intelligitur etiamsi contrarium
esset concessum motu proprio & ex certa scientia
Panormita. in cap. certificati nu. 9. de rescriptis.
35 † 5. Priuilegio vel concessio in fauorem Ciuitatis
vel specifice confirmato ad modum statuti, cum
Ciuitas se illi subdidit non potest amplius dero-
gari not. in cap. 1. de probat. Abbas in cap. Nouit.
de Iudic. Bart. in l. Hi qui ff. de iur. immu. & in l.
quod semel ff. de decret. ab ordin. faciet. & in l.
Omnes populi ff. de iust. & iure, & alij; nisi tamen
36 ex magna causa. † 6. Concessio facta in præindi-
tium tertij: est stricte interpretanda Abbas in cap.
2. de Decim. vt minus quam fieri possit lædatur ius
tertij idem in cap. Dilecto num. 2. & 4. de verb.
signifi. etiam si sit facta concessio ex causa pietatis,
37 idem in cap. Cum dicat nu. 3. de Eccles. ędifi. † 7.
Priuilegium secundum non derogat primo nisi de
primo sit facta expressa mentio cap. Veniens de
38 Præscript. † Est ergo ista concesso explicanda vt
intelligatur de alijs causis pijs, & spiritualibus cum
in concessione de ista non sit facta mentio, & si de
hac intelligeretur esset in præiuditium magistratus
sæcularis, cui huius causæ cognitio per spetialem
concessionem fuit confirmata à Clemente VIII.
39 cum ciuitatem ingressus fuit. † & cum ista conces-
sio sit gratia facta, non facienda est stricte interpre-
tanda, & cum lædat ius municipale idest statutum
Ciuitatis sufficit quod in aliquo verificetur late
Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 2.
40 Dico ergo † Cognitionem causæ spiritualis vel
piæ Hæbræorum de iure communi non spectare ad
Episcopum neque ex concessione quia hoc opus
non est pium neque spirituale, & si esset pium &
spirituale quod tamen negatur nec dum veniret in
hoc concessione.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur factum.*
2 *Quot sint quærenda.*
3 *Verba reseruationis.*
4 *Quæ veniant sub reseruatione.*
5 *Non incurrit qui abortum studiose non procurat, & quid sit studiose procurare.*
6 *Excommunicatio reseruata contra abortum procurantes est moderata.*
7 *Quando fœtus censeatur animatus.*
8 *Abortus est vnus ex casibus propter quos Ecclesiasticus traditur curiæ sæculari, aliqui alij reseruntur, reliqui remissiue.*
9 *Reseruatio excommunicationis vt incurratur requiritur procuratio abortus.*
10 *Obtinens facultatem absoluendi à casibus &c. quos sibi Episcopus reseruat vel Episcopo in synodo &c. reseruatis non potest ab isto absoluere.*
11 *Imò neque obtinens facultatem absoluendi à reseruatis simpliciter.*
12 *Quæ spetiali indigent concessione non veniunt in generali.*
13 *Procuratio abortus fœtus etiam inanimis est casus reseruatus. Animati excommunicatio reseruata.*
14 *Quomodo intelligendum, quod reseruatio supponit effectum.*
15 *Alloqui moniales, & accedere ad monasterium, quid.*
16 *Accessus ad monasterium est reseruatus etiā quoad exemptas, non verò alloquutio.*
17 *Ad irregularitatem ex delicto requiritur culpa mortalis.*
18 *Pœna debet proportionari delicto.*
19 *Ad irregularitatem requiritur animus, & effectus.*
20 *In dubio iuris nemo censendus irregularis.*
21 *Lex non obligat nisi sufficienter sit promulgata.*

22 Suf-

22 *Sufficienti adbibita diligentia pro dubio tollendo si adbuc perseueret lex non est sufficienter promulgata.*
23 *Irregularitas debet vel imponi vel indicari à textu.*
24 *Irregularitas si debita adbibita diligētia ex textu non eruatur non est sufficienter proposita.*
25 *Si dubium non potest tolli debita adbibita diligentia. Ignorantia tunc dicitur inuincibilis.*
26 *Differentia dubbij. An Canon contineat irregularitatem, & an supposita irregularitate in Canone talis casus induat irregularitatem.*
27 *In dubio melior est conditio possidentis non solum in materia iustitiæ sed etiam aliarum virtutum.*
28 *Dubium facti excusat à pœna & maxime ab irregularitate dempta illa homicidij.*
29 *Homicidium aliud voluntarium aliud casuale quid & quotuplex vtrumque & quando inducant irregularitatem.*
30 *Dans operam rei illicitæ debita adbibita diligentia irregularitatem, non incurrit etiamsi sequatur homicidium.*
31 *Dans operam rei illicita potest peccare, & tamen non incurrere irregularitatem.*
33 *Expenditur Caput Tua nos de homicidio.*
33 *Expenduntur verba Clerici dicta pharmacopola, & illa asserta intentio.*
34 *Homicidium directe, & conditionate volitum quid sit.*
35 *An Clericus præbens potionem cum isto animo intrauenga ciò che vuole mandarò à Roma saltem peccet.*
36 *An, si credat irregularitatem induci ex veniali, peccans venialiter irregularitatem incurrat.*

Clericus præbens somniferū mulieri pręgnanti sequto abortu an sit irregularis.

X L.

1 QVidam Clericus flagrantissimo amoris igne
exæstuans ob quandam mulierem maritatam,
cum nullum suppetat remedium illius
potiendæ, decernit quod si non potest cum vigilanti
suas explere cupiditates illas saltem explere
cum sopita, cogitat ergo de somnifera potitione
illi danda, rem cum ancilla communicat, a qua
omnis sua diligentia promittitur. Adit farmacopulam
sibi amicissimum rem exponit, potionem
petit, subdens, quod caueat in illa conficienda ne
sit nimis vehemens quia mulier cui est danda, est
prægnans, cui respondet pharmacopola, cauere ne
abortum faciat esse sui officij, subdit tamen interrogans
an sit robustæ vel debilis complesionis, cui
Clericus hæc formalia respondit. Cosi cosi, credo
che sia di buona complissione) quo dicto hunc
conceptum sibi videtur formare in sua mente. A
sua posta intrauenga ciò che vuole se si disperderà
mandarò à Roma per i necessarij ricapiti; hæc
apud se cogitans nihil tamen dicens pharmacopolę,
paratam potionem accipit, ancillę defert, Ancilla
Dominæ propinat quæ putans esse quoddam genus
vini illam bibit, qua hausta non dormit, & ars Clerici
deluditur, at tertio elapso die abortum facit
similem tamen antea etiam præbuerat, quæ neque
somnum induxit nec abortum causauit. His Clericus
tricis implicatus quia abortus est casus reseruatus
in diœcesana synodo, & etiam ex Apostolicis
constitutionibus, & præterea etiam cum ex abortu
2 sequatur irregularitas quærit. † Primò an reserua-
tum incurrerit. 2. An excommunicationem. 3. An
irregularitatem.
3 Pro solutione primi. † Verba reseruationis sunt
ista. Qui studiose abortum procurauerit consuluerit,
4 operam ne præstiterit. † Ex quibus tria genera
personarum incurrere manifestum est: Primum.
Procurantes abortum. 2. Consiliū dantes. 3. Opem
præstantes. In nostro casu Clericus si reseruatum
incurrisse dicendus est ideò erit quia procurauit.
5 † Sed puto omninò dicendum non incurisse quia
non potest dici studiose procurasse abortum, procurare
enim abortum est illa agere quæ ordinantur
ad abortum illum intendendo, imò neque sufficit
agere aliqua quæ possint abortum efficere sed ea
intentione sunt agenda vt abortus sequatur vt
dicatur procuratus quod si addatur etiam studiose
quod est data opera eo fine ea intentione cum
diligentia; ex quibus clare patet hunc Clericum
non incurrisse reseruatum quia non egit animo
neque studio procurandi abortum sed suis satisfaciendi
voluptatibus; principaliter tamen intendens
immittere soporem in illam Mulierem; & ideò
puto omnino dicendum non esse hunc casum reseruatum.
6 † Quoad secundum an incurrerit excommunicationem.
Sixtus V. edidit constitutionem Romę
die 16. Nouembris 1588. Incipit effrenatam &c.
in qua contra procurantes abortum multas pœnas
inflixit tàm spirituales, quàm temporales, &
corporales, vt videre est in illa.

Hanc constitutionem moderauit Gregor. XIV.
sed solum in parte, videlicet quoad absolutionem
à peccato, & excommunicationem reseruatam
ordinario in foro conscientiæ tantum, quando
abortus est fætus animati, remanentibus tamen
omnibus alijs pœnis priuationis inhabilitatis, degradationis,
traditionis curiæ seculari, & præuentionis
vt in ea legitur, in suo robore: quando verò
abortus est fætus non animati, ea constitutio Sixti
tollitur in totum, & reducitur ad terminos iuris
communis, vt cap. sicut el 2. cap. si aliquis de
homi. vbi Gloss. Abb. Felin. & DD. text. in cap.
quod verò cum seq. 32. quæst. 2. Couar. in Clem.
si furiosus in 2. part. §. 3. de homic. & non facit
7 irregularem. † si quæras, quando fætus sit animatus.
Respondetur in masculo post quadraginta in
femina post octoginta dies, & ex Burgas. in tract.
de irreg. part. 6. tit. de venefic. sub num. 14. & in
Mare & in fæmina anima indicatur infusa, si linea-
8 menta omnium membrorū fætus habebit. † Abortus
fætus animati est vnus ex casibus, in quibus
persona Ecclesiastica potest tradi curiæ seculari
alius est personæ item Ecclesiasticæ exercentis
crimen sodomiticum; traduntur enim curiæ seculari,
qui non promoti ad ordines Missas tamen
celebrant, & pænitentiæ Sacramentum ministrare
præsumunt ex Const. Clem. VIII. Reliquos casus
refert Clar. in pract. crimin. quæst. 36. & an iudex
Ecclesiasticus teneatur sequi acta confecta à iudice
Ecclesiastico, an verò possit noua conficere idem
Clar. quæst. 96. & Carol. de Crass. de effe. cler. eff.
1. à num. 828. ad 834. Nunc ad propositum.
9 Dico neque † excommunicationem incurrisse.
Hæc enim est lata contra procurantes abortum,
hic verò non est procuratus abortus; sed potius
adhibita est diligentia, ne sequeretur, patet ex
verbis Clerici ad pharmacopolam, quibus monebat,
vt caueret abortum; quia mulier erat prægnans,
quæ omnia expressius probabuntur, cum
de irregularitate. Interim quoad asolutionem

quando Excommunicatio incurritur reseruata.
10 † Aduertat Confessarius, quòd si obtineat facul-
tatem ab Episcopo absoluendi à casibus, & censu-
ris, quos sibi reseruauit, vel sibi reseruatis in
Synodo, vel in Concilio Prouinciali, vel à iure
communi, non potest absoluere ab ista excommu-
nicationem, ratio est manifesta, quia nullo ex istis
11 modis est Episcopo reseruata. † Imò etiamsi ge-
neraliter obtineat facultatem absoluendi à censu-
ris Episcopo reseruatis, neque ob id puto posse
12 absoluere; † quia quæ speciali indigent concessio-
ne, non veniunt in generali; cum ergo ista concessio
specialiter sit facienda, vt patet ex Constit. Gre-
gor. (ad hos casus specialiter per loci ordinarium
deputatus) Neque regulares circa hoc quidquam
possunt virtute suorum priuilegiorum, cum per
Sixtum illis fuerit derogatum, & Gregor. conces-
sionem limitatam fuerit ad eos, qui ab Episcopis
fuerint specialiter deputati. Cautè ergo in istis
se gerant confessarij, nec se in his ingerant, nisi de
habita facultate constet sibi manifestè; quia ista
13 est fundamentum validæ absolutionis. † Est etiam
aduertenda differentia inter reseruationem Casus,
quam facit Episcopus, & reseruationem censuræ,
quam facit Papa Episcopo. Ad incurrendam enim
reseruationem casus sufficit studiosa procuratio
abortus inanimati, quæ incurritur etiamsi effectus
abortus non sequatur: ad incurrendam verò ex-
communicationem reseruatam non sufficit procu-
ratio abortus inanimati; sed requiritur, quòd
fœtus sit animatus. Absolutionem potest imparti-
re, & delegare Episcopus.

14 † Dices & in hoc multi decipiuntur: reseruatio
semper intelligitur effectu sequto; ideò qui procu-
rat occidere clericum, & non occidit, reseruatio-
nem non incurrit: qui adit monasteria monialium,
vt illas alloquatur, si verè non alloquitur, & pariter
non incurrit reseruationem; ergo eodem modo
qui procurat abortum, nisi sequatur, non incurret
reseruationem: eodem modo si sit reseruata copula
carnalis, actus non completus non censetur reser-
uatus; & qui rem quidem habet cum muliere, sed
non consumat, non censetur incurrisse reseruatum:
eodem modo videtur dicendum in casu proposi-
to. Respondeo concedendo omnia antecedentia,
negando tamen consequentiam. Reseruatio sem-
per intelligitur completo cum effectu actu reserua-
to hoc verum est; sed valdè refert considerare,
15 qui actus sit reseruatus. † Nam si reseruatus sit
accessus ad monasteria monialium, qui accedit,
incurrit reseruatum, licèt non alloquatur; si verò
sit reseruata colloqutio, non incurritur accedendo,
sed requiritur alloqui: est reseruata copula carna-
lis, qui habet rem cum muliere non consumando,
non dicitur habuisse perfectè rem cum muliere, sed
tantum initiatiuè; ideò non dicitur incurrisse
reseruationem: at si esset reseruatus quilibet actus
impudicus, certè, licet non consumaret, reser-
uatum incurreret. Sufficit ergo ad reseruationem,
quòd verba verificentur secundùm suam proprie-
tatem; cum ergo in proposito nostro reseruata sit
procuratio abortus cum effectu, dicetur actus
completus, quotiescumque procuratus fuerit abor-
tus, siue sequatur siue non. Quæ omnia sunt ma-
nifesta ex tabellis reseruationum.

Eodem modo reseruatur accessus ad monasteria
monialium, & pariter reseruatur colloqutio cum
16 eisdem: † qui accedit ad monasteria monialium
etiam exemptarum, incurrit reseruationem; quia
effectus est completus in loco subiecto ordinario
reseruanti; nam accessus perficitur, antequam
monasterium ingrediatur; qui verò cum moniali-
bus exemptis loquitur, non incurrit reseruatum,
quia colloqutio in effectu non est sequta in loco
reseruanti subiecto. Intellige tamen de Episcopo
vel alio inferiore Papa reseruante; quia si Papa
reseruat, vbique ligat, quia ratione illius, nullus
est locus exemptus.

Nunc ad tertiam difficultatem, an videlicet
dictus Clericus incurrerit irregularitatem. Pro
solutione.

17 Noto primò. † Ad incurrendam irregularitatem
ex delicto, non loquor de alijs, tantùm de illa, quæ
contrahitur ex delicto, requiritur culpa Mortalis,
idest vt illa actio, propter quam irregularitas in-
curritur, sit peccaminosa mortaliter, ita Nauar. in
sum. cap. 27. nu. 249. Sotus de Iust. lib. 5. quæst.
1. art. 1. Auila part. 7. disput. 2. dub. 3. Salon. 2.
2. quæst. 64. art. 8. contro. 4. ad finem. Sanchez.
de matrim. lib. 9. disput. 32. Suarez. de cens.
18 disput. 40. sect. 3. nu. 19. & alij & ratio est † Quia
pœna debet proportionari delicto cap. Felicis de
pœn. in 6. Cum ergo irregularitas sit grauissima
pœna, debet etiam infligi ob graue delictum, quod
ab aliquibus habetur adeò pro indubitato, vt pu-
19 tent pro veniali non posse fieri irregularem. † No-
to 2. Irregularitatem non incurri ob actum inter-
num, sed requiri actum subsequtum simul cum
animo; vterque enim consideratur, & actus, &
animus; ita vt si actus non sit sufficiens ad irregu-
laritatem, neque ideò sit sufficiens per animum,
Abbas in cap. significasti el 2. in princip. de homi-
20 cid. Noto 3. † In dubio iuris nemo censendus est
irregularis. Est autem dubium iuris, quando du-
bitatur, an sub talibus verbis legis illa irregulari-
tas, de qua agitur, contineatur; & ratio est, quia
22 possessio stat pro libertate. † Lex enim non obli-
gat, nisi sit sufficienter promulgata, nec per subdi-
23 tum stat quominus sufficienter promulgetur; † du-
bitanti autem ob legis obscuritatem an sub illa
contineatur pœna irregularitatis, & debita diligen-
tia adhibita ad eruendam veritatem ex legis
obscuritate; si adhuc perseueret dubium, illa
lex non est sufficienter promulgata, vel proposita;
ergo neque obligabit ita Rebellus part. 1. de
obligat. Iust. lib. 1. quæst. 2. sect. 2. Sayrus lib. 6.
cap. 2. num. 16. Suarez disput. 40. sect. 5. nu. 19.
Nauar. in sum. cap. 27. num. 193. Couar. in Clem.
si furiosus part. 1. initio num. 3. & alij. Noto 4.
23 † Irregularitatem, nisi adsit textus expressus illam
24 imponens, & indicans, non esse asserendam; † dum
autem adhibita debita diligentia, adhuc remanet
dubium, an in textu contineatur, non est sufficien-
25 ter indicatà. † Tandem si sit dubium de aliqua re,
& debita adhibita diligentia dubium non potest
expelli, quæ remanet, dicitur ignorantia inuinci-
bilis, quæ excusat à pœnis ita supracitati Doctores,
26 & infra etiam videbitur. † Aduerte tamen pro
dictorum intelligentia aliud esse dicere. An in
verbis legis sit pœna irregularitatis, aliud An in
lege, quæ manifestà includit irregularitatem, in-
cludatur casus particularis v. g. lex est lata tàm
obscuris verbis, vt rectè considerata, & ad legum
trutinam expensa adhuc remaneat dubium, an
irregularitatem contineat, & hoc est quærere, an
verba legis irregularitatem contineant. Quando
verò lex est clara, & clarè irregularitatem continet,
sed dubitatur, an sub illa particularis casus conti-
neatur, & hoc est, quod sibi vult secunda pars
distinctionis. In primo casu non constat sufficien-
ter,

tet, an lex sit lata, ideò possessio stat pro libertate, nec quisquam in tali casu erit censendus irregularis ob adlatas rationes.

27. † In secundo autem, cum possessio stet pro lege, censebitur irregularis secundum Regulam, quod in dubio melior est conditio possidentis, quæ non solùm verificatur in materia iustitiæ commutatiuę, sed & aliarum virtutum Sotus de iust. lib. 7. quæst. 3. art. 2. Sanchez de Matrim. lib. 1. disput. 9. Salas 1. 2. quæst. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. nu. 152.

28. Noto 4. † Dubium facti excusare à pęnis incurrendis, & in specie ab irregularitate dempta illa, quæ est ex homicidio; itaut qui dubitauerit se aliquem mutilasse, vel quid aliud simile fecisse, non debet reputare se irregularem; si verò dubitet se occidisse, debet se putare. Quia cùm versemur in odiosis, est facienda restrictio per regulam odia restringenda, quod verò in dubio homicidij debeat quisque putare se irregularem videtur decisum in cap. ad Audientiam, & in cap. significasti de homicid. qui textus cũ loquantur tantùm de dubio homicidij, ad alios casus non sunt extendendi, ita Sanchez in summ. lib. 5. cap. 10. num. 48. Suarez disp. 40.
29 sect. 6. num. 13. & alij. † Noto 5. Homicidium aliud esse voluntarium, aliud casuale. Rursus homicidium voluntarium aliud est absolutè, directè, & formaliter in se volitum; Aliud indirectè, & secundum quid: voluntarium simpliciter est illud, quod immediatè, & directò intenditur, & actio ad illud ordinatur, vt qui esse aliquem petit, & occidit, sclopulo laxata tota pilam emittit, & enecat, hoc dicitur simpliciter, & directè volitum. Homicidium verò indirectè volitum est illud, quod non intenditur; actio tamen, quæ fit, est talis, quæ de sui natura homicidium solet causare, vt qui vulnus in capite infligit animo tamen solùm vulnerandi, non occidendi. Suarez disp. 44. sect. 1. numer. 4. Homicidium autem casuale aliud est omnino, & simpliciter casuale; Aliud non omnino, & simpliciter casuale. Simpliciter, & omnino casuale est illud, quod neque in se, neque in causa est volitum directè, vel indirectè, vt homicidium commissum in ebrietate non præuisum, quod non est volitum in se; quia ebrietas tollit vsum rationis; non in causa, quia non præuisum, & nihilominus volitum, quàm non præuisum. Quod si fuit præuisum ante ebrietatem, & adhibita item fuit debita diligentia, ne sequeretur, vt auferendo arma &c. non censetur volitum, sed casuale; si verò non est adhibita debita diligentia ad præcauendum homicidium v. g. præuidens ex non amotis armis posse in ebrietate sequi homicidium, nisi amoueat, tunc censetur voluntarium in causa; & licèt huiusmodi homicidia sint casualia, quia non intenta in se, sunt tamen indirectè volita, quia volita in causa, dum præuisa non est amota, quod si non fuit præuisa, non dicitur voluntaria, vt si videat quidam arma, & præuideat ebrietatem, nisi etiam præuideat ex armis inferendum homicidium, etiamsi sequatur, non dicetur volitum, etiamsi arma non fuerint amota, quia non præuisa vt causa homicidij. Suarez disp. 45. sect. 6. numer. 1. Molina tom. 4. tract. 3. disp. 71. & 77. Homicidium autem, quod neque in se, neque in causa est volitum, non inducit irregularitatem ex cap. Lator, & ex cap. Dilectus de homic., & ratio est; quia homicidium non est mortaliter peccaminosum. Quod autem non est omninò casuale, sed volitum in causa, quia præuisum, & non impeditum, vt supra, inducit irregularitatem.

30 † Noto 6. Dantem operam rei illicitæ, & periculosæ homicidij, si debita adhibeatur diligentia, etiamsi ex illa actione sequatur homicidium, non ideò incurrere irregularitatem Nauar. de restit. lib. 2. cap. 3. nu. 362. Lessius de iust. lib. 2. cap. 9. dub. 15. Salon. 2. 2. cit. contro. 3. Suarez loco cit. num. 4. Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 3. cap. 10. numer. 13. qui vltimus habet hæc formalia verba. Neque referre videtur, vtrum aliquis operam dederit rei licitæ, vel illicitæ, cum etiam comparatione illicitè operantis homicidium fortuitum esse possit, si de tali euentu vel nunquam venit in mentem, vel etsi cogitauerit, tamen morali certitudine sibi persuasit procul abesse periculum; & ratio est, quia adhuc non est voluntarium. Aduerte tamen, quod potest quis peccare, ex eo quod dat operam rei illicitæ; quia dum illam exercet, illam vult, & tamen licèt peccet agendo, ex tali actu non contrahitur irregularitas; quia talis actio vel non est præuisa, vt occasio homicidij, vel si præuisa, ad illum præcauendum fuit adhibita debita diligentia, ne homicidium sequeretur. His præiactis fundamentis puto non difficile respondere propositæ difficultati.

31 Dico ergo † Clericum præbendo somniferum, vt potiretur muliere, peccasse mortaliter ob talem finem; at non peccasse mortaliter præbendo illud somniferum, licèt sit sequtus abortus; & ideò neque incurrisse irregularitatem. Primum est de se manifestum. Secundum autem cum sua sequela probo. Abortus, seu homicidium si sequatur ex actione etiam illicita, & periculosa homicidij, si debita sit præmissa diligentia, non est peccatum mortale ex supra notatis, nec inducit irregularitatem pariter ex datis; ergo iste Clericus licèt dederit operam rei illicitæ, & sic sequtus abortus; non ideò peccauit mortaliter peccato homicidij, quia debitam adhibuit diligentiam, & cum non peccauerit mortaliter, neque incurrisse irregularitatem dicendus erit, & patet ex dictis. Quod autem adhibuerit diligentiam, patet; quia pharmacopolæ dixit, vt aduerteret, & caueret, ne sequeretur abortus, quia mulier erat grauida, & à pharmacopola accepit responsum assecurationis; ergo debitam adhibuit diligentiam. Nec puto vlteriore indigere probatione, quàm posita, & illa, quæ ex dictis potest deduci. Punctus erit soluere sequentes difficultates.

32 Dices ergo primò † In cap. Tua nos de homicid. Monachus exercens chirurgiam adhibita diligentia secundum artem aperuit postema in gutture mulieris, & quia inde sequta est mors, Monachus declaratur irregularis; ergo ex actione illicita etiam adhibita diligentia, si sequatur mors, incurritur irregularitas, & textus videtur hoc clarè conuincere. Respondet primò Lessius de Iust. lib. 2. cap. 9. num. 15. Monacum illum fuisse declaratum irregularem ex præsumptione, quod non fuerit peritus in arte; & ideò licèt sibi videretur canonicè operari, re tamen vera à peritis fuit repertum ignauiter fuisse operatum. Respondeo secundò cum Sanchez de Matrim. lib. 9. disput. 32. nu. 55. & alijs hoc esse speciale; & à regula generali exceptum.

33 Dices 2. † Illa verba, quibus clericus respondit pharmacopolæ interroganti, an mulier prægnans esset validæ complexionis; videlicet Cosi, cosi, credo di si, indicant se non adhibuisse debitam diligentiam, quibus si addantur alia, quæ in mente sua dixit, nempè Intrauenga ciò, che vole, man-

darò à Roma &c. videntur omnino concludere non sufficientem fuisse adhibitam diligentiam, & consequenter clericum incurrisse irregularitatem.

34 † Respondeo primo dupliciter posse intendi homicidium simpliciter, & conditionate; simpliciter & absolute intenditur homicidium, quando talis actio agitur quæ absolute intendit homicidium & media adhibentur apta ad illud exequendum; Conditionate quando directe non intenditur homicidium, sed tamen fit actio periculosa homicidij, quod tamen ne sequatur debita adhibetur diligentia. Prima intentio homicidij, cum effectu sequto inducit irregularitatem: Secunda verò nequaquam, etiam si superaddatur illa intentio (intrauenga ciò che vuole mandarò &c.) quia non ex hoc tollitur quin debita sit adhibita diligentia monendo pharmacopolam vt caueat ob abortu, ex quo etiam colligitur quod non erat intentus, cum ergo ex parte clerici debita sit adhibita diligentia, ne sequatur abortus, nec somniferum est per se institutum ad abortum, sequitur quod per quæcunque verba vel per quoscunque conceptus quos clericus in sua mente formare potest nunquam efficiet, quod sufficiens diligentia non fuerit adhibita, nec talis discursus vllo modo augebit efficaciam illius causæ, & potest quidem illo conceptu peccare peccato mentali homicidij, at nunquam efficiet quod tale homicidium etiamsi sequatur sit inductiuum irregularitatis, sed requiritur præterea quod actio sit de se sufficiens ad homicidij effectum, quod non potest esse in casu nostro quia clericus adhibuit diligentiam sufficientem ne poculum somniferum esset fætui lætale. Respondeo 2. Neque illa verba (Cosi, cosi, credo che sia di buona complessione) quidquam faciunt neque simpliciter neque in casu proposito. Non in casu proposito, quia re vera mulier illa asseritur a fide dignis non solum infirmæ sed etiam robustæ complexionis. Neque simpliciter in quocunque casu quia sunt verba exprimentia quid medium inter validam & infirmam complesionem, & illud; credo di si indicat sibi non constare ex quibus pharmacopola debet colligere mediocritatem non validitatem complexionis, & credibile est etiam hunc formasse conceptum quia re vera potionem adeo leuem præbuit vt neque somnum induxerit. Remanet ergo quod licet clericus operam dederit rei illicitæ non sufficient; ad homicidium, non fit irregularis; imò etiamsi fuisset sufficiens ad homicidium quia debitam adhibuit diligentiam ne sequeretur, neque ex hoc capite potuisset incurrere. Nec quidquam releuat ille conceptus quia nullo modo potest reddere causam efficerem vel sufficientem

35 quæ de se non est talis. † Sed quæres an Clericus propinans potionem mulieri cum ista animo, succeda ciò che vuole mandarò à Roma, peccet mortaliter. Respondeo. Vel Clericus cogitabat tunc exponere se alicui periculo peccandi mortaliter, vel hoc non cogitabat. Si cogitabat vel putabat exponere se periculo peccandi mortaliter, licet opus in se non esset mortale esset tamen ex eo quia cogitans exponere se periculo peccandi, se exposuitate, & ideò decreuit mittere Romam pro absolutione dispensatione &c. si opus esset sin autem non putabat exponere se periculo peccandi. Dico ex illa actione in se considerata neque peccasse: Ratio est quia potio volita cum debitis diligentijs ne sequatur abortus non est peccaminosa mortaliter, ergo neque potest esse volita mortaliter & sicut in se licet homicidium vel abortus sequatur non est mortale peccatum ita neque licet dubitauerit inde sequi posse abortum vel homicidium, quia ad summum hoc est dare operam rei illicitæ, & periculosæ quod non esse mortale supra diximus, s. debita fuit adhibita diligentia ne periculum sortiretur effectum cum ergo hic debitam supponamus diligentiam illa verba, segua ciò che vuole, videatur facere hunc sensum debita est adhibita diligentia à me non est intentus abortus per se sequatur quidquid sequi potest per accidens potionem volo propinare. Ad illud verò, mandarò à Roma. Dico posse saluari, si fortasse Clericus putasse irregularitatem posse contrahi sine mortali, & de illa sola cogitauit, quod si aliam habuit intentionem de hoc iudicandum est secundum illam ego loquar tantum secundum naturam facti. Ratio ergo est ista approbatio abortus illis verbis non potest esse nisi vt sequi potest, sed non potest sequi ex natura actionis vt peccaminosæ mortaliter vt supra dictum est, ergo neq; eius approbatio potest esse peccaminosa mortaliter, probat enim vel potius non curat quod sequatur, quia non potest dici intentus abortus ex actione talibus diligentijs vallata, quod est velle actionem periculosam, & illicitam sed debita diligentia à periculo seruatam. Patet ergo prædictum Clericum non incurrisse neque reseruationem casus, neque excommunicationem, nec etiam irregularitatem; super est satis leuis obiectio sed in gratiam amici soluenda.

Clericus ex dictis si putabat se exponere periculo peccandi mortaliter præbendo potionem peccabat mortaliter ergo etiam ex illa actione effectus est irregularis, cum irregularitas ex homicidio contrahatur ex actione mortaliter peccaminosa. Respondeo, non satis esse quod actio sit putata peccaminosa mortaliter sed re vera debet esse talis ad pænas incurrendas, quæ non infliguntur ob mentis conceptum vel conatum sed ob effectum sequtum.

36 Secundò † si putauit ex actu etiam venialiter peccaminoso posse contrahi irregularitatē vtique dicendum erit contraxisse. Respondeo neque hoc sequi. Quia neque qui putat aliquid agendo se esse excommunicatum, nisi re vera sit talis; cogitatio excommunicationem non inducit. Præterea *Inflictio* pænarum non pendet à voluntate sed à lege, peccatum autem à voluntate cum ergo Doctores asserant a lege non infligi pænam vtique potest delinquens illam sequi sententiam iuxta ea quæ traduntur de electione opinionis.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur casus discutiendus.*
2 *Duplex lucrum ex eadem re non potest haberi, & quomodo hoc intelligendum num.* 20.
3 *Vnus potest representare duas personas.*
4 *Res possunt emi nomine proprio pecunia aliena, & fiunt ementis.*
5 *Limita in emptis pecunia Ecclesiæ quia fiunt ipsius Ecclesiæ.*
6 *Idem dicendum de pecunia pupilli.*
7 *Idem de pecunia militis.*
8 *Et de emptis a marito vel vxore pecunia sibi ab altero illorum donata qua enim tali pecunia emuntur non ementis fiunt sed illius cuius pecunia emuntur.*
9 *Limita tamen supradicta nisi talis pecunia esset alteri admissa, quia tali casu aliter est dicendum*

vt

vt hic asseritur.

10 *Emens alieno nomine & mandato aliquam rem, ea intentione vt res fiat mandantis mandatarius non potest excedere fines mandati, & si extedit tenetur de omni excessu.*

11 *Si mandans rem aliquam emi & statuat pretium res an possit lucrari aliquid mandatarius.*

12. *Mandatarius sua industria aliquod aquirens vel respectu personæ suæ an possit retinere.*

13 *Mandatarius quid possit lucrari re aliena ex spetialissima industria vt si habeat in mandatis quod res vendat in nundini Bergomi, intelligens pluris vendi Brixiæ si illuc trasmittat, & quid requiratur.*

14. *Mandatarius emens à se ipso res mandantis an licite agat, & quid possit lucrari.*

15 *Quid agendum cum sartoribus qui emunt res pecunia aliena, sed ex aliqua circumstantia minoris emunt, quid possint retinere.*

16 *An mandatarius teneatur emere rem sibi à mandante commissam ab eo mercatore, a quo scit minoris esse empturum respectu propriæ personæ, an satisfaciat emendo a quocunque, & quando tentatur.*

17 *Emptio rei propriæ non valet per textum l. suæ res, & l. si ea emptione §. rei suæ ff. de contrah. empt.*

18 *Quomodo sit intelligendum quod emptio rei suæ non valet, & explicantur dictæ leges.*

19 *Tribus dictis P. Nomine mandantis potest mandatarius emere à se ipso. 2. Potest emere nomine proprio merces septem, & vendere decem si sit iustum pretium. 3. Emens nomine proprio potest lucrari si vendat ementi & emendo à se ipso nomine mandantis potest lucrari quod meris est.*

20 *Respondetur explicando quomodo ex eadem re duplex lucrum non possit reportari.*

21 *Satisfit tot difficultats explicando modum istius negotij.*

Mercator à se ipso nomine alieno emit, & lucratur an licite.

XLI.

1 Titius † Romæ Mercator lanæ scribit Seio item mercatori lanæ Ianuæ dans illi in mandatis vt centum pondera lanæ emat præfigens tamen pretium decem aureorum in singulo pondere, & ne excedat. Seius adhibet diligentiam, vt lanam inueniat, & nullibi reperit emendam minori pretio decem aureorum vt habet in mandatis, sed casu offendit quendam alium mercatorem petit an venalem habeat lanam, & responso accepto quod habet paciscuntur inter se de pretio septem tantum aureorum in singula pondera Seius eognoscens euidens lucrum lanam non nomine Titij sed suo proprio emit, quam postea à se ipso emit nomine Titij & Romam trasmittit pretio tamen decem aureorum vt ab alijs mercatoribus communiter venditur insuper etiam, retinet duo in singula centum quæ solent dari illis qui negotiantur ex commissione. Querit nunc Seius an lucrum quod facit in lana, & insuper an simul etiam illud quod sibi retinet ex negotiatione ex commissione sit iustum, & quomodo in hoc se gerere debeat vt sit tutus in conscientia.

2 Videtur † non posse habere duplex lucrum. Quia ex eadem re non potest prouenire duplex lucrum vel enim Seius emit nomine Titij, & non potest iterum vendere Titio, quia iam nomine illius res est empta, & hoc casu illi competunt duo in singula centum sed non potest habere illud lucrum quod est à septem vsque ad decem. Vel emit nomine proprio, & vendit postea Titio, & hoc casu potest habere lucrum à septem vsque ad decem sed duo in singula centum non potest retinere quia non emit ex commissione Titij sed nomine proprio. Pro solutione.

3 Noto 1. † Vnum negotiatorem posse representare duas personas, ita vt eadem persona possit emere a se ipso nomine Titij, & vendere sibi ipsi nomine alieno & omnes alios similes contractus exercere. Vna enim persona potest duplicis iuris censeri respectu diuersorum l. Miles §. pro parte. de leg. 2. Gloss. in cap. Queritur 21. quest. 7. Abbas in cap. Sane, & ibidem Decius in 3. noc. de off. deleg. & alij multi quos citat Menochius de recupe. Rem. 1. num. 36. & Gratian. cap. 111. nu. 13. discept. for. & in terminis nostris Rota in vna Camb. Coram Sacrató die 2. Iunij 1615. in hæc verba. Licet Cardinalis vere non receperit ipse pecunias ad cambium à mercatoribus sed recepit mutuo, & dedit illis facultatem, & mandatum recipiendi quantitaté sibi mutuatam ad cambium ab alijs, vel à se ipsis (Ecce casum) quod de iure fieri potest. Rota Ianuensis, decis. 32. num. 30. Versu, & pro maiori, & num. 4. & decis. prim. num. 27. Simon de Prettis cons. 155. num. 58. & 59. Lupus de vsuris com. 1. num. 62. Nauar. de vsur. cons. 31. & fuit dictum in causa Romana seu Florentina camb. 12. Ian. 1615. Coram Dunezet, & merito quia dum ille qui habet in mandatis recipit litteras à se ipso representat personam mandantis ad not. ad l. etsi præter ff. de off. eius Signorol. cons. 64. num. 21. de Prætt. eodem cons. citato num. 6. Dum veró dat repræsentat propriam personam, itá in casu nostro. Dum ex persona Titij emit á se ipso Seius representat personam Titij dum ipse vendit sibi ipsi representat propriam personam vendens ergo est Seius emens est Titius representatiue, quod de iure fieri posse testatur supradicta deciso, & assentiuntur Doctores, & quotidiana experientia nundinarum comprobatur. Nullum enim est genus cambiorum hisce nostris temporibus magis frequentatum illo quod hoc modo fit.

Noto 2. Posse emi merces & quamcunque aliam rem pecunia aliena, & si emens intendat tam lucrum quam damnum, & tam damnum quam lucrum ad se pertinere sit verus dominus rei, licet pecunia qua emit sit aliena ex l. Si ex ea C. de rei
5 vendicat. † limitatur tamen in emptione quæ fit ex pecunia Ecclesiæ, quia quod tali pecunia emitur non ementis, sed ipsius fit Ecclesiæ, cuius pecunia
6 res emitur cap. 1. & 2. duodecima quæst. 3. † Idem dicendum de emptione facta pecunia pupilli, &
7 minoris l. 2. quando ex fact. tut. † & de emptis pecunia militis, l. Sicut proponis, & de rei vendica-
8 tio, & de emptio. † á marito vel vxore de pecunia sibi ab altero eorum donata si efficiatur non soluendo qui dono accepit l. vxor marito ff. de donat. inter viri, & vxorem, quæ enim tali pecunia emuntur, non illius qui emit sed fiunt illius cuius pecunia
9 emitur. † limita tamen prædicta omnia, si pecunia non fuerit alteri pecuniæ mixta, quia si pecunia Ecclesiæ fuit mixta cum alia vel ementis vel alterius vt pupilli, pecunia si misceatur cum pecunia tutoris, illis casibus res emptæ mixtis pecunijs transeunt in dominium ementium etiamsi emens

sit

ſit fur & latro l. Si alieni nummi ff.de ſolut. Ita An-
gelus theolog. verbo empt. nu. 12. Silueſt. eodem
verbo quæſt. 22. Rebellus de oblig. lib. 12.quæſt.4.
num. 12. & Reginald. lib. 25. num. 345. Noto 3.
10 † Qui rem alieno nomine, & mandato ita emit vt
res empta ſtatim fiat mandantis, mandatarius non
poteſt traſgredi mandatum quod habet, & ſi exce-
dat tenetur de exceſſu, & ideò ſi Titius committat
centum pondera lanæ emenda decem aureis in ſin-
gula pondera ſi pretium decem mandatarius exce-
dit tenetur de exceſſu l. mandati C. mandati, & l.
diligcoter ff. mandat. Molina diſp. 552. de iuſt. &
11 iur. num. 1. & alij. † Si verò mandans, mandata-
rio imponat vt decem inſumat in ſingula pondera,
& res poſſit èmi pretio, ſeptem, etiam apud alios
mercatores tunc mandatarius tenetur emere pre-
cio ſeptem non verò decem, quia pretium decem.
à mandante eſt appoſitum vt non illo maius, ſed vt
illo minus; niſi tamen omnes illas merces quæ ven-
duntur tantum ſeptem, nomine ſuo & animo quod
damnum, & lucrum æque ad ſe pertineat emeret,
& reliquarum currens prætium eſſet decem nec
apud alium mercatorem eaſdes merces pretio ſep-
tem poſſet habere, quia tenetur rem bene agere
mandantis, & quotieſcunque poteſt ſine ſuo præiu-
ditio, & non incommode illi afferre aliquod lucrum
ratione mandati ad illud tenetur. Molina diſp. 363.
Reg. lib. 10. nu. 608. & lib. 23. nu. 217. Rebellus
par. 2. lib. 9. quæſt. 18. ſect. vlt. num. 37. Leſſius
lib. 2. c. 21. dub. 18. Azorius 3.part. lib.8. cap.23.
12 quæſt. 8. † limita etiam, niſi mandatarius rem mi-
noris emeret vel ex ſpetiali ſua induſtria vel ex
eadem pluris venderet, quam vendant vel emant
alij mandatarij quia tunc poteſt ſibi retinere quid-
quid lucratur vel ratione ſpetialis induſtriæ vel
ratione cuiuslibet alterius reſpectus, vt quia ob
ſpetialem affectum quo ementes vel vendentes
vendunt illi vel ab alio emunt, vel quia miſeratione
moti aliquid de pretio remittunt vendendo, vel
carius emendo, vt etiam mandatarius aliquid
hauretur, nulli enim fit iniuria quia ſupponimus
pretium eſſe idem omninò quod eſset à quocunque
alio mandatario, & iure optimo exceſſum ſibi reti-
net quia non ratione mercis ſed perſonæ illud lu-
cratur. Quod verum eſt niſi mandans aliquid am-
plius iſti mandatario ſolueret vt iſtum exceſſum
ipſe haberet, videlicet quia ſcit illum emere aut
vendere maiori lucro quam emant aut vendent alij
mandatarij ideò plus illi tribuit vt illum augmen-
tum ſibi accreſcat quia tunc non poſſit mandata-
rius ſibi retinere quidquam,
13 † Multo magis poteſt ſibi retinere mandatarius
lucrum quod ex re ſibi commiſſa percipit ex ſua
ſpetialiſſima diligentia vt ſi v. g. mercator mandat
ſuo commiſsario ſuas merces vendi Bergomi in
nundinis ipſe autem intelligens maius fore lucrum
ſi mittat Brixiam, eas illuc mittit, quod lucratur
ſupra illud, quod Bergomi lucraretur, totum ſibi
poteſt retinere, ſi tamen periculum quod ex itinere
poteſt pati ad ſe ſpectare intendat, & expenſas ſibi
computet tenebitur ergo computare Domino
mandanti pretium quod in nundinis Bergomi cur-
rebat, exceſſum verò quod Brixiam eas adducendo
lucratus eſt poteſt ſibi retinere ita Reginald. loco
cit. num. 317. & Molina diſp. 363. vbi citat Silue-
14 ſtrum & alios. † Si verò mandatarius habeat in
mandatis vt rem vendat viginti, & hoc fit intra
latitudinem iuſti pretij, & emat à ſe ipſo eodem
pretio, & pretium ſoluat mandanti, quidquid
deinde ſua diligentia acquirat ad ſe pertinebit;
ratio eſt quia vt mandatarius vendens rem man-
dantis pretio à ſe taxato quod eſt intra latitudi-
nem iuſti non illi facit iniuriam, & poteſt à ſe ipſo
emere, vt ſupra dictum eſt ſequitur quod effectus
Dominus quidquid acquirit ſibi acquirat, Leſſius
lib. 2. cap. 21. dub. 18. num. 137. Silueſt. verbo
15 empt. quæſt. 24. & alij: † Ex dictis colliges quo-
modo ſit agendū cum ſartoribus qui res vel emunt
minoris quam alij emerent vel pluris vendunt ex
ſua induſtria vel ab effectum ad perſonam vel alia
ratione ſpectante ad perſonam ſartoris poſſe vide-
16 licet illud ſibi retinere. † Neque admitto doctri-
nam aſſerentium mandatarium qui reperit in vna
officina merces pretio viginti pretio currenti, illas
reperturus in alia pretio tantum decem & octo,
habita ratione perſonæ mandatarij teneri emere in
ſecunda officina, quia mandanti tenetur tantum
de diligentia mandatarij non verò talis perſonæ,
& ideò neque illam tenetur adhibere limita tamen,
vt in caſu ſupradicto niſi mandans mandatario
maius exhiberet ſtipendium ob iſtas ſuas qualita-
tes vel diligentiam.
17 Dices probans, quod mandatarius non poteſt
emere à ſe ipſo: Emptio rei propriæ non tenet neq;
valet ex leg. ſuæ rei, & leg. ſi ex emptione ſ. rei
ſuæ ff. de contrahendi empt. ergo neque iſta emptio
18 valebit. † Reſpondeo caſum illius legis eſſe valde
differentem ab eo de quo nunc agimus, nam ibi lex
decidit quid ſi res mea ſit penes alium, & ego illam
emam ſciens ſiue ignorans eſſe meam emptio non
tenet ſed poſſum ſemper à venditore pretium re-
petere, quia iniquum eſt me ſoluere pretium rei
meæ. In caſu autem noſtro longe aliter res ſe ha-
bet. Nam non ego nomine meo emo rem meam
ſed ego nomine alieno, quod ſupra poſſe fieri pro-
batum eſt, & ideò ceſſat etiam ratio legis quod ſit
iniquum me ſoluere pretium rei meæ, non enim
ego nomine meo ſed ego nomine alieno ſoluo,
quod non eſt iniquum quia eodem modo pretium
rei à me ipſo nomine alieno recipio ac reciperem à
quocunque alio. Lex ergo loquitur quando pretium
ſoluo rei meæ cum damno meo. His poſitis funda-
mentis facilè puto poſſe ſatisfieri quæſitis.
19 Dico ergo, Scium poſſe emere à ſe ipſo nomine
mandantis: 2. poſſe emere nomine proprio lanam
quæ valet ſeptem aureos & poſtea vendere man-
danti decem: 3. Ratione iſtius contractus vt man-
datarium poſſe retinere duo, vt moris eſt in ſingula
centum. Primum patet ex deciſione Rotæ ſupra
allata, & ex communi vſu mercatorum. Secundum
probo, quia Commiſſarius ipſe eſt mercator, nec
habet in mandantis emere magis ab vno quam ab
alio, ergo poteſt emere etiam à ſe ipſo, nec facit
iniuriam mandanti quia rem illi vendit iuſto pre-
cio, neque tenetur tradere illi lanam quam pretio
ſingulari reperit nempè ſeptem in ſingula pondera,
cum ex ſuo officio teneatur tantum prouidere
mandanti merces currenti pretio, nec vlla eſt aſſi-
gnabilis ratio, quare lanam illam teneatur emere
potius pro mandante, quam pro ſe ipſo. Hoc enim
Commiſſarij, vel mandatarij nomen non importat:
Tertium pariter probo quia ſi emiſſet à quocunque
alio mercatore poſſet illa duo in ſingula centum re-
tinere ergo etiam ipſemet à ſe ipſo. Vbique enim
eſt eadem ratio.
20 Ad illud verò quod in principio obijciebatur
nempè neminem poſſe reſpectu eiuſdem rei lucrari
duobus titulis. Reſpondeo eſſe omnino falſum.
Quia vendens rem alicui ſuſpecto de fuga poteſt
lucrari reſpectu mercaturæ, & reſpectu periculi, vt
communiter

communiter fatentur Doctores Sā verbo venditio num. 3. Nauar. de rest. lib. 3. cap. 2. numer. 98. Medina Cod. de reb. rest. quæst. vlt. & alij, & in proposito. Si quis mercator accederet ad Seium, & ab illo peteret lanam, quam Seius venderet, & ex venditione lucraretur deinde ei committeret vt Romam mitteret nonne posset etiam hoc lucrum percipere? quare ergo non poterit etiam in casu nostro. Tandem si mandatarius lanam emeret ab alio mercatore nonne mercator vendens posset lucrari ex venditione? nemo negabit, & mandatarius nonne posset sibi retinere pretium debitum officio commissionis etiam hoc concedetur; quare ergo emens à se ipso vt mandatarius non poterit lucrari ratione sui officij, & vendens nomine proprio non poterit pariter lucrari ratione mercaturæ. Cum idem possit sustinere personam duorum vt supra iam satis dictum est.

Remanet ergo, quod idem mercator potest emere à se ipso nomine mandantis potest emere ab alio viliori pretio nomine proprio, & vendere mandanri pretio maiori potest emere à se ipso nomine mandantis, & vt vendens potest lucrari ratione mercaturæ ergo vt emens potest lucrari vt mandatarius ob negotium gestum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula testamenti, & tenor epistolarum quæ sunt fundamentum difficultatis.*
2 *Soluere legata ex bonis hæreditatis non pertinet ad vsumfructuariam sed ad hæredes.*
3 *Honoratus in vno potest grauari in alio.*
4 *Expenduntur per multa legati, & epistolarum verba.*
5 *Nemo est censendus prædiligere vxorem suam diuitem, animæ suæ.*
6 *Anima cæteris omnibus est præferenda.*
7 *Ad hoc vt quis teneatur ad exequutionem operis pij sufficit quod de obligatione illi constet in foro conscientiæ.*
8 *Litteris propria manu disponentis scriptis creditur ad pias causas.*
9 *Legata quæ non annuatim, sed vnica tantum vice soluuntur non ad vsumfructuariam sed ad hæredem spectat.*
10 *Secundum opinionem testatoris eius voluntas exponenda est.*
11 *Debita sunt soluenda ab hærede.*
12 *Quomodo colligatur aliquem esse institutum exequutorem legati vel testamenti.*
13 *Resolutio totius difficultatis.*
14 *Respondetur aliquibus obiectis.*

An Missa sit instituenda ex vsufructu, vel hæreditate expenduntur legatum, & Epistolæ.

XLII.

1 POst hæredis institutionem clausula institutionis Capellaniæ hæc est. Lascio per ragione di legato in rimedio dell'anima mia in caso che le cose mie, & i miei negotij vadino prosperi, come spero nel Sig. le debba dare felice progresso che pagati prima tutti i debiti, e legati d'ogni sorte, e ritrouandosi dinari di sopra più che la Signora N. mia moglie possa se à lei parerà di farlo, dare scudi mille, e quattrocento che doueranno essere posti à censo ouero doueranno essere inuestiti in buona proprietà per fare celebrar vna Messa, all'Altare di N. e questo parendo à detta mia moglie di farlo; mà non possa essere astretta à ciò da alcuno, ne obligata solo in tanto in quanto parerà à lei di farlo. His dispositis in testamento se contulit negotiationis causa in longinquas regiones, vbi recolens quod disposuerat dictæ suæ vxori duas dedit epistolas, quarum tenor quod ad hoc spectat est; primæ. Auisandoui, che nel mio testamento se bene hò detto voler la Messa cola conditione, se i negotij passauo bene. Hora vi dico, che m'intendo che la Messa sia posta in buona forma, e questa mia volontà preuaglia à tutti i lassiti, e gli heredi habbino poi patienza di pigliar l'auuanzo, e se non hauerete altro buon mezzo, assegnate al Capellano i beni di N. che saranno à bastanza: Secundæ verò epistolæ est: Vi replico il già scritto. Voglio che il lasso della Messa preceda à tutti gli heredi. Non hò saputo ben mettere il testamento, e perciò lo replico. Nunc venit casus quod Domina N. vxor legatarij, & vsufructuaria in exequutionem voluntatis mariti vult Missam instituere, & fundare Capellaniam, & oritur difficultas stante hac dispositione ex quibus bonis, vsufructuariæ, an verò hæredum sit instituenda ac fundanda.

2 Et videtur colligi ex dispositione legati esse fundandam ex bonis vsufructus non hæreditatis 1. Quia vsufructuaria non potest soluere legata ex bonis hæreditatis, sed ista soluere pertinet ad hæredem Couar. var. res. lib. 2. cap. 2. num. 7. Cum ergo imponatur vsufructuariæ quod instituat Capellaniam, vtique intelligendum erit de proprijs bonis, idest vsufructus, non verò de bonis hæreditatis, cum in illis nullo modo possit se immiscere. Et facile potest esse quod honorata de toto vsufructu grauetur in institutione capellæ † quia in vno
3 honoratus potest in alio grauate l. ab eo. C. de fideicom. l. si facit & l. si sic ff. de leg. 3.

4 2. Verba illa. Se cosi le parerà &c. Non possa essere astretta, directa in Dominam vsufructuariam significant summam libertatem, quæ omnino esset superflua si ex bonis hæreditatis Capellania fuisset instituenda, cum hoc vrgeret in damnum hæredum, non vsufructuariæ, dicendum est ergo quod legans intendit fieri ex bonis vsufructus, sed quia inuitam non vult grauare vxorem, ideò hanc illi dat summam libertatem. Deinde quomodo possent verificari illa verba, Non possa essere astretta, si ex bonis hæreditatis fuisset instituenda certè non hæredes illum cogent qui etiam ea inuiti soluunt quę tenentur soluere legata, & cum ad vxorem vsufructuariam nihil de hæreditate, neque apparet quorum ista libertas, ergo dicendum, quod instituenda sit ex bonis vsufructus.

3. Illa verba. Se i miei negotij andaranno bene non possunt verificari de Capitali, sed tantum de vsufructu, nam quidquid emolumenti ex negotijs percipitur totum spectat ad vsumfructum ergo si vult haberi respectum ad bonum exitum negotiorum, & hic spectet ad vsumfructum vtique dicendū est quod intendat grauare vsumfructum hac institutione Capellaniæ.

Quod si dicas ex his non bene inferri, testatorem velle agrauare vsumfructum, ita vt de eo sit instituenda Capellania, quia dicta possunt intelligi etiam de hæreditate; Nam licet etiam de hæreditatis bonis instituatur Capellania, adhuc de vsufructu vxotis detrahitur, quia hæreditatis diminutione diminuuntur etiam reditus, & ita etiam vsufructus. Respondetur hoc non esse dicendum ex du-
5 plici capite. † Primo Quia hoc modo prædilexisset vxorem

vxorem non inopem sed diuitem animæ suæ quod
6 absurdum. † Quia anima cæteris omnibus est præferenda l. Sancimus C. de Sacrosf. Eccles. & Cap. Cum infirmitas de pœnit. & remission. 2. Quia dato quod vxorem in hoc animæ prædilexisse, certe si intendisset grauare hæreditatem, saltem post mortem vxoris debuisset absolute, & absque dependentia cuiuscunque voluntatis cogere hæredes ad institutionem; quod cum non fecerit, necessario videtur dicendum velle institui Capellaniam ex vsufructu, & ideò enim maxime diliget et vxorem, nolle eam grauare nisi assentientem. Quod etiam confirmatur quia vsufructus erat pinguis, hæreditas tenuis, quia maior redditus huius vsufructus erat ex rainnifodinis, ex quibus ab Imperatore ad decennium conductis per id tempus percipiebantur fructus ex illo negotio, decennio verò elapso insumpti nummi in illis conducentis non amplius ad hæredes pertinebant, sed illud capitale extinguebatur reliquum verò hæreditatis inter multos diuidendum erat satis tenue, & ideò colligitur quod potius vsumfructum quam hæreditatem voluerit grauare. Quod etiam probatur. 4. Ex Epistolis, vbi habetur; auuisaudoui, che nel mio testamento se ben hò detto volet la Messa cola conditione se i negotij passaranno bene; hora vi dico che m'intendo che la Messa sia posta in buona sotma, e questa mia volontà preuaglia à tutti i lassiti, e gli heredi habbino patienza di pigliar l'auuanzo, ex quibus talis conficitur ratio. In primo casu, videlicet si negotia fæliciter succedent non addidit ista verba, e gli heredi habbino patienza, sed tantum in secundo, vbi absolute vult Missam institui quocunque modo res negotiorum si habeant ergo signum est, quod in casu felicis successus negotiationis non intendit grauare hæredes, sed tantum in casu quo res male se habeant. 5. Sunt adeò clara verba testamenti vt videantur auferre omnem dubitandi occasionem; ita enim habet, in caso, che i miei negotij vadino prosperi come spero nel Signore lascio che pagati i debiti &c. ritrouandosi dinari di sopra più &c. ergo manifeste colligitur, quod in casu fœlicis euentus negotiorum vult grauare vsumfructum in casu verò infelicis exitus vult grauare hæredes, & hoc est, quod scribit in Epistolis, & ita cum testamentum non sit reuocatum solemniter habebit hoc modo suum effectum, & mulier admonita per Epistolas poterit cogere hæredes in
7 casu infelicis euentus ad institutionem quia † cum institutio Capellaniæ sit opus pium sufficit constare de mente testatoris ad obligandum in conscientia Couar. Cap. Relatum num. 8. Vasquez in opus: de test. cap. 13. & alij communiter, Nihil igitur aliud important epistolæ nisi declarationem mentis testatoris in casu quo res non prospere se habeant remanente testamento in suo robore si prospere succedant. 6. Tandem videtur probari. Quia testamentum solemne debuisset reuocari per aliud testamentum vel saltem per codicillos explicari, quia epistolæ vxori scriptæ non datur fides, quod cum non fecerit dicendus est permanere in testamentaria dispositione. Si enim voluisset grauare hæredes ad hæredes non ad vxorem scripsisset vel codicillos condidisset.

Dices in testamento reliquit omnimodam libertatem vxori Missam instituendi; ideò etiam illi significat, de quibus bonis velit prouideri. Respondetur tamen, quod libertas concessa mulieri in testamento est ampla quoad instituendam, & non instituendam Capellaniam; sed coarctata, & restricta ad earum, quo res prosperè succedant. At in testamento nullam habet libertatem in casu, quod negotia prosperè procedant disponendi de bonis hæreditatis in institutione dictæ Capellaniæ.

8 Dices 2. constare hoc posse ex litteris, quibus est credendum ad pias causas, cum constet esse scriptas manu propria testatoris. Ad hoc etiam respondetur dupliciter. 1. Ex litteris nihil haberi, nisi quod in casu mali euentus negotiorum hæredes Capellaniam ex hæreditatis bonis patiantur institui, nihil autem in casu, quo res prosperè succedant. 2. Respondetur duo, & hoc casu posse considerari, vnum, quod Missa sit instituenda; estque ista institutio pia causa, alterum quod sit instituenda ex bonis vsufructus, vel hæreditatis, hæc est quæstio prosana; & ideò licèt teneantur hæredes credere epistolis, quod in casu infelicis euentus negotiorum ex bonis hæreditatis teneantur instituere ipsi Capellaniam; non tamen tenerentur credere epistolis, etiamsi dicerent, quod etiam in casu prosperi euentus ex ijsdem bonis teneantur instituere, cum in testamento sit expressum contrarium, neque constet esse reuocatum. Possunt enim præsumi illæ epistolæ importunis precibus extortæ; si enim contra testamentum voluisset grauare hæredes, epistolas ad eos direxisset.

Hæ sunt rationes, quibus probatur pertinere ad vsufructuarium instituere Capellaniam; sed aliæ sunt, quæ pariter probant spectare ad hæredes.

9 1. Legata, quæ non annuatim, sed vna vice tantùm soluenda sunt, non ad vsufructuarios, sed spectant ad hæredes Couar. lib. 2. var. cap. 2. nu. 7. & alij communiter: sed hoc legatum institutionis Capellaniæ, non est annuum, sed vna vice soluendum ex verbis testamenti, che si debbano impiegar mille, e quattro cento scudi, ergo ab hæredibus, non ab vsufructuarijs erit soluendum.

2. Verba secundæ epistolæ sunt clarissima. Voglio, che il lasso della Messa preceda à tutti gli heredi, non hò saputo ben mettere il testamento. Quæ quomodo onus reijcit in hæredes, & derogat testamento; quotiescumque autem constat de mente testatoris, illa omnino sequenda est per ea,
10 quæ communiter tradunt Doctor. † & secundum opinionem testatoris eius voluntas intelligenda est, Bald. in l. vlt. §. 1. num. 22. Cod. comm. de leg. Ludouis. decis. 544. numer. 32. cum ergo ex epistola eius manu scripta, cui standum est ex supra dictis, cum sufficiat scire mentem testatoris, & testes non adhibeantur ad obligandum, sed tantùm ad probandum, quod à testatore dispositum est ad pias causas.

3. Ex illis verbis pagati i debiti &c. ritrouandosi dinari di sopra più &c. Vbi apertè colligitur dominum legantem velle Missam institui ex ijsdem
11 ummis, ex quibus vult debita solui. † Sed debita sunt soluenda ab hærede l. Hæres in omne ff. de acquir. hær. & ita communiter; ergo legatum institutionis Missæ erit exequendum de bonis hæreditatis.

Neque releuat, quod scribat vxori, non verò hæredibus; quia vxor est veluti exequtrix huius vltimæ voluntatis Domini testatoris; & ideò illi scribit, & dat in mandatis, quæ habeat agere, confectum autem testamentum potest testator explicare, etiamsi nouum testamentum non condat, & ad causas pias sufficit, quod constet de eius voluntate, vt sæpius dictum est. Cum ergo ex litteris manu sua scriptis constet se velle institui Missam ex bonis hæreditatis, ex illis itaque erit instituenda,

12 da, † quod antem sit instituta legati exequtrix Domina vsufructuaria, patèt ex serie testamenti, & per ea, quæ ponderat Ludouis. decis. 544. Quid in hac re dicendum.

Ego vt rectè sententiam meam feram, suppono primò Dominum testatorem fuisse sanum, & absq; vlla infirmitate; ex quo infero potuisse sperare, quod multum lucri adferret negotium tempore vitæ suæ. Secundò obseruo illum modnm dicendi, solutis debitis, si nummi supererint, possit dare scnta 1400. &c. quod significat esse extrahenda è capitali negotiationis; quia damnum erat pertinens ad capitale, lucrum verò ad vsumfructum.

13 Nunc dico † Capellaniam esse instituendam ex nummis negociationis, si qui supererint solutis debitis ante omnia alia legata, quod debeat institui ex bonis ex negotio extractis, patet ex testamento, quod ante omnia alia legata, patet ex epistolis, quibus est fides adhibenda, quia legata nulla indigent solemnitate, neque vt instituantur, neque vt tollantur; sufficit enim quocunque modo sciri testatoris, seu legantis voluntatem, semper tamen institutio Capellaniæ est facienda de bonis, quæ pertinent ad hæredes, & vsusfructus ad legatarias, quod si ex negotio non supererunt nummi, assiguanda erit ptoprietas ab ipso testatore nominata: & si ista vel non sufficiet, vel erit ad alium vsum implicata, alia bona erunt oneri Capellaniæ subijcienda; semper tamen ex illis, quorum proprietas ad hæredes, & fructus ad vsufructuarias spectabunt. Hoc videntnr probare rationes superpositæ, & posito quod Domina N. vxor sit electa exequtrix, vt constat ex tenore testamenti, istius piæ dispositionis cessant omnia obiecta in contrarium.

14 Ad ea verò, quæ dicebantur, quòd institntio Capellaniæ est causa pia; ad quem verò spectet illam dotare esse causam profanam. Respondeo testatorem esse Dominum suorum bonorum, & posse disponere, prout sibi magis libuerit, & totum hoc esse causam piam: volo Capellaniam institui de talibus bonis: neque est necessarium reuocari testamentum, vel noua facere codicilla; Sed sufficit quocunque modo sciatur legatum esse factum, vel esse renocatum, quæ infra latius patebunt in simili legato à patre reuocato.

Ad illud, quod dicebatur legata esse sumenda de manu hæredis. Respondetur verum esse, idest quod legatarius non potest propria auctoritate legata sumere: vel 2. Quod legata sunt sumenda de mann hæredis, nisi legatis exeqnendis sit datus exequntor; quia tali casu pertinet ad exequutorem legata exequi,

Reliqua facili soluentur adhibita distinctione tradita, & ita sentio pro veritate.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.*
2 *Quædam obseruatio.*
3 *Bona filij familias quadruplicia, & quæ.*
4 *Bona castrensia quæ sint. 5. Et quæ reducantur ad hoc genus peculij.*
6 *Quid sit peculium quasi castrense. 7. Et quæ reducantnr ad istud.*
8 *Donata filio familias militi adnocato &c. ad quod genus bonornm redncantur.*
9 *Quid si donans protestetur se dare, vt fiant castrensia, ista protestatio efficit, quod vsusfructus non acquiratur patri; & redditnr ratio.*
10 *Vitiato expresso non vitiatur tacitum.*
11 *Quomodo differant aliquid esse aptum, & posse esse aptum in proposito eorum, quæ donantur.*
12 *Libri donati à patre filio nondum Doctori, sed Studenti non fiunt de castrensibus, vel quasi.*
13 *Erunt tamen, si fuerit Doctor, nec possunt renocari.*
14 *Libri donati à patre filio studenti, si, ante mortem patris filins fiat Magister, vel Doctor, fiunt filij.*
15 *Quod sit peculium aduentitium.*
16 *Quæ bona reducantnr ad istud.*
17 *Quæ sint bona præfectitia.*
18 *Acqnisita ex pecunia patri sublata occultè ad quæ bona reducantnr.*
19 *Quædam difficultas contra dicta.*
20 *Acquisita ex cultura agri paterni, & pecnnia etc. cuius sint. 21. Et quid &c. si filins lucretur sine suo labore. 22. Resoluitur hoc quæsitum.*
23 *Bona dotis acquisita à filio ob mortem vxoris, ad quæ bona reducantur.*
24 *In dubio acquisita à filio an præsnmantnr ex industria, an ex bonis patris.*
25 *Acqnisita à clerico filiofamiglias ad quod genus bonornm reducantur.*
26 *Quod ius habeat pater in bona castrensia filij.*
27 *Quomodo filius possit de istis testari; & an valeat testamentum patre præterito; & qnid de testamento patris præterito filio.*
28 *In bonis aduentitijs qnid iuris habeat pater.*
29 *Quid de bonis filij emancipati.*
30 *Quid iuris habeat pater in peculio profectitio.*
31 *An frnctus peculij aduentitij percepti à filio patre viuente, eo mortuo sint conferendi cum alijs fratribus.*
32 *Vsufructuarius non transmittit fructus ad hæredes.*
33 *Pater à filio non exigens frnctus sibi debitos censetur remittere, nec potest amplius repetere.*
34 *Et ista est quædam remissio lucri, quæ fit de die in diem, & valet ab initio.*
35 *Remittenti ius suum non est amplius dandus regressus,*
36 *Ista remissio vsusfructus non est donatio; sed quædam iuris renunciatio; & ideò non indiget confirmatione morte intercedente, sed statim valet.*
37 *Pecnlium aduentitinm licèt pertineat ad patrem, illud tamen non potest alienare, & si alienet, vel reddat deterius, agit filius ad vtrumque.*
38 *Sola patientia patris permittentis filio percipere fructus sufficit ad eum liberandum, & ad indncendam remissionem: intellige de perceptis.*
39 *Tacitus consensus restringitur ad actnm factum.*
40 *Si tamen consensus feratur in plenum dominnm, intelligitur etiam de futuris.*
41 *Repudiante patre hæreditatem filio delatam, & acceptante filio, fructus fiunt filij.*
42 *Resoluitnr dubitatio.*
43 *Quæ bona sint conferenda in dinisione, quæ fit inter fratres.*
44 *Quid de lucro filij.*
45 *Quomodo sit facienda dinisio inter fratres.*
46 *Diuisionis causa est præcedens communio.*
47 *Quid sit societas.*
48 *Contrahitur societas solo consensu, neque requiritur scriptnra.*
49 *Quotuplex sit societas.*
50 *Maximè refert cognoscere, quæ sit societas contracta.*
51 *Mortuo socio societas est finita; etiamsi contrarium pactum esset expressum.*

52 *Societas re, & verbis contrahitur, & eodem modo continuatur.*
53 *Quid seruandum in fraterna societate.*
54 *In dubio, an societas sit vniuersim omnium bonorum vel particularis, præsumitur particularis.*
55 *Etsi fratres post mortem patris viuant in communione bonorum, & negotij, non ideò censentur in communione vniuersim omnium bonorum.*
56 *Etiamsi pater disponeret, quod in communione bonorum, & negotio viuant fratres.*
57 *Frater, qui nupsit, potest in diuisione extrahere quidquid occasione dotis adlatum est.*
58 *Omnia mobilia, & immobilia, torques, aurum, argentum &c. potest extrahere.*
59 *Debet tamen constare de identitate; quia nisi probetur identitas, præsumitur pluralitas.*
60 *Potest etiam extrahere omnia donata coniugi tempore nuptiarũ, Filijs tempore Baptismi &c. At tenetur maritus fratribus de eo, quod pro filijs redonatum est.*
61 *Fructus dotis non repetit Maritus.*
62 *Expensæ factæ à fratre, vt Matrimonium suum sortiretur effectum, vel ad sustinendas inimicitias illius causa contractas sunt reficiendæ societati.*
63 *Quæ vestes debeantur, quæ non.*
64 *Expensæ factæ in infirmitatibus vxoris occasione partus, & Baptismi, nisi sint magnæ, spectant ad fraternam.*
65 *Expensæ funeris vxoris spectant ad maritum, & eo mortuo ad filios, & tandem ad hæredes.*
66 *Frumentum à fraterna datum pro seminando fundo dotis, licèt fructus pertineant ad fraternam, an sit restituendum in diuisionem; & quæ ratio sit habenda in vltimo anno.*
67 *Taleæ, agrarium, & campaticum spectant ad fraternam.*
68 *Expensæ in itineribus voluntarijs, in ludis &c. si magnæ sint, spectant ad illum, qui eas fecit.*
69 *Expensæ factæ in planctandis vitibus in fundis dotalibus pertinent ad fratrem, cuius est vxor; si de recenti sint planctatæ; si multum temporis intercessit, æstimantur vites tempore diuisionis.*
70 *Diuisio fructuum facienda est ad ratam temporis.*
71 *Expensæ factæ à patre, dum viueret in ornamentis sponsæ ad quem pertineant.*
72 *Pecunia data à patre filio pro studijs an sit imputanda.*
73 *Item expensæ, vt fiat equus militensis, vel alterius ordinis.*
74 *Expensæ prædictæ sunt debitæ, non donatæ.*
75 *Fratres defuncto patre an teneantur subministrare expensas pro complendis initiatis studijs.*
76 *Si quando filius teneretur fratribus pro armis, & libris, non teneretur reddere, sed tantùm soluere pretium secundum æstimationem temporis, quo fit diuisio.*
77 *Frater mortuo patre negotiationi exponens paternas pecunias, cui lucretur.*
78 *Societate finita, si quæ adhuc remaneant indiuisa, lucrum inter fratres diuidetur.*

Acquisitum ex fratris industria durante communione an sit cum fratribus diuidendum.

XLIII.

1 CArolus adhuc patre viuente nihil secum deferens ex ijs, quæ patris, vel matris sunt, nec cuiusquam alterius, sed pauper, & vt dicam, nudùs, & omni domestico auxilio destitutus Venetias proficiscitur, ibi, suis laboribus, & industria eam pecuniæ quantitatem lucratur, quæ satis est ad emendum quoddam officium, quod dicitur communiter (di sensaria) quod exercens breui temporis spatio multas facultates comparat. Hoc audito fratres domi, in sua paupere torpentes aliena industria, & labore sperantes ditari, fratrem adeunt, petentes acquisita per eum secum diuidi, cum inter ipsos nulla facta sit bonorum diuisio, sintque in communione omnium bonorum. Negat Carolus asserens illa esse bona sua sola industria parta, ideò non cum illis communicanda. Quæritur quod iuris in hoc.

2 Pro solutione aduertendum est, an ista diuisio petatur à patre ipso viuente, vel petatur à fratribus mortuo patre. Rursus si petatur à fratribus mortuo patre, an petatur diuisio eorum, quæ frater acquisiuit mortuo patre, vel eo viuente. Hæc ad infra dicenda sunt maxima obseruanda. Vt autem proposita difficultas quæ frequens est plane habeatur.

3 Noto, Bona filiorum esse in quadruplici differentia. Alia enim sunt castrensia, alia quasi castrensia, alia aduentitia, alia profectitia Glossa in l. cum oportet, verbo exceptis castrensibus Cod. de bonis quæ liber. quæ bona solent etiam dici peculium filiorum, quasi sint pusilla pecunia, siue pusillam
4 patrimonium l. Depositi ff. de peculio. † Peculium castrense dicitur illud, quod à parentibus aut cognatis, aut alijs donatur degenti in militia, vel quod ipse filius familias acquisiuit in militia, quod nisi militasset, non fuisset acquisitus, nam quod etiam non militando fuisset acquisitus non dicitur peculium castrense l. castrense ff. de pecul. castrens.
5 cum ibi not. † Ad hoc peculium reducitur quidquid est acquisitum in bellis tam maritimis, quam terrestribus, tam à seruis, quam à Dominis, & nomine militum veniunt etiam Gubernatores ciuitatum Castellorum exercituum &c. l. vlt. Cod. de castrens. pecul. lib. 12. ex l. 1. §. Item in nauarcho ff. de bonor. poss. Computatur etiam inter bona castrensia quidquid acquirunt filij eo quod versentur in famulatu, vel in palatio regio, & quidquid detur à partibus filijs, vt insumatur in seruitio Principis, vt quidquid ludendo, & negotiando filij acquirunt, ex bonis castrensibus computatur inter bona castrensia, v. g. filius militando acquirit mille, deinde domum reuersus ludo, vel negotio illis mille alia mille leuatur, ista etiam inter castrensia computentur l. pater militi §. si seruus ff. de castrensi peculio vbi habetur quod si seruus spectat ad castrense peculium filij, & aliquid acquirat, illud cedit castrensi peculio.

6 Peculium quasi castrense dicitur illud, quod acquirit filius familias ex artium liberalium professione, ex publico munere, aut ex functione aliqua, ex causarum patrocinijs, & Sacerdotiorum prouentibus, ita Doctores in l. fin. C. de aduocat. diuers. iud. l. Cum oportet. C. de bonis quæ lib. l. Cum

antiquis

antiquis Codic. de inoff. test. Huiusmodi sint bona, quæ acquirunt filij familias exercentes munus tabellionatus, iudicis, medici, & qui docent aliquam ex septem liberalibus disciplinis, aut Theologiam,
7 ius Pontificium, vel ciuile, aut medicinam: † Ad huiusmodi bona spectat etiam stipendium, quod acquireret, qui ob bonum publicum doceret artem nauticam vel equæstrem &c. Si stipendium è publico esset constitutum, requiritur enim, quod stipendium sit publicum, & causa publica leg. vlt. Cod. de inoff. test. Hinc fit, quod acquisita per carpentarios, lapicidas, fabros lignarios, & ferrarios, & alios huiusmodi artifices, qui laborant quidem in rebus publicis, & communitatis, & etiam habent stipendium à communitate, non connumerantur inter bona quasi castrensia, quia deest causa publica l. quod officium sit publicum Salicetus asserit, quod acquisita per ingeniarios communitatum, & aliorum Dominorum sint computanda inter castrensia ob leg. fin. Cod. de inoff. test. ita Angelus Theolog. verb. Peculium numer. 6. habetur etiam pro castrensi quidquid acquirunt aduocati aduocando licet salarium non sit ex publico, & detur à clientibus, quia causa est publica, & stipendium clientum succedit in locum stipendij publici l. fori tui Cod. de aduoc. diuer. iud. Idem dicendum etiam de vestitis ijsdem aduocatis pro emendis libris, idem
8 Ang. num. 7. † An verò ad huiusmodi bona pertineant, quæ donantur filiofamilias aduocato, militi, vel aliud publicum officium habenti sine expressione causæ ob quam illa donantur. Respondetur, quod aut donantur apta eorum officijs, vt militi, arma, equus, &c. aduocato libri &c. & tunc in dubio dicentur pertinere ad castrensia, vel quasi castrensia, Bart. in tract. de duob. fratr. & probatur ex l. miles §. præcipue, & leg. castrense ff. de castr. pecul. Aut donantur non apta, vel non necessaria officio, & tunc nec erunt castrensia, nec quasi castrensia;
9 † & hoc verum est etiamsi donans protestetur donando se dare vti sint castrensia, vel quasi castrensia: l. si forte ff. de castren. pecul. & ibi diuus, & l. 1. Cod. eodem tit. & Bartol. in tract. de duob. fratr. asserit, quod talis expressio nunquam faciet illa bona esse castrensia, quæ vere talia non sunt, quia hoc non potest esse, nisi ex dispositione legis, & vim legi non potest dare priuatus; efficiet tamen illa expressione, quod vsufructus illorum bonorum non acquiretur patri, quod potest facere donans vt C.
10 de bon. quæ liber. † & ideò licet vitietur expressum, quod est, quod illa bona sint castrensia, non vitiatur tacitum, idest illud, quod tacite inest, idest quod vsufructus ad patrem non spectet leg. 1. ff. quib. mod. pig. vel hyp. solut. & leg. si forte ff. de castren. peculio; Erunt tamen castrensia, vel quasi castrensia etiamsi illa quæ donantur non sunt necessaria, si tamen sunt apta officio, si ille, cui donantur, non, est alio modo notus, nisi propter officium; vt militiæ, & aduocationis &c. si vero donentur noto ex alijs capitibus, nisi expresse dentur propter officium nunquam erunt castrensia, vel quasi l. si milit. ff. de castrens. pecul. & notat Bart.
11 in leg. si ficte ff. eodem † Nota autem differre aliquid esse aptum, & aliquid posse esse aptum, equus est aptus militiæ, seruus potest esse aptus. Quæ verò neque possunt esse euadunt castrensia, vel quasi, si ea mente dentur, vt illa vendantur, & emantur arma libri &c. & ista mens exprimatur, & ea lege dentur. Ad peculium quasi castrense reducuntur etiam illa, quæ filius familias ex propria parsimonia, vel principis aulæ inseruiens, vel ex eiusdem principis liberalitate acquisiuit, l. Cum
12 multa, Cod. de bonis quæ lib. † Ex dictis colligitur quod libri empti à patre, & donati filio studenti vel scolari, licet expresserit se donare, non computantur inter castrensia, vel quasi, ratio est quia conditio personæ hoc non patitur, nam scolares, & studentes non gaudent priuilegijs, quibus gaudent magistri, & Doctores l. 1. in fin. Cod. de stat. lib. & facit, quod notatur in l. fin. Cod. de iuris
13 omn. iud. † quod si erat aduocatus, vel Doctor, & ei donare expressit, computabuntur inter quasi castrensia leg. 1. Cod. de constit. pecul. & leg. Castrens. ff. eodem, & eo modo donata non poterit
14 reuocare l. si filius C. familiæ herciscun. † si tamen pater donet filio studenti libros &c. & filius studens antequam pater moriatur fiat Doctor, vel aduocatus, computantur in quasi castrensia bona, quia tunc quasi cæpit militare l. fin. emancipatis filijs C. de donat. & l. Donationes in concubina §. pater ff. eadem.
15 † Bona aduentitia, vel peculium aduentitium est illud, quod filius familias aliunde, quam ex re patris, vel propter patrem consequitur, sed vel sui ipsius gratia, vel à matre eiusque genere aut alijs quibuslibet causis, non respectu patris, per donationem acquirit l. cum oportet C. de bon. quæ lib. & ibi Glossa, & Bart. inter ista bona numerantur ea omnia, quæ filius habet aliunde, quam à patre, aut proxime causa patris, dummodo castrensia, vel
16 quasi castrensia non sint. † Ad bona aduentitia reducuntur, ea quæ quis suo labore, vel industria, vel fortuna, vel iure hæreditario, vel à matre, vel ab auis maternis, vel ab amicis, vel à consanguineis, vel ab alijs filius familias lucratur, modo sibi non adueniant respectu patris, & modo ea non lucretur ex bonis patris à se administratis, vel ex eiusdem pecunijs.
17 † Bona tandem profectitia vel peculium profectitium est illud, quod bonis patris, eiusue causa, vel nomine, vel occasione ad filium familias proficiscitur Gloss. in l. Cum oportet C. de bonis f. lib.
18 sed dubitatur primo. † An illud, quod acquirit filius ex pecunia oculte sublata à patre, sit computandum inter bona aduentitia, vel profectitia. Bonacina de contractibus disp. 2. quæst. 10. punct. 1. num. 1. §. difficultas est; dicit reduci ad aduentitia, & teneri quidem filium sic negotiantem patri compensare; sed proprietatem ad filium qui negotio acquisiuit pertinere: & reddit rationem quia quidquid acquirit fur ex pecunijs furto sublatis sibi acquirit, nec domino tenetur compensare, nisi lucrum cessans, aut damnum emergens, eodem
19 modo filius; † Mihi autem videtur idem omninò dicendum de pecunia publice, & sciente patre, ac de oculte; & eo inscio negotiationi exposita; neque videtur par ratio de fure, & de filio, quia fur nullam habet obligationem alteri acquirendi, vt habet
20 filius. Propono ergo ista Filius exponit negotiationi pecuniam patris, & lucratur, excolit agrum patris, & lucratur; filius locat agrum patris, & lucratur, dat pecuniam patris alicui negotiatori, & ipse nihil operatur, & lucratur, quod in his & similibus est dicendum Angelus Theolog. verbo Peculium num. 11. Bart. in l. oportet C. de bonis quæ lib. Gomez ad leg. 29. Tauri num. 24. & alij dicunt non esse eodem modo de omnibus supradictis casibus definiendum, sed distinguendo ita determi-
21 nant. † Aut lucra sunt tantum ex re patris, vt ex locatione vel ex pecunia alicui mercatori credita, non à se ipso negotiata, & hoc casu volunt acqui-

ſita reduci ad bona profectitia, quia nihil in eis
laboris, vel induſtriæ ponit filius, ſi verò filius ſuo
labore, & induſtria acquirat, vt agrum excolando,
pecuniam negotiando, volunt acquiſita eſſe partim
profectitia, quatenus ſunt è re patris, partim ad-
uentitia, quatenus procedunt ex labore, & induſtria
filij Gloſſa in l. Cum oportet C. de bon. quæ lib.
Azo. ſpeculator, & alij, quos refert Siluester verbo
Peculium 2. quæſt. 12. aſſerunt ſemper pertinere
ad profectitium, Nauar. in Manual. cap. 17. num.
161. & 244. aliter loquitur; videlicet, aut filius
particulari diligentia bona patris adminiſtrat, &
pactum init cum patre de ſtipendio, & tunc acqui-
ſita ſunt cenſenda pertinere ad peculium aduenti-
tium, aut ordinario labore, & diligentia bona
patris exercet, & pactum non init, & iudicandus
eſt id facere pietate, & amore patris iuxta id quod
22 habetur in l. Niſſenius ff. de neg. geſt. † Ego puto
cum Siluestro loco citato Azorio part. 2. lib. 2.
cap. 23. quæſt. 6. §. Communis ſententia, & alijs
hoc modo eſſe diſtinguendum. Aut filius eſt in
domo patris, & cum illo habitat, & ex illius bonis
ſuſtentatur, & eo caſu, ſi quid ex bonis patris lucra-
tur, totum pertinet ad peculium profectitium;
Aut non eſt in poteſtate patris, aut eſt extra do-
mum eiuſdem patris, & non alitur à parentibus,
ſed ſua induſtria lucratur, ſuſtentatur, & alitur,
& tunc ſuo labore, & induſtria aquiſita pertinebunt
ad peculium aduentitium, quamuis ex bonis vel
pecunia patris prouenientia; Ratio eſt, quia, ſicut
in primo caſu damna pericula, & expenſæ perti-
neant ad patrem, æquum eſt ad ipſum etiam perti-
nere lucrum, & emolumenta; ita in ſecundo cum
damna pericula, & emolumenta ſpectent ad filium;
æquum eſt etiam ſpectare lucra, & emolumenta ad
ipſum; intellige tamen ſemper detracto lucro ceſ-
ſante, vel damno emergente.

23 † Bona dotis quæ filius ex morte vxoris lucratur
ſecundum Bartolum erunt aduentitia, ſi filius ſolus
ſine patre ſuſtinet onera Matrimonij, & ſolum de
lucro, & induſtria ſua, ſi verò onera ſuſtinet pater,
ſi in totum, erunt profectitia in totum, ſi tantum
in partem, in partem erunt aduentitia, & in partem
profectitia l. ſed & ſi quis ff. de vſufruct. l. Si Sextus
§. fin. ff. de ilip. ſer.

24 † Verum autem acquiſita per filiumſamilias in
dubio ſint præſumenda acquiſita ex bonis patris,
an ex propria induſtria, & ita an ſint iudicanda
profectitia, vel aduentitia? Reſpondit Bartolus in
tract. de duob. fratr. quod aut ex illa acquiſitione
reſultat ſuſpicio delicti in filio, quia nulla alia ratio-
ne poteſt ſupponi facta, niſi ex delicto, vt puta ex
furto in filio, & fornicatione in filia; & in his caſi-
bus ſupponitur acquiſitio facta ex bonis patris, vt
euitetur ſuſpicio delicti, l. Quintus ff. de donat.
int. vir & vxo., & l. ſi vxoris nomine ff. eodem, aut
poteſt euitari ſuſpicio, & ita cenſentur acquiſita
induſtria filij; parſimonia &c. ita dictis legibus.
Quod ſi nec euitatur, nec oritur ſuſpicio delicti,
recurrendum eſt ad coniecturas ex Bald. in l. Cum
oportet num. 5. C. de bon. quæ lib. vt v.g. An filius
ſit induſtrioſus, ſi filius ſeorſum à patre habitet, ſi
exiſtens in poſſeſſione filius probet etiam ſe fuiſſe
induſtrioſum, bona iudicabuntur aduentitia:
Crauet. conſ. 129. Roland. conſ. 4. num. 6. lib. 2.
Maſcard. de prob. concluſ. 1159. nu. 1. cum ſequen.
Nam probata induſtria cum poſſeſſione peculium
præſumitur aduentitium Bald. in Auth. ex teſta-
mento in 11. quæſt. C. de collat. Alex. conſ. 171.
col. 2. lib. 3. Crottus in l. frater à fratre num. 119.
ff. de Cond. indeb. Maſcard. de prob. concluſ. 231.
Menoch. lib. 3. præſumpt. 50. Quæ præſumptio eſt
iuris, & transfert in aduerſarium onus probandi
contrarium Rolandus late firmat. conſ. 90. num. 6.
25 lib. 2. † Quod ſi quæres inter quæ bona connume-
rentur acquiſita à Clerico filiofamilias. Reſpon-
det Couarr. ſecundum communem ſententiam,
quam habet de teſt. cap. Qui noſ. numer. 1. Quod
omnia bona, quæ imputantur filio familias laico in-
ter aduentitia computantur clerico inter caſtrenſia
Innocent. Hoſtiens. Anto. Cardin. Abbas Imola
Ancaranus in cap. Quia nos de teſt. Paulus Barb. in
l. Sacroſanctæ, & in Authent. Præsbiteros de Epiſc.
& Cler. & proinde quidquid acquirit Clericus poſt
ſuſceptos ordines ex officio ſuo, ex redditibus ſui
beneficij, vel aliunde quam ex bonis Eccleſiæ per-
tinent ad bona caſtrenſia vel quaſi caſtrenſia Auth.
Præsbiteros part. C. de Epiſc. & Cleric. Quæ tamen
acquiſiuit Clericus ante ordines ſuſceptos, ſunt
eiuſdem generis, ac bona aliorum filiorum.

Viſo quæ ſint iſta bona, ſequitur conſiderandum,
quid iuris habeat, & poteſtatis filiusfamilias, in
26 vnoquoque genere illorum; & P. † Quod bona
caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia. Dico patrem nihil
iuris, vel poteſtatis in illis habere, neque quoad
proprietatem, neque quoad vſumfructum, ſed tam
proprietatem quam vſumfructum eſſe penes filium
ita vt filiusfamilias ratione illorum bonorum ſit
cenſendus pater ſamilias non filius, & hoc tum iure
veteri ff. quam nouo Auth. & Codicis l. 1. §. vlt. ff.
ad ſenatus conſ. macedo. & l. non opportet C. de
bonis quæ lib. l. vlt. C. de inoff. teſt. Auth. vt liceat
Matri, vel patri collat. 8. Vnde filiusfamilias pro
ſuo arbitratu poteſt de his ſtatuere, & vt pater fa-
milias de illis teſtari l. penult. C. Qui teſta. fac.
poſ. nec poſt obitum patris quidquam ex prædictis
cogitur communicare cum fratribus l. vlt. C. de
collat. & l. Cum antiquis C. de inoff. teſt. l. Cum
oportet §. 1. C. de bonis quæ lib. l. filius familias
C. familiæ herciſ.

27. † Verum tamen eſt, quod licet iure veteri Di-
geſto: & Cod. liberum fuerit filio familias præteri-
re, & exhæredare patrem in teſtamento, quod
faciebat de bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſi-
bus; nec pater poterat aliquo iure dicere de nulli-
tate, vel allegare teſtamentum nullum l. vlt. C. de
inoff. teſt. quod tamen pater, licet eſſet miles non
poterat cum filio, quia illum non poterat ſine debi-
ta, & expreſſa cauſa exhæredare, vel præterire, etſi
teſtaretur de bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſi-
bus, niſi teſtaretur iure militari, ideſt, vel dum in
militia ipſa verſaretur, vel intra annum à militia
expleta l. Papinianus §. Papinianus, & l. ſi inſtituta
§. de Inofficioſo ff. de inoff. teſt. Iure tamen nouiſ-
ſimo verius eſt (licet hoc eodem iure aliqui etiam
idem concedant) & magis communiter receptum,
teſtamentum filij familias, vel militis de bonis
caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus eſſe nullum, vel
inofficioſum, ſi in illo aſcendentes, & deſcendentes
prætereantur contra iura, & leges, vel exhæreden-
tur, ita Bart. in Authen. Ex cauſa C. de lib. præt.
quem ibi cæteri præcipuè Alex. Iaſon. & alij ſequun-
tur: Ad leges quæ in contrarium adducuntur.
Reſpondetur in illis concedi quidem factionem
teſtamenti filiofamilias de relictis bonis, non ta-
men permitti, quod aſcendentes, vel deſcendentes
prætereantur, vel exhæredentur contra iura.

28 In bonis aduentitijs iure veteri digeſt. pater
habebat plenum dominium; hoc eſt ad ipſum
pertinebat & proprietas, & vſufructus, vt dicitur

inſt.

inst. per quas pers. nob. acquir. §. 1. sed iure nouo
Codicis & Auth. proprietas pertinet ad filium, &
solus vsusfructus remanet penes patrem, de quo
tamen filius non potest testari viuente patre l.
non solum l. cum oportet. C. de bonis quæ lib. l.
Res quæ ex. l. quidquid. C. de bonis mater. &
29 Cap. licet pater de sepult. in 6. † Quod si pater
filium emancipauerit; dimidia pars vsusfructus
pertinet ad patrem inst. per quas pers. nob. acq. si
patre superstite filius moriatur, & filios post se non
relinquat, totum peculium aduentitium pertinet
ad patrem, si verò filius post se relinquat loco
patris succedunt; si verò pater moriatur ante filium
bona aduentitia desinunt esse peculium, & in
totum pertinent ad filium, nec tenetur deferre ad
collationem inter fratres.
30 In peculio profectitio nihil iuris habet filius, sed
proprietas & vsusfructus pertinet ad patrem, inst.
per quas pers. nob. acq. §. 1. l. pater ff. de acq.
hæred. l. Cum oportet. C. de bonis quæ lib. & l.
quodcunq; ff. de verb. oblig. quare post mortem
patris huiusmodi peculium communicatur cum
fratribus, & cum illis diuiditur.
31 Sed dubium est, quod si pater viuens permittit
filium percipere fructus peculij aduentitij, qui ad
ipsum patrem spectant, an mortuo illo sint impu-
tandi. Respondeo fructus deberi tantum patri
viuenti, & si moriatur fructibus non perceptis
nihil ex ipsis debetur heredibus, vel alijs fratribus,
32 † quia vsufructuarius non transmittit fructus ad
hæredes si non sint percepti, nec illos facit suos l.
si fur, & l. Defuncta ff. de vsufruct. leg. l. si vsufru-
ctuarius messem ff. quemad. insuf. amitt. & instit.
de rer. diuis. §. is verò, & docet Cassanæus in con-
suet. Burg. rub. 6. §. 7. in fine Anend. resp. 5. nu.
7. Aceuedo li. 5. recop. tit. 1. l. 4. num. 56. quos
refert, ac sequitur Sanchez de matr. lib. 7. disp.
33 89. num. 40. † Imo adhuc viuens cum nihil à filio
vnquam petit, eiq; liberam relinquit administra-
tionem censetur tacitè remittere, l. Procula ff. de
probat. cum ibi not. l. fin. C. de reuocanda dona-
tione. Neq; prædictos fructus potest repetere, nec
veniunt conferendi in diuisione, ita Menoch.
34 consil. 282. nu. 32. & 33. lib. 3. † vbi scribit quod
ista dicitur quædam remissio lucri ad patrem
spectantis, quę remissio dicitur fieri de die in diem,
& valet ab initio, idem affirmat etiam Castrens. in
l. cum oportet §. sin autem res C. de bon. quæ
liber. num. 4. Bald. in Auth. ex test. num. 9. C. de
collat. Alex. cons. 138. nu. 3. in fin. lib. 5. Corne.
cons. 285. num. 4. lib. 1. Iacob a S. Georgio in. l.
frater à fratre num. 31. ff. de condit. indeb. Paris.
cons. 36. num. 10. 14. 15. 16. lib. 1. & secundum
hanc opinionem sententiam tulisse Mediolanen-
sem Senatum, testatur Menoch. cons. 284. nu. 26.
35 37. 38. lib. 3. † remittentibus verò suas actiones
non est amplius dandus regressus l. quæritur §. si
venditor ff. de ædil. ædis. l. Auxilium ff. de minor.
l. Iuregentium ff. de pactis. §. si paciscar. & l. si tibi
36 §. 1. C. de pactis & l. Postquam & l. si quis. † Hæc
tamen remissio fructuum non est donatio patris in
filium quia tum fructus de iure sequuntur domi-
nium, & spectant ad eum, ad quem res ipsa spectat,
consequenter spectant ad filium, quapropter, etsi
pater ob patriam potestatem in filium, possit per-
cipere illos fructus, si eos tamen non percipiat non
dicitur proprie donare; sed non vti iure suo, quæ
omissio exercitij sui iuris non sapit donationem;
vel si sapit non est talis, quæ indigeat aliqua con-
firmatione morte intercedente, quia statim habet
effectum, & ab initio est efficax, Corneus consil.
79. in fin. lib. 1. Anchar. consil. 176. nu. 3. Contra
hoc dictum videtur excludere Mangil. de imput.
quæst. 45. num. 21. Ego tamen a dictis non recedo
cum Menoch. dict. cons. 282. nu. 35. Hoc tamen
aduentitiorum peculium, licet pertineat ad pa-
37 trem, dum viuit † nullo tamen modo illud potest
alienare, vt plenè tradit Menoch. cons. 279. num.
33. & 34. lib. 3. vbi etiam habet, quod filius potest
illud repetere ab emptoribus, vel tertijs possessori-
bus, & si eo pater male vteretur, vel deterius
redderet, filius in diuisione aget versus fratres, vel
alios heredes pro refectione damnorum, vt late per
Mangil. de imputat. quæst. 44.
38 An autem sola patientia patris, vt filius perci-
piat vsumfructum aduentitiorum sufficiat ad libe-
randum filium, qui illum percipit, & inducat
remissionem; Respondeo quod sic quantum ad
præteritum tempus, non verò quoad futurum &
ratio est, quia ista patientia est quidam consensus
39 tacitus, † & consensus tacitus restringitur ad
actum factum non vltra, Decius in l. non vult hæres
esse n. 10. ff. de reg. iur. & fructus futuri dicuntur
quid diuersum à perceptis, Ancharan. consil. 176.
num. 3. vbi dicit quod pater potest in futurum
prohibere, ne filius fructus percipiat, sequitur
Menoch. lib. 3. præsumpt. 29. num. 92. & 93.
40 † quod si pater consensisset filio in plenum vsum-
fructum, traheretur talis consensus etiam ad
tempus futurum, per ea quæ tradit Menoch. cons.
41 215. † & etiam, quando pater repudiauit hære-
ditatem filio delatam, vel dixit nolle illam acqui-
rere, & filius adeat, & fructus percipiat, sui sunt,
neq; filius cogetur reddere patri etiam volenti,
Mangil. de imput. quæst. 45. num. 16.
42 His ita positis facilè respondetur Carolum nihil
teneri dare fratribus, aut etiam ipsi patre de illis;
quæ modo supradicto acquisiuit, quæ .n. acquisita
sunt absq; vllo peculio patris, sed sola industria &
diligentia Caroli, & ideò sequitur, quod sint
computanda in peculium aduentitie, quæ omnia
pertinent ad filium quoad dominium, & quoad
vsumfructum, nec quidquam spectat ad fratres,
mortuo patre, quo viuente ad ipsum spectat vsus-
fructus, vt supra, & ita patet quod neq; tenetur illa
conferre in diuisione, quæ fit inter fratres: Sed
quæ erunt conferenda, & quæ vnicuiq; fratrum
imputanda. Horum solutio dum hæc scriberem à
me quæsita fuit nomine eiusdem Caroli de quo
supra vt quomodo inter fratres esset facienda
diuisio constaret.
43 Idem dico ex bonis castrensibus, quasi castren-
sibus, vel aduentitijs, neq; quoad proprietatem
neq; vsumfructum frater, qui acquisiuit tenetur
cum alijs fratribus conferre, patet ex dictis: Pecu-
lium profectitium, quoad proprietatem est confe-
rendum, quoad fructus viuente patre secundum
Bartolum in l. 1. §. Nec castrense num. 5. ff. de
collat. bon. si pecunia patris lucratus est filius sine
suo labore, vel onere, pertinet ad patrem, si autem
ex pecunia patris aliquid est lucratus suo labore, &
industria vel ex bonis, quæ sibi obuenerunt intuitu
patris, quod tribui potest pecunię patris, vel bonis
causa patris acquisitis vult pariter esse profecti-
tium, quod verò respondet diligentiæ filij aduen-
titium, & in dubio quid sit maius an illud, quod est
tribuendum pecuniæ, an diligentiæ, asserit consue-
tudine esse inductum, vt pro medietate pertineat
ad pecuniam, & pro alia medietate ad diligentiam.
Secundum autem nostrum dictum vel filius simul
viuit

viuit cum patre uel non, eſtq; determinandum
iuxta ſupradicta. Quod ſi filius negotietur nomine
patris lucrum pertinet ad patrem, ita Ripa in l. ad
quartam num. 109. ff. ad legem falcidiam, Romanus conſil. 469. Ang. conſil. 77. Socin. Sen. conſil.
92. num. 15. verſ. Aliquando pater vult, & allegat
rationem quia filius agit, vt negotiorum geſtor
patris, & pater tenetur inſtitoria, vel exercitoria
actione, quo caſu filius debet habere ſalarium tanquam negotiorum geſtor, ſicuti quilibet alius,
quod ſecundum nos intellige, quando filius ſimul
cum patre non viuit, quo caſu etiam pater ſimpliciter tradens pecuniam filio cenſetur illam tradere
in peculium non adminiſtratorio nomine, mortuo
verò patre filius conſert tantum peculium profectitium ſecundum proprietatem, non verò ſecundum vſumfructum iam receptum quia vſufructuatius non tranſmittit ad hæredes, & cenſetur pater
44 remiſiſſe. Quod de aduentitio puto certum, quia
proprietas pertinet ad filium: de vſufructu verò
profectitiorum, cum etiam proprietas pertineat
ad patrem poſſet eſſe aliqua maiori ratio.
45 De reliquis bonis, cum ideò inter fratres ſit
facienda diuiſio quia adeſt communio quædam
46 † diuiſionis enim cauſa, & fundamentum eſt
communio l. 1. & 2. ff. familiæ hercisc. Pariſ. conſil.
26. numer. 46. & ſeq. lib. 2. Ludouiſ. deciſ. 308.
num. 1. ideò videndum, quæ communio, vel ſocie-
47 tas ſit inter fratres. † Societas ergo ſecundum
Azonem in ſum. titulo pro Socio, eſt duorum
pluriumue conuentio contracta ad commodiorem
vſum, & ad vberiorem quæſtum faciendum leg. ſi
48 non fuerit §. plerique ff. pro ſocio. † Contrahitur
autem ſocietas ſolo conſenſu, nec requiritur ſcriptura; vnde ſi meus ſocius admiſerit aliquem in
ſocietatem, quem noluerit eſſe meum ſocium, erit
ſocius illius ſolius tantum, & non meus l. qui
admittitur ff. pro ſocio; contrahitur ad tempus
determinatum, & dum viuunt ſocij, & ſub conditione vt leg. 1. ff. eodem, & leg. penult. C. eodem;
ſocietas verò, quæ nunquam finiatur, ſed duret in
perpetuum, non poteſt contrahi leg. Nullum ff. pro
ſocio.
49 Dupliciter poteſt contrahi ſocietas. Vniuerſalis, & omnium bonorum, vel ad aliquod, vel aliqua
tantum bona, ad aliquam vel ad aliquas negotiationes particulares. In ſocietate omnium bonorum efficiuntur communia omnia, & quæcunque,
quæ acquiruntur ſocietate durante, ſiue ſint ex negotiatione, ſiue ex hæreditario iure, ſiue ex legato,
vel donatione, & etiam caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, quæ poſſent ſpectare ad aliquem ſocium diſſoluta ſocietate omnia inter ſocios ſocietate vniuerſali veniunt diuidenda æqualiter inter omnes, ſi
aliter inter eas non ſit conuentum, ſi verò aliquid
ſtatutum ſit ſecundum pacta, & conuentiones erit
facienda diuiſio. Et ſufficit ad hanc ſocietatem
ineundam exprimere quod ſit vniuerſim omnium
bonorum quocunque titulo quæſitorum, non
autem eſt neceſſe apponere, quod ſit vniuerſim
omnium bonorum, tam præſentium, quam futurorum &c. Ad iuſtitiam huius generis, ſocietatis
non requiritur, quod omnes ſocij conferant æqualiter, ſed erit iuſta, etiam ſi quis in ſocietatem
afferat multa, alius verò pauca, licet addatur pactum, quod in fine diuiſio fiat æqualiter, quia vnius
diligentia poteſt compenſare exceſſum bonorum
alterius, & fieri etiam poteſt vt caſu, vel aliquo alio
modo, vt aliqua, inſperata hæreditate, donatione,
&c. qui in principio pauca contulit reperiatur in
fine plura contuliſſe, quam qui multa in principio,
quæ omnia habentur leg. 3. §. Cum ſpecialiter, &
leg. 5. & leg. ſi frater §. idem Pomponius, & leg.
ſocietatem vniuerſorum ff. pro ſocio, & inſtit. de
ſociet. in princ. & conſentit Gomez tom. 2. variar.
cap. 1. 2. & 3. & communiter Doctores; ſocietas particularis non habet determinatas regulas, quia
pendet ex partium conuentione, & pactis, quæ in
ipſa apponuntur, & omnia illa pacta, & conuentiones poſſunt apponi, quæ videntur contrahentibus, dummodo non repugnent bonis moribus, &
diſpoſitioni iuris. Si addatur hoc pactum huic ſocietati; Vt quidquid alicui ſocio iuſta hæreditate
aduenerit totum fiat commune ſocijs intelligitur
nomine iuſtæ hæreditatis, quidquid ab inteſtato
obuenit non verò ex teſtamento l. 3. §. de illo ff.
50 pro ſoc. † maxime autem refert cognoſcere cuius
generis ſit ſocietas, an vniuerſalis omnium bonorum, an verò particularis tantum aliquorum. Nam
in vniuerſali omnium bonorum, ſicut capitale incrementum, & lucrum, ita & amiſſiones, & damna
veniunt imputanda, ita vt ſi quid alicui ſociorum
eſt adiudicatum in compenſationem alicuius iniuriæ, quam paſſus ſit, ſicut in ſocietatem eſt conferendum, ita ſi quis ſociorum ob aliquod delictum
iniuſte condemnetur, damnum quod patitur pertinet ad ſocietatem. Si verò iure quia culpam vere
admiſit ad reum etiam ſolum non ad ſocietatem
pertinet damnum, & ideò ſi ſocius teneatur comparere in iuditium, & non compareat, ex quo condemnetur ſua culpa, damnum, quod patitur, ad
ipſum ſpectat, non ad ſocietatem, habetur expreſſe l. ſi fratres alias Papin. §. vlt. ff. pro ſocio, idem
dicendum de expenſis factis in meretricibus &c.
vtrum autem ex bonis ſocietatis vniuerſim omnium
bonorum poſſint dotari filiæ ſocij, niſi de hoc expreſſa fuerit conuentum, res eſt dubia, verum
tamen eſt, quod cum l. Socius pro filia ff. pro ſocio
dicat hoc licere, ſi expreſſe ſit conuentum, videtur
à contrario colligi non licere, cum de hoc expreſſe
51 non eſt conuentum, † mortuo ſocio ſocietas finita
eſt, licet in ſocietatis contractu hoc etiam ſit additum, quod morte alicuius ſocij ſocietas non finiatur, quia hoc pactum eſt nullum per legem. Nemo
l. adeò l. verum §. in Hæredem l. nulla ff. pro ſocio.
Quod ſi adhuc viuentibus ſocijs tempus ſocietati
effixum expiret, & iiſdem ſocijs ſcientibus, & non
contradicentibus ea, quæ ad ſocietatem pertinent,
communi nomine gerantur, ſocietas adhuc cenſenda eſt continuare, & cenſetur renouata, ratio
eſt, quia ſocietas ſolo conſenſu contrahitur, &
ſufficit quod conſenſus ſit facto expreſſus, cum de
eius eſſentia non ſit ſcriptura l. ita quæritur §. qui
impleto ff. pro ſocio, & tradit Aluarus Valaſ. conſ.
52 34. & 63. † Quod autem ſicut ſocietas contrahitur re, & verbis, eodem modo continuetur leg.
ſocietatem ff. pro ſocio. Quod autem ſicut in
ſocietate omnium vniuerſim bonorum omnia bona
per quemcunque ſocium acquiſita ſunt omnibus
ſocijs ſunt communia, paucciſſimis exceptis, ita
etiam omnia damna, & amiſſiones, quæ non ſunt
ex delicto dolo, vel culpa alicuius ex ſocijs textus
eſt in l. Omne alienum cum l. ſeq. & in l. cum duobus §. quidam ff. pro ſocio Petrus de Vbald. in
tract. de duobus fratribus p. 6. num. 1. & p. 8. ſub
num. 1. verſ. 2. caue Socin. conſil. 291. numer. 1.
lib. 2. Imola late conſ. 91. lib. 1. Crauet. conſ. 245.
num. 5. vbi etiam habet quod pactum in contrarium non valet Ludou. in ſuis concluſ. 53. nu. 89.
53 † In continuatione autem fraterna, ſeu fraterna
ſocietate,

societate, vel societate particulari alio modo pro-
ceditur ad text. & l. si fratres §. si quis ex socijs &
in leg. veræ societatis. leg. si vnus & si quid vnus &
l. socium §. fin. & leg. seq. ff. pro socio.
54 In dubio autẽ an societas sit vniuersim omnium
bonorum, an verò particularis, est censenda par-
ticnlaris, & excludenda vniuersalis, quia, cum
index non potest absolute excludere omnem obli-
gationem, absolute debet saltem includere tantum
minorem, & exeludere maiorem, & etiam maius
præiuditinm, cum ergo societas particularis secum
afferet minnrem obligationem, & minus præiudi-
tium ideò ista includenda & excludenda illa vni-
uersam omnium bonorum, quæ maiorem habet
obligationem, & maius affert præinditium text. in
l. Arianus ff. de act. & oblig. & in terminis tenet
Carpanus ad statuta Mediol. lib. 2. cap. 483. num.
46. Alex. in cons. 76. num. 10. lib. 4. & comm.
tenetur. Ex quibus patet quæ differentia sit inter
societatem vniuersim omnium bonorum, & parti-
cularem, sequitur ergo videndum quæ societas sit
illa fratrum communiter viuentium, & deinde
quid in diuisione agendum.
55 Plures fratres defuncto patre retinentes pater-
nam hæreditatem in communione, & viuendo
omnes simul censeatur viuere non in societate
omnium vniuersim bonorum, sed in particulari
vitæ & fructunm, & negotiationis, si tamen nego-
tium patris à fratribus vna sit continuatum vide-
tur definitum Alex. Cons. 24. n. 6. lib. 1. Peregr.
decis. 90. num. 1. & seq. Menoch. de arbitr. lib. 2.
cas. 127. num. 15. Alex. consil. 16. col. fin. lib. 6.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 3. vers. 8.
vbi habet quod ex retentione hæreditatis indi-
uisæ, & fructuum communinne nunquam censetur
inducta vniuersalis societas, neq; etiam proprie-
tatum, nisi manifeste constaret de animo talis
societatis contrahendæ, nempe vniuersalis Carpa.
ad stat. Mediolan. libr. 2. cap. 283. numero 25.
56 Quæ pariter neque censetur inducta † etiamsi
pater testamento iuberet filios simul viuere, &
habitare in communinne Alex. cons. 73. art. 6. l.
4. & ratio est, quia inde facile posset sequi magna
inæqualitas, & magnum inconueniens. Nam, si
vnus frater forte fortuna duceret vxorem valde
dinitem, & cum dote valde excedente suum
statum, sequeretur magna inæqualitas respectu
prolis nascituræ, si dotem cum fratribus deberet
communicare, vel illam non posset ducere ad vi-
tandam inæqualitatem, quod est inconueniens;
adde quod durante Societate vnus socius nubendo
magnam acquirens dotem, tenetur cum fratribus
diuidere qui possent expectare tempus finitæ, so-
cietatis, & postea vxores ducere, & nihil cum alio
fratre communicare quod est inconueniens, &
maxima inęqualitas nullo modo admittenda l. illud
C. de Collat. l. fin. C. commu. vtriuſ. iud. est ergo
societas particularis.
57 Ex qua, † Si vnus fratrum nupsit, potest & debet
extrahere omnia bona, & omnes nummos, & om-
nia, quæ occasione dotis, & vxoris acquisiuit,
Carpan. vbi supra nu. 234. debet tamen constare
esse cum fratribus communicata, idest simul cum
alijs bonis societatis posita, vt possint extrahi
58 idem Carpa. num. 238. † Debet item frater, qui
vxnrem duxit habere omnia, & cuiuscũque generis
mobilia, & immobilia, monilia, torques, vestes,
telas & omnes alias res, quæ intuitu vxoris domum
59 ingressæ sunt † debet tamen constare de identita-
te istarum, idest debent probari eædem, quæ ab
vxore delatæ sunt, quia nisi probetur identitas
iocalium monilium &c. pręsumitur pluralitas, idest
non censentur eædem Alex. cons. 134. nu. 3. volu.
2. Bart. & Imol. l. is qui reus ff. de pub. iud.
Crauet. cons. 112. num. 3. & cons. 198. num. 4.
Alciat. cons. 403. Menoch. cons. 21. num. 34.
60 † Potest etiam frater, qui vxorem duxit extrahere
omnia, quæ donata fuerunt coniugi tempore nup-
tiarũ, & quę donata fuerũt filijs tempore Baptismi,
quia præsumuntur data intuitu vxoris, mariti, vel
filij, nnn verò fraternæ ideò debent esse solius ma-
riti Perg. decis. 140. sub. num. 6. Clarus in §.
Donatio quæst. 10. vers. sed nec aliquod Lappus
in rub. ad cap. Per vestras de donat. inter vir. &
vxorem. §. 45. & præcipue & 2. limit. Menoch. de
Præs. lib. 3. præsumpt. 26. & de arbitr. lib. 2. cas.
118. Tenetur tamen frater coniungatus compensa-
re Societati fraternæ, quidquid insumpsit donando
ijs, qni sponsæ, vel filijs item donauerunt, quia
iustum est, vt sicut dona ad ipsum solum spectant,
ita etiam expensæ illi soli imputentur argumento
cap. Qui sentit commodum, & cum sit particnlaris
Societas quidquid vnusquisque frater expendit pro
suo particulari interesse illi ad debitum debet im-
putari. Puto tamen etiam probabile esse haben-
dam rationem eorum qui donant, & secundum
istam esse præsnmendum ratione cuius donatur,
fraternæ, an verò sponsæ, an solius fratris sponsi
solins, vt alias dixi, quo casu expensæ factæ in
redonando erunt impntandæ fratri sponso, si dona
ad ipsum pertinere præsumentur, vel societati; si
61 ad ipsam. † Fructus dotis à marito non possunt
prætendi, sed communicautur cum alijs fratribus,
cum sit communio vitæ, & fructuum, qnod fortius
esset dicendum, si Matrimnnium esset contractum,
duraret tempore, quo esset vetitum à testatore ne
fratres possent diuidi, & huius maxime habenda
est consideratio Carpa. supra. lib. 2. cap. 483. nu.
121. & 136. & ratio est, quia sicuti fraterna sentit
incommodum alimentorum, debet etiam sentire
commodum reddituum, deinde, licet ex simultanea
habitatione non contrahatur societas quoad capi-
tale, stabilia, & proprietatem, inducitur tamen
quoad fructus, & expensas vitæ idem Carpan. ibi-
dem nu. 137. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 2. nn. 5.
& tit. 3. num. 12. vbi in terminis de fructibus bo-
norum aduenticiorum, idem sentit Alex. cons. 49.
62 num. 6. lib. 1. Expensæ factę à fratre, qui duxit
vxorem, vt Matrimonium sequeretur, quæcunque
illæ sint, tam factæ ante Matrimonium contractum,
quam post. v. g. donata aliquibus, vt operam snam
adhibereut, vt Matrimonium suum sortiretur ef-
fectum, vel insumpta in sustinendis inimicitijs ob
Matrimonium contractis, fratri coniugato impu-
tantur facit tex. in l. cum duobus §. per contra-
rium & §. fin. ff. pro Socio Petrus de Vbaldis de
duob. fratr. part. 6. num. 33. argumento l. Adeo
63 §. quod in alta ff. pro socio. † Ad expensas vestium,
& monilium nuptialium, & aliorum, exceptis ve-
stibus qnibus sponsa vtitur diebus ferialibus, &
etiam festiuis conuenientibus suo statui ordina-
rio, & non magni pretij, tenetur frater sponsus
fraternæ, de exceptis verò tenetur fraterna fratri;
primum probat instit. de societ. & ratio est quia,
cum sint expensæ voluntariæ fratris, & nihil con-
ferant ad societatem ideò neq. societati, sed fratri
sunt imputandæ, de Vbaldis, l. c. p. 6. num. 21.
Surd. de alim. tit. 1. quæst. 85. num. 2. quare verò
Societas teneatur ad vestes feriales, & festiuas
condecentes est, quia pertinent ad alimenta. Quæ
verò

verò ſint veſtes, ad quarum expenſas teneatur
Societas, & teneatur frater relinquitur arbitrio
iudicis Menoch. de arbitr. lib. 2. Caſu 218. num.
64 4. † Expenſæ factæ io infirmitatibus mulieris, me-
dicorum, medicinarum, item expenſæ partus,
obſtetricum &c. item expenſæ factæ in recipientis
illis, qui patrini, & marrinæ baptiſmo debenr
aſſiſtere, niſi ſint exceſſiuæ omnes fraternitati ad-
ſcribentur item omnia quæ reducuntur ad alimen-
ta, & ſunt neceſſaria, vt mulier condecenter ſtatui
alatur. Surd. de alim. tit. 4. quæſt. 5. nu. 1. & ſeq.
65 † Expenſæ facta in funerali vxoris, pertinent ad
maritum, qui eſt heres vxoris, quia eſpenſę funerum
pertinent ad hæredes, & ſi maritus mortuus ſit
pertinent ad filios, qui pariter ſunt hæredes, textus
apertus in l. Impenſa ff. de relig. & ſump. fur.
66 Peregrin. de Vſufruct. ſub num. 216. † Si pro
ſeminandis bonis ſtabilibus vxoris ideſt quæ per-
tinent ad dotem frumentum eſt deſumptum ex
fraterna, licet fructus debeantur fraternæ, attamen
frarer in diuiſionibus tenetur illud compenſare
fratribus ſicuti facit vſuſtuctuarius finito vſufructu
domino proprietario text. in terminis l. item Si
fundi §. Viminarias. ff. de vſufructu. & quemad.
quiſque vtatur; eſt tamen habenda ratio vltimi
anni, an videlicet fructus ſint diuiſi, & ſementis
non extracta; expenſæ factæ in ædificijs, ſi ſint
modicæ pertinent ad ſocietatem, cum parum pro
nihilo reputetur l. Scio ff. de in integ. reſt. Si verò
ſunt magnæ, pertinent ad fratrem, qui eſt dominus.
Quæ autem ſinr expeoſæ modicæ, vel magnæ arbi-
trabitur iudex; in termi. Menoch. de arbitr. caſu.
67 127. num. 10. & 11. † Taleas, agrarium vel
Campaticum &c. ſpectant ad ſocietatem frater-
nam l. quæro ff. de vſufr. leg. Clarus in §. legatum
quæſt. 37. num. 11. vbi dicit id procedere in omni
poſſeſſore percipienre fructus.
68 † Expenſæ item factæ in itineribus voluntarijs,
& quæ nullo modo ſpectanr ad vtilitatem Societa-
ris, quæ item ſunt factæ reſpectu inimicitiarum, ſi
quæ contractæ ſint propter Matrimonium, impu-
tantur fratri, non ſocietati, & omnes etiaio illæ,
quæ non ſunt vel propter ſocietatem, vel ad ſocie-
tatem; ſnut adſcribendæ illi qui facit. text. in l. 3.
§. vlt. cum Gloſſ. ibi ff. de mun. & honot. item
expenſæ factæ in ludis pertinent ad illum, qui eas
fecit. text. in l. Adeo §. quod. iu alea ff. pro Socio,
ſi tamen ſunt magnæ, quia ſi ſunt moderatæ, &
animi gratia computantur in Societate, Felic. de
ſociet. cap. 26. num. 2. & 3. Quæ autem ſit magna
quantitas arbitrabitur iudex Menochius Caſu 127.
69 num. 10. & 11. † Expenſas ſactas in vitibus plan-
tandis in bonis dotalibus ex pecunijs fraternæ, ſi
ſunt magnæ, debet compenſare frater, ad quem
ſpectant bona dotalitia, quod ſi à tempore plan-
tationis ad diuiſiones multum intetceſſit ſunt
æſtimandæ ſecuodum tempus diuiſionum Roland.
conſ. 28. num. 4. & de communi teſtatur Menoch.
70 de recup. remed. 15. num. 155. † Diuiſio fructuum
facienda eſt ad ratam remporis, quo fiunt diuiſio-
nes, ſi enim hodie verbi gratia, ceſſat onus Societa-
tis alimentandi, eidem etiam ſocietati debet hodie
ceſſare vtilitas fructunoi text. in l. Diuortio in
princ. ff. ſolnto Matrim. de Vbald. de duob. fratr.
71 part. 11. numer. 41. † Si filius duxit vxorem
viuente patre, qui ornamenta pro ſponſa emerit,
niſi aliter in teſtamento diſponat, non ſunt huiuſ-
modi expenſæ computandæ filio coniugato ab alijs
fratribus Bald. io l. ſi is ff. ſolut. matr. de conſum-
ptis loquot, nec poſſent dicere alij fratribus ego
quoque vxorem ductam, & tantundem expendam,
ita communiter & tex. in l. 3. §. filius ff. de muner.
& honor. & ita per Gloſſa in l. ex parte §. filius ff.
familiæ herciſ. de extantibus autem, vt ſunt veſtes,
& alia ornamenta, ſi ſunt oeceſſaria ad quotidia-
num vſum, & non ſunt precioſa non conferuntur
ſed ſunt vxoris, & in principio reouit donatio inter
ſocerum, & nurum l. ex annuo ff. de donat. int. vir.
& vxor. & l. ſi dos cum ſua Gloſſa ff. ad l. falcidiam,
ſi verò non ſuot neceſſaria ad quotidianum vſum,
& ſunt prætioſa, tunc illa qualia ſunt debent con-
ferri l. illud veſtimentum ff. de pecul. nec poteſt
dici, quod morte patris ſit confirmata donatio, quia
illa non præſumuotur donata, & illa verba. Domi-
na, maritus donet tibi hanc veſtem, coronam
torquam &c. ſonant ad vſum, non liberam donatio-
oem l. mortis in fin. ff. de donat. int. vir. & vxor.
72 † De pecunia autem data à patre filio familias pro
ſtudio dicit Bart. in tract. de duob. fratr. quod, ſi
apud patrem nihil erat, quod eſſet proprium filij, vt
bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, rempore diui-
ſionis poſt mortem patris non imputabitur, quia
præſumitur pater donaſſe l. qui pater ff. familiæ
herciſ., ſi verò aliqua bona erant apud patrem, quæ
eſſent filij, vt caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, tunc,
niſi aliud conſtet, præſumitur pater dediſſe filio ad-
miniſtratorio nomine, de illis, quæ ad filium ſpe-
ctant, & ſic computantur faciunr notata ad l. fin. C.
de dotis pro Angelus autem Theologus verbo pe-
culium num. 18. conſiderat, quod aut pecuoia datur
pro cauſa neceſſaria, vel pro voluntaria, ſi pro cauſa
neceſſaria videtur dare in compenſationem ſi verò
pro voluntaria cenſetur donare, ſicur qui legat ali-
cui, quando neceſſitate iuris legat, videtur dare
in compenſationem l. ſi cum dotem §. ſi pater ff.
ſolut. matr. ſi verò leget ex libera voluotate cenſe-
tur donare l. vnica §. ſciendum C. de rei vxor. act.
ſed quidquid dicant alij, ego poto expenſas ſtodio-
rum, nec in legitimam imputandas, nec io dioiſio-
ne eſſe confereodas, quia dicuntur effectæ de iuri-
bus quaſi caſtrenſibus, & dignitas doctoratus eſt
perſonalis, nec ceſſibiiis, ex quibus efficitur, quod
neque expenſæ ſtudiorum, & laureæ doctoratus, ità
concludit Bald. conſ. 21. in prin. lib. 1. & conſ. 347.
lib. 2. Tuſchus expeoſæ ſtudij concluſ. 639. per
totam vbi oum. 7. poſt Bald. conſ. 359. circa fin.
lib. 3. extendit etiam ad veſtes, quas pater fecit
filio, & concluſ. 640. ex ſententia Fulgoſij tradit,
quod iſtæ expenſæ cenſentur paterna pietate factæ
honore nedum filij, ſed etiam proprio, nam honor
filij eſt patris, & ideò oec imputari, nec conferri
probauit etiam Salicet. in l. Omuimodo §. imputari
oum. 3. verſ. ſi expendit in Doct. C. de inoffi. teſt.
& ſequitur Ripa in l. quintam numer. 166. ff. ad l.
73 Falcidiam † vbi extendit prædicta procedere etiã
in eo, quod pater expendit pro filio, vt fiat eques
74 melitenſis vel alterius ordinis † nec iſta eſt dona-
rio, ſed potius debitum, cum pater teneatur alere
filium ideò data ob ſtudiom videntur debita, vel
quia pater poteſt cogi ad ſubminiſtrandas expen-
ſas ſtudij filio per tex. in leg. de bonis §. oon ſolum
ff. de Carbon. ædict. vt concludit Vitali in tract. de
collat. reſol. 5. in fin. & Rebuff. de priuileg. ſcholar.
priuil. 52. quod licet ab aliquibus coarcteror tan-
tum ad ſtudia grammaticæ vt per Rebuff. loco cit.
num. 3. attamen, quando filius eſt perſpicacis in-
genij, & pater diues poteſt iudex illum compellere
ad ſubminiſtrandas huiuſmodi expenſas pro ſcien-
tijs legalibus, & quibuſcunque alijs ità Riminald.
in l. ſi donatione col. penult. C. de collat. Rebuff.

dict.

dict. priuileg. 53. vbi probat esse communem, & veram inquiens numer. 9. quod anathematizandi sunt parentes illi, qui tales expensas filijs denegant & hanc opinionem, quod parentes possint cogi firmat Rota in vna Roman. alim. 5. Iunij coram Mantica,& maxime hac verum est, si pater incepisset expendere, quia esset compellendus prosequi vsque ad finem ob bonum publicum Bald. in sua mergarita verbo filius quæst. 24. Deci. consil. 177. Menoch. consil. 689. num. 10. lib. 7. intelligo nisi pater habeat bona castrensia vel quasi quæ sint filij quia eo casu currit qnod supradictum est ex Bartol. libri à patre empti, & traditi filio non imputantur filio, si tamen Lauream consequatur; alij tamen tenent etiam non consequuta laurea doctoratus, vt non sunt imputandi in legitimam nec etiam in diuisione conferendi, quia censentur à patre donati Mercurialis de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 22. per totam de istis expensis, vbi num. 43. habet. Quod sumptus facti viuo patre, & libri empti, & traditi nec sunt imputandi in legitimam, nec conferendi in diuisione, idem affirmat de debito facto rationabiliter a filio studente, viuo patre, quod eo mortuo à societate fratrum sit soluendum etiam si filius laureolam doctoratus non sit assequutus num. 14. 15. &c.

75 An autem fratres teneantur defuncto patre si filius studens sua studia non compleuerit expensas subministrare; Licet Dinus apud ipsum asserat, bene tamen ipse negat cum Bartol. leg. 1. §. nec castrense ff. de collat. bon. sed dices Pater potest cogi ad expensas, quas filius familias facit in studijs, vt supra dictum est, & hæres tenetur ad ea omnia, ad quæ tenebatur ille, cuius est hæres, quia factum initiatum à defuncto eatenus obligat hæredem, quatenus ipse defunctus obligabatur, de necessitate l. si filius ff. de munerib.& honor. l. Honores §. his qui ff. de cur. Respondetur esse disparem rationem quia viuente patre filius nullorum bonorum est Dominus, illo mortuo est dominus illorum bonorũ, quæ ad se spectant in bonis patris, quare de illis

76 potest disponere; vnde non est eadem ratio, † Aduerte tandem, quod si sequaris sententiam, quod in aliquo casu libri sint conferendi, hoc debet fieri secundum æstimationem, quam habent tempore diuisionis, & nunquam potest compelli tradere libros sed sufficit, quod conferat æstimationem, quod priuilegium debetur etiam armis, non enim miles potest compelli conferre arma, sed sufficit quod conferat æstimationem, de vtrisque Ripa l. in quartam num. 178. ff. ad l. falcid. Romanus post

77 alios consil. 101. num. 12. & alij † mortuo patre si vnus fratrum hæreditaria pecunia negotium gerat, & lucretur, si communi nomine negotium gerit, lucrum enim commune, si verò nomine proprio etiam lucrum erit proprium, Bald. in l. si patruus C. commun. vtriusq. iud. & l. Titium & Meuium §. alterum de administr. tuto. At si non constat quo nomine sit gestum videndum, an sit continuatum negotium iam inceptum, & solitum cum alio fratre, & videtur communi nomine fecisse l. Nam & seruus §. si verò ff. de neg. gestis, si nouum negotium instituit, præsumuntur negotium gerere nomine proprio, nisi aliud ex libris vel alio modo appareat, Bartol. in dict. lege si patruus, C. commun. vtr. Iud. Socinus multis conatur probare pecunia propria auctoritate à filio patri substracta quidquid deinde lucratur totum esse filij ita in consil. 92. num. 18. lib. 1. Ego puto teneri eodem modo, quo de pecunia à patre data ob potestatem, quam habet pater in filium, quia fiunt patris omnia quæ acquirit filius de bonis profectitijs, nec debent esse melioris conditionis furtiua pecunia acquisita, quam à patre data, Socinus tamen contrarium tenet, & cum illo multi alij.

78 Societate finita adhuc tamen durat in rebus non diuisis, ita vt lucrum, & damnum ex ipsis sit commune Ruinus consil. 77. sub nu. 5. lib. 4. Ludouis. decis. 502. numer. 5.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Responsio viri, V. I. Doctoris.*
3 *Siue occulte si manifeste conditio non seruetur Legatum est restituendum.*
4 *Illa voluntatis interpretatio est reycienda per quã dispositio redditur inutilis.*
5 *Opinio contraria reputatur vera.*
6 *Aliud est legare puellæ, si virgo permanserit aliud si non nupserit.*
7 *Aliud legare puellæ, si permanserit virgo, aliud si permanserit in statu virginitatis.*
8 *Status pertinet ad libertatem, siue seruitutem siue in spiritualibus, siue in ciuilibus.*
9 *Spiritualis libertas & seruitus attenditur secundum id, quod agitur interius & exterius, & primo modo subijcitur Deo. 2. Ecclesiæ.*
10 *Ex dictis aliqua colliguntur.*
11 *Respondetur difficultati.*
12 *Probatur reasumendo antedicta.*
13 *Sequentia determinantur per præcedentia.*
14 *Clausula præcedens est maioris efficaciæ ad sequentia, quam sequens ad præcedentia.*
15 *Respondetur obiectis.*

Legatum sub conditione vt filia viuat in habitu assumpto Sanctæ Vrsulæ an amittatur ob fornicationem.

XLIV.

1 Sempronius in suo testamento Cleliæ filiæ ita legat. Item lascio per ragion di legato à Clelia mia figlia, che sia vsufructuaria tutto'l tempo di sua vita di tutti i miei beni, se essa preseuererà nel stato di virginità da lei eletto nell'habito oue si ritroua, e più doppo essere vissuta, come sopra honestamente nell'habito nel qualle si ritroua sotto gli occhi de fratelli di me testatore possa disponere di tutti i mobili di casa. Clelia in facti contingentia non semel, sed sæpius est lapsa, & à quodam cernaliter cognita, ideò quærit an vtrunq; legatum

2 amiserit. † Et quidem vir doctissimus sentiebat vtrumq; esse amissum, illiusq; responsi verba sunt sequentia.

In hac difficultate nihil releuat, quòd copula fuerit, vel non fuerit occulta; quamuis enim

3 occulte † non seruetur conditio a testatore in legato, vel testamento apposita, adhuc legatum est restituendum, per ea, quæ tradit Sanch. de matr. lib. 7. disp. 91. num. 4. quod asserit esse dictum omnium vno excepto, nullo modo audiendo. Remanet ergo tantum videndum, an apposita conditio deficiat, & resolutiue respondeo (inquit ipse) deficere. Quia nulla alia possit assignari ratio, quare non deficiat, nisi ista, quod voluerit testator prohiberæ filiæ transitum ad nuptias, non vero lapsum carnis, quia si concedatur testatorem voluisse prohibere lapsum carnis, statim etiam neces-

necessario concedendum est defecisse conditionem, quia de lapsu nimis aperte constat, remanet ergo dicendum, vt saluetur, quod non defecerit conditio quod testator voluerit tantum prohibere transitum à statu in quo filia est Vrsulinarum ad statum matrimonij, sed neq; per hoc soluatur quia si hanc fuisse mentem testatoris diceremus conditio esset inutilis, conditio enim excludens nuptias, vt inutilis reijcitur a legato, & tanquam contra bonos mores habetur pro non adiecta, Sanchez de matr. lib. 1. disp. 33. num. 1. & disp. 34. num. 30. est ergo fatendum conditionem esse intelligendam, vt excludat copulam, non vero transitum ad nuptias,
4 vt sustineatur. † quia illa interpretatio voluntatis est reijcienda per quam actus redditur inutilis, si per aliam potest sustineri. l. quoties & l. vbi ff. de reb. dub. Bart. l. Cum Senatus ff. eodem, & hanc esse mentem testatoris aperte colligatur (inquit idem) ex illis verbis legati, videlicet & ini viuerà honestamente sotto gli occhi de miei fratelli. Vult ergo vitam non solum esse celibem, sed etiam castam. Quamobrem cum Clelia conditionem non adimpleuerit tenetur hæredibus à die quo conditio desijt restituere legati, & ita sentio.
5 † Huic tamen sententiæ non omnino acquiescit meus intellectus, qui aliquibus rationibus in contrariam sententiam mouetur pro qua firmanda aliqua præmittenda duxi notanda valde vtilia.
6 † Noto ergo 1. Aliud esse legare puellæ, si non nubat, vel nisi nubat aliud esse legare si Monasterium intrauerit, si permanserit virgo, vel si caste vixerit &c. Primum Legatum inuoluit conditionem, quæ præsumitur in odium matrimonij, & ideo multi asserunt dispositionem cum tali conditione esse inutilem, neq; seruandam, multi tamen etiam contrarium sentiunt apud Couar. lib. 1. var. c. 19. nu. 10. vbi fuse de hac materia. Secundum autem legatum non innoluit conditionem in odium matrimonij, sed in fauorem virtutis, ideò non est inutilis, neque reijcienda, talisq; dispositio omnino sustinenda idem Couar. loco cit. nu. 19.
7 † Noto 2. Alind esse legare puellæ si permanserit in statu assumpto castitatis virginitatis &c. aliud legare si permanserit virgo casta &c. si caste vixerit &c. licet enim vterque iste modus legandi sit in fauorem virtutis, non in odium matrimonij, cum virtus suadeatur, & matrimonium directe non prohibeatur, suadetur .n. status virtutis, & nuptiæ non prohibentur, attamen etiam inter ipsas magna est differentia. Nam potest aliquis esse castus, & virgo, & tamen non esse in statu castitatis, vel virginitatis, & e contra potest quis esse in statu castitatis, & virginitatis, qui tamen non sit castus, neq; virgo. Pro maiori intelligentia istius notandi.
8 Noto 3. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 183. num. 1. corpore & quæst. 184. statum proprie pertinere ad libertatem, vel seruitutem siue in spiritualibus, siue in ciuilibus secundum personę conditionem, & id solum videtur ad statum hominis pertinere, quod respicit obligationem personę, prout scilicet aliquis est sui, vel alieni iuris. Ad spiritualem verò libertatis vel seruitutis statum requiritur obligatio, vel absolutio cum certa solemnitate emissa ex quibus Sanctus Doctor Angelice colligit nihil prohibere quominus aliqui sint in statu perfectionis, & non sint perfecti, & aliqui sint perfecti qui non sint in statu, quia non ex eo quis dicitur esse in statu perfectionis, quia habet actum dilectionis perfectæ, sed ex eo quod cum aliqua solemnitate obligauit se perpetuo ad ea, quæ sunt perfectionis ita quæst. 184. num. 4. corpor.
9 Noto. 4. ex eodem ibidem spiritualem libertatem, vel seruitutem posse attendi in homine dupliciter vel secundum id, quod agit interius, & quia Deus intuetur cor, inde est, quod secundum internam hominis dispositionem conditio spiritualis status accipitur in ordine ad diuinum iuditium, vel 2. modo, idest secundum ea, quæ exterius aguntur, & hoc modo accipitur in ordine ad Ecclesiam, & quia homines vident tantum, quæ patent, ideò secundum hoc, status spiritualis, prout ex eo consurgit Ecclesiæ pulchritudo, humano iuditio subijcitur, quod est maxime considerandum in casu nostro, vt determinare possimus an refert ad præsentis dubijs solutionem, quod lapsus Cleliæ sit publicus, vel secretus. Cum enim status, vt spectat ad pulchritudinem Ecclesiæ humano subijciatur iuditio profectò maxime habenda erit ratio an lapsus sit publicus vel priuatus, vt de eo iuditium humanum possit ferre sententiam. Secundum enim illud quod agitur interius dinino subijcitur iuditio seruitus, vel libertas humana; secundum verò quod exterius, humano; iuditium autem humanum non iudicat de occultis.
10 Noto. 5. colligendo ex dictis discrimen inter istos modos legandi. Lego puellæ si permanserit virgo, & lego puellæ, si permanserit in statu virginitatis. Lego puellæ si permanserint casta. Lego puellæ si permanserat in statu castitatis. Ad verificandam enim conditionem primæ dispositionis requiritur actualis castitas, ad verificandam vero illum secundæ requiritur tantum permanentia in statu virginitatis enim si secundum propriam significationem sumatur, amittitur per vnicum actum fornicationis, adulterij &c. status verò non ita. Vnde Moniales, etiamsi peccent contra vota status, non ideò dicuntur amittere statum, nec sunt obligandæ post lapsum cum alijs monialibus conuiuentes ad restitutionem expensarum alimentorum, quod certè essent, si statum amitterent cum simul cum eo amitterent etiam ius simul viuendi. Ita & virgines Sanctæ Vrsulæ, licet peccent contra virginitatem, non tamen amittunt statum virginitatis, Neq; Vrsulinæ, quæ in clausura viuunt amissa virginitate à Conuentu expelluntur, neq; censentur amisisse statum, quod in fortioribus terminis militat, si cum Sanchez sentiamus nomine virginitatis votæ intelligi castitatem.
11 His ita prænotatis puto non esse difficile respondere propositæ dubitationi, & puto asserendam Cleliam nullo modo teneri restituere legatum, sed tuta conscientia posse illud retinere, quod ita probo.
12 Dispositio Legati est adimpleta, & successiue adimpletur à Clelia, ergo potest retinere beneficium dispositionis, dispositio est, quod Clelia perseueret in statu assumpto virginitatis in habitu Sanctæ Vrsulæ, in statu isto Clelia perseuerat, vt patet ex supradictis, ergo ei debetur beneficium legati. Perseuerat autem in statu assumpto licet peccauerit contra virginitatem, quia aliud est permanere virginem, aliud in statu Virginitatis, & potest aliquis iuxta iudicium Ecclesiæ esse in statu virginitatis, licet virginitatem amiserit, & aliter cognoscat Deus. Sed status vt spectat ad pulchritudinem Ecclesiæ non diuino sed humano subditur iuditio, quod circa occulta non fertur, & confirmatur ex verbis testatoris vbi habet, nel stato di virginità da lei eletto nell'habito &c. ergo intelligit de statu vt spectat ad pulcritudinem Ecclesiæ

Ecclesiæ, non verò vt diuino subijcitur iuditio. Et simpliciter est in statu, licet non sit virgo ergo &c. Idem puto dicendum etiam de secundo, vbi disponitur, quod, essendo vissuta come sopra honestamente nel habito oue si ritroua sotto gli occhi de fratelli possa disponere de mobili &c. quia honeste vixir in statu assumpto in habitu, non .n. requirit honestatem simpliciter testator, sed honestatem status, idest vt pertinet ad iuditium Ecclesiæ sicuti ergo potest esse in statu Virginitatis in habitu S. Vrsulæ licet non sit virgo ita etiam honeste dicitur vixisse in statu licet non honesta quoad virtutem, dispositio autem ista secunda debet Regulari secundum primam cum hoc manifeste asserat testator illis verbis, essendo vissuta
13 come di sopra honestamente ✝ quia sequentia sunt determinata per antecedentia. l. Auio in fin. ff. de condit. & demonstr. l. filium. ff. communia
14 de l. & tradit. Bartol. dicta lege Auia ✝ & Clausula præcedens est maioris efficaciæ ad restringenda sequentia, quam sequens ad præcedentia, Bart. l. si quis ff. de l. 3. Ex quibus patet illud verbum honeste esse explicandum relatiue ad statum & ad habitum maxime stantibus verbis testatoris, sarà vissuta honestamente nell'habito &c.

15 Ad ea quæ obijci possunt in contrarium. P. Ad rationem Domini consulentis initio propositam. Dico non concludere, quia defecit in enumeratione. Nam aut supponit non posse fieri legatum, nisi in odium nuptiarum, vel nihil concludit. Potest ergo fieri dispositio, non solum, quod puella non nubat, sed etiam quod Monasterium ingrediatur, quod extra Monasterium castæ & honeste viuat, quod viuat in statu castitatis, aut virginitatis, quæ cum sint in fauorem virtutis non sunt contemnendæ similes dispositiones, & si seruentur merito conferunt ius ad beneficium propositum.

Sed dices præterea status, virginitatis non potest asse, nisi adsit Virginitas, quomodo ergo quis potest esse in statu vnius virtutis, qui illam virtutem in illo statu non potest excolere, sed virginitas semel amissa nunquam potest iterum haberi, ergo neq; qui illam amisit potest dici esse in statu virginitatis. Respondeo 1. iuxta doctrinam communem, Regulam Sanctæ Vrsulæ, vbi loquitur de virginitate esse intelligendam etiam de castitate, ita ut amissa uirginitate teneantur sociæ S. Vrsulæ ad castitatem Resp. etiam 2. Non nalere amisit uirginitatem, ergo non potest esse in statu uirginitatis. Nam ista uerba hoc important, sunt in eo statu in quo excolitur, nel solet excolli uirginitas, qua amissa in eo statu excollitur castitas, præterea status potest esse sine uirtute, ut Religiosus etsi inhoneste uiuat, attamen etiam pro illo tempore, quo uiuit inhoneste, dicitur esse in statu castitatis, & honestatis. In eo statu deberent excoli illæ uirtutes quæ nisi excolantur, attamen non ideò status amittitur, sed si ista uidentur difficilia tene cum prima responsione. Ego tamen puto omnes probabilis & ueras, & ita concludo. Clelia etiam amissa uirginitate adhuc est in statu virginitatis, ergo est capax legati, ergo ad restitutionem non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur casus.*
2 *Quoddam supponendum.*
3 *An hareditas possit non acceptari in fraudem creditorum secundum leges fori.*
4 *Fraudes neq; in foro fori, neq; in conscientia permittuntur.*
5 *Lex permittens venditiones cum lesione citra dimidium nulli facit iniuriam.*
6 *Adferuntur quidam textus probantes.*
7 *Non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur a debitore.*
8 *Ius acquirendi hareditatem non est in bonis nisi acceptetur.*
9 *Mortuo patre filio etiam ignoranti acquiritur hareditas limita vt ibi.*
10 *Idem dicendum de Legatis.*
11 *Repudiatio legati non est diminutio hareditatis.*
12 *Forum fori, & forum anima pari passu incedunt nisi forum fori nitatur præsumptione.*
13 *Homo cedens bonis, & ingrediens religionem si debita super sint non tenetur exercere artem.*
14 *Pro soluendo ære alieno non libera persona, sed bona sunt obligata.*
15 *Iudex non cogit acceptare hareditatem, vt debitis satisfiat.*
16 *Qui tenetur ad finem tenetur ad media.*
17 *Filius parentibus maxima egestate pressis tenetur subuenire etiam artem exercendo.*
18 *Cedens bonis non ab obligatione soluendi sed tantum à carcere liberatur.*
19 *Respondetur soluendo difficultatem.*
20 *Succedens hareditati repudiata tuto succedet & ad nihil tenetur.*
21 *Repudians hareditatem remouet tantum impedimentum.*
22 *Cedens bonis, quando teneantur soluere debita & quomodo.*
23 *Cedens bonis quid possit sibi retinere.*
24 *An requirantur solemnitates Canonum ad non acceptandam.*
25 *Expenditur textus quoad repudiationem Legatorum.*
26 *Peccet Prælatus repudians sine causa.*
27 *An sicuti potest non acceptari ita potuit renunciari.*
28 *Acquisitio & aditio momentanea non consideratur remiss. num. 31.*
29 *Qui vult aliquid censetur velle quidquid est necessarium ad effectum illius.*
30 *Aditio tacita operatur ac si esset expressa.*
31 *Exponitur, quomodo momentanea non veniant in considerationem.*

Decoctioni proximus, vel decoctus renunciat hæreditatem, vel legatum in fraudem creditorum.

XLV.

1 Titius ✝ cognoscens ex negotiorum suorum statu se iam decoxisse, & breui futurum, vt bonis cedere sit compellendus, attamen si hæreditatem acceptaret, quæ illi desertur, aut legatum non repudiaret, posset facile creditoribus suis satisfacere; Ipse nihilominus potius eligens ditare consanguineos, quam sua soluere debita hæreditatem, vel legatum non vult acceptare, ideò consanguineis desertur, & ditantur, creditorum debita remanent insoluta; ex quo magnum oritur damnum. Quæritur an in vtroque foro tute possit fieri ista repudiatio renunciatio vel non acceptatio.

2 Initio ✝ huius difficultatis aduertendum est aliud esse. Nunquam acceptasse hæreditatem, Aliud acceptasse, aliud statim acceptatam repudiate, vel

renunciare in fauorem alicuius. Nam in primò
casu hæreditas, vel legatum nunquam fuit, neque
per breue instans in potestate non acceptantis, in
secundo verò, cum supponatur acceptata, fieri non
potest quin etiam concipiatur affecta de iure re-
nunciantis, licet hoc sit breuissimo tempore, ideò
de vtroque; & primo.

3 An † non acceptans hæreditatem, vel legatum
in fraudem creditorum in foro fori sit tutus. Vide-
tur dicendum non esse, neque licere, legatum, vel
hæreditatem in frandem creditorum non accep-
tare.

4 † P. Quia neque in foro fori fraudes possunt per-
mitti, cum enim leges sint sanctæ non possunt esse
ininstæ, essent autem si frandes permitterent.
Licet enim permittant venditiones sustineri etsi
læsio sit vltra dimidium hoc statuunt ob publicum
5 bonum, & ne litibus palatia repleantur, † nec vi-
detur cuiquam inferri ininria, cum illud sit pretium
taxatum. In præsenti autem casu est mera fraus:
destituta omni honestate etiam apparenti, ideò
videtur omninò non esse permittenda.

6 Dicendum † tamen in foro fori istam hæredita-
tis, vel legati non acceptationem, vel recusatio-
nem licere, estque manifeste per leges permissa.
Probatur ex lege. Qui autem versu proinde ff. quæ
in fraud. credit. ibi. Proinde, & qui repudianit
hæreditatem, vel legitimam, vel honorariam, vel
testamentariam, non est in ea causa vt huic ædicto
locum faciat. Noluit enim acquirere, non suum
proprium patrimonium diminuere, & paulo infe-
rius §. sed & illud; illis verbis: sed & illud proban-
dum est si legatum repudiauit cessat ædictum; quod
7 Iulianus quoque scribit: & regula. † Non fraudan-
tur 177. ff. de reg. iur. Non fraudantur creditores,
cum quid non acquiritur à debitore sed cum quid
8 diminuitur de bonis. † Tandem ius adeundi hære-
ditatem non est in bonis nostris, antequam accep-
tetur l. pretia rerum ff. ad l. Falcidiam. Nulla igi-
tur potest esse frans, cum nihil subtrahatur, quod
creditoribus sit debitum; per quæ etiam patet solu-
tio ad ea, quæ adducebantur in contrarium. Asse-
rimus enim nullam posse subesse fraudem: sed con-
tra obijcitur.

9 P. † saltem hoc non est asserendum in hæredibus
suis, vt in filio familias, quia mortuo patre etiam
filio ignorante ipsi hæreditas est acquisita l. Nolen-
tibus, & l. Si fratres, ibi, statim &c. C. de iur. deli-
ber. l. Qui sunt in potest. ff. Si quis omiss. caus. & l.
in suis ff. de suis & leg. hæred. & tenet Anchar. cons.
101. & alij, ergo saltem iste non poterit repudiare
hæreditatem, cum sit illi acquisita etiam ignoranti
mortem patris. Respondetur tamen etiam istam
posse non acceptare, quia illi est acquisita, si accep-
tet, ita vt illa acquisitio sit reuocabilis, & quasi sub
conditione, si hæres acceptauerit, & nisi hæres vo-
luerit repudiare, illa igitur acquisitio, quæ fit suis
hæredibus, hunc parit effectum, quod si hæreditas
acceptetur, acceptatio retrotrahitur ad tempus
acquisitionis, & si repudiatur repudiatio, vel non
acceptatio pariter retrotrahitur, & fingitur non
10 fuisse acquisitum dominium. † Quod dicendum
est etiam de legato; Nam illud, quod in specie
consistit, à morte testatoris transit in dominium
legatarij, nec ad id expectatur aditio hæreditatis l.
A Titio ff. de furt. l. 1. §. sed vtrum ff. si quid in
fraud. patr. & verum est etiam postquam cessit dies
legat. vt docet Couar. 4. Decret. part. 2. cap. 7. §. 1.
11 nu. 12. † & tamen repudiatio legati non est dimi-
nutio patrimonij, quia acquisitio talis legati est
imperfecta, & renocabilis ante acceptationem, &
sub tacita conditione, nisi repudietur; ideò, cum
repudiatur, est ac si legatum non fuisset quæsitum
vt bene docet Glosa d. l. Qui autem verbo lega-
tum, & ibi Bart. paulo post prin. ff. Quæ in fraud.
credit. Iason. inst. de act. §. Item si quid num. 121.
& fuit ante responsum Iurisconf. l. 1. versu vtrum
autem ff. si quid in fraud. patr. ibi. Quamuis enim
legatum retro nostrum sit, nisi repudietur, atta-
men cum repudiatur retro nostrum non fuisse
palam est.

Secundò obijcitur. Non licet in foro conscien-
tiæ talis repudiatio, ergo neque in foro fori, quia
eodem modo se habent, nisi forum fori fundetur in
præsumptione, quod in hoc casu non facit. Pro
solutione videndum an hoc liceat etiam in foro
conscientiæ, & dico, istud licere, posse dicere duo,
an liceat, ita vt factum valeat, at an liceat idest
possit fieri sine peccato, & quoad primum dico lice-
re, idest factum valere, quia ista repudiatio non est
alienatio, vel donatio, quæ tamquam facta in frau-
dem possit reuocari; sed est tantum quædam non
acquisitio, quod est illud quod decidit l. Qui autem
ff. quæ in fraudem credit. & regula. Non fraudetur
ff. de Reg. iur. Quoad secundum autem An scilicet
ille, qui iam se cognoscit decoctum, uel breui
futurum ut decoquat, nec sua bona sufficere ad
satisfaciendum debitis ob fideiussiones, ob delicta,
ob contractus, uel alio modo contractis, & hæredi-
tas, uel legatum sit illi lucrosum, illudque accepta-
ret, nisi in tali esset statu, at quia est in tali statu
utitur remedio repudiationis, ne hæreditatem
illam, uel legatum debitores accupent, & suis debi-
tis tali modo, modo satisfiat, ipse repudiat, uel
renunciat, ut tali hæreditate alij ditentur, an inquã
iste peccet ita faciendo, & teneatur illum accepta-
re, ut possit satisfacere. Et non peccare, & licite
repudiare uidentur probare sequentia.

12 Primò adlata ratione, † nempe quod forum
animæ conformatur foro fori, nisi istud nitatur
præsumptioni Sotus de iust. lib. 4. quæst. 5. art. 3.
Couar. cap. Cum esses num. 7. de test. Ledesm. 2.
part. 4. quæst. 18. art. 1. dub. 12. & alij. Cum
ergo liceat in foro fori, vt supra dictum est, licebit
etiam in foro conscientiæ. 2. Multi Doctores ijque
non contemnendi apud Sanchez de Matr. lib. 6.
disp. 4. num. 9. §. Tertia &c. asserunt debitorem
posse vti hoc remedio in isto casu, quod non dice-
rent nisi fieri etiam posset sine peccato, cum agant
de rebus animæ, in quo foro id possumus, quod iure
possumus. 3. Paludanus 4. dist. 38. quæst. 3. art. 2.
13 num. 25. & Angel. Verbo Religiosus nu. 7. † do-
cent Religiosum cedentem bonis suis, & ingre-
dientem Religionem non teneri exercere artem
pro saisfaciendo suis debitis, quando bonis ceden-
do, omnibus non satisfacit, & D. Thomas 2. 2.
quæst. vlt. art. 6. ad Tertium vniuersaliter docet
14 † personam liberam non esse obligatam pro ære
alieno soluendo, sed eius bona ergo ex his infertur,
quod nemo tenetur acquirere vt satisfaciat, quan-
15 do acquisita non sufficiunt. † 4. Si debitor cui de-
fertur hæreditas, & illam vult repudiare, à credito-
ribus coram iudice conueniatur, vt illum cogat
acceptare, absoluetur à petitione, ergo etiam in
foro conscientiæ &c.

Peccare verò & teneri acceptare suadent sequen-
16 tia. P. † Qui tenetur ad finem, tenetur etiam ad
media sine quibus finis haberi non potest, sed iste
talis tenetur soluere, ergo tenetur etiam ad media
sine quibus, non potest soluere, quod in præsenti est

acceptare

acceptare legatum, vel hæreditatem; Confirmatur quia qui tenetur audire sacrum, tenetur se conferre ad Ecclesiam. Qui tenetur ingredi Religionem, tenetur petere, vt admittatur, ergo & qui tenetur soluere tenetur etiam hæreditatem acceptare. Præterea mulier quæ tenetur adire Ecclesiam, vt sacrum audiat, si non potest adire, quia caret vestibus tenetur illas quærere, si commode potest habere, vt præcepto satisfaciat, ergo etiam iste tenetur
17 acceptare hæreditatem, vt satisfaciat. 2. † filius habens parentes pressos maxima egestate, quique sibi ipsis alimenta non possint quærere, si aliquam calleat artem, tenetur illam exercere, vt eos adiuuat, quod si facere recuset, peccat mortaliter, ergo à fortiori peccabit debitor non acceptans hæreditatem, cum ipse creditoribus satisfacere teneatur ex iustitia, filius verò patri teneatur præbere alimenta tantum ex charitate, vel pietate erga parentes. Quod si dicas hoc argumentum non probare quia est valde dispar ratio; Cum filius iure naturę semper teneatur alimenta prẽstare patri indigenti, debitor verò non teneatur nisi suppetant facultates. Respondet Sanchez vbi supra esse friuolam solutionem, & falsum fundamentum, quod assumit nempè debitorem non teneri soluere, nisi extantibus facultatibus, & illis cessantibus ab obligatione liberari, quia, inquit ipse, etiam debitor, qui nunc non potest soluere quia magna egestate premitur si ad pinguiorem fortunam perueniret neque teneretur, si verum esset quod cessantibus facultatibus cessaret etiam obligatio soluendi. 3. Qui videt fame pereuntem, & spiritum emittentem, & illi non subuenit peccat mortaliter, & etiam, si occasionem datam illum à necessitate liberandi illam recuset, ergo à fortiori peccabit debitor cum ille teneatur tantum ex charitate iste verò ex iustitia. Quod si dicas neque istud argumentum stringere quia fundatur in extrema necessitate quæ præualet vinculo etiam iustitiæ commutatiuæ, quia si tibi ex Iustitia debeo centum, & videò pauperem extreme indigentem, non tibi debitum soluere, sed pauperis necessitatem prius teneor subleuare. Respondebit fortasse ualere in hoc quod oblatam occasionem subleuandi tenetur acceptare, & ita erit eadem ratio quod sicut deficientibus meis facultatibus non eximor ab obligatione succurrendi extreme indigenti, ita etiam cessantibus meis facultatibus non eximat ab eadem obligatione acceptandi occasionem, quæ mihi se offert satisfaciendi debitis meis. 4. Grauissimi Doctores videntur sentire quod debitor non ualens suis facultatibus debita soluere teneatur aliquam artem non inconuenientem exercere ut satisfaciat. Vide Sanchez lib. 6. de Matr. disp. 4. num. 9. §. Quarto: Tandem uidetur esse dilictum contra charitatem, quia quisque tenetur uitare damnum proximi, maximè cum illud nostra causa patitur, in hoc casu autẽ creditor patitur damnum causa sui debitoris, &
18 facit iacturam sui credit. † 5. Cedens bonis non liberatur ab actione sed tantum à carcere tex. in §. fin. Instit. de actio. ut in l. is qui ff. de cessio. bono. & ideò potest conuenire super requisitis post cessionem deducto ne egeat text. i n d. §. fin. & in d. l. is qui & l. Cum & filij familias C. de cessio. bono. & ex l. Ex contractu C. de bo. Aut. iud. poss. Couar. lib. 2. Variar. cap. 1. num. 4. & 5.
19 † Ego puto utranque sententiam probabilem ut tutiorem tamen consulerem non repudiationem quod tamen si consilium petens non acquiesceret, & uellet omninò repudiare, non damnarem iniquitatis, tutius consulerem, probabile autem non damnarem.
20 † Posito tamen quod repudians hæreditatem non solum peccaret contra charitatem sed etiam contra iustitiam, succedens tamen in repudiata hæreditate uel legato tuto possideret, & absque vllo scrupulo peccati. Quia nihil accipit à repudiante, non est particeps repudiationis, & etiamsi esset iniusta, nec ad illam quidquam contulit, vt optime tradit Couar. 4. decret. par. 2. cap. 7. §. 1. num. 10.
21 † Nam repudians teste moder. Paris. in cons. paris. tit. 1. §. 1. Glos. 3. quæst. 1. nihil aliud agit, quam tollere obstaculum, quo alter impediebatur, ne succederet, & ne hæreditas ad ipsum deuolueretur.
22 † Cedens bonis non potest cogi ad soluendum etiam si peruenerit ad pinguiorem fortunam nec potest in carcerem tradi vt soluere cogatur nisi acquisierit superflua ad sustentationem sui, & suorum ita disponente l. 1. C. qui bonis cedere poss. & l. qui bonis ff. de cessi. bono. & Inst. de actionibus §. ult. Gomez 2. varia. cap. 11. nu. 52. vbi egregie de hac re affirmat de communi cessione bonorum non liberari cedentem ab obligatione satisfaciendi; sed tantum illam obligationem pro tempore consapiri, & illum etiam sequuntur multi Theologi, Salon, Aragon Valentia. P. Nauar. Clauis regia lib. 10. tract. 5. cap. 7. num. 4. Lessi. lib. 2. cap. 16. dub. 3. & alij.
23 Potest † item cedens bonis abscondere, & retinere aliqua necessaria ad moderatam sui, & suorum sustentationem iuxta suum statum, ita Rebellus de resti. quæst. 12. sec. 4. Lessius loco cit. numer. 45. P. Nauar. lib. 4. cap. 4. numer. 60. & alij contra Medinam C. de reb. rest. quæst. 3. caus. 3. & alios. Quod verum est etiamsi bonorum cessio sit facta petrans percutiendo, vel alio modo ignominioso licet per istos modos non absoluatur ab obligatione satisfaciendi debitis, vt docet Couar. 2. var. cap. 1. num. 6. Less. loco cit. num. 49. & alij licet non desint oppositum sentientes idest per illos ignominiosos modos cedendi tolli obligationem satisfaciendi.
24 Ex † dictis potest solui illa quæstio; An stante cap. sine exceptione 12. quæst. 2. & cap. Cum Apostolicam ad finem. De his quæ fiunt à prælat. quibus alienatio bonorum Ecclesiasticorum prohibetur; possit nihilominus solus prælatus se solo repudiare hæreditatem Ecclesiæ suæ delatam; sed nundum acceptatam, & respondetur posse ex l. Qui autem ff. quæ in fraud. credit. & l. Si sponsus in fin. de donat. inter virum & vxo. Quia hæc repudiatio non est alienatio, cum nundum sit acquisita; Iura autem poscunt solemnitates in alienatione, non in repudiatione, ita Corneus cons. 11. num. 2. lib. 3. Phanutius de lucro dotis Gloss. 8. num. 17. & 18. ubi multos refert & Io. Lupus Rubr. de Donat. §. 47. num. 5. Seraphinus de Priuileg. iuram. Priuileg. 71. num. 32.
25 Maior † autem est difficultas de legato propter textum, & eius rationem in l. Magis puto §. Si pupillus uers. fundum ff. de reb. eor. ibi fundum autem legatum repudiare pupillus sine prætoris auctoritate non potest, esse enim & hanc alienationem, cum res sit pupilli, nemo dubitat ubi Glossa uerbo pupilli recognoscens hanc difficultatem opponit legem si sponsus ad finem ff. de donat. inter uir. & uxorem, vbi permittitur repudiatio legati per maritum facta, vt in eo succedat vxor, nec reputetur

reputetur alienatio, nec donatio inter coniuges, & respondet aliud esse in eo casu, quia donationes inter coniuges non ita amare tractandæ sunt, ex quo videtur sentire, in alijs casibus repudiationem legati esse alienationem, & in terminis requiri solemnitates docet Bald. Paulus Alex. Arati. Roman. & alij quos sequitur Mincacha de success. lib. 3. §. 27. num. 23. & Angelus Theolog. verbo Alienatio nu. 16. Puto tamen verius contrarium. Potest enim prælatus solus sine solemnitatibus repudiare legatum relictum Ecclesiæ. Nam & l. Qui autem ff. quæ in fraudem credito permittitur repudiatio legati cuius iam cessit dies & valida est in fraudem creditorum, & tamen omnis alienatio facta in fraudem creditorum reuocatur l. 1. & apertius l. 3. in fin. ff. quę in frau. cred. ibi. Omninò qui aliquid fecit vt desinat habere, quod habet ad hoc ædictum pertinet ergo repudiatio legati non erit alienatio, & consequenter fieri poterit sine solemnitatibus, ita sentiunt Bartol. Bald. sibi contrarius Lappus, Antun. Felinus, Ripa & alij quos refert Sanchez supra nu. 12. Ad legem magis puto Respondet Abbas cap. Tua nos num. 9. de ijs quæ fiunt a prælat., Loqui de pupillo carente administratione, quod non militat in prælato qui habet administrationem, & asserit vocari illam repudiationem, alienationem improprie, sed melius respondet Anton. Gomez. to. 2. var. cap. 14. num. 14. Minori non solum prohiberi alienationem & dilapidationem bonorum, sed etiam omissionem lucri; quare cum repudiatione legati amittatur lucrum, talis repudiatio certo modo appellatur alienatio. Prælatis autem Ecclesiæ indicta est solemnitas serbanda tantum in alienatione, non autem in non acquisitione, ex quo aperte colligitur posse prælatum sine solemnitatibus requisitis in alienatione repudiare legatum.

26 † Peccaret tamen prælatus sine causa repudians, & teneretur supplere de proprijs. Quia ex officio, & consequenter ex iustitia tenetur bene gerere res suæ Ecclesiæ, non tamen incurreret pœnas contra alienantes quia repudiatio vere non est alienatio. Competit tamen Ecclesiæ beneficium restitutionis in integrum, Non tamen contra aliam Ecclesiam, cui iam illud legatum esset delatum, vel etiam hæreditas, quia potior est conditio Ecclesiæ, possidentis, ita Sanchez l. c. Vnde recte respondi Abbatissæ cuiusdam monasterij cui legatum erat factũ cuiusdam petiæ terræ infructuosæ, & quæ antequam reduceretur ad culturam magnas requirebat expensas, vt tale legatum repudiaret vtpote inutile suo conuentui, & addidi non teneri ad solemnitates in alienationibus requisitas.

27 Alia † grauior difficultas etiam est An sicut quilibet potest repudiare hæreditatem, & legatum, etiam in præiuditium creditorum, vt alius succedat, & vir vt succedat vxor, & Prælatus sine solemnitatibus requisitis ad alienationem, & Regularis superior sine Violatione motus proprij Clem. VIII. & Voti paupertatis, ita ijdem omnes possint cedere vel renunciare legata & hæreditatem in fauorem alicuius, qui non esset successurus, nisi talis fieret cessio, vel renunciatio in fauorem illius, & quidam Phannutius apud Sanchez loco citat nu. 16. tenuit posse fieri, & rationem assignabat: Quia ista actio non tendit ad acquirendum, sed ad renunciandum,
28 † aditio autem, & acquisitio momentanea non
considerantur, quia momentanea non sunt in consideratione l. fin. C. de bonis quæ lib. ideò talis
cessio non videtur esse alienatio, quæ supponit
acquisitionem: At puto eam veram esse alienationem, & probo vt quis possit cedere debet prius esse
dominus, & debet prius adiuisse, quia renunciaret
hæreditatem saltem tacite l. Auia C. de iure delib.
vbi habetur ita Qui de hæreditate sibi relicta testatur eo ipso adire videtur vt cessio sit efficax; cum
ergo cessio legati vel hæreditatis non possit esse
efficax, nisi sit acceptata, si cedatur; dicendum est
29 fuisse acceptatam. † Qui enim vult aliquid censetur velle omninò quidquid ad eius efficaciam necessarium est argumento l. 2. ff. de iurisd. om. iud.
30 & cap. Sane de off. deleg. † & quamuis aditio sit
tacita operatur tamen, ac si esset expressa & constat ex l. Singularia ff. si certum petatur, vbi quando duo actus concurrunt in vnum alter tacitus, & alter expressus, idẽ operatur tacitus ac si esset expressus, vt l. 1. §. Si minor ff. de reb. cred. ibi. Si minor emerit prædia, vt, quoad pretium soluatur, essent pignori obligata, non puto pignus valere. Nam vbi dominium quæsitum est minori cæpit non posse obligari, Ecce qualiter vnico actu acquisitum est dominium, & datum pignori, & non valet traditio in pignus & melius probatur l. 3. in fin. & l. 4. in prin. ff. de donat. inr. vir., & vxo. vbi non valet tamquam donatio inter virum, & vxorem, si vir donanti sibi iubeat, vt donet vxori quia iubendo donare videtur tacite acceptare Sanchez lib. 6. disp. 6. nu. 2. multa habet.

31 Ad † rationem in contrarium. Respondetur momentanea non esse in consideratione; si nullos pariant effectus quod si aliquos pariant effectus certe considerantur.

S V M M A R I V M.

1 *Factum exponitur.*
2 *Quot sit quærenda.*
3 *Dominium & proprietas sunt idem, distinguuntur a possessione.*
4 *Quid sit dominium & quid possessio.*
5 *Possessio differt ab insistentia.*
6 *Dominium differt ab vsufructu, & vsu & quomodo.*
7 *Vsus iuris & vsus facti.*
8 *Vsus eorum quæ vnico actu consumuntur.*
9 *Vsus eorum quæ vnico actu consumuntur alius primarius alius secundarius.*
10 *Paupertas non reddit hominem incapacem dominij, quomodo sit intelligendum.*
11 *Votum solemne reddit omninò incapacem dominij, vsusfructus, possessionis, & similium iurium.*
12 *Nec Papa potest facere, quod Monachus manens Monachus habeat proprium.*
13 *Quomodo Religiosi in communi habeant dominium.*
14 *Paupertas alia interior alia exterior.*
15 *Nomine pecuniæ venit omne æstimabile peccunia; etiam iura & actiones.*
16 *Quomodo differat nolle, & non velle.*
17 *Meum & tuum sumitur late & stricte, & an sit contra paupertatem dicere meum, & tuum.*
18 *Genitiuus de sui natura dicit dominium.*
19 *Bona monasterij non sunt communia Religiosis, vt bona hæreditatis hæredibus.*
20. *Assignantur gradus paupertatis.*
21 *Quidquid acquirit monachus, acquirit monasterio etiam si acquirat contra iustitiam vniuersalem.*
22. *Soluitur prima proposita difficultas.*
23 *Quocunque modo stipulatur monachus acquirit monasterio.*

24 *Voluntas*

24 *Voluntás legantis est explicanda directe, & indirecte & omni meliori modo etiam verba cum violentia interpretando, vt legata sustineantur.*
25 *A legatis ad donationem valet argumentum.*
26 *Verba in dispositionibus debent intelligi secundum capacitatem personæ in quam diriguntur.*
27 *Verborum proplexitas est interpretenda secundum præsumptam voluntatem disponentis.*
28 *Verba in contractibus non sunt interpretanda vt repugnent eorum naturæ.*
29 *In legatis etiamsi diceretur quod nihil iuris conuentui, acquiratur, sed ipsi monaco adhuc sustinentur.*
30 *Et secundum multos etiam addito. Non aliter nec alio modo vbi etiam quid importat ista clausula.*
31 *Ignorantia in doctore adscribitur dolo in ijs, quæ spectant ad suum officium.*
32 *Ignorantia & scientia præsumuntur ex coniecturis.*
33 *Soluitur difficultas prima.*
34 *Donatio á superiore non acceptata, sed à solo monaco sine licentia superioris potest reuocari à donante.*
35 *In contractibus duplex obligatio naturalis & ciuilis, & quando vtraque oriatur.*
36 *Nulla ex istis obligationibus oritur in ista donatione.*
37 *Ad naturalem obligationem requiritur consensus.*
38 *Leges canonica resistunt contractibus religiosorum.*
39 *Ad æqualitatem contractus requiritur quod vel vterque vel neuter obligetur.*
40 *Donationes non acceptata possunt reuocari.*
41 *Acceptatio non solum requiritur ex legum dispositione sed iure naturæ.*
42 *Quæ acceptatio requiratur vt donatio sit irreuocabilis.*
43 *Voluntates absentum quomodo coniungantur.*
44 *Vota Religiosi sine consensu superioris emissa valent donec irritentur, contractus sunt nulli.*
45 *Religiosus comparatur seruo, & quomodo.*
46 *Principali saltem naturaliter non obligatio non potest accedere fideiussor.*
47 *Cautela ad obligandum fideiussorem in omni casu.*
48 *Fideiussor pro vna re obligatus non censetur obligatus pro alia; quomodo non obligato principali obligetur fideiussor & alia adhoc spectantia.*
49 *Quod est naturaliter nullum non firmatur iuramento, quia iuramentum sequitur primordialē naturam actus super quo interponitur.*
50 *Quomodo iuramentum non acceptetur à Deo, acceptetur autem votum.*
51 *Quomodo sit intelligendum quod iuramentum quod non est contra bonas mores sit seruandum.*
52 *Totius difficultatis solutio.*

Donatio facta à matre filio Religioso non stipulata a superiore an possit reuocari.

X L V I.

1 DOmina † Camilla mater donatione inter viuos donat R. Domino Theophilo filio ius habendi & consequendi quotannis in suis bonis dotalibus, & ab ijs qui illorum fuerint hæredes, viginti aureos, & donationem stipulat prædictus R. pro se tantum, & solum pro vitæ suæ tempore durante; non in commodum aut beneficium conuentus hac clausula in instrumento inserta videlicet. La Signora Camilla madre fà libera donatione inter viuos al R.P. Theofilo suo figliuolo Religioso dell'ordine N. presente è stipulante per se solo è durante la vita sua, e non in rommodo ò benefirio del conuento la ragione di hauere a conseguire ogni anno scudi venti nelli sue beni dotali &c. Quia verò hanc donationem nulla antecessit, vel subsequta est ratificatio superioris nec R. Theophilus quando stipulatus est vllam habuit à superioribus
2 facultatem stipulandi. † Quæritur an valida sit, & an per matrem possit reuocari toto eo tempore quo à superiore non fuerit acceptata vel ab alio eius nomine.

3 † Pro intelligentia quęsiti & multorum aliorum, quæ faciunt ad votum paupertatis. Noto primò. Dominium & proprietatem apud iurisperitos esse idem. l. Naturaliter §. nihil commune ff. de acq. poss. iuncta l. Si quis §. differentia ff. eodem, & rub. ff. de acq. rer. domi. iuncta rubri. de causa poss. & prob.

Noto 2. Dominium & proprietatem distingui à
4 possessione. † Dominium enim seu proprietas est ius perfecte disponendi de re, nisi à lege prohibeatur saluo iure alterius, vt colligitur ex Bart. & Anton. cit. §. differentia Possessio autem est ius insistendi rei non prohibitæ possideri ex eodem
5 Bart. ibidem † differt autem possessio ab insistentia, quod possessio est quid iuris, insistentia est quid facti, iuxta l. stipulatio ista §. Hæc quoque ff. de verb. oblig. Dominium, & possessionem habet dominus rei, Insistentiam verò commodatarius, depositarius, & colonus.

6 Noto 3. quod † Dominium differt ab vsufructu & vsu quia dominus, qui à dominio dicitur, disponit de re vsufrutuarius qui ab vsufructu disponit tantū de fructibus, sed ad suum beneplacitum. Vsuarius verò, qui ab vsu disponit quidem etiam ipse de fructibus, sed non pro libito, sed tantum ad proprium vsum, ita vt nec donare, nec locare, nec vendere, nec alio modo possit de fructibus disponere præterquam ad vsum proprium.

7 Noto 4. † Vsum esse duplicis generis, Vsum iuris, & vsum facti. Vsus iuris consistit in facultate vtendi, vsus facti in actuali vsu eiusdem rei, vt vestis in area repositæ habeo vsum iuris, vestis verò indutæ habeo vsum facti.

8 Noto 5. † Vsum præterea posse etiam esse duplicis generis, vsum rerum, quæ vniro actu consumuntur, & rerum quæ vnico actu non consumuntur, primi generis sunt, cibus, potus, pecunia & cætera huiusmodi. Serundi verò vestis equus liber, & alia similia. Vsum harum rerum secundi generis nempè vestis, & equi &c. distingui à dominio est certum; Nam potest quis habere dominium equi vestis & similium, & alter habere vsum, potest enim vsus esse dominus vestis, & alter potest vti veste, & hoc certum est. Rerum autem secundi generis an dominium distinguatur ab vsu non solum controuersum est inter Doctores sed de hoc disputarunt etiam Summi Pontifires occasione acrepta ex ex-
9 plicatione Regulæ B. P. Francisci † Quod tamen intelligendum est de vsu primario non verò secundario; potest enim cibus, potus, peccunia &c. huiusmodi considerari vel secundum vsum primarium, vel secundum vsum secundarium. Vsus primarius est ille, propter quem res primario inuentæ sunt, vt cibus inuentus est, vt nutriat & comedatur, pecunia vt expendatur, & sit mensura

rerum,

rerum; Secundariò autem vt cibo facies exhilaretur, peccunia feruit ad oftentationem: Vfum rerum iftarum fecundo modo acceptum diftingui à proprietate per fe patet. Tota difficultas eft de vfu primò modo accepto an poffit diftingui à dominio, & de hoc fuit difputatum valde per Ioannem XXII. fummæ eruditionis virum & Eminentiffimum vtriufque iuris Doctorem & in Sacra pagina verfatiffimum. Qui rationes pro vtraq. parte videre defiderat videat Sanchez in fum. lib. 7. cap. 16. num. 4.

10 Noto 6. † Paupertatem ex fui natura non reddere Religiofum incapacem dominij, eft dictum patrum Iefuitarum afferentium ita fuiffe declaratum per Summi Pontif. Gregorium XIII. in fua Conftit. Afcendente domino; fed reddere tantum incaparem vfus quorumcunque bonorum independenter à voluntate fuperiorum; tales funt fcholaftici approbati, & Coadiutores emiffis votis poft biennium probationis in focietate Iefu. Aduerte tamen votum illud non effe folemne fed fimplex acceptatum tamen ab Ecclefia vt veri fiant Reli-

11 giofi. † Cæterum profeffi qui folemne paupertatis votum emiferunt funt omnis dominij incapaces fiue iure naturæ vt multi in 4. dift. 27. vt D. Tho. Ricard. Durand. Palud. & alij. Siue iure diuino pofitiuo ut multi alij recentiores: Sotus uterque; Ledefma Angelus Henriquez & alij quos citat & fequitur Sanchez de Matr. lib. 2. difp. 19. num. 3. Siue iure Ecclefiaftico ut Michael Medina de Conti. Sacro. homin. cap. 86. & 87. Henri. quod lib. 5. quæft. 37. Hoftienf. lo. Andr. & Butr. in cap. Ex publico, de conuerf. coniug. unde in particulari funt omninò incapaces dominij. Vfusfructus poffeffionis & fimilium iurium rerum temporalium tam mobilium quam immobilium text. in cap. Non dicatis 12. quæft. 1. Non dicatis aliquid proprium, fed fint uobis omnia communia & cap. Cum ad monafterium de ftat. Monach. ubi Innocentius III. ita habet. Prohibemus diftrictè in uirtute obedientiæ fub obteftatione diuini iuditij, ne quis monachorum proprium aliquo modo poffideat, &

12 infra fubdit. † Nec Papam difpenfare poffe ut monachus manens monachus habeat proprium, & cap. monachi eodem titulo ex Concil. Later. ita ftatuit. Qui peculium habuerit, nifi ab Abbate fuerit ei pro iniuncta adminiftratione permiffum à communione remoueatur altaris & Triden. feff. 25. cap. 2. Nemini regularium tam uirorum, quam mulierum liceat bona immobilia, uel mobilia, cuiufcunque qualitatis fuerint etiam quouis modo ab eis acquifita tanquam propria, aut etiam nomine conuentus poffidere uel tenere; fed ftatim ea fuperiori tradantur conuentuique incorporentur.

13 † An autem faltem in communi poffint Religiofi habere dominium uariant Doctores, Nauar. Comm. 2. de Regul. numer. 3. & 34. negat ullum dominium effe penes Religiofos, neque in communi, & addit neque effe pænas Summum Pontificem fed effe pænas dominum noftrum Iefum Chriftum. Communis tamen fententia eft effe pænas Religionem in communi (excepta tamen Religione Sancti Francifci) probat Leffius de Iuft. lib. 2. cap. 4. dub. 5. numer. 19.

14 Noto 7. † Paupertatem aliam effe interiorem, alia exteriorem. Interior paupertas eft carentia voluntatis habendi, & quærendi pecuniam fine iufte idest proprium retinendi, fiue iniufte, ideft, alienum, etiam vt poteft efie inftrumentum virtutis, vt pro eleemofinis; & c. Qui enim vellet poffideret etiam hoc nomine violaret votum paupertatis.

15 † Dixi habendi vel quærendi peccuniam, quia nomine pecuniæ, non folum venit peccunia ipfa, fed etiam quidquid eft pecunia æftimabile cap. Totum 1. quæft. 3. & l. Pecuniæ ff. de verb. fignif. quæ lex probat etiam iura pacta, obligationes, & actiones dici pecuniam vt ponderat Gloff.

16 in cit. cap. Totum † Dixi præterea effe carentiam voluntatis quod eft idem ac dicere, non volendi, non autem, nolendi, vt innuerem non requiri actu pofitiuum nolitionis; fed fufficere actum negatiuum non volitionis, fufficit enim negatiue habere actum non volendi habere, & acquirere, licet pofitiuum non habeatur nolendi habere, & acquirere. Exterior autem paupertas eft illa, quæ ex voto folemni reddit illud emittentem actu incapacem omnis dominij &c. de qua loquitur cap. Non dicatis &c.

17. Noto 9. † Hæc pronomina Meum, & tuum, fi ftricte fumantur arguere dominium iuxta Gloff. memorabilem in cap. Quo iure verbo meus, & probatur per l. Quintus ff. de auro, & arg. lega., & per ipfum met caput. Quo iure, citatum, ita vt poffeffa à me folum bona fide, ftricte non poffim dicere mea, quia illorum vere non habeo dominium ex prædicta Gloff. per l. 2. §. 1. ff. de relig. & fumpt. fun. Large tamen fumpta fignificant quidquid poffidetur vel detinetur fecundum Gloff. receptam in l. 2. ff. de orig. Iur. verb. Papyrius, hoc modo coloni dicunt fuos, agros, quos colunt quam Gloffam inter alios commendat Card. Alex. d. c. Quo

18 iure, ita vt † Genitiuus, qui de fui natura fignificat dominium iuxta eandem l. 2. ff. de relig. & fumpt. fun. fecundum fubiectam materiam, aliquando denotet auctorem, aliquando poffefforem, aliquando detentorem vt fi dicatur liber Bartol. Domus Clelij. Aget Pompæi &c. Secundum Bart. in Rub. ff. de Noui operis nunciat. per Gloffam in l. Quoties ex ftipulat. ff. de verbor. obligat. & l. Quoties idem ff. de reg. iur. Cum ergo fignificatio horum pronominum. Meum & Tuum, aliquando fumatur ftricte, aliquando large, & aliquando fecundum fubiectam materiam, ita fecundum loca, in quibus reperientur pofita erunt explicanda. In propofito noftro Religiofus illis pronominibus vtens in ftricta fignificatione uolens demonftrare fe habere ufum, dominium, & adminiftrationem independenter à quocunque fuperiore, & fibi in hoc complacet, peccat mortaliter, quia uiolat votum paupertatis, quia fibi applicat, & appropriat dominium Nauar. d. com. 2. de Regul. numer. 1. §. Pro refponfion. Ifdem autem utens non aduertens ad dominium, uel ad poffeffionem, uel ad quidquam aliud tale; Nauarr. ubi fupra afferit ad fummum committere peccatum ueniale, quia effet fecundum ipfum mendacium ex inaduertentia. Ego autem puto nullum effe peccatum, non ex intentione loquentis; quia fupponimus de hoc non cogitare, neque ex natura rei, quia iam utfupra dictum eft explicatio horum pronominum defumenda eft fecundum fubiectam materiam, cum ergo loquatur Religiofus, intelligenda erunt fecundum modum, quo de Religiofo poffunt uerificari, erunt igitur intelligenda ut infra explicabimus; Nec uideo quomodo poffit effe mendacium, quod eft ire contra mentem, dicendo autem meum non id contra mentem quia fupponimus non aduertere Religiofum ita loquentem, & uerba de fe faciunt optimum fenfum. Vnde, fi loquens expreffe intendat uerificari hos modos loquendi fecundum

cundum subiectam materiam, nempè; quod cum ipse sit membrum Religionis dicendo, rem nostrã Breuiarium nostrum &c. significet illud quale quale dominium, quod sibi competit, ipse verò utitur pro nomine, Meum, quia, cum ut particulari personæ, cui competit meum, nulla competat ratio dominij, quod non excludit nostrum, uidetur nelle priuare se illa ratione dominij, quæ illi competit vt de vniuersitate, & retinere tantum rationem simplicis vsus, & administrationis dependentem à voluntate superioris quod competit ut particulari personæ, & ita non solum non peccabit sed exercebit actum uirtutis, cum dicat actum particularis expropriationis iuris sibi aliquo modo competen-
19 tis. † licet enim bona monasterij non sint communia Religiosis, ut fingulis, quomodo sunt bona hæreditatis indiuisæ omnibus hæredibus æqualiter institutis, uel prædium emptum à pluribus æqualiter pretium conferentibus, qui sunt domini quotarum partium l. per fundum ff. de seruit. præd. rust. l. Sabinus ff. comm. diuid. & Glos. cap. Cum omnis de constit. sunt tamen communia uniuersis, & ut uniuersi habent eorum dominium Sanchez lib. 7. sum. cap. 18. num. 11. & cap. quod omnes cum sua Glos. de reg. iur. in 6. & late Felinus cap. Cum te de rescript. num. 8. Eritque cum sit actus maioris
20 expropriationis etiã actus maioris uirtutis. † Nam paupertatis gradus sunt Nihil proprij habere in particulari, sed habere dominium in communi: Non habere proprium nec in particulari nec in communi. Habere necessaria ad usum commodum, habere necessaria ad usum pauperem. Habere necessaria ad usum mendicum, & qui altior gradu altiori modo promit altiorem actum uirtutis. Cauendum tamen, ne talis modus loquendi sit causa admirationis non intelligentibus has subtilitates: Nam sicuti sapientes solent deridere quosdam dicentes nostrum caput, nostrum dolorem &c. ita insipientes mirantur Religiosos dicentes meum pallium, meam tunicam &c. Nullus ergo Religiosus potest habere dominium possessionem, uel aliud ius in pecunia, uel in re pecunia æstimabili, sed tantum administrationem, & usum dependentem à beneplacito superioris cap. edoceri de rescript. Clem. 1. de suppleud. negli. Prælat. cum ibi adnot. Nanar. com. 2. de reg. numer. 12. &c. Sequitur ex dictis, cum monachus nihil sibi possit acquirere, acquirere monasterio. Vnde est illud commune
21 dictum † Quidquid acquirit monachus, acquirit monasterio; etiamsi acquirat contra Iustitiam, Iustitiam tamen, quæ uniuersalis est uirtus, non verò vt est virtus specialis, ad dicta per sanctos Patres ad illud Euangelij. Omnem iustitiam &c. ideò monachus fugitiuus acquirens ext ra monasterium acquirit monasterio, si nulli in acquirendo inferat iniuriam, si verò acquirendo damnificet tenetur restituere, quia in prima acquisitione peccat contra iustitiam vniuersalem tantum, quæ est omnis virtus, & secundo verò contra particularem, quæ est commutatiua: semper autem Monachus acquirit monasterio, siue stipulatur sibi, siue monasterio, siue impersonaliter. An autem Monachus possit obligari actiuè, & passiuè, patebit ex solutione quæsiti, pro quo duo videnda sunt. Primum an dicta stipulatio valida sit. Secundum an posito quod sit valida possit reuocari donec fuerit confirmata per superiorem consensu.
22 Ad † primum videtur dicendum non esse validam illam donationem ex forma stipulationis. Nam Reu. Pater Theophilus stipulatur tantum pro se solo, & pro temporare vitæ suæ, non autem in beneficium conuentus ius habendi viginti, sed quilibet monachus est incapax istius iuris per supra
23 tradita, ergo &c. Neque valet dicere † quod quidquid acquirit monachus, acquirit monasterio, siue sibi, siue monasterio, siue impersonaliter stipulatur, quia hoc verum est, quando expressè monachus non excludit monasterium, vt hic in casu nostro, vbi apertè declarat se non monasterio, sed sibi stipulari ius habendi. Cum ergo ius habendi illi non possit competere, & monasterium excludatur utique dicendum erit hanc stipulationem esse uitiosam, & donationem inualidam.
24 Puto † tamen hanc donationem esse sustinendam & probo. P. Legata, ut sustineantur, si non potest uoluntas legantis directè seruari, debet per indirectum, & omni meliori modo, & possibili explicari, ut habeat affectum, etiamsi uerba essent impropriãda, Iason l. quoties in stipulat. num. 2. ff. de uerb. obligat. Decius in l. contrahenda num. 5. ff. de reg. iur. Menoch. alios referens lib. 4. Præsumpt. 10. num. 10. & lib. 6. præsumpt. 4. num. 34. Mantica de coniect. lib. 3. tit. 5. num. 1. qui alios referens addit, esse etiam cum uiolentia interpretanda,
25 ut actus ualeat. † A legato autem ad donationem ualet argumentum, quia legatum est quædam donatio l. Legatum ff. de leg. 1. Instit. de leg. §. 1. Ancha. cons. 102. quæstio est talis num. 5. Oldrad. cons. 58. numer. 12. Gomez nari. tom. 1. cap. 12. num. 3. Sociu. iun. cons. 130. num. 18. uol. 2. ergo etiam ista donatio erit sustinenda cum uerba possint interpretari vt valeat, quod autem verba possint interpretari, vt donatio valeat probo, & simul dictum.

Secundum stipulatur Pater Theophilus ius habendi ad suum commodum non ad commodum conuentus, sed ista stipulatio potest facere hunc sensum stipulo ius habendi quatenus dicit dominium, & proprietatem conuentui, quatenus verò dicit vsum facti mihi soli, quod videntur importare illa verba ad beneficium, & commodum meum, non conuentus, hac clausula volens significare, quod intentio Dominæ Camillæ matris ea sit, quod vsus facti omninò pertineat ad filium, & non ad alium dependenter tamen à voluntate superioris, ergo ista donatio debet sustineri, quia ista stipulatio hoc modo explicata valet.

Tertium non est necesse quod omnia exprimantur, sed sufficit, quod regularis dum stipulatur, actualiter vel virtualiter acquirat ius monasterio sibi verò usum de facultate superioris sibi licita, Nauar. com. 1. de reg. num. 23. & sufficit etiam, quod intendat acquirere eo modo, quo potest iure diuino, uel Ecclesiastico, ergo ista stipulatio est interpretanda, ut ualeat secundum hanc intentionem, ut ad monasterium acquiratur ius, & proprietas, vsus verò ad monacum.

Dices in hoc legato non differre ius ab vsu. Quia non legatur proprietas monasterio. Respondeo breuiter, esse enim argumentum satis leue, Acquiri monasterio ius exigendi, & habendi, monaco verò vsum facti dependenter à voluntate superioris, si enim illi permittat legatum habere, accipiet, sin autem ex præsumpta voluntate donantis euanescit donatio, quia alio modo non vult pertinere ad monasterium. Scio quoad hoc aliqua esse dicenda, sed quia non sunt ad nostrum institutum prætereo.
26 Quartum † verba in dispositionibus debent intelligi secundum personam, ad quam diriguntur,

Menoch. de Præsumpt. lib. 4. Præs. 78. num. 49.
& 47. Mantica de coniect. lib. 7. tit. 1. numer. 1.
27 & † uerborum perplexitas est interpretanda ex
præsumpta disponentis voluntate, l. qui quadra-
28 ginta ff. ad l. Falcidiam † Neque uerba in contra-
ctibus sunt interpretanda, ut repugnent illius na-
turæ, l. Si uno principio ff. locati & l. damni infecti
29 quidam in princ. ff. de dam. infect. † & de legato
sentiunt omnes quos citat Sanchez de trib. votis
lib. 7. cap. 17. quod uerum est, etiamsi in legato
expressum esset quod nihil iuris acquireretur mo-
nasterio, quia ista uerba, quod nihil iuris &c.
explicarentur nihil iuris quoad usum, uel commo-
ditatem, secus autem, quoad ius dominij Bart.
Auth. Excipitur num. 2. C. de bonis quæ lib. Simon.
de Pret. de interpr. vlt. uol. lib. 2. interpr. 2. dub.
2. solut. 7. num. 13. Roderiq. tom. 2. quæst. 125.
art. 2. Azorius tom. 1. lib. 13. cap. 10. quæst. 3.
Imò etiam si essent addita hæc alia uerba, ut nihil
iuris acquiratur monasterio, sed ipsi monaco,
& non aliter, nec alio modo, Mantic. de con-
iectur. lib. 3. tit. 6. numer. 9. Scio Bimium toto
cons. 6. & præcipuè num. 6. volum. 1. asserete
legatum hoc modo factum non valere, quia illa ge-
30 minatio verborum, † non aliter, nec alio modo
adeò ipsum actat, & resoluit ut si non valeat actus
eo modo, quo debet agi, neque vllo alio modo
possit valere. Quod ista verba regulentur vt gemi-
nata notat Surdus decis. 124. numer. 2. quod verò
actus non valeat nisi geratur prout præscribitur, &
aliter gestus sit ipso iure nullus, Roland. cons. 43.
num. 12. lib. 2. & cons. 63. num. 19. cum seq. lib. 4.
Menoch. de Arbit. cas. 337. art. 34. sunt enim
multum præcisa nec modificationem, vel intelle-
ctum recipiunt, Alex. cons. 3. num. 4. lib. 1. & fuit
dictum in vna Placent. Dotis. 6. Iunij 1614. corã
Patriarch. Pamphileo impressa per Farin. decis.
619. part. 1. recent. & indicant præcisam necessi-
tatem, eadem Rota apud Cencium post tract. de
Censib. decis. 117. & faciunt necessitatem Rota in
vna Bononiens. bonorum de Bouijs Coram Mellino
impressa per Marches. de commis. par. 1. pag. 117.
num. 4. Et denotare omninò abesse voluntarium
fuit dictum in vna Auximina Societ. impressa per
eundem Marches. loc. cit. pag. 478. & habere na-
turam præcisiuam, & formam inducere in vna
Illerdan. coram Iusto impressa per Farin. decis. 57.
part. 1. recent. & importare conditionem qua defi-
ciente perinde est ac si nihil fuisset actum, Meno-
chius de Arbitr. casu 337. nu. 40. sed quidquid sit
de hac clausula quæ non est inserta in dispositione,
de qua agimus; & efficaciter probatur sustinenda,
& valida, cum possit in bonum sensum explicari,
puto, & validam & sustinendam esse; maxime etiã,
quia stipulatio illa, cum sit facta à Notario non
multum perito rerum regularium more quo solent
sæculares donationis instrumentum conficit. Hęc
autem inaduertentia facile potest præsumi in illo
Notario ad sæcularia, non ad Ecclesiastica deputa-
to, si in ijs, quæ pertinent ad regulares se immi-
sceat, maxime si etiam regulares, quorum beneficio
stipulatio fit, non sint viri eruditi, & apud eos vi-
geat non correctus modus loquendi, quia neque
31 ipsi errantem possunt corrigere Notarium. † Licet
enim ignorantia in Doctore adscribatur, & æqui-
paretur dolo, Bald. §. Iudices in tit. de part. in
fin. Alex. in l. Si quis id quod ff. de iurisd. omn. iud.
verum tamen est in ijs quæ sunt suæ professionis
32 non alienæ. † Cæterum dicendum est ignoran-
tiam, & scientiam præsumi ex coniecturis, Abbas
in cap. Cum illorum num. 15. de sent. excom. cum
ergo Notarius sæcularis rarò soleat in rebus regu-
larium se immiscere, & stipulatio sit concepta more
sæculari, facile potest coniectari error excusabilis
ex ignorantia maxime cum sit difficile creditu Do-
minam Camillam hanc mentem habuisse, cum nihil
ad ipsam referret an dominium pertineret ad con-
uentum, dummodo commodum legati pertineret
ad filium.

33 Directè † igitur respondendo dico si donans
declararet se omninò velle, quod dominium perti-
neat ad monachum, & nullo modo ad monasteriũ,
donatio sub prædicta conditione ita expressa erit
omninò irrita; ita Sanchez loc. cit. cap. 13. nu. 13.
recognoscens hanc differentiam inter legatum, &
donationem, quod illa conditio in legato tamquam
turpis rejicitur; In donatione verò easdem condi-
tione subsistente donatio ipsa est nulla, ex toto tit.
ff. de condit. ob turpem caus. & l. Impossibilis ff.
de verb. obligat. & §. Si impossibilis de inutilib.
stipul. & est sententia Bimij toto cons. 6. & maxi-
me num. 6. volu. 1. Quod si non sit expresse apposi-
ta talis conditio, vtique valebit donatio per præ-
dicta.

34 Tota † igitur difficultas est in hoc sita. An
stante quod ista donatio sit stipulata nulla præce-
dente superioris facultate per Reu. Patrem
Theophilum à suo superiore obtentam neque ulla
per eundem superiorem subsequta ratificatione
pariat aliquam obligationem, uel nullam, & ideò
35 an sit reuocabilis, uel non † Pro cuius solutione
noto, quod in contractu duplex potest oriri obli-
gatio, Naturalis, & Ciuilis; Naturalis est illa, ad
quam implendam, licet non detur actio in iuditio
obligat tamen in conscientia cap. fin. de consuet.
& docet Bart. in extrauag. Ad reprimendam uerbo
denunciationem num. 10. Anchar. reg. Possessor
num. 9. de reg. iuris in 6. Abbas cap. Quia plerique
num. 43. de Imm. Eccles. Ang. uerbo obligatio
num. 2. Couar. cap. Cum esses de test. num. 5.
Oriturque ista obligatio naturalis aliquando ex
honestate, & gratitudine, de qua pro nunc nihil ad
nos, aliquando ex vinculo legis naturalis, dictantis
datam fidem esse seruandam quod facit ad casum
nostrum, obligatio verò ciuilis est illa, ad quam
implendam datur actio in foro causarum, ita citati
Doctores. Violare tamen obligationem natura-
lem est peccatum licet in foro fori pro ea non de-
tur actio. Quando autem oriatur ciuilis quando
naturalis obligatio accipe sequentem regulam. Si
lex actum reprobet, & prohibeat ei resistens, ex illo
neutra oritur obligatio, l. Non dubium C. de leg.
ibi Nullum pactum, nullam conuentionem nullum
contractum inter eos volumus subsequutum, qui
contrahunt lege contrahere prohibente & l. Cum
lex ff. de fideiussor ibi Cum lex venditionibus oc-
currere voluerit fideiussor quoque liberatur, si enim
naturalis obligatio ex contractu nasceretur fideius-
sor non remaneret liber; sed adstrictus l. Quod
enim & l. fideiussor §. fideiussor ff. de fideiuss. ratio
autem est, quia, licet ex uinculo naturæ, & naturali
lumine dictante fides data in contractu sit seruan-
da, ad eamque naturalis oriatur obligatio, potest
tamen lex ob bonum publicum impedire talem
obligationem, idque uidetur efficere quando con-
tractui resistit ipsum omninò irritans & cessans ita
Glossa l. Cum lex §. Cum lex ff. de fideiuss. Bart. ibi
num. 4. Angelus §. pupillus num. 3. Instit. de inut.
stipulat. Couar. de pact. part. 2. § 4. num. 6. uers.
tertio, & uersu quinto. Si autem lex contractui

maxime

minime resistat ipsum reprobans, nec ei assistat dans actionem in foro causarum; sed potius illam deneget, tunc actus iste, vel contractus remanet destitutus auxilio iuris ciuilis sub solo fomento iuris naturalis, quare sola etiam naturalis obligatio nascitur verum debitum producens in foro animæ. Quod si lex non solum non resistat contractui; sed illum approbet, eique assistat, tunc oritur vtraque obligatio, & naturalis, & ciuilis; ita Couar. loco citar.

36 Dico † ex ista stipulatione nullam oriri obligationem, vel naturalem, vel ciuilem, & ideò Dominam Camillam posse illam reuocare quoadusque sequatur ratificatio superioris Domini Theophili imò secundum Lessium infra etiam sequta ratificatione superioris nisi etiam ipsa iterum consentiat. Dictum est Hostiens. in sum. tit. de fideiuss. §. & si quis num. 3. versu Item excipitur Monachi Abbat. cap. Cum ex rescripto num. 1. de iureiurand. Alex. num. 6. Felin. num. 1. Zasij l. Naturaliter num. 2. ff. de condit. indebit. Fabr. §. At nec in fine Inst. de fideiuss. Fortun. l. Gallus §. & quid si tantum num. 70. ff. de lib. & posthu. Cagnol. leg. in personam ff. de reg. iur. Cauall. in suis commu. quæst. 446. num. 13. explicans quamuis iureiurando contractus firmatus sit Monald. cons. 30. uolu. 2. asserent. num. 14. Non esse satis prælatum non contradicere, ut obligatio oriatur sed opus esse ut contractum approbet Molina tom. 1. de Iust. disp. 140. qui videtur distinguere Lessius de Iust. cap. 41. dub. 11. num. 90. Molina tamen, & Lessius putant probabilem, & Lessius addit posse donantem Religioso semper resilire etiamsi ratificet superior, nisi etiam ipse ratificationem approbet hoc etiam putat probabile Sanchez lib. 7. sum. cap. 31. nu. 27. & probo.

37 P. † Ad obligationem naturalem requiritur
consensus sine quo nulla talis oritur obligatio l.
stichum §. Naturalis ff. de solut. Religiosus autem
caret velle, & nolle sine quo non potest esse consen-
38 sus cap. 2. de test. in 6. 2. † Leges Canonicæ resi-
stunt contractibus Religiosorum cap. 2. de test. in
6. & cap. Non dicatis 12. quæst. 1. ergo per con-
tractus Religiosorum neque naturalis oritur obli-
39 gatio ex supradictis. 3. † Æqualitas iustitiæ requi-
rit quod si vnus ex contractu obligetur, obligetur
& alter, & vno non obligato nec alter obligetur,
ergo si in ista donatione regularis non obligatur
nec obligabitur mater, ergo etiam poterit per
40 matrem reuocari; † quia donationes non accep-
tatæ possunt reuocari l. absenti ff. de donat. l. Non
41 ambigi. C. eadem † & acceptatio non solum requi-
ritur ex legum dispositione sed ipso iure naturæ,
probat Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 6. num. 10.
42 §. Cæterum † Imò ad hoc vt donatio sit irreuoca-
bilis non sufficit quod aliquis proprio motu referat
donatario donationem esse factam etiam addens
se audiuisse eandem fieri, sed requiritur nuncius
expressus & ad hoc ab ipso donante destinatus; vel
epistola ipsius donantis, qua donationem significet
donatario, & ratio est quia acceptatio requiritur
ad perfectionem donationis, vel contractus cuius
perfectio in voluntatum vnione consistit l. 1. ff. de
43 pactis † & voluntates absentium non coniungun-
tur, nec in vnum veniunt, nisi uoluntas unius alte-
rius uoluntati per epistolam, uel per nuncium
coniungatur, & requiritur, quod donatio intime-
tur per nuncium ad id missum Gloss. l. 1. in fin. ff.
de contrah. empt. l. consensu verbo consentire ff.
de act. & obligat. & l. Nec ambigi. statim in prin.
C. de donat. & ibi Cinus, & Salicetus in fin. Bart.
l. absenti num. 1. ff. de donat. & ibi Cuman. Capitius decis. 180. num. 8. multas referens, & Ant. Gabri. tom. 1. Com. lib. 4. verbo donatio. Possent tamen aliqua obijci &c.

44 Primò † Nullum est discrimen inter vota Religiosi, & inter promissiones factas homini vtraque enim obligatio exigit consensum, & licentiam superioris vt sit valida, sed obligatio votorum valet donec irritetur à superiore ergo etiam promissio vel acceptatio, relatiue ad homines valebit. Respondeo dupliciter 1. quod ad votorum validitatem satis est superiorem non contradicere, vt verò contractus valeat requiritur positiua eiusdem superioris approbatio, vt annotatum est ex Monaldo supra. 2. Respondeo Sacros Canones non resistere votis Religiosorum vt contractibus vt dictum est.

45 Secundò † Religiosus comparatur seruo ergo sicuti seruus naturaliter se obligat naturaliter etiã se poterit obligare Religiosus. Seruus autem se obligat naturaliter l. naturaliter ff. de condit. indebit. Respondeo non in omnibus Religiosum, comparari seruo, vnde text. in cap. Multos 54. dist. dixit seruitutem spiritualem, quæ est in Monacho, esse strictiorem seruitute humana Abbas in cap. Ex rescripto nu. 1. de iure iurando unde seruus habet velle, & nolle quod non habet Religiosus, & lex non resistit contractibus seruorum vt resistit contractibus Religiosorum.

Tertiò ex Nauarro com. 2. de regul. numer. 42.
Sequeretur hoc inconueniens, quod fideiussor pro
regulari, qui mutuo, commodato, emptione vel
alio modo accipit, non teneretur de fideiussione,
46 quia † principali non obligato saltem naturaliter,
non potest accedere fideiussor l. 1. & 2. ff. de fide-
iuss. quod idem esset dicendum de pignore dato
pro securitate obligationis religiosi. Si enim Reli-
giosus aliquid daret in pignus pro re mutuata, vel
commodata &c. illud pignus non esset obligatum,
quod videtur magnum inconueniens. Respondeo
verissimum esse quod quotiescunque non oritur ex
facto obligatio saltem naturalis in contrahente
nulla neque oritur in fideiubente, est communis
Doctorum, & docet Abbas cap. ex rescripto de iure
iur. & Alex. ibidem, est enim communissima Re-
gula, quod principali nullo modo obligato, nullo
47 modo neque obligatur fideiussor. † Neque inde
sequitur obsurdum cum sit secundum iura, præte-
rea adest optimum remedium vitandi omnia in-
conuenientia. Qui recipit sponsionem pro datis
Religioso, faciat, quod fideiussor obliget se prin-
cipaliter, & in forma cameræ. Nam sicuti verum
est, fideiussorem nullo modo obligari cum fideius-
sionem dat ad securitatem debiti ex contractu iam
irrito naturaliter, ita verissimum est obligari fide-
iussorem si se obliget vt principalem, seu, quod
idem est, faciendo debitum principalis suum pro-
prium, vt passim solet fieri, quia tunc non acces-
sorie, sed principaliter obligatur. Nauar. com. 2.
de reg. num. 41. vers. quod vix reperias, Mendos.
de ætat. minor. quæst. 133. dicens ita decisum
fuisse in Rota, quia quotiescunque quis se obligat
principaliter, fit principalis, multos refert, & se-
quitur Guald. de arte testan. tit. 6. caut. 30. nu. 3.
& multos alios refert Felicius de cens. lib. 3. cap. 2.
num. 20. Quod tamen reuocat in dubium Glosa
Auth. de fideiuss. in prin. Verbo fideiussorem in
fine, Speculat. tit. de renunciat. & condit. §. 1.
num. 18. vers. sed si fideiussor se principalem &c.

& ibi Io. Andrea in addit. littera A, & alij quos
refert idem Felic. num. 20. asserendo, quando, non
fit nouatio obligationis, licet fideiussor se obliget,
vt principalis, vere tamen non esse debitorem prin-
cipalem; sed tantum accessorium fideiussorem de-
bitori principali, ac proinde necessarium esse prius
fieri excussionem in bonis debitoris principalis
antequam conueniatur fideiussor, quia certum est,
quod quotiescunque vnus pro alio intercedit origo
spectanda est, l. Si filius C. ad macedon. & l. Qui id
quod ff. de donat. & ideò si principalis debitor non
obligatur, neque obligabitur fideiussor accessorius.
Quare volunt, vt hæc doctrina verum habeat,
videlicet quod, fideiussor obligans se principaliter,
remaneat obligatus, etiamsi principalis ipse non
obligetur, fideiussorem, qui se constituit principa-
lem, renunciare beneficio Auth. de fideiuss. in
prin. & Auth. Præsente C. de fideiuss. quod est, vt
prius bona principalis debitoris excutiantur, quam
fideiussor possit conueniri. Ita Alex. cap. Ex re-
scripto num. 8. de iure iur. Vel debet fideiussor se
obligare in eadem scriptura simul cum debitore
principali, vt fideiussorem, & debitorem principa-
lem, nam si seorsim in alia scriptura se obligaret vt
principalem, solum fideiussoris rationem haberet
Iason. multos referens cons. 58. numer. 4. lib. 3.
Gutierez de iuram. par. 1. cap. 23. num. 8. & 11.
Molinæ tamen de Iust. tom. 2. disp. 545. hæ cautelę
displicent, & vult, quod siue in eadem, siue in alia
scriptura quis se obliget, vt debitor principalis,
obligetur etiam tamquam principalis, & ideò possit
conueniri etiam nulla facta excusione bonorum
principalis, quia cum renunciat beneficio Authent,
quibus hoc beneficium conceditur habetur tam-
quam debitor principalis. Quotiescunque autem
quis se obligat principaliter videtur renunciare
dictis Auth. Rota autem ita solet decidere de fide-
iussore, quod censeatur se obligare ad omnia, quæ
veniunt ex natura obligationis, & contractus, cui
accedit, l. Si quis pro eo §. Si nummos, & l. Si à co-
lono §. fin. ff. de fideiuss. l. centum Capuæ ff. de eo
quod certo loco Alex. cons. 34. num. 5. per totum
lib. 2. Aymo cons. 45. num. 6. Ludouis decis. 154.
num. 3. & videtur approbare omnia contenta in
contractu l. de acceptione C. de Euict. Fulgos. cons.
61. col. 3. Tiraquel. qui congerit alios de retract.
lignag. §. 1. Gloss. 9. num. 273. & late in vna extin-
ctio. census coram Eminentissimo Seraphino, in
qua etiam fuit dictum hoc procedere, etiam quoad
Confessiones, & enunciata; idem tenuit Ludouis
48 decis. 227. num. 12. & 13. † Accedens tamen
fideiussor pro vna re non censetur pro alia obliga-
tus. Ludouis decis. 445. numer. 3. Et obligatio
fideiussoris recipit interpretationem à verisimili
mente, idem Ludouis decis. 554. art. 7. & eius
obligatio est diuisibilis, ita vt, si obligatio princi-
palis partim est valida, partim inualida, teneat pro
ea parte quæ est valide idem decis. 157. num. 18.
Quotiescunque autem obligatio principalis est nul-
la, nulla quoque est obligatio fideiussoris, idem
decis. 569. numer. 1. Quod tamen non procedit,
quando fideiussor se obligauit in euentum nullita-
tis, & inualiditatis contractus principalis, decis.
eadem num. 5. Item nec quando fideiussor se obli-
gauit principaliter, & vt principalis decis. 321.
num. 6. Serafin. decis. 1324. & in vna Bononiens.
bono. coram Card. Sacrat. vt tradit Marescot. lib.
2. variar. cap. 65. numer. 7. vbi refert etiam alias
decisiones Rotæ, & idem esset dicendum, si adesse-
sent clausulæ æquipollentes obligationi vt princi-
palis, verbi gratia omni meliori modo. Interposi-
tio iuramenti, obligatio cameralis, & similia Se-
raph. d. decis. 1324. numer. 5. Mohedan decis. 2.
de fideiuss. Marescott. supr. numer. 8. Gratianus
discept. forens. cap. 122. numer. 10. Item quando
obligatio est nulla ratione alicuius fauoris particu-
laris, qui non competit fideiubenti idem Ludouis
dicta decis. & in dicta. Serafini, & Rota in decis.
118. numer. 4. inter impressas per Farin. post se-
cundum librum Consiliorum, fideiussor namque
obligatus vt principalis, & principaliter in solidum
respectu creditoris non reputatur fideiussor, sed
principalis Bart. in l. reos ff. de duob. reis Aret.
cons. 33. numer. 8. Puteus decis. 58. in fin. lib. 3.
& fuit dictum in vna Romana Dohanæ salis 10. &
11. Iunij 1581. coram Lauretano Crauet. cons.
77. numer. 3. Francus decis. 55. numer. 8. Surdus
cons. 150. numer. 57. Rota decis. 153. numer. 7.
par. 2. diuers. & decis. 18. sub numer. 3. inter im-
pressas penas Zacch. de societ. off. & in hoc casu
non dicitur habere vllam dependentiam, obligatio
fideiussoris ab obligatione principalis Lodouis.
decis. 445. num. 2. cum ad illum locum annotatis.
Hæc volui addere vt usu frequentissima, & vt scias
quod in supradicta opinionum varietate senserit
Rota.

Dices hanc donationem esse iuramento firma-
tam. Respondet Cuccus Instit. moral. tit. 3. num.
49 37. nihil referre, † quia non fermatur iuramento
contractus naturaliter irritus. Ad hoc enim vt
contractus possit firmari iuramento debet saltem
obligare naturaliter, quia licet infirmetur lege eo
casu confirmatur iuramento. At contractus iure
naturæ nullus iuramento non fit validus, quia iura-
mentum sortitur naturam primordialem, & con-
ditionem actus super quo interponitur, l. fin. C. de
ven. num. pecun. l. fin. ff. qui satisdar. cogu. Neque
per iuramentum quis obligatur, nisi consentiat
ille, cui fit. Archidiac. cap. Quacunque quæst. 5.
in fine. Paul. & Anton. cap. Sicut el 13. de Iure-
50 iurand. † Tandem quia licet iuramento Deus ad-
ducatur in testem, at promissio non fit ipsi Deo, vt
fit in voto, ideò licet in voto Deus acceptet, non
acceptat in iuramento, nisi acceptet ille, cui fit
iuramentum, ergo ante acceptationem iuramenti
nihil actum ita firmum, & quin reuocari possit Bald.
sibi contrarius cap. Cum contingat, conclus. 5.
numer. 26. de iureiurand. Faber Romanus, &
multi alij quos refert, & sequitur decis. pedemont.
70. numer. 8. Decius cons. 342. numer. 55. & 56.
Molin. de Primog. lib. 4. cap. 2. numer. 65. & 66.
Paz senior. cons. 14. num. 11. & Iunior. quæst. 10.
Ciuil. num. 46. & Gutierez. cap. Quamuis pactum
in 2. æditione in prin. numer. 55. mutans eam sen-
tenciam, quam sequtus fuerat in prima æditione,
& reprobans cum Molina Glossam cap. Quoties
cordis oculis verbo, & per te 1. quæst. 7. asserit
hoc verum esse etiam si verba promissionis diri-
gantur in præsentem.

51 Dices † iuramentum quod non est contra
bonos mores, vel contra bonum commune est
seruandum cap. Si verò de iureiur. Cum ergo hoc
non sit contra bonos mores nec bonum commune
erit seruandum. Respondeo illud cap. esse intel-
ligendum de iuramento non conditionato; Nam si
iuramentum habeat in se tacitam conditionem,
quæ non sit impleta; semper potest reuocari, quoad
vsque impleatur, vt si quis iuret alicui mulieri se
illam ducturum in Matrimonium, si post iuramen-
tum mulier fornicetur, si ille, qui promisit, nolit

eam ducere, nemo est, qui illum cogat quia iuramentum habet in se tacitam conditionem nisi fornicetur; Iuramentum ergo obligat rebus stantibus in eodem statu cap. Quemadmodum de iureiur. Cum ergo donatio habeat in se hanc tacitam conditionem si fuerit acceptata etiamsi additum sit iuramentum toto tempore quo non erit acceptata poterit reuocari. Ita Molina Gutierez, & Paz iuniot loco citato.

5 Dico † ergo Dominam Camillam posse reuocare dictam donationem quia non acceptatum à Reu. Patre Theophilo cum debita facultate siue à superiore confirmata etiam si fuerit iurata quia nullam parit obligationem nec ciuilem nec naturalem imò posset etiam illam reuocare licet fuisset acceptata ipsa ignorante, per ea quæ tradita sunt ex sententia Lessij putantis hoc probabile, & aliorum asserentium simpliciter.

SVMMARIVM.

1 *Casus proponitur.*
2 *Verba legis sunt consideranda.*
3 *Dictio, nisi, est exceptiua & in effectu aduersatur præcedentibus.*
4 *Ponitur priuatiue, & aduersatiue quoad præcedentia.*
5 *De natura huius dictionis, nisi, est semper contradicere.*
6 *Rubricæ Missalis vel Breuiarij non possunt tolli à quocunque inferiore illo qui eas edidit.*
7 *Cum duo disiunctiue lex continet, quandonam sit liberum sequi quod magis libet.*
8 *Consuetudini legitime introductæ non Rubricis standum est.*
9 *Consuetudo tollit omnem legem ciuilem, & canonicam præter naturalem, & Diuinam.*
10 *Et in spetie consuetudo in Diuinis officijs, & Sacramentis intellige tamen quoad ritus non quoad formam materiam vel ministrum.*
11 *Contra Sacros Canones non admittitur consuetudo quæ potius est corruptela.*
12 *Alij Canones in contrarium admittunt contra Canones consuetudinem expenduntur, & conciliantur isti textus.*
13 *Quæ consuetudo admittatur contra Sacros Canones, & quæ reprobetur.*
14 *Superiori præcipienti seruari rubricas, contra, quas legitima est introducta consuetudo, sine scrupulo non obeditur, imò non licet obedire.*
15 *Qui consuetudinem contra rubricas induxerunt, si conueniant, & decernant non seruare consuetudinem, inualide agunt, quia hoc esset condere legem, quod illis non competit in materia rubricarum.*

Consuetudo recitandi officium mortuorum certo tempore an possit tolli à superiore Regulari.

XLVII.

1 Viget † in quadam Religione consuetudo recitando officium mortuorum. Vesperas quidem post Vesperas etiam dici, matutinum, & laudes hora vigesima tertia, ita vt eodem die Vespertinæ matutinæque preces mortuorum recitentur. Superior legens in rubricis Breuiarij, quod matutinum officium debet recitari post laudes statim iussit omissa introducta consuetudine recitari matutinum post laudes quæsitum fuit, an huic iussioni sit obtemperandum.

2 † In primis licet annotare verba Rubricæ, quæ sunt ista. In choro dicitur post officium diei idest Vesperæ post Vesperas & matutinum post laudes diei nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum. Hoc posito respondeo breuiter. Primò consuetudinem introductam non esse tollendam, est enim non solum tolerata, sed approbata in Breuiario, patet ex verbis, nisi alia sit consuetudo &c. ergo si alia est consuetudo Ecclesiarum, non dispositio Rubricæ, sed ipsa consuetudo erit seruanda.

3 † Dictio enim illa nisi est exceptiua, & in effectu aduersatur precedentibus vt in l. Actione vbi Bart. Iason, & alij. C. de transact. & in Reg. Peccatum de reg. iuris in 6. Socinus iunior. cons. 163. num. 36. volu. 2. Federic. de sen. cons. 80. nu. 2. Alex.
4 cons. 64. lib. 4. & † ponitur priuatiue, & aduersatiue quoad præcedentia Gratia discept. for. tom. 3. cap. 446. nu. 41. Rota apud Farin. decis. 391. num. 14. part. 1. recent. & cum in hac Rubrica antecedat affirmatiua, nempè (dicatur officium
5 defunctorum) dictio sequens, nisi, uegat, † quia illius natura est semper contradicere Bart. Salicet. Iason num. 3. Decius num. 5. Padilia num. 12. per textum ibi in lege actione C. de transact. Sanchez de Matr. lib. 1. disp. 19. nu. 3. & sæpe fuit tentum in Rota. Contradicit ergo prædictæ rubricæ, & vult in casu quo extet consuetudo, illa seruetur relicta rubrica.

6 Dico 2. † Introductam consuetudinem non posse tolli à superiore regulari, neque à quocumque alio inferiore à condente ipsas rubricas. Quia rubrica duas habet partes, alteram, quæ disponit independeuter à consuetudine, alteram, quæ approbat inductam consuetudinem, quo casu consuetudo est, veluti Rubrica, vtpote per illam approbata. Cum ergo incipiat esse pars rubricæ, non poterit tolli à non habente facultatem immutandi rubricas.

7 Dices † duo sunt in rubrica dispositio, & approbatio consuetudinis, liberum ergo erit cuique quam maluerit sequi. Respondeo hoc non esse verum in casu nostro, & dico in Rubrica esse quidē dispositionem, & approbationem consuetudinis, sed consuetudinem esse appositam vt derogantem dispositioni, quo casu non est liberum sequi, quod magis libet, sed sequenda est consuetudo excludens dispositionem.

8 Dico 3. † etiamsi in rubrica non adesset clausula. Nisi alia adsit consuetudo, adhuc tamen consuetudo, si esset legitime introducta, esset seruanda, non dispositio, quia dispositio rubricæ cessasset & patet,
9 quia † Consuetudo tollit omnem legem, quæ non sit iuris naturalis, vel diuini, quæcumque illa sit, Ecclesiastica, vel ciuiles cap. Licet ex quadam de testib. & probat Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 4. numer. 14. Lessi. de iust. lib. 2. c. 6. dub. 14. Abbas in cap. Pastoralis numer. 9. de off. iud.
10 ordin. † affirmat in spetie de consuetudine in diuinis officijs, & Sacramentis per cap. Trina de cons. dist. 4. Intellige tamen in Sacramentis, quoad ritus non quoad formam materiam vel ministrum.

11 Dices † contra Sacros canones non admittitur consuetudo, sed potius dicitur corruptela cap. quod super in fin. de consang. ibi. Ne autem infra gradus prohibitos Matrimoniū contrahatur debet publice inhiberi, & præsumptores Ecclesiastica districtione punire non obstante consuetudine, quę potius corruptela dicenda est, & cap. super eo in priori

priori parte de cognat. spirit. ibi Si tales filij fuerunt, per quos alterum, vel vtrumque parentes eorum ad compaternitatem venerunt eos coniungi nulla ratione sustineas, & coniuntos pontificali auctoritate, ne differas separare. Nos facile possemus respondere. In his textibus sermonem esse de impedimentis Matrimonij, nos autem loqui de Sacris ritibus, in quibus admitti consuetudinem probat suprascripta Rubrica, & text. citatus in cap. Trina, & facile euaderemus difficultates, sed quia vniuersaliter diximus consuetudinem legitime introductam,& rationabilem tollere non solum ius ciuile, sed etiam canonicum, ideò adsero text. in cap.1. de cognat.spirit. & cap. super eo in posteriori parte super.alleg. in quorum, secundò ita habetur, Si per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit, de his te volumus consuetudinem tuæ Ecclesiæ Metropolitanæ, vel aliarum circumpositarum inquirere, & diligentius imitari, ita quod si eiusdem Ecclesiæ consuetudo habeat inter eos non sustinere coniugium fieri,nec factum firmitatis robur habere, tu similimodo in Ecclesia tibi commissa coniugium huiusmodi fieri non permittas, & si quos taliter coniunctos inueneris iuxta earumdem Ecclesiarum consuetudinem ipsos separare ab inuicem ne omittas, & in primò pariter ita habetur. Nisi consuetudo Ecclesiæ, quæ scandalum generet aliter habere noscatur. Admittitur ergo, & non admittitur contra Ecclesiasticas sanciones ex Sacris canonibus consuetudo.Quid ergo?

13 Nunquid in istis contradictio? † Pro concordias accipe, est admittenda consuetudo rationabilis, & legitime præscripta contra leges etiam Ecclesiasticas. Ad texrus in contrarium. Respondeo, improbatur in illis consuetudo, ergo non potest introduci. Negatur consequentia, fieri enim potest, quod consuetudo pro eo tempore quo improbatur sit irrationabilis, & non toleranda, quæ postea labentibus annis fiat non solum rationabilis, sed necessaria. Quot enim leges initio Sanctissime sancitæ sunt, quas tamen consuetudinem tollere ratio coegit. Potest ergo pro vno tempore consuetudo esse irrationabilis, periculis plena &c. ideò pro corruptela habenda, pro alio verò rationabilis, & fortasse necessaria ideò admittenda, & introducenda. Textus igitur improbantes sunt intelligendi de irrationabili, approbantes de rationabili, & sancta.

14 Dico 4. † Superiori præcipienti consuetudinem illam aboleri non esse parendum; iniuste enim præcipit, cum præcipiat contra consuetudinem ab Ecclesia approbatam circa titus,& Sacras Ceremonias, circa quæ nihil potest quisquam Summo Pontifice inferior.

Dico vltimo, etiamsi non adesset in rubrica illa clausula, nisi alia sit consuetudo, & consuetudo tamen esset inducta, adhuc esset seruanda, & superior non posset contrarium præcipere. Prima pars patet ex cap. Trina citato, vbi permittitur vnicuique Ecclesiæ sequi suam consuetudinem. Secunda etiam patet, Quia superior non potest præcipere contra approbatas consuetudines, & videretur ferre nouam legem determinantem Sacros ritus, quod nullo modo spectat ad ipsum.

15 Dices † tandem, an illi, qui consuetudinem aliquam induxerunt possunt item inter se conuenire, & inductam tollere. Respondeo non posse ratio est,quia hoc esset condere legem circa Sacros ritus,quod facere non possunt licet possint inducere consuetudinem. Nam potest quidem inferior introducere consuetudinem legem autem nequaquam,per ea,quæ communiter traduntur à Doctoribus.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Quæ sint decidenda.*
3 *Varij modi instituendi hæredem sub conditione, vbi de conditione negatiua perpetua, & de eadem distributiua, & de earum effectibus.*
4 *Multa legata spetie quidem videntur affirmatiua, quæ, si recta expendantur, sunt negatiua.*
5 *Legatum sub conditione negatiua distributiua an debeatur eo anno, quo cessat, varia dicta, & resoluitur.*
6 *Sufficit conditionem extitisse momento temporis.*
7 *Pœna licet regulariter non debeatur, nisi sequta sententia, fallit in pœna adiecta à testatore in testamento.*
8 *Respondetur primæ difficultati.*
9 *Respondetur secundæ difficultati.*
10 *Soluitur quædam obiectio contra dicta.*

De pœna apposita in testamento contra hæredem non seruantem mentem testatoris de non alienanda hæreditate.

XLVIII.

1 Titius † in suo testamento instituit Seium hæredem vniuersalem omnium suorum bonorum, hac tamen lege, ne quid eorum immobilium, quæ ex illa hæreditate ad ipsum peruenerint, vendat, & si vendiderit, totam hæreditatem tenetur restituere hospitali Sancti Lazari, mortuo Titio adit hæreditatem Seius, & statim cogitat de agro vendendo, sed quia obstat, clausula, quod si vendat ab hæreditate cadat, adit præsides hospitalis, ac cum illis agit, vt velint in pactum deducere, quam pecuniæ quantitatem velint sibi solui,vt libetent eum à pœna apposita in testamento, vt libere vendere valeat suam hæreditatem, & pacto numero mille aureorum, hæc tradit hospitali postea ven-
2 dit hæreditatem. Quæsitum fuit. † Primò an hæres vendens sine licentia hospitalis cadat in pœnas, & quid de fructibus perceptis. Secundò an talem facultatem possit dare hospitale pacto pretio.

Pro resolutione primæ difficultatis est maxime notandum, quomodo sint concepta verba disposi-
3 tionis; quia ex hac multum pendet solutio. † Potest ergo dispositio concipi his modis. Sit meus hæres Sempronius donec alienet bona hæreditatis. Vel quandiu non alienauerit bona hæreditatis vel quoadusque non alienet bona hæreditatis. Vel hoc alio modo. Sit meus hæres Sempronius si non alienauerit bona hæreditatis. Isti enim modi dispositionis sunt omnes negatiui; sed alter est sub conditione negatiua perpetua. Alter autem sub conditione negatiua distributiua. Dispositio sub conditione negatiua perpetua est ista sit meus hæres Titius, si meam hæreditatem non alienauerit. Sub conditione autem distributiua sunt alij modi; nempè sit meus hæres Sempronius donec alienet quousque alienet &c. Valde autem distant inter se istæ duæ conditiones quoad effectum. Nam conditio negatiua perpetua si deficiat retrotrahitur vsque ad principium institutionis, & qui non seruat conditionem, tenetur restituere non solum capitale, sed etiam fructus perceptos, quia iuris fictione

præsumitur

præsumitur ac si non fuisset institutus hæres, ita expresse Auth. cui relictum. C. de ind. vid. ibi. Qui sic admittitur, ac si ei relictum vel ordinatum non esset & notant ibi scribentes Paulus num. 4. Iason num. 7. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 19. num. 22. quod dico de hæreditate dico etiam de legatis, ideò etiam legatum erit restituendum eodem modo, quo hæreditas, etiamsi sit tantum annuum; eruntque restituenda non solum omnia percepta cum fructibus item perceptis, sed etiam percipiendis Mantica ibidem & Molin. de Primogeni. lib. 1. cap. 12. num. 21. & in foro fori non solum percepti, sed etiam qui percipi possint. In foro verò animæ non omnes qui percipi potuissent, sed quos percepisset dominus rei quod verum est de quolibet malæfidei possessore, Metin. de reb. rest. quæst. 6. in solut. ad 2. Couar. Regula Peccatum part. 2. §. . . . . . . & alij. Vnde mulier instituta legataria domina madomina &c. Si caste vixerit, si ad secunda vota non transierit. Si castitatem non seruauerit, & reliqua non seruauerit tenetur restituere: & ideò hæredes antequam adeant hæreditatem & legatarij antequam percipiant legatum tenentur dare fideiussionem restituendi totum, nisi pateant voluntati disponentis l. Mutiana. & l. Hæres meus §. post mutianam, & §. quamuis ff. de condit. & demonst. l. Cum filius §. Qui Mutianam ff. de leg. 1. & quando non possunt fideiubere sufficit, si præstent iuramentum restituendi quidquid legato, vel hæreditate acquisitum fuit simul cum fructibus Molin. de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 206.

Si verò conditio distributiua sit non perpetua, hoc casu conditio diuiditur, fructus enim percepti seruata conditione fiunt, legatarij vel hæredis pro illo tempore; pro tempore verò quo non fuerit seruata sunt restituendi, & ita est distributiua, quia secundum tempora distribuire, est autem danda cautio, quando conditio negatiua est perpetua, quia sunt restituendi fructus etiam decursi & percepti non verò, quando conditio negatiuę est distributiua, quia de præteritis non est obligatio, futuros verò statim reddet qui conditionem faciet deficere. Salicet. in l. fin. num. 3. C. de indict. viduit. Ruin. cons. 170. nu. 2. in fin. volu. 3. Mantica de coniect. lib. 11. tit. 19. nu. 22. Ego tamen non videò quare non sit danda cautio etiam, quando conditio negatiua est distributiua; fieri enim potest, & sæpe etiam fortasse fit, quod mulier instituta vsufructuaria, si caste vixerit, multo tempore occulte non caste viuat, & fructus percipiat quo casu si aliquibus annis elapsis crimen originarie detegatur, quomodo fructus perceptos restituet?

4 Certe cautio erit necessaria. † Ista autem legata, licet videantur in specie diuersa, re tamen vera sunt eadem, & sunt omnia negatiua; si non exierit à domo mea, si permanserit in domo mea, si caste vixerit. Si non fuerit fornicata. Si non transierit ad secunda vota, si hæreditatem non alienauerit, si hæreditatem retinuerit habent enim etiam illa, quæ videatur affirmatiua, vim negatiuæ secundam communiorem sententiam. Sanchez de Matr. lib. 7. disp. 91. num. 6. & lib. 1. disp. 33. num. 14. vt

5 apud ipsum. † An autem legatum sub conditione distributiua & temporanea debeatur pro illo anno, quo deficit conditio verb. grat. Clelia est instituta vsufructuaria quousque caste vixerit. Seius sit meus hæres donec appellabitur nomine meæ casatæ. Camillæ lego centum singulis annis quousque transeat ad secunda vota. Camilla transit ad secunda vota 25. die Ianuarij. Seius non vult amplius appellari nomine casatę testatoris sub initiū mensis Aprilis. Celia fornicatur mense Augusti; legatum totius anni an debeatur variant Doctores. Imola l. Cum filius §. Qui mutianam num. 1. ff. de leg. 1. Acosta lib. 2. selecta cap. 18. nu. 4. negant deberi fructus illius anni. Acosta declarat, nisi legatarius vel hæres obijerit, quia si obijt vult deberi, quia per ipsum non steteri quominus conditio fuerit impleta. Si autem ex defectu legatarij non impletur vult non deberi, quia est in culpa; ita ipse

6 relato Signorolo. † Sanchez vult deberi, quia sufficit momento temporis extitisse conditionem, vt probauit lib. 1. disp. 33. num. 15. & ideò in legatis annuis asserit satis esse annum esse inceptū, vt integrum legatum debeatur, probat ex l. filiæ l. à nobis ff. de annuis legatis. Mantica de coniecturis li. 10. tit. 12. nu. 14. limitat, si legatum est factum sine vlla conditione, sufficit annum esse inceptum vt debeatur, Si verò est sub conditione distributiua negatiue sufficit pro rata esse seruatam, & pro rata temporis debetur, ita vt qui medio anno conditionem seruauerit dimidium debeatur legatum, qui tribus mensibus quarta pars, & ita computando. Quod videntur innuere etiam illa verba donec, quousque &c.

7 Noto † præterea quod licet regulare sit pœnam non deberi ante sententiam iudicis; fallit tamen in pœna à testatore adiecta, quæ statim ac incurritur debetur nulla expectata sententia, quia habet potius rationem conditionis quam pœnæ, est enim veluti conditio, sub qua, & non aliter testator voluit disponere, quod potest facere per l. Ab eo C. de fideicommis. cum similibus. Secundò mens testatoris absque iudicis sententia est exequenda ideò hæreditas defertur, legatum datur nulla expectata sententia iudicis, ergo cum eadem sit dispositio istius pœnæ, vel conditionis, eadem modo erit exequenda. Tertiò videtur esse quidam contractus videlicet: Do, vt facias. Constituo te hæredem, legatarium, vt facias quæ iubeo, qui confirmatur acceptatione legatarij, vel hæredis, qui sicut acceptando transferunt illa in suum dominium, ita suo consensu se obligant ad conditionem implendam, & illa non impleta ad restitutionem capitalis, & fructuum, ita Abbas cap. Raynutius nu. 25. de test. Siluest. verbo Legatum 2. in fine. Armilla verbo Pœna num. 1. Nauar. cap. 23. in sum. nu. 61. Couar. 4. Decret. part. 2. apud Sanchez loco cit. num. 2.

8 Respondendo † igitur directe primæ difficultati, Dico, quia hic non sunt relata verba dispositionis, illa in testamento esse optimè consideranda, & videndum, an conditio negatiua sit perpetua, an solum distributiua; Si perpetua vendens tenetur restituere hospitali non solum capitale, sed etiam fructus. Si verò est distributiua tantum capitale, quia suppono hospitale statim sequta venditione bona esse apprehensurum, quod si sequta venditione aliquod etiam tempus intercederet, quo fructus perciperentur, etiam isti essent restituendi. Ex facti spetie tamen puto conditionem negatiuam in hac dispositione insertam esse perpetuam; est tamen videnda qualis sit, quia potest fieri quod difficultas non sit adeò diligenter proposita.

9 Ad † secundam difficultatem. Nempè an præsides hospitalis possint pacisci cum hærede, quod si velit vendere, tantum soluat. Respondeo, nec hospitale posse inire huiusmodi pactum, & dato quod ineat, adhuc venditionem esse nullam. Primum

mum quod hoſpitale non poſſit inire hoc pactum, prob. Primò mens diſponentis, quod ſi bona vendentur, transeant ad hoſpitale, non eſt, principaliter quod illis bonis hoſpitale ditetur; ſed vt tali adiecta pœna illa bona non vendantur; ſed conſeruentur in familia ergo non poteſt hoſpitale paciſci pœnam remittendo, quia ex hoc ſequitur immediate id, quod teſtatur intendit prohibere, nempè venditio. Secundò iſte eſt quidam contractus. Inſtituo hoſpitale hæredem, ſi meus hæres vendiderit hæreditatem acceptando tenorem iſtius diſpoſitionis nihil poteſt acquirere, niſi ſequta venditione. Tertiò eſt quædam conditio. Inſtituo hæredem hoſpitale ſi mens hæres vendiderit hæreditatem ergo non deficiente conditione hoſpitale nihil poteſt acquirere cum nullum habeat ius.

10 Dices † hoſpitale habet ius ad illam ſucceſſionem & ſpem ad illam ergo iſtam poteſt vendere. Reſpondeo Hoſpitale nullum habere ius vendibile niſi circa totum hoc ſi hæreditas fuerit vendita requiritur ergo quod prius ſequatur venditio vt ius habeat vendibile ad hæreditatem. Teſtator enim nullum ius vult habere niſi venditione ſequta.

Imò ſi hoſpitale hoc pactum initer adhuc venditio eſſet irrita, & quidquid acquireret hoſpitale eſſet reſtituendum. Primum patet quia tale pactum eſſet nullum vtpotè contra mentem diſponentis, & contra formam diſpoſitionis, quæ in tantum vult aliquod ius habere in hæreditate, in quantum hæreditas venditur; non enim hoc legatum eſt factum in fauorem hoſpitalis, ſed conſernandæ hæreditatis in propria domo, ideò nullum ius habet, niſi in defectum conditionis, & ideò cum quidquid acquiritur ſit contra mentem diſponentis totum eſt reſtituendum. Tandem iſta eſt ſeries iſtius legati ergo eſt forma, acta autem contra formam ſunt nulla, & etiam conditio formam importat, ergo quidquid agitur non ſeruata forma totum eſt nullum, ſi quidem contra formam, & ſi nullum, quidquid acquiritur erit iniuſte acquiſitum, ideò reſtituendum.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.*
2 *Rationes dubitandi.*
3 *Pœna tenet ſuos nocentes.*
4 *Vendens res emphiteuticas inſcio domino directa perſonis prohibitis cadit in commiſſum.*
5 *Res domino perit.*
6 *Quod nullum eſt nullum parit effectum.*
7 *Quod nullum eſt nullum poteſt tribuere ius.*
8 *Quod nullum eſt perinde eſt ac ſi nunquam factum fuiſſet.*
9 *Delinquens in ÿs, quæ ſpectant ad proprium officium tenetur ex culpa, non enim in illis admittitur ignorantia.*
10 *Vendens, qui ſe obligat de euictione, ſi res euincatur ob illum clauſulam tenetur reddere pretium rei venditæ ipſi emptori.*
11 *Pactum de euictione non cadit ſuper illis, de quibus expreſſe in contractu conuentum eſt.*
12 *Contrahentes dant formam conuentionalibus ſtipulationibus, contractus enim accipiunt legem ex conuentionibus.*
13 *Clauſula generalis reſtringitur ad ea, quæ in contractu ſpetialiter ſunt expreſſa.*
14 *Ex venditione rei emphiteuticæ, ſi quoad damnum ſequitur, vt quod cadat in commiſſum, damnum ſpectat ad vendentem.*
15 *Vendens rem, de qua dubitatur, an ſit libera, cum expreſſione, quod venditur illius iuris cuius eſt, damnum, ſi quod inde ſequitur, non ad vendentem ſed ad ementem ſpectat.*
16 *Quod in hac re vt rectum feratur iudicium in foro conſcientiæ ſit ſeruandum.*
17 *In dubio qualis ſit venditio, & quid ſit venditum colligitur ex quantitate, & qualitate pretÿ.*
18 *Mandatarius tenetur ſeruare diligenter fines mandati.*
19 *Et tenetur ſeruare fines non ſolum circa mandatum ſed etiam circa qualitates mandati.*
20 *Procurator etiam in modico excedens, adhuc tamen dicitur excedere fines mandati.*
21 *Idem eſt facere aliquid contra, præter, & vltra fines mandati.*
22 *Si procurator excedat finis ſui mandati, principalis non obligatur, neque illi aliquo modo præiudicat.*
23 *Paria ſunt non habere mandatum, & non ſacere ſecundum formam ſui mandati.*
24 *Procurator excedens fines ſui mandati tenetur ad intereſſe.*
25 *Soluitur difficultas.*

Damnum ex quadam venditione rei emphiteuticæ ad quam ſpectat.

X L I X.

1 AGebat Titius de venditione cuiuſdam vallis in ſtatu Ecclesiaſtico, cum quadam communitate, & dum agebatur de dicta venditione, orta eſt difficultas, an dicta vallis eſſet iuris emphiteutici Eccleſiaſtici, nec ne, aſſerentibus alÿs, alÿs negantibus è procuratoribus, nam venditio agebatur per procuratores, hoc Conſilÿ propoſitum fuit à procuratore communitatis, vt eo iure, quo erat venderetur, & ita fuit ſtabilitus contractus, quo cognitio ab Epiſcopo, cuius iuris vallis erat, declaratum fuit etiam, ad ſe pertinere virtute Breuis Pauli V. decernentis omnes venditiones rerum Eccleſiaſticarum nullas & res venditas reuerti ad dominum proprietarium & præcipue hoc vetitum eſt, ne vendantur ſub dicta pœna communitatibus. Nunc quæritur ad quem ſpectet damnum, Ad vendentem Titium, ad ementem communitatem, an ad procuratores & videtur dicendum pertinere ad Titium venditorem.

2 Primò † Quia pœna debetur culpæ D. Thomas 2. 2. quæſt. 87. art. 7. & 8. & quæſt. 108. art. 4. Sotus de Iuſt. lib. 1. quæſt. 6. art. 5. colum 2. Couar. var. lib. 2. cap. 8. in prin. Menoch. conſ.
3 626. num. 16. † & pœna tenet ſuos nocentes l. Sancimus C. de pœnis l. abſentem ff. eod. m Romanus conſ. 487. Menoch. conſ. 133. Tuſcus litt. P. concluſ. 212. per totam; ſed culpa eſt vendentis ex l. 3. C. de iure emphit. & cap. potuit de locato, eſt que communis Doctorum ſententia, ex quibus manifeſte colligitur emphiteutam non poſſe vendere inrequiſito domino rem emphiteuticam, cum ergo ad Titium ſpectat non vendere irrequiſito domino, & vendat culpa eſt Titÿ, conſequenter & pœna & ideò ad ipſum etiam ſpectabit illam ſubire.

4 Secundò † Vendens, non emens vendendo perſonis prohibitis res emphiteuticas, cadit & commiſſum ex Bonifaciana ibi. Sic tamen quod de huiuſmodi vtili dominio traſlatio aut alienatio vel

legatum

legatum in loca vel personas de iure prohibitas
fieri non debeant & facta pænitus viribus careant
ea non subsistant & decisio Pedemontana 49. apud
Thesaurum asserit esse communem sententiam
emphiteutam vendentem cadere in commissum
ergo istius etiam erit damnum.
5 Tertiò † Res perit domino iuxta commune
dictum sed res emphiteutica non fit ementis pro-
pter venditionem quia venditio est nulla ex dictis
6 † & quod nullum est nullum parit effectum l. 4. §.
condemnatam ff. de re iudic. l. Non putauit §. Non
quæuis ff. de bonor. poss. contr. tab. l. 2. ff. de
anct. sect. l. Si aut nullum C. de leg. hæred. l. Non
dubium C. de leg. l. fin. C. sent. ex breui recit.
cap. illud & exornat Perer. ad extrauag. Ambitio-
sæ. de reb. Eccles. non alien. verba Infringere nu.
7 4. † Et quod nullum est, nullum potest ius tribuere
Rota decis. 572. num. 9. apud Farin. part. 1. re-
8 cent. & † quod nullum est, perinde est, ac si nullo
modo fuisset factum Menoch. cons. 230. num. 15.
ergo cum iste contractus venditionis sit nullus, non
transferet dominium in ementem, sed pænes ven-
dentem remanebit, & consequenter illi amittetur
res vendita. Aliæ tamen rationes probant non ad
vendentem, sed ad procuratorem communitatis
ementis damnum pertinere &c.
Primò Retorquendo primum argumentum eius
est pæna cuius est culpa. Sed culpa est procuratoris
ementis ego etiam eius erit & pæna, quod culpa sit
Procuratoris probatur.
9 Secundò † Delinquens in ijs quæ spectant ad
suum officium tenetur ex culpa, & ideò etiam ad
damna Lessius de Iust. lib. 2. cap. 13. num. 69. &
alij communiter. Qui non potest excusari ob igno-
rantiam, cum in facto de hoc iure fuerit dubita-
tum, vnde ipse tenebatur inquirere, cuius iuris
esset res illa, ergo ad procuratorem illum ratione
officij sui neglecti pertinebit damnum, quod magis
patet, & probatur.
3. Vendens vendit eo iure, quo est, & emens
emit eo iure, quo est, ergo siue sit proprij siue alieni
iuris pertinet ad ementem ex vi contractus. Cum
enim sit dubitatum cuius iuris sit, & emens emat
eo iure, quo est, emit vt rem dubij iuris, ergo &
vtile, & damnum rei dubie pertinet ad ipsum, cum
ergo procurator ipse nomine communitatis emat,
ad ipsum spectabit hoc damnum; quia deliquit in
ijs, quę spectant ad proprium officium eum damno,
illud ergo damnum, quod pertineret ad commu-
nitatem, pertinet ad procuratorem. Quia si com-
munitas ipsa emeret rem dubij iuris, & eo iure quo
res, est ad ipsam pertineret damnum & vtile.
Dices Procuratorem saluari per clausulam ap-
10 positã in contractu istius venditionis nempe † per
clausulam euictionis, promittit enim vendens stare
ementi de euictione, ex qua promissione obligatur
reddere pretium traditum, si res vendita fuerit
euictã. leg. 1. & ibi Bart. & alij ff. de euict. sed res-
11 pondetur † pactum de euentione non cadere supra
ijs, de quibus expresse conclusum est in contractu,
12 quia † contrahentes dant formam conuentionali-
bus stipulationibus, & contractus ex conuentione
accipiunt legem. l. in conuentionibus de verb.
oblig. l. 1. §. si conueniat ff. deposit. cum ergo con-
uentum sit quod res vendatur eo iure, quo est
pactum de euictione non cadet supra hoc l. quid-
quid adstringendæ in princ. l. si ita stipulatus §.
Grisogonus de verb. oblig. l. si verus §. ante omnia
ff. de pactis Bald. in l. cum pater §. dulcissimis de
leg. 2. & ex cap. venerabilem num. 15. in fin. de
elect. Romanus consil. 444. num. 3. ad fin. Afflict.
decis. 403. num. 5. & in terminis de euict. Ludo-
uis: decis. 90. nu. 9. & de emenre rem emphiteu-
ticam Rota decis. 552. num. 4. & decis. 211. num.
1. part. 2. diuers. & decis. 682. num. 1. part. 1.
diuers. Honded. cons. 3. nu. 42. lib. 1. Surd. decis.
208. num. 2. & late dictum fuit in vna Bononien.
de Blanchettis. 20. Nouembr. 1601. coram
13 Merlin. & † clausula generalis restringitur ad
omnia, quæ specialiter in contractu sunt expressa
Ricius in collect. part. 4. decis. 100. Mantica de
tacit. li. 3. tit. 2. nu. 36. Gratian. discept. forens.
cap. 793. num. 18.
His ita stantibus rem istam certis dictis gene-
raliter expediam deinde in particulari addam quid
in hoc facto sentiendum sit tam de principalibus
quam de procuratoribus Generaliter ergo.
24 Dico 1. Vendens simpliciter rem emphiteuti-
cam irrequisito domino, & nulla alia clausula ad-
dita ad significandum, quod venditio illa fiat rei
cuiuscunq; iuris sit, si quod inde sequitur damnum,
vt quod res vendita cadat in commissum &c. totum
pertinet ad vendentem, hoc probant rationes
adductæ videlicet quia res perit domino, & ideò
cum per istam venditionem non transferatur Do-
minium res peribit vendenti maxime stante
Bonifaciana constitutione, & per alia supra ad-
ducta.
15 Dico secundo vendens rem emphiteuticam
dubij iuris expresso dubio & pacto pretio rei dubiæ
cuiuscunq; iuris sit, etiam si addatur postea clausula
de euictione, si quod damnum inde sequatur non
ad vendentem, sed ad ementem totum pertinebit,
quia contractus sumunt legem ex pactis contrahen-
tium & emitur & venditur vt res dubij iuris. Neq;
cuiquam fiat iniuria cum sciens & volens emat rem
dubij iuris, clausula verò de euictione, obligabit in
alijs casibus non expressis, v. g. si aliter fuisset
vendita, si ex alio capite cecidisset in commissum,
quia clausulæ non apponuntur vt obligent contra
mentem expressam in contractu, & contra appro-
bata a contrahentibus.
16 Dico tertio in foro animæ spectanda est maxime
intentio contrahentium & maxime considerandum
quare apposita fuerit clausula euictionis, si enim
facta sufficienti diligentia in inuestigando cuius
iuris sit vallis neq; veritate reperta ita inter se
conueniant, vt vendens det ementi vallem cuius-
cunq; iuris sit, & addita clausula euictionis in-
tendat obligare se ad omnia damna licet vendat
cuiuscunq; iuris sit damna etiam, quæ inde sequen-
tur, pertinebunt ad vendentem, & si constito, quod
sit iuris ècclesiastici, vt ad Ecclesiam deuolutam
illam sibi Episcopus adiudicet, certe res illa amit-
tetur Domino. Quod si etiam orto dubio, cuius
iuris sit & ex diligentia non possit dubium elucida-
ri, & vendatur eo iure, quo est intendentibus
partibus damnum pertinere ad illam ad quam de
iure spectat, & emens intendat emere rem dubiam
suo periculo & vendens eodem modo vendere in-
17 tendat, damnum pertinebit ad ementem. † In
dubio autem quę fuerit mens contrahentium pote-
rit colligi ex pretio, quo res vendita est, si enim
vendita est minori pretio, quam valeat, signum est
esse venditam, vt dubij iuris est, si autem vendita
est pretio æquali ex hoc poterit inferri esse vendi-
tam eo iure quo est, sed remanente periculo apud
vendentem.
Tandem ad cognoscendum, an procuratores
teneantur, inspiciendum est, quid habeant in

mandatis, & quomodo se gesserint in ijs, quæ
pertinent ad suum officium, &, si excesserint fines
18 sui mandati † qui diligenter sunt seruandi l. dili-
genter ff. mandati. Cap. Cum olim de off. delegat.
Bart. in l. Ambitiosa col. 4. ff. de decret. ab ord.
fac. Felinus in Cap. Cum dilecta de rescript. Iason
in l. si procurator. Anchar. cons. 75. in princ. Abbas
consil. 6. nu. 3. lib. 4. Tuschus littera M. conclus.
39. per totam, & non solum sunt seruandi fines
19 mandati † circa mandatum, sed etiam circa
qualitates. Cap. Cum venissent vbi Bald. de eo qui
mitt. in poss. Cap. Pisanis vbi idem Bald. num. 3.
20 de rest. spol. † & etiamsi in modico excedat pro-
curator dicitur tamé excedere fines mandati Paris.
cons. 47. nu. 43. lib. 1. Tuschus loco citato nu. 4.
21 vbi post Felinum in citato Cap. dilecta ait † idem
esse facere aliquid contra formam mandati, &
22 præter, & contra † & si procurator excedat prin-
cipalis non obligatur, neq; principali procurator
præiudicat. l. 3. ff. mandati Ang. consil. 388. Tus.
23 loco cit. num. 55. † Quia paria sunt non habere
mandatum, & non facere secundum formam man-
dati: Bald. cons. 401. num. 3. lib. 1. Tuschus vbi
24 supra nu. 29. & ideò † procurator excedens fines
mandati tenetur ad interesse. l. si cui mandauero §.
sicut: vbi Bart. ff. mandat. l. Procuratorem, & l. ad
componendas C. mandati.

25 Respondendo igitur directe, Dico Quod vel procuratores sunt meri exequutores voluntatum suorum principalium, vel sunt etiam consultores, videndum quid habeant in mandatis & vtrum excesserint. Si etiam consultores sunt, an defecerint in suo officio, & vtrum suo consilio fuerint causa damni & secundum hoc decidendum; si procuratores officium suum recte sunt exequuti, videndum, quomodo contraxerint principales, an addendo clausulam de euictione intenderint omnimodam indemnitatem, an verò eorum mens fuerit vendere rem illius iuris quo est, ita vt clausula de euictione hoc dubium non tangat, & ita etiam secundum prædicta erat determinandum.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Falcidia potest prohiberi.*
3 *De Trebellianica dubitatur.*
4 *Et potest prohiberi & censetur probibita quotiescunq; probibetur falcidia.*
5 *Limita secundum aliquos in filijs primi gradus.*
6 *Sed contrarium tenet Rata.*
7 *Vt tamen censeatur probibita verba debent esse talia quod eam necessario importent & aliud importare non possint.*
8 *Ista probibitio fit etiam per verba generalia secundum Rotam.*
9 *Idem sentiunt de Trebellianica.*
10 *Per ista tamen verba Restituas omnia mea bona non censetur inducta probibitio talis.*
11 *An censeatur inducta per ista mando restitui integram bareditatem.*
12 *Restitue integras fructus intelligitur deductis expensis.*
13 *Induci per ista verba restituas bareditatem meam sine diminutione putatur certum.*
14 *An per ista verba inducatur, restituas totam bareditatem, & ibi qua sit differentia inter omnia bona, & totam bareditatem.*
15 *Quid sit dicendum de proposita clausula pleno iure, afferuntur Doctores, rationes, & textus pro vtraque parte affirmatiua, & negatiua.*
16 *Dictio, Quod quid, est vniuersalis & pracisa & comprebendit omnem modum.*
17 *Comprebendit casus alioqui priuilegiatos.*
18 *Dictio, Totum, est vniuersalis, & significat totaliter secundum eandem rem.*
19 *Importat, vt illud, quod faciendam est fiat sine diminutione partis alicuius qua comprebendi quoquomodo possit.*
20 *Si clausula pleno iure addantur etiam alia verba, probibetur detractio Trebellianica, & Falcidia. quia talis tunc videtur esse enixa disponentis voluntas.*
21 *Ex reduplicatione seu geminatione verborum colligitur enixa voluntas.*
22 *Potest probiberi detractio trebellianica, & falcidia, non solum per verba expresse hoc significantia sed etiam tacite, & per aquipollentia.*
23 *Respondetur difficultati, & dicitur quod per ista sola verba pleno iure non censetur probibita detractio; sed debent addi alia verba, & ad hoc vt censeatur probibita debet fieri per verba ita istã probibitionem importantia, vt nihil aliud possint importare.*
24 *Respondetur argumentis in contrarium factis.*
25 *Expenditur & explicatur l. 1. C. Ad legem falcid. & l. si sponsus ff. de donat.*
26 *Expenditur & explicatur Auth. de bared. & falc. §. si non expressior.*

An ex hæreditate pleno iure restituenda possit detrahi Falcidia, & Trebellianica.

L.

1 SEmpronins in suo testamento instituit hæredem omnium suorum bonorum Titium hac tamen lege, quod si moriatur sine liberis hæreditas pleno iure pertineat ad Caium. Venit casus restitutionis hæreditatis, quia Sempronins moritur sine liberis, quærit an ex hæreditate possit detrahere falcidiam & Trebellianicam non obstante, quod hæreditas pleno iure sit restituenda.

2 † Falcidiam posse expresse prohiberi expresse de-
clarat textus in Auth. sed cum testator C. ad leg.
Falcidiam, & in §. si verò expressim in Auth. de
3 Hæred. & Falcid. † An autem possit etiam Trebel-
lianica hoc maxime controuersum est. Multos per
4 vtraque parte sentientes refert Gabriel. † Magis
tamen communis sententia est, quod possit pro-
hiberi, imò, & esse prohibitam eo ipso, quod
prohibitur falcidia, ita Doctores apud Gabriel.
lib. 4. Comm. tit. ad Trebellianum conclus.
5 1. num. 3. † Limita tamen in filijs primi gradus,
quia in hoc gradu non potest prohiberi Trebel-
lianica, Baldus in l. iubemus numer. 11. in fine
C. ad senat. cons. Trebell. per illum text. §. licet
ibi numer. 3. Castrens. eodem loco, & verò & alij
quos citat & sequitur Gail. lib. 2. obser. 138. num.
6 16. † Rota tamen teste Ludouis. semper tenuit &
sequta est quod etiam filijs primi gradus possit
prohiberi ita decis. 421. num. 10. & num. 16. in
annotationi: Beltrami: qui tamen addit necesse esse,
7 quod † verba sint talia, quæ necessario hanc prohi-
bitionem inserant, & aliud importare non possint,
Doctores, & Rotæ decisiones vide apud ipsum. An
autem ad prohibitionem falcidiæ sint necessaria
verba expressa, videlicet prohibeo falcidiam, vel
satisfit fieri per æquipollentia, discrepant etiam

Doctores, Gabriel. ibidem conclus. 2. nu. 1. refert Doctores, declarat tamen quod verba æquipollentia in hoc casu sint illa quæ aliud importare non
8 possunt, quam detractionem. † Rota censet, quod ex verbis generalibus possit conijci, ita in citata
9 decis. 421. num. 11. Ludouisij,† & idem dicendum etiam de Trebellianica. Quærunt etiam an censea-
10 tur prohibita per ista verba. † Restituas omnia bona mea, & Gabriel asserit hoc tempore magis communiter recipi per ista verba non censeri prohibitam, & pro ista adducitur Cynus & Bald. in l. fin. C. ad Trebell. dicentes quod promittens hæres soluere omnia legata, nihilominus retinet falcidiam. Neque etiam conueniunt an censeatur pro-
11 hibita per ista verba testatoris, † mando restitui integram hæreditatem, nam alij negant & alij affirman. Gabriel. conclus. 5. Doctores citat & pro par-
12 te negatiua videntur facere primo quia † licet dictum sit fructus integros restituas; tamen debet intelligi deductis expensis Cas. in consuet. Burg. Secundo, quia etsi maritus teneatur restituere integram dotem poterit tamen retinere sibi quartã vigore statuti. Quæ tamen duæ rationes non videntur probare efficaciter, quia non potest testator disponere in damnum alterius, & fructus de sui natura intelliguntur deductis expensis, restituit ergo omnes fructus etiam deductis expensis, quia cum fructibus non computantur expensæ, vt falcidia, &
13 Trebellianica, in hæreditate. † Indubitatũ tamen est prohiberi detractionem Trebellianicæ, & Falcidiæ per ista verba restituas hæreditatem meam sine
14 diminutione. † Dubij iuris pariter est an censeatur prohibita per ista verba restituas totam hæreditatem meam; aduerte autem distare ista inter se restituas omnia bona, & totam hæreditatem, est enim differentia inter ista verba. Totum & omne per ea quæ tradit Iason. in leg. Centurio ff. de vulg., & pupill. num. 48. Ruin cons. 163. num. 21. volum. 2. Relatis opinionibus contrarijs Gabriel. conclus. 6. refert etiam conciliationem, & vt si verbum, Tota, adiungatur verbo exequtio, vt si testator dicat restituat totam hæreditatem censetur prohibita detractio, si verò sit appositum verbo dispositiuo vt relinquo totam hæreditatem meam tunc non censeatur prohibita dicitque esse de mente Pauli Castrens. in Auth. sed cum testator C. ad l. falcid. Quid dicendum de proposita clausula videlicet hæreditatem restituat pleno iure Trebellianicam &
15 Falcidiam. Per ista verba esse prohibita † videtur probari ex Glos. in leg. Decem ff. de fideicomm. liber. ex Bart. in leg. Centurio col. 10. in verbo vel si testator dixerit: Quandocunque filius meus decesserit ff. de vulg. & pupill. & Bald. & Auth. Sed cum testator, & facit, quod notat Angelus in l. damni §. cum parietem ff. de damnis infectis, & quod idem Bart. in l. Serui electione §. fin. ff. de l. 1. & quod notatur in Glos. l. si prior ff. solut. matr. & text. in l. Nemo §. si me ff. de leg. 2.

2. Tunc Legatum videtur dari pleno iure seu integrum quando falcidia detracta non fuit text. in l. 1. C. ad l. Falcidiam & l. si sponsus §. fin. ff. de donat. int. vir. & vxor. & in Auth. de hæred. & falcid. §. si non expressior, verbo sin autem, ergo si detrahatur falcidia, vel Trebellianica hæreditas non debetur pleno iure, & hanc opinionem esse communem dicit Guido Papæ quæst. 537., & in consil. 122. Ruinus consil. 59. col. 2. & consil. 563. col. 7. volum. 2.

Non esse autem prohibitam detractionem falcidiæ, nec Trebellianicæ per ista verba, pleno iure restituas, docent Castrensis & Cornæ: in Auth. sed cum testator. C. ad l. falcidiam Capra consil. 36. in fine, & consil. 83. in fine vbi dicit communem Socinus Romanus & alij apud Gabriel. lib. 4. Com. tit. ad Trebell. conclus. 4. & videtur probari.

1. Ex l. inde naritius & ex l. qui totam ff. ad Trebell. vbi videtur casus expressus, Nam iureconsultus supponit testatorem expressisse, quod hæres debeat restituere totam hæreditatem, & tamen asserit posse detrahi Falcidiam, ergo si potest detrahi quando iubetur restitui tota hæreditas detrahetur etiam, quando iubetur restitui pleno iure, quod minus est vt infra.

2. Ex l. ita tamen ff. ad Trebell. & l. Si hæres ab eo §. Si totam, & l. Lucius §. Hæres institutus ff. eodem, in quibus omnibus apparet testatorem iussisse totam hæreditatem restitui, & tamen iureconsultus non vult esse prohibitam detractionem Falcidiæ.

3. Textus in l. 2. §. Ad filiorum. C. quando, & quib. 4. pars lib. 10. in princ. ibi. Filij carnales recipiunt carnalem patris hæreditatem integram, in fine autem eiusdem litteræ subditur, nullaq; parte diminutam Dominium habere sancimus, ergo infero ego per illa verba, integram hæreditatem nundum erat inducta sufficienter prohibitio detractionis quartæ partis curialium collegio debitæ beneficio legis; nisi subiecta fuissent verba sequentia, videlicet nulla parte diminutam, &c. ergo neque per ista verba pleno iure censebitur spetialiter prohibita detractio, nisi alia verba pleniùs significantia adiungantur vt sit in proposito.

4 Textus in l. si quis ad declinandam ad l. Falcidiam, vbi cum disponens desideraret totam suam substantiam pro redemptione captiuorum relinquere, ipsos captiuos scripsit hæredes, ex quibus sic argumentor, vt totam suam substantiam absque detractione relinqueret pro redemptione captiuorum non iudicauit satis esse grauare hæredem de restituenda hæreditate pleno iure, &c. Sed instituit hæredes ipsos captiuos, ergo ista verba pleno iure non sufficiunt ad prohibendam detractionem. 5. satis plenè idem probatur per textum iuncta Gloss. nota. in l. Cum iurium. C. de fideicommiss. vbi licet hæres sit grauatus restituere quidquid sibi ex illa hæreditate peruenisset, non tamen per illud verbum, Quidquid, est prohibita detractio Trebellianicæ, ergo neque erit prohibita per alia verba
16 pleno iure. † Nam dictio quidquid est vniuersalis. & præcisa, & omnem modum comprehendit, vt in l. In fideicommissis, §. cum Pollidius, ff. de vsuris, & notant Tiraq. in l. si vnquam. Verbo quidquam, C. de reuocand. donat. Menoch. de arbitr. lib. 1.
17 q. 8. num. 13. † & comprehendit casus alioquin priuilegiatos, Menoch. de præsumpt. lib. 4. Præ-
18 sumpt. 145. num. 15. † & pariter dictio, Totum, est vniuersalis, & significat totaliter secundum eandem rem, vt in l. si mihi media, §. fin. & in l.
19 quæsitum, §. 1. ff. de leg. 3. † & importat. quod illud quod est faciendum fiat sine diminutione partis alicuius, quæ comprehendi quocumque modo posset, vt in l. 2. §. ad filiorum, C. quando, & à quib. Alex. cons. 5. numer. 14. & 15. lib. 3. Tiraquell. in l. si vnquam verbo totum num. 1. C. de reuoc. donat. Roland. de lucro dotis, quæst. 38. num. 1. Michael de Graff. de success. in §. Trebellianica, quæst. 8. numer. 4. Marcus Ant. de Amicis decis. March. 39. num. 3. si ergo positione harum dictionum non tollitur detractio Falcidiæ &c.

&c. ergo neque tolletur per alia verba nempè, pleno iure.

20 Resoluendo quæstionem dico, † si istis verbis pleno iure addantur etiam aliqua alia verba, vt pleno iure restituatur tota hæreditas, vel pleno iure sine diminutione, puto prohiberi detractiones prædictas, quia isto casu videtur talis esse enixa testatoris voluntas, ne detrahantur,& ita Mantica decis. 348. numer. 3. & Ludouis. decis. 421. num. 11. & Gabriel citata conclus. ex reduplicatione

21 enim verborum nempe pleno iure,& totum, facile colligitur prohibitio detractionum, & videtur hoc communiter receptum. Si vero nullum aliud verbum sit additum exprimens enixam testatoris voluntatem, est magis controuersum, & inter Doctores maxima est concertatio, quia asserentes prohiberi, sequuntur opinionem Ludouisij, & eorum quos ipse citato sufficere quæcumque verba ad dictam prohibitionem, & ideò etiam per ista pleno iure prohiberi, quia, si detraheretur, non diceretur reddi pleno iure. Negantes vero prohiberi asserunt optime etiam saluari, quod pleno iure hæreditas restituatur, licet detrahantur Trebellianica, & Falcidia, quia illa verba pleno iure possint commode explicari, vt hæreditas restituatur quoad directum, & plenum dominium à quo vtile non sit disiunctum, vel quoad proprietatem, & vsumfructum Roman. Cons. 239. num. 3. Capra cons. 83. num. 9. cum alijs adductis per Manticam de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 18.

22 Potest ergo † prohiberi detractio Trebellianicæ, & Falcidiæ non solum expresse per verba expressa hoc significantia, sed etiam tacitè, vt sæpissimè tenuit Rota. Neque est necesse, quod prohibitio fiat in indiuiduo, sed sufficit, quod ex verbis generalibus id conijci possit. Bartol. in l. Centurio, numer. 27. vers. vel quid si testator. de vulg. & pupill. Alex. cons. 201. numer. 10. &c.

23 An † autem ista verba pleno iure sint sufficientia sola, prohibitionem dictam inducere. Dico quod, licet magna sit contentio de hoc inter Doctores, vt per Gabrielem, & Mantic. citatis locis attamen, quando cum dictis verbis concurrunt alia denorantia testatorem voluisse omnia bona testitui censetur sine difficultate prohibita, tum propter geminationem, quæ demonstrat magis enixam voluntatem, tum quia hoc casu cessat interpretatio quæ datur illis verbis, pleno iure, Claud. Aqu. in l. Centurio num. 34. ff. de vulga. & pupill. Grat. qui alios allegat, & dicit communem consil. 103. num. 14. lib. 2. Mantica cons. 291. col. 2. Gabr. supra Mantica vbi supra Menoch. præsump. 198. num. 13. lib. 4. Peregr. conf. 36. sub numer. 9. lib. 2. est ergo necesse quod verba sint talia quæ necessario hanc prohibitionem inferant, & aliud importare non possint Rota decis. 67. nu. 2. p. 1. recent. & fuit dictum in vna Viterb. fideicomm. 11. Ian. 1606. corā R.P.D. Manzanedo Mantica loco citato num. 16. Surdus consil. 458. num. 23. Hondedei cons. 66. num. 8. & sequ. lib. 2. Rota decis. 433. num. 1. p. 4. diuers.

24 Ad ea verò, quæ obijciuntur in contrarium respondetur non currere paritatem, vt de se patet, & si in aliquibus est paritas, eodem modo dicendum est, vt etiam de illa clausula pleno iure. Si enim sunt talia quod prohibeant detractionem, & nullam aliam admittant interpretationem ex voluntate enixa testatoris, dicendum erit prohiberi, si autem non sint talia, dicendum erit non prohiberi sed admittere aliam explicationem. Censetur enim testator se in sua dispositione legibus conformare. l. Hæredes mei §. Cum ita ff. ad Trebell. l. peto ff. de leg. 2. l. Gallus §. quidam rectè cum ibi not. ff. de lib. & posth. Alex. cons. 55. num. 2. lib. 4. Iason. in l. 1. numer. 45. vers. confirmatur ff. de vulg. & pupill. Socin. in l. Cum actus num. 95. ff. de condit. & demonst. & Socin. Iunior cons. 63. num. 6. & 7. lib. 4. Quando autem de enixa eius voluntate constat, illi standum est vt iam supradictum est.

25 Ad l. 1. C. ad leg. Falcid. & leg. si sponsus ff. de donat. Resp. Quod loquuntur de iure antiquo, quo detractio Falcidiæ fiebat etiam contra voluntatem testatoris l. Titia ff. ad leg. falcid., & ideò non mirum si voluntas testatoris dicebatur plene impleri quando non detrahebatur, & ita secundum voluntatem testatoris hæres satisfaciebat, de iure autem nouo quo posito non magis voluntati testatoris satisfit si detrahatur quam si non detrahatur, quia cum possit prohibere vt in Auth. sed cum testator. C. ad leg. falcid. si non prohibuit videtur permisisse.

26 Ad secundum nempe ad text. Auth. de Hæred. & Falcid. §. si non expressior. Verbo sin autem respondeo legislatorem dixisse legata ad plenum esse soluta, non quasi aliquid decernendo, sed potius narrando. Sunt enim verba narratiua non decisiua. Narratur enim, quod hæres plene legata soluerit ex quo tamen non sequitur quod qui aliter soluit non plene soluat Plura de ista clausula pleno iure ad leg. Titia de annuis legat. & ad Cap. Quærelam de elect. Felinus in Cap. Auditis de Præscript. & in l. Seruos in verbo pleno iure ff. de leg. 3. & alij multi.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Quæ sint quærenda.*
3 *Qui dicatur locus sepulturæ.*
4 *Locus sepulturæ, aliquando dicitur religiosus, aliquando religiosus, & sacer.*
5 *Locus, in quo quis est sepultus de iure ciuili non potest vendi.*
6 *Vt non possit vendi, quæ requirantur de iure canonico.*
7 *Multum refert scire an locus sepulturæ sit tantum religiosus, an religiosus, & sacer.*
8 *Sola Ecclesia in rigore dicitur sacra.*
9 *Sepultura dicitur tripliciter, & explicatur.*
10 *Formicæ mortuas formicas sepeliunt.*
11 *Officium sepulturæ debet esse remotissimum ab omni suspicione auaritiæ.*
12 *Nullo prætextu potest retardari.*
13 *Numerum Sacerdotum, & ceram determinant hæredes defuncti.*
14 *Parochus, quando ad ipsum spectat vocare Sacerdotes, non tenetur vicíniores.*
15 *Proprius Parochus semper est vocandus.*
16 *Regulares decedentes extra conuentum deferuntur ad proprias Ecclesias etiam irrequisito Parocho, qui neque potest petere quidquam.*
17 *Idem de Tertiarijs, qui habent requisita à Leone X.*
18 *Suscipientes habitum religiosum, sepeliuntur in Ecclesia Religiosorum, qui habitum concesserunt.*
19 *Parochus pro tumulandis exteris non plus accipit quam pro suis.*
20 *Confraternitates non accedunt ad funeralia, nisi expresse vocentur.*
21 *Modus associandi cadauera, vnica tantum Crux deferenda,*

deferenda, eaque illius Ecclesiæ ad quam defertur cadauer, etiamsi illa Ecclesia sit dismembrata.

21 *Vocati ad funus omnes debent accedere.*

23 *Regulares accedunt ad Ecclesias, e quibus cadauera efferuntur, etiamsi sepeliantur in eorum Ecclesiis.*

24 *Regulares debent accedere ad Parochialem deinde ad domum defuncti.*

25 *Requisitus Parochus, & nolens eleuare funus deferendum ad Ecclesias Regularium sine illo sepelitur vbi sepulturam elegit Irrequisito Parocho cum Cruce regulares non possunt intrare fines Paraciæ.*

26 *Qui potest sepelire, potest & processionaliter sociare.*

27 *Ad Parochum spectat determinare viam in associando funere.*

28 *Tenetur Parochus associare funus vsq; ad Ecclesiã Regularium, potest etiam ingredi sed in funere non potest se immiscere.*

29 *Cadauera in Ecclesiis Regularium tumulanda sunt prius ad Parochialem deferenda.*

30 *Cadauera tumulanda in Ecclesiis Regularium, si in Parochiali reponantur nihil Parocho debetur præter quartam.*

31 *Ius sepeliendi de iure competit Paraciis & ex priuilegio aliis.*

32 *De iure canonico in sepulchris etiam familiaribus Prælatus sepelit cadauera inuito vsuario.*

33 *Idem de sedilibus & Banchis.*

34 *Quis possit concedere ius sepulturæ.*

35 *In Ecclesiis Regularium sepulchra non construuntur, nisi de licentia Prouincialis & ad præscriptum Pii V.*

36 *Nemo sepeliendus est prope altare vel sub bradillis, & si quis tali loco fuerit sepultus ibi non celebretur nisi cadauer amoueatur.*

37 *Quilibet pubes etiam existens in patris potestate elegit sibi sepulturam, etiam inuito patre.*

38 *Priuatus sepultura, sepulturam non potest eligere. Qui sint priuati sepultura remissiue.*

38 *Excommunicatus qui moriendo dixit Confessione, aut Maria Virgine, aut dixit Iesus &c. non priuatur sepultura.*

40 *Decedens non electa sepultura sepelitur vel in Paracia, vel in sepulchro maiorum suorum.*

41 *Pater de consuetudine elegit filio sepulturam, secus de iure.*

42 *Decedens non electa sepultura sepelitur secundum Canones, vel in sepulchro maiorum, vel in Paracia seruato ordine litteræ secundum aliquos.*

43 *An mater possit eligere sepulturam filio.*

44 *In iis quæ sunt præiudicii non fit extensio.*

45 *Auus an eligat nepoti.*

46 *In odiosis nomine filiorum non veniunt nepotes.*

47 *Mulier an possit sibi eligere, & non eligens vbi sit sepelienda quid si iterum nubat, & quid etiam post secunda vota si vidua transeat ad domum patris.*

48 *Honor acquisitus mulieri per matrimonium non extinguitur morte viri, si caste, & honeste viuat in viduitate.*

49 *In materia sepulturæ etiam Papa multum tribuit consuetudini.*

50 *Vxore præmortua & à se electa sepultura, vbi maritus sit tumulandus.*

51 *Qui veniant nomine maiorum.*

52 *Quod est domicilium inter viuos est sepulchrum inter mortuos.*

53 *Vnio sepulturæ est ex dilectione.*

54 *Filius maior vel minor decedens non electa sepultura sepellitur cum maioribus.*

55 *Patre sepulto in vno sepulchro, auo, & aliis maioribus in alio filius sepelitur cum istis.*

56 *Patre, & auo in vno, & aliis maioribus in alio cum illis filius sepelitur.*

57 *Soluitur proposita quæstio.*

58 *Decapitandus an eligat sibi sepulturam.*

59 *Quid de illegitimis.*

60 *Quid de adoptiuis.*

61 *Quid de expositis.*

62 *Quid de vxore adultera.*

63 *Quid de decedentibus ruri.*

64 *Ius sepulcræ an transmittatur ad hæredes, & ibi de variis inscriptionibus sepulchrorum.*

65 *Quale sit sepulcrum ex inscriptione colligitur.*

66 *Quomodo probent inscriptiones in lapidibus, in parietibus &c.*

67 *Deficiente inscriptione ius sepulturæ liberum redit ab Ecclesiam.*

68 *Quomodo ius sepulturæ transmittatur ad hæredes.*

69. *Tres conclusiones in proposita materia.*

70 *Respondetur directe toti quæsito.*

Hæres non eiusdem familiæ an possit filias sepelire in sepulchro testatoris.

LI.

IN Oppido N. Diœcesis Brixiensis est familia de N. satis numerosa, quæ habet in Ecclesia Parochiali sepulchrum antiquum, cum hac sola inscriptione Sepulchrum de Mazettis. Huius familiæ sunt septem fratres omnes seorsum habitantes, & vnus nullis susceptis masculis ex sua vxore, sed duabus tantum fœminis istis omnium suorum bonorum hæredibus institutis moritur. Nubunt fœminæ, & libros suscipiunt, & ex istis vnus moritur; mater prætendit filium tumulare in sepulchro paterno, quia cum sit vniuersalis hæres omnium bonorum patris, prętendit etiam succedere in iura sepulchri. Negant fratres defuncti patris, quia sepulchrum est concessum tantum familiæ de Mazettis, ideo, cum dictæ fœminæ nupserint non de Mazettis, neque ibi filios possunt sepelire. Quæritur quid
2 iuris. † Pro solutione tria veniunt quærenda. P. An matre filio impuberi possit eligere sepulturam. 2. An iure hæreditario possit succedere in iura sepulchrorum. 3. Nulla electa sepultura vbi filii, & mater sint sepeliendi.

Aliqua prius notanda proponam scitu digna in hac materia deinde procedam ad solutionem propositarum quæstionum. Cum enim hæc materia sit frequens, multa etiam ad praxim conducentia sunt hic inserenda.

3 1. Locus sepulturæ requirit certos actus, vt talis
dicatur, vt effussionis, humationis, vel similes
designantes sepulturam, & illum locum ad alios
effectus non deseruire, quia sine illis actibus nec
constitui, nec possideri potest Ludouis. decis. 332.
4 num. 2. † Locus sepulturæ ab aliquibus aliquando
dicitur tantum religiosus, aliquando religiosus &
Sacer. Dicitur religiosus, quando in eo ex volun-
tate domini corpus alicuius est tumulatum. l. 2. C.
5 de Relig. & sump. fun. & † iste locus de iure ciuili
indubitanter non potest vendi, quia quotiescum-
que corpus mortuum tangit aliquem locum desinit
6 esse in alicuius potestate, ita textus ciuilis. † de

iure

iure vero canonico non esse verum asserit Innocent. cap. Abolendæ de sepult. requirit enim præterea hoc ius, quod talis locus auctoritate Episcopi deputetur ad illum effectum cap. ad hæc de relig. domi, quæ opinio originaliter fuit Gloss. Decret. vt habetur 13. quæst. 2. cap. in Ecclesiastico.

7 † Multum autem refert stabilire, quæ istarum opinionum sit vera, nam si vera est illa, quæ dicit locum esse religiosum sequitur immediatè, quod non possit vendi, si vero illa, quæ negat, poterit vendi, Glossam saluans Panormitanus d. cap. Abolendæ concordat, quod ille locus dicatur quidem religiosus, sed lato modo non strictè, & quod ideo non gaudeat priuilegijs loci religiosi, neque publici, & vult eo modo dici religiosum, quo dicuntur religiosi sæculares, & laici honestæ vitæ, & conspicui, & quia sunt frequentes in operibus religionis, eo modo dicatur etiam locus religiosus, quia in eo actum est opus pium, nempè mortuum sepultum. Dicitur autem locus religiosus, & Sacer, vt aliqui loquuntur, estque ille, qui est cimiteriatus, & auctoritate Episcopi deputatus pro cemeterio, & iste indubitanter non potest vendi, quia non est in alicuius bonis qui locus tamen licet dicatur Sacer, in rigore tamen non est Sacer, quia non consecra-
8 tur † sola enim Ecclesia consecratur cemeterium
9 benedicitur cap. nemo de consecrat. dist. 1. † Noto 2. sepultura dicitur tripliciter. 1. Pro officio, quod impenditur corporibus humandis cap. Dictum. 1. quæst. 1. 2. Pro loco in quo quis sepelitur, siue sit terra siue area cap. Abolendæ de sepult. 3. Pro iure sepeliendi, quod quis habetur in aliquo loco, de quo late infrà.

Sepultura. 1. modo sumpta, vt dicit officium tumulandi corpora est opus misericordiæ, quod
10 natura ipsa † etiam formicis ipsis indidit si credimus Plutarco in libro de solertia animalium paulo ante medium, referente, quod si in granis colligendis toto agmine occupato earum aliqua, vel onere pressa, vel casu petit, cæteræ illud demortuæ onus suscipientes in loco qui sub cauernis ab horreo separatus est quasi in tumulum inferunt alia multitudine comitante, ac propemodum funus ducente. Hoc sepulturæ officium est antiquissi-
11 mum, † & vt est opus misericordiæ ab omni auaritiæ suspicione debet esse remotissimum, ideo Sacerdotes maximè debent inuigilare, ne tali pice
12 inquinentur, & sacra † Congregatio admonet Parochos, ne propter ius sepulturæ non solutum retineant cadauer in humatum, cum enim perlatum esset ad dictam sacram Congregationem cuiusdam Leonoræ forestæ cadauer occasione iuris sepulturæ prohibitum fuisse humari, scribit Episcopo Controniens: vt statim ac litteras receperit, dictum cadauer sepulturæ tradi faciat. Nec sepultura mortuorum sub quocumque prætextu compositionis quartæ funeralis retardari aut impediri debet eadem Congreg. in Cassan. 5. Maij 1617. & ideo eadem sacra Congreg. in d. Cassanens. vult ad hæredes defuncti pertinere, numerum Sacerdotum sibi bene visum conuocare, & numerum ceræ pro cadaueri associando determinare, nec quidquam amplius posse Parochum prætendere quocumque prætextu in contrarium deducto; & si hæredes ipsi sacerdotes funeri interfuturos destinauerint, nec plures, nec alias potest Parochus vocare; sed tantum ab hæredibus determinatos, eadem sacra Congreg. in vna Lauden. 20. Augusti 1601. Quod si hæredes nullas destinauerint, tunc, & eo casu ius conuocandi alios Sacerdotes pro funere associando competit Parocho. Rota in Alexand. funeral. 1.
14 Iulij 1630. coram Merlino, † & quotiescumque vocatio pertinet ad Parochum, non tenetur vocare Sacerdotes viciniores; sed eos, qui sibi magis videbuntur, vt in vna Ferrar. 7. Septemb. 1613.
15 † Nunquam tamen Parochus proprius, quamuis Regulares tantum ad sepeliendum cadauer à defuncto iubeantur accersiri, est excludendus, vt eadem sacra Congr. in vna Montispilosi de anno
16 1581. † Nisi tamen cadauera sint Regularium decedentium extra claustra, quia ista possunt irrequisito Parocho, & eo in consulto ad eorum Ecclesias deferri; eadem sacra Congregat. sub die 2. Iulij 1621. Nec potest Parochus prætendere hoc casu ius sepulturæ, quia eadem sacra Congreg. ab istis prætensionibus abstinere mandauit. in Puteola
17 22. Maij 1615. † Quod est dicendum etiam de Tertiarijs si qualitates habeant à Leone X. requisitas, possunt enim tales irrequisito imo etiam inuito Parocho in Ecclesijs fratrum sepeliri, secus autem si dictas qualitates non habeant, in Nepesina 11. Decemb. 1615. Conditiones autem sunt, quod viri collegialiter, vel claustraliter viuant. Mulieres vero Virginalem, vel cælibem, aut castam vidualem vitam degent sub expresso voto, in Tertiatiorum
18 habitu † Similiter sepeliendi sunt in Ecclesijs regularium suscipientes habitum à Guardiano, vel ab alio, cui ille committendum duxerit, & cum eo decedentes, si Guardianus propter habitus concessionem, & receptionem præmouit eorum cadauera. In eadem Nepesina. Pauperum cadauera gratis sepeliri debent in vna Cassanens. 5.
19 Maij 1617. Neque Parochi debent plus accipere pro tumulandis cadaueribus exterorum ita deci-
20 sum 27. Maij. 1617. † Confraternitates non possunt accedere ad funeralia, nisi expresse, & specialiter fuerint vocatæ Congreg. Rituum in vna Bonon. 9. Decemb. 1617. & quando accedunt in actu associationis non possunt erigere crucem. Eadem Cong. in Adrianens. Ordo autem seruan-
21 dus in processione sepulturæ hic est, † Vna tantum crux defertenda, & ista debet esse illius Ecclesiæ, ad quam corpus defertur, Congr. Rituum in Barens. terræ Medugni 2. Augusti 1631. & in Messanens. 12. Februar. 1633. post quam sequuntur immediatè personæ illius Ecclesiæ, & deinde cæteri secundum antianitatem eadem Congr. in Narniens. 30. Sept. & in Andriens. 22. Nouembr. 1631. vbi intelligit, dummodo non interueniat capitulum Cathedralis, quia tunc sub illa cruce omnes incedere debent, & Curatus, & Sacrista Cathedralis etiam amouibiles interueniente suo Capitulo præcedunt Parocho proprio defuncti. eadem Congreg. in Pisauriens. 22. Martij 1631. Quod si Ecclesia Parochialis propria defuncti sit dismembrata ab alia Ecclesia, & facta noua Parochia, istius nouæ non antiquæ Parochiæ crux est deferenda in funeralibus & vocati ad funus pariter non ad antiquam, sed ad nouam debent accedere, eadem Congreg. rituum in nullius Prouinc. Barens. 22. Maij 1613.

22 Vocati ad funus omnes debent conuenire ad Parochialem defuncti eadem ritum Cong. in dict. Bon. 9. Decemb. 1617. & in Trapiens. 16. Febr. 1613. vel ad aliam Ecclesiam iuxta consuetudinem loci, & nullo modo permittendum expectare per vias, vel ad domum defuncti, non obstante contrarias consuetudine expectandi per vias, vel ad domum defuncti eadem Congreg. in Thelesina 12. Feb.
23 1633. Regulares vocati ad funeralia etiam sepe-

liendorum

liendorum in proprijs Eccleſijs debent accedere ad
Eccleſias ex quibus cadauera amonentur & inde
cum clero ſæculari diſcedere non autem expectare
extra ianuam Eccleſiæ & alijs ſe poſtea aſſociare
Congr. Reg. in Vigleuanenſ. 13. Nouembr. 1600.
ideo etiam ipſi vocati ad funus conuenire debent
in Parochiali aut in alia Eccleſia iuxta conſuetudi-
nem loci, & nullo modo expectare per vias vel ad
domum defuncti Congreg. Rituum in Limit. 15.
24 Decemb. 1632. Debent ergo † Regulares vocati
ad aliquod funus accedere ad Parochialem Eccle-
ſiam, & inde cum Parocho ſe conferre ad domum,
e qua funus eſt efferendum. Quod ſi cadauer non
eſt in domo, ſed in aliqua Eccleſia ad eam in qua
fuerit depoſitum debent conuenire. Eadem Congr.
in Senogall. 26. Auguſt. 1616. Parochus defuncti
nullatenus eſt excludendus, quamuis ad ſepelien-
dum cadauer a defuncto iubeantur accerſiri tan-
25 tum regulares, vt dictum eſt, † quod ſi requiſitus
nolit accedere, & petitam licentiam deneget,
cadauer ſine Parocho poteſt ſepeliri in Eccleſia, in
qua ſepulturam delegerit Congr. Rituum in
Capuan. 22. Decemb. 1629. Non poſſunt tamen
Regulares cum cruce intrare Parochias ad leuanda
corpora defunctorum in ſuis Eccleſijs ſepelienda,
niſi prius præmonito, & requiſito Parocho Villa-
lobos in ſum. p. 2. tract. 31. diff. 3. num. 3. Hier.
Rod. in comp. quæſt. reg. reſolut. 209. numer.
26 7. † Data facultate ſepeliendi conceditur etiam
facultas deferendi mortuum proceſſionaliter, ideò
quotieſcunq; aliquis non eſt prohibitus ſepeliri, po-
teſt ad ſepulturam proceſſionaliter deferri Oldrad.
conſ. 225. num. 13. & 14. Sebaſt. Med. de ſepult.
p. 2. quæſt. 7. Tuſchus littera A, concluſ. 77.
27 num. 9. & 10. † Ad Parochum ſpectat declarare
per quam viam ſit deferendus defunctus vſq; ad
ianuam Eccleſiæ Regularium, vbi eſt ſepeliendus.
S.Congreg.Reg. in Caſtellanaten. 3. Ianuarij 1594.
28 † & tenetur proſequi funerale vſq; ad illam ianuam
eadem S.Congreg. in vna Brixienſ. 18. Iunij 1591.
Poſſunt etiam Curati permanere in Eccleſijs Re-
gularium abſq; eo tamen, quod in officio decan-
tando vllatenus ſe immiſceant S. Congreg. Reg. in
Nicateren. 5. Iulij 1615.

Nam Clerus Secularis, poſtquam aſſociauit cada-
uera tumulanda in Eccleſijs Regularium, in ijſdem
Eccleſijs ſuper illis cadaueribus officium defuncto-
rum, Pſalmos, Reſponſoria, aliaſue preces, vel
orationes recitare, aut pſallere non poteſt, ſed ab
ipſis fratribus tantum hæc omnia peragenda ſunt
S. Congreg. Reg. in Turrit. 24. Nouembr. 1617.
& officium in tumulandis cadaueribus in Eccleſijs
Regularium non per Parochum, ſeu alios præsbi-
teros ſæculares, ſed per ipſos Regulares fieri debet
non obſtante quacunq; contraria conſuetudine
S. Congreg. Rituum in Eugubin. 12. Martij 1612.
& 5. Iulij 1614. & in Placent. & Licien. 23. Martij
1619. &c.

29 † Vbi defunctorum corpora ſepelienda in Ec-
cleſijs Regularium non exiſtunt in propria, ſed
ſunt in aliena Parochia prius ſunt deferenda in
Eccleſiam propriam Parochialem ad recipiendam
vltimam benedictionē, & vltimum vale à Parocho
ſi Parochus admonitus noluerit accedere, recto
tramite poterunt Regulares cadauer ad eorum
Eccleſiam deferre S. Congreg. in dict. Nepeſina.
30 † Quod ſi cadauera deferenda ad Eccleſias regu-
lares reponantur in Parochialibus, nihil debetur
Parochiali, præter iura Parochialia S. Congreg.
Rituum in vna Placent. 23. Martij 1619. Vide
Barboſam de offic. & poteſt. Parochi, Cap. 26. &
in Collect. ad Trident. ſeſſ. 25. c. 13. de refor. De
ſepultura. 2. modo ſumpta nempe vt ſignificat
locum dictum eſt ſatis, in quantum attinet ad
propoſitum noſtrum.

31 De eadem verò ſepultura. 3. modo ſumpta, vt
videlicet dicit ius, quod quis habet ſepeliendi in
aliquo loco aſſerunt Doctores, eſſe illud ius quod
habet Eccleſia ſepeliendi aliquos in ſuo cemeterio,
quod ius ſepulturæ prouenit ex auctoritate Epiſco-
pi locum aſſignantis, competitq; vniuerſaliter
Paræcijs, & deinde illis quibus ex iure, vel priui-
legio eſt conceſſum Huius iuris quoad dominium
non poſſunt eſſe capaces Laici ſecundum Goffre-
dum & Hoſtienſem in Cap. Abolendæ de ſepult.
bene tamen quoad vſum, & ipſi poſſunt cum ſuis
ſepeliri in ſepulchris, & alios prohibere, ne in illis
ſepeliantur ad hoc facit leg. 2. §. ſi vſufructum ff.
de relig. & ſumpt. fun. l. familiaria ff. de relig. 13.
32 quæſt. 2. Cap. Ebron cum ſequ. † Aduertit tamen
Romanus in ſuis ſingularibus, quod de iure Cano-
nico poteſt Prælatus etiam inuito vſuario ex cauſa
in ſepulchris extraneos ſepelire, & non obſtante
contradictione illorum, quibus ſepulchrum con-
33 ceſſum eſt; ſecus tamen eſt de iure ciuili. † Idem
dicendum ſecundum Hoſtienſem, & Panormita-
num de ſedilibus, & Banchis, quæ collocant in
Eccleſijs ſæculares, quia ſæculares in Eccleſijs nul-
lum ius poſſunt acquirere, niſi ex quadam toleran-
tia, quæ poteſt ceſſare, quotieſcunq; vult Prælatus.
34 Ius ſepulturæ concedere ſpectat ad Epiſcopum.
Abbas. & alij in Cap. penult. de ſepult. Sebaſt.
Med. in tract. pariter de ſepulturis quæſt. 6. num.
6. Caualer. deciſ. 15. nu. 2. qui etiam habet, quod
idem ius poteſt concedere Legatis de Latere & in
actis Eccleſiæ Mediolanenſis p. 2. tit. de ſepult.
prohibentur fieri noua ſepulchra in Eccleſijs ſine
35 licentia in ſcriptis obtenta ab Epiſcopo† In Eccle-
ſijs autem Regularium non poſſunt conſtrui niſi
eadem facultate obtenta ſaltem à Prouinciali, qui
illam dare non poteſt, niſi ſepulchra conſtruantur
ad præſcriptum Conſtit. S. Memoriæ Pij V. incipit.
36 Cum primum. † Nemo ſepeliendus eſt prope alta-
re, neq; ſub bradellis ex S. Congreg. Reg. in vna
Termulan. 8. Febr. 1594. & ſi ibi ſint conſtructa
ſepulchra, in illa Capella non debet celebrari,
donec corpora alio transſerantur eadem Congreg.
in vna Tiranenſ. 10. Nouemb. 1599. His ad
maiorem omnium commoditatem propoſitis de-
ueniendo ad primam propoſitam difficultatem, an
videlicet mater poſſit filio eligere ſepulturam.

37 Sciendum quod quilibet fidelis, qui habet liberū
arbitrium, & ætatem legitimam, ideſt, qui ſit
pubes, poteſt eligere ſibi ſepulturam, etiam non
habita facultate a patre etiam ſi ſit in poteſtate
patres Cap. licet, in princ. de ſepult. Angelus
Theolog. verb. ſepultura numer. 5. Nam electio
ſepulturæ omnibus eſt libera. Cap. Cum liberum
6. de ſepult. Nat. conſil. 432, numer. 6. cum ſeq.
38 Cæſar de Graſſ. deciſ. 1. nu. 1. de ſepult. † Dum-
modo non ſit prohibitus à iure, vel ſepultura non
ſit priuatus Sebaſt. Medices loco cit. quæſt. 8.
Qui autem Eccleſiaſtica ſepultura ſint priuati, vide
Barboſam ſupracitato loco de offic. & poteſt.
Parochi.

39 † Non priuatur excommunicatus, qui in mortis
articulo dixit, Confeſſione, aut, Madonna Santiſ-
ſima aiuttame, Sellus in ſelect. Canon. Cap. 10.
num. 20. vbi atteſtatur ita fuiſſe reſolutum per
Sacram Congregat. Reg. in Holan. 19. Iulij 1619.

Eligit

Eligit ego quisq: sepulturam suam modo dicto, qua
40 facta electione, in ea est tumulandus † Quod si ipse
non eligat est sepeliendus si neq; alius pro eo
eligat, in sepulchro maiotum suorum, vel in
41 Parochiali. † Quis autem possit eligere: Patrem
certum est, si tria concurrant, primum, quod eli-
gens sit Pater 2. Quod filius pro quo eligitur sit
pubes. 3. Quod sit consuetudo taliter eligendi,
colligitur ex Cap. licet de sepulturis, & firmat Lu-
douis. decis. 276. num. 1. asserens hoc patri con-
cedi dante consuetudine sed de iure contrarium
esse, nisi enim adesset consuetudo pater sepulturam
non eligeret filio, sed esset tumulaudus in sepulchro
42 maiorum, aut in Parochiali † Sed posita ista alter-
natiua nempe, quod non extaute consuetudine
pater filio impuberi non possit eligere sepultutam,
& ideò fit sepeliendus in sepulchro maiornm, vel in
Parochiali, quærit hic Io. Andreas, an detur ele-
ctio alternatiuæ ita vt possit ad libitum sepeliri in
vno vel in alio, quia, vel, est dictio disiunctiua, &
concludit quod esset setuandus ordo litteræ Cap. Si
rector 43. dist. sed tamen quod obtinuit consuetu-
do, quod patres vel amici eligant pro libito. Ex
hoc facile solui potest.

43 An mater possit filio sepulturam eligere, quod
est, quod principaliter quærimus, Geminianus sup-
ponit prius patrem, vel esse mortuum, vel absen-
tem, deinde asserit, se non videre, quare extante
consuetudine non possit eligere filio impuberi.
Cætetum de iure matri non debetur quia in Cap.
licet conceditur tantum patti supposita consuetu-
44 dine † in ijs antem quæ sunt præiuditij non fit ex-
tensio ex paritate rationis. Erit ergo sepelieudus
45 iuxta inferius diceuda. † An autem possit auus
eligere pronepoti impuberi. Respondet Petrus
de Vbald. in tract. de quarra Canon. non posse
46 rationem assignat, † quia in materia odiosa appel-
latione filiorum non veniunt nepotes, aliter enim
filij, aliter nepotes appellantur, secus appellatione
liberorum leg. Quod si nepotes ff. de test. tut. mul-
to minus potest frater pro fratre, aut alius collate-
rallis: Scio aliter sentire alios, nempè posse eligete
matrem filio, Auum nepoti &c. Hoc tamen mihi
videtur iuri conforme.

47 Quid dicendum de vxore: Panormitanus respon-
dit, quod si est nupta libere potest sibi eligere
sepulturam textus apertus in eodem textu in quo
loquitur Panormitanus nempe Cap. de vxore, de
sepult. Si vero decedat sine electione .i. non electa
per ipsam sepultura, in quam est inferenda in illud
maiorum suorum vel mariti? Glossa ibi dicit quod
debet sepeliri in sepulchro mariti. Et Cap. Is qui,
de sepultura non solum hoc decidit, sed addit præ-
terea quod mulier, quæ duos habuit viros est sepe-
lienda in sepulchro secuudi mariti, cuius tenet
domicilium, & honorem. Pulchram ibi subdit Io.
Andreas quæstionem, vbi videlicet sit sepelienda
mulier, quæ secundo nupsit, & vidua relicta etiam
à secundo marito se transfert se ad domum patris
sui relicta domo mariti, & respondet, quod adhuc
est sepelienda in sepulchro secundi mariti, quia
priuilegium non confertur loco, sed personæ; Idem
48 sentit Geminianus ibidem addens, † quod honor
acquisitus mulieri nō extinguitur morte mariti ipsa
coniuge manente in viduitate, ideò Regina etiam
mortuo Rege non amittit nomen Reginæ, quod
verum puto si mulier moriatur mortuo marito;
Quod si vxor marito præmoriatur quid dicendum?
est ne sepelienda in sepulchro mariti, vel in sepul-
chro maiorum? Nam si dicamus esse sepeliendam
in sepulchro mariti sequitur inconueniens, quod
mulier remaneret sepulta cum extraneis non ibi
sepulto marito, & tamen quisque cupit etiam post
mortem non separari à suis, sicut videmus deside-
rasse Sanctos Patriarcas, & solitos esse iniungere
postetis, vt eorum cadauera inferrent in sepulchta
suorum maiotum, mulier ergo, quæ eo modo sepe-
liretur, posset fieri quod in sepulchro remaneret
disiuncta à marito, qui posset alibi moriendo alibi
sepeliri, vel etiam in patria decedendo aliam sibi
eligere sepulturam, quod non est permittendum
Panormit. in cit. cap. de vxore asserit hanc quæ-
stionem sibi videri difficilem, & talem, quæ expos-
cat decisionem altioris tribunalis, Attamen ipse ita
resoluit, quod, si in hoc est aliqua consuetudo illi
49 standum est, † quia in materia sepulturæ etiam
Papa multum tribuit consuetudini; Quod si nulla
sit consuetudo, distinguit; vel maritus sibi parauit
sepulchtum, vel non, si parauit sibi sepulchrum,
& maritns non exulat à patria, vel alio modo non
potest præsumi, quod in eo sepulchro non sit sepe-
liendus, sed potest credi fututum, quod ibi sepe-
liatur, ibi est sepelienda etiam vxor, & idem dicen-
dum, licet ipse non parauerit sibi sepulchtum, sed
habeat sepulchrum maiorum suotum, in quod pro-
babiliter creditur, quod velit inferri. Si verò nul-
lum habet sepulchrum, vel sit absens quod eius
voluntas non posset sciri, est sepelienda in sepul-
chro maiorum suorum.

50 Sed quid si vxor marito præmoriatur & eligat
sepulturam, & in illam inferatur est ne maritus
cum illa sepeliendus, an cum suis maioribus. Vide-
tur quod sit sepeliendus cum vxore. Nam sicut
decernitur quod propter vnionem vxor sepeliatur
cum marito eodem modo videtur dicendum de
marito cum vxore propter eandem vnionem quæ
fuit inter ipsos. Maxime tamen obstat Cap. Is qui
de sepult. vbi nihil habetur de marito, & rationes
adductæ non probant de marito, sicut de vxore.
Non enim videtur congtuum quod maritus tenea-
tur sequi dispositionem mulieris sicuti conueniens
est mulierem sequi decreta viri, Dicerem ergo
quod aut vxor eligit sibi sepulturam de consensu
mariti, vel non, si de consensu eligit., maritus
tenetur sequi, quia tali assensu quodam modo vide-
tur eligere etiam sibi, ne separetur ab vxore, & hoc
placet etiam Abbati, licet multum dubitet propter
caput. Is qui citatum §. mulier. Aut mulier eligit
sibi sepulturam inscio, vel non assentiente marito,
& hoc casu puto maritum non teneri sequi mulie-
rem ob allatam rationem quia non est conueniens
maritum sequi volontatem mulieris, de marito
tamen dicitur relinquet patrem, & adhærebit
vxori suæ.

Cum de iure Canonico decedens non electa
sepultura sit sepeliendus in sepulchro maiorum
suotum Capit. Is qui de sepulturis in 6. & tenet Io.
Andr. Archidiaconus & Angelus Theologus verbo
sepultura num. 14. & communiter, oportune venit
51 quærendum, † qui sint intelligendi nomine maio-
rum. An pater, & Auus, vel Attauus Tritauus &c.
ita vt si in vno sepulchro sit tumulatus pater, &
Auus, in alio Attauus, & Trittauus sit sepeliendus
filius in sepulchro patris, & Aui, vel Attaui, & Tri-
taui. Et videtur esse sepeliendus in sepulchro At-
taui, & Tritaui, non vero patris. P. Quia appella-
tione maiorum stricte sumpto vocabulo veniunt
tantum superiores vltra Tritauum, vt in leg. Iure-
consultus §. Patentes ff. de gradibus, cum ergo ius
decernat decedentem non electa sepultura esse

sepeliendum

sepeliendum in sepulchro maiorum, non in sepulchro patris, vel Aui, sed Tritaui erit sepeliendus. Secundo Summus Pontifex in Capitulo Cum quis de sepultur. de hac re disponens dum loquitur de maioribus, addit hanc particulam ab antiquo, ergo eadem erit intelligenda etiam hic, disponens enim de eadem re sub iisdem conditionibus intelligendus est disponere, cum ergo in vno textu Summus Pontifex disponat, quid sit agendum, quando maiores solent tumulari in vna Ecclesia, addit, ab antiquo videtur idem subintelligendum etiam in alijs textibus, vbi agitur de eadem re; sed non dicentur maiores sepeliri ab antiquo, si tantum pater, & Auus sepelirentur; sed requiruntur alij maiores; His rationibus motus Io. Andr. & per cap. Fraternitatem de sepult. & per aliud cap. cum qui, de sepult. item, in 6. tenet, quod, si pater sepultus sit in vno sepulchro, & Auus, & alij in alio decedens non electa sepultura esset sepeliendus cum Auo, & alijs; non cum patre. Alij tenet quod si in vno sepulchro sit tumulatus pater, & auus in alio reliqui maiores, quod decedens non electa sepultura esset tumulandus cum patre, & auo, & pro-

52 bant. P. Quia † sicut domicilium est inter viuos, ita est sepultura inter mortuos; sed nemo sequitur domicilium superiorum; sed patris, ac aui, l. assumptio ff. ad municip. & cap. fin. de Paroch. ergo non in sepulchro maiorum, sed patris, & aui erit sepe-

53 liendus. 2. † Vnio sepulturæ procedit ex quadam mutua dilectione, quæ fuit inter viuos, vt collig. ex Roderi. qq. Reg. tom. 3. quæst. 58. artic. 8. ergo in sepulchro patris, & aui est sepeliendus, quippe quia inter istos maius sit vinculum amoris, & charitatis; hoc tenet Oldradus; Panormitanus vult, quod si pater in vno loco sit sepultus, & reliqui maiores in alio, filius debet sepeliri in sepulchro maiorum, ita in cap. nos de sepult. asserens se reperisse Glossam quasi expressam in cap. is qui de sepult. in 6. Sebastianus Medic. tenet omninò oppositum, nempe, quod licet in vno sepulchro sit tumulatus pater solus & in alio reliqui maiores, quod filius est sepeliendus cum patre, non cum alijs ita loco cit. quæst. 7. rationem assignat quia magis influit proximum immediatum, quam mediatum cap. cum Ecclesia de causa possess. & propriet. quid dicendum? Totam rem tribus propositionibus explico.

54. 1. Dico. † Filius decedens in minori, seu maiori ætate non electa sepultura per se, vel per alium non est sepeliendus in Parochia, sed in sepulchro maiorum, nisi sepulcrum maiorum esset in Parochia, ita Sacra Congregat. Cardin. negotijs Episcoporum præposita dixit in vna Asculana 21. Octobris 1616. decernens, quod corpus cuiusdam filiæ Antonij Scarpellini, quod Præpositus S. Martini prætenderat sub prætextu noui Ritualis sepelire in Parochia, cum tamen eius sepultura esset in Ecclesia Fratrum Minorum Conuentualium, fratribus restitueretur; rationem reddit, quia, cum qui sepulturam sibi eligendi facultatem non habet, in maiorum suorum sepultura humari debet, quod idem etiam dicendum esse de illis, qui habent facultatem eligendi, nisi eligant Ioannes Andreas docet cap. Animarum de sepult. in 6. & cap. nos instituta, & cap. Fraternitatem de sepult. & cap. Ebron eodem titulo, & cap. licet pariter eodem tit. in 6.

55 Dico 2. si † pater solus sit in vno sepulchro, & auus, & reliqui maiores in alio decedens non electa sepultura est humandus de iure cum auo, & alijs non cum Patre; ita Angelus verbo sepultura num. 15. qui etiam citat pro se Ioannem Andream; & mouetur per cap. fraternitatem de sepulturis, & cap. cum quis de sepult. in 6. per ista verba, ab antiquo; & antiqua continuantur, quæ non verificarentur in solo patre. Ad rationes in contrarium Respondeo multum vrgere, si aliter, quam ex dispositione iuris, esset decernendum, sed dum habemus textus, illis standum est. Quod si alia sit consuetudo, illi standum est, quia in materia sepulturæ etiam S. Pontifex multum tribuit consuetudini, & ista esset valde rationabilis ratione dilectionis inter filium, & patrem.

56 Dico 3. Si pater, & auus sint in vno sepulchro reliqui maiores in alio decedens non electa sepultura est humandus cum patre, & auo non cum alijs maioribus. Ratio est, quia nomine maiorum in materia sepulturæ veniunt pater, & auus, & ad verificandum quod sepulchrum sit maiorum sufficit, quod in eo sit sepultus pater, & auus, textus in cap. Ebron 13. quæst. 2. iuncto cap. 1. de sepult. ita Angelus loco citato, numer. 15.

57 † Dices nomine maiorum non veniunt patre, & auus sed alij. Albericus enim de Roxiate in suo tract. statut. p. 1. quæst. 83. Refert quoddam statutum determinans, quod si quis oriundus ab una ciuitate discedat ab ea; si probetur, quod sui maiores, & antecessores etiam ipsi inde fuerant oriundi, compellatur redire ad eandem ciuitatem, ex qua discessit, & si probatum fuerit solum patrem, & auum illius, qui discessit ex illa fuisse oriundos, non esse compellendum, quia pater, & auus non veniunt nomine maiorum, sed dicuntur parentes, & vltra tritauum maiores, l. quique, §. parentes, ff. de in ius vocand. Respondeo in materia odiosa, vt est ista separationis filij à patre, leges non esse adeo strictè interpretandas; est enim nimis durum separare filium à patre, & ideò quotiescunque fieri potest, quod non separentur, leges eo modo sunt interpretandæ. In materia ergo sepulturæ nomine maiorum veniunt pater, & auus, & in his duobus verificatur, quod sepulchrum sit maiorum, si ibi illi duo sepulti sint. Nam in cap. Ebron citato ad hoc, vt sepeliatur Iacob in sepulchro non fit mentio aliorum maiorum, quam Abrahàm, & Iacob.

58 Quæro † an decapitandus possit sibi eligere sepulturam. Respondeo quod aut per sententiam condemnatoriam priuatur etiam factione testamenti, vel non; Si per sententiam priuatur factione testamenti, vel sententia est lata, & interposita appellatio, vel lata, & nulla appellatio interposita; vel est decapitandus, sed nundum sententia est lata; si lata est sententia, & appellatio interposita, potest eligere, quia per appellationem suspenditur effectus sententiæ; si lata est sententia, & nulla interposita appellatio, non potest eligere; quia cum sit priuatus factione testamenti, & consequenter disponendi de vltima voluntate; neque poterit sepulturam eligere; si vero est decapitandus; sed nundum est sententia lata, & tunc potest eligere, quia nundum per sententiam est priuatus factione testamenti, & consequenter facultate disponendi de vltima voluntate, Eadem ratione dicendum est posse eligere, si per sententiam decapitandus non priuatur factione testamenti.

59 Quid † de filijs illegitimis? si decedant impuberes possunt ne pater, & mater eligere illis sepulturam; & si non ea electa decedant puberes vbi sunt sepeliendi? Respondent aliqui quod vel filius est naturalis, vel spurius, si naturalis, decedenti in

impubertate pater eligit sepulturam, & ipse filius potest sibi eligere, & nisi eligat ipse sibi, vel pater filio, sepelitur in sepulchro patris, nisi tamen pater esset in dignitate, l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebelliani; & facit quod notatur in l. generaliter, C. de instit. & subst. si verò sunt spurij non sepeliuntur cum patre, quia neque filij nominantur Auth. ex complexu, C. de incest. & inut. nupt. quod verum asserunt etiamsi essent legitimati à principe, nisi tamen legitimatio facta esse viuente patre, & eo postulante; facit quod notatur in Auth. Qui. mo. nat. offi. sui, & in eo casu sepelirentur in sepulchro matris, l. 1. ff. ad municip. nisi etiam ipsa esset illustris fœmina. Casu autem quo esset in dignitate pater, & illustris mater, esset sepeliendus in

60 parochia. Filij adoptiui, vel arrogati, si † moriantur viuente patre adoptante in eius sepulchro sunt humandi; si verò mortuo adoptante moriantur adoptati erunt sepeliendi in sepulchro patris naturalis, secundum id, quod notatur in cap. vnico de cognat. legal.

61 Expositi † si eorum pater nullo modo scitur, sepeliendi sunt in sepulchro hospitalis Sebastian. Medic. dict. quæst. 7. numer. 25. & not. in cap. de inf. & lang. & l. fin. C. de infant. exposit. si verum pater sciatur, vel etiam de eo dubitetur sepeliendi sunt in sepulchro patris iuxta alibi tradita, quomodo succedant in hæreditate patris.

62 Mulier adultera non sepelitur cum marito, quia licet de iure verum sit, quos Deus coniunxit homo non separet, fallit in adultera quæ separatur per adulterium separatur enim etiam viua dante Ecclesia diuortium, quoad thorum, propter quod non est amplius de domo viri.

63 Qui habent sepulturam in Ciuitate, & egressi animi causa in villam, si ibi decedant deferendi sunt in Ciuitatem, si commode fieri potest, & sepeliendi sunt in sepulchro maiorum Ang. num. 28. si vero commode non potest, sepelientur ruri Sebast. Med. num. 42.

64 Quæro tandem an ius sepulchri transmittatur ad hæredes simul cum hæreditate. Glossa vlt. in Cap. Raynutius de testam. asserit hæredem posse sibi retinere licet sit grauatus restituere hæreditatem, sed ibi loquitur tantum de filio, dupliciter ergo potest dari ius sepulturæ ab Ecclesia laicis, vel sibi tantum, & de familia vel sibi & hæredibus, sepulchra, quæ construuntur sibi & de familia dicuntur familiaria, quia ius sepeliendi in illis, extenditur tantum ad illos, qui sunt de familia l. familiaria ff. de Relig. & Sanct. fun. quæ vero pro se, & hæredibus construuntur, dicuntur hæreditaria eadem lege. Differentia autem est inter hæc duo genera sepulchrorum, quod in sepulchris familiaribus præter eiusdem familiæ & agnarionis mortuos extranei, quoq; si essent hæredes possent sepeliri. In hæreditarijs autem quæ quisque sibi hæredibusq; constituit nulla habita prærogatiua gentilium, aut agnatorum illi tantum, qui hæredes essent sepelirentur exclusis omnibus alijs præter liberos, & descendentes, quibus licet hæredes non sint debetur tamen ius sepulturæ, nisi mala mente exhæredarentur. leg. si sepulchrorum. Cod. de relig. & sumpt. fun. leg. familiaria & leg. sequenti

65 §. sed in vtroq; ff. eodem † sepulchrum autem, an sit familiare, vel hæreditarium colligitur ex inscriptione Sebast. Med. de sepult. part. 1. quæst. 3. Mascardus de probat. conclus. 1292. numer. 4.

66 Menochius lib. 2. Præsumpt. 59. † qui habet, quod scriptura in lapidibus parietibus, & monumentis, si sit antiqua & posita in loco publico, & manifesto, facit plenam, & perfectam fidem, etiam in ijs, quæ sunt magni præiudicij, quia scriptura hæc publice omnibus patet, ob id inducit notorium Bart. & Bald. in l. monumentorum C. de relig. & sump. fun. si vero non sit antiqua, sed recens, & noua, cum de nullis præiuditio agitur, hoc etiam casu plene & perfecte probat, & etiam si agatur de alterius præiuditio sed modico, prout est quæstio confinium, in qua sufficiunt etiam præsumptiones Rota coram Ludouis. decis. 434. num. 4. Si vero agitur de satis magno præiuditio illius, de cuius voluntate non apparet, quod consensisset, vt, quia protestatus est contra eos, qui scripturam fecerunt examinare, & scriptura etiam sit recens, & noua non facit fidem, si vero agatur etiam de magno præiuditio, & scriptura sit noua, & recens, & non appareat, an facta fuerit eo volente, de cuius præiuditio agitur hoc casu discrepant Doctores Menochius concludit esse tribuendum multum arbitrio iudicis. Doctores vide aput ipsum, proba-

67 tur ergo qualis sit sepultura ex inscriptione, † quæ si deficiat, ius illius sepultutæ libere redit ad Ecclesiam, quę poterit eundem locum alijs concedere Siluester verbo sepultura quæst. 3. de Vbaldis cap. 10. num. 6. Rota in vna Caliguritana sepulturæ 21. Maij 1616. Colligi ex inscriptionibus, qualia sint sepulchra, docet etiam lex familiaria supracitata, & Cap. Cum causam de probat. his ita stan-

68 tibus. † Dico quod ius sepulturæ erectæ pro se & suis hæredibus iure hæreditario transit etiam ad alios, qui non sunt eiusdem familiæ, v. g. sepulcrum est erectum pro Mazettis, & hæredibus, si hæredes instituantur Cati sepulchrum transit ad Catos, si vero sepulchrum sit familiare, an transeat ad hæredes etiam qui non sint eiusdem familię hoc videtur magis dubium. P. Quia sepulchri non dominium sed tantum vsus conceditur Siluest. verbo sepultura quæst. 3. Medices loco citato quæst. 6. sed iste vsus conceditur tantum de familia ergo non potest transmitti ad alios. Mortuo enim vsuario vsus redit ad proprietarium. l. penulr. C. de vsufr. 2. sepulchrum ex eodem Siluestro comparatur hospitio iura autem hospicij hæreditate non transmittuntur. 3. Contractus non extenduntur vltra mentem contrahentium, mens autem contrahentium scripto designatur, cum ergo sepulchri inscriptio sit tantum pro Mazettis, illis tantum de illa familia dicendum erit fuisse concessum ius sepulchri. Dico tamen etiam sepulchra familiaria transmitti ad hæredes, si deficiant illi de familia, & si plures sint de familia, & in vno extinguatur vnus ramus familiæ, & hæres instituat extraneos, ad ipsos etiam pertinebit illud ius sepulturæ, quod mortuo competebat patri, quia lex decernit sepulchra familiaria transmitti etiam, ad hæredes, concessiones autem censentur factæ secundum leges nisi contrarium exprimatur. Ex quo etiam facile respondetur rationibus super factis. Nunc directe soluendo tres propositas difficultates.

69 Ad primam videlicet. An mater filio impuberi possit eligere sepulturam: Respondeo de iure non posse quia electio datur tantum patri supposita consuetudine. Quod si eadem sit etiam consuetudo de matre non video, quare hoc illi etiam sit denegandum consuetudo tamen erit contra ius; ideò erit probanda ab illam allegante; ad quod non tenetur pater.

Ad 2. An ius sepulchri simul cum hæreditate trasmittatur. Respondeo & hæreditaria & fami-

liaria

liaria trasmitti.

Ad 3. Filius decedens non electa sepultura est sepeliendus in sepulchro maiorum suorum & mater, vel est vidua relicta, vel marito premoritur, quocunq; casu est tumulanda vt supra.

70 Resoluendo casum. Dico matrem non posse facere tumulare filium in sepulchro de Mazettis, non quia in illud non habeat ius, sed quia ipsa non potest filio eligere sepulturam, & filius est sepeliendus decedens sine electione sepulturæ in sepulchro maiorum. Non possunt tamen illi de Mazettis impedire, quin Cati sepeliatur in sepulchro, cum sint vniuersales hæredes, & habeant ius eiusdem sepulturæ cum illis, sed hoc pertinebit ad Parochum, quia ista quæstio enm ad sæculares non spectet, impediet Parochus Episcopus decernet. Mulier neq; ipsa erit sepelienda in illo sepulchro nisi eligat ipsa sibi; sed cum marito erit sepelienda iuxta supradicta.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.* 2. *Quæ sit quærenda.*
3 *Quarta funeralis inducta est in fauorem Parochorum.*
4 *De iure est quarta pars de consuetudine maior, vel minor.*
5 *Consuetudo tamen debet esse legitime præscripta.*
6 *Nulla existente consuetudine in Parochiali seruanda est, quæ viget in Ecclesia, in quam infertur cadauer, si vero vna in vna, alia in alia, seruanda est consuetudo Parochialis, quod non admittitur & probatur.*
7 *Consuetudo debet esse respectu eiusdem.*
8 *Consuetudo vnius Ecclesiæ cum alia non attenditur.*
9 *Multum tribuitur consuetudini in materia quartæ.*
10 *Consuetudo non extenditur de loco ad locum, neq; de persona ad personam.*
11 *Consuetudo in spetie probanda est.*
12 *Quarta an sit soluenda per Conuentus & Monasteria ædificata post Tridentini promulgationẽ, & per quadraginta annos ante.*
13 *Pij V. Constitutio de quarta.*
14 *Pro non soluenda quarta sufficit consuetudo, nec aliud requiritur Priuilegium.*
15 *Constitutio Pij V. suprascripta non est reuocata.*
16 *Neq; requiritur derogatio Clementinæ dudum.*
17 *Conuentus ædificati post concilium, licet in facultate ædificandi adsit clausula saluis iuribus Parochialibus, non tenentur dare quartam.*
18 *Sententia exequtiua lata per Nuncium Apostolicum vbiq; debet prodesse.*
19 *An possit fieri compensatio quartæ cum legato.*
20 *Compensatio non potest fieri, nisi inter debitores.*
21 *Quarta est soluenda ab Ecclesia, non ab hæredibus, quod infra explicatur non principaliter sed in subsidium.*
22 *Parochus in manu hæredis sequestrat quartam.*
23 *Si quid legetur Episcopo, debetur legatum & quarta.*
24 *Vxori non tantum legatum sed & dos debetur infra.*
25 *Si quid legetur Episcopo, & quid capellis Episcopo debetur suum legatum, & quarta de legatis Capellis.*
26 *Quarta nunquam est diminuenda.*
27 *Filiæ cui aliquid est legatum non debetur integra dos.*
28 *Non Ecclesia, sed defunctus vel hæres debet quartam.*
29 *Expenditur Cap. de his, de sepult.*
30 *Expenditur Cap. officij de testam.*
31 *Resoluitur ad quos spectet solutio quartæ, & an possit fieri compensatio cum legato.*
32 *Respondetur rationibus & textibus concludendo, quod Ecclesia non tenetur ad quartam, nisi in subsidium.*
33 *Conciliantur duo textus.*
34 *Respondetur quarto argumento contrario.*
35 *Recensetur pæna contra spoliantes funus antequam perueniat ad manus eorum, quibus debetur.*
36 *Quis sit iudex competens in causa quartæ funeralis.*

Parochus præter Legatum prætendit etiam quartam, & quia non detur expoliat funus.

L I I.

1 CArolus electa sibi sepultura in Ecclesia Patrum Sancti Francisci legat Ecclesiæ suæ Parochiali quinquaginta aureos, moritur, Dum funus est eleuandum, oritur quæstio de quarta, quam Parochus prætendit Patres negant deberi, & quia compensatur legato, & quia Monasterium est ædificatum post Tridentinum, tandem allegato decreto Sacræ Congregationis, quod funeris elatio non est retardanda sub quocunque prætextu etiam quartę, cadauer eleuatur, & dum ad Ecclesiam defertur, Parochus e funere surripit duo interstitia, ingressus Ecclesiam superior patrum, & videns interstitia deesse omnibus adstantibus, qui cadauer fuerant comitati dixit Parochum ex interstitiorum surreptione incurrisse excommunicationem, & teneri illa reddere, Parochus dixit se causam coram Episcopo suam esse facturum. In hoc facto quęsita fuerunt
2 sequentia. P. An † Quarta debeatur à Conuentibus ædificatis post Tridentinum. 2. An facienda sit compensatio quartæ cum legato facto Ecclesiæ. 3. An Parochus expolians funus incurrat excommunicationem. 4. Quas alias pęnas incurrat. 5. Coram quo superiore causa ista tractanda sit.

3 Pro intelligentia dicendorum. Noto quartam funeralem, quæ in iure dicitur Canonica, portio à iure inductam esse in fauorem Parochorum propter administrationem Sacramentorum cap. 1. Cap. Relatum Cap. De his. De sepult. Ricius 4. p. suæ praxis res. 299. nu. 1. & 2. Hier. Roder. in Comp.
4 quæst. Regul. res. 18. nu. 1. † Ista Canonica portio de iure est quarta pars, ideò dicitur quarta Cap. Cum super de sepult. Clement. Dudum eodem tit. Quæ tamen potest per consuetudinem esse maior, vel minor. Cap. Antiquos 10. quæst. 1. Cap. Certi-
5 ficati de sepult. † debet tamen consuetudo esse legitime præscripta iuxta ea, quæ tradit Barbosa de offic. & potest. Parochi. Cap. 25. num. 2. & 16.
6 qui etiam eodem nu. 2. habet quod † si in Ecclesia Parochiali non est certa consuetudo, tunc ea seruari debet, quæ viget in Ecclesia, cui legatur si vero in Ecclesia Parochiali sit vna consuetudo, & altera sit in Ecclesia, cui legatur, asserit seruandam esse consuetudinem Parochialis. Ego tamen puto neutri consuetudini esse standum, sed quartam esse soluendam prout de iure communi, quod
7 non sit seruanda consuetudo, probo † quia consuetudo debet esse vnius Ecclesiæ cum eadem non

8 vero cum alia, † neque consuetudo vnins Ecclesiæ
cum alia est extendenda, quia licet in materia se-
9 pulturæ † multum tribuatur consuetudini, Manti-
ca decis. 366. num. 3. Consuetudo tamen non ex-
10 tenditur † de loco ad locum, quemadmodum neq;
de persona ad personam l. 3. §. si quis hoc intecdi-
cto & ibi Bart. de itin. actuq; priu. l. ius singulare,
& l. quod vero contra ff. de legib. Bald. & reliqui
11 apud Mantic. decis. 284. num. 6. † & ideò consue-
tudo in specie probanda est Castrens. consil. 340.
ad fin. vers. superest. lib. 2. Ripa Resp. lib. 2. Cap.
25. num. 17. in fin. Crauet. cons. 96. num. 4. Nulla
ergo est consuetudo nulla autem extante consuetu-
dine quarta secundum ius commune est soluenda.
12 Nunc ad 1. difficultatem. An quarta sit soluen-
da à Conuentibus ædificatis post Tridentinum, vel
per quadraginta annos ante. Respondeo non esse
soluendam ita declarauit, Pius V. in sua constit.
incipit etsi mendicantium 17. Kalend. Iulij 1567.
cuius verba ad rem nostram sunt sequentia.
13 † Quartam autem funeralium de qua sess. 25. c. 13.
nequaquam soluere teneantur Monasteria, quæ à
quadraginta annis citra fundata existunt postquam
Concilium ipsum loquitur tantum de Monasterijs
ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quar-
tam soluere consueuerant, & vbi solui consueuit,
id tantum ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus parti-
bus deferri contigerit tempore, quo defunctorum
corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de
missis seu legatis, vel alijs, fratribus ipsis, siue mo-
nialibus relictis, aut alias quomodolibet donatis
solui debet, sicq; intelligi Concilij decretum quoad
quartam huiusmodi soluendam debere decerni-
mus, vbi vero non est consuetudo soluendi quar-
tam huiusmodi, de nullo suprascriptorum solui
deberi declaramus. Ex qua constitutione duo col-
liguntur, alterum est probatio directa nostræ Con-
clusionis. Alterum quod sufficit consuetudo non
soluendi quartam ad exemptionem eiusdem solu-
tionis, & hoc ad mentem Concilij ex illis verbis
vbi vero non est consuetudo soluendi quartam hu-
iusmodi, de nullo supradictorum solui debere de-
claramus. Non enim est nouum ius sed declarat
14 Concilium, † secundum istam ergo sufficit consue-
15 tudo, nec requiritur aliud priuilegium, † Quæ
constitutio non est reuocata, vt in declarationibus
impressis conc. sess. 25. de refor. c. 14. §. Ad Epis-
copis, & sequitur Rota in vna Li. iens. cuius parti-
cula quæ ad rem nostram facit ita se habet. Nec
obstat concil. sess. 25. c. 13. Quia cum istud Mo-
nasterium sit fundatum post publicationem Conci-
lij, & quatenus esset fundatum antea, cum non
esset solitum soluere dictam quartam; Concilium
ei non obstat, vt declarauit Sanctissim. Pius V. in
sua constit. de anno 1567. quam Refert Arcang.
Caraccia de quarta funeral. cap. 1. Gutierez, de
iur. confirm. part. 2. capit. 4. numer. 3. Emanuel
Rodriquez tomo primo quæst. 41. artic. 2. & ita
resoluit Congregat. Eminentiss. Interpretum
vt refert Rodriq. loco citato. Nec est verum
quod prædicta Constitutione Pij V. fuerit re-
uocata per Gregorium XIII. vt in eius Bulla
quam refert Nauarrus in Manual. Cap. 27. in
fine quia cum dicta Bulla Pij plura contineret per
Gregorium redacta fuit ad terminos Concilij, vt
censuit Congreg. Eminen. Interpretum sicut te-
statur Caraccia loco citato qui etiam in fine refert
ipsam declarationem, & bene aduertit Gutierez
vbi supra ita Barbosa loco citato. Ex qua etiam
declaratione constat nihil de priuilegijs agi; sed
tantum de consuetudine, quod si alicubi priuilegia
etiam adiunguntur ex duplici capite probabitur
exemptio ex consuetudine, & ex priuilegio. Con-
uentus ergo qui à quadraginta annis ante Concilij
confirmationem soliti erant soluere quartam, te-
nentur etiam soluere post Concilij confirmationem
& nihil innouat de istis Concilium. Conuentus
autem & Monasteria quæ post Concilium vel ante
Concilium à quadraginta annis citra sunt ædificata
neq; consuetudinem induxerunt soluendi non
tenentur soluere. Neq; requiritur speciale priui-
16 legium † neq; derogatio Clementinæ dudum quia
satis est derogatum ex Concessione Pij V. supra
relata, quæ nisi intelligeretur derogare dictæ
Clementinæ nihil concederet, & præterea neq; est
necessaria dicta derogatio quia Summus Pontifex
hoc declarat ad mentem Concilij vult enim ita esse
17 per Concilium dispositum. † Neq; puto Conuen-
tus & Monasteria supradicto modo ædificata cum
clausula, & concessione ædificandi salua iustitia
Parochialium, teneri ad dictam quartæ solutio-
nem, quia illa clausula debet intelligi de alijs iuri-
bus Parochialibus. Cum enim sint exempti per
supradicta, & de exemptionibus, quod ijs deroge-
tur, nulla fiat mentio, de alijs iuribus non vero de
istis erit interpretanda dictæ concessionis clausula;
ad hoc vt teneantur exempti quartam soluere
quid spetialius erit inserendum. Quod quarta non
debeatur refert, Hieronymus Roderiq. loco citato
decisum per sententiam in Hispania per Nuncium
Apostolicum 28. Sept. 1622. num. 18. in fauorem
Reformatorum post longam consultationem habi-
18 tam cum omnibus Doctoribus Salamantinis, † quā
sententiam, executiua cum sit, & lata per Nun-
cium, in his etiam nostris partibus debere prodesse
affirmat num. 10. eiusdem resolu. Doctores videri
possunt apud Rodriquez Barbosam & Dianam,
&c.
19 Ad secundam difficultatem propositam. An
facto Legato Ecclesiæ sit soluenda quarta, vel possit
fieri compensatio? dubiæ quæstionis est, & quod non
20 possit fieri videntur probare sequentia. P. † Quia
compensatio non potest fieri nisi inter debitores,
inter conditiones enim requisitas ad compensatio-
nem vna est, quod fiat de bonis debitoris non
alterius, Nauar. cap. 17. num. 115. Sà verbo
depositum Lessius lib. 2. c. 27. dub. 4. num. 16. &
alij apud Bonacinam de Contract. disp. 1. quæst.
vlt. p. 2. numer. 19. sed Ecclesia, in qua est facta
electio sepulturæ, debet quartam, & hæredes lega-
tum ergo non potest fieri compensatio, cum
deficiant termini necessarij, quod autem Ecclesia
debeat ipsa soluere quartā patet ex Clem. Dudum
21 de sepulturis † vbi onus soluendi quartam iniun-
gitur fratribus, & ex cap. 1. eodem titulo in 6. &
22 ex Glossa dicente quod † quarta potest sequestrari
à Parocho in manu hæredis, si enim deberetur ab
hærede, non sequestraretur in manu eius, sed ab eo
peteretur, debet ergo Ecclesia quartam, & hæres
legatum, non potest ergo fieri compensatio. 2. Pr.
si quid legetur Episcopo debetur legatum & quarta
23 nec fit compensatio ergo eodem modo, † si quid
legetur. Parocho debebitur legatum, & quarta
quod Episcopo debeatur legatum & quarta par. ex
cap. officij de test. 3. l. vnica §. sciendum. C. de rei
24 vxoriæ decernit quod si † maritus, qui tenetur
restituere dotem vxori eidem vxori simpliciter
aliquid legauit, eidem vxori debetur dos & inte-
grum legatum ergo eodem modo, debebitur
25 quarta Ecclesiæ & legatum 4. † si quid legetur
Episcopo

Episcopo & quid Capellis vel locis pijs, &c. debetur Episcopo legatum & præterea etiam quarta de legatis. Cap. Requisisti §. secus autem. De testam. ergo eodem modo & Parocho debebitur quarta &
26 legatum. 5. † Quarta numquam est diminuenda, bonus text. in Clem. 2. §. verum ibi largiri integre teneantur, de sepultura vbi Glossa verbo integre interpretatur Canonicam portionem non esse minuendam & Cap. 1. ibi integraliter faciendo eodem tit. in 6. videtur idem innuere, & ita tenent Glossa locis citatis Cardinalis ibidem num. 20. Conar. in Capit. officij numer. 6. Molina & alij quos sequitur Barbosa de offic. & potest. Parochi.

Alij putant esse faciendam compensationem, & probant. P. ex l. si cum dotem §. si pater ff. soluto
27 matr. vbi habetur, † quod si pater legauit aliquid filiæ, filia non poterit habere integram dotem, & Legatum integrum, quia pater censetur reliquisse animo compensandi, ergo etiam in casu nostro testator legans Ecclesiæ videtur legasse animo compensandi debitum, neq; Ecclesia poterit repetere
28 quartam, & legatum. 2. † Non Ecclesia debet quartam Parocho, sed debet testator, in eius defectum eius hæres patet ex Cap. de his. De sepult. vbi habetur expresse Parochianum vel eius hæredem debere Parocho Canonicam portionem vel quartam. 3. Canonica portio vel quarta debetur Ecclesiæ Parochiali, vel propter onera quæ subijt administrando Sacramenta Parochiano vel in compensationem iniuriæ quam illi infert idem Parochianus Parochiali relicta in alia Ecclesia eligendo sepulturam, ergo debetur ab eodem Parochiano qui satisfecisse putandus est legando eidem
29 Ecclesiæ. 4. Ex Cap. officij de test. Iura non faciunt
30 testatorem debitorem simpliciter quartæ, sed decernunt quod relinquat quartam suo iuditio Ecclesiæ Parochiali cum ergo reliquerit quod suo iuditio bene visum est satisfecit in terminis suæ obligationi, ergo frustra quærimus, qua mente vel qua intentione reliquerit. Quæ ratio tanti sit ab Abbate ibidem, vt asserat hanc quæstionem non esse multum dubitabilem.

31 Quibus stantibus. Dico quartam deberi Ecclesiæ Parochiali, quoties electio sepulturæ facta est in locis, solitis illam soluere, sed est soluenda à testatore vel ab hærede, si nihil ei sit legatum, quod si non soluatur ab hærede, vel testatore, & nihil etiam legati sit factum eidem in subsidium tenetur Ecclesia, in qua electa sepultura cadauer sepelitur si vero aliquid sit legatum, siue multum, siue parum illud sit, neque hæredes, neque testator, neque Ecclesia tenetur soluere quartam, quia legatum intrat loco quartæ, & cum eo sit compensatio; patet ex supradictis, quod quarta debeatur ex Clem. Dudum ex alijs iuribus. Quod habeatur à testatore vel hæredibus ex Capit. de his de sepult. & alij similibus. Quod si quid legetur nihil debeatur pariter ex eadem Cap. de his, & quod sufficiat legatum quale illud sit ex Cap. officij de test. & alijs quod in defectum testatoris vel hæredum teneatur postea Ecclesia, ex alijs iuribus, in quibus dicitur, quod quarta sit soluenda ab Ecclesia sepulturæ, & ratio est, quia cum quarta debeatur ob administrata Sacramenta ob iniuriam illatam quia Parochiali matrici relicta ad aliam transeat filius, debitum principaliter est filij, & ita intelligendi textus, quod si ipse debito suo desit non conuenit Ecclesiam Parochialem iure suo priuari, ideò in subsidiú tenetur ad quartam Ecclesia sepulturæ. Ex quibus licet satis superque eliciatur responsio ad obiecta attamen, ne quid remaneat dubij, ad singula respondendo.

32 Ad primum dico compensationem fieri inter terminos necessarios. Nam legatum, & quarta debetur ab eodem hærede, vt dictum est. Ad Clem. dudum Respondeo intelligendam esse in subsidiú non principaliter eodem modo, Glossa concedit sequestrationem quoties Ecclesia in subsidium tenetur, Nec quidquam habet Io. Andreas ibi in contrarium, quia non asserit legatum factum Ecclesiæ non venire in compensationem, sed tantum habet quod si Ecclesiæ Parochiali aliquid aduenit eo quod cadauer prius fuerit delatum in eam, & ideò aliquid lucrata sit illud, quod lucrata est, non venit in compensationem.

Ad 2. Respondeo esse disparem rationem de Episcopo, & Curato, quia testator nihil debet Episcopo, sicut debet quartam Parocho, ideò nil mirum, si & quarta debeatur de legatis, & legatum. Quarta enim debetur ab Ecclesia Episcopo in signú subiectionis, debetur vero à testatore Parocho ob sacramenta administrata.

33 Ad 3. Respondeo duas leges, quæ videntur sibi contrariæ, hoc modo esse conciliandas secundum Bart. in l. si cum dotem, quod, aut debitum est voluntarium, aut necessarium, si voluntarium, vt in casu l. 1. §. secundum C. de rei vxoriæ, legatum, & debitum debetur integrum, si vero debitum est necessarium, quia non procedit ex libera voluntate testatoris, sed est necessarium, quia debitum ex lege, vt dos filiæ, vt in casu l. si cum dotem §. si pater ff. soluto matr. vt, quarta Parochialis, tunc facienda est compensatio, nisi aliter determinet expresse testator quia tali casu eius voluntatis exequenda est. Quam doctrinam admittit Abbas Cap. officij supr. numer. 4. & alij, quod dicendum est de quibuscunq; alijs legatis, ad hoc l. si compensandi C. de hæred. instit. l. Lucius ff. de l. p. l. vlt. §. penult. ff. de leg. 2. Ad 4. Resp. sicut ad secundum.

34 Ad 5. Dico † quod quarta quando compensantur cum legato datur integre, quando datur totum legatum beneuisum testatori, quando vero nullum est legatum, soluitur integre iuxta consuetudinem patet ex supradictis.

35 Ad 3. difficultatem. Quas videlicet pœnas incurrat Parochus expolians funus, antequam deueniat ad manus eorum, ad quos spectat. P. adest excommunicatio lata contra eos qui vexant frattes super solutione quartæ, Miranda in Manuali Prælat. tom. 2. q. 48. à 14. P. Pellegrinus in Compend. Priuileg. Cler. Reg. Theat. tit. Canonico portio in scholio §. In quam pœnam Hier. Rodriq. ref. 18. num. 10. Vide Mirandam late de hac excommunicatione. 2. Expolians funus violenter inquit Roderiq. numer. 14. & rapiens, vel secundum Pottel. expolians vel rapiens, etiam non violenter funus antequam veniat ad manus eorum, quibus debetur, perdit quartam funeralem, & ius, quod habet teneturque restituere simul cum corpore quidquid accepit.

36 Ad quartam dico in ijs quæ pertinent ad quartam, & sunt controuersa inter regulares, & sæculares Sacerdotes, nihil potest Episcopus; sed tes tota est expedienda, vel coram Sanctissimo vel eius legatis, seu coram Prælatis Regularium, Miranda loco citato §. Neq; etiam in dicto casu fratres conueniri habent coram ordinatio loci, sed coram proprijs Prælatis seu coram Papa, vel eius legatis. Resp. ergo legatum esse computandum Curatum

incidisse

incidisse in excommunicationem, & alias pœnas; Nec posse regulares coram ordinario conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur casus discutiendus.*
2 *Quot quæstiones oriantur.*
3 *Quid nomine gabella sit intelligendum.*
4 *Quid importet dictio omnium, & quaruncunq;*
5 *De fide est posse principem imponere vectigalia, & subditos teneri soluere.*
6 *Imperator, Concilium Generale, Papa, Reges, & qui veniunt nomine regum vt Respublica Veneta possunt imponere vectigalia.*
7 *In Hispania quomodo Rex possit imponere vectigalia, & tributa.*
8 *Ex qua causa possint imponi vectigalia.*
9 *Rex datus est populo ad populi vtilitatem non populus Regi ad Regis vtilitatem.*
10 *Rex si redigatur ad inopiam an possit vectigalia imponere.*
11 *Tributa seu vectigalia debent proportionari necessitati, pro qua imponantur, & viribus illorum quibus imponuntur.*
12 *Ad iustitiam vectigalium requiritur auctoritas in imponente, Iustitia causæ imponendi, & iustitia forma in impositione.*
13 *An tributa sint soluenda antequam petantur an sint soluenda cum petuntur, vel an requiratur sententia iudicis.*
14 *Quid de solutione vectigalium quibus pœna est adiuncta, & quibus non est adiuncta.*
15 *Quid si extet consuetudo non soluendi.*
16 *Quod si nulla adsit consuetudo.*
17 *Quid de vendentibus, & transuehentibus merces secreto, & occulte.*
18 *An gabellarijs petentibus quæ merces sint illæ quæ exportantur teneantur mercatores verum pandere, an possit aliquid occultare.*
19 *An Princeps possit aliquos eximere ab onere soluendi tributa etiamsi hoc sit in præiuditium communitatis.*
20 *Quid sit priuilegium personale, & quid reale.*
21 *Sola persona est capax beneficij per priuilegium concessi, siue mediate, siue immediate ex quo oritur distinctio priuilegij in personale, & reale.*
22 *Priuilegium personale cum persona finitur nec transit ad alios.*
23 *Reale durat quousque res ipsa durat.*
24 *Res quibus priuilegia conceduntur sunt vel corporea, vel incorporea, & quæ ista sint. Rebus concessum priuilegium est reale.*
25 *Priuilegia concessa religionibus communitatibus quatenus vniuersitates sunt, & vt tales vtuntur sunt realia.*
26 *Iisdem concessa quatenus etiam particulares personæ ijs vtantur vt tamen in communitate conueniunt sunt etiam realia.*
27 *Enumerantur aliqua huiusmodi priuilegia.*
28 *Priuilegia concessa personæ ob labores in bello, ob reportatam insignem victoriam, ob singularem excellentiam, si ob materia incapacitatem ad hæredes non possunt transire, semper erunt personalia, quibuscunque verbis concedantur, si vero possunt transmitti, & verba dirigantur in dignitatem, & dignitas possit transire ad successores sunt realia, nisi tamen concedantur ob qualitatem tali personæ inhærentem, quia tunc personalia censentur.*
29 *Priuilegium concessum personæ non expressa dignitate, cum possit exprimi, est personale, nisi adderentur verba indicantia perpetuitatem.*
30 *In priuilegijs maxime vitanda est superfluitas, sed omnia debent aliquid operari, nisi talis extensio esset successoribus præiuditialis.*
31 *Priuilegia, si pensatis verbis, & materia adhuc remanet dubium, an sint realia, videndum est, an cuiquam sint præiuditialia, & pugnantia cum iure communi, & erunt personalia, si vero omnina fauorabilia erunt realia.*
32 *Beneficium principis decet esse mansurum, & est late interpretandum, nisi præiudicet tertio.*
33 *Priuilegium, quod iuri non derogat, & lædit ius tertij, est late interpretandum quatenus non præiudicat, & stricte quatenus lædit.*
34 *In dubio secundum maiorem probabilitatem erit iudicandum reale vel personale.*
35 *Maior probabilitas est quædam moralis certitudo.*
36 *Qui iam est in processione priuilegij vt realis orto deinde dubio, gaudet etiam vt reali.*
37 *Durante dubio melior est conditio possidentis.*
38 *Priuilegium ex contractu est reale. Ex gratia, personale, nisi aliter ex alijs coniecturis habeatur.*
39 *Concessio immunitatis gabellarum non transit ad hæredes.*
40 *Priuilegium concessum non subdito transit in contractum.*
41 *Respondetur multis soluendo, an exemptionis priuilegium transeat ad hæredes, vel successores.*
42 *Perpetuum dicitur, quod durat ad vitam hominis.*
43 *Priuilegium concessum descendentibus in perpetuum est omninò perpetuum.*
44 *Priuilegium immunitatum an possit reuocari à successore deciditur, & quando.*
45 *Concessum Patri filijs, & nepotibus, non addito in perpetuum durat tantum durante vita concedentis.*
46 *Concessum generi, & posteris non extenditur ad natos ex fœminis; concessum pro se, & successoribus descendentibus extenditur.*
47 *Nomen posteritatis comprahendit tantum familiam. Descendentium autem extenditur in infinitum, tam ad natos ex masculis quam ex fœminis.*
48 *Nomine liberorum veniunt liberi vtriusque sexus.*
49 *Quando in priuilegio fit electa industriæ personæ, & quando commissio per alterum non possit explicari remissiue ad Doctores.*
50 *Priuilegium concessum Titio, & suo hæredi intelligitur de primo hærede tantum.*
51 *Legis dispositio intelligitur semper de primo actu.*
52 *Facultas eligendi Confessarium Capellanum &c. intelligitur tantum de primo actu, & facta prima electione expirat.*
53 *Securitas concessa bannito veniendi ad aliquem locum intelligitur de primo aduentu.*
54 *Obligatus contribuere pro Matrimonio filiæ intelligitur de Matrimonio prima tantum.*
55 *Facultas aliquid declarandi, intrandi monasterium monialium, percipiendi fructus ex aliquo fundo, intelligitur de prima vice, etiamsi fundus duos fructus faciat.*
56 *Licentia data arbitrandi, Cardinali testandi intelligitur tantum de prima vice.*
57 *Regula quod dispositio legis intelligatur de primo actu habet locum in quacunque materia vltima-*

rum

rum voluntatum, contractuum, & Beneficiorum, & dotis limitationes, & reliqua remissiue.

58 *Exemptio à gabellis an includat non solum impositas, sed etiam imponendas tempore etiam belli, resoluitur.*

59 *Publica vtilitas est præferenda cuilibet priuilegio, & priuilegium generaliter indultum non includit casum publicæ necessitatis, & si includeret esset nullum.*

60 *Alioqui exemptus tenetur ad nouas collectas tempore belli impositas.*

61 *Priuilegia harum concessionum tantum valent quantum sonant, & ideò non extenduntur ad munera patrimonialia, ordinaria, aut realia: si simpliciter sint concessa, & de istis non sit facta expressa mentio, vel aliunde colligatur.*

62 *Quibus modis quis sibi præiudicet in exemptione solutione gabellarum, & quæ requirantur exactè traditur.*

63 *Vnico actu contrario priuilegio non præiudicatur, si habeat tractum successiuum, præiudicat in momentaneo.*

64 *Proponitur soluenda tertia difficultas an possit fieri compensatio in vectigalibus pro debito principis.*

65 *Proponitur ratio dubitandi.*

66 *Requisita ad compensationem enumeratur, & expenduntur.*

69 *Quædam distinctio pro solutione difficultatis.*

70 *Resoluitur an gabellarij ipsi possint vti compensatione in gabellis.*

71 *Simpliciter resoluitur difficultas respectu omniũ & quorumcunque creditorum Regis.*

72 *Confirmatur dictum primò.*

73 *Confirmatur secundò.*

74 *Soluitur ratio adducta in contrarium.*

75 *Conclusio istius difficultatis tertia.*

76 *Quædam obiectio.*

77. *Respondetur toti propositæ quæstioni remissiue ad antedicta.*

Priuilegium immunitatis à solutione Gabellarum an transeat ad hæredes.

LIII.

1 SErenissimus † Princeps N. concessit Illustrissimis Dominis Carolo, & Didaco de N. exemptionem a solutione omnium, & quarumcunque Gabellarum in toto suo statu, istoque priuilegio prædicti domini vsi sunt quoadusque vixerunt, nunc illis vita functis, ministri cogunt hæredea ad solutionem earundem Gabellarum, ideò quærunt, an teneantur, & dato, quod non teneantur, an soluendo sibi præiudicent, & tandem an oculta compensatione vti possint.

2 Pro † Solutione istius difficultatis primæ recurrendum est ad tenorem priuilegij, & considerandũ qualis sit concessio. Vel enim priuilegium est concessum personis, vel rebus; Si concessum personis vel expressis tantum, vel etiam hæredibus, vel Generi, & posteris. Vel expressis, & descendentibus, vel subditis, vel extraneis, vel ex gratia, vel ex contractu. Hæc omnia expendemus vt solutio vera habeatur; sed quia in hac concessione adsunt ista verba omnium, & quarumcunque Gabellarum videndum prius quid nomine Gabellarum intelligatur, & quæ veniant in hac concessione.

3 Noto primò. † Quod nomine Gabellæ magis præsse venit illud, quod datur à venditoribus pro rebus, quæ venduntur, magis late comprehenditur, quod dictum est, & præterea etiam vectigal, & pedagium, latissime autem extenditur ad omnes exactiones, ita Siluester verbo Gabella &c. sunt autem variæ istæ exactiones siue genera tributorũ. Census, qui est pensio, quæ soluitur principibus pro personis, & capitibus ciuium in signum subiectionis, & ob hunc numerabant populum, & pertinebat ad quandum vanitatem, ideò punitus est Dauid. Dicitur etiam census pensio, quæ dabatur pro quantitate facultatum, quas vnusquisque habebat, & sic dicebatur à censendo, eo quod facultates censebantur l. forma ff. de Censib. Vectigal. dicitur id, quod soluitur pro rebus, & mercimonijs, quæ vehuntur ex vna prouincia in aliam, & ex vna ciuitate in aliam causa negotiationis; debetur autem ob refectionem murorum, & aliorum operum publicorum, & hoc habetur in l. ex præstantiori. C. de vectigalib. Vectigal dicitur etiam tributum, quod ex prædijs, & fundis à conductoribus reipublicæ tribuitur in l. ff. Si ager vectig. Pedagium, Guidagium, Gabella, Assisium, talea, duana, datiũ, & si quę alia sunt huiusmodi tributorum genera possunt videri apud Summistas Angelum, Silnestrum, Tabienam &c. & apud Theologos Sotum lib. 3. quæst. 6. à 7. Ledesmam 2. 4. quæst. 18. art. 3. Medinam quæst. 16. cum ergo omne genus tributorum veniat sub nomine Gabellæ dicendum erit hoc priuilegio à solutione omnium fuisse exemptum D. Carolum maxime stantibus illis verbis omnium, &
4 quaruncumque. † Nam dictio, omnium, prædicatur de pluribus l. non distinguimus §. Si plures ff. de arbitr. Innocent. in cap. quia propter, num. 5. de elect. Bald. in l. in testamento sub numer. 12. vers. tu dic. C. de test. milit. Anchar. cons. 68. num. 2. & 3. Castrens. cons. 127. lib. 1. Surd. cons. 31. num. 25. & seq. & operatur, ac si de singulis esset facta expressio spetialis. Bart. in l. 2. ff. de nouir. Aymon cons. 308. num. 6. Cephal. cons. 56. nũ. 22. & dictio quæcumque est adeo prægnans, vt includat etiam illa, quæ proprie non sunt talia Bald. in l. quæcumque C. de serui. fugit. Alex. cons. 17. numer. 6. & seq. lib. 6. Tiraquell. de retract. ligna. gloss. 7. sub num. 22. §. 1. decis. ped. 102. num. 4. Vide Beltraminum in annotat. ad Decis. 267. Ludouisij num. 12.

5 Noto 2. † posse principes suis subditis Gabellas, Vectigalia, &c. imponere, & subditos teneri soluere, est de fide Matthæi 17. & ad Romanos 3. & 1. Corint. 9. Quis pascit gregem, & de eius lacte non comedit. Imponens tamen Gabellas, debet
6 habere auctoritatem eas imponendi; vt † est Imperator, Rex, & Concilium generale; est definitum an cap. super quibusdam de verb. signif. sub nomine Concilij venit etiam Papa, Caietanus. Verbo vectigal. An vero nomine Regis veniunt omnes reges, an tantum reges Romanorum, disputant intrisperiti, attamen videtur definitum in supracitato cap. super quibusdam vbi Rex, & Imperator ponuntur, vt quid diuersum, & ita obtinuit consuetudo vniuersalis, & consentiunt fere omnes Doctores, nomine Regum intelliguntur Respublicæ non recognoscentes superiorem, vt Veneta, & Ianuensis, & item principes nulli subiecti, vt Dux Sabaudiæ Florentiæ, &c. quia eadem est ratio de istis, ac de Regibus. Salicet l. vectigal C. noua vectigal. Ioannes Andreas, & Panor. d. cap. super quibusdam Siluester Gabella 3. quæst. 1. Angelus verbo Pedagium num. 1. Reges tamen Hispaniarum

rum nou aliter possunt imponere ooua vectigalia,
& tributa in Hispania, quam vocatis de more co-
mitijs, illa proponat, probent, procuratores, &
tribuni plebis leg. 1. & tit. 7. l. 6. nouæ recopilat.
8 † Qui gabellas imponit, debet hoc facere ex iusta
causa, quæ est bonum publicum, & non priuata
vtilitas principis, nisi ea redundaret in bonum
commune, vt si princeps esset redactus ad tantam
inopiam, vt eius redditus non essent satis ad eius
sustentationem, vel esset captus ab hostibus, & in-
9 digeret pretio pro sui redemptione: † quia rex da-
tus est populo propter eius vtilitatem, non populus
10 Regi † quod si rex sit redactus ad supradictam
necessitatem sua culpa, expendendo male suas fa-
cultates, si habet, vnde possit se subleuare, non
potest imponere noua vectigalia &c. quia cum sua
culpa id effectum sit, tenetur etiam efficere quan-
tum in se est, vt subleuetur sine damno populi ita
D. Thom. Epistola ad Ducissam Brabantiæ. Meti-
na C. de Restit. quæst. 13. resp. 2. Salon 2. 2. quæst.
77. art. 3. tract. de vectigal. art. 1. contro. 4. quod
si aliter non possit subleuare necessitatem suam,
etiamsi in eam sua culpa inciderit, adhuc potest
vectigalia imponere, licet Palacios Rubios cap. per
vestras de donat. notab. 3. numer. 27. numer. 12.
Hostiens. cap. Conquerente num. 17. de off. ord.
Henricus cap. Cum Apostolus num. 11. de censib.
11 & D. Antoninus absolute dicant non licere † &
tandem imponens tributum debet obseruare debi-
tam formam, quæ consistit, primò quod Impositio
tributi proportionetur necessitati, pro qua impo-
nitur, & eam non excedat. 2. quod proportionetur
communitati, idest, quod illi non sit nimis graue.
3. quod proportionetur ciuibus inter se, idest vt
seruetur proportio, vt diuites magis soluant, quam
12 pauperes, † & ità, vt Vectigal Tributum &c. sint
iusta requiritur Auctoritas in imponente, Iustitia
causæ Imponendi; Formæ iustitia in impositione.
Hoc modo imposita tributa à subditis sunt omni-
nò soluenda.
13 Sed † occurrit dubium, an ista tributa, Vecti-
galia &c. ita imposita sint soluenda, etiamsi non
petantur, an verò satis sit ea soluere, cum petun-
tur, & an etiam requiratur sententia Iudicis; & in-
cipiendo à sententia. Angelus verbo Pedagium
nu. 6. Gandauens. quodlib. 3. quæst. 22. Tabiena
verbo Pedagium num. 9. asserunt tributa esse pæ-
nas, & ideò non teneri ad eorum solutionem ante
sententiam, esse autem soluenda ante omnem iudi-
cis sententiam tenent D. Hieronimus, & Theophi-
lactus super illud Matth. 22. Reddite, quæ sunt
Cæsaris Cæsari. D. Thom. opusc. 20. de Reg. Princ.
lib. 1. cap. 12. & lib. 3. cap. 5. & 11. super caput
13. ad Roman. lect. 1. Nauar. sum. cap. 17. num.
200. Couar. Regula Peccatum 2. par. §. 5. Castrus
& alij multi quos refert Sanchez lib. 2. cons. mor.
14 cap. 4. dub. 1. † Pro conciliatione dico, quod, vel
est impositum tributum Vectigal &c. adiecta grauî
pena, vel non adiecta pæna. Si nulla est addita
pæna, tenentur statim illa soluere, Si verò sit adiecta
pæna, potest cum multis vere defendi non esse sol-
uenda, quia induunt rationem pænæ. An autem
sint soluenda, antequam omninò petantur; suppo-
nendum est, hanc difficultatem de omnibus tribu-
tis, & gabellis, esse intelligendam de iustis, quia
iniusta, siue petantur siue non, nunquam sunt sol-
15 uenda. † In vno omnes conueniunt, quod, si ali-
cubi consuetudine sit inductum, vt tributa non
soluantur, donec fuerint petita, excusentur in con-
scientia non soluentes, donec petantur, intellige
tamen, modo omnis dolus, & fraus ad occultandas
merces absit, quia consuetudo vim legis habet ita
Couar. loco citat. num. 5. & alij. An autem sint
soluenda non extante consuetudine.
16 † Dico, quod vel Gabellæ sunt incapitatæ, vel
non; si sunt incapitatæ, idest. Si mercatores
sumpserunt in se obligationem soluendi certam
summam ex conuentione, vt multi faciunt, qui
conueniunt cum Gabellarijs de certa quantitate
soluenda; isti omninò tenentur soluere Gabellas,
etiamsi non petantur, quia tunc induunt rationem
contractus, quod si non sint incapitatæ.
Dico, quod gabellam, quæ est imposita ob ven-
ditionem mercium, etiamsi moderare exigatur, &
res, quæ venduntur, sint magnæ quantitatis, si absit
fraus, & dolus, & venditio fiat bona fide, & exacto-
res non petant, vendentes non tenentur soluere,
ita Palacios verbo Vectigal. Ledesma 2. par. 4.
quæst. 18. art. 3. qui addit, ideò istas gabellas esse
iustas, quia non soluuntur, nisi petantur, & alij;
Ratio est, quia ita sunt acceptatæ, & esset nimis
durum aliter acceptare, & esset nimis arduum te-
neri vendentes inquirere exactorem; & Auenda-
gno in suo dictionario, verbo Alcauala, quod est
idem, ac gabella, de qua nunc agimus, hæc habet.
Si quis gabellario Regis petenti alcaualam frau-
dem fecerit, ne possit eam consequi, tenetur in
conscientia restituere, si tamen regius gabellarius
non petierit, licet venditor ita secrete vendat, vel
commutationem faciat, vt contractus non veniat
in notitiam gabellarij, non tenetur alcaualam
offerre non petenti gabellario, etiamsi ille perci-
piat alcaualas, ex causa onerosa locationis (nota
rationem istius Doctoris) Nam talis est naturę hoc
tributum, vt non debeatur, nisi petatur idem te-
net Palacios verbo Vectigal, & alij multi. Idem
dicendum de Gabelli, quæ soluuntur ratione tran-
situs per portus, per vias, per portas, per saltus,
& de Assisio Metina 1. 2. quæst. 96. à 4. & alij.
17 Sed quid dicendum, quando quis non publice,
nec in loco destinato vendit, & quando non palam,
nec per rectum iter transuehit merces, sed consul-
to occultat se aut merces, & occulte transuehit
merces, ne petantur Gabellæ &c. tenentur ne iste
in conscientia restituere ista tributa antequam
petantur. Palacios loc. cit. Soto de Iust. Angles,
Corduba Couar. & alij citati à Sanchez in cons.
Moralib. loco citato dub. 10. num. 10. asserunt
teneri; Quia sua fraus nemini debet patrocinari.
Alij docent non teneri, quia istæ gabellæ sunt
durissimæ, & fortasse iniustæ, & multi Doctores
apud eundem Sanchez numer. 11. asserunt, & ideò
satis erit eas solui petitas, non verò teneri offerre,
ista opinio nititur auctoritate multorum Doctorũ.
Supposito quod vectigalia sint iusta.
Ego puto vtranque probabilem, & in praxi ante
factum consulerem primam post factum ad excu-
sandos, qui non soluissent vterer secunda; Si tamen
altera simpliciter esset amplectenda, primæ adhæ-
rerem.
18 Quid † dicendum, si gabellarij petant à merca-
toribus, quas merces vehant, tenentur ne prode-
re omnes, vel possunt aliquid eorum occultare,
Respondeo, quod gabellarij, vel petunt medio iu-
ramento, vel nullo medio iuramento, & hoc, vel à
personis sibi cognitis, & quæ solent illas vias fre-
quentare, & multos contractus inire, ita vt sit cre-
dibile, exactores cum istis non procedere cum tan-
to rigore, vel petunt ab ignotis; Si ab ignotis nul-
lo intermedio iuramento alij affirmant alij negant
teneri,

teneri, etiamsi addatur in petitione quod veritas dicatur sub iuramento. Ego dico, quod illi, qui sunt noti, & cum quibus mitius procedunt exactores, non tenentur aperire totam quantitatem mercium &c. quia ista videtur esse mens gabellariorum; in alijs vero factum excusarem, faciendum non consulerem. Quia vere petenti gabella debetur, cum ergo petatur debet solui, nisi ergo intercedat aliqua interpretatiua voluntas exactorum, non facile hoc concederem, (loquor de gabellis iustis) factum excusarem inixus auctoritati Doctorum, hoc posse asserentium; quod si petatur veritas sub iuramento, puto omninò deberi, quia cessar præsumptus tacitus consensus, dum enim veritas sub iuramento petitur, videtur veritas omninò peti; & nihil velle, nec permissiue occultari.

19 Patet † ergo posse Principes tributa imponere, & subditos teneri soluere. Propius accedendo ad nostræ difficultatis solutionem, venit inquirendum, an etiam possint aliquos eximere ab eorum exactione, & ratio difficultatis est, quia videtur esse quædam acceptio personarum, cum ex aliquorum exemptione magis remaneant alij grauati. At est tenendum posse nobiles eximi à tributorum exactione, ita enim dictat recta ratio, & quia sunt destinati tuendæ reipublicæ, & quia hoc mereantur gesta eorum antecessorum, & maiorum: ita Sotus de iust. lib. 3. quæst. 6. art. 7. conclus. 4. & docti neorerici est tamen obseruandum, tale priuilegiũ non valere, nisi exprimatur in eo clausula. Non obstante l. fin. C. contra ius, vel publ. vtilit. intellige tamen, si priuilegium sit concessum ad instantiam supplicantis, quod si concessum fuerit motu proprio, valet etiam sine expressione talis clausulæ.

Potest etiam rex donare, & vendere istas exemptiones, etiamsi summa, quam deberent soluere exempti, non extrahatur ab alijs, & sit in præiuditium Communitatis; potest donare, quia spectat ad regiam dignitatem, potest vendere, ex vrgenti necessitate regni. Non possunt tamen alij inferiores domini vendere, vel donare istas exemptiones in præiudirium communitatis; sed debent illud tributum, quod remittunt, excipere à summa totius communitatis; ita ex ista exemptione non grauetur magis, ita Doctores à Sanchez citati, loco, allegato dub. 60. Possunt tamen etiam isti domini inferiores, & communitates concedere immunitates dictas illis, qui de nouo veniunt ad incolendum eorum terras, & loca; quia propter istas nulla fit iniuria, nec damnum irrogatur alijs; ita Panormit. cap. peruenit de immunit. Eccles. & alij.

Nunc deueniendo ad solutionem propositę difficultatis. Expendendo an priuilegium exemptionis sit concessum personæ, vel rebus, vt aperte decidatur.

20 Noto maximam esse differentiam inter priuilegium personale, & reale. Nam priuilegium personale est, quod conceditur personæ respectu ipsius personæ, reale vero, quod quidem conceditur personæ, nam priuilegium semper respicet personam, sed conceditur personæ ratione alicuius rei ab ipsa distinctæ; respicit tamen semper personam, quia

21 sola est capax fauoris, & beneficij per priuilegium concessi, at, quia conceditur beneficium loco, officio, dignitati, alijsque similibus, dicitur reale; quia immediate rei conceditur, & mediante illa re personæ; maxime autem refert cognoscere, quale sit priuilegium, an reale, vel personale ad varios

22 effectus, quos priuilegia ista pariunt. † Priuilegiũ personale cum persona finitur, nec transit ad alios cap. priuilegium de reg. iur. in 6. l. vnica §. ne autem C. de caduc. tollen. l. cum quis, l. fin. ff. de

23 verb. oblig. §. finitur inst. de vsufruct. † Reale vero durat toto tempore, quo res ipsa durat, cui est annexum. l. Imperatores, ff. de public. & tra-

24 dunt communiter Doctores. † Res autem, quibus priuilegia solent annecti, sunt in duplici differentia, quædam dicuntur corporeæ, quædam incorporeæ; Corporeæ, vt Ecclesiæ, monasteria, agri, aliaque similia; incorporeæ Episcopatus, Clericatus, Doctoratus, officium, & munus iudicis, scholaris, militis, &c. quotiescumque ergo alicui conceditur priuilegium respectu alicuius rei ex supra

25 nominatis, illud priuilegiũ erit reale † Vnde infertur priuilegia concessa Religionibus, Ciuitatibus, Vniuersitatibus, vt ipsa Vniuersitas monasterium, &c. vtantur illis, vt Vniuersitates, Monasteria, Conuentus, &c. talia sunt, proprie dici realia, quia tunc non descendunt ad particulares, sed communitati, vt sic sunt concessa, & etiam quia sicuti Ciuitas de se est, perpetua, perpetuum etiam debet esse priuilegium, l. proponebatur, ff. de iudic. quod sufficit, vt priuilegium sit reale ex l. forma, §. quemquam ff. de censibus.

26 † Quod si priuilegium concessum communitati, monasterio, &c. tale sit; quod non solum ciuitas communitas, &c. vt talia sunt eo vti possint, sed etiam omnes, & singuli de monasterio, de ciuitate, &c. adhuc est dicendum reale, quia licet descendat ad singulares personas, non tamen descendit, qua tales sunt, sed ob qualitatem communitatis adhærentem, idest quia sunt ex tali communitate.

27 Priuilegium etiam concessum minoribus, & absentibus, vt possint instituí in aliquibus casibus, & etiam concessum filijs familias, ne ratione mutui possint obligari, & fęminis, ne propter fideiussiones obligentur est reale, quia non conceditur personis, qua tales sunt, sed, vt conueniunt in qualitate communi sibi adhærente, & in istis conueniunt fere omnes doctores.

28 † Difficultas autem est, quando priuilegium conceditur alicui personę ob aliquam eccellentiam, vel ob præclare gesta, vt ob labores in bello factos, ob insignem victoriam, ob singularem scientiam, & dico esse considerandam materiæ capacitatem, & verba in concessione apposita, & causam, ob quam conceditur, si enim priuilegium, ob materiæ incapacitatem, ad hæredes transire non potest, semper erit personale, licet verba aliud omninò indicent; quia verba debent accommodari rebus, l. sed si adijciatur ff. pro socio, l. his verbis in princ. ff. de leg. 3. Aymo cons. 171. num. 13. Cæphal. cons. 516. num. 33. in fin. Honded. cons. 87. num 59. lib. 2. conclusionem tradit Suarez lib. 8. de legibus cap. 3. à num. 13. ex Panorm. Anchar. & alijs idem docet Menochius lib. 3. pręsumpr. 103. numer. 1. & 16. & Sanchez de Matrimon. lib. 8. disput. 27. numer. 3. Si verò potest trasmitti, considerandum est, an verba Priuilegij, vel concessionis dirigantur in dignitatem, officium, & munus, & ad successores dignitas, & munus possit trasmitti, & si vtrumque concurrat, vt si dicatur in concessione conceditur Episcopo Bergomensi, Brixiensi &c. Comiti Beneuenti, Duci Sabaudiæ, Mutinæ &c. talis vel talis facultas; regulariter priuilegium iudicatur reale; dixi regulariter, quia ex causa, quæ additur potest fieri, quod sit personale, etiamsi concessum sit, dignitati non expressa persona, vt si dicatur; conceditur Episcopo Brixiensi facultas

facultas dispensandi; & addatur, ob illius pruden-
tiam; ob illius scientiam &c. licet enim priuilegiũ
concessum dignitati sit reale, quia tamen exprimi-
tur, quod illi conceditur ob scientiam &c. quę inhę-
rent personæ, & non sequuntur dignitatem, dice-
tur personale, non reale, ita Sanchez de Matr. lib.
29 8. disp. 27. num. 3. multis alijs relatis. † Priuile-
gium concessum personæ non expressa dignitate,
cum exprimi possit, erit personale ita Panor. &
Felin. & cap. Quoniam Abbas de off. deleg. Gloss.
in cap. tua; de his quæ fiunt à Prælat. & 25. quæst. 2.
in prin. Bald. in cap. 1. De his qui feud. dar. pos. §.
Marchio numer. 4. Si tamen huic priuilegio, vel
concessioni addentur verba perpetuitatem indi-
cantia, & trasmissionem, aut quid tale; vt si dicatur
concedo tibi in perpetuum hanc facultatem, tras-
mittitur ad hæredes, quia illa particula in perpe-
tuum, nihil operaretur nisi ad posteros trasmitte-
30 retur; † quod in priuilegijs vitandum est, vt deci-
ditur in cap. Si Papa de Priuileg. in 6. & l. 3. in
prin. ff. de iureiurand. ità Felin. in cap. Quoniam
Abbas de off. deleg. num. 11. Menoch. lib. 3. Præs.
103. num. 38. & alij; limita tamen, vt infra, nisi
esset in præiuditium successoris, vel ad successores
non posset extendi; vt in l. 1. ff. pro Socio vbi, etsi
contractus societatis dicatur factus in perpetuum,
non extenditur vltra vitam contrahentium, quia
Socij non possunt obligare hæredes ad societatem,
ex l. Cum duobus §. idem respondit & l. Adeo ff.
31 pro Socio † Quod si pensatis verbis priuilegij, &
illius materia adhuc remanet dubium, an sit reale,
vel personale; vt si dicatur, concedo tibi. Antonio
Episcopo Beneuentano facultatem &c. cum verba
possint derigi tam in personam, quam in dignita-
tem, remanet dubium, at sit reale, vel personale,
tunc inspiciendum est, an priuilegium sit omninò
fauorabile, non præiudicans tertio, nec iuri com-
muni, & tunc est reputandum reale ita alijs relatis
Sanchez lib. 8. de Matr. disp. 1. num. 1. & 4. quia
32 † Beneficium principis late est interpretandum l.
vlt. ff. de const. Princip. & quia beneficium princi-
pis decet esse Mansurum Reg. decet de reg. iur.
in 6. Si verò deroget iuri communi, erit limitan-
dum, & iudicandum personale, ita colligitur ex
cap. 1. §. Illo verò. De filijs Præsbiter in 6. vbi
restringitur dispensatio illegitimi ex eo, quia exor-
33 bitat à iure communi. Si tandem non † sit contra
ius sed tamen violetur ius tertij, ea parte, qua
violatur ius tertij est stricte interpretandum, et
ideo reputandum personale, ita Sanchez & alij
Aduerte tamen, quod præiuditium debet esse gra-
ue, quia aliter non habetur in consideratione Glos.
in cap. Olim de verb. signif. ex Sanchez loco cit.
34 num. 4. † Si tamen maior sit probabilitas, quod
sit reale, vel maior, quod sit personale secundum
maiorem probabilitatem est iudicandum, quod sit
35 vel reale, vel personale † quia illa maior probabi-
litas est quædam moralis certitudo, & maius ius
tribuit, & ideò ita iudicandum, & in foro fori, &
36 in foro animæ. † Tandem, si sis in possessione
gaudendi priuilegio, vt reali, & sub oriatur dubiũ,
an sit personale in dubio potes illo frui, vt reale;
37 † Quia in dubio melior est conditio possidentis.
Ex traditis, & ex inspectione concessionis facile
erit colligere, an priuilegium exemptionis sit per-
38 sonale, vel reale. † Addo præterea priuilegium
ex contractu esse reale, concessum verò ex gratia
nisi, aliud constet aliunde, censeri personale, & ita
39 † concessio immunitatis à gabellis non transit ad
hæredes textus in l. 1. §. fin. & in l. Semper §. im-
munitati ff. de iure immunitatum text. in l. forma
§. Quamquam ff. de censib. & in l. honoribus §.
vocationem ff. de iur. immunit. et in l. Priuilegia
ff. de reg. iur. & l. in omnibus causis ff. eodem
Glossa in cap. Cum venissent in verbo, probatum,
de Institut. Doct. ibi communit. et in leg. Sordi-
dorum C. de excusa. immu. lib. 10. Glos. in l. Me-
dicos in verbo, et filijs C. de professor., et Med.
lib. 10. Bart. in l. 1. numer. 2. ff. de constit. prin.
40 † Et priuilegium concessum non subdito transit in
contractum. Gabriel de iure quæsito non toller.
lib. 3. comm. conclus. 7. num. 11. Nunc soluendo
directe quæstionem.
41 † Dico, vel ista concessio immunitatis est
concessa rebus, vel personis, si est concessa rebus,
transit ad successores, et ad omnes, ad quos
res illa deuenit, fert enim secum priuilegium,
ex supradictis, si est simpliciter facta personis,
nulla facta mentione hæredum, et sit ex gratia,
erit personalis, nec transit ad hæredes, per text.
supra allegatos, si uerò sit ex contractu, erit
realis, et sic porrigetur ad hæredes per iura
item allegata, in dubio autem, an sit realis,
vel personalis, dic vtsupra dictum est. Si tamen
sit ex gratia, et non sit apposita clausula non ob-
stante l. finale C. contra ius vel pub. vtil. vtsupra,
erit nulla; Si sit concessa ob merita videndum qua-
lis erit iuxta superius tradita. Priuilegium con-
cessum extraneis, transit in contractum; con-
cessum personis subditis simpliciter, nulla facta
mentione hæredum, durat tantum ad vitam Regis,
non vltra; facit lex vxor patrui C. de legat., et ra-
tio est, quia in dubio rex non censetur inferre
damnum successori; Si idem priuilegium immuni-
tatis, de quo nunc loquimur, sit concessum in per-
petuum, extenditur ad totam vitam illius, cui con-
cessum est, etiamsi rex moriatur ante illum; sed
42 non extenditur vltra; † quia perpetuum dicitur,
quod durat ad vitam hominis l. 1. ff. pro Socio
Glosa Clem. litteras verbo. Per electionem de re-
script. Bald. l. fin. ff. de const. Princ. cum ergo nulla
facta sit mentio descendentium, et priuilegiũ verifi-
cetur durante vita illius, cui concessum est; dicendũ
erit vltra non extendit; vt successoris in imperio,
vel in regno minus, quam fieri potest, ius lædatur.
43 † Quod si Priuilegium immunitatis sit conces-
sum alicui, et eius descendentibus in perpetuum,
44 concessio est omninò perpetua. Sed posset quæri;
an tale priuilegium possit reuocari à successore
Breuiter respondeo, uel est concessum ob merita,
uel gratis, si ob merita, et ista talia sint, quæ totum
mereantur priuilegium, erit irreuocabile, si non
mereantur totum, sed tantum partem secundum
illam ualebit, vtsupra dictum est, ex cap. relatum
45 de test. Si verò sit ex gratia, non durat. † Si con-
cessio sit facta alicui, et eiùs filijs, et nepotibus,
et non addatur in perpetuum, durabit tantum ac
durat vita regis concedentis, et priuilegium erit
intelligendum concessum prædictis durante vita
concedentis, ratio est recolenda, quia rex præsu-
mitur minus lædere ius successoris, quam fieri po-
46 test. † Priuilegium immunitatis concessum generi,
et posteris non extenditur ad eos, qui ex fæminis
nati sunt; text. in l. 1. §. 1. ff. de iur. immun. Glossa
in l. si ita scriptum filiabus ff. de legat. 2. in verb.
vocabulo Dynus in cap. Priuilegium de reg. iur.
in 6. Cinus in l. final. num. 11. circa finem ff. de
const. Princ. Alex. cons. 160. num. 1. et 4. volu. 2.
Decius cons. 225. num. 1. & 4. Secus autem, si sit
concessum alicui pro se, & descendentibus, & ratio

47 diuersitas is est, quia priuilegium concessum † sub nomine posteritatis, refertur tantum ad nomen familiæ text. in l. vacatio ff. de muner. & honor. Familia vero consistit in natis ex masculis, nam, qui nascuntur, patris non matris familiam sequuntur text. in l. familiæ §. 1. ff. de verb. signif. & in dicta l. vacatio. Nomine verò descendentium veniunt omnes in infinitum tam nati ex fœminis, quam masculis text. in §. 1. Anth. de hæred. ab intest. venient. & in l. fin. C. de legit. hæred.
48 † quemadmodum etiam nomine liberorū vtriusq; sexus liberi continentur, text. in l. cognoscere §. liberorum ff. de verb. signif. & Decius, & Alex. vbi supra, quos vide ad bonum intellectum l. 1. ff. de iure immunit. sed quia diximus supra, priuilegium, & concessiones aliquando fieri personæ electæ eius
49 industria, † Scias quando fit electa personæ industria, & quomodo id cognoscatur; item quando actus per alium non potest explicari consule Doctores qui communiter hoc tractant ad l. vnicam §. ne autem C. de Caduc. tollen. & in l. artifices ff. de solut. & in cap. fin. §. fin. de off. iud. deleg. vbi
50 Felinus plenissime. † Tandem si priuilegium sit concessum alicui, & suo hæredi, intelligitur tantum de primo hærede Bartolus in l. 2. col. 2. ff. de const. prin. Felin. in c. 2. col. 2. De tregua & Pac. Hispan. in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 69.
51 col. 6. & ratio est, † quia legis dispositio intelligitur semper de primo actu text. in l. Boues §. hoc sermone ff. de verb. signif. & in l. Dotis promissio §. quod vulgatum ff. de iur. Dot. & alios textus, & Doctores uide apud Gabrielem lib. 6. comm. conclus. tit. de leg. & const. conclus. 2. ex quo axiomate ibidem deducit sequentia corolaria.
52 † Quod facultas concessa eligendi Capellanum Confessarium &c. intelligatur tantum de prima uice; qua semel facta electione expirat concessio,
53 † item securitas ueniendi in aliquem locum concessa bannito intelligitur de primo aduentu;
54 † obligatus contribuere pro Matrimonio filiæ alicuius intelligitur de Matrimonio primæ tantum;
55 † facultas declarandi aliquid obscurum, facultas intrandi Monasterium Monialium concessa ab Episcopo nel alijs, facultas percipiendi fructus ex aliquo fundo, si bis percipiantur intelligitur tantum
56 de primis, nisi aliud appareat. † Licentia data arbitrandi; Cardinali testandi intelligitur tantum
57 de prima uice; & † tradita regula habet locum in quacumque materia, Dotis, vltimarum Voluntatum, contractuum, & Beneficiorum, limitationes, & reliqua vide apud ipsum. Ego rediens ad meum propositum.
58 Quæro, † an ista exemptio comprehendat etiam eas gabellas, & tributa, quæ possunt imponi in posterum. Hanc difficultatem late examinat Iason in l. Si ex toto ff. de leg. 1. recensens quatuor opiniones, quas nouissime repetijt Franciscus Marc. in decis. Delphin. quæst. 458. à numer. 12. vt refert Iacob. Mysing. cent. 4. obser. 70. per totam, qui tandem concludit secundum id quod post longam disceptationem in camera imperiali fuit decisum, videlicet, quod dictum priuilegium cessat, quando collecta imponitur ob grauem necessitatem publi-
59 cam, † cum publica vtilitas sit præferenda cuilibet priuilegio; & priuilegium generaliter indultum non includat casum publicæ necessitati, contrarium, & si includeret, nihil valeret per textum ad hoc memorabilem, & elegantem in l. Iubemus nullam, et ibi Bald. in 1. & 2. notab. C. de Sacros. Eccles. & text. in l. 1. C. vt nemini liceat ab empt. specie. se excus. lib. 10. & hanc opinionem, quæ fuit originaliter Dyni velnti æquiorem, & magis communem multis argumentis firmat Iason loco cit. à nu. 12. vsque ad finem, & confirmat Felinus cap. Causam quæ num. 17. vers. quinta declaratio De rescript. ubi allegat Roma cons. 436. & idem confirmatur per ea, quæ tradit Matth. de Afflict. titulo, quæ sint regalia in verbo extraordinaria num. 23. vers. His ita præmissis, & in verbo Vecti-
60 galia numer. 199. expresse dicit, † quod alioqui exemptus tenetur ad nouas collectas tempore belli
61 impositas; & † huiusmodi priuilegia tantum valent, quantum sonant; & ideò huiusmodi immunitates simpliciter concessæ non se extendunt ad munera patrimonialia, vel ordinaria aut realia per l. qui immunitatem C. de muner. patr. lib. 10. l. 1. C. de his qui à Princ. uac. mun. l. His honoribus ff. de uacat. mun. & ideò, ut ab istis eximere ualeant debet fieri expressa mentio de istis collectis, muneribus ordinarijs, extraordinarijs, realibus, patrimonialibus, & alijs quibuscumque, & cum clausula derogatoria secundum Bartolum in l. uacuatis C. de aduocat. lib. 10. quod idem tenet Cacher. pedemont. decis. 39. limitans tamen nisi immunitas esset concessa ab oneribus belli in specie per l. sunt munera in fin. de uacat. mun. addit præterea, nisi idem suaderet aliqua coniectura, qua posset præsumi esse cogitatum de bello; ut si tempore bello; sint concessæ huiusmodi immunitates, uel etiam sint concessæ à quibuscumque muneribus cogitatis, & incogitatis, solitis, & insolitis, hoc enim casu uult dari exemptionem etiam ab istis iuxta Alex. cons. 30. col. 1. in fine lib. 3. Neuiza. cons. 66. num. 39. Iason in l. citat. ex toto Ripam ibidem numer. 18. Cæterum simpliciter concessas neque ipse ad ista uult extendi.
62 Dupliciter † autem quis potest præiudicare sibi in priuilegio immunitatis primo modo, si describatur in libro debentium soluere, & non appellet infra decem dies secundum aliquos, vel secundum alios infra annum, & hæc est sententia Angel. l. 1. §. Si quis tutor ff. quando appelland. sit vers. Hic est casus in terminis Alex. cons. 136. col. 3. in fine vol. 2. & cons. 101. colu. 6. in fin. volu. 1. & aliorum, quos refert Gabriel lib. 6. com. conclus. 11. tit. de iure immu. estque cōmunis, intellige tamen si describatur pro solutione eorum, à quibus est immunis, nam, si describatur pro solutione aliorum, nihil nocet talis descriptio; et si describeretur tamquam obligatus ad solutionem eorum, à quibus est immunis per priuilegium, nam si describatur pro solutione eorum, à quorum solutione est immunis de iure communi, nihil illi nocet talis descriptio; item si quis immunis describeretur tamquam non immunis non appellans sibi præiudicaret, & si non prætenderet se omninò immunem; sed solum nimis se esse grauatum, etsi describeretur, non illi præiudicaret, sed posset semper dicere de excessiuo grauamine Bald. in tract. præsumpt. in 4. part. quarta partis principalis q. 30. num. 106. & seq. 2. modo potest sibi præiudicare soluendo collectas, à quibus est exemptus, si soluat sine protestatione Bart. in l. 1. C. de his, qui sponte mun. sub verb. nota finem legis primæ Io. Andreas, Abbas, Romanum, & alij relati à Gabriele loco citato. Imò sibi præiudicat, etiamsi tantum promittit soluere Io. Andreas cap. 2. col. 2. de Immu. Eccles. Anchar. cons. 260. in fine vers. Postremo non solum. Requiritur autem vt quis solutione sibi præiudicet, vt soluat durante sua immunitate,

 quia

quia si esset reuocata nulliter, non esset opus appellatione infra decem dies, aut annum; sed semper posset opponi de nullitate vsque ad triginta annos. Ruinus cons. 196. col. penult. vol. 1. Item sibi non præiudicaret coacte soluendo Ruinus ibidem col. fin. estque aduertendum descriptum, vel soluentem non sibi præiudicare, nisi in ijs, pro quibus describitur, vel pro quibus soluit, ut considerat Guidopa.
63 quæst. 387. & Ruinus cons. 218. col. 6. † Neque præiudicat sibi per vnicam solutionem sed requiritur continuata solutio, vt spatio triginta annorum Abbas cons. 94. circa fin. volu. 1. Alex. cons. 193. col. fin. volu. 2. Iason cons. 25. numer. 2. vol. 13. quod tamen habet verum in priuilegio habente tractum successiuum; secus autem in momentaneo, Doctores in cap. Si de terra, & in cap. Accedentibus de Priuilegijs.

Ex dictis patet an soluere teneantur, & soluentes in casibus, in quibus non tenentur soluere an sibi
64 præiudicent. † Superest tertia difficultas an habentes immunitatem si iniuste cogantur à principe soluere possent vti compensatione; & videtur di-
65 cendum non posse: † ratio est quia ex requisitis ad compensationem vnum est, quod fiat in bonis debitoris, vt communiter Doctores, in vectigalibus autem, quæ fit compensatio, non fit in bonis debitoris, sed in bonis eorum, qui vectigalia conduxerunt, ideò videtur non posse fieri; & confirmatur, quia si Petrus conducat à Sempronio agrum, & ego à Sempronio, qui mihi debeat centum, debitum non possim recuperare, non ideò possum compensare debitum cum fructibus illius agri, quem conduxit Petrus, ergo neque eodem modo possum vti compensatione in gabellis, aut vectigalibus, quia non amplius sunt regis, sed illius, qui illa conduxit, & ideò non damnum regi; sed conductori infertur, quod non licet.
66 Pro † solutione quæstionis. Noto primò. Ad compensationem, vt licite fieri possit, septem conditiones assignari necessarias. Prima, vt debitum sit liquidum; Nam à liquido ad non liquidum non datur compensatio, & etiam quia in dubio melior est conditio possidentis, quæ tamen ratio mihi non videtur efficax, quia potest non esse liquidum debitum, & adhuc non esse dubium, quia possem habere opinionem id mihi deberi, licet cum formidine appositi, quia debitum non sit omninò certum, ex quo tamen non oritur dubium; ratio est igitur prima, secunda conditio est, quod fiat propter debitum tantum ex iustitia, non verò propter debitum ex alijs titulis, vt ex gratitudine &c. Ratio est, quia liberum est debitori ex gratitudine compensare debitum suum aliquo modo ex assignatis à Doctoribus, qui illi magis libuerit, nec tenetur mihi satisfacere magis hoc, quam illo; & si ego propria auctoritate mihi satisfaciam, illi facio iniuriam, quia vtor modo, qui mihi non est cognitas, an illi sit futurus gratus, & ex hoc facile soluitur ratio Petri Nauar. contrarium sentientis. Nempè, tenetur dare ergo, & ego possum accipere, licet enim ille teneatur dare, non tamen tenetur eo modo, quo mihi placuerit, sed quem ipse maluerit, potest eligere, ideò ego non possum accipere. Non ita in rebus debitis ex iustitia, quia inuito creditore vnum pro alio non potest solui. 3. Conditio. Ne in compensatione plus accipiatur, quam debeatur, ista per se est manifesta; de ratione enim iustitiæ est, quod compensatio fiat ad æqualitatem, 4. Conditio est, vt alio modo suum non possit recuperare, videlicet si non potest suũ recuperare, nisi graui molestia, vel inimicitia, vel nisi magnis expensis &c. vel quando debitum est certum, & tamen desunt probationes, vel si adsit periculum amissionis honoris recuperando suum alio medio, tunc licet vti compensatione. Quia istis rationibus excusatur, si ut particularis persona facit sibi ius, quod pertinet ad publicam. 5. Conditio est, quod compensatio fiat in rebus ipsius debitoris, non alterius, nisi tamen res ipsius creditoris esset apud debitorem, & nollet eam reddere, quia etiam eo casu potest creditor recuperare rem suam ubicunque sit. Quod si res debitoris sit dipositata apud creditorem, & debitor nolit creditori satisfacere pro debito liquido, disputant Doctores, an hoc casu possit fieri compensatio. Quidquid sit in foro fori; dico licere in foro conscientiæ, quia, si debitor est iniustus nolens soluere debitum, liquidum; quod est contra iustitiam, quis arguet depositarium non reddentem depositum contra fidelitatem. Vt sit depositarius fidelis, sit debitor iustus, in conclusione conueniunt. Nauar. cap. 17. num. 117. in sum. Sà verbo depositum numer. 4. Lessius lib. 2. cap. 17. dub. 4. & alij. 6. Conditio, quæ requiritur, est, quod absit periculum punitionis corporalis, quia huiusmodi compensationes solent iudices punire, vt furta; sed ista conditio non pertinet ad iustitiam compensationis; & est soluendum an sit licita, sicuti soluuntur aliæ dubitationes, in quibus controuertitur, an sint licitæ actiones, in quibus controuertitur, an sint licitæ actiones, in quibus homo se exponit periculo amissionis rerum, vel pœnæ, corporalis; ceterum compensatio facta etiam cum periculo est iusta. Tandem requirunt, quod absit scandalum probabiliter futurum, & ne ablatio rei sit alteri imputanda, quorum tamen neutrum puto necessarium ad iustitiam compensationis, imò secundi puto nullam esse habendam rationem, quia vtor iure meo, neque sum causa illius imputationis, sed tantum occasio remota. Erit tamen optimum consilium consulere etiam indemnitati proximi, quod tamen, si creditor alio modo non posset suum recuperare, nisi vtendo compensatione, & vtendo compensatione timeatur damnum proximo, cum non sit causa, non damnarem sibi ipsi consulentem. Si tamen alio pacto posset indemnitati suæ consulere tunc non consulerem vti illa compensatione, ex charitate.
69 Noto 2. † In proposito nostro compensationis faciendæ in gabellis, & Vectigalibus, quod in duplici differentia possunt esse, qui volunt vti compensatione. Vel enim sunt ijdem gabellarij qui tenentur exactas gabellas reddere Regi, vel sunt alij, qui gabellarijs ipsis tenentur soluere gabellas, quas postea gabellarij soluent Regi, tunc dico.
70 Si † gabellarij sunt ex illis, qui exigant gabellas nomine regis, & in ipsis non sunt incapitatæ vt infra possunt vti compensatione, & retinere sibi tantum ex illis gabellis, quas exigunt, quantum ipsis debet Rex, quia nulli fit iniuria. Si verò sint ex illis gabellarijs, in quibus gabellæ sunt incapitatæ idest ex ijs, qui duo vel tres conuenientes sumunt ipsi soluendas gabellas principi, tunc si vnus ex illis, qui conuenit cum alijs ad certam summam soluendam regi, sit creditor regis alicuius summæ, non potest vti compensatione v.g. iste qui est creditor regis centum aureorum exigit pro gabellis sexcentos, sed ad ærarium defert tantum quingentos retinens sibi centum in compensationem sui crediti, hoc non potest, quia est in damnum aliorum

sociorum

sociorum cum enim ipsi inter se conuenerint de certa summa Regi soluenda, ineunt quoddam genus societatis inter se, & ideò vnusquisque tenetur fideliter conferre quidquid exigit, quia non ad regem sed pertinet ad societatem,& ideò compensatio non fieret in bonis regis, sed societatis.

71 Simpliciter † autem loquendo, dico quod omnes, quibus princeps aliquid liquido, & certo debet, nec valent commode debitum sibi à principe obtinere, possunt vti compensatione defraudando gabellas non obstante, quod inde sequatur damnum ementibus, seu conducentibus gabellas; & probatur. Quia Gabellarij nullum maius habent ius exigendi gabellas à me quam habeat ipsemet rex, quia Gabellæ non debentur directè gabellarijs, sed ipsi regi, ergo sicuti rex non habet ius exigendi à me, quando tantumdem debet, neque habebunt gabellarij supposito eodem debito.

72 Confirmatur † quia sicuti non potest conqueri gabellarius, eo quod pauper vectigal non soluat ob inopiam quia non habet maius ius quam habeat rex exigendi ab eo paupere, neque pauper irrogat iniuriam gabellario ex eo quod non soluat, quia neque tenetur soluere regi, & gabellarius non potest exigere, nisi eodem modo, neque inferet iniuriam eidem gabellario creditor regis, si non soluat cum neque regi teneatur.

73 † Confirmatur 2. Si ego Titio debeam centum, & Titius debeat centum mihi si Titius vendat creditum quod habet aduersum me Sempronio. Sempronius non potest conqueri si centum quæ debeo Titio non soluam, & velim vti compensatione, quia hoc ius mihi competit ergo eadem modo si ergo sim creditur centum Regis, & rursus sim debitor tantumdem eidem, ex gabellis si ipse Rex vendat meum debitum exigendum, gabellarijs isti non poterunt conqueri si centum non soluam cum possim vti compensatione hanc opinionem tenet Siluester verbo Gabella 3. quæst. 9. & sequit. San-

74 chez lib. 2. cons. moral. cap. 4. dub. 48. † Ad rationem dubitandi. Nempè de fructibus horti, cum dicitur si quis debeat centum alicui, & ite habens agrum, locet illum pretio item centū alteri, creditor illius, qui locat agrum non potest vti compensatione in fructibus, qui colliguntur ex agro locato. Respondeo esse valde disparem rationem, nam fructus, qui percipiuntur ex agro non sunt amplius debitoris, sed conductoris. Gabellæ autem semper sunt principis, & soluuntur principi, non autem gabellario, nisi tantum vt exactori. Neque item fructus, agri sunt creditoris, sed item conductoris. Nummi autem, quos debet soluere debitor gabellæ gabellario sunt ipsius debentis soluere, & ideò sicut non tenetur soluere Regi, neque tenetur soluere eidem gabellario. Nec gabellarij possum conqueri, quia sciunt ista fieri.

75 Restat † ergo conclusum quod non solum potest, qui cogitur gabellas soluere iniuste vti compensatione defraudando easdem gabellas, sed potest, quilibet, qui aliquid à domino gabellarum liquido potest accipere, easdem gabellas defraudando vti compensatione, cum requisitis tamen circunstantijs etiam si inde sequatur damnum gabellario.

76 Dices † compensatio non fit in bonis debitoris. Respondeo imò fieri. Nam gabellæ semper sunt debitæ Regi vel principi nunquam gabellario nisi vt exactori, & dum conuenit cum Rege de certa summa connenit pro illis gabellis quę exiget, non autem de omnibus quæ sunt soluendæ. Hic est mos & talis est consuetudo.

77 Salutio † totius difficultatis est, quod vt cognoscatur, an Exemptio à solutione transeat ad successores, & hæredes, inspiciendus est tenor concessionis, & alia consideranda vt supra dictum est; ex quo pendet solutio, an teneantur soluere, & quando non teneant & an soluentes sibi præiudicent, & dicendam iuxta distinctiones datas Tandem concluditur posse vti compensatione si vectigalia non sit incapitata, solutio non potest dari aliter quia esset repetere dicta.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.*
2 *Pecunia vere deposita perit deponenti.*
3 *Res perit domino.*
4 *In mutuo dominium transfertur in mutuatarium.*
5 *In quo sita sit difficultas.*
6 *Duplex est depositum iuditiale, & priuatum, & quod sit vtrumque.*
7 *Enumerantur effectus depositi iuditialis, & exponitur quando suppleat oblatio.*
8 *Requisita ad recte, & rite faciendam depositionem, & oblationem.*
9 *Si oblatio, vel depositio sit facta nulliter potest iterum fieri valide in quacunque parte iuditij.*
10 *Non sufficit oblatio quando adest clausula refectis expensis.*
11 *Quando sufficiat depositum vnius Iulij cum oblatione soluendi residuum.*
12 *Non sufficit oblatio verbalis, quando adest clausula, refectis expensis.*
13 *Citatio facta in oblatione debet esse spetialis pro dicta causa, nec admittitur generalis vllo modo.*
14 *Oblatio non solum potest fieri vltima die, sed etiam vltimo momento termini, dumodo non remaneat aliquid faciendum, quod intra illum terminum non possit expediri.*
15 *Non sufficit oblatio in materia pacti de retrouendendo; neque item suffragatur quando inter partes conuentum est de toto pretio restituendo.*
16 *Acceptans depositum non integrum sibi praeiudicat, nec illud potest impugnare defectu integritatis, sed tantum potest agere ad supplementum.*
17 *Pars aduersa nisi statim intimato deposito opponat censetur tacite approbare.*
18 *Deponere non est soluere, sed vt pariat effectum liberationis deponens debet expresse consentire, quod consignetur creditori, & depositarius debet se obligare ad depositum restituendum.*
19 *Depositum non vitiatur per conditiones intrinsecas & ex natura rei conuenientes.*
20 *De quo deposito nunc sit loquendum.*
21 *Depositarius est qui rem custodiendam suscipit.*
22 *Nemo censetur sumere aliquid in depositum eo quod ipso vidente, & tacente reponitur in eius arca.*
23 *Præpositus ad pecunias exigendas dicitur tantum custos & depositarius illius quam exegit.*
24 *Depositarius non potest inuito domino vti pecunia deposita.*
25 *Depositarius tenetur incontinenti reddere pecuniam depositam.*
26 *Quæ pecuniæ consignatio sit dicenda depositum & quæ mutuum in foro fori.*
27 *Refertur sententia Baldi in l. Incendium C. Si certum petatur, & aliorum, quod pecuniæ numerata consignatio sit depositum.*

28 *Decius*

28 *Decius distiuguit, de pecunia numerata consignatione, si sic facta diuiti dicit depositum, si pauperi mutuum.*

29 *Adducta doctrina Saliceti probatur & expenditur contra adducentes.*

30 *Dictum Alexandri. Quod modus dignoscendi mutuum à deposito est quidem consideratio qualitatis persona nou vt diues est vel pauper, sed an talis esset tempore depositi vt possit præsumi factum in eius commodum.*

31 *Refertur dictum Baldi & aliorum in deposito facto uumerata pecunia inest facultas vtendi ideò censendum est mutuum, quia censetur translatum dominium.*

32 *Depositum est contractus, quo res custodienda alicui committitur l. 1. ff. depositi; Vel est res ipsa, qua datur custodienda eadem lege, & de hoc secundo nunc est agendum, respectiue tamen ad primum; hoc potest quandocunq. libuerit repeti à deponente, etiamsì depositum esset factum ad certum tempus.*

33 *Denegans depositum comittit furtum, & condemnatus suo non tutorio vel procuratorio nomine fit infamis.*

34 *Aliqui casus, in quibus depositarius non tenetur reddere depositum deponenti.*

35 *Ex numeratione non iufertur per necessarium traslatio dominij iu depositarium.*

36 *Quando depositum est factum, vt tantundem reddatur, censetur traslatum dominium, & apud deponentem remanet tantum actio ad tantundem.*

37 *Depositum ex sui natura fit in gratiam deponentis, licet aliquando etiam, sed secundario in gratiam depositarij, quod si primario fiat in gratiam depositarij, non est amplius depositum.*

38 *Depositum quando de eo constat & dubitatur in cuius gratiam fit factum debet præsumi in gratiam deponentis, quia hæc est sua natura nisi tamen coniectura aliud suadeant, sed tunc non erit amplius depositum.*

39 *In deposito, data facultate vtendi, tunc tantum transfertur dominium in depositarium, quando re deposita incipit vti, & illius tantum partis qua vtitur.*

40 *Depositum in cuius gratiam fit factũ data facultate vtendi colligitur ex aliquibus coniecturis.*

41 *Pecunia clausa in sacculo & crumena est vere depositum.*

42 *Clauis custodiam indicat.*

43 *In foro Conscientia quid dicendum & quomodo in dubio fit iudicandum.*

44 *In deposito quod transit in mutuum periculum est depositarij, & ideò, vt debitor generis si amittatur debet reddere tantundem, & similem summam pecunia.*

45 *Debitor generis semper tenetur quia genus perire non potest.*

46 *Alia coniectura pro foro Conscientia ad eruendam veritatem.*

47 *Qua nam res possint deponi, quo nanque modo sint custodienda.*

48 *Resoluitur cuius periculo res deposita pereat, vel deterior fiat, & de qua diligentia teneatur depositarius in vtroque foro tam si res sit deposita in gratiam deponentis, quam depositarij.*

49 *Depositarius rem depositam non reddens debito tempore dolo, vel lata culpa, si deinde pereat, cui pereat, deciditur.*

50 *Mille deponuntur apud Scium cum facultate vtendi, & de facto vtitur trecentum, qua deinde iterum reponit, & amittuntur cuius periculo id fiat & damno, deciditur in vtroq; foro*

51 *Mille depositis & adamante & torque aureo vtitur depositarius negotiando & locando cuius sit lucrum, & si pereant cuius sit damnum.*

52 *De Torque & adamante spetialis difficultas.*

53 *Solutio ad mentem auctoris sub iuditio lectoris.*

54 *Item de fructibus.*

55 *Proposito quæsito in principio respondetur remissiue ad antedicta.*

Res apud alium deposita si peret cui pereat, & de qua culpa teneatur depositarius.

L I V.

1 SEmptonius † longum iter aggressurus deponit
magnam auri, & argenti quantitatem apud
Scium, data ei facultate, si opus fuerit illa vtendi
pro libito; deinde iter aggreditur. Dum autem
abest, nescio quo fato accenditur ignis in domo
Scij, accurrunt multi ad extinctionem, & dum ex
vna ad aliam cellam domus se libere transferunt,
vnus reperit capsellam, in qua dicta summa depo-
sita erat recondita, & illam rapit; extincto incen-
dio, Scius quæsiuit, sed frustra, dictam capsellam,
nec vnquam potuit illam inuenire, nunc reuersus
ab itinere Sempronius repetit à Scio aurum, & ar-
gentum depositum, Scius narrat factum amissionis;
non aquiescit Semptonius, sed dicit Scium teneri
reddere, quia, cum deposuerit cum facultate
vtendi, & de facto vsus sit aliqua parte illius depo-
siti vt fatetur etiam idemmet Scius, intendit quod
ideò teneatur reddere. Quæritur cui res illa perijt;
& si perijt Scio, de qua culpa teneatur, & hoc in
vtroque foro, tam conscientiæ, quam fori.
2 † Certum est tam in foro fori, quam in foro
conscientiæ, quod si pecunia sit tantum deposita,
3 si perit, perit deponenti; quia, † cum res pereat
domino, & depositum non transferat dominium in
depositarium, vt omnes fatentur, sequitur, quod
res deposita si perit sine culpa depositarij, de qua
re infra, pereat non depositario; sed deponenti.
Si verò ista depositio pecuniæ non sit depositum,
4 sed mutuum, † cum ex mutuo dominium rei mu-
tuatæ transferatur in mutuatarium, sequitur etiam,
quod si res, pereat domino pereat, debet perire
5 mutuatario non mutuanti. † Tota difficultas est
in cognoscendo, an ista depositio pecuniæ sit mu-
tuum, vel depositum; ideò quæremus, quid sit
mutuum, quid depositum, deinde definiemus,
qualis ista depositio sit censenda in vtroque foro:
& quoad primam difficultatem quid sit mutuum,
& quid depositum, non concorditer de hoc locuti
sunt Doctores sed valde sunt inter se diuersi, vt
infra videbimus, At prius sciendum est doctrinæ
6 gratia † duplex esse depositum, alterum, quod fit
ad moram purgandam, vt debitor liberetur, vsuræ,
& pænæ, euadantur, pignus liberetur &c. & hoc
dicemus depositum iuditiale, quia iudicialiter fieri
debet, alterum autem, quod fit in gratiam ipsius
deponentis, vt depositum tutius seruetur apud
depositarium, vel in gratiam ipsius depositarij, vt
illo vti possit &c. & hoc dicemus non iudiciale sed
priuatum quia fit sine actibus iuditij; de vtroque
agemus quia verò aliquando ad supradictos effe-
ctus non requiritur actuale depositum; sed sufficit
tantum oblatio vt res tota plene habeatur ex
Menochio de arbitrarijs casu 232. & alijs rem

totam

totam hic perstringemus.

7 † Primus effectus depositi vel oblationis pecuniarum est purgatio moræ, idest efficere, ne quis dicatur debitor morosus idest qui tempore debito non soluit; & ad hunc effectum non requiritur depositum; sed sufficit sola oblatio extraiudicialis sine consignatione pecuniarum ita probat. l. illud de perit. & comm. rei vend. & l. Si seruum §. vlt. ff. de verb. oblig. & scribit Bart. in l. penult. num. 4. vers. tu circa hoc ff. de distract. pigno. & alij; sed aduersus hunc effectum oblationis solet dari remedium, ne creditor constituatur in moro quod ipse dicat; Sum paratus recipere, ita Bart. in dicta l. penult. nu. 4. vers. tu circa hoc ff. de distr. pig. Alex. in l. si mora nu. 6. vers. omnes tamen ff. solut. Matrim.

Secundus effectus est impedire cursum vsurarum, ad quem impediendum, si nundum sit ceptus sufficit sola oblatio l. Si per te, & l. ex prædijs C. de vsur. quod si iam cœperunt currere vsuræ non sufficit sola oblatio; sed requiritur etiam consignatio, & depositio l. Si creditori C. de vsur. diffentie tamen modernus Parisi. in tract. de vsuris quæst. 39. & 40. & Menochius asserit hac de re esse amplius deliberandum. Tertius effectus est ad vitandam commissionem pœnæ, & hoc casu, sufficit sola oblatio l. Celsus in fin. ff. de arbit. & l. traiectitiæ ff. de act. & obligat. quod intelligitur ad euadendam pœnam legalem, non autem conuentionalem, vt declarat Bald. in l. acceptam in 3. opposit. & in quæst. 31. C. de vsuris, & idem, quando debitum est conditionale l. Si post diem §. Item si qua ff. quando dies legati cedat. Quartus effectus est ad pignoris liberationem, pro quo tres casus constituuntur. Primus est, quando oblatio fit in iuditio, hoc casu ipsa sola operatur ortum pignoratitiæ actionis l. Si rem §. vlt. cum l. sequ. ff. de pignori act. Secundus est, quando oblatio fit extra iuditium ad parandam actionem pignoratitiam, & hoc casu non sufficit; sed requiritur consignatio, & depositio l. acceptam C. de vsuris l. Inuicem. C. de compens. leg. nec creditores in fin. C. de pignor. act. Tertius est quando fit oblatio extra iuditium ad parandam solam exceptionem, & hoc casu sufficit sola oblatio l. item liberatur §. qui patitur ff. quibus mo. pig. vel hypot. solu. Quintus effectus est ad liberandum se ipsum à periculo, & illud transferendum in aduersarium, & hoc casu sufficit sola oblatio facta tamen loco & tempore congruis l. Si soluturus ff. de solut. quo casu obseruandum est, quod debitor generis, oblata ipsa quantitate liberatur ope exceptionis, debitor verò speciei liberatur ipso iure ita Bart. & reliqui in l. qui decem ff. de verb. oblig. Sextus effectus est ad liberandum possessorem reum conuentum hypothecaria à creditore hypothecam habente in re possessa offerendo creditum ipsi creditori l. 1. §. 1. ff. Quib. mod. pig. vel hypot. solu. & hanc oblationem potest facere etiam malæ fidei possessor sicuti probatur in d. l. Paulus §. 1. & alij Doctores affirmant; Septimus effectus est ad confirmandam hypothecā posterioris creditoris, quod fit offerendo creditori priori, quod ei debebat debitor, qui posteriori vendidit vel dedit in solutum pignus l. potior §. vlt. ff. qui poti. in pig. quod ius offerendi solum competit creditori hypotecario, non autem alteri, l. cum tibi, C. qui pot. in pign. Octauus effectus est liberare debito quo tenetur, quo casu si res debita est immobilis sufficit sola oblatio. Auth. dos data, C. de dōat. ante nup. si vero debetur res mobilis, vt pecunia, & debitum non est liquidum, & certum, quia sunt faciendæ supputationes inter debitorem, & creditorem etiam hoc casu sufficit oblatio, alicuius summæ, & protestatio se paratum esse soluere, si confectis rationibus maioris summę debitor apparebit Ita post alios docuit Alex. l. si mora num. 4. vers. 3. fallit ff. solut. matr. Pro residuo autem si sit soluendo non tenetur dare assecurationem, quod si non sit soluendo tenetur, ita declarant multi relati Scysch. l. si mora num. 6. & 7. ff. solut. matr. sufficit etiam sola oblatio, si debetur pecunia; sed creditor cui facta est oblatio, eam recusat recipere: probatur ex l. si debitor, & l. qui decem, ff. solu. matr. sola etiam oblatio liberat debitorem, quando creditor non recusat expressè; sed tacitè ita Bald. in l. Pretor ait §. si quis paratus de Noui op. nunciat. Cæterum Scysch. in d. l. si mora nu. to. in qua lege late de hac re tractatur, asserit prædicta in hoc casu cessare, si creditor afferat iustam causam recusationis. Quod si debetur certa quantitas pecuniæ, & creditor non recusat, sed vult accipere tunc non sufficit verbalis oblatio, sed requiritur depositio, & consignatio; probatur, l. obsignatione, ff. de solut. l. 1. §. si pecunia, ff. depositi, & tradunt doctores apud Menoch. loco citato, ex quo ista, &

8 sequentia. † Ad hoc vt oblatio, seu depositio rite, & rectè fint facta nouem requiruntur. 1. Vt pecunia coram testibus numeretur, non enim sufficit eam esse in crumena 2. oblatio, & consignatio debet fieri totius summæ, & quantitatis, adeo, quod nec nummus quidem deficiat, & ista est ratio, quare debeat fieri numeratio. 3. Vna cum principali sorte debent offerri, vel deponi omnes vsuræ, & omne interesse. 4. Quod offeratur id, quod vere debetur, non quid diuersum, quare si debita est pecunia, non possunt offerri alia bona mobilia, vel immobilia. 5. Pecunia debet deponi proba non improba, quia reproba oblata nihil releuat, & pecuniam adulterinam, & reprobatam non mereri nomen pecuniæ tradit Gloss. in l. omnes, C. de Heret. & Decius. l. quod te in 2. lect. num. 33. ff. si certum petat. qui refert cudentem pecuniam reprobatam non incidere in pœnam cudentium monetam falsam, sed de hoc vide eundem Menoch. casu 316. num. 19. pecunia autem reprobata est illa, quæ tempore oblationis non est in vsu, & ideo non expendibilis. Item neque potest deponi pecunia, quæ licet adhuc non sit reprobata de proximo tamen est reprobanda sciente debitore. Ex quo etiam colligunt venditorem, vini, qui certo scie vinum certo tempore corrumpi, teneri detegere vitium, & nisi detegat teneri de periculo, & quod eodem modo, si venditor frumenti scit statim post venditionem frumenti æstimationem fore diminuendam, teneri ementi, quia vitium propter quod æstimatio est diminuenda tenetur aperire. 6. Oblatio, & depositio auctoritate iudicis est facienda; quod si non habeatur copia iudicis, debitor debet offerre, & protestari coram honestis viris, & de oblatione rogare Notarium. 7. Oblatio, consignatio, seu depositio debet fieri præmissā interpellatione, aut facta denunciatione à debitore creditori, quod veniat ad accipiendum, quod illi debet, & quod offert soluere. 8. Requiritur, quod fiat opportuno loco, & tempore, hæc autem decernere spectat ad arbitrium iudicis, qui etiam potest eligere se ipsum in depositarium, debet tamen ab hoc abstinere, ne aliquam subeat notam, vel suspicionem præbeat. 9. Et vltimo oblatio, consignatio, vel depositum debet fieri pure, & simpliciter absque

vlla

9 vlla conditione : † Obſerua tandem, quod ſi obla-
tio, conſignatio, vel depoſitum eſt nullum, vel
inualidum, aliud fieri poteſt, & hoc eſt permiſſum
in qualibet iudicij parte; ita Menoch. loco cit.
10 † Quibus addo oblationem non ſufficere, quando
adeſt clauſula (refectis expenſis) Ludouiſ. deciſ.
492. numer. 9. & additionatur Beltraminus, qui
11 plures citat Rotæ deciſiones. † An autem ſufficiat
depoſitum vnius Iulij, cum oblatione ſoluendi
reſiduum, quando fuerit facta liquidatio, Rota
tenet, quod, cum agitur de iudicijs priuilegiatis, &
reſpectu purgationis, vel reſtitutionis fructuum
non ſufficiat; ſufficiat autē quoad expenſas damna,
& intereſſe, quando illa non ſunt liquida Beltram.
ad deciſ. Ludouiſ. 503. quod etiam ipſe approbat
reſpectu damnorum & intereſſe de quibus nullo
modo, nec in genere conſtat, nec ſunt liquida licet
diſſentiat reſpectu expenſarum, & dicit hoc proce-
dere de plano ſaltem reſpectu expenſarum iudicia-
lium, de quibus ſaltem in genere conſtat; contra-
riam autem opinionem dicit fortaſſe poſſe proce-
dere reſpectu expenſarum extraiudicialium, de
12 quibus nullo modo conſtat. † Neque item ſufficit
oblatio verbalis cum in commiſſione adeſt clauſula
refectis expenſis, vt dixit Rota in vna Pampilo.
Beneſ. coram B.M. Cardinali Blanchetto, & plures
alias cumulat Marta de clauſ. par. 1. clauſ. 134.
13 † Citatio facta in oblatione debet eſſe ſpecialis
pro dicta cauſa, & generalis nullo modo admittitur,
14 Tiraq. de retr. lign. §. 8. gloſſ. 2. nu. 1. † Oblatio
item poteſt fieri non ſolum vltima die termini; ſed
etiam vltimo momento Tiraq. d. gloſſ. 2. ſub. nu.
2. Niſi tamen poſt oblationem remaneat aliquid
faciendum, quod intra illud tempus non poſſit
expediri. idem Tiraqu. de retract. conuent. §. 1.
15 gloſſ. 7. num. 4. in fin. † Oblationem non ſufficere
in materia pacti de retrouendendo Menoch. conſ.
756. nu. 6. aſſerit eſſe magis communem. Neque
item ſuffragatur, quando inter partes conuentum
eſt, vt integrum pretium reſtituatur Iaſon. conſ.
16 216. numer. 2. lib. 1. Ludouiſ. deciſ. 559. † Ac-
ceptans depoſitum non integrum ſibi præiudicat,
nec poteſt illud impugnare ſub prætextu non inte-
gritatis, ſed poteſt tantum agere ad reſiduum,
Crauet. conſ. 106. per totum, imo eo ipſo, quod
17 pars aduerſa depoſito ſibi intimato nihil opponit
cenſetur tacitè illud approbare, & amplius non
poteſt opponere aduerſus validitatem dicti depoſi-
ti, Surd. conſ. 86. in fi. Rota in Peruſina Bonon. 5.
18 Maij 1617. † Deponere non eſt ſoluere. Bart. in l.
item liberetur, §. 1. ff. quibus mod. pig. vel hypot.
ſolu. ſed vt pariet effectum liberationis deponens
debet expreſſe conſentire, quod depoſitum conſi-
gnetur creditori. Salicet. in l. acceptam num. 1.
circa med. C. de vſur. & depoſitarius debet ſe
obligare ad depoſitū reſtituendum Ludouiſ. deciſ.
19 146. num. 7. & 8. † Depoſitum non vitiatur per
conditiones intrinſecas, & ex natura negotij Bald.
in l. accepta nu. 24. C. de vſur. vt ſi fiat depoſitum
cum conditione, quod prius ſoluantur anteriores;
item poteſt apponi clauſula citato principe, & alijs
20 quos decet &c. Ludouiſ. deciſ. 347. nu. 11. † Sed
non de hoc depoſito nunc nobis eſt ſermo; ſed de
21 depoſito ſecundo modo ſumpto. † Vnde depoſita-
rius dicitur, qui rem cuſtodiendam ſuſcipit l. 1. ff.
22 depoſiti Azo. in ſum. C. eodem tit. † Non cenſe-
tur autem quis ſumere in ſe cuſtodiam, & depoſi-
tum ex eo, quod ipſo præſente, & tacente fuerit
23 quid depoſitum in eius capſa. † Præpoſitus ad
pecunias exigendas eſt tantum cuſtos, & depoſita-
rius pecuniæ, quam exigit. Decius conſ. 473. ſub
24 num. 9. Ruin. conſ. 143. nu. 2. lib. 5. † & depo-
ſitarius non poteſt inuito domino vti pecunia pe-
nes ſe depoſita, l. certi conditio §. fin. ff. ſi certum
pet. & l. die ſponſaliorū §. & l. Lucius vbi Caſtrenſ.
25 & alij, ff. depoſit. † ſed tenetur incontinenti
depoſitam pecuniam reddere, §. præterea inſtit.
quibus mo. re contrah. oblig. l. penult. §. vti illico
reddere. C. depoſit.

26 Deueniendo ergo ad quæſtionem, quæ pecuniæ
conſignatio ſit dicenda mutuum, & quæ depoſitum
27 in foro fori. † Bald. in l. incendium, C. ſi certum
pet. & in l. in contract. §. 1. C. de non numerata
pecun. Butr. in l. Lucius, & Caſtrenſ. ff. depoſ.
aſſerunt, quod pecuniæ conſignatio ad numerum
facta ſit vere depoſitum; quod ſi obijciantur Cynus
in d. l. incendium, & Angelus in l. cum quod, ff. ſi
28 certum pet. dicentes quod † numeratio facit mu-
tuum; pro concordia adducunt Dec. in d. l. cum
quod diſtinguunt de conſignatione ad numerum
facta pauperi, & egeno, vel diuiti. ſi enim conſigna-
tio ad numerum ſit facta pauperi, inquit Decius,
erit mutuum, ſi vero diuiti, cenſenda erit depoſi-
tum, ratio autem non deſumitur ex natura rei; ſed
ex præſumptione; præſumitur enim numeratio
facta pauperi, vt poſſit depoſita pecunia vti, quia
præſumitur depoſita ad ſubleuandam eius inopiā
vel egeſtatem, quia non eſt credibile pecuniam
deponi apud pauperem, vt apud ipſum ſit tuta, &
ideo dicitur mutuum, non depoſitum, quod ſi
deponatur penes diuitem non poteſt dici facta ad
eius indigentiam ſubleuandam, & ideò numeratio
non facit mutuum, ſed depoſitum, & ad hoc addu-
29 citur doctrina † Saliceti in d. l. incendium ex
commodo depoſitarij eruentis naturam conſigna-
tionis, ait enim, quod ſi conſignatio fiat in com-
modum conſignantis erit depoſitum, ſi vero conſi-
gnatarij, mutuum, quæ tamen doctrina Saliceti, vt
eſt optima, vt infra, non tamen, ſi recte expenda-
tur, probat dictum Decij, qui ex ea præſumit fieri
in commodum pauperis numerationem, & depoſi-
tum, quia eſt pauper, conſignationem vero factam
diuiti non eſſe factam in commodum diuitis, quia
illa pecunia conſignata non videtur opus habere,
quod tamen Salicetus non dicit; ſed tantum affir-
mat depoſitum eſſe illud, quod fit in commodum
deponentis, mutuum in commodum depoſitarij; an
autem eſſe diuitem, vel pauperem ſit ſufficiens
præſumptio fieri in commodum, vel non fieri in
commodum, hoc non determinat; quod eſt pro-
bandum. Nam conſignatio facta à paupere pauperi
modicæ pecuniæ etiam ad numerum non cenſebi-
tur ſufficiens præſumptio, quod ſit facta in commo-
dum depoſitarij, & depoſito facta diuiti eodem
modo poterit eſſe ſufficiens ad præſumendum eſſe
factam in eius commodum; ſimpliciter ergo non
eſt vera iſta doctrina; ſed fortaſſe tunc erit admit-
tenda, quando nullæ aliæ inueniantur efficaciores
30 coniecturæ. † Vnde Alex. conſ. 28. colu. 7. tradit,
quod modus cognoſcendi in dubio, an conſignatio
ſit mutuum, vel depoſitum eſt conſideratio quali-
tatis perſonæ, non vt diues eſt, vel pauper, ſed an
talis ſit, vt poſſit præſumi apud ipſum depoſita
pecunia in ipſius depoſitarij commodum, vel depo-
nentis poteſt enim eſſe, quod conſignatio fiet etiam
diuiti, ſed tali tempore, quo magis egeat ſecundum
ſuum ſtatum, quam pauper; hanc doctrinam vide-
tur ſequi Caſtrenſ. in d. l. cum quid in fin. ff. ſi cer-
tum petatur, & ſæpe repetit Pariſius conſ. 131. vo-
lum. 2.

31 † Bald. in l. incendium, C. si certum petat. &
in l. fin. & fin. C. depositi, & l. talis scriptura, ff.
de leg. 1. Decius in l. cum quid col. penult. ff. si
certum per. Gloss. Butr. & Iason. in l. eius, qui in
prouincia, §. si quid si stipulatus, ff. si certum
peratur alio modo loquuntur; asserunt enim, quod
consignatio facta numerata pecunia transfert. do-
minium, & addit Butrius in l. Lucius, & ibi Salice-
tus, ff. depositi, & Glossa in l. diem sponsalitiorum
eod. tit. quod, quotiescumque deponitur pecunia
numerata, conceditur etiam facultas vtendi, &
quod tali deposito censetur satisfactum, si reddatur
idem numerus, licet non eadem pecunia, neque
esse necesse exprimi, quod conceditur depositario
facultas vtendi deposita pecunia, quia semper cen-
setur data talis facultas, cum pecunia deponitur nu-
merata; &, cum hoc modo intelligatur facta ista
consignatio, non est necesse vlterius exprimi, quod
in illa continetur, sed semper id, quod agitur,
putatur actum, vt fieri consueuit, l. quod si nolit,
§. quia assidua, ff. de ædif. ædict. & ponit Bald.
in l. incendium Quotiescumque autem siue expres-
se, siue tacitè datur facultas vtendi, transfertur
dominium, itant depositarius teneatur etiam de
casu fortuito. Roman. cons. 500. incipit summa-
rium & 520. incipit circa propositum.

32 Depositum † de quo nunc agimus est id, quod
alicui datur custodiendum, l. si in princ. ff. deposit.
Nec in eo transfertur dominium, vel possessio, sed
remanet pænes deponentem, l. licet, ff. depos.
itaut deponens possit, quandocumque sibi bene
visum fuerit, illud reuocare. cap. Bonafides de
deposit. quod verum est, etiam si depositum esset
factum ad certum tempus, vt si Titius rogarit
Seium vt aliquid acciperet in depositum ad sex
menses, potest Titius intra id tempus depositum
repetere, quando sibi libuerit, l. 1. §. si depo-
suero, ff. depositi, & ratio est, quia depositum
regulariter fit in gratiam deponentis ex d. c. Bona
fides ideo illud tempus censetur appositum in
fauorem deponentis. Quod autem fit in gratiam
alicuius non debet verti & eius detrimentum, &
depositarius tenetur semper reddere, argumento
33 d. §. si deposuero l. 1. & cap. Bonafides. † Imo
denegans depositum committit furtum, & con-
demnatus suo nomine fit infamis, l. qui depositum
C. depositi. Nota tamen illa verba (suo nomine)
quia si non condemnetur suo nomine, sed id faciat
nomine tutorio, procuratorio, citatorio, vel
defensorio non fit infamis, vt in l. furti, §. si quis
alieno, ff. de his, qui not. infa. Sunt tamen quatuor
casus in quibus depositarius non reddens deposi-
tum non fit infamis, quia non tenetur reddere.

34 P. Quando deponens deposito esset vsurus in
perniciem alicuius, verbi gratia. Titius deposuit
apud Sempronium ensem, deinde efficitur furiosus,
& repetit ensem, tunc non est reddendus, etiam si
Sempronius iurasset se redditurum quotiescumque
depositum fuerit petitum cap. ne quis 13. quæst. 2.
2. Quando deponens est deportatus, & eius bona
sunt publicata non deponenti est reddendum
depositum, sed fisco, cuius facta sunt bona depo-
nentis deportati, l. Bonafides in princ. ff. deposit.
3. si res deposita reperiatur furtiua, & concurrat
verus dominus cum fure in petitione rei depositæ,
tunc verus dominus est præferendus, d. l. Bonafides
4. quando fur deposuit apud dominum, cui rem
surripuit, vel apud proprietarium d. l. Bonafides;
at alijs casibus depositum est reddendum; & depo-
sitarius vtens re deposita sine facultate sibi facta
furtum admittit, l. qui furtum, ff. de condit. furt.
nisi tamen depositarius supponeret in deponente
ratihabitionem, l. qui re, ff. de furt. & si depositum
non fuerit pecunia, quia si pecunia est deposita, &
non obsignata licet depositario illa vti, l. Quintus,
ff. depositi. si autem pecunia deposita fuerit obsi-
gnata non licet illa vti, l. si sacculum, ff. depos.
Quid dicendum in foro fori.

35 † Dico primo ex numeratione non inferri per
necessarium in deposito esse translatum dominium,
quia ista numeratio potest fieri ad sciendam quan-
titatem depositi, vt possit obligari depositarius ad
idem numero reddendum, cum ergo possit habere
numeratio aliam causam non necessario infertur
translatio dominij. Surd. cons. 391. numer. 19.
versu nec repugnant Mantic. de tacit. & ambig.
36 lib. 10. tit. 9. num. 25. & 26. † In dubio tamen
quando depositum est factum, vt tantumdem
redatur dominium dicitur translatum in deposita-
rium, & penes deponentem remanet solum actio
ad tantundem Rota decis. 132. nu. 6. inter impress.
pænes. Pacif. de Saluia. iuxta nouam impressionem
intellige tamen secundum immediatè dicenda.

37 † Dico 2. Depositum ex sui natura semper fit in
gratiam deponentis saltem primario licet etiam in
gratiam depositarij possit fieri secondario, v. g.
depono pecuniam meam apud Sempronium, vt sit
tuta hoc est depositum esse in gratiam mei depon-
entis primario, ideò enim ego depono, vt primario
res mea tuta sit apud Sempronium, concedo postea
etiam ipsi Sempronio facultatem illa vtendi secun-
dario, quia hoc primario à me non intenditur,
quod si primario intenderetur hoc à me, & tantum
secundario securitas depositum degeneraret in
alium contractum, v. g. Titius deponit apud Sem-
pronium vinum, frumentum, vel quid simile vsu
consumptibile data facultate illis vtendi, & hoc
facit in commodum Sempronij, erit hoc mutuum
38 non depositum, & ita de cæteris † iste tamen
contractus cum de sui natura sit institutus in gra-
tiam deponentis, debet iudicari vt talis nisi conie-
cturæ vel præsumptiones aliud indicent; vel sua-
deant degenerare in alium contractum videndus
Nauar. sum. cap. 17. num. 180.

39 † Dico 3. Data facultate vtendi re deposita non
transfertur dominium rei depositę in depositarium
statim ac est factum depositum, sed tunc tantum,
quando depositarius incipit vti re deposita, & illius
tantum rei qua vtitur dominium transfertur, ita
videtur probare l. Si Sacculum & l. Die sponsalitio-
rum ff. depositi, & ratio est ista quia deponens, non
ideò quod det facultatem vtendi re sua deposita-
rio, videtur velle abdicare à se in totum facultatem
repetendi depositum quotiescumque sibi libuerit,
sed videtur concedere facultatem vtendi illa re
quotiescunque illi opus fuerit, Cum autem depos-
tarius deposito vtitur tunc induit rationem alteri-
us contractus incipit enim depositū eo casu magis
principaliter & primario esse in commodum depo-
sitarijs.

40 † Dico 4. ad eruendam hanc veritatem nempè
in cuius commodum sit factum depositum in pecu-
nia numerata & data facultate vtendi, maximè
conducet consideratio qualitatis personæ depo-
nentis & depositarij, loci, temporis, & similium, ex
his enim facile colligetur in cuius gratiam factum
sit depositum & consequenter an sit translatum
dominium. Pro istis tamen difficultatibus viden-
dus est omninò Mantica de tacit. & ambig. lib. 10.
41 tit. 9. Hondedeus cons. 43. per totum † Quod si

pecunia, deponatur clausa in sacculo crumena vel capsa & non numerata, vel clauis capsæ sit penes deponentem tunc erit depositum & de hoc non
42 ambigitur † Clauis enim onus custodiæ indicat l. Cum pater §. pater pluribus. Glossa & Doct. ff. de leg. 2. In foro ergo fori inquirendum erit secundum prædicta an sit depositum vel mutuum.

43 In foro † conscientiæ standum erit dicto pænitentis si enim asserat depositum esse factum in gratiam deponentis nempè vt eius res deposita tutius seruaretur vel quia domi suæ illam non posset retinere licet sit data facultas re illa vtendi non erit mutuum sed vere depositum quia illa verba non sufficienter indicent abdicationem dominij à deponente & translationem in depositarium. Nec multo minus numeratio quia potest fieri vt sciatur quid sit depositum. Non erit etiam ab re inuestigare an deponens rogauerit depositarium vt reciperet, an depositarius rogauerit deponentem, vt deponeret licet enim non sit necessaria est saltem valde probabilis coniectura in cuius gratiam depositum factum sit, & consequen-
44 ter pænes quem sit dominium: † Beneficia enim non solum non conferuntur in inuitum sed vix in exorantem.

44 † Quando autem depositum debet regulari secundum regulam mutui, eo quod in illud transeat, periculum est debitoris l. incendium ff. si certum pet. ita declarant DD. in l. Cum quid Castrens. numer. 13. Alex. sub. num. 13. Socinus num. 11.
45 ff. si cert. pet. & propterea vti † debitor generis quod perire non potest l. Incendium C. si cert. pet. & l. in ratione la 2. §. Incertæ ff. ad leg. falcid. non liberatur ab obligatione restituendi tantundem in genere, & similem pecuniæ summam Castrens. in dicta l. Cum quid in fin. Bero. cons. 194. numer. 39. & seq. lib. 1. Curt. Iuni. cons. 239. num. 34. & 35.

46 In foro † Conscientiæ optimum erit etiam interogare, quo animo depositarius acceptauerit, & si rogatus à deponente illud acceptauit animo seruandi deponenti ipsi erit depositum, quia, vt sit mutuum, vel commodatum debet esse in gratiam depositarij, & ideò etiam cum eius assensu. In dubio autem potius pro deposito præsumerem, quam pro commodato, quia, vt sit beneficium, debet esse in gratiam depositarij, quod si ipse non in gratiam sui depositum recipiat, certe non erit mutuum Beneficia enim non conferuntur in inuitos sed vix in rogantes.

47 Res. † quæ possunt deponi; ex Glossa in cap. Bonafides cit. verbo de culpa sub finem sunt tantū, vel mobiles vel se mouentes: Depositarius autem tenetur rem depositam custodire, ac si esset propria eodem cap. Bonafides & l. quod Nerua ff. deposit. & tenetur reddere depositum in eo statu, in quo accepit, non autem in deteriori l. 1. §. Si res deposit. ff. deposi.

48 Sed quid, † si res deposita effecta est deterior, cuius damno hoc erit? Respondeo vel res est deposita in gratiam deponentis tantum, & circa istam depositarius debitam adhibuit diligentiam; vel non; tursus vel re deposita vsus est, vel non 2. Vel res est deposita in gratiam deponentis cum facultare vtendi facta ipsi depositario, & ista depositarius vsus est, vel non uel 3. Depositum factum est in gratiam depositarij siue postea illo vsus, vel non sit vsus. Si res sit deposita in gratiam tantum deponentis, & illa depositarius non est vsus vel inter deponentem & depositarium intercessit aliquod pactum de diligentia adhibenda circa depositum vel nullam, si aliquod pactum intercessit, ad pactam diligentiam tenetur depositarius, & nisi illam adhibeat siue res pereat, siue deterior fiat, depositarius tenetur de damno, & potest conueniri vt depositarius teneatur ad summam diligentiam, imò etiam ad restitutionem, etsi depositū casu pereat, uel fortuito colligitur ex citato cap. Bonafides & ex l. 1. §. Sæpe euenit ff. deposit. & optimè explicat Gabriel. in 4. dist. 15. quæst. 10. art. 3. dub. vlt. & ratio esse potest, quia contractus legem accipiunt ex mutua conuentione, eadem l. 1. §. Si conuenit. Vel nullum pactum intercessit, & tunc si res absque dolo, uel lata culpa depositarij perit, uel deterior efficitur, res deterior efficitur, & perit deponenti ita l. 1. C. depositi, vbi id habetur expresse, & bona ratio potest reddi, ex Instit. tit. Quibus mod. re contraha. oblig. §. Præterea & ex l. 1. §. Is quoque ff. de act. & obligat. Quia depositum ex se, & ordinarie fit in gratiam deponentis, si ergo negligentem custodem & depositarium elegit sibi imputet, & suæ facilitati. Si tamen magna sit negligentia dolo comparatur. Neque obstat quod in l. Si ut certo §. 2. ff. Commod. dicatur. In deposito tantum præstari dolum & in l. Contractus ff. de reg. Iuris Depositum recipere tantum dolum, & ideò uideri includi per istas leges latam culpam; quia doli nomine intelligitur etiam lata culpa iuxta text. citatum ex l. Quod Nerua ff. deposit. & l. Aduersus §. Hæc actio ff. Si mens. fal. modum dixerit; in iure lata culpa dolo comparatur. In foro tamen conscientiæ tenetur de illa diligentia quam solet adhibere in rebus propijs, ad hanc enim uidetur recipiendo depositum se obligare depositarius.

49 † Quid dicendum, si depositarius non restituat depositum tempore debito, dolo uel lata culpa, & isto tempore, quo est morosus detentor depositi, accidat, quod ex sua leui, uel etiam leuissima culpa, aut etiam fortuito casu, vt incendio, res pereat, aut fiat deterior, cuius erit damnum, & cui res illa deposita peribit? Respondeo rem perire, & deteriorem fieri depositario, etiamsi res illa fuisset facta deterior apud deponentem, aut perijsset ita Gloss. in cap. Bonafides cit. verb. de culpa; & ratio esse potest, quia est iniquus rei alienæ non depositarius, sed detentor; & præterea, quia non reddens rem depositam ex dolo habetur, vt fur, & latro argumento eorum quæ supra dicta sunt. Ex quibus constat ad quid teneatur depositarius, cum depositum est factum in gratiam deponentis, siue aliquod intercesserit pactum de diligentia siue non intercesserit, modo depositarius deposito non sit vsus, quod si deposito sit vsus, & nulla fuerit vtendi facultas à deponente concessa, & res perit, vel fit deterior damnum semper pertinet ad depositarium. Talis enim vsus est cum dolo, qui, tamquam causa damni semper inducit obligationem restituendi, quæ sic excludit excusationem, vt non possit iniri pactum, quod depositarius non teneatur de dolo ex l. 1. §. Illud non probabis ff. deposi. vbi ea redditur ratio, quod tale pactum sit contra bonos mores l. Contractus ff. de reg. iur. & l. Si vnus §. illud ff. de pactis. Si res sit deposita in gratiam solius deponentis, facta tamen facultate depositario vtendi. Si vtatur, & res pereat, perit depositario, quia dum re vtitur, depositum induit rationem mutui, si verò illa non vtatur perit deponenti, quia adhuc est depositum. Si verò depositum sit factum in gratiam depositarij, est distinguendum,

guendum, vel depositum est factum in gratiam depositarij, vt illo vtatur & tunc damnum spectat ad depositarium, vel est factum in gratiam depositarij, quia ratione depositi, eo quod illius curam habeat, aliquid lucretur, tunc si res perit culpa leui depositarij, vel fit deterior, depositarius soluit. Si verò pereat culpa leuissima, tunc dico, vel depositarius est spetialiter electus ad custodiam illius rei, & spetialem ob id mercedem recipit, vel non est spetialiter electus pro illa re, nec spetialiter mercedem recipit; sed tantum tenetur ad custodiam rei ratione sui officij, vt Sartores Lotores, qui pecuniam recipiunt in mercedem suæ artis nempe lauandi vel sarciendi, non pro custodia rei, sed tamen dum res lauandas, sarciendasque recipiunt ad earum etiam custodiam tenentur ratione officij, tales sunt etiam caupones, Nautæ, illi, qui molendinis assistunt ad molendum, & Respondeo in foro conscientię non teneri nisi de culpa leui non autem leuissima, ratio est, quia depositum factum in gratiam deponentis, & depositarij, non obligat ad maiorem diligentiam, ex cap. Vnico de commodato & ex l. 1. ff. de actionibus §. & illa & ex l. contractus ff. de reg. Iuris. Cum .n. ex illis textibus obligatur de leuissima, ille depositarius in cuius solius gratiam est factum depositum, merito nos inferimus ad minus teneri, quando factum est in gratiam vtriusque. In foro autem fori obligantur de leuissima, & merito hoc statuunt leges ad tollendas fraudes, quas huiusmodi homines solent aliquando adhibere. Quod de leuissima teneantur, statuit lex, & ita §. Ex hoc edicto ff. Nautæ Caupones &c. nisi tamen aliter inter depositarium, & deponentem esset conuentum; quia tunc iuxta conuento non est decernendum.

50 Sed † quid dicendum Deponit Titius apud Seiũ mille aureos cum facultate illis vtendi, & de facto Seius vtitur, ex illis mille, tercentis; & deinde illos tercentos, quibus vsus est, reponit in loco depositi. Sed non in eodem loco vbi sunt alij septingenti, accidit postea, vt fures domum inuadant, & illos tercentos non in loco primi depositi repositos furentur, relictis alijs, quia illos non inuenerunt, ad quem spectabit damnum ad Titium, cuius nomine adhuc sunt depositi, vt ad Seium qui non deposuit, vbi sunt etiam alij. Respondeo, quod vel quærimus solutionem in foro fori, vel in foro conscientiæ. Si in foro fori dico esse condemnandum depositarium, quia ex eo quod sit vsus deposito apud ipsum facto cum facultate vtendi constat depositũ transijsse in naturam mutui non autem constat iterum esse factum depositum quia pecunia non est deposita in loco depositi, & ita non præsumitur factum depositum, nisi tamen aliunde efficaciores haberet probationes. In foro conscientiæ. Respondeo vel pecunia est deposita in loco à deponente electo, uel approbato. Vel est deposita in loco ad libitum depositarij electo. Si pecunia est deposita in loco à deponente electo, & approbato, & ablata, & alibi deinde reposita surripitur hoc erit damno depositarij quia non seruauit depositum ad mentẽ deponentis, ita aliqui. Ego tamen puto, quod, si pecuniam verè deposuit Sempronius in loco æque tuto ac est locus electus à Titio deponente, & verè deposuit animo iterum constituendi depositum nomine Titij, nullo modo tenetur Sempronius ad refectionem damni, sed spectabit amissio ad deponentem non tenetur ex dolo neque ex culpa quia deposita est pecunia in loco æque tuto ac est electus à deponente, non tenetur ratione pecuniæ quia verè est deposita nomine deponentis ergo nullo modo tenetur, quod si deposita est pecunia in loco minus tuto tunc spectabit damnum ad depositarium, quia, cum depositum sit factum in eius commodum tenetur etiam saltem ad eam diligentiam, adhibendam, ne pereat quam dominus adhibuisset.

51 Incidit † aliud dubium huiusmodi Titius deponit apud Sempronium mille aureos nummos, torquem aureum, adamantem, Sempronius, vt est vir negotijs deditus, vult ex istis aliquod lucrum percipere, ideò nummis negotiatur, torquem, & adamantem sponsis locat, & multum lucratur; sed accidit nescio quo casu quod adamas deperditur, quæritur cuius fuerit lucrum, & cuius amissio.

Respondeo, quod res depositæ, vel sunt ex se frugiferæ, vel non Deinde vel depositarius illis rebus vtitur contra voluntatem deponentis, vel supposita eius voluntate quæ verè sit talis. Si rebus illis depositarius vtitur siue sint frugiferæ siue non ex voluntate deponentis lucrum fit vtentis depositarij. Si verò vtitur contra voluntatem deponentis, vel res de se est frugifera, vel non, si de sua natura non est frugifera, peccat vtendo, attamen fructus vel lucrum facit suum. Quia est lucrum meræ industriæ, peccat autem, quia non est fidelis depositarius, & in his casibus, si res perit, perit vtenti, quia dum vtitur ex mente deponentis depositum degenerat in mutuum, & ita perit depositario; si verò vtitur contra mentem deponentis habetur, vt fur, & latro; & vt iniquus detentor. Quod intellige de nummis, quorum depositum degenerat in mutuum. De adamante verò, & torque aureo alio modo est loquendum quoad restitutionem si pereant. Nam si ista pereant dum illis vtitur ad mentem deponentis res perit deponenti nisi aliud inter ipsos fuerit conuentum quia hoc non est mutuum sed commodatum, & depositum hoc casu non potest degenerare in mutuum, vt res de mea fiat tua sed in commodatum quo contractu non transfertur dominium. Verum tamen est quod si deponens consentiat depositarium vti re deposita ad certum vsum, & ipse ad alium vtatur non dicetur vti secundum mentem deponentis, & ideò damnum amissionis spectabit ad depositarium sicuti in alijs rebus quando illis vtetur contra mentem deponentis quia suo perit, qui non admittit excusationem restituendi. Quoad fructus verò, vel res de sua natura est fructifera, vel non; si de sua natura est fructifera, fructus semper pertinent ad illum, apud quem est dominium, etiamsi fructum apud dominum non esset factura quia res domino fructificat, & re aliena nemo debet ditari. Si verò res non est fructifera lucrum spectat ad illum qui negotiatur siue illa vtatur ex mente vel contra mentem
52 deponentis, quia est lucrum meræ industriæ. † De torque aureo, & de adamante est spetialis difficultas. Nauarrus enim in sum. cap. 17. num. 25. Sotus de Iust. lib. 6. quæst. 1. art. 2., & alij volunt nullo modo res istas esse frugiferas, & ideò fructus esse meræ industriæ ideò spectare ad illum qui negotiatur Lessius verò lib. 2. de Iust. cap. 17. num. 114. Sanchez in sum. lib. 1. cap. 13. numer. 32. Molin. tom. 2. disp. 719. & alij volunt esse mixtos partim industriæ partim rei, sicuti sunt fructus locatæ domus, & ita lucrum pertinere ad dominum Sanchez vbi supra; vel ergo lucrum est solius industriæ, & pertinet ad illum qui negotiatur, siue inscio siue conscio domino negotietur; siue industriæ, & rei, & dicitur mixtum; vel solius rei, & pertinet
53 ad dominum. Hæc ex aliorum placis. † Tu vide,

an ista placent. Depositarius, qui depositum recipit custodiendum in gratiam deponentis nulla pacta mercede, si pereat, vel deterius fiat dolo, vel lata culpa, tenebitur de damnó, nec ad plus eum obligarem, loquor in foro conscientiæ quia hoc casu pertinet ad deponentem eligere personam ad sui depositi custodiam, idoneam. Si verò pacta pecunia depositum, suscipitur custodiendum, siue ex officio ad custodiam teneatur depositarius, siue ipse se offerat ad custodiam, tunc obligatur de ea diligentia, quam vir mediocrirer diligens solet adhibere in proprijs rebus seruandis, quod si hanc adhibuerit depositarius diligentiã & res vel pereat vel deterior fiat ad deponentem non ad depositarium damnum dicerem pertinere, qualis autem sit ista diligentia, decernere pertinebit ad bonum virum, qui re bene perpensa iudicabit vel esse, vel non esse adhibitam. Nisi tamen ex pacto aliter sit dicendum.

54 De fructibus autem vide an etiam ista placeant obligarem ad reddendum quidquid res redditura esset domino, quod autem domino non esset reddítura, neque putarem reddendum, quia cum est natura sua fructifera sine vllo labore, & fructus illos etiam dominus perciperet, & ita sunt reddendi. Vel non se sola res fructum faeir, sed indiget aliena industria, & tunc, vel talis industria fuisset adhibita à domino rei, vel non si à domino tei fuisset adhibita, & nullas fecisset expensas, omnes fructus illi debentur, & si suam industriam in illa re contulit iniquus possessor, vel detentor sibi imputet, & suæ iniquitati si aliquas fecisset expẽsas verus dominus, detrahet iniquus detentor. Si vero illam industriam non adhibuisset verus dominus, vel aliquos adhue fecisset fructus res siue industria, vel nullos, si aliquos illos reddet iniquus detentor; si nullos omnes ipse retinebit peccabit semper tamen rem alienam vsurpando. Hoc enim modo nemo ditabitur re aliena. Non iniquus possessor, vel detentor, quia supponimus rem non fuisse fructum allaturam apud verum dominum, & rem ipsam ex qua factum percipiet semper tenebitur restituere, & ideo fructus essent suæ industriæ saltem respectiue, Nec verus dominus damnum patietur quia quidquid fuisset percepturus, percipiet, neque re aliena ditabitur nempe aliena industria, & ita erit seruata æqualitas.

55 Nunc † propositæ difficultati directè respondendo dico. Vel depositarius vsus est aliqua parte depositi, vel nulla si nulla parte depositi est vsus, & deposito locum non mutauit, & locus fuit electus à depositario; & res perit deponenti, nisi depositarij dolo, vel lata culpa res perierit, vel aliqua parte vsus est, & reposuit in eodem loco vbi erat prius depositum animo depositum integrandi, & eodem modo est dicendum. Si locus à deponente non fuit electus & depositarius in loco tuto deposuerit siue mutauerit locum deposito, siue non dummodo locus depositi semper sit tutus, nisi in amissione rei dolus, vel lata culpa intercedat depositarius pariter ad nihil tenetur si pereat depositum, & ista quando depositum fuit factum in gratiam deponentis, & aliter inter deponentem, & depositarium non est conuentum, & hoc in vtroque foro. Excipe tamen in foro fori si rei depositæ parte vsus sit depositarius, & partem depositi qua vsus est alibi reposuerit, quia tunc posset præsumi non reposita ad depositum integrandum. Si vero depositum sit factum etiam in gratiam depositarij, qui pacta mercede se obliget ad seruandum depositum tunc tenetur ad illam diligentiam, qua solet vir diligens res proprias seruare; cum enim depositum datur gratis custodiendum, eligere hominem diligentem custodem spectet ad deponentem. Cum autem pacta mercede suscipitur custodiendum spectat ad depositarium cogitare, an sit sufficiens ad rem illam custodiendam pro te autem custodienda legitime requiritur ea diligentia, quam vir diligens adhibere solet in custodia rerum propriarum, quam, nisi se haberè cognoscat, depositi curam non debet suscipere. Maiorem autem diligentiam exigere in re aliena custodienda, quam adhibeat in re propria homo diligens est valde durum. In foro autem fori, vel vtere legibus supra traditis, vel vtere hac eadem doctrina leges autem explica, quod loquantur de illis casibus, in quibus conuentum fuerit inter deponentem, & depositarium de maiori diligentía, quod si nihil tale fuerit conuentum, depositarium satis erit obligare ad diligentiam hominis diligentis. Potest autem iniri pactum, quod depositarius teneatur etiam de leuissima culpa, & de casu fortuito numquam autem, quod non teneatur de dolo.

S V M M A R I V M.

1 *Casus proponitur.*
2 *Ratio dubitandi. In legatis maxima ratio habenda est sanguinis & effectionis. Prædilectus censetur prælectus.*
3 *Respondetur difficultati proposita.*
4 *Aliud est velle legatum dari vni de familia aliud vni de sanguine.*
5 *Verba sunt interpretanda secundum vsum loquendi testatoris.*
6 *Vsus loquendi testatoris maxime attendendus est pro habenda eius mente.*
7 *Per denominationem acquiritur ius.*
8 *Fama multum operatur in probatione parentela.*
9 *Probatio parentelæ reputatur difficilis ideò ad illam probandam admittuntur etiam illa quæ non admitterentur.*
10 *Per habitum tractatum, communem reputatinem, & denominationem inducitur quasi possessio paternitatis, filiationis, parentelæ, casata, & consanguinitatis.*
11 *Per denominationem, quod quis sit de parentela, casata &c. quod quis sit filius, vel pater alicuius transfertur onus probandi in aduersarium.*
12 *Antedicta limitat Baldus.*
13 *Nihil refert testes esse discordes in causa dicti, dummodo sint concordes in dicto, & producti ad probandũ aliquid integrali in illo conueniant.*
14 *Vsus totius Italiæ est vt qui defert eadem arma insignia gentilitia & stemmata reputentur de eadem domo & familia, & redditur ratio.*
15 *Ad faciendum aliquem de domo vel familia ad effectum consequendi legatum sufficit quod talis nominetur a testatore.*
16 *Princeps, seu Papa appellans aliquem locum Ciuitatem, vel castrum constituit illum Ciuitatem & Castrum.*
17 *Voluntas testatoris in ijs, quæ concernunt dispositionem pro lege habenda est.*
18 *Nullos habens filios legitimos, & naturales pater vocans aliquem in suo testamento suum filium legitimum & naturalem, talem constituit.*
19 *Pro vero habendum est quod testator habuit pro vero.*
20 *Dictum testatoris est tantum dictum vnius, quod non sufficit ad probationem parentela.*

21 *Dictum*

51 *Dictum testatoris non testatur sed facit parentelam.*
15 *Si vnus sit de familia non de sanguine & alter de familia, & sanguine iste præfertur.*

Legatum factum vni de familia quando debeatur.

L V.

1 CAius in suo testamento, accepta occasione,
meminit Sempronij, illumq; valde laudauit
ob multa in se collata beneficia, & bis in eodem
testamento eundem vocauit de sua familia, & in
extrema parte eiusdem testamenti postea condit
legatum sub his verbis. Item salue &c. Voglio
che i Signori Regenti della Misericordia, finito
che sarà l'vsufrutto di mia moglie, dimo la mia
possessione chiamata la Quadra ad vno della mia
famiglia, se ve ne sarà in quel tempo, e non essen-
doui alcuno della mia famiglia, la dimo ad vn
Gentilhuomo Dottore de leggi, che sia obligato
patrocinar le cause de miserabili di questo luogo,
da esser eletto da essi con voti secreti. In facti
contingentia finito vsufructu deputati nihil cogi-
tantes de Sempronio possessionem Doctori à se
electo decernunt tradere. Obstat Sempronius as-
serens sibi deberi, quia est de familia, quia talis à
testatore nominatus, communiter appellatus, &
quia defert eadem stemmata. Non constat tamen
esse de eius sanguine, ideò quæritur an legatum
2 debeatur. † Et videtur dicendum non deberi. Quia
in legatis maxime habenda est ratio affectionis, &
sanguinis, l. si dominus §. Qui confitetur ff. de leg.
1. l. 2. & l. Gallus in fin. solut. ff. de recept. & facit
lex Procula de probat. cum ergo Sempronius non
sit de sanguine, neq; est prædilectus, ergo neq;
prælectus, testator enim censendus est præeligere,
quos diligit.
3 † Sed dicendum deberi Sempronio Legatum, &
deberetur etiam hæreditas, si eodem modo legata
4 esset. Ratio est ista quia † testator vult legatum
dari illi, qui est de familia non illi, qui est de san-
guine, & clarum est ex verbis testamenti, ergo de-
betur Sempronio, qui vere est de familia. Imo in
casu nostro puto de hoc non esse dubium ex mente
testatoris, quæ est expressa, & manifesta in eodem
enim testamento in quo legat possessionem ei, qui
est de familia in eodem bis nominat Sempronium
de sua familia ergo mens testatoris est quod Sem-
pronius sit capax istius legati, debet enim vtrobi-
5 que esse eadem vis eiusdem denominationis, † quia
verba sunt interpretanda secundum consuetudi-
nem loquendi testatoris Castrens. in l. quo loco §.
circa princ. ff. de hæred. instit. Paris. Cons. 19.
num. 167. lib. 2. Decius Cons. 42. num. 32. lib. 1.
6 Ludouis. decis. 544. nu. 3. † Vsus enim loquendi
testatoris maxime attendendus est pro habenda
eius mente. l. si seruos plurium §. fin. ff. de leg. 1.
Roman. cons. 179. sub num. 5. Castrens. in l.
hæredes palam §. 1. nu. 3. Aret. nu. 9. in 5. not. ff. de
test. 2. Appellatur cõmuniter de familia, ergo de fa-
7 milia habendus est † quia per denominationem ac-
quiritur ius text. in §. fin. Inst. de adopt. & text. cum
Glossa in Cap. illud de præsumpt. & in Cap. Sacer-
dotibus 11. quæst. 1. & Cap. dicat aliquis 35. dist.
15. & Cap. contra senet. 16. qu. 7. & Cap. Dominus
8 39. dist. 3. † fama multum operatur in probatione
9 parentelæ Cap. cum in suo de spons. & matr. † &
cum probatio parentelæ reputetur difficilis admit-
tantur etiam probationes quæ non admitterentur
30. quæst. 6. in cap. cum de parentela & Cap. cum
in sua de spons. quod ideò dico quia testes exami-
nati de fama quod dicatur de familia deponunt
etiam quod Sempronius sit de parentela sed quia
in hoc non conueniunt inter se sed satis variant
ideò.

Dices Testes deponentes, quod Sempronius
denominatur de familia, licet in hoc conueniant,
discrepant tamen, dum asserunt esse de parentela.
Aliqui enim affirmant vocari tantum de familia.
Alij præterea deponunt quod non solum denomi-
natur de familia; sed quod præterea sit etiam in
aliquo gradu parentelæ non explicantes tamen in
quo sit. Alij præterea addant quod sit in sexto alij
in septimo ita vt licet sint maxime constantes in
asserendo quod dicatur de familia maxime discre-
pant in assignando gradu parentelæ, & quamuis
communiter dicatur, quod licet non possit probari
filiatio, parentela, vel initium ortus suorum suffi-
10 cit probari † per habitum tractatum commu-
niorem reputationem, & nominationem per quæ
videtur induci quasi possessio paternitatis, fi-
liationis, parentelæ, casatæ, & consanguinita-
tis vt l. neque natales, vt l. Non nudis, & ibi
not. per Doctores. C. de prob. & Capit. Michael
de filijs præsbit. & Innoc. in Cap. Bonæ el 1. de
Elect. & super text. not. per Doctor., & text. in
Cap. non omnes. 2. qu. 7. & Io. Andr. in Cap. cum
secundum de Præsbit. & in Procm. Decr. taliq;
probationi standum sit donec contrarium probe-
11 tur † quia per talem denominationem &c. trans-
fertur onus probandi in aduersarios, vt in tex. &
Glossa eiusdem Cap. Michael, & C p. Bonæ &
Io. Andreas in Cap. Cum secundum de Præben.
& Bald. in l. conuenit. C. de Episcopis & Cler.
12 & primo Colum. † Hac tamen uerum est solum,
secundum Bartol. quando denominatio est confor-
mis, & vniformis, tunc enim illi standum est, sed
in casu nostro, non est vniformis imo maxime
difformis.
13 † Resp. nihil referre quod testes sint varij dis-
cordes in causa dicti, duommodo sint concordes in
dicto specnlat. in tit. de testib. §. Iam interrogatus
verb. Hinc est quod si quis vult Bald. in l. 1. col. 6.
C. de testib. & in repet. l. de quibus in 23. colum.
ff. de legib. Butri in Cap. Quoniam pleriq; de off.
ordin. & in Cap. licet ex quadam in 3. colum. de
testib. & in Cap. Cum dilectus in 5. colum. de
success. ab intest. sufficit enim quod testes producti
ad probandum aliquid integraliter in depositione
super particularibus actibus reperiantur esse sin-
gulares Gloss. ordin. in Cap. Nihilominus 3. quæst.
9. & optime notat Innocent. in Cap. qualiter, &
quando el 2. de accusat. vnde notabiliter dixit
Bald. in l. 1. Cod. qui pro num. tut. & in l. actor in
4. colum. 1. C. de probat. quod si adducantur duo
testes ad probandum vnum esse hæreticum, & vnus
ex testibus deponet se audiuisse illum dicentem se
non credere Deum esse incarnatum, & alter de-
ponat se audiuisse eundem dicentem, se non crede-
re Christum resurrexisse à mortuis, certe sufficien-
ter probabunt talem esse hæreticum quia concor-
dant in integrali, & hoc fuit dictum Iacobi de Aret.
in l. testium. C. de testibus.
14 3. Probatur. † Quia vsus totius Italiæ est quod
ille censeatur de eadem domo qui defert eadem
arma insignia gentilitia vel idem stemma, Bartol.
in l. Pronunciatio §. familiæ ff. de verb. signific. &
Bartol. in repet. Cap. per venerabilem in prima
colum.

colnm. Qui filij fint legitimi fed Sempronius defert eadem infignia ergo &c. Ratio autem quare iftis ftandum fit, eft, quia ifta vt etiam communis repntatio & nominatio funt introducta à gentibus ergo etiam à gentibus eft fumendus illorum intellectus nempe prout vulgus intelligit vel loquitur l. librorum §. quid ergo ff. de leg. 3. l. Cum delanionis. §. Afinam molendinariam ff. de fund. inftruct. & inftr. leg. l. vt Alphæus & l. Anniculus ff. de verbor. fignific. cum ergo communis vfus loquendi & communis æftimatio fit quod cum vnus nominetur de familia habeat eadem infignia gentilitia, de eadem domo & familia reputetur talis erit reputandus Sempronius qui omnia ifta requifita habet.

15 † Sed dato quod nullnm horum præfidiorum
fuffragaretur Sempronio, fatis illi effet, quod a
teftatore in eodem teftamento, in quo eft con-
ditum legatum appellaretur de familia & domo
fua, vt eft in cafu noftro quia denominatio fit ab
eo qui habet facultatē de nouo difponendi, quare
Innocent. in Cap. Cum ab Ecclefiarum de offic.
16 ordin. inquit quod eo ipfo † quod Princeps feu
Papa appellat aliquem locum Ciuitatē vel Caftrum
ille locus videtur conftitutus Ciuitas vel Caftrum
& fequitur Bart. in l. fin. ff. de Colleg. illicit. & in
extrauag. Quoniam nuper in verbo Lombardiæ de
præben. & dignit. quæ nunc citatur, nuper la 3.,
dempto, Quoniam; quod idem omnino eft dicen-
17 dum refpectiue de teftatore. † Quia voluntas
teftatoris in ijs quæ concernunt difpofitionem pro
lege feruanda eft vt in Auth. de nupt. §. difponat
& Cap. vltima voluntas 13. quæft. 2. & confirma-
18 tur † quia fi pater nullos habens filios naturales &
legitimos & in fuo teftamento vocet aliquem
fuum filium legitimum & naturalem ex tali deno-
minatione ille dicitur filius naturalis text. in Auth.
Item fi quis. C. de natur. lib. & in §. fi vero non
habens Auth. quomodo nat. effic. leg. Bart. in fuo
confil. quod incipit Lucius Coradinus Bald. in leg.
2. colum. 2. Cod. quib. reb. iud. non nocet fi ergo
denominatio facta à teftatore tollit defectum
naturæ & facit filium legitimum, qui vere non eft
talis, a fortiori dicendum fufficere ad conftituen-
dum aliquem de familia vel de cafata quod eft
19 tantum de iure gentium † Adde quod pro vero
habendum eft quod teftator ipfe credidit verum l.
feruo manumiffion. ff. de condit. indebit. & ibi
Iaf. num. 2.

20 † Dices dictum teftatoris eft tantum dictum
vnius, quod ficut non fufficit ad probandam con-
fanguinitatem text. ex Cap. licet ex quadam in
verbo non vtiq; vno de teftib. neq; fufficiet ad
21 probandū aliquem effe de domo vel cafata. † Ref-
pondeo admiffo, quod dictum vnins non fufficiat
ad probandum aliquem effe de confanguinitate,
negando inde fequi, quod dictum teftatoris non
fufficiat ad probandum aliquem effe de fna cafata
vel domo, eftq; valde difparratio vtriufque; Nam
textus negat fufficere dictum vnius teftis cum agi-
tur de probanda confanguinitate in ordine ad
matrimonium contrahendum vel dirimendum,
quia non eft in poteftate entis inducere confangui-
nitatem, fed tantum teftatur effe vel non effe
inductam. Iu cafu autem noftro non teftator effe
Sempronium de cafata vel de domo fua fed illum
conftituit cum vt talem denominando, eft ergo
differentia quod in vno cafu deponit vt teftis in
alio difponit vt dominus, & ita paritas non habet
locum.

Legata igitur poffeffio debetur Sempronio vt pote qni vere eft de familia teftatoris.

22 Verum † tamen eft quod fi reperiretur vnus de
familia fed non de fanguine & alter de familia &
fanguine quod legata poffeffio deberetur illi qui
effet de cafata feu familia, & fanguine, quia vt bene
tactum eft in ratione dubitandi in principio allata
in legatis femper habenda eft ratio affectionis &
fanguinis quia ille qui eft de fanguine cenfetur
prædilectus & ideò etiam prælectus.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur cafus fatis intricatus.*
2 *Proponuntnr foluenda & difcutienda.*
3 *Proponitnr quodam notandum.*
4 *Ad quid teneatur mater ratione filiorum illegitimornm, & quædam cautela.*
5 *Filius non tenetur credere matri afferenti effe illegitimum nifi in aliquibus cafibus.*
6 *Quando filius tenetur credere matri afferenti illum effe illegitimum non poteft adire hæreditatem & iam aditam tenetur reftituere, etiam fequta fententia iudicis.*
7 *In alijs cafibus filius non tenetur credere matri dicenti fe effe illegitimum, etiam iuramento confirmante, & illi conftet fuiffe adulteram etiam tempore qno concepit.*
8 *Alleganti fuam turpitndinem non eft credendum.*
9 *Nifi conuincatur non tenetur credere in dicto cafu.*
10 *Muliebre gentium eft alios fumme odiffe, alios fumme diligere, & fuas affectiones contegere.*
11 *In cafibus, in quibus filius non tenetur credere, neq; mater tenetur reuelare.*
12 *Elapfo tempore ad præfcribendum requifito, licet mater poffet conuincere filium, non tenetur, fi bona fide poffidet.*
13 *Per leges, quæ obligant in confcientia, filij illigitimi redduntur incapaces hæreditatis.*
14 *Hoc dictum eft intelligendum ne legitimi patiantnr damnum, vel dicendnm.*
15 *Leges non obligant cum fummo dedecore.*
16 *Leges non obligant ignorantes.*
17 *Legibus aliquando non eft parendam, fi inde infamia oriatur.*
18 *Mater non tenetur renelare fuum adulterium, licet non poffit compenfare damnnm.*
19 *An mater habeant facilem occafionem dubitandi fuam reuelationem nihil profuturam.*
20 *Hactenus dicta funt intelligenda, quando mater dubitat, vel credit fuam reuelationem nihil profuturam.*
21 † *Quid autem agere debet fi credat vel fpes certa fit damnum fore compenfandum.*
22 *Si filius qui in regnum eft fucceffurus fit moribus adeò perditus, vt inde timeatur ruina Reipublicæ mater etiam cum periculo vitæ tenetur reuelare effe adulterinum vel illegitimum fi talis fit.*
23 *Non tenetur autem quando damnum eft non publicnm, fed priuatum cum periculo vitæ.*
24 *Neq; tenetur cum periculo famæ.*
25 *Fama eft altioris ordinis, quam fint res.*
26 *Nemo, licet infimæ fortis, tenetur ad periculum vitæ pro maximis thefauris reftituendis.*
27 *Fama non æftimatur diuitijs.*
28 *Succeffio legitimornm in bonis parentum eft folū de iure humano.*
29 *Quæ dicta funt de fama intelligenda funt fi mater*

vere

vere habeatur pro honesta.

30 *Quo casu mater censeatur non se infamare reuelando filio vel marito adulterium scandalum permittitur quam veritas relinquatur, & quomodo intelligatur.*

31 *Solutio difficultatis colligenda ex dictis.*

32 *Examinatur factum primi confessarij.*

33 *Mulier conscia impedimenti dirimentis, & nullitatis matrimonij quocunq; dato scandalo non potest reddere debitum.*

34 *Si liceret, aliquando esset licita fornicatio, quæ est accessus ad non suam.*

35 *Coniux impedimenti conscia si excommunicetur, quia non potest probare, an teneatur reddere.*

36 *Explicatur Cap. litteras de rest. spoliat.*

37 *Confessarius non potest simulare cum pænitente laborante ignorantia mortaliter culpabili.*

38 *Imo tenetur eo casu admonere.*

39 *Quomodo differat simulare & admonere.*

40 *Quæ sit differentia inter concionatorem, Doctorem publicum, & Confessarium.*

41 *Quæ debuisset considerare hic Confessarius in hoc casu prima vice, qua mulier confessa est.*

42 *Maxime refert cognoscere an pænitentes sint in bona, mala, vel dubia fide.*

43 *Quid agendum cum pænitente malæ fidei.*

44 *Quid cum pænitente cum dubia fide.*

45 *Quid cum pœnitente in bona fide.*

46 *Quid sit esse sine graui scandalo.*

47 *Quando dispensationes sunt expectandæ e regionibus longinquis, quia raro potest abesse periculum incontinentiæ pænitentes in bona fide non sunt admonendi de impedimento.*

48 *Si periculum non timeretur essent monendo sufficit tamen post impertitam absolutionem nisi aliter prudentia dictet.*

49 *Si nulla speretur vtilitas, remedium sit difficile, scandalum sit oriturum, quid agendum cum bonæ fidei pænitente; an sit admonendus.*

50 *Si scirem non tibi prodesse, non te admonerem.*

51 *Nulla lex obligat ad actus inutiles.*

52 *Nulli debemus laqueum inijcere.*

53 *Correctio neq; in confessione est facienda, nisi adsit spes emendationis supposita semper ignorantia inuincibili.*

54 *Confessarius, si audiat ignorantem inuincibiliter impedimentum matrimonij, non tenetur admonere, etiamsi matrimonium non sit contractum, nisi speret fructum, ita de reliquis.*

55 *Refertur dictum Nauarri circa dispensationes.*

56 *Quibus casibus non solum potest sed tenetur confessarius non admonere pœnitentem.*

57 *Proponitur, & soluitur casus, an mulier teneatur reddere debitum quando matrimonium est nullum, sed bona fide putatur verum, at ex alia causa negat debitum marito.*

58 *Non licet complacere in actu intrinsece malo, nisi honestetur circunstantijs.*

59 *Datur ignorantia inuincibilis etiam circa ius naturale, & diuinum.*

60 *Quomodo se gerere debeat confessarius cum laborante ignorantia inuincibili nec speratur fructus, & est, in damnum tertij.*

61 *Quid agere debeat in eadem casu si speretur fructus in pænitente, sed remedium sit difficile.*

62 *Quid si ipse non admoneat, & alius sit moniturus, & fortasse imprudentius.*

63 *Et si scandalum quod timetur non ex infirmitate, sed ex malitia sit sequuturum.*

64 *Quod si stimulis agitatus quærat, & quid si dubius.*

65 *Quod si timeatur damnum toti communitati.*

66 *Si nunc desperetur fructus, speretur autem alio tempore, in illud correctio differenda est.*

67 *Colligitur ex dictis, in quo errauerit ille primus confessarius, & quid agere debuisset.*

68 *Quid dicendum de secundo confessario explicatur.*

69 *Quid item sit dicendum de tertio an bene egerit.*

70 *Aduertentia valde vtilis pro cognoscendo an pænitens sit in bona vel mala fide.*

71 *Extenditur exacta, & breuis cognitio ignorantiæ.*

72 *Ignorantia alia iuris alia facti, & quid sit vtraq;*

73 *Ignorantia tam iuris, quam facti alia vincibilis alia inuincibilis.*

74 *Circa idem potest esse ignorantia, & scientia.*

75 *Nihil volitum quin prius cognitum.*

76 *Inuincibilis ignorantia dicitur etiam iusta, & probabilis, & quare.*

77 *Vincibilis dicitur iniusta, improbabilis, & consequens &c. & quare.*

78 *Aliud genus ignorantiæ, quæ dicitur concomitans & quare ita dicitur.*

79 *Non habitibus sed actibus meremur vel demeremur.*

80 *Ignorantia concomitans non est causa actus.*

81 *Ignorantia concomitans facile degenerat in consequentem.*

82 *Quot modis culpabiliter omittitur scire tot sunt speties ignorantiæ.*

83 *Triplex volitum constituit triplicem ignorantiam culpabilem.*

84 *Quod sit hoc volitum, & quomodo vnum quodq; constituat ignorantiam. Primum directe volitum constituit ignorantiam affectatam.*

85 *Secundum indirecte volitum constituit aliam ignorantiam idest indirecte volitam.*

86 *Tertium volitum quod sit, & quam ignorantiam constituat.*

87 *Quod dictum est de ignorantia, hoc dicendum de obliuione, & inaduertentia, & quid sit ignorantia, quid obliuio, quid inaduertentia, & quomodo different inter se.*

88 *Quando quis dicatur priuatus ea scientia, quam tenetur habere.*

89 *Ideo pecco, quia præceptum non seruo, sed violo.*

90 *Paria sunt scire, & scire debere.*

91 *Ignorantia facti excusat non vero ignorantia iuris.*

92 *Ignorantia inaduertencia obliuio &c. vt sint vincibilia, debet præcedere aliquis motus in animo.*

93 *Soluitur difficultas consequens ad dicta.*

94 *Soluitur prima obiectio.*

95 *Soluitur secunda.*

96 *Soluitur tertia.*

97 *Monitio Religiosis & Confessarijs vtilis.*

98 *Datur ignorantior non solum iuris humani sed naturalis, & diuini.*

99 *Quæ diligentia sit adhibenda, vt ignorantia sit inuincibilis, & ne sit vincibilis.*

100 *Praxis pro cognoscendo in pænitente, qua ignorantia laboret.*

101 *Aduertentia pro supradicta praxi.*

102 *An, quia ignorantia inuincibili non audiuit sacrum, peccet gaudendo se nescisse obligationem.*

103 *Alius modus dignoscendi qualitatem ignorantiæ.*

104 An

104 *An detur ignorantia inuincibilis eorum, quæ pertinent ad proprium statum.*

105 *Dictum quod sequitur auctor.*

106 *Ignorantia inuincibilis excusat à peccato, sed non ab inualiditate actus.*

107 *Laborans ignorantia inuincibili, si deinde sequatur dubium, & negligat expellere, an peccet solum quando operatur negligendo an toties quoties, etiamsi amplius non dubitet.*

108 *Operans cum ignorantia consequente semper peccat.*

109 *An ignorantia consequens possit dari sine præcedente dubio vel animi motu.*

110 *Ignorantia causat non positiue influendo sed priuatiue remouendo cognitionem.*

111 *Proponitur casus in quo quis videtur non peccare cum ignorantia consequente, quando videlicet nescit esse peccatum operari cum tali ignorantia.*

112 *Nemo peccat quandiu operatur conscientia dictante non peccare taliter operando.*

113 *Conscientia est regula bonitatis & malitiæ actuum nostrorum.*

114 *Respondetur proposito casui. Non potest haberi cognitio ignorantiæ consequentis, quin simul habentur de peccato, quod operando cum illa committitur.*

115 *Nisi aduerto me scire debere non est ignorantia consequens.*

116 *Potest causa ignorantiæ esse peccatũ non autem ignorantia, & explicatur exemplo.*

117 *Sententia Vasquez limitantis dicta superius quam tamen Sanchez non admittit.*

118 *Colliguntur antedicta, & monetur Confessarius quid in hoc, & similibus casibus agere debeat.*

119 *Non est iniungenda obligatio vbi de obligatione clare non constant.*

120 *Respondetur directe toti difficultati resoluendo in quo bene egerint propositi tres Confessarij & in quo errauerint.*

Mulier nupta viro impedimento perpetuo laboranti filios suscepit ex adulterio.

L V I.

1 QVædam mulier nupsit viro ad copulam omnino impotenti non quod non possit coire sed quia in vase non potest seminare habet enim membrum aduncum, ita ut licet aliquo modo illud intromittat, semen tamen semper extra emittit, quod tamen nunquam cognouit toto decennio, quo uixit cum muliere ita ut sex filios quos uxor suscepit ex adulterio uere suos legitimos reputet maritus eum, euim ita caute fallebat uxor. Neq; hoc mulier unquam putauit esse peccatum credebat enim omnia coniugibus licere, neq; de hoc toto tempore sui matrimonij confessa est. Nunc occasione cuiusdam Iubilæi facit confessionem generalem fatetur quod antea etiam confessa fuerat se esse nuptam, & ex adulterio sex filios suscepisse; Confessarius quærit quomodo ipsa sciat omnes filios esse ex adulterio cum etiam cum viro habitet & cubet, mulier conqueritur quod ista quærat Confessarius quæ nullus alius ante quæsiuit. Asserit confessarius ad ipsum spectare ista scire ne erret. Rem totam aperit mulier exponit impotentiam viri & omnia iam narrata quibus auditis Confessarius statim mulieri indicit separationem à viro dicit enim matrimonium esse nullum, & ideò oscula, tactus, & cætera omnia saltem respectu mulieris esse peccata mortalia, quibus auditis mulier escandens vocat confessarium ignarum, quia nesciet, quæ liceant maritis in iustum qui vxorem à viro velit separare alieni facti scrutatorem impium, & multa alia in illum iacens conuicia ab alio discedit sine absolutione; paucis interiectis diebus alium adit confessarium, cui quidquid sibi accidit cum primo confessario narrat subdens se credere illum confessarium esse malum hominem, & se potius mortem esse subituram quam separari à viro, cui respondet iste secundus confessarius vere illum primum Confessarium esse indoctum nec scire quid dicat; sibi cum proprio viro omnia licere, nec ad separationem teneri, ab adulterio tamen sibi esse cauendum, & auditis huius mulieris peccatis ei absolutionem impendit nunc tandem alium adit Confessarium, & narrat quid quid cum duobus alijs actum est. Tertius iste Confessarius vir prudens audita mulieris confessione petit an sit parata præstare, quæ à se illi iniungentur, & præcipue fingit se velle studere quid respondendum sit de filijs cui promittenti se adimpleturam quid quid iniunget statuto die quo reuersura sit pro responsione indicto salutari pænitentia absolutionem impertitur. Nunc iste tertius Confessarius petit, quid in hoc casu sibi agendum sit.

Hac facti serie visa, quæ mihi, vt iacet, fuit exhibita non potui non indignari & mecum ipse ita fari. Bone Deus quæ est aliquorum Confessariorum ignorantia quæ aliorum imprudentia. Vt rectius agerent illi, ad quos spectat, qui toti sunt in limitandis facultatibus, quas scriptis exaratas vel tipis impressas Confessarijs tradant addentes se non admittere nisi ad annum, tantum in proprijs Ecclesijs &c. quæ, an ab ipsis fieri possent, non est huius loci examinare, si diligentiores & exactiores se præstarent in examinibus peragendis, & in cognoscendo sine personarum acceptione, qui sint, & qui non sint idonei, non idoneos reprobando simpliciter, non ad tempus admittendo. Quæ & quanta vitarentur incommoda si quod illis per conciliares constitutiones & maxime Tridentinas serio præstarent, & totum suum studium non impenderent in extirpandis regularium Priuilegijs. Non priuilegijs vti malum est; sed Confessarios non idoneos admittere ad Confessiones hoc pessimum. Iniungitur illis cura examinandi non priuilegia extirpandi, hoc curant, illud negligunt. Caueant sibi quia supra dorsũ suum sibi fabricant, & in die iuditij redituri sunt rationem omnium animarum non idoneis Confessarijs concreditarum. Admittuntur aliqui interdum tantum viso habitu, qui re vera exactiori indigent examinis discussione, sed ista videant ad quos spectat. Ad rem propositam multis difficultatibus implexam accedens.

2 Primo discutiam an errauerit primus Confessarius aperiendo mulieri & indicendo separationem à marito; Secundo. An recte fecerit secundus qui omnino contrarium asseruit. Tertio exponam quid agere debeat tertius Confessarius. Sed ante omnia præmittam, ad quid sit obliganda muliere ratione filiorum certissime ex adulterio susceptorum.

3 Et noto primo ex successione in hæreditate horum illegitimorum nullum damnum posse inferri legitimis, qui neq; existunt, nec existere possunt ob impotentiam naturalem patris, infertur tamen damnum alijs qui succedunt, vel ex testamento vel

ab intestato.

4 Noto. 2. quod, in casu, in quo versamur, si mulier possit aliquo modo cognoscere explorando voluntatem mariti, quod filios, licet adulterinos adeo amet, vt, etsi tales eos cognosceret, licet crimen in matre puniret, eos tamen adhuc hæredes constitueret, aut saltem vellet esse, tunc mater ad nihil tenetetur, quia, cum pater de suis bonis possit disponere prout libet non existentibus legitimis filijs, nulli infertetur iniuria, quod si hoc non poterit cognoscere, & alicui inferetur damnum aliquo modo, eo quod isti adulterini filij hæreditatem consequantur; tunc mater, si potest vel impedire, ne sequatur, vel resarcire damnum tenetur; non tamen detegere suam turpitudinem, vt si habeat aliqua bona, præter dotem, ea relinquet eis, quibus ex successione filiorum in hæreditatem, damnum infertur, aut, si quo modo potest, inducet filios ad capescendam aliquam religionem succedendi incapacem. Neq; etiam tenetur prodere suum adulterium, si certo credat sua reuelatione nihil effectutam, quia ex qualitate genij suorum filiorum cognoscit non esse fidem adhibituros sibi

5 dicenti esse adulterinos. † Non enim tenetur filius credere matri dicenti se esse illegitimum, nisi dictum matris talibus coniecturis, & probabilitatibus vestiatur vt sufficiant ad illum conuincendum veluti si mater asserat filium fuisse conceptum patre longe absente, & simul probet patrem tanto tempore affuisse, vt ei conceptus filij non possit attribui, vel alio modo demonstret tempore conceptus à marito non fuisse cognitam, vel, si matris suasio, sit ita vehemens, vt filius ei non possit non assentiri, vt si mater filium amanter tractet, & ei magnæ dilectionis signa exhibeat, vt non possit filius suspicari matrem ex malo affectu motam illum declarare illegitimum, sitq; motibus reformata, & affecta timoratæ conscientiæ, non assueta mentiri, amans propriæ famæ; his enim casibus tenetur filius credere matri maxime, si hoc dicat tempore facto hæbdomadis sanctæ, vel tempore mortis extra hos enim vel similes casus non tenetur credere matri dicenti se esse illegitimum.

6 † Cæterum quando credere tenetur non solum non potest adire hæreditatem, imo & aditam tenetur relinquere, etiamsi per sententiam illi fuisset adiudicata, quia sententia nititur falsæ præsumptioni idest filium esse legitimum quod re vera falsum est ita Medina C. de reb. rest. quæst. 3. concl. 4. versu. An autem, Sotus de iust. lib. 4. quæst. 7.

7 artic. 2. versus finem. † Neq; filius tenetur credere etiamsi mater dictum suum iuramento confirmet ita idem Sotus, & adducitur ex Cap. per tuas de probat. & etiamsi sciret matrem fuisse adulteram Doctores communiter ad dictum Cap. per tuas & ad leg. Filium ff. de ijs qui sunt sui vel alieni iur. fateri tenetur Couar. ad reg. peccatum 1. part. nu. 6. quia ex eo quod probatur matrem aliquando fuisse adulteram, imo etiam fuisse talem tempore concepti filij, non ex eo infertur filium esse conceptum ex adulterio, si cum marito cohabitabat ad quam rationem accedit text. in l. miles §. defuncto ff. ad leg. Iuliam de adult. & rationes pro-

8 bantes sunt. † 1. Quia alleganti suam turpitudinem nulla debetur fides per regulam iuris, quæ maxime habet verum cum allegatur in præiuditium tertij

9 2. Cum filius communi opinione habeatur, & putetur legitimus, non tenetur cum tanto suo damno

10 se reputare illegitimum, nisi conuincatur. 3. † Quia pinliebre genium est alios summe diligere alios summe odisse & suas affectiones contegere Lessius de iust. lib. 12. cap. 10. dub. 7. num. 51. Quando ergo subest aliqua ratio vel suspicandæ fraudis vel rationabiliter non credendi non tenetur filius stare dicto matris Gloss. in Capit. officij de pœnit. in remiss. & Canonistæ in citato Capit. per tuas, de probat. & Iurisperiti ad leg. si posthumis ff. de lib.

11 & posthum. † Et mater ipsa in dictis casibus quibus filius non tenetur credere, non ipsa tenetur se prodere, quia talis manifestatio non ad aliud deseruitet quam manifestanti matri ad infamiam filio ad perturbationem & reliquis ad lites suscitandas, Reginal. lib. 10. quæst. 3. nu. 275. † Adde

12 quod etiamsi mater posset conuincere filium vt credere se esse illegitimum, & tempus requisitum ad præscriptionem esset elapsum ex quo iam bona fide filius est in possessione hæreditatis nec mater tenetur se detegere filio, nec filius, etsi mater sibi suadeat esse illegitimum tenetur à se abdicare hæreditatem, sed eam potest retinere, Angelus, verbo adulterium num. 6. Siluester eodem verbo num. 5. Quare non sunt audiendi Adrianus & Paludanus dicentes adulteram teneri manifestare filio suum adulterium, vt illum reddat certum, se esse illegitimum, licet ei fidem non sit adhibiturus, nec probabiliter credat hæreditatem esse relictuntum, vel non aditurum, vt adducta probant, & tenet Alphons. à Cast. & post ipsum Couat. & alij vt supra.

Sed probando matrem satisfaciendo ex bonis suis non dotalibus damno quod patiuntur alij ob aditionem hæreditatis illegitimorum non tollere inconuenientia nec reddere filios illegitimos tutos, quod asserebat Nauarrus in sum. Cap. 16.

13 numer. 47. dices. † Per leges quæ obligant etiam in conscientia, illegitimi reddantur incapaces hæreditatis, ergo licet mater satisfaciat damno, quod ex tali aditione infertur non tamen potest ipsa efficere ex hoc quod illegitimi sint capaces hæreditatis contra legum dispositionem posita, ergo quacunq; satisfactione nec dum filij reddantur capaces successionis & ideo non possunt illam tuto possidere, non enim potest priuata persona reddere capaces hæreditatis quos incapaces declarat legum

14 dispositio. † Respondeo 1. Leges non reddere illegitimos incapaces hæreditariæ successionis nisi ex hoc ne legitimi patiantur damnum, cessante ergo damno quod est causa legis cessat etiam legis

15 dispositio. † 2. Leges non obligant cum tanto dedecore vel periculo vitæ 3. Neq; obligant igno-

16 rantes. 4. † Non obligant in casibus omnino oc-

17 cultis; essent enim nimis rigorosæ. † 5. Etiamsi sint incapaces adhuc possent permitti succedere ob manifestum periculum infamiæ matris & filiorum.

18 † Addo præterea etiamsi mater non possit damnum compensare, nec dum teneri reuelare, seu manifestare suum adulterium nisi probabiliter credat se profuturam vel si dubitet se nihil profuturam; huic dicto cõmuniter stipulantur Doctores præter Adrianum quæst. 1. de rest. 5. sed refert & Palud. in 4. dist. 21. quæst. 1. artic. 1. de quibus supra & ratio est quia in dubio melior est conditio possidentis. Cum ergo adultera sit in possessione suæ famæ & dubitet an ex eius amissione sit profutura sequitur quod non teneatur suam famam amittere. Imo si hoc ageret esse magna impudentia & imprudentia in multa enim se conijcere pericula quod non est temere faciendum.

19 † Si petas an difficile sit adulteram habere iustam rationem dubitandi suam reuelationem nihil

nihil profuturam. Respondeo cum Lessio loco
citato rarò contingere posse quod non habent
primo. Quia filius non tenetur credere nisi conuin-
catur ad hoc autem vt conuincatur multa requi-
runtur, vt prudens de se potest conijcere. 2. Etiamsi
matri videatur posse conuincere filium & reuera
rationes sint conuincentes, attamen filius & si
corde credat potest mater prudenter suspicari ore
negaturum, ne illegitimus declaretur, ne hære-
ditatem aditam cogatur restituere, vel etiam ne
hæreditaria spe priuetur, ex quibus lites potius
timendæ, quam restitutio speranda prudenter est,
& ideò facile potest mater habere iustam causam
non reuelandi suum adulterium.

20 † Et hactenus dicta procedunt quando mater
dubitat vel credit sua reuelatione nihil profuturam
quid autem dicendum si speret vel credat reuelan-
do suum adulterium, & certum reddendo filium esse
illegitimum, quod hæreditatem non sit aditurus,
vel iam possessam sit relicturus?

21 Respondeo, quod, licet spes certa esset per
reuelationem criminis materni, occurrendum
damnis filiorum legitimorum vel aliorum, eo quod
illegitimi intelligentes sibi hæreditatem nō deberi
futurum esset, vt ab illa abstinerent, adhuc tamen
mater non teneretur hoc aperire, si adesset peri-
culum vitæ, aut famæ. Si vero nullum esset pericu-
lum vitæ, vel famæ, teneretur reuelare, ut damnum
euitaret. Quod teneatur impedire damnum, si
nullum ex dictis adsit periculum est commune
dictum Doctorum, sicuti etiam est, quod non
teneatur, si adsit periculum vitæ. De periculo vero
famæ, quod scilicet non teneatur mater vitare
damnum filiorum legitimorum, & multo minus
aliorum reuelando suum adulterium docet Sotus
dist. 15. quæst. 2. sub finem Gabriel ibidem quæst.
2. Caiet. quæst. 62. artic. 6. & in opusc. 31. respons.
14. Nauar. Cap. 16. numer. 44. & Cap. 17. num.
89. vbi fuse & docte probat Couar. Reg. peccatum
part. 1. num. 7. Innocent. Panor. & alij Canonistæ
in Cap. officij, de pœnit. & remiss. Castr. de potest.
legis pœnal. Cap. 11. Medin. Cod. de reb. rest.
quæst. 3.

22 Dices in hoc conueniunt Doctores ex Lessio
Reginaldo locis citatis ex alijs quod, si illegitimus
sit moribus adeo perditis vt iure merito timeatur
Rempublicam vel regnum esse passurum maximum
detrimentū si illegitimus vel succedat vel eligatur
ut regnet teneatur mater etiam cum periculo uitæ
suum reuelare adulterium ne filius succedat, ergo
saltem in successionibus regni tenetur mater etiam
cum periculo uitæ prodere adulterium ne illegiti-
mus succedat.

Respondeo. Non concludi ex antecedenti con-
sequentiam; Quod autem concluditur est quod
mater ad uitandum malum publicum quod Reipu-
blicæ imminet si illegitimus in regno succedat,
teneatur detegere suum adulterium, non autem
quod teneatur ne electione illegitimi excludatur
legitimus, estq; iusta obligatio charitatis erga
Rempublicam, qua quisq; tenetur eius maximum
damnum vitare, etiam cum discrimine propriæ
uitæ, non autem iustitiæ commutatiuæ, quia quisq;
23 tenetur erga proximum. † Quod autem mater
non teneatur cum periculo uitæ uitare damnum
priuatæ personæ, etiamsi sit regni probatur primo.
Quia nulla res potest æquiparari uitæ. 2. In periculo
uitæ cessat dominiorum distinctio ita, ut illa duran-
24 te possit quisq; uti re aliena ut propria. † Quod
neque teneatur cum periculo famæ probatur ea
Cap. officij citato ubi Summus Pontifex consultus
quid agendum cum muliere quæ partum sibi sup-
posuerat assumit pro solido fundamēto hoc dictum
sicuti mulieri, quæ ignorante marito suscipit ex
adulterio quamuis id timeat confiteri non esset
25 deneganda pœnitentia ita neq; illi &c. † 2. Fama
est altioris ordinis quam sint res ergo secundum
Caietanum Nauarrum & alios non est exponenda
periculo amissionis pro rebus. Imo addit Les. quod
26 † nemo licet infimæ sortis homo tenetur vitam
exponere pro maximis thesauris restituendis, vel
fama reparanda etiam illustris hominis, quod an
idem sit de fama non ausim affirmare simpliciter.
27 † 3. Fama non æstimatur pecunijs melius est enim
28 nomen bonum quam diuitiæ multæ. 4. † Successio
filiorum legitimorū in bonis parentum est tantum
de iure positiuo humano quod non obligat cum
29 periculo vitæ vel honoris. † Aduerte tamen dicta
de amissione famę esse intelligenda respectu matris
quæ vere sit honestæ conditionis, nam si talis sit vt
merito de illius honestate suspicentur prudentes, &
eius reputatio habeatur pro vili tunc vera est sen-
tentia Soti famam esse componendam cum hære-
ditate iuditio prudentis viri: supponimus ergo
nos matrem esse honestæ conditionis & pro tali
30 haberi. † Adde præterea, quod mulier non cen-
sebitur se infamare si maritus & filius quibus suum
errorem reuelatum est sunt pij timoratæ conscien-
tiæ & secretorum tenaces, itaut nec vxorem mari-
tus, nec matrem filius sint punituri; detectum sibi
secretum propalaturi, neq; propalantem ob com-
missum & reuelatum delictum osuri, vel male
accepturi, vel probris, & iurgijs vexaturi, sed illi
errorem sint omnino condonaturi hoc enim casu
teneretur mater reuelare, ne legitimi damnum
patiantur.

31 † Dices vtilius scandalum nasci permittitur
quam veritas relinquatur Cap. qui scandalizauerit
de reg. iur. ergo mater debet potius permittere
nasci scandalum eo quod cognoscatur adultera,
quam quod veritas non cognoscatur, nempe filios
non esse legitimos.

Respondeo regulam illam habere verum in iu-
dice & teste non autem in denuntiante & maxime
in denunciante se ipsum, Angelus verbo adulte-
32 rium. numer. 4. ad finem. † Ex dictis facile erit
soluere propositum dubium. Si enim mulier habeat
aliqua bona quibus possit compensare damnum, si
compenset, non tenetur quocunq; casu reuelare
suum delictum, si vero nulla habeat bona & credat
etiamsi reuelet se nihil profuturum neq. tenetur
detegere se ipsam: Si vero credat se aliquid profu-
turam, sed adsit periculum vitæ vel famæ, neque
isto casu tenetur, si autem speret & nullum sit peri-
culum tenetur omnino manifestare, & ita huic est
satisfactum sed quid si nullum adsit periculum sed
certo credat se non profuturam tenetur ne mater
reuelare? Non tenetur si filij sint in bona fide, quia
hoc esset contra charitatem moneret enim eos
quos scit ex monitione non salutem sed perdi-
tionem esse recepturos, vide Sanch. de matr. disp.
38. lib. 2. & quæ infra dicentur valde conducent.

33 Nunc ad examinandos actus confessariorum me
conferam & primo examinabo an recte fecerit pri-
mus confessarius aperiendo statim mulieri suum
statum. Et ante omnia tanquam certissimum
34 statuo. † Mulierem consciam impedimenti diri-
mentis & nullitatis matrimonij siue impedimen-
tum dirimat iure diuino siue humano in nullo casu
posse reddere debitum coniugi ignoranti licet ab

Ecclesia

Ecclesia excommunicetur vitæq; periculum subeat
grauissimaq; sequantur scandala probatur primo.
Ex cap. Inquisitioni de sent. excom. & ex Cap.
35 litteras de rest. spoliat. † 1. Si liceret reddere
debitum, fornicatio aliquo casu esset licita, quia
fornicatio est accessus ad non suam & hoc modo
reddere debitum est accessus ad non suam quod
si esset licitum vtiq; esset licita etiam fornicatio
& hoc tenent quamplures Doctores apud Sanchez
de matrim. lib. 2. disp. 39. numer. 5. §. tertio
probatur, & contrarias sententias merito repro-
bat.

36 † An vero coniux impedimenti & nullitatis con-
scius quia debitum nollet reddere, & impedimen-
tum & nullitatem non possit probare si excommu-
nicaretur vere sit excommunicatus, pendet ex solu-
tione illius quæstionis an excommunicatio iusta ex
parte iudicis quia lata secundum allegata & pro-
bata iniusta tamen ex parte rei quia reus re vera
est innocens sit valida, in qua sunt pugnantes sen-
tentiæ ego puto illam excommunicationem coram
Deo non ligare, & ita puto dicendum in proposito
casu & in proprijs terminis tenent Gloss. dict.
cap. litteras verbo tolerare Victoria Sair. de matr.
numer. 264. Ledesma 2. p. 4. q. 48. art. 2. &
ratio est quia excommunicatio non incurritur nisi
ob inobedientiam læthalem quis autem dicet il-
lum inobedientem læthaliter qui non obedit ne
peccet.

37 Facit tamen difficultatem. † c. litter. de rest.
spoliat. vbi postquam textus dixit excommunican-
dum qui non probat impedimentum subdit, donec
probationes offerat preparatas, & tunc absolutione
petita secundum formam Ecclesiæ absoluetur ergo
textus vult illum vere fuisse excommunicatum quia
vere vult absolui, sed respondetur exigere absolu-
tionem tantum pro foro externo pro quo valida
erat illa excommunicatio.

38 † 2. Pariter vt certissimum suppono ex omnium
sententia non posse confessarium simulare quoties-
cunq; ignorantia est vincibilis vel læthaliter culpa-
bilis cuiuscunq; iuris vel facti sit quamuis admo-
nitio non sit profutura, & quodcunq; scandalum
39 pænitentis sequatur. † Imo addo etsi Medin. C.
de confess. tr. 2. qu. de confess. dimid. iteran. id
neget confessarium teneri admonere pæniteotem,
40 † differt autem simulare ab admonere, quia qui
non potest simulare non potest absoluere, at non
tenetur loqui explicando statum pænitentis, qui
vero tenetur admonere non solum potest à se
dimittere pænitentem, sed antequam dimittat
tenetur illi aperire suum statum, quod asseto in
hoc casu, etiamsi confessarius nihil admonendo sit
profuturus, quia tenetur docere, & ideo fungitur
officio suo, quod si pænitens non percipit fructum
ex admonitione id sibi imputet, & hoc supposita in
pænitente ignorantia vincibili, & mortaliter pec-
caminosa, nunquam tamen potest confessarius ab-
soluere nisi pænitens resipiscat alioqui incapacem
absolutiones absolueret, quod tenetur confessarius
admonere & non solum possit simulare docent
Sotus 4. dist. 18. quæst. 2. ad 4. ad 2. Ledes.
2. p. 4. q. 8. ar. 4. dub. 8. Arag. 2. 2. q. 33. ar. 3.
concl. 4.

41 † 3. Pariter statuo differentiam inter Doctorem
publicum, vel concionatorem, & inter confes-
sarium, aut alium, qui non publice docet, sed
priuatim aliquem admonet, quod Doctor publicus,
dum publice docet, veritatem semper tenetur ape-
rire, licet fructus alicujus priuati non speretur, sed
scandalum sit secuturum, ita Sotus in 4. dist. 18.
ar. 4. ad 2. Canon. relact. de pænit. p. 5. Ledesma
2. p. 4. qu. 8. num. 4. dub. 8. Barthol. à Ledesma
de pænit. dub. 13. Aragon. 2. 2. qu. 33. art. 6.
concl. vult Ex istis tamen aliqui aduertunt, si ex
prædicatione alicuius doctrinæ timeretur scanda-
lum pusillorum in tota Republica, differendam
esse in aliud tempus talem doctrinam confessarius
autem non eodem modo se gerere debet sed prout
infra tota hac responsione, dicetur.

42 Vt ergo cognoscamus, an primus confessarius
recte se gesserit admonendo pœnitentem statim ac
illam audiuit; considerandum primo; An mulier
fuerit in bona, in mala, vel in dubia fide. 2. An
supposita bona fide, & putaret se omnia illa, quæ
agebat cum marito, sibi licere, speraret confes-
sarius, se aliquid profuturum admonendo, vel non
speraret. 3. Supposita mala, vel dubia fide item
quid speraret. 4. An Confessarius adhibuerit debi-
tam diligentiam, vt plane cognosceret, an mulier
esset in bona, vel in mala, vel in dubia fide 5. An
debitam adhibuerit diligentiam, vt cognosceret
an sua monitione mulier malum statum esset re-
lictura. His cognitis puto, quod manifeste patebit,
an recte se gesserit confessarius erga illam peniten-
tem, & quid in simili agere debeant cæteri confes-
43 sarij. † Ad primum. Maxime refert cognoscere,
an pœnitens sit in bona in mala vel in dubia fide.
44 † Si enim sit in mala fide nullo modo est admit-
tendus ad confessionem, nisi promittar, se amplius
45 non admissurum, quod confitetur. † Si sit in dubia
fide, tenetur pariter confessarius admonere pæni-
tentem de veritate, est enim Doctor, & Doctor
veritatis, & ideò veritatem tenetur aperire nec
potest vllo modo excusari, etiam quocumq; dato
inconuenienti, & de istis vera est regula, quod
vtilius permittitur scandalum nasci, quam veritas
46 relinquatur. † Si vero sit in bona fide, quia
inuincibiliter nescit id, quod agit, esse peccatum,
tunc, vel speratur, vel non speratur fructus ea
admonitione; His positis confessarius cuiuscunq;
iuris siue facti ignorantia sit, si sit inuincibilis, quæ
constituit bonam fidem, & potest fieri sine graui
scandalo, aut detrimento pœnitentis tenetur ad-
monere: vt in casu nostro, si prædicta mulier labo-
rabat ignorantia inuincibili, quod tactus oscula
&cæt. essent peccata, & fructus ex admonitione
speraretur, confessarius sine graui damno aut
47 scandalo tenebatur admonere, † sine graui damno
autem, vel scandalo esset, si detecto, quod matri-
monium est nullum, speretur, quod sit adhibenda
diligentia pro impetranda dispensatione, & inte-
rim coniuges abstineant, ab illis actibus, & proba-
tur quia confessarius, siue sit proprius pastor, siue
loco proprij pastoris tenetur docere concreditum
sibi populum, quando sine eius damno potest,
48 † puto tamen hunc casum raro posse dari, quia
dispensationes Roma expectandæ sunt, quæ cum
longe distet, longo tempore indigent, simul autem
habitare coniuges longo tempore, & non commi-
49 sceri, difficile satis puto. † Si tamen detur iste
casus, quod non timeatur periculum incontinentiæ
dum dispensatio expectatur etiam confessarius
teneatur monere, & tunc satis est monere post
impertitam absolutionem, non autem ante nisi
tamen confessarius potet monitionem ante ab-
solutionem profuturam, non autem post illam
50 datam, quia tali casu tenetur præmittere. † Si
vero nulla speratur vtilitas, vt quia sequeretur
perplexitas, vel scandalum ex separatione, vel

difficultas, vt quia vnus coninx vellet recede-
re cum ſcandalo alterius neſcientis impedimen-
tum, vel obtenta diſpenſatione vnus vellet per-
ſiſtere in matrimonio, & alter nollet denuo
conſentire, aut coninges illi permanerent in con-
tinuo concubinatu, & nullum intercedat dam-
num tertij non tenetur confeſſarius admonere pæ-
nitentem laborantem ignorantia inuincibili ſiue
iuris, vt ſi quis ante matrimonium habeat rem
cum ſorore illius, quam poſtea ducit in vxorem, &
inuincibiliter neſciat extare ius, quo matrimo-
nium, ex tali copula redditur irritum, ſiue ſit facti,
vt quia alter coniux debita adhibita diligentia, vt
ſciret, an mortuus ſit alter coniux, putans eſſe
mortuum cum altero contrahit, ſi poſtea confeſſa-
rius cognoſcat hunc eſſe viuum, non tenetur
admonere pænitentem, ſed debet illum relinquere
in ſua bona fide. Probatur primo ex D. Auguſtino,
& habetur c. ſi quis autem de pœnit. diſt. 7.
51 ibi. † ſi ſcirem non tibi prodeſſe non te admone-
52 rem. 2. † Nulla lex obligat ad actus inutiles. 3.
53 † Quia nulli debemus laqueum inijcere c. de
viduis el 2. 27. q. 1. & ita docent omnes quos
refert, & ſequitur Sanchez de matrim. lib. 2. diſp.
38. num. 1. & 6. Quod autem dico de confeſſario,
54 id intelligo de quocumque alio. † Quia ſicut
correctio tendit ad correcti vtilitatem, & ſpe
vtilitatis correcti ceſſante non obligat præceptum
correctionis, ita confeſſio eſt ordinata ad vtilita-
55 tem pœnitentis. † Quod non ſolum verum eſt
poſt matrimonium contractum, ſed etiã antequam
contrahatur. Si enim confeſſarius, vel quilibet
alius inueniant aliquem ignorantia inuincibili la-
borantem, & inuincibiliter neſcientem adeſſe
impedimentum, & cognoſcat, quod etſi certior
reddatur de impedimento adhuc læſa conſcientia
ſit matrimonium contracturus, nec fore, vt
monitis acquieſcat, vel fidem adhibeat; pruden-
tiſſime aget ſi tacebit. hoc docet expreſſe Nauar.
56 c. ſi quis autem de pænit. diſt. 7. num. 73. † Vbi
habet ſe vidiſſe diſpenſationes aliquorum, qui de
peritorum conſilio bona fide credebant eſſe legiti-
mas, cum non eſſent, & tacuiſſe, & concludit poſſe
confeſſarium abſoluere pænitentem laborantem
inuincibili ignorantia iuris humani, ſi aduertat
monitionem non eſſe profuturam; vbi clare conſtae
ipſum loqui de illo, qui virtute diſpenſationis
inualidæ, bona tamen fide putatæ validæ, matri-
monium nundum contraxerat, ſed erat contra-
57 cturus. † Imo confeſſarium non ſolum poſſe, ſed
præterea debere tacere & non admonere, ne
prædicta ſequantur inconuenientia docent Adri.
in 4. de confeſſ. q. 5. dub. 7. Nauar. c. ſi quis
autem de pænit. diſt. 7. num. 72. Corduba, &
alij quos refert, & ſequitur Sanchez vbi ſupra
nnm. 7.
58 Sed quid aget confeſſarius in hoc caſu † mnlier
contraxit cum ignorantia inuincibili impedimenti
dirimentis matrimonium ſi de impedimento mo-
neatur non eſt ſpes fructus; & nunc eſt in ſtatu quo
non ex eo, quod inualide contraxit, quod inuin-
cibiliter ignorat; ſed ex alia cauſa debitum negat
merito poteſtne confeſſarius præcipere, vt reddat.
Reſpondeo debere confeſſarium cogere mulierem
illam ad reddendum debitum niſi habeat iuſtam
cauſam negandi. Probatur quia ſuppoſita bona
fide in qua mulier eſt relinquenda, peccat non
reddendo debitum, ergo ſi nolit reddere poteſt
cogi per confeſſarium ad reddendum. Dices non
licet complaceri in actu intrinſece malo excuſator
59 per ignorantiam qualis eſt iſte, Reſpondeo. † Non
licere quando actus non honeſtatur attentis cir-
cumſtantijs; & ita docent Ledeſma 2. p. 4. quæſt.
8. num. 4. dub. 10. ad finem Corduba Sum. q.
189. p. 4. Henriquez lib. 6. de pænit. c. 27. num.
60 5. † Quod ſi ignorantia inuincibilis ſit etiam circa
ius naturale, & diuinum, & confeſſarius ſua admo-
nitione non ſperet fructum tenetur non admonere
hoc probant rationes ſupra adductæ & tenent
Metina, Sotus, Cano, Ledeſma, Henriquez, & alij
à Sanchez citati loco allegato num. 9.
61 Sed quid † ſi peccatum ſit in damnum tertij, vt
v. g. quis poſſidet primogenium, quod putat ſe
iuſte habere, & bona fide poſſidet laborans igno-
rantia inuincibili, & confeſſario conſtat non illi
deberi. Exercet quis mercaturam contractu vſura-
rio, quam putat licitam, & niſi moneatur etiam
in futurum illum contractum exercebit, etſi mo-
neatur admonitio nihil proderit? tunc neque iſto
caſu laborans ignorantia inuincibili eſt admonen-
dus; docent Ioannes à Metina, Cano, Henriquez,
& alij apud eundem Sanchez num. 10. vbi ex
Metina refert idem eſſe dicendum etiam ſi pec-
catum in damnum proximi ſit continuandum.
62 † Imo ex aliquibus neothericis doctis habet iſta
vera eſſe, etiamſi confeſſarius cognoſcat pæniten-
tem monitionem facile ſuſcepturum; ſed videt
remedium difficillimum, vt ſi ſcandalum, & nota-
bilis infamia inde ſequantur, & dicta probantur
ex c. quia circa de conſang. vbi Innocentius Ter-
tius requiſitus, quid agendum eſſet cum aliquibus,
qui ſurreptitia diſpenſatione matrimonium con-
traxerant, ſed exiſtimabant bona fide, ſe legitime
eſſe coniugatos, & ex veritatis detectione time-
batur graue ſcandalum ſecundum intellectum.
Goffredi ab Adriano relati, quodlib. 5. à. 2. litt.
E. Metinę C. de confeſſ. tract. 2. de confeſſ. dimid.
iteran. verſ. corrolarie ſequitur Nauar. c. ſi quis
autem de pænit. diſp. 7. à num. 67. ad 75. Couar.
4. decret. p. 2. c. 6. §. 10. numer. 15. Summus
Pontifex reſpondit. Diſſimulare poteris, vt re-
maneant in copula ſic contracta, cum ex ſepara-
63 tione videas graue ſcandalum imminere. † Nec
debet confeſſarius, vel quilibet alius admonere
laborantem ignorantia inuincibili in caſibus ſu-
pradictis, licet credat ab alio admonendum, quia
non ideo ipſe debet agere, quod non conuenit
quia alter idem præſtiturus eſt, etiamſi putaret
imprudentius eſſe acturum illum, qui admonebit,
quam ageret ipſe. Neque ad hoc tenetur etſi
eſſet proprius paſtor, & poſſet impedimentum
probare; Quia ille cui reſcribit Innocentius erat
Epiſcopus, & tamen reſpondit diſſimulare poteris,
&c.
64 Etſi † ſcandalum quod timetur non ex infirmi-
tate, ſed ex malitia eſſet ſequuturum, quia perti-
65 naciter vellent in illo ſtatu permanere. † Item
non teneretur admonere, ſi quis ſtimulis ſcrupu-
lorum agitatus aliquid ſimile quæreret, ſecus
autem ſi dubius interrogaret, quia tunc tene-
66 tur veritatem aperire; † item ſi inde timeretur
damnum toti communitati, vt ſi quis Parochus
putaret, Chriſtianos non teneri ſcire aliquos arti-
culos fidei, vel haberet aliquem errorem in fide,
vel circa mores eſſet admonendus poſito quocum-
que ſcandalo, vel damno, ne omnibus illi creditis
67 damnum inferat ſuo errore. † Item ſi confeſſarius
nunc deſperet ſe ex admonitione fructum reporta-
turum, ſi alio tempore ſperet in illud debet moni-
tionem differre.

68 Ex †

68 Ex † hactenus dictis potest manifeste colligi in quo errauerit primus ille confessarius, & quid agere debuisset ne erraret. Debuisset enim audita confessione illius mulieris explorare, an esset in bona, vel mala, vel dubia fide, quod maxima diligentia faciendum erat, & simul exquisita prudentia ne mulier illa si existeret in bona fide ex eius interrogationibus constitueretur in dubia aut in mala, & in abyssum difficultatum eam traheret, & si illam in bona fide reperisset, in illa debuisset relinquere, nec vllo modo admonere de inualidirate matrimonij, cum enim nullo modo speratur fructus, vel remedium est maxime difficile, admonitio non est adhibenda, ex proposita autem facti serie constat mulierem fuisse in bona fide, quia nunquam alias de illis actibus fuerat confessa, & remedium erat impossibile, ideò errauit illam admonendo; debuisset ergo confessarius prudenter explorare statum pœnitentis, sed maxima cautela, vt cognoscere in qua fide esset explorare præterea, an ex admonitione fructum esset relaturus, & an remedium suppeteret, quo illius saluti consuletetur, quod cum non egerit profecto non bene egit, quod si aliquorum sententias vellet sequi, sciat confessarius omnes esse vel falsissimas, vel adminus falsas, & quod à me hactenus traditum est, esse id quod communiter à Theologis, & Canonistis admittitur, & practicandum traditur.

69 † Sed quid dicendum de secundo confessario, qui omnia præpostere docuit, errauitne iste? Respondeo quod diligenter explorandum illi erat, an mulier ex eis quæ dixerat illi primus confessarius sit constituta in mala, vel in dubia fide, idest an ex illi dictis dubitet esse peccata, vel etiam simpliciter credat esse talia, & matrimonium esse nullum, vel an adhuc perseueret in bona fide, putans illum confessarium esse indoctum, & ineruditum; si reperit esse in mala fide, errauit contrarium illi dicendo, & item etiam si reperit esse in dubia; Ex dictis enim patet, dato quocunque inconueniente teneri semper veritatem aperire confessarium penitenti dubia, vel mala fide laboranti; sin autem illam reperit adhuc perseuerantem in bona fide, bene fecit non admonendo, neque mentitus est asserendo non peccare, si intellexit supposito statu, in quo illa erat. Quod si quis ex conscientia erronea credat aliquid esse peccatum, quod vere non est, tenetur confessarius admonere, & illum à tali errore liberare. Quia pœnitens accedit ad confessarium tanquam ad doctorem, & medicum, vt instruatur, & curetur, & etiam, quia potens alios ab errore reuocare, & tacens se ipsum errare demonstret cap. 2. de Hæret.

70 † De tertio vero confessario dico, illum optime fecisse impendendo absolutionem, si cognouit, illam adhuc esse in bona fide, accepta promissione à muliere quod esset parata exequi quidquid sibi fuisset imperatum, hoc modo captans tempus studendi, & rem profundius perscrutandi, quod sicuti est prudentis ingenij, ita est temerarij, res arduas absque consultatione expedire.

71 † Debet tamen aduertere Confessarius, quod ista mulier potuit cum accessit ad primum confessarium esse in bona fide, & ex eius dictis constitui in mala, & postea per dicta secundi confessarij iterum constitui in bona, quia sicuti primus asserendo oscula tactus &c. esse pecata potuit illi mulieri imprimere vel dubium, vel certitudinem peccati, ita potuit secundus eadem auferre, & illi suadere, vt firmiter iterum credat non esse peccata, & ita pariat iterum bonam fidem; ad quod maxime aduertendum est, & agendum secundum statum in quo pœnitentes reperitur.

72 Sed quia diximus bonam fidem constitui ex ignorantia inuincibili, non est re erit aliqua breuiter de ignorantia videri, est enim materia frequens, & valde intricata, breuiter ergo, & clare aliqua magis præcipua videamus.

73 Ignorantia ergo primo. Alia est iuris, alia facti, ignorantia iuris est quando nescitur extare aliquã legem prohibentem, vel imperantem aliquid, vt, verbi gratia quando nescitur extare legem prohibentem delationem armorum, vel extare præceptũ ieiunandi. Ignorantia facti est, quando scitur quidem extare legem prohibentem actum, sed an ista actus numero talibus circunstantijs vestitus legi subdatur, ignoratur, vt v. g. scio extare legem prohibentem vsuras, nescio tamen, an hic con-
74 tractus sit vsurarius. † 2. Ignorantia tam iuris, quam facti adhuc est duplex. Alia vincibilis, inuincibilis alia, vincibilis est illa, quæ potest tolli, si debita abhibeatur diligentia vt tollatur; inuincibilis est illa, quæ nullo modo potest superari.
75 † Potest autem haberi scientia, & ignorantia inuincibilis circa vnum & eundem actum, vt v. g. Petrus scit homicidium esse peccatum, & ita occidendo Clericum scit se peccare, at occisioni Clerici esse annexam excõmunicationem potest ignorare, & ita excommunicationem non incurret, potest item scire adulterium esse peccatum, inuincibiliter autem nescire illam cum qua rem habet esse coniugatam, item rem habere cum persona sacra esse sacrilegium, & nescire personam cum qua rem habet esse sacram, & ideo quatenus illa actio procedit à scientia est peccaminosa, quia volita quatenus autem procedit ex ignorantia, non erit
76 peccaminosa, † quia nihil volitum quin prius cognitum ita D. Thom. 1. 2. quæst. 76. art. 3. &
77 cum eo communiter. † Ignorantia inuincibilis dicitur etiam iusta, & probabilis, eamque vocat D. Thom. 1. 2. quæst. 6. at. 8. corpore antecedentem, quia actum antecedit, & actus ita sequitur vt sine illa non sequeretur, dicitur iusta, & probabilis, quia illa laborans à Sacris Canonibus; & legibus
78 iuste, & probabiliter excusatur. † Vincibilis autem dicitur iniusta, & improbabilis, quia illa affectus, nec iuste, nec probabiliter potest excusari; imo à sacris Canonibus, & legibus condemnatur, istam vocat D. Thom. consequentem, eo quod consequatur ad quendam actum, ex. g. dubito, an inter vepres lateat homo, vel fera, video aliquid, sed quid illud sit, non discerno; subit tamen dubium, an sit homo dubitam tamen non adhibeo diligentiam ad veritatem indagandam, iacio sagittam, & hominem interficio, ista interfectio dicitur ex ignorantia, quia vere nescio ibi hominem latere, dicitur autem consequens, quia sequitur ex eo quod omisi requisitam diligentiam, dicitur etiam vincibilis, quia cum dubium subijt animũ meum potui hanc ignorantiam vincere, & superare, est autem culpabilis, quia omisi illud ad quod tenebat; posito enim dubio tenebar adhibere diligentiam, dicitur affectata, quia, qui, illa laborat, videtur illam affectare, dum non nititur illam expellere, cum debeat. Dicitur etiam crassa, quia illa laborans, sicut homines crassi non mouentur, nisi tarde, ita & ipse, vel tarde, vel nunquam mouentur pro illa expellenda. Dicitur etiam supina, quia sicuti ignauissimos supine dormire dicimus; ideo & ignauissimos in sciendo dicimus

supine

ſupine ignorare, & ignorantia ignauiſſima dicitur
ſupina. Inuincibilis ignorantia excuſat à peccato,
quia cum non poſſit expelli peccatum ex ea proce-
dens, non poteſt dici voluntarium, vincibilis autem
non excuſat, quia cum poſſit expelli, & non
expellatur, actus, qui ex illa procedunt, dicuntur
voliti, ita D. Thom. & cum eo communiter.
79 † Tertium genus ignorantiæ eſt, quod dicitur
ignorantia concomitans, dicitur autem conco-
mitans, quia neq; præcedit, neq; ſubſequitur, ſed
comitatur actum, qui fit, & conſiſtit in quodam
affectu, quo ita eſt diſpoſitus qui operatur, neſciens
effectum futurum vt eodem modo, & forte liben-
tius operaretur ſi eundem effectum ſciret futurum,
ex. g. Titius ſagittam iacit, vt feram confodiat,
ita tamen affectus, vt, ſi ſciret ibi eſſe Semptonium
ſuum inimicum, libentius iaceret, vt inimicum
confoderat, neſcit tamen ibi eſſe inimicum, neq;
vllum elicit actum poſitiuum, quo velit inimicum
interficere ſed ſolum ita eſt diſpoſitus, vt ſi ſciret
ibi adeſſe inimicum libentius ipſum, quam feram
ſagitis confoderet, cum iſta ignorantia iacit ſagit-
tam & interficit inimicum iſta dicitur ignorantia
concomitans quia actum comitatur. Quæ igno-
rantia non eſt peccaminoſa, neq; qui illa laborans
80 operatur, peccat, † quia non habitibus, ſed
actibus meremur, vel demoremur, neq; ex habituali
diſpoſitione, quis peccat; ſed ex actuali. Ex eo
enim quod naturaliter virtutibus ſum addictus
non mereor; ſed quia actum virtutis, operor. Neq;
ex eo quod animus meus ita eſt affectus, vt ſi ſcirem
me tali in loco habiturum occaſionem peccandi
illuc me transferam ad peccandum, peccatum
committo, quia nullum actum elicio, ſed tandem
tunc peccabo, vel cum illuc proficiſcere, vel cum
ſaltem proficiſci decernam, quia affectibus nec
meremur nec demeremur, optime explicat Salas
1. 2. tract. 13. diſp. 8. ſect. 5. num. 35. Sanchez &
81 alij. † 2. Ratio eſt, quia iſta ignorantia concomi-
tans, non eſt cauſa actus .i. talis interfectionis,
neque emiſſionis ſagittæ; ſed intentio interficiendi
82 feram. † Aduertendum tamen eſt ignorantiam
concomitantem facile degenerare in conſequen-
tem, quod tunc fit, quando non ſolum ita effectu
diſpoſitus ſum, vt ſi ſcirem meum latere inimicum
inter vepres, illum confoderem, ſed inſuper
inſurgente dubio an ibi ſit nihilominus nulla, vel
ſaltem non debita adhibita diligentia ſagittam
iacio, & interficio in hoc enim caſu non ſolum eſt
ignorantia concomitans, nempe quod ita ſim
effectus, vt ſi ſcirem meum ibi adeſſe inimicum
adhuc ſagittam iacularem, ſed prætercea etiam eſt
conſequens, quia exortum dubium, an ibi ſit, non
curaui expellere, debita diligentia, inueſtigando,
83 an vere ibi lateat nec ne meus inimicus. † Quod ſi
quæras, quot ſint ſpecies ignorantiæ peccaminoſæ.
Reſpond. quod quotieſcumq; non eſt adhibita de-
bita diligentia, vt ſciatur, quod ſcire tenetur
toties conſurgat ignorantia culpabilis; quot igitur
modis culpabiliter amittitur ſcire, tot conſurgunt
ſpecies ignorantiæ. Non ſufficit ergo, quod actus
procedat ex ignorantia tantum, vt ſit peccatum;
ſed requiritur, vt ignorantia ſit culpabilis; nec
quidquid poteſt eſſe culpabile niſi ſit volitum,
ſequitur ergo quod tot erunt ſpecies ignorãtiæ cul-
84 pabilis quot erunt ſpecies eiuſdem volitæ. † Tri-
plex igitur cum conſtituam, quod ad præſens at-
tinet, volitum; tres etiam erunt ſpecies ignorantiæ
85 volitæ, & conſequenter peccaminoſæ. † Primum
dico directe volitum, & hoc conſtituit ignorantiam
affectatam quæ conſiſtit in hoc, quod de aliqua re
dubito, ſed eam ſcire nolo, ne obliger. v. g.
dubito, an in hac hebdomada ſit aliquod per vigiliũ,
nolo ſcire, an ſit, ne tenear ieiunare, & de iſta
loquitur Gloſſa in cap. eos verbo affectata de
Temp. ordin. in 6. & cap. vlt. §. tu autem. verbo.
ſcienter de off. deleg. pariter in 6. quæ ignorantia
æquiparatur ſcientiæ, cap. quæſitum de pænit. &
remiſſ. illis verbis. Si illis procurantibus, aut
ſtudioſe negligentibus filij reperiuntur oppreſſi,
ab officio altaris debeant perpetuo abſtinere, vbi
manifeſte affectata ignorãtia ſcientiæ comparatur,
vtrique enim eadem pæna imponitur, ita Menoch.
de arbitr. lib. 2. Centur. 4. caſu 316. Maſcardus
86 de Prob. concl. 879. numer. 31. † Secundum
eſt indirecte volitum; Voco autem indirecte
volitum illud, quod, cum ignoretur, & debeat
ſciri, nulla adhibetur diligentia, vt ſciatur, &
ignorantia expellatur; & hoc conſtituit igno-
rantiam indirecte volitam, non directe volitam,
quia nolo ſcire, ne tenear, vt in ignorantia affe-
ctata; ſed indirecte, quia dum non efficio, quod
debeo, vt illam expellam, videor illam velle,
nec illam in ſe habet negligentiam, quam habet
affectata, quæ ex ſumma, & inſigni conſtituitur,
ex l. regula §. ſed facti, ff. de iur. & fact. ignor. illis
verbis. Sed facti ignorantia ita demum cuique
non nocet, ſi non ei ſumma negligentia obijciatur.
87 † Tertium volitum voco, cum aliqua quidem eſt
adhibita diligentia, vt tollatur ignorantia, &
ſciatur quod debet ſciri, ſed eſt adeo modica, vt
non ſufficiat ad ignorantiam expellendam, &
ſcientiam rei, quam ſcire tenetur quis, acquirendam
Quæ quidem non eſt directe volita, vt affectata,
quia illam non affectat, & illam non vult, vt pec-
cet, & ne obligetur. Neque eſt ſimpliciter indirecte
volita, quia aliquam adhibet diligentiam; eſt
tamen aliquo modo volita, quia non adhibet
ſufficientem, & deficit in eo, ad quod tenetur, licet
non in totum, ſaltem in partem, & ideo eſt aliquo
modo culpabilis. Quotieſcumq; ergo non eſt
adhibita ſufficiens diligentia ad ſciendum id quod
ſcire tenemur ſub mortali, Illa negligentia eſt
mortaliter peccaminoſa.

Quod autem dico de ignorantia, idem dico de
88 obliuione, & de inaduertentia. † Eſt autem igno-
rantia carentia ſcientiæ numquam habitæ; obliuio
pariter eſt carentia ſcientiæ rei alias ſcitæ. Inad-
uertentia eſt carentia ſcientiæ rei alias, & nunc
etiam ſcitæ, ſed ad quam actu non aduertitur,
exemplo res fit clara. Numquam ſciui, manus
violentas in clericum inijcere, eſſe peccatum cum
excommunicatione adnexa. iſta eſt ignorãtia. ſciui
aliquando adeſſe excommunicationem latam
contra percutientes clericum; ſed nunc ita neſcio,
vt poſita quacumq; diligentia non poſſim recor-
dari, iſta eſt obliuio. ſciui, & etiam ſcio nunc
adeſſe talem excommunicationem, ſed, dum actu
clericum percutio, non recordor, nec aduerto. iſta
eſt inaduertentia, quæ omnes tam inaduertentia,
quam obliuio, & ignorãtia ſunt culpabiles, quatenus
nos priuant ea ſcientia, quam tenemur habere, &
inculpabiles quatenus eam non tenemur habere.
89 Quando † autem dicemur priuati ea ſcientia, quam
tenemur habere, non conueniunt inter ſe doctores
Theologi. Nam Zumel. 1. 2. qu. 76. à 3. diſp. 2.
numer. 4. cum Valent. & alijs aſſerit, tunc nos
culpabiliter dici priuatos ea ſcientia, quã tenemur
habere, quando neſcimus aliquid, quod ſcire
tenemur, etiam ſi nunquam ſciuerimus, vel dubi-

tauerimus,

iauerimus, vel aduerterimus nos teneri illud scire v. g. Numquam sciui fornicationem esse peccatum, neque de hoc dubitaui, vel aduerti me teneri illum scire, etsi de hoc nunquam dubitanerim, vel ad id aduerterim, vel illud sciuerim, adhuc
90 volunt hoc esse peccatum, & probant. 1. † Ideo peccatur quia preceptum violatur, ideo enim pecco quia præceptum teneor seruare, & non seruo, vt verbi gr. teneor audire sacrum, & non audio, pecco, quia præceptum non seruo, ergo etiam peccabo nesciendo adesse præceptum de audiendo sacrum, quia illud nescio, sicuti enim violo præceptum audiendi sacrum non audiendo, ita violo præceptum sciendi adesse hoc præceptum cum
91 nescio, est enim vtrobiq; par ratio. 2. † Paria sunt quoad culpam scire, & scire debere, ita colligitur ex l. quod te mihi ff. de reb. credit. ibi. sed etiam si aliqua iusta causa sit, propter quam intelligere deberes; ergo sicuti qui scit adesse præceptum audiendi sacrum, & illud non audit, peccat, ita, & qui scire debet, & nescit peccabit. cap. si culpa de iniur. ibi. Nec Ignorãtia te excusat si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verosimiliter posse contigere,
92 vel iacturam. 3. † ex communi dicto quod ignorantia facti excusat, non vero ignorantia iuris. est ergo peccatum quod committitur, vel omittitur contra præceptum etiam ignoratum, sed vt verum fatear semper mihi visa est nimis dura ista opinio, & valde difficilis non enim intelligo quomodo illa ignorantia sit peccaminosa nisi sit voluntaria neq; voluntaria cum non sit cognita, & nihil possit esse volitum nisi cognitum, rursus neque est voluntaria in se neq; in causa non in se quia non cognita non in causa, quia nec directe, nec indirecte aliqua omittitur diligentia.

93 Dico † ergo, quod, vt ignorantia, obliuio, inaduertentia sint vincibilia, requiritur, quod præcedat aliqua suspicio, vel dubium, vel saltem, quod habeam aliquem motum ad suspicandum, quod illud, quod ago, sit peccatum, si enim nihil tale præcesserit, semper ignorantia dicetur inuincibilis, quomodo enim potest ignorantia depelli, si numquam talis ignorantiæ irrepsit suspicio, vel nullum de ea sit subortum dubium? vel aliquis motus animum pulsauerit, quod talis res sit peccaminosa: si ergo nihil tale præcessit, talis ignorantia semper est inuincibilis, quomodo enim possem depellere ignorantiam, si me tali ignorantia laborare numquam suspicatus sum? & quomodo possum teneri vitare actionem illam, vt peccaminosam, si numqnam vel leuiter dubitaui esse peccatum? Requiritur ergo vt saltem leuiter dubitauerim id esse peccatum, vel me ad illius obser-
94 uantiam teneri. † sed videtur ex hoc sequi nullam dari ignorantiam, & probatur. Quia ad hoc vt sit peccatum, vel debet sciri esse tale, vel saltem debet dubitari esse tale; ergo omne peccatum, vel erit ex scientia, vel ex dubio, non autem ex ignorantia. Respondeo. Peccatum non esse ex scientia non enim est scientia clara; sed quædam confusa. Ignorantia autem vincibilis non opponitur cognitioni confusæ, & dubiæ imo illam supponit: malitia enim ignorantiæ vincibilis in eo consistit, quod illam scientiam confusam, & dubitationem noluerit examinare. Sanchez in decalog. lib. 1. cap. 16. nu. 21. Salas, Vasquez, & alij apud Castrum Palaum tom. 1. tract. 2. disp. 1. dub. 14. Ad rationes in contrarium.

95 † Ad primum. Respondeo ideo pecco, quia non seruo præceptum, si sciam extare præceptum vel si aliquo modo dubitauerim, vel de hoc habuerim aliquam cognitionem confusam, & debitam non adhibui diligentiam, vt illam expellerem, quod si nihil tale præcessit violando præceptum non pecco; eodem modo si aliqua præcessit dubitatio, vel confusa cognitio, me teneri scire adesse præceptũ, & debitam non adhibui diligentiam, vt illud præceptum scirem peccaui omittendo, quod si nihil
96 tale præcessit, nullum etiam est peccatum. † Ad 2. concedo esse paria scire & debere scire; sed nego in casu nostro debere scire, ad hoc enim, vt teneatur scire debet præcessisse aliquod dubium, aliqua scientia confusa, vel aliqua aduertentia talis obli-
97 gationis. Ad 3. † Dico habere locum in foro fori, non in foro conscientiæ, quia illa dispositio nititur præsumptioni, quæ quoties verum non habet, non obligat in conscientia, posita autem promulgatione legis facile præsumitur eius scientia. Quod si verum haberet etiam in foro animæ quot confessarij quot animarum rectores damnarentur, cum fere omnes aliquid ignorent eorum, quæ scire tenentur, & quæ pertinent ad eorum statum. Certe quod multi religiosi damnarentur.

98 † Non esset tamen extra rem, aliquando meminisse huius sententiæ, vt illi confessarij animarum rectores, Religiosi, & alij qui nunquam, vel saltem satis raro libros aperiunt, vt studeant ijs rebus, quæ ad eorum statum & officium pertinent hæc intelligentes non semper stertenent ad meridiam nisi vellent haberi suæ salutis immemores. Sed pro nostra sententia facit Caput vt animarum de const. in 6. vbi admittitur ignorantia legum municipalium & communiter tradunt Doctores in cap. 1. de post. prælat. & Cap. fin. §. Alioqui, qui matr. accus. poss. & Glossa in Cap. nulli verbo verosimiliter de elect. in 6.

99 † Puto etiam dari ignorantiam inuincibilem cuiuscunq; iuris, humani, diuini, & etiam naturalis, si de illis nunquam venit in mentem aliqua confusa scientia, dubium, vel aduertentia, ita vt nullo modo aliqua cogitatio animũ subierit teneri illud scire, quia de omnibus est eodem ratio, quod videlicet, vt tenear inquirere, & scire, debeo prius dubitare me teneri scire, iuxta iam sæpius tradita, ex Azorio lib. 1. cap. 16. quæst. 5. Sanchez a loco citato Salas: 1. 2. tract. 3. disp. 8. sect. 4. & alij,
100 † quod si quæras, quæ diligentia sit necessario adhibenda, postquam est orta dubitatio, pro habenda scientia. Respondeo, quod de hoc non potest tradi certa regula, sed talis cognitio relinquitur iuditio prudentis viri; Non quidem debet necessario esse exquisitissima, sed certe talis, qualis, requiritur in inueniendis rebus caris, & quam quisq; putat esse adhibendam in rebus salutis. Hac autem adhibita diligentia, si veritas non potest haberi, ignorantia remanet inuincibiles, & excusat.
101 † Pro praxi confessariorum ad cognoscendum, an actio sit ex ignorantia vincibili, vel inuincibili, puto hoc valde expediens esse, petere à penitente an vnquam dubitauerit extare præcepta, vel illud se teneri scire, verbi gratia, quis confitetur se omisisse audire sacrum aliquo die festo, quia nesciuit esse festum, petet, an dubitauerit tali die festum diem agi, vel ab aliquo id audierit, se respondit se nesciuisse, nec dubitasse, nec audiuisse signum erit ignorantiæ inuincibilis, quod, si addat se ægre ferre nesciuisse, est etiam euidentius
102 signum. † Aduerte tamen, quod potest respondere, se non ægre ferre nesciuisse, imo de hoc gaudere, quia tunc non fuit obligatus coacte

factum

ſacrum audire, & tamen ex hoc non colligi, quod
ignorantia fuerit inuincibilis, quia non in iſta
complacentia conſiſtit, ſed in hoc, quod poſito
dubio debitam non adhibuerit diligentiam, ſi
tamen dolet neſciuiſſe, eſt euidentius ſignum,
ignorantiam fuiſſe inuincibilem poſito tamẽ quod
103 non dubitauerit. † An autem peccet gaudendo
ſe neſciſſe eſſe diem feſtum, quia non fuit obligatus
audire ſacrum; Dico conſiderandum eſſe finem,
quare gaudeat, & ſecundum illum eſſe iudicandum,
ſimpliciter autem, & ſecundum ſe iſte actus non eſt
peccaminoſus, quia gaudet de re quæ non fuit
peccaminoſa, quando enim omiſit ſacrum, non
peccauit, poteſt tamen ex alijs circunſtantijs eſſe
peccatum.

104 † Eodem modo, ſi dubitauit eſſe diem feſtum, & petijt ab ijs, qui ſcire poterant, & non intellexit, neq; erit ignorantia culpabilis, quia adhibuit debitam diligentiam, & ita in omnibus caſibus agendum.

105 An † autem detur ignorãtia inuincibilis eorum,
quæ pertinent ad proprium ſtatum, vt Religioſi,
vel ad officium vt Parochi, Confeſſarij, & iudicis,
& aliorum puto dari, vt dictum eſt, & conueniunt
Vaſquez 1.2. diſp. 123. cap. 2. Sanchez loco citato
num. 27. Azorius 1. part. lib. & Cap. citato ita
tamen, quod poteſt quidem dari ignorantia in-
uincibilis, ſed quod actu detur putant valde
difficile, putant enim vix fieri poſſe, quod aliquando
eorum mentem non ſubierit obligatio, qua tenen-
tur ſe ſcire id, quod ſpectat ad ſuum officium vel
ſtatum; poſita autem hac aduertentia, vel dubita-
tione, ſi non adhibeant debitam diligentiam
ſciendi, putant ignorantiam eſſe vincibilem. Quod
ſi verum eſt multum eſt, quod quiſq; dubitet de ſe
106 ipſo. † Quod etiam ego verum puto hoc modo
intellectum; nempe ſi aliquod dubium oriatur
generale, nempe multa quiſq; tenetur ſcire ratione
ſui ſtatus, & officij, & nullam adhibeat diligentiam,
vel ſaltem non ſufficientem ad illa ſcienda, tunc
puto eſſe ignorantiam vincibilem omnium, quæ
ſpectant ad ſuum ſtatum, & officium, & ſi agendo
tunc errat dico peccare in omnibus. Si vero poſito
hoc vniuerſali dubio aliquam adhibeat diligen-
tiam, quæ iuditio prudentis iudicetur ſufficiens,
licet non omnia poſtea ſciat, tunc dico illam
ignorantiam eſſe inuincibilem, & ſi agendo in
aliquo erat, puto non peccare. Si autem aliquod
oriatur dubium circa rem particularem, & dubitet
ſe neſcire aliquod particulare ad ſuum ſtatum vel
officium pertinens, eodem modo reſpondeo eſſe
ignorantiam inuincibilem, ſi debitum adhibuerit
diligentiam vt ſciat; vincibilem autem ſi illam
omiſerit optimum autem erit conſilium, ſi omnes
ſemper aliquid legant & audiant eorum quæ ad
officium & ſtatum ſpectant.

107 † Verum etiam monuerim, quod, licet ignorantia inuincibilis excuſet à peccato, non tamen actum inualidum reddit validum, v. g. aliquis ignorantia inuincibili legem tranſgreditur, non peccat, ſi tamen lex illa reſiſtat illi actui remanebit inualidus nec excuſat ignorantia, quia inualiditas actus eſt effectus qui ſemper producitur à lege ſiue ſcita, ſiue ignorata nec eſt pæna legis, ſed effectus qui neceſſario à lege producitur, ita Azorius lib. 5. c. 3. q. vlt. Sotus de iuſt. lib. 1. q. 1. c. vlt. Salas de leg. diſp. 12. ſect. 5. numer. 25. Panormit. Decius & alij apud Suarez de legib. lib. 3. cap. 17. num. 2. & Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 17. nu. 10. & alij.

108 † Sed video ſupereſſe difficultatem non leuem, quæ eſt, an vincibiliter aliquid ignorans peccet toties, quoties aliquid agit ex illa ignorantia, v. g. Petrus neſcit extare præceptum audiendi ſacrum diebus feſtis, aliquando dubitat de illo, attamen debitam non adhibet diligentiam vt hanc ignorantiam expellat, quare multo tempore nunquam diebus feſtis audit ſacrum, an peccat tantum illa vice, qua dubitauit, an vero peccet toties quoties non audit, licet actu de præcepto non dubitet, ſed illa tantum prima vice dubitauerit. De Ignorantia inuicibili puto certum non peccare, v. g. quis dubitauit extare præceptum audiendi ſacrum, debitam adhibet diligentiam, vt ſciat at neſcit, ſed remanet adhuc ignorantiam talis præcepti & ideò numquam audit ſacrum diebus feſtis, iſte certe non peccat, quia fecit id, ad quod tenebatur, & ſicut excuſatur à peccato in prima omiſſione ita debet excuſari in alijs difficultas eſt de ignorantia vincibili, quando videlicet poſito dubio præcepti debitam non adhibuit diligentiam ad veritatem habendam, an ſcilicet, ſicut peccat in prima omiſſione, quando dubitat, & negligit ſcire, ita etiam peccet in alijs omiſſionibus, licet nec dubitat, nec cogitet de præcepto, quia omittit ex eo, quod vincibiliter ignorat.

109 Dico operantem modo dicto peccare toties quoties operatur non autem eo tantum caſu, quo operatur cum aduertentia, & negligit, & probatur primo.

109 † Operans cum ignorantia conſequente ſemper peccat, patet ex ſupradictis; ſed iſte operatur ex ignorantia conſequente, quia ad ignorantiam acceſſit dubium, & ad dubium expellendum non adhibuit debitam diligentiam, ergo operans cum iſta ignorantia peccat. 2. Iſta ignorantia eſt cauſa omnium iſtorum actuum, qui ſi ſcirentur peccaminoſi, non fierent, ergo etiam iſti ſunt peccata, quia procedunt ex ignorantia conſequenti.

110 † Dices hoc eſſe verum de ignorantia conſequente, quando adeſt aduertentia, vel dubium, quia, quando nulla adeſt aduertentia, vel nullum dubium, non eſt ignorantia conſequens, ſed antecedens, quare licet ſit ignorantia conſequens in primo caſu, quia aduerto, & non adhibeo diligentiam, vel negligo, non idem eſt dicendum in ſecundo quia, cum non aduertam, erit ignorantia antecedens. Ad hoc reſpondetur ignorantiam antecedentem eſſe illam, quam nunquam vlla dubitatio, vel aduertentia præceſſit, quod ſi aliquando aliqua præceſſit, non amplius eſt antecedens ſed conſequens, de cuius ratione non eſt, quod actu dubitetur, ſed ſufficit, quod aliquando dubitatum ſit, & debita non adhibita diligentia, vt omnes actus ſubſequentes dicantur procedere ex conſequente ignorantia, non antecedente. Poſita enim aliquando tali ignorantia ſemper perſeuerat, & dum dubitans negligo adhibere debitam diligentiam, merito dicar velle omnes actus ex ea ſequentes. Cum ergo ſint ex ignorantia conſequente erunt peccata iudicanda; operam ex ignorantia antecedente non pecco, quia nunquam dubitari me teneri; at operando cum ignorantia conſequente, maxima eſt mea culpa, quia ex eo, quod dubitans ſcire neglexi nunc etiam neſcio, & ideo aperor, & ideo pecco Confirmatur 1. Ignorantia iſta eſt vin-
cibilis quia vinci potuit, ergo eſt culpabilis Confir-
111 maturi 2. † Quia ignorantia non cauſat poſitiue
influendo in effectum, ſed priuatiue remouendo
cognitionem, quæ ſi adeſſet actus non fieret; Cum

enim

enim ignorantia sit quædam priuatio, hac sola ratione causat non remouendo impediens D. Thom. 1.2. quæst. 76. artic. 1. Probatur 3. Actus iste licet hic, & nunc sit absque vllo dubio, & aduertentia, adhuc tamen est ex ignorantia, quæ potuit, & debebat expelli, ergo est culpabilis.

112 Dices saltem iste non peccabit hoc modo operando, si nesciat esse peccatum operari cum ignorantia consequente verbi gratia Titius nescit fornicationem esse peccatum, potuit tamen scire, & neglexit, fornicatur, sed nescit operando cum tali ignorantia esse peccatum, iste non peccat, & probo. Quia dubitans, an sit peccatum comedere carnes die veneris, & putans comedere cum hoc dubio

113 non esse peccatum, non peccat, quia † cum conscientia sit proxima bonitatis, & malitiæ humanorum actuum regula vt docet Sanchez lib. 1. cap. 9. num. 1. nemo peccare potest, quamdiu conscientia prudenter dictat id, quod agit, non esse peccatum, &, quod modo dicto comedens carnes non peccet docet Sanchez idem eodem lib. cap. 16. num. 18. ergo neq; putans sibi licere agere cum conscientia laborante ignorantia consequenti, peccabit Respondeo, quod si casus est possibilis, vera est etiam deductio. At Sanchez putat casum esse impossibilem.

114 † Rationem assignat, quia non possum habere cognitionem ignorantiæ consequentis, quin simul cognoscam illa, quæ ago cum tali ignorantia, esse peccata, de sui enim intrinseca ratione est, quod actio ex illa procedens sit cum aduertentia, quod tenear scire, & cum negligentia nesciendi, vt ergo consequentem ignorãtiam cognoscam debeo simul cognoscere, me teneri scire, & aduertere me esse negligentem in sciendo, quod semper trahit secum peccatum, si ponatur in actu. Non sic autem in dubio. Nam potest quis dubitare aliquid esse peccatum, & tamen putare agendo cum tali dubio, non esse peccatum, vt dubito esse peccatum manducare carnes die veneris, tamen puto licere comedere cum tali dubio, quod non potest esse in

115 ignorantia consequente ex dictis. † Si enim non aduerto me teneri scire, non est amplius ignorantia

116 consequens, sed antecedens. † Imo potest esse, quod causa ignorantiæ sit peccatum mortale, & tamen ipsa ignorantia vacet omni culpa, quando videlicet talis ignorantia nullam habet per se connexionem cum tali culpa, quoad obligationem sciendi, sed per accidens id contingit, idest quando obligatio vitandæ illius culpæ non procedit ex obligatione sciendi tale præceptum. Eo enim casu, quamuis causa ignorantiæ sit culpabilis, non erit tamen culpabilis ignorantia, verbi gratia. Quis omittit audire sacrum die Dominico, qua omissione peccat mortaliter, Parochus eadem die inter sacri solemnia promulgat populo in illa hebdomada incidere peruigilium cuiusdam sancti, quia ille, qui sacrum omittit, nescit incidere illud peruigilium, peccat non audiendo sacrum, non peccat tamen nesciendo, quia obligatio audiendi sacrum nullam, nec partialem, nec totalem habet connexionem cum tali culpa. Imo licet obligatio vitandæ illius culpæ esset, ex obligatione sciendi præcepti, adhuc staret, vt ignorantia ex illa culpa procedens esset inuincibilis, quando scilicet illam culpam admittens nullatenus aduertit ad obligationem sciendi præcepti, nec aliqua occurrit dubitatio obligationis sciendi, vt sic diligentiam adhibeat, ita Sanchez loc. cit. num. 31.

117 Limitat tamen Vasquez principalem conclusionem nempe, quod operans cum ignorantia consequente peccet toties quoties operatur cum illa etiamsi actu non aduertat ad ea tantum, quæ sunt præuisa, verbi gratia laborat quis ignorantia inuincibili præcepti de audiendo sacro, dubitet extare, & nullam adhibet diligentiam, & omittit sacrum cum tali ignorantia vult Vasquez 1.2. quæst. 76. artic. 3. disp. 127. cap. 3. quod si præuideat alia sacra se esse omissurum, tunc peccet semper omittendo, quod si non præuideat vult etiam non peccare, Sanchez non admittit sed vult semper peccare quia censetur implicite, etiam non actu præuisa,

118 velle. † Redeundo nunc ad propositam difficultatem rursus maneo Confessarium in hoc, & similibus casibus, vt prudenter agat maxima enim cautela tractandi sunt, vt possit veritatem expiscari, & pœnitentem non constituere in mala fide debeat enim in his difficultatibus omnino cauere à verbis, quæ dubium possunt gignere, quia posito dubio veritas est aperienda dato quocunque scandalo, quod tamen vitare tenetur, dum pœnitens in bona fide existit, & cogitet quot mala ex imprudentia possent oriri. Aliquam ergo aliam causam simulet cum pœnitente, vt, verbi gratia quod de aliqua alia re velit cogitare ad Confessionem spectante, vt in proposito casu. Nihil dicat de statu, in quo est mulier, sed asserat se velle studere, quomodo sit agendum cum filijs adulterinis, posito quod de istis sit in mala fide, vt est in casu nostro deinde eo secreto, quo debet vel consulat doctissimos, vel se ipso à libris, si valet, necessitatem, & praxim eruat, curet, vt pœnitens prompto animo sit ad illa exequenda, quæ illi fuerint iniuncta non descendendo tamen ad particularia, sed ad generalia tantum

119 respiciendo. † Non enim est iniungenda obligatio, vbi de obligatione clare non constat, & sciat Confessarius, dum alienæ saluti inuigilat, si suo officio, vt debet non fungitur, posse sibi inde damnationem comparare, nullus dies sine lectione deberet præterire, ob varietatem accidentium, quæ in dies in confessionibus audiendis occurrere cognoscunt Confessarij. In menstruis etiam congregationibus hoc maxime agere deberent, vt non solum quæ ad speculatiuam pertinere videntur, proponant, sed & hoc maxime ad praxim deducere quæ speculatiue deciduntur, Confessarius enim non minus indiget prudentia in praxi, quam intellectus acumine in speculatione. Prudentiam ergo, & doctrinam studeat habere, quæ maxime ex continua exercitatione acquiruntur.

120 Respondendo † directe toti difficultati. Dico primum confessarium cognita mente mulieris, & difficultate remedij non prudenter egisse aperiendo statum, in quo reperiebatur; sed debuisset explorare magna cautela, an esset in bona, vel in mala, vel dubia fide, & deinde statuere secundum supratradicta. Secundus confessarius si mulierem ex dictis à primo confessario reperit non amplius in bona, sed in dubia vel mala fide, male egit ita loquendo, si verò adhuc perseuerantem in bona, optime. Prudenter autem egit tertius Confessarius, qui mulieri eo modo respondit quo traditum est respondendum.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur legatum in quodam testamento.*
2 *Quæ sint decidenda pro intelligentia propositi legati explicandi.*
3 *Quæ dos vnicuique puellæ sit danda & sub distinctione*

ctione respondetur.

4 *In hoc legato quod est annuum est expendendum in maritandis puellis quidquid colligitur ex bonis legatis à legante ad hunc effectum.*

5 *Ad secundum dubium quid nomine orphanarum intelligatur, refertur sententia Menochij & Laræ.*

6 *Non eodem modo sumitur nomen orphanarum in legato pro dote, & in dispositionibus priuilegiorum quibus gaudent orphanæ vel orphani.*

7 *In Legato veniunt non solum orphanæ vtroque parente orbatæ sed etiam illæ quæ vno tantum parente sunt orbatæ imò etiam illæ quæ licet parentes habent, sunt tamen inutiles.*

8 *Mens testatoris colligitur ex annexis, & consequentibus.*

9 *Qui ordo sit seruandus in distributione istius legati si reperiantur orphanæ vere, & stricte dictæ orphanæ, & non stricte dictæ.*

10 *In non expressis censetur testator voluisse quod prudens vir in illo casu sentiret.*

11 *Testator præsumitur prudens, & ideò etiam prudenter disposuisse.*

12 *Dispositio testatoris est ita exponenda vt à sapiente non possit reprehendi.*

13 *Arbitrio, & opinione viuentium plerumque colligimus desideria mortuorum.*

14 *Volnntas testatoris colligitur vel quia ita ipse disposuit, & ita sensit, vel quia si interrogatus fuisset ita respondisset, vel quia si cogitasset ita disposuisset.*

15 *Mens testatoris si non potest seruari vt voluit debet seruari eo modo quo potest.*

16 *Mens testatoris vt seruetur verba etiam sunt impropriand a.*

17 *Legatum dandum prius vere orphanis.*

18 *Voluntas testatoris est seruanda si fieri potest secundum proprietatem verborum.*

19 *Legata facta ad vnum vsum non sunt transferenda in alium etiam magis pium.*

20 *Quæ sunt tradita à testatore sunt seruanda in specifica forma.*

21 *Quid agendum in hoc legato si adsint aliquæ orphanæ vere orphanæ sed non sint pauperiores & reperiantur aliæ orphanæ quidem sed non stricto modo attamen pauperiores? resoluitur ibi, vt videtur de iure.*

22 *Exponitur iuditium auctoris exposcentis arbitrium prudentis viri.*

23 *Licet recedere à forma præscripta in Legatis & testamentis dummodo non recedamus a mente testatoris.*

24 *Quid intelligatur per illa verba ex pauperioribus, & quæritur qui veniant sub nomine pauperum.*

25 *Non conueniunt Doctores quis dicatur pauper.*

26 *Arbitrio prudentis committitur decisio.*

27 *Menochius asserit nobilem qui habet mille dici pauperem Villicum qui habet tantum centum dici diuitem.*

28 *Mascardus vult paupertatem ex qualitate personarum esse iudicandam ideò illum esse pauperem, qui non habet, vnde viuat secundum suum statum, gradum, qualitatem, & dignitatem.*

29 *Qui non habet bona, sed habet artem ex qua sustentari possit non dicitur pauper.*

30 *Qui non habet artem nec bona si habeat aliquos qui illum teneantur sustentare non dicitur pauper.*

31 *Puella licet habeat artem ex qua sustentetur adhuc dicitur pauper ad effectum consequendi legatum pro maritandis puellis pauperibus.*

32 *Spetialiter dicendum in casu nostro, non enim sufficit puellas esse pauperes.*

33 *Quid sit intelligendum per illa verba Ipsius Oppidi, proponitur quædam consideratio.*

34 *Intelliguntur, quæ ita dicuntur secundum consuetudinem.*

35 *Verba intelliguntur in vltimis voluntatibus vt in loco.*

36 *Ille sensus est admittendus quem homines formant auditis illis verbis in illo loco.*

37 *Dicuntur de oppido statim ac incipiunt ibi habitare animo amplius non discedendi.*

38 *Animus discedendi probatur dicto inhabitantis.*

39 *Si dictum sit suspectum ille censetur illius loci in quo habitat assidue.*

40 *Habitare assidue quis dicatur relinquitur iudicare arbitrio prudentis viri.*

41 *Aliquem habere animum assidue habitandi probat translatio bonorum vel saltem maioris partis.*

42 *Pronomen ipsius aliquando importat relationem & repetitionem antedictorum, cum suis qualitatibus.*

43 *In casu nostro stat demonstratiue, & exclusiue demonstrat talem locum alios excludendo.*

44 *Legatum factum pauperibus & si aliud non addatur intelligitur factum pauperibus loci testatoris.*

45 *Legata in beneficium pauperum sunt in honorem Dei, & decorem patriæ præter vtilitatem pauperum.*

Legatum pro maritandis puellis orphanis ex pauperioribus oppidi N.

L V I I.

1 IN † testamento domini Petri Quaresniæ hæc reperitur clausula videlicet. Non extantibus verò aliquibus proximioribus, ex agnatione masculis, dicti testatoris, tunc & eo casu dictus testator voluit, & vult, quod ex redditibus, & introitibus, ex bonis, ex sua hæreditate percipiendis maritari debeant tot puellæ orphanæ, ex pauperioribus ipsius Oppidi N., quæ tamen sint, & esse debeant probæ personæ, bonæ vocis, conditionis, & famæ.
2 Pro qua elucidanda proponuntur † soluenda, quæ sequuntur I. Cum testator quantitatem dotis non determinet, quæ cuique puellæ danda sit. 2. Quæ intelligantur nomine orphanarum. 3. Quæ intelligantur nomine ex pauperioribus. 4. Quæ dicantur pauperiores ipsius oppidi N.
3 † Ad Primum ergo. Quæ scilicet dos vnicuique puellæ sit constituenda. Dico, quod si legatum esset factum, vt maritarentur tres, quatuor, aut plures, vel pauciores puellæ, & non esset additum; quod in ijs maritandi expenderetur quidquid colligitur ex bonis &c. eo casu non esset assignanda maior dos, quam quæ sufficeret ad subleuandam paupertatem. Bald. in reg. l. 1. nu. 31. de Sacros. Eccles. quod etiam repetit. cons. 162. nu. 2. volu.
4 5. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 5. num. 5. † In hoc autem legato, quod est annuum, idest in quo imponitur, quod expendatur quidquid colligitur ex bonis &c. dicendum est, quod siue multæ, siue paucæ sint puellæ maritandæ, inter illas est distribuendum, quod colligitur; Quia hæc est mens testatoris, quæ omnino seruanda est, si tamen duæ tantum, vel tres essent orphanæ eo modo agendum

esset,

esset, vt in solutione sequentis quæsiti tradam.
5 Ad secundum; † quid nomine orphanarum intel-
ligatur. De hac materia agitur in l. 1. C. quando,
imperator inter pupill. & vid. & ibi Doctores. Me-
nochius alios referens de Arbit. cas. 66. num. 4.
asserit nomine orphanorum intelligi pupillos vtro-
que parente orbatos. Lara autem de Anniuers.
lib. 1. cap. 21. dicit intelligi non solum pupillos
vtroque parente orbatos, sed etiam eos, qui habent
6 parentes, sed pauperes, & inutiles. † Scias tamen
aliter esse dicendum de orphanis, vt gaudeant
priuilegijs in iure concessis, aliud, vt admittantur
ad legata, & præcipue ad legatum pro maritandis
puellis, in quo, vt de se patet, non requiritur,
quod puella, cui dos est danda, sit pupilla, sed quod
sit adulta, & apta Matrimonio.
7 † Ad effectum igitur consequendi legata puto
nomine orphanarum non solum venire puellas
vtroque parente orbatas, sed etiam illas, quæ vno
tantum sunt orbatæ, imò etiam illas, quæ licet pa-
rentes habeant, sunt tamen inutiles, & in casu
nostro, puto verum, quia testator non solum inten-
dit succurrere orphanis, sed etiam pauperibus.
8 † Mens autem testatoris colligitur ex annexis, &
sequentibus l. Proculus ff. de vsuf. Socin. iun. cons.
181. num. 45. volu. 1. & cons. 136. nu. 24. volu. 3.
Mantica de coniect. lib. 3. tit. 5. num. 6. & lib. 12.
tit. 1. num. 20. & l. Sed Iulianus §. proinde ff. ad
9 macedo. & l. Cum quis de not. lib. † Hoc tamen
ordine, vt tradatur dos illis puellis, quæ vere sunt
orphanæ, idest vtroque parente orbatæ, & si multæ
sint ex istis, tradatur pauperioribus, si verò paucæ
sunt, & dotes non solum sint ad subleuandam
paupertatem, sed excedant, admittentur etiam
illæ, quæ vno tantum parente sunt orbatæ, quod si
adhuc supersint redditus, admittentur etiam illæ
quæ habent parentes, sed inutiles. Ratio autem
huius est, quia testator legans pauperibus censetur
legare ad subleuandam, non ad ditandam pauper-
tatem, vt dictum est, huic intentioni satisfactum
est, si congrua dos, & paupertati conueniens (quod
vir prudens iudicabit) fuerit assignata, & colligi-
10 tur etiam, quod hæc sit mens testatoris, † quia in
ijs, quæ testatores non expresserunt, censentur
voluisse, quod prudens vir sentiret l. Lucius 2. in
fin. ff. de hæred. instit. quam ad hoc propositum
adducit Bald. cons. 40. num. 1. vers. item in Matr.
vol. 3. & per quam idem Bald. in l. penult. num. 2.
11 de Impub. & alim. sub. dixit, quod † omnis testa-
tor præsumitur prudens, & ideò tanquam à pru-
12 denti viro dispositio facta debet intelligi; † & ita
est interpretanda, vt à sapiente non possit repre-
hendi l. Saluius Arist. de leg. præst. Socin. iun. cons.
75. num. 20. volu. 3., & cons. 122. & 23. & 25.
13 eodem volu. † vnde etiam arbitrio, & opinione
viuentium plerunque colligimus desideria morien-
tium l. Quoniam de nat. lib. quam singularem dicit
Calcaneus cons. 8. num. 41. & cons. 48. num. 16.
& quam adducit Franciscus de capitelistæ inter
cons. Calcan. cons. 105. num. 12. & Cra. cons. 98.
14 in fine. † Præterea voluntatem testatoris duplici-
ter interpretamur, vel quia ita senserit l. Si Seruus
plurium §. vlt. & l. licet imperator, de lega. 1. &
alijs iuribus vulgatis; vel, quia, si interrogatus
fuisset, ita, respondisset vel, si cogitasset, ita dispo-
suisset l. penult. ff. de iur. Cod. & l. vlt. ff. de hæred.
instit. & l. Titius §. Lucius Titius de lib. &
Posthum. & l. item hoc iure De vulg. & pupil. subst.
& ita declarat Socin. iun. l. 1. nu. 38. vers. 9. lim.
ibi, sed pro concordia eodem tit. Mantica de
coniect. lib. 3. tit. 3. nu. 6. & 7. Cum ergo quilibet
prudens iudicare debeat, quod non maior dos sit
danda pauperi, quam ad subleuandam paupertatē,
vt iam dictum est, ita etiam sensisse testatorem no-
strum dicendum est. Quod, si redditus supersint,
erunt dandi in dotem eodem modo alijs orphanis
pauperioribus oppidi; licet vere non dicantur or-
15 phanæ, † quia mens testatoris si non potest serua-
ri eo modo, quo vult debet seruari eo modo, quo
16 potest, † ideò, vt seruetur, verba etiam sunt
impropriianda, vt colligitur ex cit. l. Proculus &
testatur Socinus & alij apud Manticam loco cit.
17 lib. 3. tit. 5. num. 6. † Remanet ergo, quod dos
prius sit danda illis puellis, quæ vere sunt orphanæ,
18 idest vtroque parente orbatæ, quia † voluntas
testatoris, quotiescunque fieri potest, est seruanda,
19 secundum proprietatem verborum, ita vt † legata
facta ad vnum vsum non possint transferri ad
alium, licet magis pium Nata cons. 7. vbi hoc late
20 probat, & quia ea, † quæ sunt tradita à testatore
sunt seruanda in specifica forma, vt scripsit Lappus
Allegat. 86. Non sunt autem insumendi omnes
redditus in dotanda vna, vel duabus filiabus; sed
tantum est insumendum, quantum iuditio pru-
dentis viri satis sit ad subleuandam paupertatem,
& quantum competit statui puellæ, quia hoc præsu-
mitur voluisse testatorem, & quod superest, est
expendendum in maritandis alijs orphanis ex pau-
perioribus, licet vere non dicantur orphanæ, quia
vt voluntas testatoris impleatur verba etiam sunt
impropriianda.
21 † Sed quid dicendum, si reperiantur aliquæ vere
orphanæ, idest vtroque parente orbatæ, sed non
sint pauperiores, quam orphanæ non propriæ dictæ,
sed istæ sint pauperiores, quid in hoc casu agendum;
dos erit ne danda veris orphanis, sed non pauperio-
ribus, an verò interpretatiue orphanis, sed paupe-
rioribus. Respondeo de rigore iuris esse dandam
dotem veris orphanis, quia illud pauperioribus
determinatur ab orphanis, &, cum verba, si fieri
potest sint accipienda in propria significatione,
vnde illud detur orphanis ex pauperioribus, intel-
ligitur pauperioribus alijs veris orphanis, quod,
si duæ tantum, vel tres sint veræ orphanæ, & sint
pauperes, adhuc illis est dandum, quia verba legati
in rigore de illis verificantur, sunt enim pauperio-
res orphanæ illius oppidi intellecto nomine orpha-
narum in propria significatione, & fortasse hæc
etiam est mens testatoris, quia intendit, non solum
subleuare paupertatem, sed etiam consulere
accidentibus, quæ solent pati puellæ vtroque
parente orbatæ. Attamen, qui ex mente testatoris
assereret deberi pauperioribus, non careret ratio-
ne, quia antecedens (orphanæ) posset dici deter-
minari à consequente (pauperioribus) & potest
esse coniectura non leuis, quod intendit subleuare
22 magis paupertatem. † Ego in hoc casu exposcerem
iuditium prudentis viri, qui considerata pauper-
tate, & periculis, & alijs similibus circunstantijs,
decerneret, quod melius in domino videretur, &
23 quod sensisse iudicaret testatorem, † quia licet
recedere à forma præscripta dummodo non rece-
damus à mente. Bald. in l. Vnum ex familia §. Si
duos ff. de leg. 2. Boerius decis. 204. num. 32.
24 Ad Tertium, † quid sit intelligendum, dum
dicitur. Ex pauperioribus Oppidi. Sciendum
prius est, quæ sit pauper, vt possit cognosci, quæ sit
25 pauperior. † In assignando, quis intelligatur
nomine pauperis, non conueniunt Doctores.
26 † Mihi placet, quod hoc iudicare sit remittendum

iuditio prudentis viri, qui ex personarum, & rerum qualitate decernet, quis dicendus sit pauper Bart. in l. Si constante num. 14. Alex. ibidem num. 13. Iason num. 144. Ripa numer. 20. ff. solut. Matr. Couar. Varia. lib. 2. capit. 6. numer. 8. & quam plures alij quos refert, & sequitur Menochius de Arbitr. cas. 65. num. 7. qui etiam num. 8. subdit,
27 † nobilem etiam, qui habeat mille in bonis, dici pauperem, & villicum, qui habeat tantum centum, dici diuitem; & Mascard. de prob. conclus. 1159.
28 num. 13. asserit † illum esse pauperem, qui non habet, vnde viuat secundum suum statum, gradum, qualitatem, & dignitatem, vult enim paupertatem ex qualitate personarum esse iudicandam numer.
29 14. † Qui non habet bona, sed habet artem, ex qua sustentetur secundum Glossam in l. Si quis argumentum, in verbo donauerit C. de donat. Crottum in l. Si constante num. 17. ff. solut. Matr.
30 & Calcan. cons. 8. non dicitur pauper; † Imò etiamsi non habeat artem, neque bona, sed habeat aliquos, qui teneantur alimenta ministrare. Imola in cap. Episcopus colu. 2. & ibi Decius in 3. not. de
31 Præbend. † Puellæ tamen licet habeant, vnde viuant ex suo exercitio, & arte, nisi tamen habeant, vnde dotentur, dicuntur pauperes ad consequendum legatum pro maritandis pauperibus, Bart. per tex. cum Gloss. in l. Paupertas ff. de Excusat. tuto. quem sequitur Iason in l. Si constante num. 151. ff. solut. Matr. & tenet Mascard. de Prob. conclus. 1159. num. 37. & 38. & Menochius de arbitr. cit. cas. 65.

32 † Ad casum nostrum: non sufficit quod puellæ, vt possint gaudere hoc legato, sint pauperes, sed debent esse ex pauperioribus oppidi, ita vt non sit liberum ex orphanis pauperibus eligere, quas magis libuerit. Sed ex orphanis debent eligi pauperiores.

33 Ad Quartum. † Quid sit intelligendum per illa verba. Ex pauperioribus ipsius oppidi N. Dico esse maxime considerandam dispositionem verborum. Non enim dicit testator esse maritandas tot puellas oppidi N. orphanas, & pauperiores, sed postponit, & ait esse maritandas tot puellas orphanas ex pauperioribus ipsius oppidi. Aliud enim est esse puellas alicuius oppidi & aliud esse pauperes eiusdem oppidi. Primum enim denotat originem, natiuitatem, vel incolatum cum animo permanendi. Secundum autem tantum habitationem, ita ponderauit quidam subtilis rerum indagator. Sed quidquid sit de hac speculatione.

34 Dico † per ista verba esse intelligendas illas orphanas pauperiores terræ illius, quæ communiter ibi intelliguntur, dum dicitur. Sunt Pauperes huius oppidi; secundum consuetudinem loci ergo
35 erit facienda interpretatio, † quia verba in vltimis voluntatibus intelliguntur eo modo, quo communiter sumuntur l. Librorum §. Quod tamen Cassius de leg. 3. & alijs iuribus & Doctoribus quos refert & sequitur Mantic. de coniect. lib. 3.
36 tit. 8. num. 1. & 10. † & ille sensus est admittendus, quem homines formant communiter, dum audiunt illa verba, idem ibidem numer. 4. Quod si communiter intelligantur illæ, quæ dicuntur de illo
37 oppido: † & quæras, quæ de oppido dicantur Sanchez de Matr. lib. 3. disp. 23. hanc ponit conclusionem, & late firmat, quod quoties; quis incipit habitare in aliquo loco animo non amplius discedendi, ibi acquirit domicilium & incipit esse illius loci; idem asserit Menochius de Arbitr. lib.
38 2. casu. 86. † quod si quæras, Quomodo possit cognosci nolle talem hominem qui incipio habitare, amplius discedere, cum non possit cognosci, quia est actus dependens ab interna voluntate. Glossa notabilis §. sed istæ & ibi Iason numer. 54. Inst. de act. & late ripa l. Admonendi num. 122. de iure iur. & alij, quos refert Menochius vbi supra
39 num. 6. tradunt illius dicto esse credendum; † Si verò animus dicentis non potest percipi, vel eius dictum rationabiliter habetur suspectum; Illius
40 loci censebitur, in quo habitat assidue; † quid autem sit assidue in aliquo loco habitare, multi multa dicunt, Menochius asserit, quod & ego probo relinqui hoc determinandum iuditio prudentis viri. Abbas cap. vlt. num. 8. de Paroch. Maria. Socin. cap. vlt. colu. 9. vers. Sed in hac dubitate, de foro compet. Felinus in cap. dilectus el 2. numer. 12. vers. Primus casus de rescript.
41 † Coniectura tamen vehemens est, si quis in illum locum, quam cepit colere, transtulit maiorem partem suorum bonorum, Menochius ibidem nu. 18. & quando totam familiam ibi conduxit. Alciatus l. detestatio §. vnius ff. de verb. signif. Vide plura apud eundem, Menochium & apud Gaill. lib. 2. obser. 35. num. 36.

42 Sed dices, † quid importat illius pronomen, ipsius, non enim simpliciter dicitur oppidi, N. sed ipsius oppidi N. Respondeo, quod hoc pronomen est de sua natura relatiuum, & habet relationem ad præcedentia, & operatur repetitionem antedictorum, cum suis qualitatibus vt L. pluribus in princ. ff. de verb. obligat. Decius cons. 71. col. 2. Ruinus cons. 161. num. 9. volu. 2. Bald. cons. 304. num. 2. lib. 4. Paris. cons. 95. num. 14. volu.
43 2. & alij. † Sed quia in casu nostro nihil ante dictum est de isto oppido, dicendum quod stat demonstratiue, & sit positum ad demonstrandum locum expressum Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. Gloss. 6. num. 25. Menochius cons. 152. num. 4. & stat exclusiue cuiuslibet alterius loci Rota apud Seraphinum. decis. 552. num. 1. & 1049. nu. 3. & 18. Hoc ergo importat, quod dos detur puellis orphanis oppidi N. non alterius loci & explicat
44 quod tacite inest. † Nam quando aliquid legatur pauperibus, & si aliud non addatur intelligitur tamen legatum esse factum pauperibus loci legantis, cui præsumitur habuisse maiorem affectionem, l. Si quis ad declinandam §. vbi autem & l. Nulli §. Si autem persona de Episcopis, & Cleric. & l. Quæ conditio §. vlt. de condit. & demonstr. Gloss. singularis in cap. Si pater verbo Pauperes de test.
45 in 6. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 5. num. 2. † & legata in beneficium pauperum non solum videntur legata in honorem Dei, sed etiam ad decorem patriæ, vel loci domicilij l. Si quid, & l. Ciuitatibus & vtrobique. Bart. de leg. 1. Mantica vbi supra num. 1. & ita est faciendum in hoc legato.

SVMMARIVM.

1 *Clausula legati proponitur.*
2 *Pro intelligentia quot & quæ sint videnda.*
3 *An exequutor testamenti qui debet pauperibus distribuere satisfaciat dando vni.*
4 *Numerus pluralis aliquando resoluitur in singulare si sit eadem ratio in vno quæ est in pluribus, probatur textibus.*
5 *Sententia Manticæ negantis satisfacere.*
6 *Sententia Alexandri veritatem ex coniecturis eruentis, cui tamen respondet Mantica.*
7 *Maior est pietas & charitas quæ pluribus prodest quam*

quam qua vni tantum.

8 *Ex legatis nemini debet plus concedi quam quo inopia sublevetur.*

9 *Verbum distribuere verificatur de pluribus.*

10 *Facto legato particulari personæ eadem persona, est capax etiam generalis si habeat requisita à testatore.*

11 *Refertur sententia Menochij de hoc legato. Eleemosina est danda non vt pauper diues efficiatur, ne sit occasio negligentiæ & inertiæ, S. Thomas ita dixit.*

12 *Cui sententiæ in hoc facto adhærendum sit & examinatur tenor legati.*

13 *Distributio in certo casu relinquitur arbitrio prudentis viri.*

14 *Distributio legati pertinet ad exequtorem.*

15 *Si nulli dati sunt exequtores à testatore exequitur Episcopus testatoris.*

16 *Episcopus debet in exequtione vti arbitrio regulato sicut & cæteri exequtores.*

17 *Legatum pro pauperibus est dandum prius pauperibus loci, quam exteris.*

18 *In distributione inter pauperes fœminæ præferuntur masculis; Inter fœminas, quæ in claustris degunt, vel in hospitalibus.*

19 *Testator præsumitur voluisse prouidere in casu magis periculoso paupertas monialium est periculosior.*

Ex istis mulieribus in hospitali in Monasterio in carcere detentis sunt eligendæ pauperiores. Si masculi sint magis inopes eodem ordine mares sunt anteferendi fœminis. Data inopia sunt anteferendi pauperes de familia testatoris.

20 *Charitatis ordo incipit à se, & à suis.*

Non existentibus de familia testatoris data paritate indigentiæ poterunt eligere exequtores pauperes de suis familijs.

21 *Magis subueniendum est coniunctis quam alijs quod tamen magna cautela agendum est.*

22 *An exequtores si vere sint pauperes possint pro se aliquid recipere distinguit Menochius ego puto simpliciter posse.*

23 *Dando pauperi non verò sed putato an sit satisfactum cum arbitrio exequtoris electio committitur.*

24 *In legato vnum est certum nempe quod detur pauperibus, electio libera.*

25 *Quid sit arbitrium, & quid significet.*

26 *Quotuplex sit arbitrium.*

27 *Arbitrium plenum est quadruplex.*

28 *Quando censeatur datum plenum arbitrium.*

29 *Pauperes electa hoc modo non dicuntur habere ius ab hærede vel ab exequtore; sed à testatore.*

30 *Quid sit committi arbitrio iudicis.*

31 *Etiam hoc arbitrium regulatur à iure.*

32 *Dat tamen aliquam facultatē relaxandi aliquid de rigore iuris.*

33 *Operatur vt reiecto extremo seruetur æquitas.*

34 *Quid importet arbitrium rotæ, remissiue.*

35 *Resoluitur eligentem non pauperem non satisfacere menti legantis neque debito suo.*

36 *Acta contra mentem testatoris & contra formam traditam sunt nulla.*

37 *Summus Pontifex sine causa nihil potest in vltimis voluntatibus.*

38 *Voluntas & dispositio testatoris est lex.*

39 *Ad paria iudicantur voluntas testatoris & lex.*

40 *Non potest mutari sine assensu condentis legatum.*

41 *Mens testatoris est forma seruanda & dicitur forma sicuti sententia & legis dispositio.*

42 *Quidquid agitur non seruata forma est nullum ipso iure.*

43 *De forma dicuntur omnia quæ traduntur seruanda à testatore.*

44 *Quod dicendum in legatis non commissis arbitrio exequtoris, an idem sit dicendum in casu nostro.*

45 *An negligentia exequtoris sit culpabilis.*

46 *Dictum notabile ad propositum nostrum Andreæ Gaill.*

47 *Dictum Angeli Theologi ad idem.*

48 *Cum exequtor non adhibuerit vel saltem mediocrem diligentiam in exequendo ad quam tenebatur videtur culpæ reus.*

49 *An teneatur iterum ex proprijs legatum distribuere.*

50 *Hoc legatum potest & debet reuocari ab Episcopo.*

51 *De qua culpa teneatur exequtor.*

52 *Negligentia in proprio facto culpabilis in alieno est vituperabilis.*

53 *Resolutio totius propositi quæsiti.*

Eleemosina pluribus Legata vni tribuitur.

LVIII.

1 Nicolaus de N. inter alia, quæ in suo vltimo testamento disposuit, hoc etiam condidit Legatum; videlicet. Insuper volo, quod dicti mei hæredes tantum capitalis deponat in Monte N. vt ex illo mille libræ singulis annis percipiantur, quas volo in pauperes distribui à Magnifico Domino Andrea N. Meo amicissimo, arbitrio suo. Hoc anno 1638. Dominus Andreas dedit omnes mille libras vni tantum Antonio, quem putabat pauperem, qui tamen vere pauper non erat, quod facile cognouisset, si etiam mediocrem tantum diligentiam adhibuisset. Nunc quærit, an oneri suo satisfecerit taliter distribuendo; & Primò An men-
2 ti † testatoris satisfecerit dando totum legatum vni soli. Secundò An dando putato pauperi, qui tamen pauper non erat. Tertiò An sit culpabilis eius negligentia; qua vel mediocrem saltem diligentiam non adhibuit, vt cognosceret, an vere esset pauper.

3 † Ad Primum videtur dicendum satisfecisse, & probatur. Primò quia dispositio legantis est, quod mille dentur pauperibus à Domino Andrea arbitrio suo; suum arbitrium fuit dare mille vni tan-
4 tum; ergo videtur satisfecisse. † Secundò Numerus pluralis aliquando resoluitur in singulare, si sit eadem ratio in vno, ac in pluribus l. falsa §. Quid ergo ff. de condit. & demonstr. Vbi legato sticho, & Pamphilo, si mei erunt, vno alienato alter pertinebit ad legatarium & l. ait prætor in princ. ff. de neg. gest. vbi verbum negotia exponitur, siue vnum, siue plura sint & l. Cum vxori C. quando dies leg. vbi legato vsufructu, & proprietate, cum liberos habuerit, verificatur, etiam vno tantum nato; eodem modo conditio, si sine liberis decesserit, deficit vno tantum relicto l. Non est sine liberis ff. de verb. signif. l. Pater seucrinam §. ita fideicommisso ff. de condit. & demonstr. l. Hæredes mei §. Cum ita ff. ad Trebell. l. iubemus §. Sin autem C. eodem Hieron. Gabriel lib. 1. concl. 17. num. 39. & 40. Menochius cons. 724. num. 30. Pereg. cons. 35. lib. 3. & de fidei commis. à 38. nu. 37. Fusarius alios referens de subst. quæst. 401. à num. 1.

Mantica de coniectu. vlt. volu. lib. 8. tit. 5. nu.
5 18. † asserit dantem huiusmodi legatum vni soli

non

non satisfacere; sed pluribus esse distribuendum,&
adduci, pro se Bart. in l. 1. de opt. leg. Bald. in
repet. leg. 1. num. 31. de Sacros. Eccles. Iason. in
l. Gallus §. quid si is. num. 12. de lib. & posth.
6 Castrens. cons. 97. numer. 3. volu 1. & † quia
Alexander in cons. 109. num. 7. volu. 1. dixerat
hoc esse intelligendum, quando ex coniecturis ap-
paret, quod testator verosimiliter noluit vnum
tantum posse eligi; at quando hoc ex coniecturis
non apparet; posse vnum tantum eligi; respondet,
quod, quando testator disponit, quod legatum, vel
bona sua distribuantur inter pauperes, est ita clara
mens testatoris. vel legantis, vt alijs coniecturis
opus non sit, nec vlterius est inquirendum, quia
pluralis loqutio vno tantum contenta non est. l.
vlt. ff. ad Trebell. l. vbi numerus ff. de testibus.
7 † Item quia maior est pietas, & charitas, quæ
pluribus prodest. Felin. in cap. omnes num. 4. col.
8 5. dist. 1. Tertiò † Nemini plus debet concedi ex
legatis, quam vt eius paupertas subleuetur, &
necessitas; non autem, vt ditetur; & ibi respondet
textibus, qui possint obijci, & hanc suam opinio-
nem affirmat maxime verificari secundum modum
9 nostri legati, in quo † est verbum distribuere, quod
verificatur de pluribus, & verbum, pauperibus,
10 quod pariter est plurale, † subdit etiam eodem
numero quod si testator leget alicui monasterio vel
alicui, amico vel alteri tercentum v. g. aut qua-
tercentum; deinde leget mille in pauperes distri-
buenda si vere monasterium, Amicus, vel quilibet
alius, cui sit factum legatum particulare sit pauper
est capax etiam istius secundi legati quod genera-
liter est inter pauperes distribuendum.
11 † Menochius de præsumpt. lib. 4. Præsumpt.
125. num. 25. & 26. distinguit, Aut legatum est
tenue, vel pingue, si legatum sit tenue, ita vt
accipiendo totum, vnus pauper non efficiatur
diues, sed sufficiat tantum ad eius subleuandam
inopiam, & paupertatem, asserit illi soli posse dari,
maxime, si filios habeat, & præcipue nubiles filias,
quia putat verisimile, quod, si testator hoc sciuisset,
& præ oculis habuisset tantam inopiam ei soli reli-
quisset, cum magna sit hæc eleemosina, & saluti
animarum valde vtilis, Aut legatum est pingue, ita
vt vnus quantumuis inops efficeretur diues, & hoc
casu dicit non vni soli esset dandum, sed in plures
esse distribuendum secundum conditionem, &
qualitatem vniuscuiusque, cum eleemosina non
sit danda, vt pauper diues efficiatur, ne sit occasio
negligentiæ, & inertiæ, vt egregie, & sancte
scripsit Angelicus Thomas 2. 2. quæst. 32. art. 9.
12 Ego † sic statuo, si legatum sit factum pro anima
sua, & legans ita dicat volo centum distribui pro
anima mea, & non addat pauperibus, vel in
pauperes, Exequtor satisfacit legatum tradendo
vni soli, ita respondit Castrensis cons. 97. super
primo quæsito num. 3. lib. 1. quem sequtus est
Cagnolus in l. Singularia num. 35. ff. Si certum
petatur, & Menoch. lib. 4. Præsump. 125. nu. 21.
Item si testator disposuit, quod legatum detur
pauperi vtendo numero singulari, potest non solum
dari vni; sed etiam pluribus, ita idem Castrens.
ibidem, quia bene numerus singularis resoluitur in
plurale, idē scripsit Romanus in sing. 454. Testator
dicit, & eum sequtus est Felinus in cap. omnes leges
col. 5. vers. declara hic dist. 1. Idem Menochius
num. 22. & 23.
13 † In tertiò verò casu relinquo iuditio exequtoris
testamenti, qui re bene considerata determinet,
quod in domino melius videbitur expedire, maxi-
me in casu nostro, in quo idem testator relinquit
arbitrio testatoris distributionem, & de cuius ele-
ctione valde confidit, cum asserat esse suum
14 amicissimum. † Distributionem legati pertinere
ad Andream nemini dubium est cum ad hoc spetia-
liter sit electus à testatore; nam electio, & distri-
butio pertinet ad exequtores, si à testatore sint
constituti, vt sentiunt omnes in cap. Nos quidem
15 de test. † Quod si nullos executores reliquit testa-
tor, Episcopus Ciuitatis testatoris ipse habet ius
eligendi. Sicuti annotauit Benincas. in tract. de
paupert. quæst. 8. in 3. spet. vlt. volu. nu. 45. qui
sequtus est sententiam Bart. in l. Si quis ad decli-
16 nandum. C. de Epis. & Cler. † Debet tamen
Episcopus non libero, sed regulato arbitrio vti, &
idem de exequtoribus testamenti vt infra.
17 Vt autem † arbitrium sit regulatum, hic modus
seruandus est in electione pauperum; Primò debent
eligi ad consequendum legatum pauperes Ciuita-
tis testatoris, quia non iudicatur sensisse de extra-
neis; ita in spetie scripsit Gloss. in cap. Si pater in
verb. pauperes. de test. in 6. Bart. in leg. 2. nu. 5.
C. de ann. ciui. lib. 15. Tiraquel. in tract. de
priuileg. piæ caus. priuil. 56. col. 5. Dida. in cap.
18 Cum tibi num. 14. de test. Secundò † Ex pauperi-
bus Ciuitatis debent prius eligere fœminas, quam
masculos, Menoch. vbi supra num. 7. vbi etiam
hanc statuit regulam. Ita semper esse intelligen-
dum, cum in reliquis datur paritas. Tertiò Ex
fœminis, illæ prius sunt eligendæ, quæ vel in mo-
nasteriorum claustris clausæ sunt, vel in hospitali-
bus, vel carceribus detinentur. Et quod moniales
pauperes alijs sint præferendæ, etiam monacis
pauperibus, & alijs Religiosis senserunt Bald. in l.
in mult. in fin. ff. de statu hom. Marsil. in sing. 248.
in fine, & in spetie magis Ripa de peste in tit. de
conser. vbert. num. 158. Beninc. vbi supra nu. 41.
& 44. & numer. 49. & 50. de Carceratis, & in
hospitalibus detentis; & ratio est, quia paupertas,
& inopia monialium est periculosior, quam sit illa
cæterorum Religiosorum cap. 5. de stat. Monach.
lib. 6. & ideò præsumitur testator de istis sensisse
19 prius, quam de alijs, † cum præsumptio sit testa-
torem voluisse prouidere in casu magis necessario;
secuti responderunt Bald. in cons. 35. Pater filio
col. 5. lib. 1. Crauet. cons. 149. num. 12. in fine
quod est valde notandum, quia ad plura deseruiet.
Quartò Ex istis nempè monialibus pauperibus, &
in carcere detentis, mulieribus pauperibus exe-
qutores debent eligere pauperiores, ita Beninc.
supra alleg. num. 50. Quia secundum D. Tho. 2. 2.
quæst. 32. articulo. 3. melius est dare magis indi-
genti cæteris paribus. Quod si masculi sint magis
inopes, quam fœminæ, masculi fœminis sunt ante-
ferendi, & omnibus Religiosi eodem ordine, quo
dictum est de fœminis, quia militat eadem ratio;
Menoch. loco cit. num. 12. Quintò Ex magis pau-
peribus, & inopibus masculis eligendi sunt illi, qui
sunt ex familia testatoris; Nam verosimile est, quod
testator voluerit prouidere prius istis, quam alijs.
20 † Charitatis enim ordo incipit à se, & à suis l.
Præses. C. de seruit. & aqua cum alijs traditis ab
Abbate in cap. 1. numer. 4. de Cohabit. Cler. &
Mulier. & à Tiraqu. de Priuil. piæ causæ in Præf.
Sextò non existentibus pauperibus ex familia
testatoris poterunt exequtoris, & Episcopus elige-
re magis pauperes ex proprijs familijs, ita Bald. in
l. Illa institutio numer. 5. ff. de hæred. instit &
egregie Anchar. in cons. 437. in his dubijs deci-
dendis col. 1. Paris. in cons. 45. num. 15. lib. 3.

Tiraquel.

Tiraquel. vbi ſupra nam ad mentem D. Thomę 2.2.
21 art. 9. † Magis ſubueniendum eſt coniunctioribus,
quam alijs; ſubdit tamen maximam eſſe adhiben-
dum diſcretionem, ne affectus ſanguinis decipiat.
22 † Pro ſe ipſis autem, an poſſint exequtores aliquid
recipere, ſi vere pauperes, & inopes ſint Menoch.
numer. 18. diſtinguit, vel eorum neceſſitas erat
cognita teſtatori, vel non, ſi erat cognita, aſſerit
nihil poſſe ſibi retinere; quia ſi teſtator voluiſſet
aliquid illis, vel eorum filijs dare, ſciuiſſet legare.
Si verò non erat cognita, putat poſſe pro ſe & ſuis
filijs aliquid accipere. Ego tamen puto vt cumque
poſſe accipere. Si enim non fuiſſent electi exequ-
tores, poſſent eſſe participes illius legati, non ergo
puto, quod ex eo, quod eliguntur ad officium,
& onus, exequtores legati, debeant cenſeri priuati
tali beneficio, maxime quia vt plurimum eliguntur
amici, ſi ergo ſint pauperes poterunt ſibi applicare
aliquid de legato, ita Iacob. in tract. de exequt.
num. 42. Bald. in l. illud in prin. ff. de hæred. inſt.
Cald. in conſ. 39. in tit. da teſtamentis Capra
conſ. 54. num. 18. Tiraquel. loco alleg. vbi multos
citat ita ex Theologis ſentiunt Angelus: verbo
Eleemoſina num. 3. & alij.
In noſtro autem legato an aliter ſit dicendum ex
eo quod additum ſit à teſtatore vt diſtribuat arbi-
trio ſuo patebit ex ſtatim infra dicendis.
23 † Ad ſecundum. An dando ſcilicet pauperi
qui vere non erat pauper, ſed tantum pauper,
ab exequtore putato ſatisfecerit. Pro ſolutione
noto.
24 † In legato vnum eſſe expreſſum, & aliud arbi-
trio exequtoris commiſſum. Expreſſum eſt, quod
legatum detur pauperibus; ita enim exprimit te-
ſtator. Quod autem pauperes eligantur, commit-
titur arbitrio exequtoris; electio perſonæ erit
libera, qualitatis neceſſaria.
25 Noto Secundò. † Arbitrium eſſe idem, quod
iudicium, & Intellectum. Vnde cum dicimus
aliquem definire rem pro ſuo arbitrio, eſt idem ac
rem ſuo iuditio, & animi intellectu determinare,
l. Quod principis §. vlt. ff. de aqua plu. arcen.
26 † Arbitrium autem ex Accurſio eſt duplex l. fidei-
commiſſa §. quamquam in verbo Arbitrium relato
à Menochius de Arbitr. lib. 1. quæſt. 6. Vnum
dicitur plenum, & liberum, eſtque conceſſio facta
à lege, vel ab homine, qua poteſt iudex, ſemoto
iure, ratione, & æquitate, proprio ductus appetitu,
alieno tamen à dolo, quod placuerit iudicare, ac
ſtatuere. Alterum eſt à iure, ratione, & æquitate
regulatum poſtque dici conceſſio facta à lege, vel
ab homine, qua poſſit iudex, quid iure, ratione,
& æquitate ſentiat declarare, & animi ſui proferre
ſententiam circa illud, quod eius arbitrio commit-
titur, & qui in alium quidquam non ſtatuat quod
poſſet ipſe negare ſtatui ſibi. Hoc arbitrium
quamquam ſit in voluntate ipſius iudicis pendet
27 tamen à iure & æquitate. † Arbitrium plenum eſt
quadruplex ſecundum Bart. in tract. de ſtat. in
verbo Arbitrium quod & Bald. in l. penult. in fin.
ff. de Arbit. Primo Is dicitur habere plenum &
liberum arbitrium, qui habet poteſtatem præferen-
di iniquum æquo; iuxta l. fideicommiſſa ſupracit.
& huiuſmodi arbitrium regulariter contingit ſe-
cundum Baldum in diſpoſitione rerum ſuarum, non
in diſpoſitione alienarum. l. Creditor §. Lucius ff.
Mandati. Secundò dicitur plenum, & liberum
arbitrium, quod nulli iuri ſubnixum eſt l. ante
litem ff. de Procur. ibi libera poteſtas. Tertiò
dicitur plenum, & liberum arbitrium, quod nullo
cogente imperio ſed pro libera, & ſola voluntate
fit l. Si quis maior vbi Iaſon. numer. 7. C. de
tranſact. Quartò illud etiam dicitur liberum, &
plenum arbitrium, quod nullas iuris ſolemnitates
exigit. l. 1. ff. de milita. teſt. l. 1. C. de Sacroſ.
Eccleſ. ita Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæſt. 6. per
totam.
28 † Quando autem cenſeatur datum plenum, &
liberum, vel regulatum arbitrium multa docte
ibidem tradit idem Menochius. Plenum arbitrium
cenſetur datum, quando dicitur libero ſuo arbi-
trio; Menochius vbi ſupra quæſt. 7. numer. 33. &
etiam quando arbitrium committitur perſonæ, quæ
alias illud habebat, vt verba aliquid operentur
idem Menoch quæſt. 8. num. 35. & arbitrium hoc
importare tenent Surd. decif. 10. nu. 50. Marcus
Ant. variar. lib. 1. reſ. 74. num. 8. Mateſcot. ver.
reſ. lib. 1. cap. 22. n. 3. ſed communiter importat
arbitrium regulatum, & arbitrium boni viri. Bart.
in l. alio num. 8. ff. de olim. & lib. leg. Corn. conſ.
173. colu. 3. volu. 3. Menoch. loco cit. quæſt. 8.
num. 29. cum duobus ſeq. & eſt intelligendum, vt
ille, cui datum eſt arbitrium, ita faciat in rebus
illis, quæ ſuo arbitrio ſunt commiſſæ, vt vellet fieri
in rebus ſuis Deci. in l. in perſonam §. generaliter
vbi Cagnol. ff. de reg. iur. Bart. in l. 1. colu. 2. ff.
Soluto Matrim. Romanus in rubr. de Arbit. colu.
2. verſu. Item quintò. Decius loco cit. has regulas
tradit. Quod confertur in arbitrium domini, vel
procuratoris, intelligitur de arbitrio boni viri.
text. in l. Hæc venditio ei prin. de contra empt. &
l. Si in leg. in prin. ff. locat. l. Si cum ea C. de dot.
promiſſ. deinde ſubiungit, & hoc intelligitur,
quando ſimpliciter dicitur de arbitrio. Secus ſi
dicatur de libero arbitrio, quia tunc intelligitur de
libera voluntate, & idem dicit ſi arbitrium con-
feratur in illum, etiam qui antea habebat, vt verba
aliquid operentur, ab hoc tamen diſſentit Ad-
ditionator aſſerens tolerabilius eſſe nihil operari,
quam contra ſubiectam materiam. Vide ibi.
29 † Pauperes hoc modo electi non dicuntur habere
ius ab hærede, ſeu exequtore, vel electore, ſed
habent ab ipſo teſtatore ſecundum textum & ibi
Bart. in l. Vnum ex familia §. 1. ff. de leg. 2. & in
l. Cum quidam ff. eodem. Et electio facta contra
mentem teſtatoris, & contra formam ab eodem
traditam eſt nulla ſecundum eandem legem, Cum
quidam ff. de leg. 2.
30 † Aliquando aliquid committitur arbitrio iudi-
cis, & iſta clauſula eſt ſatis ampla, maxime quando
æquitas concurrit. Creſcent. decif. 4. num. 3. de
teſtib. & in impreſſis per Farina. par. 2. recent.
31 decif. 363. num. 1. † Arbitrium tamen regulatur
à iure, vt pluries cenſuit Rota ſignanter decif.
179. num. 1. & 235. num. 1. & 547. num. 1. apud
32 eundem Farin. part 1. recent † Verum tamen eſt,
quod arbitrium dat facultatem relaxandi aliquid
de rigore iuris; eadem Rota decif. 85. num. 4. &
decif. 179. num. 2. apud eundem par. 1. recent. &
decif. 284. num. 5. & 440. num. 8. & 587. num. 1.
33 part. 2. recent. apud eundem † & operatur, vt
relicto extremo ſeruatur æquitas Rota decif. 462.
34 nu. 3. par. 1. & 506. num. 1. idem † Quid verò
importet Arbitrium Rotæ. Vide Gonzalez ad 8.
Reg. Cancella. Gloſſ. 9. in annotat. à num. 285. &
Gloſſ. 15. §. 1. numer. 93. de hac clauſula vide
Addition. ad decif. 189. num. 8. Ludouiſij.
35 † Nunc ad ſolutionem noſtræ difficultatis conſi-
derando ſimpliciter, quod electus ſit non pauper,
vel electa ſit puella item non pauper. Dico exequ-
torem,

torem, & quemcunque alium tali modo eligentem
36 non satisfacere obligationi suæ. Primò † Quia acta contra mentem testatoris, & contra formam
37 dispositionis sunt nulla, ita vt † neque Summus Pontifex sine causa in vltimis voluntatibus quidquam possit vel aliter disponere vel alterare. Mant. de Coniect. lib. 11. tit. 7. num. 19. cum alijs ab eo
38 relatis, † quia voluntas, & dispositio testatoris est lex. Innocent. in cap. Quæ in Ecclesiarum de Constit. & ideò pro lege seruanda cap. vltima vo-
39 luntas 13. quæst. 2. † & ad paria iudicantur lex & vltima voluntas text. in Auth. de nupt. §. disponat. l. Seruus hac lege ff. de manumiss. l. His verbis §. Interdum & l. & si non lex, & vbi dicitur potestas intelligitur tam animatæ idest principis viuentis Auth. de cons. ad fin. quam inanimatæ idest scriptę, quia similiter æquiparantur, l. Cum sit. ff. de leg. l.
40 1. ff. de donat. int. vir. & vxo. † Cum ergo sit lex non
41 potest mutari sine assensu illam ferentis. † Mens testatoris est forma seruanda tradita à testatore, & dicitur forma, sicuti sententia, & dispositio legis l. Cum allegas. C. de vsur. & ita omnis forma tradita seruanda à testatore dicitur mens testatoris
42 per l. 3. ff. de ann. leg. † Cum ergo quidquid agitur non seruata forma tradita à lege ipso iure fit nullum. l. Non dubium C. de leg. & per ea quæ à Doctoribus adnotantur cap. Quæ contra de reg. iuris, & quæ habentur in cap. Inter dilectos de fide instr. & per Gloss. fin. in cap. si. de foro compet. & cap. quamuis de elect. ergo non seruata mente testatoris quæ est forma, quidquid actum est, nullum
43 est. Quia forma dat esse rei † & de forma sunt omnia quæ vt interueniant expresse requiruntur à testatore Archidiac. cap. Quorundam 23. dist. & not. in cap. Quia propter de elect. Cum ergo disposuerit testator quod legatum detur pauperibus, & sit datum non pauperi, sequitur quod actus sit nullus Bald. in l. qui testamentum C. de test. Ad hoc vide Calcan. cons. 8. num. 30.

44 † Et ita puto dicendum simpliciter, quando non seruatur mens testatoris in exequendis illis, quæ ab illo tradita sunt. An autem in casu nostro sit eodem modo dicendum, quia putat esse pauperem illum cui dedit. Solutio istius pendet à solutione tertiæ difficultatis propositæ ideò.

45 † Ad Tertiam difficultatem. An eius negligentia sit culpabilis Gail. lib. 1. obser. 150. num. 17. hoc
46 ponit dictum † Quoties quis reicit aliquid in alterius arbitrium, ita intelligitur, reicere, vt tale arbitrium præstetur, quale viro bono conuenit, quod sit ratione, & iustitiæ consonum, non vagum, & indiscretum; sed sine dolo, aut lata culpa, & enormissima læsione per tex. in cap. In gener. de reg. iur. in 6. Glossa sing. in Clem. sæpe §. Non sic tamen, de verb. signif. in verbo defensionis; quæ omninò est videnda & text. notab. in l. Si libertus la 2. ff. de opere libert.

47 Angelus † verò Theologus verbo culpa §. qua culpa, quærens, de qua culpa teneatur, qui ex officio ad aliquid tenetur, relata opinione Panormitani in cap. Cum tuam de test., quod iudex teneatur de dolo, & lata culpa; sed non de leui; Respondet ipse hoc se credere verum in eo; qui deputatur à superiore ad id officium, secus de illo, qui officium quæsiuit, si alius fuisset diligentior, qui illud acceptasset, quia tunc putat teneri etiam de leui. Agrimensor non tenetur pariter de leui, neque alij, qui assumuntur ad calculandum, vel concordiam textus est in l. fin., & ibi Bart. ff. Si mes. fal. mor. dix., & in l. fin. ff. de uarijs & extr. cogn. notab. Glossa in cap. indicante de Præscript. Fallit. tamen in illis, qui profitentur aliquam artem, tanquam in illa excellentes quia tenentur etiam de leuissima; facit, quod notat Glosa Inst. de obligat. quæ ex quasi debet nas. & tenet Panormit. in dicto cap. indicante, quod tamen limitat uerum, quando quæsitus fuisset diligentissimus, & ut diligentissimum se obtulisset, uel diligens, & ut diligentem se obtulisset, quia, qui se offert, vt diligentissimum, etiam de leuissima, qui verò vt diligentem de leui etiam tenetur, ita An-
48 gelus. † In cuius sententia, cum asseratur in nostro casu, Andream potuisse etiam mediocri diligentia cognoscere illum, cui tribuit legatum, non esse pauperem, & cum ex supra traditis arbitrium obliget ad illa præstanda, quæ quisque solet præstare in rebus proprijs, manifestè constat exequtorem esse reum culpæ, quia nullus est, qui in rebus suis saltem
49 mediocrem diligentiam non adhibeat. † Quod si quæras, an iste teneatur ad restitutionem, idest ad iterum distribuendum illud legatum satisfaciendo ex proprijs.

50 † Respondeo primò quod hoc legatum potest, & debet reuocari ab Episcopo. Idem Angelus verb. Exequtor num. 18. versus finem.

51 † Secundo Respondet idem Angelus verbo culpa num. 6. vbi quærit, an quis teneatur restituere damnum, quod dedit proximo culpa sua, & relata opinione Innocentij in cap. Quia plerique de immunit. Eccles. asserentis, quod in foro conscientiæ teneatur tantum de dolo, & lata culpa quod dictum refert haberi pro singulari à multis Doctoribus. Ipse tamen dicit se credere quod in foro conscientiæ teneatur de omni damno ex culpa sua quacunque de qua teneretur, tam de iure ciuili, quam de canonico, & pro hac opinione dicit esse Glossam cum text. in cap. Consuluisti 2. quæst. 5. quæ dicit, quod tenetur etiam quoad Deum si debitam diligentiam non adhibuit, vt in d. cap. Consuluisti, concordat. Io. Andreas in cap. Quoniam contra de probat. & ibi cum sequitur Panormitanus, quia
52 † Negligentia in proprio facto culpanda in alieno est vituperanda l. Si constante §. Si maritus ff. solu. Matrim. Ego de hoc alias egi diffusè, & ideò pro nunc hæc satis sint.

53 † Resoluendo igitur. Dico in præsenti casu non satisfactum esse dando totum legatum vni & esse contra mentem legantis dare non pauperi, ideò actũ nullum, & negligentiam esse culpabilẽ, & ideò si legatum non est traditum neque debet, tradi, si est datum ab Episcopo debet reuocari, si non est consumptum. Si est consumptum adhuc est reuocandum secundum id in quod factus est ditior, qui illud accepit, si bona fide accepit, & consumpsit, si mala fide totum debet restituere, & in omni casu, vel totum vel id, quod deest ad totum, debet supplere, qui sua inertia male insumpsit, & distribuit. Vide Responsionem nostram quinquagesimam secundam.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Quæ requirantur explicantur.*
3 *Mulier vt minor & vt vxor habet priuilegia minorum & dotium.*
4 *Pupilli & minores habent tacitam hypothecam in bonis tutoris & curatoris.*
5 *Habent etiam priuilegium prælationis non solum in bonis veri tutoris, sed etiam illius qui pro tutore negotia gessit.*

6 *Hac*

6 *Hac eadem priuilegia habet vxor iu bonis mariti.*
7 *Ista priuilegia si sunt realia transeunt ad haredes, si sunt personalia extinguuntur cum persona.*
8 *Hypotheca quid significet & vnde dicatur.*
9 *Duplex est hypotheca tacita & expressa, qua & legalis & conuentionalis dicitur.*
10 *Conuentionalis siue expressa item est duplex, & qua sit generalis.*
11 *Quomodo & quando inducatur.*
12 *Quid sit particularis hypotheca.*
13 *Quid sit tacita hypotheca.*
14 *Expressa non competit nisi inter partes de illa conuentum sit.*
15 *Qui habeant tacitam hypothecam.*
16 *Quid sit fiscus.*
17 *Qua inquilinus in domum inuehit, possunt à domino retineri, donec ei pensio soluatur; quia res qua cum vitio peruenit retineri non potest; si vero sine vitio, & subsit causa potest retineri.*
18 *Sartor vestem, Procurator vel aduocatus actu Faber equum curatum possunt retinere donec eis merces soluta sit & sic de alijs ob suprascriptã regulam numero pracedenti.*
19 *Maritus non lucratur dotem etsi mulier pramoriatur alicubi tamen contrarium seruatur de iure statutorum.*
20 *Mulier potest remanere mortuo marito sine vlla iudicis licentia sed propria auctoritate in detentione domus quam viuente marito habitabit iure familiaritatis tamquam vxor, & eam potest propria auctoritate possidere quoadusque dos restituatur, virtute tacita hypotheca.*
21 *Eandem tacitam hypothecam habet vxor in bonis patris mariti in tribus casibus, & qui sint.*
22 *Hoc priuilegium est valde vtile vxori, & quia.*
23 *Sicuti expresse hypothecata transeunt cum suo onere, ita etiam tacite.*
24 *Quomodo vxor possit agere ad bona mariti tam mobilia quam immobilia ratione tacita sua hypotheca.*
25 *Resoluto iure datoris resoluitur etiam ius acceptoris.*
26 *Vxor habet tacitam hypothecam etiam pro donatione propter nuptias.*
27 *Aequalitas est omninò seruanda inter dotem & donationem propter nuptias.*
28 *Omnis dubitatio cessare debet vbi habemus textus expressos.*
29 *Eadem hypotheca competit vxori in bonis mariti etiam pro bonis paraphernalibus per maritum administratis.*
30 *Tria sunt bona vxoris, & qua illa sint.*
31 *Eadem hypotheca competit vxori in rebus mariti pro alimentis tam constante quam soluto matrimonio.*
32 *Item vxori agrota pro alimentis, medicinis & alijs necessarijs.*
33 *Item facienti diuortium, & fugienti causa culpabili mariti. Secus verò si contra fiat.*
34 *Maritus tenetur alere vxorem indotatam si nulla pacta dote ellam duxit.*
35 *Non dos sed consensus facit Matrimonium.*
36 *Mulier indotata personam pro dote intelligitur dedisse.*
37 *Vxor inops & indotata nubens viro locupleti habet quadrantem omnium bonorum mariti diuitis.*
38 *Et tale lucrum dicitur necessarium ex legis dispositione, & ideò non potest auferri testamento.*
39 *Quid sit quadrans.*
40 *Tota hareditas nomine Assis in legibus vt plurimum intelligitur.*
41 *Legalis diuisio hareditatis est in duodecim partes seu vncias.*
42 *Nomina & explicatio harum duodecim partium.*
43 *Potest testator diuidere hareditatem etiam in plures & pauciores partes, & aliqua nomina.*
44 *Promissa dos nisi soluatur an vxor possit expelli.*
45 *Tacita hypotheca competit vxori in bonis mariti etiam pro augmento dotis.*
46 *Dos constante matrimonio potest augeri.*
47 *Eandem hypothecam habet vxor pro dote etiam in matrimonio putatiuo si sit soluta.*
48 *Quale sit matrimonium putatiuum.*
49 *Sicuti vxor habet tacitam hypothecam pro dote in bonis mariti, ita maritus in bonis vxoris.*
50 *Bona fideiussoris interuenientis pro vxore sunt obligata marito, & pro marito vxori.*
51 *Bona vxoris sunt obligata marito non solum pro dote prastanda, sed etiam pro ipsa si data euincatur.*
52 *Maritus scienter recipiens in dotem rem alienam non habet regressum de euictione contra vxorem nisi de euictione spetialiter fuerit conuentum.*
53 *Extraneus qui dotem dedit non habet ex lege tacitam hypothecam; sed debet expresse stipulari, & tunc habebit actionem ex stipulatu.*
54 *Actio ex stipulatu est stricti iuris.*
55 *Habet mulier etiam priuilegium pralationis quo prafertur alijs creditoribus.*
56 *Quot sint genera creditorum, & quando in istis intret Pralationis priuilegium.*
57 *Fiscus habet idem priuilegium pralationis.*
58 *Et est valde priuilegiata eius hypotheca.*
59 *Fiscus & vxor pari passu procedunt in hypotheca, & prior tempore potior in iure.*
60 *Si constet de hypotheca sed non de tempore mulier prafertur.*
61 *Non delinquit qui in dubio contra fiscum facile pronunciat.*
62 *In dubio melius est pro dote respondere.*
63 *Sententia Gaill. in pari causa praferentis dotem fisco.*
64 *Fauorabilior est causa illius qui certat de damno vitando, quam certantis de lucro captando.*
65 *Dictum auctoris.*
66 *Tertium genus creditorum de quibus est maior difficultas.*
67 *An mulier habens tacitam hypothecam & beneficium pralationis prafaratur habentibus hypothecam expressam.*
68 *Textus neminem excludens omnes comprehendit & cum omnes includit per vniuersalissimas dictiones durum est in illo admittere distinctionem hominis.*
69 *Princeps sine certa & iusta causa non potest auferre ius quasitum alteri.*
70 *Priuatus habens expressam hypothecam prafertur fisco habenti tacitam.*
71 *Eadem est virtus taciti & expressi, si tacitum procedat secundum ius, & nisi inuoluat damnũ tertij.*
72 *Leges habentes dictiones etiam vniuersalissimas intelligenda sunt secundum subiectam materiam.*
73 *Mulier habens expressam hypothecam an praferatur habenti item expressam.*
74 *Quod non mutatur quare stare prohibetur.*
75 *Taciti non inest tanta virtus vt inducat legum cor-*

correctionem.

76 *Legum correctio neque inducitur à rationis maioritate.*

77 *Mulier habens expressam hypothecam præfertur habenti item expressam in bonis posterioribus non in anterioribus hypothecam.*

78 *Vxor habet priuilegium prælationis in bonis mariti propter dotem, propter causam vero lucratiuam habet tantum tacitam hypothecam.*

79 *An mulier habeat prælationem in bonis mariti pro dote confessata vel cauta, & quæ dicatur dos cauta non numerata.*

80 *Tempora quibus potest opponi vxori oppositio non numeratæ dotis.*

81 *Resoluitur quando mulier habent prælationem pro dote cauta non numerata.*

81 *Hoc priuilegio non gaudet maritus agens pro consequutione dotis.*

82 *Neque pro paraphernis habet vxor prælationem sed tantum tacitam hypothecam.*

83 *Competit tamen mulieri quæ secundo nupsit.*

84 *Priuilegia sunt concessa vt facilius fœmina nubat ad sustinenda onera matrimonij.*

85 *Resoluitur proposita difficultas.*

86 *Ius prælationis non transit ad hæredes extraneos transit ad filios vt ibi.*

87 *Quomodo competat procuratori.*

88 *An competat patri agenti pro dote resoluitur.*

89 *An ius prælationis dato quod non sit transmissibile, sit saltem cessibile discutitur.*

90 *Quod non est transmissibile neque est cessibile.*

91 *An mulier priuilegio prælationis possit repetere de manibus aliorum creditorum bona mariti ob dotem.*

92 *Quid sit bonorum excussio.*

93 *Exceptio non factæ excussionis est tantæ efficaciæ vt si opponatur repellat agentem à limine iudicij, tanquam agentem sine actione.*

94 *Nemo sine actione experiri potest & impedit ingressum litis quia est exceptio intentionis.*

95 *Excussio non est necessaria quando constat notorie maritum non esse soluendo.*

96 *Neque potest opponi exceptio non factæ excussionis quando causa determinanda est de bono & æquo.*

97 *Ista exceptio est de apicibus iuris.*

98 *In foro mercatorum summarie, de plano & æquo non inspectis apicibus iuris, proceditur.*

99 *Excussio non est necessario facienda de iure canonico.*

100 *De iure canonico apices iuris non considerantur.*

101 *Remedium vt etiam de iure ciuili mulier non facta excussione possit ingredi possessionem.*

102 *Quæ bona censeantur data ab vxore marito in dotem, si dos non sit constituta.*

103 *Per quæ verba censeatur mulier dare in dotem omnia sua bona.*

104 *Quid dicendum si nulla mentio de dote facta sit.*

105 *Matrimonium potest esse sine dote.*

106 *Dotis constitutio constat in facto.*

107 *Facta non præsumuntur nisi probentur.*

108 *Mulier de suis bonis etiam inuito marito potest disponere.*

109 *Vxore contradicente maritus neque fructus neque redditus bonorum mulieris facit suos.*

110 *Vxor marito ad inopiam etiam non vergente sua bona potest vindicare.*

111 *Cautela vt maritus sibi consulat.*

112 *Mulier transuolans ad secundas nuptias etiam nulla facta mentione de dote censetur constituere quam constituit primo viro.*

113 *Si extent liberi ex primo Matrimonio quomodo intelligatur data.*

114 *Quomodo agendum cum creditoribus chirographarijs.*

115 *Ex dictis resoluitur primum quæsitum.*

116 *An vxor possit repetere agrum modo dicto supra in propositione facti venditum.*

117 *Dominium in contractibus regulariter non acquiritur nisi traditione rei.*

118 *Res dotales quomodo tradantur & in quibus consistant.*

119 *Explicantur quidam textus & simul quomodo vir dicatur dominus rerum vxoris.*

120 *De qua culpa teneatur maritus ob bona vxoris.*

121 *Æstimatio rerum dotalium duabus de caussis potest fieri.*

122 *Marito leganti aliquid rerum æstimatarum, quando debeantur, & simul dos.*

123 *In dubio qua de causa facta sit æstimatio dicendum esse factam eo modo quo facit venditionem.*

124 *Bona reperta in bonis mariti etiam æstimata æstimatione quæ facit venditionem repetit mulier pro dote nisi aliud sit vnde soluatur.*

125 *Fundus dotalis non potest alienari neque ab vxore de consensu mariti, neque a Marito de consensu vxoris.*

126 *Neque contractus initi de fundo dotali validantur etiamsi mulier post biennium consentiat.*

127 *Etiam constante Matrimonio potest maritus repetere fundum dotalem à se alienatum.*

128 *Nemo potest contrarie facto proprio, nomine proprio, sed bene alieno.*

129 *Ad quid teneantur extrahentes fundum dotalem de manu emptoris.*

130 *Venditio prædij dotalis etiam cum consensu mulieris constante matrimonio facta, non validatur etiam si mulier eandem habeat ratam eo soluto nisi sit nacta possessionem suorum bonorum.*

131 *Nec valet venditio eiusdem fundi facta à muliere etiam soluto Matrimonio nisi item sit nacta possessionem suorum bonorum.*

132 *Recuperata a muliere possessione suorum bonorum bona non sunt amplius dotalia.*

133 *Dos sine Matrimonio esse non potest.*

134 *Fundus Matrimonio contracto dicitur dotalis nundum contracto dicitur quasi dotalis. Venditio tamen istius, est nulla.*

135 *Quarum rerum venditio sit nulla si deficiat vxoris consensus.*

136 *Priuilegium prælationis quod habet mulier in bonis mariti est personale, nec transit ad hæredes.*

137 *Agrum venditum modo dicto non esse valide venditum probatur.*

138 *Quot & quæ requirantur ad validam venditionem bonorum stabilium minorum.*

139 *Si res dotales fuerint datæ æstimatæ & æstimatio sit damnosa vel marito vel vxori infra vel vltra dimidium iusti pretij reducitur ad æquitatem.*

140 *Pupillus habet tacitam hypothecam & priuilegium prælationis in bonis tutoris & Curatoris.*

141 *Ex lectione & textu priuilegij colligitur quale illud sit.*

142 *Priuilegium minorum non transit ad hæredes.*

143 *Mutata persona mutatur & priuilegium.*

144 *Priuilegium si est concessum inspecta & naturali*

rali & sufficienti ratione tunc personam minoris egreditur: Si verò non est concessum naturali & sufficienti ratione inspecta, quia non est defectus magis in vno quam in alio regulariter non transit.

145 *Si in priuilegio magis inspicitur persona quam causa est personale si magis causa reale.*

146 *Respondetur cuidam obiectioni.*

147 *Respondetur toti difficultati.*

Sponsus vendit rem dotalem.

LIX

1 Camillam † nundum quartum decimum ætatis suæ annum attingentem, & omnium bonorum hæredem à patre relictam sub tutela Christophori patrui cupit sibi habere vxorem Bartholomæus, ideò Christophorum adit, & cum eo de Matrimonio Camillæ agit, & tractatus concluditur, inito tamen pacto quod Bartholomæus Christophoro vendat quendam agrum ad hæreditatem Camillæ spectantem; & de facto inter se conueniunt de pretio agri, & fit venditio, & Matrimonium celebratur. Venditio tamen fit omninò inscia Camilla: Christophorus cognoscens hanc venditionem esse nullam, rogat Bartholomæum, vt vxor illam publico instrumento ratificet, quod facit mulier. His peractis nullis relictis liberis moritur Camilla condito tamen prius testamento, quod poterat, & per ætatem, & quia nullum in contractu Matrimonij intercesserat pactum de lucranda dote, & ob legitimas causas priuato marito instituit hæredem omnium suorum bonorum Ioannem suum consobrinum, qui, dum pro hæreditate agit, reperit multa mobilia esse alienata, & pecuniam expensam, Dos enim non solum immobilibus sed etiam mobilibus, & pecunia constabat; reperit Bartholomæum multo ære alieno & doti anteriore ita
2 grauatum, vt non sit soluendo. † Ideò quærit Ioannes quid iuris habeat Camilla ratione dotis in bonis Bartolomæi mariti. An venditum agrum possit eruere de manibus Christophori; & cum Christophorus tutorio nomine administrauerit bona ipsius Camillæ antequam nuberet, quod item iuris habeat pro administratione in bonis tutoris Christophori, & quæ ad ipsam trasmittantur, & in ipsam transeant.

3 † Potest considerari Camilla, vt minor, & vt vxor, ideò, vt habens priuilegia minoribus, & dotibus concessa. Priuilegia autem, tam minoribus, quam dotibus concessa sunt Tacita hypotheca, & Prælatio, vt infra.

4 † Pupillos & minores certum est habere tacitam hypothecam in bonis tutoris, & curatoris descendentem ex l. pro officio C. de Administr. l. vnica §. vt plenius C. de rei vxor. act. & hoc ratione administrationis. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 16. nu. 1.
5 & seq. cum alijs, quos ipse sequitur. † Et pariter certum est eosdem habere priuilegium Prælationis non solum in bonis veri tutoris; sed etiam illius, qui pro tutore negotia gessit; apertissimus text. in l. dabimusque §. Si quis cum tutor ff. de Priuileg. credit. quod tamen intellige, Si tutor vel curator datus sit personæ, nam si datus sit hæreditati, hoc priuilegium non intrat. l. Priuilegium ff. de Priui-
6 leg. credit. † Hæc eadem priuilegia habet mulier in bonis mariti respectu dotis, vt infra. Quid autem sit tacita hypotheca, & Prælatio, statim videbimus. An autem transeant ad hæredes, pendet
7 ex cognitione. An sint realia, vel personalia, † si enim sunt personalia extinguntur simul cum persona, & non transeunt ad hæredes cap. Priuilegium de reg. iuris in 6. Si verò sunt realia transeunt cap. Cum venissent de instit. & Communiter Doctores & de hoc infra. Nunc videamus quid sit hypotheca, & quibus competat, & ad quos transeat.

8 † Hypotheca dicitur ab hypos quod est sub, & thesis quod est positio, idest res supposita obligationi.

9 Duplex † est hypotheca tacita quæ & legalis, &
10 expressa, quæ & conuentionalis dicitur. † Conuentionalis, siue expressa item est duplex, generalis vna, quæ ad omnia bona se extendit, non solum præsentia, sed etiam futura l. 1. l. & quæ nondum
11 ff. de pignor. † quæ inducitur non solum, quando stipulatio concipitur per verba. Bonorum tam præsentium, quam futurorum; sed etiam si absolute dicatur, fide & periculo rerum mearum ita l. vlt. C. quę res pigno. oblig. poss. In qua tamen generali hypotheca non comprehenduntur ea, quæ prudens facilè in spetie non obligaret vt sunt vestes quotidianæ, & suppellex, Doctorum libri, opificum, vel artificum instrumenta mancipiorum necessaria ministeria, & quæ ad affectionē debitoris spectant.
12 l. obligatione generali ff. de pignor. † Altera particularis, quæ est vnius vel plurium rerum in spetie obligatio, de quibus hypothecis proprie loquitur
13 titulus C. & ff. de Pignori. † Tacita hypotheca est illa, quæ & legalis dicitur, & legum dispositione inducta est, & à partibus non est expressa; Vnde & legale pignus dicitur, quia lex in quibusdam casibus constituit tale pignus, licet partes in conuentione nullam de eo faciant mentionem, de quo & loquitur text. in ff. & C. In quibus casibus pig. vel hypoth. taci. contraha.

14 † Expressa hypotheca non competit, nisi de ea inter partes conuentum sit, Tacita verò competit
15 etiamsi de ea non sit actū, sed à lege datur † Primò hanc habet fiscus in bonis cuiusque sui debitoris, siue ex contractu l. 2. C. in quib. caus. pignus &c. & l. 3. & 4. C. de Priuil. fisci; siue pro censibus, & tributis præstandis, l. 1. C. eodem & l. 1. C. Si
16 propt. pub. pensit. vend. fact. fuerit. † Nomine autem fisci intelligitur publicum ærarium. Secundò Pupillus, vel minor habent obligata omnia bona tutoris & curatoris pro administratione, l. Pro officio C. de administr. tut. quam tacitam hypothecam Glossa & Abbas cap. Ex litteris, de pignori. transferunt etiam ad Ecclesias, & hospitalia, vt & ista habeant obligata bona administrantium pro administratione. Quia Ecclesia fruitur iure minorum cap. Auditis de in integ. restit. Tertiò liberi eandem tacitam hypothecam habent in bonis patris pro administratione bonorum aduentitiorum, patet ex tribus legibus vltimis C. de bonis, quæ liberis. Quartò res empta ex pecunia pupilli est ipsi tacite hypothecata, ita vt pro recuperando pretio, anteponatur alijs creditoribus habentibus anteriorem hypothecam etiam expressam l. idemq; ff. Qui potior. in pigno. iunct. Gloss. verbo res fuerit. Quintò quæ illata vel inducta sunt à conductore in vrbanum prędium sunt tacite hypothecata pro pensione, & damno rei l. 2. & 4. ff. In quibus caus. pign. vel hypot. tacit. contra. l. Si non inducta C. eodem l. Certi iuris C. de locat. & conduct. An autem eodem modo obligata sint inducta in prædium rusticum, non conuenit. Neratius enim in cit. l. 4. ait. In rusticis prædijs contra obseruatur;

 ratio

ratio esse potest, quia satis videtur prospectum domino in fructibus, quos tacite pro pensione habet obligatos iuxta l. In prædijs ff. ex quibus causis Glossa verò in cit. l. 4. & plerique Doct. in citatis legibus existimant certi iuris etiam illata in rusticum prædium esse eodem modo obligata; si dominus scinerit esse illata: ait enim Imperator Certi iure est ea, quæ voluntate dominorum coloni in fundum conductum induxerint, pignoris iure dominis teneri. Quæ tamen lex secundum Glossam marginalem hoc non probat, quia illud voluntate dominorum, quod alij Doctores explicant, sciente
17 domino, ipsa interpretatur ex pacto † Sed quidquid sit de hoc, certe negari non potest, quod, quæ inquilinus in domum inueit, non possint à domino retineri, donec ei pensio debita soluatur, iuxta regulam generalem vsu receptam, quam, tradit Gaill. lib. 2. obser. 12. num. 5. Si res ad aliquem, cùm vitio peruenit, retineri non potest. Si verò sine vitio, tunc, si subsit causa retinendi rei cohærens, retineri potest, puta propter expensas in re factas,
18 † vt si sartor vestem retineat ob non solutam mercedem: Procurator vel aduocatus, acta; faber, equum curatum; & sic de similibus: per text. in l. Colonus ff. de vi & vi arma. arg. Gloss. in verbo, propter. textus in l. Qui iniuriæ §. fin. ff. de furt. Gloss. in l. Si quis rem, in verbo non reddendi ff. de acqui. poss. & in l. Si non sortem §. Si centum in verbo retinebitur ff. de condit. indeb. 6. Bona matris transeuntis ad secundas nuptias sunt hypothecata filijs prioris Matrimonij pro restitutione eorũ, quæ à primo marito lucrata est l. hac edictali C. de secund. nupt. & l. Si mater C. quib. cauſ. pig. tac. contrah. Alios casus in quibus tacita hypotheca contrahitur vide apud Doctores præcipue Negusantium de pignor. part. 2. membr. 4. Tolosanum lib. 23. Syntag. cap. 8. & apud summistas, mihi satis erit hoc septimo & vltimo nempè. Quod maritus eandem tacitam hypothecam habet in bonis vxoris, vt promissa dos soluatur; & vicissim vxor eandem habet in bonis mariti, vt sibi restituatur text. est in l. vnica §. & vt plenius ibi Damus ex vtroque latere hypothecam C. de rei vxor. act. Competit autem hoc priuilegium vxori primò,
19 † quia cum de iure communi ciuili maritus non lucretur dotem, etiamsi vxor præmoriatur, sed soluto Matrimonio dos ipsi vxori, vel eius patri, vel eius hæredibus veniat restituenda, l. 2. ff. solut. Matr. l. dos à patre 4. C. soluto Matrim. licet de iure statutorum aliter alicubi receptum sit; ideò lex voluit omnia bona mariti esse tacite hypothacata vxori agenti pro restitutione
20 dotis dicta. l. vnica §. & vt plenius † & virtute huius hypothecæ pro restitutione dotis omnia bona mariti sunt adeò hypotecata tacite, & obligata, vt vxor possit propria auctoritate absque aliqua iudicis licentia remanere in detentione domus, quam vna cum marito viuente habitabat, iure familiaritatis, tamquam vxor, & eam potest propria auctoritate pro sua dote possidere Bald. in l. pen. C. de pignorib. act. quod dictum valde notandum dicit Iason in §. Item seruiana nu. 72. Inst. de acti. quod intellige donec ei dos restituatur,
21 Secundò hoc idem priuilegium habet vxor in bonis patris mariti in tribus casibus primò quando pater iussit filiũ accipere vxorem, & dotem 2. quando pater consensit filio ducenti vxorẽ, & dotẽ recipienti. Tertiò pater cogitur consentire, vt quando filius ducit vxorem honestam, & in eo loco non est in vsu donatio propter nuptias, quia si donatio est in vsu, satis grauatus censetur pater in ea constituenda l. fin. C. de donat. promiss. In his casibus pater obligatur pro conseruatione & restitutione dotis, & ideò consequenter eius bona sunt tacite obligata pro dicta restitutione. Bartol. & alij. per text. in l. Si cum dotem §. transgrediamur ff. solut. Matr. Bald. nouell. de dote in 6. part. priuileg.
22 20. † & hoc priuilegium est valde vtile vxori, cum ratione istius possit agere etiam contra extraneos
23 possessores rerum ipsius mariti, vt infra; † quia sicuti expresse hypothecata transeunt cum suo onere. l. Si debitor C. de distrat. pigno. eodem modo transeunt etiam tacite obligata, hoc tamen
24 modo, † quod si res sint immobiles, potest ad eas vxor agere siue possideantur à marito, siue ab extraneo, l. vbi adhuc C. de iure dotium, Si istæ res immobiles sint propriæ mariti. Si verò non sint propriæ, vt res emphiteuticæ, vel feudales, tunc poterit tantum donec ius mariti durat, & non
25 vltra, † quia resoluto iure datoris, resoluitur etiam ius acceptoris, l. Lex vectigali ff. de pignor. Si verò sint immobiles, vt merces, vel habitæ causa mercandi, tunc si adhuc sunt penes maritum, eadem hypothecaria poteret agere vxor ad illas, si verò sunt venditæ, non poterit l. Cum tabernam ff. de pignor. Si autem sunt immobiles; & non sunt merces, poterit agere etiam contra extraneos, quia
26 non reperitur prohibitum. Tertiò † vxor non solum habet tacitam hypothecam pro dote, sed etiam pro donatione propter nuptias, quæ à marito constituitur vxori in recompensationem dotis, & de isto priuilegio est text. in §. est & aliud Inst. de donat. & in tit. C. de donat. ante nupt. licet enim, nisi fiat pactum de lucranda dote, sicuti dos soluto Matrimonio redit ad vxorem ita donatio propter nuptias redeat ad maritum cap. fin. de dona. inter
27 virum & vxorem † vt seruetur æqualitas quæ omninò seruanda est in dote & donatione propter nuptias Auth. æqualitas C. de pactis conuent. Attamen, si fiat pactum, quod vxor mortuo marito habeat donationem propter nuptias, vel donatio propter nuptias pro maiori securitate dotis constituta sit, tunc bona mariti sunt obligata vxori pro eadem donatione, text. est expressus in l. vbi adhuc & ibi Glossa in verbo suppositas C. de iure dot. & in l. Si constante vers. iura C. de donat. ant. nupt. Glossa in l. assiduis §. hæc autem, super verbo suo tempore C. qui pot. in pignor. & hæc communis conclusio, & ipsa veritas est, & text. qui in contrarium adducuntur ab aliquibus; sunt de Priuile-
28 gio Prælationis, non hypothecæ; † omnis ergo dubitatio cessare debet, cum habeamus textus expressos vt inquit Bald. in l. Ancillæ C. de furt.
29 Quartò † Priuilegium tacitæ hypothecæ competit vxori in bonis mariti, etiam pro bonis paraphernalibus, per maritum administratis. text. & ibi Doct. l. fin. C. de pact. conuent. & ex l. vbi adhuc in prin. in verbo extra dotem constit., & ibi Gloss. in verbo Interpositas C. de iure dot. & Bart. & Bald. & Alex. l. fin. C. de pactis conuent. Iason. §. fuerat Inst. de actio. non tamen in his habet ius prælationis, vt in dote l. Assiduis cit. quod vt
30 intelligas † tria sunt genera bonorum vxoris, vel vt Paulus de Castro loquitur in l. Maritus. C. de procur. Triplex est patrimonium vxoris. Primum est dos. Secundum bona paraphernalia. Tertium quæ marito, nec fuerunt data in dotem, nec in custodiam, quæ ab alijs dicuntur receptitia. Gaill. lib. 2. obser. 82. num. 5. & Mysing. cent. 3. obser. 53. numer. 1. habet ergo tacitam hypothecam

pro

pro bonis paraphernalibus idest illis quę vxor tradit
marito in custodiam præter dotem, hæc enim
paraphernalia dicir. Glossa. super Rubri. C. de
pact. Conuent. & text. in l. Si ego §. dotis ff. de
31 iure dotium. † Quintò Eadem tacita hyporheca
competit vxori in rebus mariti pro alimentis; late
Negusant. de pign. par. 2. memb. 4. num. 47. tam
constante, quam soluto Matrimonio idem Negus.
32 per multas rationes ibidem † & etiam ægrotæ pro
sibi subueniendo medicinis, alimentis, & alijs
33 necessarijs l. quod in vxorem C. de neg. gest. † Item
vxori facienti diuortium vel à marito aufugienti, si
culpa mariti fiat diuortium, vel aufugiat, secus
verò si contra; Cynus & Bald. in l. quod vxorem
34 C. de negot. grstis. † An autem maritus teneatur
alere vxorem indotaram? Dic secundum cõmunem
opinionem Doctorum, quod si maritus nulla dote
promissa duxit, tenetur alere, & maritali affectione
prosequi, quod enim indotatam duxerit, debet
35 sibi imputare, † quia non dos, sed consensus facit
Marrimonium rext. l. nuptias ff. de reg. iur. & l.
fin. C. de donat. ante nupt. Innocent. in cap. Per
vestras numer. 3. de donat. int. vir. & vxor. vbi
36 haber, † quod mulier nulla constituta dote, perso-
nam suam pro dote dedisse intelligitur Panormit.
In cap. accedenres num. 6. in fin. de Procur. facit
text. in l. quod si nulla ff. de relig. & sumpt. fin.
Bart. in l. obligamur ff. de act. & obligat. num. 1.
37 † Imò vxor indotata & inops nubens marito locu-
pleti, & diuiti habet beneficium Auth. præterea
C. vnde vir & vxor idest, quadrantem bonorum
mariti, & hoc in honorem Matrimonij, ne vxor
cum infamia, & dedecore mariti turpiter mendi-
care cogatur text. §. Quia verò legem el 2. Auth.
vt liceat. Matri. & Aui. perbelle Crphalus cons.
244. per totum volum. 4. Socinus senior cons. 121.
38 per totum volum. 4. vbi num. 14. & 34. † dicit
rale lucrum esse necessarium ex prouisione legis &
39 ideò trstamento non posse auferri vxori. † Vt
autem scias quid sit quadrans; Nota ex Oinotomo
40 §. Hæred. Inst. de Hæred. instit. in prin. † quod
tota hæreditas plrrumque in legibus continetur
nomine Assis. ita vt institutus ex asse in vniuersis
41 bonis defuncto succedat. † Legalis verò diuisio
hæreditatis, est in duodecim vncias seu partes l.
Seruum meum §. fin. ff. de hæred. instit. potest
tamen testator in plures partes distribuere, vt
42 mox. † Nomina autem spetialia harum duodecim
partium sunt. As ve comprehendit 12. vncias.
Deunx. vndecim, quasi vna dempta ex asse. Dextans
seu decunx, decem vncias. Dodrans nouem
vncias. Bes octo vncias. Saptunx septem. Semis
idest sex & sic dimidiam hæreditarem, Quicunx
quinque vncias Triens. 4. quasi rertia pars assis.
Quadrans tres vncias quasi quarta pars assis, & ali-
quando appellatur Truncium; Sextans duas vncias
43 denotat quasi sexta pars assis; † Potest tamen
testator diuidere in quot partes voluerit, si diuidat
in 24. partes, sru vncias dicitur dupondium §. & si
plures inst. de hæred. instit. Si verò in 36. vncias
Tripondium, & hoc satis pro intelligentia dicto-
rum, nunc ad rem nostram redeundo. Regulariter
maritus ducens vxorem indotatam, & nulla sibi
promissa dote tenetur alere vxorem, iuxta dicta;
44 † Si verò initio dos sit promissa, & postea inito
Matrimonio non soluatur Bald. in l. fin. num. 1. C.
ad velleia. & doct. per illum rext. in l. fin. C. de
repud. afferunt non reneri alimentare, imò posse
expellere, & ad domum suorum parentum, vel
propinquorum remittere per text. in l. si donaturus
§. fin. de condict. caut. Boer. decis. 12. num. 1. &
2. part. 1. si plura cupis vide Sanchez de Matrim.
lib. 9. disp. 4. vbi plene; quando maritus teneatur
45 alere vxorem. † Sextò Priuilegium tacitæ hypo-
thecæ competit mulieri in rebus mariti pro aug-
mento dotis Negus. loc. cit. memb. 5. num. 46.
46 † Dos enim etiam constante Matrimonio potest
augeri l. Si Constante C. de donat. ante nupt.
47 † Septimò hanc eandem hypothecã habet mulier
in bonis mariti pro dote etiam in Matrimonio
putatiuo, si dos sit data l. Si cum dote §. fin. ff.
solut. Matr. Bald. Nonell. tract. de dote par. 11.
48 † Dicitur autem Matrimonium putatiuum,
quando consanguinei contrahunt Matrimonium
ignoranter in gradu prohibito hoc etiam casu, quo
impedimento comperto Matrimonium est direm-
ptum, si dos soluta sit datur vxori putatiuæ priuile-
gium tacitæ hypothecæ.
49 † Non solum vxori sed etiam marito competit
& sicut vxori competit in rebus mariti ita marito
50 in rebus vxoris pro dote consequenda. † Imò &
Bona fideiussoris tacite obligantur pro dote, siue
intercesserit ex parte vxoris pro danda dote, siue
ex parte viri pro restiturnda, in ijs casibus videli-
cet, quibus dotis restituendæ nomine fideinssor
intercedere solet. Bald. nouell. tract. dotis. p. 6.
priuileg. 21. Quod militat etiam in eo, qui fideius-
sor post solutum matrimonium dotis nomine in-
51 tercessit idem ibidem, priuileg. 6. † & bona vxoris
non solum obligata sunt viro pro præstanda dote,
quam vxor marito promitit, sed etiam pro euictio-
ne dotis, si contingat maritum dare dotem vxori,
& euinci, l. vnica §. vt plenius ibi pro rebus dota-
libus euictis iuncta tamen leg. 1. C. de in dot. dat.
solut. Si dos incipiat à promissione, tunc, qui
promisit, & dedit dotem, quæ postea euincitur;
tenetur de euictione. Si verò incipiat à traditione,
52 non tenetur, † Maritus tamen scienter recipiens
rem alienam in dotem, etiam promissam non habet
regressum de euictione contra vxorem, nisi euictio
tunc ei fuerit promissa expresse l. si à Matre & ibi
Gloss. super verb. Nullam C. de iure dot. Nrgusant.
memb. 4. num. 26.
53 † An autem extraneus qui dotem dedit & ex-
presse stipulatus non est eam sibi restitui, habeat
tacitam hypotheram in bonis mariti. Communis
conclusio est quod non; Quia hæc à lege illi non
conceditur, habet autem si expresse stipulatus est
sibi restitui, sed tunc habet actionem ex stipulatu
non ex actione legis ex sua ergo & hominis proui-
54 sione habet actionem inde † retinet etiam origi-
nalem naturam actionis ex stipulatu, quæ est stricti
iuris. Vide Neguis. d. Memb. 4. numer. 67. &
Oinotomum loco citato num. 48.
55 † Priuilegium aliud habet mulier in bonis ma-
riti, pro exactione dotis; estque hoc Priuilegium
Prælationis, quo præfertur omnibus alijs credito-
ribus mariti, etiam anteriora iura habentibus
textus est in §. Fuerat Inst. de act. & in l. Assiduis
C. qui potio. in pignor. contra vulgarem regulam
Potior in iure, qui prior est tempore l. 2. in fin.
& l. licet C. qui poti. in pignor. Sed quia multi sunt
56 creditores, videndum, † qui illi sint, & an hoc
priuilegium in omnibus locum habeat quibus visis
veniemus ad decisionẽ propositæ difficultatis. An
Priuilegium tacitæ hypothecæ, & Prælationis ab
vxore trasmittatur, idest an transfrat ad alios.
Creditores ergo sunt triplices. Primò Qui tantum
personalem actionem habent, qui & dicuntur chi-
rographarij; & isti præter singrapham, vel chiro-
graphum

graphum debitoris manu ſubſcriptum, nihil aliud
habent loco cautionis, l. Cum tibi. C. Qui potior
in pignor, & iſtis nihil iuris expreſſe, vel tacite in
bonis mariti conſtitutum eſt, nec quidquam aliud
habent præter nudam obligationem perſonalem, &
de iſtis nulla eſt dubitatio, quin mulier eis præfe-
ratur, & hoc non ex priuilegio mulierum d. l.
aſſiduis ſed ex diſpoſitione iuris communis quo
cauetur, vt habens ius reale præſeratur habenti
priuilegium perſonale l. eos qui C. qui pot. in pig.
hab. & not. vulg. reg. Fruſtra precibus impetratur,
quod à lege communi conceſſum eſt l. 1. cum
ſimilib. C. de Theſ. lib. 10. Secundò Aliqui ſunt
creditores, qui vltra perſonalem actionem habent
etiam obligata tacite bona debitores. Sicuti ſunt
bona tutoris pupillo pro mala adminiſtretione l.
pro officio C. de adminiſtr. tut. Item bona con-
ductoris illata in rem conductam vt ſupra ſunt ta-
cite obligata locatori, quæ enumerat Neguſ. de
pign. Memb. 4. par. 2. quando autem iſti ſunt
creditores mariti, & cum eis concurrit vxor, licet
ab vtraque parte prætendatur non ſolum perſona-
lis obligatio ſed etiam realis tacitæ hypothecæ,
præfertur talibus creditoribus, etiamſi priores ſint
tempore & priorem habeant tacitam hypothecam,
ita vnanimi conſenſu concludunt Doctores propter
text. in l. Aſſiduis. verſ. Licet prioris temporis
priuilegio vallati ſint. Neque in hoc eſt diuerſitas
57 inter Doctores, † ſolum eſt difficultas de fiſco, qui
etiam habet tacitam hypothecam in bonis eorum,
qui pro tributis cenſibus &c. illi debent, vt ſupra,
58 † quæ fiſci hypotheca etiam eſt multum priuile-
giata, vt in acquiſitis poſt cum creditoribus alijs
fiſcus præferatur vt not. per text. in l. Si is qui
mihi ff. de iure fiſci, & hoc propter publicam vtili-
tatem Communiter tamen concluditur iuxta
59 Oinotomum §. Fuerat inſt. de act. nu. 56. † quod
reſpectu tacitæ hypothecæ fiſcus & vxor pari paſſu
incedant, & prior tempore potior in iure, quando
60 conſtat de prioritate, † quod ſi conſtet de hypo-
theca, & dubitetur de prioritate, mulier præfertur
Bald. in l. dotis. C. de iur. dot. per l. non puto ff.
61 de iure fiſci † vbi dicitur non delinquere cum qui
in dubijs quæſtionibus contra fiſcum facile pro-
62 nunciat, † & in dubio melius eſt pro dote reſpon-
63 dere l. in ambiguis ff. de iure dot. Gaill. † tamen
ſimpliciter aſſerit, quod licet vxor, & fiſcus quoad
tacitam, vel expreſſam hypothecam pari paſſu
ambulent ex communi tamen ſententia Doctorum
in pari cauſa vxorem præferri fiſco tamquam magis
priuilegiatam & citat Iaſon in l. 1. nu. 2. ff. ſolut.
Matr. & Neguſ. in tract. de Pignor. memb. 4. part.
64 2. num. 108. cum ſeq. † & certe fauorabilior eſt
cauſa eorum qui certant de damno vitando quam
de lucro captando tex. in fin. §. licentia C. de iure
65 deliberandi. † Sed vide an aliter ſit dicendum
dum agitur de fiſco pro pœna, & de fiſco pro con-
tractu Cenſibus & tributis, quia etiam tunc agitur
de damno vitando non de lucro captando, vt cum
agitur ad pœnam vera ſit opinio Gaill. &c. cum ad.
tributa Contractus &c. vera ſit contraria quod
66 fortaſſe etiam ipſi intendunt. Tertiò † Creditores
ſunt illi qui vltra perſonalem obligationem debito-
ris habent etiam pignora, & expreſſas hypothecas
vt quando debitor expreſſis verbis obligauit credi-
tori domum agrum &c. vel etiam ei tradidit pignus
realiter & de iſtis creditoribus habentibus expreſ-
67 ſam hypothecam magna eſt difficultas † an mulier
ob Priuilegium ſuę prælationis ſua hypoteca tacita
præferatur iſtis habentibus expreſſam. Aliqui
affirmant vxorem præferri indiſtincte omnibus &
quibuſcunque creditoribus quamcunque hypothe-
cam habentibus & quantumuis anterioritate tem-
poris ſuffultis per text. in l. in rebus C. de iure dot.
ibi In rebus dotalibus vendicandis mulierem om-
nem habere poſt diſſolutum Matrimonium præro-
gatiuam iubemus & neminem creditorum mariti
qui anteriores ſunt poſſe ſibi potiorem cauſam in
his per hypothecam vendicare &c. & in l. aſſiduis
ſæpe citata ibi. Sancimus ex ſtipulatu actionem,
quam pro mulieribus pro dote reſtituenda dedimus
cuique etiam tacitam donauimus ineſſe hypothe-
cam potiora iura contra omnes habere mariti cre-
ditores licet anterioris ſint temporis priuilegio
68 vallati. † qui textus cum neminem excludant
omnes comprendere ſunt intelligendi imò cum
omnes includant vt patet per illas vniuerſaliſſimas
dictiones neminem & omnes durum eſt admittere
in illis diſtinctionem hominis, argumento l. 1. §.
generaliter ff. de leg. præſt. Vbi enim lex non di-
ſtinguit nec nos diſtinguere debemus, & hanc multi
dicunt eſſe in puncto iuris veriorem, Alij ſunt in ea
ſententia quod mulier habens in bonis mariti taci-
tam hypothecam pro dote præferatur etiam alij
creditoribus mariti habentibus eodem modo taci-
tam licet ſint priores tempore non tamen habenti-
bus expreſſam ſi expreſſa ſit prior tacita & volunt
legem fauore dotis tollere ſuum priuilegium legale
alijs conceſſum non tamen auferre illud de quo
partes expreſſe inter ſe conuenerunt & expreſſe
69 ſibi proſpexerunt & probant, † Quia Princeps non
poteſt auferre ius quæſitum alteri ſine certa, &
iuſta cauſa vt not. poſt. Gloſſ. in l. fin. C. Si contra
ius uel vtilit. publi. Cum ergo habens expreſſam
hypothecam ius acquiſiuerit, non erit dicendum
illud à Principe tolli, quod ſi dicas habere ius etiam
ratione tacitæ hypothecæ, & tamen hoc tolli.
Reſpondeo hoc non eſſe ius à partibus acquiſitum
ſed à lege conceſſum ideò hoc legem tollere vt
quid ſuum, non illud à partibus ſibi comparatum.
Item probant, quia mulier, & fiſcus pari paſſu
ambulant in priuilegijs tacitæ hypothecæ. l. quam-
70 uis Cod. de priuileg. fiſ. † Priuatus autem habens
expreſſam hypothecam præfertur fiſco habenti
tacitam anteriorem. l. ſi pignus ff. qui potior in
71 pign. ergo præfertur etiam mulier. † Quod ſi dicas
eandem eſſe uirtutem taciti & expreſſi, ideo ſi uxor
habens tacitam obligationem et hypothecam præ-
fertur item habenti tacitam, præferetur etiam
habenti expreſſam, cum expreſſi, et taciti ſit idem
iuditium. Reſpondet, quod illa regula uerum
habet, quando tacitum procedit ſecundum regulas
iuris communis, non autem, quando procedit
contra eaſdem ut in caſu iſto, in quo regula com-
munis iuris eſt, quod prior tempore ſit potior in
iure, cum ergo illud tacitum priuilegium idest
tacita hypotheca ſit contra ius commune ut po-
ſterior, illam habens præferatur habenti priorem
non eſt dicendum idem eſſe iuditium taciti et
expreſſi maxime quia ſic intellecta inuoluit damnũ
tertij, et ad id, quod pro contraria ſententia
adductum eſt nempe ad generalitatem uerborum,
et quod lex non diſtinguat; item reſpondent,
72 † Leges illas eſſe intelligendas ſecundum ſubiectã
materiam, et ideo, cum ibi loquantur leges de
hypotheca tacita eſſe item intelligendas de tacita
non de expreſſa, ne ex alia interpretatione dam-
num alijs inferatur argumento text. Cap. Ex tenore
de foro compet. et dictæ l. final. Cod. ſi contra ius
etc. Primam opinionem ſequuntur Miſingerius
Cent.

Cent. 3. obser. 13. et ita in Camera asserit fuisse iudicatum & alij quos ipse refert; secundum autem sequitur Andreas Gaill. libr. 2. obseru. 25. nnner. 10. & alij quos ipse refert. vbi etiam habet hanc esse magis consentaneam iuri scripto rationi & æquirati esse verissimam & communem nec ab ista in iudicando esse recedendum, & hoc confirmat auctoritatibus Doctotum. Vide Abbatem & Barbat. in Cap. Ex litteris de pignoribus Ignat. in quæst. An Rex Franciæ numer. 138. Bald. Nouell. in tract. de dote part. 10. late de hac quæstion. agentes.

73 An autem mulier habens expressam hypothecam sed posteriorem præferatur habenti item expressam sed anteriorem neq; item conueniunt Doctores, Angel. §. His conueniens Nouella 97. de æqualit. dot. & Bald. in tract. dot. p. 10. num. 36. suadet amplectandam affirmantem esse præferendam mulierem probant. Quia eadem est virtus taciti & expressi. l. Cum quod ff. si certum petatur eum ergo mulier habens tacitam posteriorem præfertur habenti item tacitam anteriorem preferetur etiam habenti expressam anteriorem & quia ista est doti fauorabilior & etiam quia in dubio pro dote est iudicandum. l. in ambiguis ff. de iure dotium contrarium alij putant verius & magis communiter approbari. Probant. Reg. prior tempore potior in iure, cui standum volunt etiam in hoc casu qui non reperitur exceptus, & leguni correctio non est
74 inducenda, † quod non mutatur quare stare prohibetur? l. Sancimus C. de rest. Legem autem Assiduis volunt loqui tamen de tacita non de ex-
75 pressa & ideo nihil de hoc casu decernere, † Nec volunt tantum inesse virtutem tacito vt possit in-
76 ducere legum correctionem, † quæ neq. inducitur à maioritate rationis, quando agitur de extensione casus ad casum non expressum vt per Gloss. & ibi not. Authen. quas actiones verbo excluduntur, ibi. An idem in ciuitate. Cod. de Sacros. Eccles.
77 † Tu dicito quod mulier non præfertur in dicto casu, idest habens expressam hypothecam habenti item expressam, non præfertur in quam in bonis quæsitis ante expressam hypothecam, præfertur autem in acquisitis post illam, quia præfertur etiam fiscus in istis, habentibus priorem expressum. l. si is, qui ff. de iure fisci ergo multo magis mulier, cum illa sit magis priuilegiata, & fauorabiliter in
78 hypotheca, vt supra dictum est. † An autem vxor habeat priuilegium Prælationis in bonis mariti pro donatione propter nuptias? Respon. quod vel donatio est constituta propter dotem, vel est tantum ex causa lucratiua; si est propter dotem, mulier habet tacitam hypothecam; & beneficium prælationis. Si autem est tantum ex causa lucratiua habet quidem tacitam hypothecā in bonis mariti sed non prælationem. Negus. membr. 4. part. 2.
79 nnmer. 65. † Aliud etiam est dubium an Prælatio videlicet competat vxori in bonis mariti pro dote confessata, de qua tamen non constat an fit soluta, quæ etiam solet diei dos cauta, non numerata, & de qua est text. io C. de dote caut. non num. vbi Imperator ait sæpe contingere maritum potinndæ vxoris causa confiteri se recepisse dotem, quam non recepit, sed sperac se recepturum ideo legea vt indemnitati maritorum prospicerent statuerunt quædam tempora ad similitudinem exceptionis non numeratæ pecuniæ, infra quæ vxori vel eius hæredibus agenti ex tali cautione, potest opponi exceptio non nnmeratæ pecuniæ, infra quæ vxori vel eius hæredibus agenti ex tali cautione, potest opponi exceptio non numeratæ dotis, & vxor eo casu tenetur vltra confessionem solutæ dotis factā
80 à marito probare etiam esse numeraram. † Tempora autem sunt expressa in Authent. quod locum. C. de dot. caut. non num. hoc modo Si matrimonium à die, quo est contractum soluitur infra biennium morte, vel diuortio, tunc maritus vxori, vel hæredibus eius agentibus ad repetitionem dotis, potest obijcere exceptionem non numeratæ dotis infra annum. Si autem post elapsum biennium à die contracti matrimonij, eodem modo vxor, vel eius heredes agant ad repetitionem dotis, eadem exceptio vsq; ad decem annos potest opponi; sed tamen infra tres menses tantum. Quod si mulier & maritus vltra decennium habitauerint simul vxori agenti ad repetitionem dotis ex confessione dotis à marito factæ, licet non constet de solutione, tunc non potest opponi prædicta exceptio, sed est omnino sublata, & instrumentum confessionis habetur pro solutione, & numeratione dotis dicta auth. quod locum; de hac ergo dote idest confessata non soluta quæritur, an pro ea vxor
81 habeat priuilegium prælationis. † Respondeo, vel maritus confitetur in instrumento, se accepisse dotem ab vxore, vel eius patre, vel confitetur se recepisse ab extraneo. Si confitetur, se recepisse à patre, non haber beneficium prælationis, si vere confitetur se recepisse ab extraneo, habet, quia, quotiescunq; dotem se recepisse ab extraneo confitetur maritus, semper præsumitur actualiter numerata iuxta Salicet. in Auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. intellige tamen si alij creditores mariti probent sua credita per veram & realem numerationem, quia si etiam ipsi haberent tantum confessionem, vel cautionem super eorum creditis confessatis, tunc, cum vxor, & creditores pari iure vterentur, mulier vtpote agens ex causa dotis magis priuilegiata præfertetur alijs creditoribus etiam in dote tantum confessata. l. in ambiguis ff. de iure dot. vide Bald. Nouell. vbi supra p. 10. Iason. in §. fuerat inst. de act. Alex. cons. 141. lib. 5. Decius cons. 96. Afflit. constit. Neapol. lib. 3. rub. 14. num. 34. Tiraquel. de retractu Conuent. §. 4. Gloss. 6. numer. 14. qui latissime agunt de
82 hoc † huiusmodi tamen priuilegio non gaudet maritus agens pro consequutione dotis quia specialiter est concessum mulieri ita Doct. in l. vnica §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. & in l. 1. ff. solut. matr. habet tamen taciram hypothecam eodem §. sed vt plenius, vt supra dictum est neq;
82 † mulier ipsa habet ius prælationis in bonis paraphernalibus quia nullibi reperitur expressum, sed tantum hypothecam tacitam vt supra Glossa singula. in l. si ego §. dotis super verbo condici ff. de iure dot. & not. per Alex. & Iason. num. 41. & in l. maritus Cod. de procur. Negus. membr. 4. eit.
83 num. 63. † Competit mulieri quæ secundo nupsit quis licet cesset vna ratio qua priuilegia conceduntur
84 tur nempe, † vt facilius nubat, perseuerat tamen altera, nempe sustinendi onera matrimonij, quæ sunt duæ causæ concedendorum priuilegiorum mulieribus de prima est. l. 1. ff. solut. matr. de secunda l. pro oneribus. C. de iur. dot. Nunc deueniendo ad solutioné propositarum quæstionum. Ad primam, an videlicet tacitæ hypothecæ ius
85 transeat ad hæredes. † Respondet Bartol. quem refert Iason §. fuerat inst. de act. num. 36. in fine dicit. transire ad quemcunque transmittatur hæc actio de dote, etiamsi ad diabolum infernalem, & Oinotomus ibidem numer. 49. dicit hanc esse communem

communem & veram conclusionem, & ratio eſt,
quia tacita hypotheca conceditur à lege non
mulieribus, ſed actioni ex ſtipulatu pro dote, quæ
ſubrogata eſt in locum actionis rei vxoriæ §. fuerat,
inſt. de actio. ibi enim in prine. manifeſtum eſt,
textum loqui de actione, non vero de mulieribus,
in quo poſtea ſubijcitur, tacitam hypothecam ei
datam eſſe, quæ verba ſunt referenda ad actionem
non ad mulierem, quia de muliere nihil in princi-
pio, ſed bene de actione actum eſt, ergo actioni
non mulieri conceſſa eſt hypotheca tacita; ergo
erit priuilegium reale, & conſequenter tranſiena
ad hæredes, & quoſcunq; alias non perſonale, quod
ſequatur, & ſimul cum illa extinguatur vt ſupra
dictum eſt, qualitas autem priuilegij non poteſt
colligi niſi ex inſpectione conceſſionis Cap. porro
de priuileg. Cap. fin. de vſu pallij argumento l. de
his ff. de tranſact. Cap. cum in iure, de offic. delegat.
Cap. cum contingat: de reſcrip. l. vnica. C. de
mand. princ. Cap. nobiliſſimus 96. diſt. c. 1. 3. &
tribus ſeq. de fide inſtr. & docet Hoſtienſ. de
priuileg. & exceſſ. priuileg. & Abbas Cap. quoniam
Abbas de offic. & poteſt. deleg. & probatur etiam
ex l. vnica, cit. §. & vt plenius ibi in huiuſmodi
actione damus ex vtroq; latere hypothecam. Si
datur ex vtroq; latere ergo etiam tranſit ad extra-
neos, hæredes mulieris, vt etiam eſt text. in d. l.
vnica §. illo procul dubio & §. maneat, late de hoc
agit Fab. §. fuerat num. 15. Iaſon 69. Gomez.
29. inſt. de act. Neguſ. dict. membro 4. numer.
30. &c.
86 Ad ſecundam difficultatem. An ius prælationis
tranſeat ad hæredes: Reſpondeo non; tranſire ad
hæredes extraneos; quia eſt ius perſonale tranſit
tamen ad filios eiuſdem matrimonij, à quo dos
proficiſcitur, & ad cæteros deſcendentes ex vxore,
quæ dotem dedit, non iure hæreditatis, ſed filia-
tionis, eſt communis concluſio quam tenet Gloſſ.
§. fuerat verb. cum ipſa inſtit. de act. & Gloſſa in
leg. Aſſiduis, ſuper verbo excepti & ſuper verbo
eis. Codic. qui poteſt. & in leg. 1. Codic. de priuileg.
dot. & expreſſe probatur per textum in l. aſſiduis,
citata verſu exceptis, & ibi Doctores & in Auth. vt
exact. inſt. dotis in principio ibi. Non enim alijs
dedimus dudum, aut damus hoc priuilegium aut
hæredibus aut creditoribus, ſed ſolis filijs, &
Neguſ. in dict. 4. membr. numer. 94. dicit tale
priuilegium non tranſire ad filios alterius matri-
monij, ſed tantum eiuſdem Angelus §. fuerat. nu.
22. inſt. de act. vult competere non ſolum filijs
primi gradus ſed etiam cæteris deſcendentibus, per
tex. in Auth. ſi quid verſ. ſua quælibet ſoboles.
87 Cod. qui pot. in pignor. hab. † Competit etiam
procuratori qui agit ad vtilitatem vxoris, & filio-
rum Gloſſa §. fuerat ſuper verbo cum ipſa inſt. de
act. quia perſona procuratoris reputatur perſona
domini, neq; durior eſſe debet conditio procura-
toris, quam domini. leg. ſed & 35. §. defendere ff.
88 de Procur. † diſpu. Gloſſ. loco cit. an hoc priuil. com-
petat patri mulieris, & concludit, quod ſi agat ad
dotem filia viuente habet hoc priuilegium, cogitur
enim reſeruare dotem filiæ, quandiu viuit, vt denuo
dotari poſſit, ſi vero ea mortua repetit, non habet,
89 ita communiter Doctores cum Gloſſa cit. † maior
difficultas eſt poſito, quod hoc priuilegium non ſit
tranſmiſſibile ad hæredes, ſit ſaltem ceſſibile cre-
ditoribus, ideſt, an creditoribus poſſit cedi, Bartol.
in l. poſt dotem nu. 34. ff. ſolut. matr. diſtinguit.
vel ceſſio fit ex voluntate vel ex neceſſitate ſi fit ex
voluntate non tranſit in ceſſionarium, ſi vero fiat
ex neceſſitate vult tranſire. Quod non tranſeat in
caſu ceſſionis ex voluntate, probat, quia priuile-
gium hoc eſt perſonale. l. 2. §. vlt. de religioſ.
quod autem tranſeat in ceſſione ex neceſſitate,
probat, 1. quando ius perſonale eſt in eſſe deductū
poteſt cedi ex cauſa neceſſaria ita Bartol. loco cit.
Afflictus deciſ. 1306. num. 7. Bologn. in dict. leg.
poſt dotem num. 259. ff. ſolut. matr. ergo ceſſibile
erit ius prælationis, quod habet vxor in dote, ex
cauſa neceſaria. 2. text. leg. quod minor in princip.
ff. de minor. vbi beneficium reſtitutionis in inte-
gram cedi poteſt, & tamen eſt perſonale quippe
quod etiam introductum in fauorem perſone mi-
norum. 3. Ex leg. peto §. prædium de legatis. 2.
Vbi Papinianus ait prædium quod alias ob perſo-
nalem prohibitionem alienari non poteſt, poſſe ob
cauſam neceſſariam. Verum tamen eſt quod neq;
ex cauſa neceſſaria poteſt cedi probatur primo ex
Auth. vt exactio inſtit. dot. in principio ibi. Non
enim alijs dedimus dudum, & damus hoc priuile-
gium aut hæredibus aut creditoribus, ſed ſolis filijs
qui textus eſt intelligendus de ceſſione ex neceſ-
ſitate vt probat Menoch. de præſumpt. lib. 4.
Præſum: 189. nu. 149. 2. Ex text. leg. ex pluribus
ff. de adminiſt. tut. vbi habetur, quod ſi pupillus
tutori ſibi ſolidum ſoluentia cedat actionem
aduerſus contutorem, is ceſſionarius priuilegio
conceſſo pupillo non gaudebit, quod priuilegium
nihil eſt aliud quam prælationis beneficium, quo
actio pupilli cæteris perſonalibus anteferatur. leg.
dabimus §. 1. ff. de priuileg. credit. & tamen in illo
caſu pupillus neceſſitate quadam cedit actionem
illam. l. 1. §. nunc tractan. ff. de tut. & ration.
90 diſtr. & leg. pluries ff. de adminiſtr. tut. 3. † Quod
non eſt tranſmiſſibile ad hæredes neq; eſt ceſſibile
creditori per text. leg. Expluribus ff. de adminiſtr.
tut. In hac re puto eſſe loquendum vt loquitur
Menochius cit. præſumpt. qui cum Baldo Nouello
de dote p. 12. quæſt. 4. verſu ego autem, ita diſtin-
guit. Aut mulier ad ſui commodum & vtilitatem
cedit iura quæ habet contra hæredes mariti. Aut
ceſſio fit principaliter in commodum ceſſionarij. Si
mulier cedit ad ſui commodum iura quæ habet
contra hæredes mariti, tunc priuilegium, quod
ipſi mulieri ex cauſa dotis competit, tranſit in
ceſſionarium, exempli gratia Seia relicta. q. Sem-
pronij vult tranſire ad ſecunda vota, & non poteſt,
quia hæredes Sempronij mariti, ei denegant reſti-
tuere dotem Titius promittit dotem nomine Seiæ
Caio, quem maritum ſibi ſociat, & eidem etiam
ſoluit animo repetandi ab ipſa Seia, & Seia cedit
Titio omnia iura ſua contra hæredes mariti, hoc
caſu certe videntur eſſe ceſſa omnia iura compe-
tentia mulieri, & in ſimili caſu loquitur Caſtro
conſil. 15. col. vlt. lib. 1. & ratio eſt, quia hoc
priuilegium conceſſum eſt ad prouidentiam mulie-
ris iuxta §. fuerat inſt. de act. ob id tranſit etiam
in ſimplici ceſſione. l. emptori nominis ff. de hæred.
vel actio vend. & leg. ſi ſolutum C. de act. & oblig.
& in hunc ceſſionarium tranſit quidquid tranſibile
eſt concernens ipſum ius ceſſum l. vendit. act. ff. de
hær. & act. vend. ſi vero ceſſio fiat principaliter ad
vtilitatem ceſſionarij, tunc hoc priuilegium non
tranſit in ceſſionarium, & ratio eſt, quia hoc pri-
uilegium ſoli mulieri conceſſum eſt. Ad arg. Bartol.
Ad primum negatur aſſumptum & dicitur diſſenti-
re fere omnes. Ad 2. Non obſtat illa lex, quia
beneficium reſtitutionis in integrum pupillo con-
ceſſum tranſit ad hæredes etiamſi expreſſe non
agatur, l. non ſolum ff. de in integ. reſt. & leg.

Hered,

Hered. C. ad Velleia: & ratio est quia priuilegium
restitutionis non est mere personale cum causa
concessionis immediata non sit persona pupilli sed
ipsa læsio. Quod non est in priuilegio dotis, in quo
causa immediata est mulier; Dinus in Cap. priuileg.
de reg. iur. in 6. Ad 3. Respondet Alex. in l. post
dotem num. 34. vers. nec obstat ff. soluto mat.
dicens quod textus loquitur in legato relicto adie-
cta conditione, ne possit in extraneum alienari,
quæ est prouisio hominis.

Habet ergo mulier in bonis mariti tacitam
91 hypothecam & Prælationem modo dicto. † Sed
nunquid eodem priuilegio tacitæ hypothecæ &
prelationis poterit bona mariti repetere ob dotem
de manibus aliorum creditorum, qui illa iam
cæperunt possidere, v. g. Titius est creditor Sem-
pronij mariti Camillæ centum aureorum; ob suum
creditum Titius incipit possidere quædam bona
Semptonij; potest ne Camilla repetendo dotem
agere contra Titium iam possidentem, eo quod
ipsa habeat hypothecam priuilegiatam. Respon-
deo vel loquimur de iure canonico vel de ciuili si
loquimur de iure ciuili non potest agere nisi prius
facta excussione mariti Iason in l. si constante num.
200. & num. 208. ff. solut. matr. vbi hanc dicit
communem & ab ista neq; in consulendo neq; in
iudicando esse recedendum, quamuis ipse aliter
sentiat, Neguš. de pign. part. 8. in princ. Bello.
92 cons. 34. num. 3. & alij, † est autem excussio re-
nisio & consideratio facta an tantum remaneat in
bonis mariti, vt possit illis satisfacere creditoribus
suis, quæ excussio an sit legitime facta determinari
debet sententia declaratoria iudicis & si non est
legitime facta iterato fieri debet: Bart. in l. item
stipulatio §. habet num. 4. ff. de nou. oper. nunc.
Rom. cons. 211. nu. 4. & alij. Ista tamen exceptio
non factæ excussionis potest opponi siue ante siue
post litis contestationem vsq; ad litis conclusionem,
vt est benignior sententia Iason §. item si quis in
fraudem num. 81. Inst. de act. Calcan. cons. 29.
num. 9. & late Portius lib. 1. com. conclus. concl.
93 41. in 13. ampliat. † quæ si opponatur est tantæ
efficaciæ vt creditorem à limine iuditij tamquam
sine actione agentem repellat, & impedit litis
94 ingressum cũ sit exceptio intentionis, quia † nemo
sine actione experiri potest text. in l. si pupilli §.
videamus ff. de neg. gestis, & iuditium esset nul-
lum, si hac exceptione proposita & spreta iudex ad
95 vlteriora procederet † Ista tamen excussio non
esset necessaria quando notorie constaret maritum
non esse soluendo, quia in notorijs excussionis ne-
cessitas non requiritur, & inanis est excussio, quam
excludit debitoris inopia text. in leg. nam is. ff. de
dolo malo, Gloss. not. in leg. decem in verbo
96 excessum ff. de verb. oblig. Bart. ibi nu. 2. † Neq;
item necessaria est excussio, & exceptio non factæ
excussionis non potest opponi; quando causa de
97 bono & æquo determinanda est, † quia ista ex-
ceptio est de apicibus iuris apices autem iuris non
attenduntur in decidendo secundum æquitatem
text. sing. in leg. si fideiussor §. quædam ff. man.
Gloss. ibi in verbo de apicibus, text. in l. etsi non
cognitio. Cod. si contra ius & vtilit. publ. Iason.
in dict. §. si quis in fraudem num. 78. Alex. cons.
58. num. 7. vol. 5. & alij, ideo neq; habet locum
98 ista exceptio inter mercatores, † quia in foro
mercatorum summarie de plano & de æquitate &
non inspectis iuris apicibus proceditur per text. in
§. finali Auth. de fideiuss. Gloss. & Angel. ibidem
Bald. in l. frustra. Cod. de non num. pecun. Iason.
99 §. si quis in fraudem nu. 78. inst. de act. † Si loqui-
mur de iure canonico non est necessaria excussio
nec potest opponi exceptio non factæ excussionis,
100 quia est de apicibus iuris † & apices iuris non
considerantur Glossa in Cap. cum dilecti in verbo
subtiliter. De iudic. Iason. in dict. §. si quis in
fraudem Port. dict. conclus. 41. ex 33. limitat.
101 † Remedium autem vt etiam de iure ciuili
mulier non facta excussione possit ingredi posses-
sionem est, quod in pactis dotalibus apponatur
precarium idest, quod debitor constituat se possi-
dere precario nomine sui creditoris, quia eo casu
si debitor aliquid alienauerit potest creditor rem
alienatam ab illo tertio recuperare conditione l.
fin. C. de acquir. vel retin. possess. etiam non
discusso principali debitore Bald. in l. 1. num. 4.
Cod. de reuocand. his, quæ fiunt in fraud. Angel. §.
Item si quis in fraud nu. 10. vbi dicit esse perpetuo
notandum: Iason ibi num. 77. inst. de act. Boer.
decis. 112. num. 12. & ratio est quia creditor per
constitutum incipit possidere ciuiliter, is enim
possidet, cuius nomine possidetur text. in leg. quod
meo ff. de acquirenda possess. ideo debitor alie-
nando dicitur possessionem creditoris interuertere
ideo creditor indistincte ad restitutionem aget
conditione dictæ leg. fin. C. de acquir., vel retin.
text. in dict. l. quod meo, in l. quod bona ff. de
acquir. poss. text. in l. interdum ff. eodem text. in
Cap. cum venissent & ibi Canonistæ, de restit.
spoliat. & de dote, docet Bald. in l. 1. num. 4.
Cod. de seruo pignori dato manumiss. quam
referunt & sequuntur Gozadinus cons. 42. nu. 12.
102 Alex cons. 74. num. 2. vol. 6. † Sed quæres quæ
bona censeantur data ab vxore marito in dotem si
dos non sit constituta. Certum est quod mulier
potest viro in dotem dare omnia sua bona cum hoc
nullo iure sit interdictum per text. in l. nulla. C. de
iure dotium & l. mulier bona ff. eodem. & vtrobiq;
103 Doctores, & † tunc omnia sua bona in dotem
dare censetur expresse etiam per ista verba. Do
tibi mea bona, vel trado & committo tibi me
meaq; bona præcipue si tali dote maritus dignus
sit, pulchre Alex. cons. 142. numer. 7. vol. 41.
104 Roman. cons. 44. num. 4. † Sed quid dicendum
in casu quo neq; per expressa neq; per æquipollentia
verba nulla de dote mentio facta est. Accursius in
l. mulier bona in verbo mulier ff. de iure dotium
asserit censendam esse dedisse in dotem omnia sua
bona. Sed communiter Doctores tenent, quod non
sit censendam dedisse omnia sua bona, nisi pro-
105 bentur data, † & ratio est quia matrimonium
potest esse sine dote tex. in l. fin. in princ. C. de
106 repud. text. in l. fin. C. de donat. ant. nupt. † &
dotis constitutio consistit in facto tex. in l. 1. C. de
107 dot. caut. non num. † facta non præsumuntur nisi
probantur tex. in leg. quocunq; §. fin. ff. de public.
& ibi Glossa in verbo auctore. leg. in bello §. factæ
ff. de capt. & postlim. reuers. & in l. 2. C. de pro-
bat & in l. assecuratio. C. de non num. pecun. Alex.
dicit hanc esse communem opinionem cons. 142.
vol. 7. Roland. in tract. de dote quæst. 71. Bald.
in l. fin. num. 7. cum seq. C. de sent. quæ sine certa
108 quantit. † ideo de suis bonis potest vxor etiam
109 inuito marito disponere, † neq; maritus fructus
vel redditus facit suos vxore contradicente per
text. notab. in leg. hac leg. C. de pact. conuent.
110 † imo vxor etiam constante matrimonio nec
marito ad inopiam vergente sua bona posset ven-
dicare Gloss. in l. vbi adhuc C. de iur. dot. in verbo
secundum & in verbo, ad sustentationem Bald. &

alij ibi tent. notab. in l. de his. C. de donat. inter
111 vir & vxor. † In hoc casu vt maritus sibi consulat debet constante matrimonio efficere, vt mulier sibi assignet congruentem dotem suo statui Bald. in Auth. res quæ. C. communia de leg. num. 19. &
112 hoc verum est quando prima vice nubit. † Quod si ad secunda vota transeat,& primo marito dotem constituerit, cum eadem dote censenda est nubere etiam secundo, licet de dote non sit actum tex. in leg. dotem ff. de iure dot. & in l. diuus ff. eodem Alex. cons. 144. num. 3. vol. 5. late, Roland. in dict. tract. de dote quæst. 75. & hoc verum est etiamsi extent. liberi ex priori matrimonio Gloss. in leg. hac ædictali §. fin vero plus in verbo diuidi. C. de secundis nup. Boerius late decis. 137. p. 1.
113 quem ad hoc vide † si tamen extent liberi ex primo matrimonio dos data primo marito non intelligitur simpliciter repetita in secundo matrimonio sed cum eo moderamine, vt secundus maritus plus non lucretur, quam vnus liberorum cui minus ex bonis maternis relictum sit per text. in dict. leg. hac ædictali.
114 Pro Coronidæ creditores chyrographarij habentes priuatam scripturam si sint tempore priores præferentur chyrographarijs habentibus publicum scriptum, dummodo priuata scriptura sit roborata testimonio testium fide dignorum, quia habetur pro publica scriptura l. scripturas. C. qui posita in pignor. ita, vt potior in iure sit qui est prior in tempore, Rursus Chyrographarijs semper præferuntur hypothecarij. leg. eos qui. Cod. qui potior in pignor. & l. pro debito. Cod. de rebus auct. iud. poss. & ratio est, quia hypotheca sequitur rem l. rescriptum ff. de pact. l. distinctis & l. pignoris C. de pignor. inter habentes tantum chyrographa nulla datur prælatio sed omnes sunt æquales etiam in prioritate temporis Gloss. in l. priuilegia. ff. de priuileg. credit; sed illi præferuntur quorum est potior causa vt habens ex causa publica præfertur habenti ex priuata, & ex magis
115 pia, habenti ex minus pia. † Ex quibus manet responsum ad primum quæsitum, quod est mulierem in bona mariti habeat tacitam hypothecam non solum respectu dotis sed etiam respectu aliorũ bonorum, ab ipso administratorum & istam transire ad quoscunq;& habere præterea ius prælationis sed hoc tantum respectu bonorum dotalium non vero aliorum bonorum modo dicto & hoc priuilegium esse personale nec ad alios transire nisi in casu supra explicato.
116 Nunc ad secundum quæsitum. † An videlicet Camilla possit repetere agrum modo supradicto venditum, Dico posse repetere, & omnino esse
117 restituendũ. Pro declaratione dicendorũ.† Noto primo quod Dominium regulariter in contractibus non acquiritur,nisi rei traditione, neq; transfertur ante traditionem l. traditionibus. C. de pactis Cocina decis. 49. nu. 5. vbi etiam addit quacunq; momentanea solutione transferri dominium, si aliquod commodum obueniat parti, citans ad hoc multos Doctores, & quod dominium non transferratur ante traditionem repetit decis. 240. num. 3. & in specie, quod dominium rerum dotalium non transeant ad maritum colligitur ex l. diuisione in fine ff. solut. matr. & ex l. 1. iuncta Glos. verbo vniuersale ff. de vsucap. pro dote, Molina Theolog. tom. 2. de iust. disput. 426. & 428. Imo neq; traditione ipsa maritus acquirit dominium omnium rerum dotalium, quæ traduntur, sed tantum aliquorum pro quo. [illegible]

118 Noto 2. Quod res dotales, aut traduntur æstimatæ, aut inæstimatæ: Rursus inæstimatæ consistunt in pondere numero, & mensura, vt sunt pecora, oleum, triticum, & similia, vel non consistunt in istis, vt prædia, vestes, & similia. Si res dotales, quæ non consistunt in numero,pondere,& mensura, tradantur inæstimatæ traditione dominium non transit in maritum,nisi ad aliquos effectus,quatenus videlicet earum administratio ad ipsum spectat, actiones circa illas, & earum vendicatio de manibus illius, vel illorum, qui illas vsurpauerunt. Ista enim ad virum spectant non ad vxorem, dominium tamen non ad virum, sed spectat simpliciter ad vxorem, & ideo siue meliorentur, siue deteriorentur, tam melioramenta, quam deterioramenta ad ipsam non ad virum pertinent, dummodo deterioratio non sit culpa mariti, mulier ergo est vera & simpliciter domina maritus autem solum iuris fictione ad aliquos effectus, habetur aperte. leg. In rebus. C. de iure dot. consentiunt. l. quamuis ff. eodem, & l. si constante §. si maritus ff. soluto ma-
119 trimon. † Ex quo intelliges quomodo sint explicandæ leges, quæ dicunt vel innuere videntur maritum esse dominum rerum istarum actionum l. doce ancillam. C. de rei vendicatione, in qua asseritur constante matrimonio non pertinere ad vxorem, sed ad virum rerum dotalium vendicationem, quæ actio innuit dominium, pertinet enim ad dominum rem vendicare ex leg. si prædium. C. de iure dotium, vbi traditur dominium prædij dotalis inæstimati acquisitum fuisse viro & l. in rebus. Cod. de iure dotium, in qua legitur vxorem soluto matrimonio acquirere dominium rerum dotalium, istæ enim & similes leges intelligendæ sunt de dominio non simpliciter, & vero; sed iuris fictione, quod competit marito viuenti & eo mortuo redit ad vxorem, quæ est vera domina, vt per text. in l. plerunq. ff. de iure dot. vide text. ibi.
120 † De qua vero culpa teneatur maritus, dic teneri de ea, qua tenentur contrahentes in contractibus in fauorem vtriusq; celebratis. l. in rebus in prin. l. vlt. ff. solut. matr. l. Cum duobus §. damna ff. pro Socio, & si constet rem perijsse vel deteriorem effectam sine culpa mariti, non ad vxorem spectat probare culpam intercessisse, sed marito incumbit probare abfuisse, alioquin si non probet, tenebitur ad interesse damni, Anton. Gomez. l. 50 Tau. num. 43. si vero tradantur viro res dotales, quæ consistunt in numero pondere & mensura dominiũ transfertur in maritum traditione, soluto matrimonio tenetur maritus, aut eius hæredes reddere vxori, vel eius hæredibus tantundem. Ratio est quia res istiusmodi traduntur marito vt eas possit alienare, & consumere, quare eas periculo suo sumit, non secus ac si eas mutuo sumeret; habetur expresse l. res in dotem ff. de iure dot. Vide Couar. pract. quæst. cap. 28. vbi multa, & de more suo docto tradit, & ita dicendum. De rebus inæsti-
121 matis vero. † Prius sciendum æstimationem rerum dotalium posse fieri duabus de causis, prima; vt sciatur earum valor, & pretium, vt maritus cognoscat, an dos competens sibi tribuatur, vel vt sit liquidum, quid vxori reddendum sit soluto matrimonio, si quid mariti culpa perijsse compertum fuerit, vel deterius factum. 2. causa, quare fit æstimatio, est, vt ex tunc tradantur marito res dotales æstimatæ, quasi venditæ eo pretio, ita vt tanta non rerum, sed valoris quantitas tradatur in dotem, quo posito. Respondeo, quod si res tradantur æstimatæ primo modo commodum, & incommodum

commodum vtile, & damnum & cætera omnia ita
pertinent ad vxorem, & nihil pertineant ad mari-
tum, niſi ſua culpa aliquid, vel perierit, vel deterins
effectum fuerit, nec tenetur reddere pretium
taxatum, licet pereant, vel deteriorentur, niſi in
caſu in quo eſſet in culpa, vt ſupra dictum eſt de re-
bus inæſtimatis, & ſoluto matrimonio ſi eædem res
exiſtant mulier, vel eius hæredes poſſunt agere ve
reddantur habetur in. l. Cum inter virum C. de
iure dot. ſi vero tradantur æſtimatæ 2. modo æſti-
matio, & traditio talium rerum facit emptionem;
& earum dominium ita tranſit in maritum, vt ad
eum ſpectet periculum, & commodum, damnum,
& vtile, & diſſoluto matrimonio, nec ipſe neq; eius
hæredes poſſint cogi eas reddere, licet exiſtant,
ſed tantum pactum pretium, neq; mulier poteſt
cogi illas accipere, ſed habentur tamquam ab
vxore marito venditæ ita l. quoties & l. Cum dotem
C. de iure dot. & l. plerunq; & l. cum poſt §. in
122 dotem ff. eodem ex l. æſtimatæ ff. ſolut. matr. † &
ſi maritus aliquid rerum hoc modo æſtimatarum
legaret vxori, deberetur pretium rei, vt dos, &
deberetur res ipſas, vt legatum Gloſſa communiter
123 recepta. l. Lucius locuſta ff. de leg. 2. † quod ſi
dubitetur qua de cauſa ex dictis facta ſit æſtimatio
dicendum eo caſu dubio rem eſſe æſtimatam ea
æſtimatione, quę facit venditionem Gloſſa recepta.
l. ſi inter virum. C. de iure dot. conſentiunt. leg.
Cum fundus ff. locati, Conat. loco cit. ſi tamen res
hoc modo æſtimata pereat, antequam ſequatur
matrimonium, periculum, & damnum ſtat vxori,
non viro, non obſtante æſtimatione & traditione,
ita expreſſe l. plerunq; §. ſi ante ff. de iure dot. vbi
Vulpianus reddit rationem. quia æſtimatio, &
traditio ſunt in ordine ad dotem, dos autem ſine
matrimonio eſſe non poteſt, licet matrimonium
poſſit eſſe ſine dote, & ita contractus eſt conditio-
natus, ſi matrimonium ſequatur, & ideo ſi non
ſequatur omnia habentur pro infectis intellige
tamen, niſi res pereat culpa mariti, vt dictum eſt
124 ſupra in ſimili † Verum tamen eſt, quod ſi ſoluto
matrimonio aliquo bona æſtimata æſtimatione quæ
facit venditionem reperiantur in bonis maritis, &
mariti bona non ſufficiant ad ſolutionem dotis non
obſtante tali æſtimatione, mulier poteſt ea bona
repetere, & vendicare, tamquam ſua propria, &
in eis præfertur, quibuſcunq; alijs creditoribus, ita
fauore dotis ſtatutum eſt l. in rebus. C. de iur. dot.
illis verbis ſiue æſtimatæ ſiue inæſtimatæ ſint, & ita
cum quibuſdam Gloſſis, & plurimis Doctoribus
Arias Pinellus leg. 1. Cod. de bon. matr. p. 3
num. 15.
125 Noto 3. Quod licet alias de conſenſu vxoris
potuerit fundus dotalis à marito alienari, hodie
tamen neque à marito de conſenſu vxoris, nec ab
vxore de conſenſu mariti neque ab vtroque con-
ſtante matrimonio poteſt vel alienari vel ſubijci
hypothecæ, quæ late ſumpto vocabulo eſt quædam
alienationis ſpecies, & ſi quid huiuſmodi attenta-
tum fuerit, contractus eſt ipſo iure nullus, & tam
vxor, quam eius hæredes ſoluto matrimonio poſ-
ſunt, quidquid eo modo alienatum fuerit, repetere
ita l. vnica §. & cum lex C. de rei vxor auct. Inſt.
126 quibus alien. lice. aut non in prin. in §. 1. † Neq;
tales contractus validantur ex eo, quod mulier poſt
biennium conſentiat in alienationem, licet rema-
neant viro bona ſufficientia ad ſoluendum pretium
diuenditi fundi, neque obſtat, quod Gloſſa Cap.
cum contingat de iure iurando, & aliqui alij exiſti-
ment contrarium eſſe ſancitum in Auth. ſiue à me.
C. ad Velleia, quia manifeſte conſtat in illa Auth.
non eſſe ſermonem, niſi de re immobili donata
vxori propter nuptias, vel à marito, vel ab alio loco
mariti, non autem de fundo dotali ità Gloſſa ibi,
Panor. in cit. cap. cum contingat num. 5. Bart., &
communiter Doctores quos refert, & ſequitur Co-
uar. cap. quamuis pactum par. 2. §. 1. num. 10.
127 † Imo etiam conſtante matrimonio poteſt ma-
ritus fundum dotalem, à ſe alienatum, repetere
non obſtante quod ipſe idem ſit, qui alienauit Gloſ.
in l. vnica §. & cum lex C. de rei vxor. act. verbo
alienare, & Gloſſa inſtit. quibus alien. lice. in prin-
cipio, verbo interdicta; ita communiter Doctores
128 Gomez loco cit. num. 63. † Neque obſtat quod
nemo poſſit contraire facto proprio, quia hoc intel-
ligitur nomine proprio, non autem nomine alterius
in cuius fauorem id conceſſum ſit. Per dotalem
autem fundum intelligimus eam dotem quæ in re
immobili conſtituta eſt, ſub quo comprehenduntur
omnia ædificia, & prædia, tam vrbana quam ruſtica
ſi quæ in dotem data ſunt Myſin. inſtit. in princip.
rit. quibus alien. lice., & habetur l. dotale prædium
ff. de fund. dot.
129 Noto 4. † maritum, & quemlibet alium nomi-
mine mariti extrahentem fundum dotalem de ma-
nu emptoris teneri eidem emptori de euictione,
& ſi emptor neſciebat eſſe fundum dotalem mari-
tus, & hæredes eius tenentur etiam ad intereſſe.
Ad nihil autem tenetur vxor, vel eius hæredes.
Quod ſi emptor ſciebat eſſe fundum dotalem
adhuc poterit ipſe agere ad pretium argumento,
l. vlt. C. communia de leg. & Auth. Qui res iam
dictas C. de ſacroſ. Eccleſ. Emens fundum dotalem
non amittet pretium, ſicut amittit, qui rem alie-
nam emit, Molina de contract. diſp. 380. quia, licet
emat fundum dotalem, quem maritus non poteſt
vendere, non tamen emit rem quam ſciat omnino
eſſe alienam, quia conſtante matrimonio illius eſt
quodammodo dominus maritus ſaltem iuris fictio-
ne, vt ſupra dictum eſt ideo emptor poteſt agere
ad pretium, quod maxime verum eſſet ſi mulier
conſenſiſſet. Gomez vbi ſupra num. 61.
130 Noto 5. † quod prædium dotale etiam de con-
ſenſu mulieris venditum conſtante matrimonio,
adeo inualide venditur, vt talis venditio etiamſi
diſſoluto matrimonio rata à muliere habeatur,
ſuumque illi præſtet aſſenſum, nec dum tamen
validetur niſi eo tempore diſſoluti matrimonij
131 bonorum ſuorum poſſeſſioné nacta fuiſſet. † Imo
neque ſoluto matrimonio venditio ſacta ab vxore
valet, niſi prius poſſeſſionem recuperauerit, quia
adhuc retinent illa bona vxoris priuilegia dotis
colligitur ex l. 3. ff. de fund. dot. illis verbis Toties
non poteſt alienari fundus quoties mulieri compe-
tit actio, vel competitura eſt, & ex l. etiam ff. eo-
dem ibid. etiam dirempto matrimonio dotale præ-
dium eſſe intelligitur, quę omnia confirmat Gomez
vbi ſupra num. 59. affirmatque ita communiter
ſentiri, niſi tamen venditioni acceſſiſſet iuramen-
tum mulieris, quia tunc de iure canonico aliter
eſſet dicendum, cap. cum contingat de iure iur. quo
caſu valent etiam ſactæ à marito conſtante matri-
132 monio venditiones. † Recuperata autem poſſeſ-
ſione non eſt amplius prædium dotale, quia dos ſine
133 matrimonio eſſe non poteſt. Hæredes vero vxo-
ris poſſunt habere ratas venditiones ſactas con-
ſtante matrimonio, & tali ratihabitione venditio-
nes validantur, etiam ſi ſoluto matrimonio ex mor-
tua muliere, necdum tamen ſundus dotalis eis ſit
reſtitutus, quia in eis ceſſat prohibitio. De confie-

matione autem alienationis fuudi dotalis per in-
terpositionem iuramenti mulieris Vide Doctores
Inst. quibus alien. lic. vel non. & quos refert Moli-
na Theologus de Contr. disp. 428. num. 12. vbi
ipse tenet confirmari vide Gutiercz ab eodem
Molina relatum.
134 Noto 6. † Quod sicuti fundus datus in dotem,
matrimonio contracto dicitur dotalis, ante con-
tractum matrimonium dicitur quasi dotalis; nihil
enim ante matrimonium potest habere rationem
dotis, alienatio tamen istius fundi quasi dotalis est
nulla, ita habetur, l. lex Iulia, ff. de fund. dot.

Noto 7. quod reliqua bona tradita marito in
dotem non æstimata ea æstimatione, quæ faciae
emptionem si non sunt de numero earum, quæ con-
sistunt in pondere numero, & mensura, possunt
alienari de consensu mulieris saltem præsumpto,
l. ita consanti iuncta l. seq. si ex lapicidinis, ff. de
iure dot. l. si mulier, ex l. cum maritus, ff. de pact.
dot. & affirmat Glossa Instit. Quibus alien. liceat in
prin. verb. dotali, vbi etiam addit. si maritus sit
soluendo, quibus etiam iuribus habetur, quod
pecunia, ex tali venditione de consensu mulieris
facta, potest etiam de consensu mulieris emi fun-
dus, vel alia res, quæ maneat res dotalis inæstimata,
& quoad dominium, & proprietatem, mulieris
ipsius l. res quæ ff. de iure dot. Si tamen res non
emeretur de consensu vxoris, licet venditio esset
facta de eius consensu maneret prorsus viri, vt ha-
betur l. Ex pecunia C. de iure dot. casu tamen, quo
aliud non extaret, quo dos integre persolueretur
in subsidium res illa maneret vxoris ita vt illam
posset vendicare, & præferentur in illa cuicunque
alteri etiam anteriori, Glossa in leg. pecunia, Cod.
de iure dot. iuncta l. mulier marito ff. de donat.
135 inter vir, & vxor. † Si vero in venditione dicta-
rum rerum deficiat consensus mulieris venditio
est nulla. Res autem datas in dotem marito æsti-
matas ea æstimatione, quæ faciat emptionem, siue
mobiles, siue immobiles sint, itemque inæstimatas,
si consistunt in numero, pondere, & mensura potest
maritus sine consensu vxoris alienare, quia pleno
iure transeunt in eius dominium. Pro illis tamen
sicut pro alijs rebus dotalibus remanent hypothe-
cara bona mariti, & potest vxor illas vendicare,
& habet prælationem, vt in subsidium præferatur
omnibus alijs creditoribus; ita sancitum est l. in
rebus C. de iur. dot. si tamen pro illis rebus offera-
tur pretium, cessat ius vendicationis, quod tantum
conceditur in subsidium quando in rebus mariti
non est vnde soluatur alio modo, Gutierez de iur.
136 confir. par. 1. cap. 1. nu. 9. & 10. † Priuilegium
tamen prælationis quod habet mulier in bonis ma-
riti non transit ad heredes, quia est personale habe-
tur l. vnica C. de priuileg. dotium illis verbis scire
debes priuilegium dotis, quo mulieres vtuntur in
actione de dote ad hæredes non transire, excipe
tamen filios vide supra. Nunc difficultati respon-
dendo.
137 Dico † venditionem esse omnino inualidam,
& probo. 1. Quia dominium rerum immobilium
non transit in maritum, quando sunt traditæ inæsti-
matæ, vt supradictum est, & si venduntur venditio
est nulla hoc casu fundus iste est traditus inæstima-
tus vt patet ex Instrumento dotis ergo venditio
est nulla; æstimatio enim facta est ad effectum ven-
ditionis illius fundi non vero dotis constituendæ.
2. Prædium dotale neque de consensu mulieris po-
test alienari, & si alienetur, alienatio est nulla ergo
&c. 3. Alienatio fundi etiam quasi dotalis idest dati
ante contractum matrimonium in dotem est nulla,
& patet ex annotatis, ergo licet hic fundus esset
venditus ante matrimonium contractum, venditio
esset nulla, & potest mulier illum vendicare: imo
& ipse maritus, cum hac tamen differentia, quod
mulier vendicando ad nihil tenetur, maritus autem
tenetur ad pretium tantum, quia sciuit emens esse
fundum dotalem. Et quomodo potest vendicare
Camilla potest & hæres, vt supra dictum est Dices
Tutor vendidit agrum, vel fundum pupillæ non-
dum sponsæ marito, antequam esset maritus, & ipse
postea vendidit Tutori, & ita cessant rationes
allatæ. Respond. Dato & non concesso, quod talis
venditio præcessisset, quod tamen nullo modo
potest probari, adhuc venditio esset nulla, & rem
venditam posset repetere Camilla. Ratio est, quia
ad hoc, vt venditio rerum pupilli facta per Tuto-
138 rem sit valida requiritur. † primo vrgens causa
alienandi, v. g. Æris alieni soluendi, causæ cogni-
tio, & decretum iudices l. ob æs, C. de præd. minor.
& l. magis puto §. non possim ibi si modo vrgeat
creditor, & §. non passim, ff. de reb cor. qui sub, &c.
& l. lex quæ tutores §. 1. ibi. Per inquisitionem
iudicis, & probationem causæ, interpositionemque
decreti. 3. Quod debitum pupilli ex alijs bonis
non possit solui d. §. non passim. 4. Quod hoc li-
queat iudici pro discussionem bonorum d. §. non
passim, & §. in primis vbi dicitur, quod iudex in
primis requirere debet, eum qui se instruat de for-
tunis pupilli, nec nimium tutoribus, vel curatori-
bus credat, qui nonnunquam lucri sui causa asseue-
rare solent prætori, necesse esse distrahi posses-
sionem. Requirat ergo necessarios pupilli, qui
notitiam rerum pupillarium habeant, & si nemo
inueniatur, aut suspecti sint, qui inueniuntur, iudi-
cel debent, ædi rationes. 5. Quod vendatur res
minus damnosa d. l. magis puto §. item prætor.
6. Quod pro paruo debito non vendatur res magna
d. §. item prætor. 7. Quod interueniat auctoritas
tutoris, l. neque, & l. eum, qui C. de auctorit. præst.
8. Quod omnia ista præcedant decretum iudicis,
& istis præmissis decretum interponatur, notatur
in d. l. lex quæ, & l. magis puto. 9. Quod post de-
cretum interueniant subhastationes, & res venda-
tur plus offerenti. Vide Afflictum decis. 249. Istis
non interuenientibus nulla erit alienatio, & nullum
decretum, & datur pupillo non solum actio perso-
nalis contra tutorem, sed etiam realis ad ipsam
rem non legitime alienatam, vendicandam textus
in dict. leg. magis puto, §. si æs alienum, & §. manet
actio. Cum, ergo in alienatione nihil horum in-
teruenerit, nulla etiam erit venditio.
139 Vltimo noto † quod si res dotales æstimatæ fue-
riut, & æstimatio fuerit extra limites iusti pretij
siue hoc sit in damnum mariti, siue vxoris vtrique
subuenitur reducendo æstimationem ad iustum
pretium, esto deceptio fuerit vltra, vel infra dimi-
dium iusti pretij, & hoc peculiare est in pacto do-
tali, habetur l. succursum §. vltimo, l. si res, §. si
mulier, ff. de iure dot. & l. si circumscripta, C.
solut. matr.
140 Ad 3. Nempe quod ius habeat pupillus in bonis
tutoris, quod erat vltimum principale quæsitum,
Respondeo habere tacitam hypotecam, & ius
Prælationis quo alijs creditoribus antefertur de
quo iam satis dictum est. An autem transeat ad
141 hæredes. Dico † ex lectione, & textu colligi
quale sit priuilegium cap. porro de priuileg. cap.
fin. de vsu palli. argumento legis de his, ff. de tran-
sact. cap. cum in iure de off. deleg. cap. cum con-
tingat;

tingat; de reſcript. Hoſtienſ. de priuileg. & exceſſ. priuileg. §. quod ſint ſpecies. Abbas cap. quoniam Abbas, de offic. & poteſt. deleg.

142 Dico non transire ad hæredes vel ſucceſſores, & probatur primo Priuilegium quod conceditur perſonæ immediatæ eſt perſonale Io. And. ad reg. priuilegium de reg. iuris, Alex. in l. quia tale ff. ſoluto matr. ſed hoc conceditur immediate perſonæ non rei, quia datur non bonis, ſed minoribus ipſis

143 ergo &c. 2. † mutata perſona mutatur & priuilegium, quid ſit autem mutari perſonam docet. Bartol. §. antepenult. Auth. de non eligit ſer. nub. Cum ergo hic mutetur perſona mutabitur & priui-

144 legium. 3. † Priuilegium ſi eſt conceſſum inſpecta naturali & ſufficienti ratione, vt reſtitutio in integrum ratione læſionis tunc perſonam minoris egreditur, ſi vero non eſt conceſſum inſpecta naturali & ſufficienti ratione, quia non eſt defectus magis in eo cui conceditur quam in alijs hominibus, regulariter non tranſit, Bartol. in l. Hæredes ff. ad Velleanum, & Innocent. in cap. de reſcriptis

145 † tradit, quod ſi in priuilegijs inſpiciatur magis perſona quam cauſa ſunt perſonalia, ſi vero magis cauſa quam perſona erunt realia. Hic inſpicitur magis perſona quam cauſa quia cauſa eſt eadem in omnibus ergo hoc priuilegium erit perſonale. 4. Priuilegium quod lædit iura tertij cenſendum eſt perſonale non reale, Io. Andr. loco cit. ſed hoc priuilegium lædit ius tertij vt patet ergo cenſendum erit perſonale non reale.

146 Dicea, quando priuilegium ſortitum eſt ſuum effectum in perſona priuilegiata, & illi ſemel ius eſt quæſitum ex tali priuilegio illud priuilegium tranſit ad ſucceſſores, etſi perſona priuilegiata moriatur. l. illud §. fin. ff. de bonor. poſſeſs. contra tabul. Gratian. diſcept. foren. cap. 276. num. 70. tom. 2. cum ergo in caſu noſtro ex debito per curatorem vel tutorem contracto propter adminiſtrationem bonorum minoris tunc viuentis, minor acquiſierit ius in bonis tutoris & ſuum priuilegium ſortitum ſit effectum vtiq; tranſibit ad hæredes. Reſpondeo vel ſortitum eſt ſuum effectum & minor ex ſuo priuilegio acquiſiuit ius proximum & tranſmittitur ad hæredes vel priuilegiũ ſortitum eſt ſuum effectum tantum remote, & minor acquiſiuit tantum ius remotum & nego, ideſt ſi facta eſt executio declaratum priuilegium lata ſententia uiuo minore tranſit etiam priuilegium in ſucceſſores ſi uero nihil horum interceſſit priuilegium non tranſit. Cum ergo in caſu noſtro nihil horum ſit ſequutum dicendum pariter erit non tranſire quæ reſponſio uidetur elici ex ijs quæ tradit Bartolus leg. quia tale ff. ſoluto matrimonio & ita remanet firmatum non tranſire hoc priuilegium ad ſucceſſores.

147 Reſpondendo ergo propoſitæ difficultati dico Camillam habere ratione dotis tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis, illam tranſmittere ad ſucceſſores, hoc uero non, niſi ad filias, vt ſupra habere eadem priuilegia ut minor in bona curatoris, ſed non tranſmittere; agrum uenditum poteſt repetere ipſa, & ſui hæredes, quicunq;

S V M M A R I V M.

1 *Narratio facti.*
2 *Quæ ſint inquirenda pro ſolutione.*
3 *Quilibet in ſuo fundo caſtrum, aut domum ædificare, & ædificata reſtaurare, & altius ad Cælum vſq; tollere poteſt.*
4 *Cuius eſt ſolum eius eſt vt Cælum.*
5 *Quælibet res ſiue ſit ruſticum ſeu vrbanum prædium præſumitur liberum ab omni ſeruitute.*
6 *Seruitus non habet cauſam naturalem.*
7 *Seruitus habet cauſam conuentam vel præſcriptam.*
8 *Ad impediendum quod quis non poſſit ædificare probanda eſt ſeruitus.*
9 *Facultati ædificandi in ſuo non præſcribitur vllo tempore niſi vicinus ſit in poſſeſſione ſeruitutis altius non tollendi ideo qui per mille annos in ſuo non ædificat non ſibi præiudicat.*
10 *Etiamſi ædificando vicino damnum inferatur etiamſi lumina vicini in totum tollerentur.*
11 *Nullus videtur dolo facere qui ſuo iure vtitur.*
12 *Iure ſeruitutis non licet in ſuo ædificare.*
13 *Seruitus altius non tollendi acquiritur ſpatio decem annorum quia habet cauſam continuam & ſufficit vnicus actus.*
14 *In negatiuis ſeruitutibus ſola prohibitio ſufficit ad acquirendam eius quaſi poſſeſſionem.*
15 *Quaſi poſſeſſio ſeruitutis non transfert in aduerſarium onus probandi libertatem.*
16 *Statuto vel conſuetudini præſcribenti certum modum ædificandi ſtandum eſt.*
17 *Huiuſmodi ſtatutis ſtandum eſt.*
18 *Libertas altius tollendi & ædificandi limitatur ſi ædificium ſit per inuidiam æmulationem &c.*
19 *In ſolo communi non poteſt ædificari inuitis ſocijs limita, vt ibi.*
20 *Ædificans vt proſpiciat in domum vicini in monaſteria monialium nihil aliud inde laturus debet impediri.*
21 *Malitijs hominum non eſt indulgendum.*
22 *Vſufructuarius nullum poteſt facere ædificium niſi quatenus neceſſarium ad vſumfructum percipiendum.*
23 *Aliud eſt tueri, quod poſitum eſt, aliud nouum ædificare.*
24 *Poſſidens ciuiliter poteſt deſtruere ædificatam iniuſte ab eo qui poſſidet naturaliter.*
25 *Vſufructus eſt pars dominij.*
26 *Explicatur prædicta propoſitio.*
27 *Plenum dominium continet proprietatem vſum & fructum.*
28 *Vſusfructus, eſt ius quoddam ſeparatum à proprietate; eſt enim ius vtendi & fruendi re aliena ſalua rei ſubſtantia.*
29 *Conciliantur duo textus qui videntur contrarij.*
30 *Legato vſufructu cenſetur legata etiam res, ex qua percipitur vſusfructus. Explicatur quando ſit verum.*
31 *Ponderantur quidam modi legandi vſumfructum.*
32 *Qui non obſtat cum poſſit cenſetur conſentire.*
33 *Nolle dicitur qui poteſt ſtatim facere & non facit.*
34 *Vbi agitur de damno proprio & maxime in ſeruitutibus nunquam præſumitur conſenſus ſed debet eſſe expreſſe datus.*
35 *Conſenſus per errorem nihil releuat.*
36 *Volontarium eſt neceſſarium vbicunq; requiritur conſenſus expreſſus, & poſitiuus.*
37 *Ignorans non conſentit.*
38 *Ignorans non videtur renunciare.*
39 *Non datur conſenſus vbi ſtatim ac cognitus eſt error, retractatur.*
40 *Nemo cenſetur conſentire niſi taceat contumax.*
41 *Ignorantia admittitur etiam in facto proprio.*
42 *Et probatur per coniecturas.*
43 *Probatur per qualitate perſonarum.*

44 *Error*

44 *Error & ignorantia probantur per iuramentum.*
45 *Præsentia nullam tribuit facultatem quidquam agendi in sui præiuditium.*
46 *Quomodo sit intelligendum illud dictum, qui non obstat consentire videtur.*
47 *Inter velle & nolle mediat non velle.*
48 *Non nocet nolle ei, qui non potest velle.*
49 *Nolle denotat expressam resistentiam, quæ non significatur per non velle.*
50 *Dormiens dicitur non velle, non autem nolle aut non velle.*
51 *Aliud est voluntatem cessare aliud voluntatem reuocari.*
52 *Mandatum morte mandantis dicitur cessare, expirare, & extingui, sed non reuocari.*
53 *Mandatum donec reuocetur morte non dicitur reuocatum.*
54 *Qui sine alicuius voluntate aliquid non potest facere; eo mortuo id potest facere.*
55 *Nemo post mortem velle potest.*
56 *Sicut voluntas imponit finem contractibus, ita mors voluntatibus.*
57 *Mors omnia soluit.*
58 *Mandatum de danda dote puellæ non extinguitur morte casus est singularis in leg. Si ergo ff. de iur. dot.*
59 *Vsufructuarius non potest defendere dominium rei vsufructuatæ contra alium.*
60 *Vsufructuarius habet tantum ius intentandi vendicationem eorum; in quibus competit vsusfructus, habet enim ad hoc tacitum mandatum.*
61 *Citans aliquem pro procuratore, qui verè non sit, videtur illum approbare tanquam verum procuratorem.*
62 *Persona rei in ius vocati per citationem actoris adeo efficitur habilis, vt nulla postea exceptio contra illam admittatur.*
63 *Proponitur quid dicendum in foro conscientiæ ratione damni quod passæ sunt mulieres vsufructuariæ, & resoluitur.*
64 *Resoluitur totum quæsitum.*

Vsufructuariæ ædificantes in solo vsufructus in præiuditium vicini an manutenendæ.

L X.

1 CAmillus † adhuc uiuens ex duab. domibus suis contiguis, alteram vendidit Domino Iacobo, imponens alteri quam sibi retinuit, seruitutem non ædificandi quædam loca in præiuditium ipsius Domini Iacobi, postea moriens condit testamentum, & in eo quibusdam institutis hæredibus vniuersalibus, eiusdem domus vsumfructum legat quibusdam fœminis, quæ contra tenorem instrumenti venditionis factæ à Domino Camillo Domino Iacobo cœperunt ædificare, quod intelligens Dominus Iacobus accurrit, & oblitus tenoris instrumenti cœpit rogare cæmentarios dicens. Datemi maneo dãno, che potete, & ostendens quomodo ædificium, deberent construere, subiunxit, mettete i mattoni in questo modo, quibus actis domum rediens, inspecto instrumento, reperit illas fœminas non posse ædificare, quare per iudicem inhibuit, ne vlterius procederent, & ædificatum demolirentur, sed mulieres prosequentes opus suum in iudicium
2 vocauit. † His ita stantibus quæritur primo. An dictæ vsufructuariæ possint ædificare. secundo. An Dominus Iacobus illis verbis sibi præiuditium fecerit. 3. An posito quod illas in inditium vocauerit, & illæ dictum Dominum Iacobum in eodem Iuditio accusauerint, quod quasdam fenestras fecerit, quas facere non posse ipse affirmant, teneatur respondere.

3 Certum est, quod Regulariter † quilibet in suo solo Castro, aut Domo ædificare, aut ædificatam restaurare, altiusque ad Cœlum vsque (vt Doctores
4 loquuntur) tollere potest; † quia, cuius est solum, eius est & Cœlum per text. in leg. altius, Glossa ibi in notab. Codic. de seruitut. & aqu. text. in leg. si in ædibus. Cod. eodem, & vtrobiq; Doctores, text. in leg. fin. §. fin. ff. quod vi aut clam, & leg. fin. ff. de seruitut. Glossa ibi in verbo. Quia. Alex. consil. 174. num. 1. volum. 2. Socinus sen. consil. 141.
5 numer. primo volum. 1. † Quælibet enim res siue prædium, tam rusticum, quam vrbanum præsumitur liberum ab omni seruitute text. in leg. cum eo ff. de seruitute vrban. præd., & in dict. lege altius vbi Glossa in verbo prohibetur lege domum ff. de reg.
6 iuris: † quia seruitus non habet causam naturalem; cum sit contra naturam textus in leg. manumissionis ff. de inst. & iure §. ius autem instit. de iure nat.
7 gent. & ciuil. † sed habet conuentam vel præscri-
8 ptam tex. in §. fin. Instit. de ser. præd. & ideo † ad impediendum ædificium necesse est probare seruitutem pacto, vel præscriptione acquisitam aut testamento concessam dict. §. fin. Instit. de ser. præd. Iason in l. priusquam numer. 40. ff. de noui oper. nunciat. tex. in dict. l. altius & in dict. l. si in ædibus.
9 Facultati ædificandi in suo non præscribitur vllo tempore, nisi vicinus sit in possessione seruitutis altius non tollendi text. in l. cum eo ff. de ser. vrb. præd. Glos. notab. in l. qui luminibus, in verbo, formam ff. eodem, quæ dicit si per mille millia annorum in areola mea, quæ iuxta suum palatium fuit non ædificaui, attamen à vicino prohiberi non posum ædificare per text. in d. l. cum eo Ang. ibidem num. 1. Iason in §. æqui. num. 41. Instit. de
10 actioni. † Quod verum est etiamsi in ædificando, & altius tollendo inferretur damnum luminibus vicini itaut in totum obscurarentur text. notab. in l. Proculus, ff. de damn. infect. & l. fluminum, §. fin. ff. eodem, & in dict. l. si in ædibus, & in dict. l. cum
11 eo, † quia nullus videtur dolo facere, qui suo iure utitur per text. in l. Nullus uidetur, ff. de reg. iur. Decius ibidem num. 1. Cagnol. num. 3. text. in l. Fluminum citata, §. final. & in cit. leg. Proculus.
12 Quæ † vera sunt nisi iure seruitutis non liceat in suo ædificare, vel altius tollere domum suam per text. in dict. l. cum eo, & in l. si quid, C. de seruit. & aqu. text. in dict. l. altius, & in dict. l. si in ædibus,
13 † quia seruitus altius non tollendi, cum causam habeat continuam, acquiritur spatio decem annorum; & ad eam acquirendam vnicus actus sufficit, v.g. unica prohibitio, cum decennali patientia ad-
14 uersatij. † In negatiuis enim seruitutibus, ut est ista altius non tollendi sola prohibitio, ad acquirendam eius quasi possessionem sufficit Gloss. in l. 1. C. de ser. & aqu. in uerbo, quæsisti Bart. ibi. num. 1. Gloss. & Doct. in l. qui luminibus supracit. text. in l. & si forte §. 1. ff. si serui. uende.
15 An † autem in quasi possessione seruitutis transferatur onus probandi libertatem in aduersarium Affirmat Schunff. cons. 16. num. 2. apud Gaill. lib. 2
16 obseru. 69. num. 15. † Item cessat dicta regula si statuto, uel consuetudine loci præscriptus sit certus
17 modus ædificandi, & tollendi altius ædificia, † quis huiusmodi statuta ad unguem seruanda sunt, & passim in multis ciuitatibus uidemus ædificia æquali altitudine,

altitudine, eleganti serie, & pulchro ordine constructa per text. in l. 1. C. de ædif. priuat. Glossa not. ibi in verbo vsitatũ facit text. in l. 1. ibi cõtra veterẽ formam, C. de seruitut. & aqu. & in l. præses, ibi contra statutum consuetudinis formam, C. eodem Glossa in dict. l. qui luminibus in nerbo forma, ff. de
18 seru. urba. præd. † Item cessat singulariter in ædificijs ad æmulationem ad inuidiam, & iniuriam alterius extructis, quo casu non licet ædificare cum iniuria, & incommodo alterius. text. notab. in l. opus nouum ff. de operib. publi. & text. in cap. Pisanis in fin. de restit. spoliat. Roman. cons. 52. nu. 4. Cephal. cons. 130. num. 12. lib. 1. de ædificijs autem ad æmulationem uide Gaill. loco citato.

19 † In solo etiam communi nihil ædificari potest inuitis socijs, quod tamen intelligendum est cum moderamine, nisi domus socij ruinam minetur: si enim socij domum restaurare, eamque sartam, & tectam conseruare nolint, hoc alijs socijs nocumento esse non debet Felin. in cap. quod omnes de reg.
20 iur. in 6. † Qui ideo domum suam altius tollit, ut in vicini ædes prospicere, aut Moniales iuxta habitantes habeat in conspectu, nihil inde aliud laturus, nisi ut officiat ut inquit Celsus in l. in fundo, §. constitimus, ff. de rei uendic. facit text. in l. si cui, ff. de seruit. & huic malitiæ Magistratus loci requisitus mature resistere, & debet prohibere ædificantem, ne tale ædificium construat, ita in terminis Salicet. in dict. l. altius num. 2. C. de seruit. aqu. Castr. in dict. l. cum eo. num. 1. ff. de seruit. urban. præd. Iason. in
21 dict. l. ex hoc iure num. 8. de iust. & iur. † Malitijs enim hominum indulgendum non est text. in l. in fundo, §. constituimus, ff. de rei uendi. Hæc uniuersaliter procedunt. Nunc ad rem nostram. Ad primum.

21 An † usufructuariæ possint ædificare. Respondeo nullo modo posse, & debent compelli destruire
22 iam ædificatum. † Quia vsufructuarius nullum potest facere ædificium in re vsufructuata, nisi quatenus est necessarium ad vsumfructum percipiendum. Ioannes de Anania in capit. consuluit circa finem. de Iudæ. & licet possit tueri iam constructum, nihil
23 tamen potest de nouo ædificare, † quia aliud est tueri, quod positum est, aliud nouum ædificare. Glossa in citat. capit. Consuluit verbo ædificare.
24 † Imo stante Instrumento contractus venditionis propria auctoritate potest destrui ædificatum, possidens enim ciuiliter potest destruere iniuste ædificatum ab eo, qui possidet naturaliter. Bart. in l. prim. §. nunciatio. num. 8. ff. de nou. oper. nunciat.
25 Sed dices primo. † Vsusfructus est pars dominij, vt asserunt communiter Iuristæ, & Theologi. Cepolla de seruit. Vsufruct. Azorius 3. par. Institut. mor. lib. prim. cap. 24. quæst. 2. et si vsusfructus est pars dominij, vsufructuarius poterit in re vsufructuata, quidquid poterit, & dominus in re propria.
26 † Respondeo explicando illam propositionem, vsusfructus est pars dominij, distinguo est pars dominij, quatenus vsusfructus continetur in pleno do-
27 minio, & concedo, † plenum enim dominium continet proprietatem, usum, & fructum, est pars dominij, vt distinguitur à pleno dominio, & ab eo separatur, itaut dominus rei alteri cædat vsumfructum, & tunc nego, vsumfructum esse partem do-
28 minij, est enim † vsusfructus ius quoddam separatum à proprietate, cum sit ius vtendi, & fruendi re aliena, salua rei substantia, l. prima, ff. de vsufruct. Institut. eodem. Ecce quomodo vsufructuarius vtitur re aliena, ergo non est dominus, vsusfructus ergo est pars dominij, quatenus vsusfructus consolidatur cum dominio, non quatenus separatur; ex quibus facilis est intellectus, & concordia duorum
29 † textuum, qui videntur sibi ipsis contrarij, ab vno Paulo conditorum, quorum alter est in leg. vsusfructus, ff. de usufructu in quo habetur, usumfructum esse partem dominij, & alter est in leg. Recte dicimus, ubi habetur; Recte dicimus, eum fundum totum nostrum esse, etiam cuius usus fructus alienus est, cum usus fructus non dominij pars, sed seruitutis sit; ut uia, & iter. In prima enim lege sermo est de usufructu, ut est idem cum dominio, & pertinet, ad dominum, in secunda uero de eodem, ut est quid separatum, & pertinet ad usumfructuarium, de qua quæstione Glossa in supracit. legib. & Doctores communiter, cum ergo in casu nostro sit sermo de usufructuarijs, non de domino usus fructus, dicendum erit penes illas non esse dominium.

30 Dices 2. † Legato usufructu censetur legata etiam res ex qua percipitur usus fructus. Vnde ex Theologis Azorius loco citat. quæst. 19. & ex Iuristis Cepolla loco pariter citato asserunt, quod, si legetur usus fructus alicuius domus ea conditione, si promiserit hæredi legatarius pet ipsum non fore, quo altius ea ædificia tollantur, uel etiam, si legetur usus fructus alicuius domus, quod altius quam nunc est, ædificata non erit; his & similibus legatis intelligitur legata etiam proprietas. Eodem modo si testator dixerit relinquo agrum meum vxori meæ ad vsumfructuandum, censetur legata proprietas, & legatarij sunt veri domini. Respondeo in eis, & similibus legatis non relinqui vsumfructum; sed proprietatem. De primis ratio est, quia conditio non altius tollendi non potest conuenire vsufructuario, sed conuenit vero domino, cum ergo legatario imponatur talis conditio ex mente testatoris à lege interpretata colligimus non solum vsumfructum, sed etiam proprietatem esse legatam, aliter conditio in legato esset frustra apposita. De secundis vero dico ibi non legari vsumfructum; sed
31 rem ipsam, si recte expẽdatur forma legati. † Aliud est enim dicere relinquo vsumfructum mei agri, & relinquo alimenta ex meis agris, aliud relinquo agrum meum ad vsumfructuandum, & relinquo agrum ad alendum. leg. libertis in princip. ibi Bart. & alij: ff. de alimen. & ciba: leg. Cum enim dicit testator relinquo agrum ad vsufructuandum, ad alendum &cæt. relinquit proprietatem ex qua alimenta, vsusfructus percipiatur. Cum vero relinquit vsumfructum ex agro designat tantum, unde alimenta usufructus &c. sint percipienda. Ad quas scribendi formula debent aduertere notarij, ne lites excitent, & ne damna inferant. Non ergo possunt vsufructuariæ edificare in re, ex qua percipiunt tantum vsumfructum, nisi quatenus necesse est ad percipiendum vsumfructum.

Ad secundũ an sibi præiudicauerit Dominus Iacobus illis verbis. Datemi manco danno che potete, & rursus alijs verbis, mettete i mattoni in questo modo, demonstrando quomodo deberent ædificium construere. Videtur dicendum sibi præ-
32 iudicasse. † Quia qui non obstat, cum possit censetur consentire, & si tacendo consentitur, per regulam, qui tacet ergo multo magis qui modum dat agendi, & non obstat, ne agatur, demonstrando enim modum agendi, videtur consentire, quod
33 agatur: † nolle enim dicitur, qui potest statim facere, & non fecit text. in leg. quis sit fugitiuus §. idem ait. l. si seruus ff. de ædil. edict. ibi, cum posset noluit. Quibus tamen non obstantibus.

Dico Dominum Iacobum sibi non præiudicasse illis

illis verbis. Quia ex illis non poteſt elici aſſenſus
34 requiſitus, ſed potins diſſenſus, & probo. † Quia
vbi agitur de damno proprio, & maxime in ſerui-
tutibus imponendis nunquam præſumitur conſen-
ſus niſi expreſſe ſit datus leg. inuitum ff. de ſeruit.
vrba. præd., & docet Gloſſa 27. diſt. cap. 1. verbo,
tacuerit, ſed hic non eſt cooſenſus expreſſus, imo
diſſenſus, quia ſtudet, vt quanto minus fieri poſſit,
ſibi damnum inferatur, & omnino prohiberet, ſi
ſciret, ſe poſſe prohibere. 2. Si quis eſſet conſenſus
35 eſſet per errorem, † talis autem conſenſum nihil
releuat. leg. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. ind.,
eſtque communis Theologorum axioma, quod er-
ror concomitans non annullat actum, quia licet non
ſit ſimpliciter inuoluntarius, non eſt tamen ſimpli-
36 citer voluntarius, † quod neceſſarium eſt, vbicun-
que requiritur conſenſus expreſſus, & poſitiuus; vt
in caſu noſtro requiri ſupra dixi, quam doctrinam
tradit Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 65., & co-
37 pioſius lib. 7. diſput. 18. vbi multa de errore. 3. †
Ignorans non conſentit, eſt text. in leg. Non vide-
tur ff. de lib. cau. Capit. Quamuis 38. diſt. Capit. Si
beneficia de præben. Capit. Si vero de ſeot. excom.
38 in 6. 4. † Ignorans non videtur renunciare leg.
mater ff. de inoff. teſtam. & leg. legitimum, de
peten. hæredit. 5. Hic non poteſt eſſe conſenſus,
39 quia Dominus Iacobus † ſuum errorem retracta-
uit, ſimul ac cognouit inhibendo via iuris, ne ædi-
ficiom tolleretur altius, quo caſu arguitur diſſenſus
text. notab. in Cap. conſultationi de ſponſal. &
Cap. conſtat 1. quæſt. 1. & Cap. ad id quod cum
annot. In 2. Gloſſa 31. de nupt. & ſponſ. & Bartol.
40 in leg. quæ dotis ff. ſolut. matr. aſſerit † neminem
41 cenſeri conſentire, niſi taceat contumax. † Admit-
ti autem ignorantiam in facto proprio docuit Bar-
tol. leg. Cum is. numer. 1. ff. de condit. iodebit.
42 † Et probatur per coniecturas, Alexand. in addit.
ad Bart. leg. ſi cui §. ijſdem verbo volo probare.
Er ita probatio per coniecturas ſufficit Cap. ſi quis
Simoniacis 1. quæſt. 1. & cap. 1. & cap. vt circa de
elect. in 6. & per ea quæ notat Baldus in leg. 1. de
leg. & in leg. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. & Gloſſa
in Cap. ad audientiam 2. de reſcript. in Gloſ.
magna: & Goffred. in ſum. de except. §. ſed ſcien-
43 dum. † Et error probatur per qualitates perſo-
narum, & facti, Bartol. ad leg. 1. num. 12. ff. de
confeſſ. Dominus autem Iacobus, cum ſit mer-
caror, & parum ſtudeas inſtrumentis facile præſu-
metur neſciuiſſe, quæ continentur in inſtrumento,
& tandem ſuum errorem probabit iuramento.
44 † Error enim, & ignorantia iuramento probatur
Gloſſa in leg. ſi cui ff. de accuſat. & ibi Bart. addita
Gloſſa Cap. accedens de crimine falſi cum annotat.
Cap. innotuit de election.

Neq; præſentia Domini Iacobi quid quam illi
45 obeſſe poteſt. † Quia præſentia oullam vnquam
facultatem tribuit quidquam agendi in ſui præiu-
ditium niſi de præiuditio manifeſtiſſime conſtet illi
qoi facultatem debet concedere Bart. in l. quæ
dotis ff. ſolut. matrim. Ad ea quæ in contrarium
adducuntur vnico verbo poſſet reſponderi illa vera
eſſe quoties conſtat de damno, & ita expedita
eſſet omnis reſponſio. Attamen vtar dicto Sapien-
tiſſimi Felini dicentis eſſe rem Doctorelli, decidere
quæſtiones graues regulis communibus vbi ſolu-
tiones ex proprijs legibus ſunt petendæ, deinde.
46 † Reſpondeo. Ad illud. Qui non obſtat, cum
poſſit, conſentire videtur. Non eſſe hoc ſemper
verum, ſicut neq; ſemper vera eſt alia regula; Qui
tacet conſentire videtur, & ne longius progredia-
mur ad hoc probandum; videamus regulam, quæ
huic immediate ſequitur in ordine. Iſta qui tacet
conſentire videtur eſt. 43. in ordine, quæ vero
immediate ſequitur oempe 44. habet. Qui tacet,
nec fatetur ſed nec vtique negare videtur; ecce
quomodo vt regulis generalibus res ſecure expe-
diatur, attameo ſunt aliqui, qui nec à longe quidem
ſacrarum legum codices ſalutarunt, & tribus regu-
lis iuris memoriæ mandatis omnia, licet arduiſſima
immediate, ac illis ſunt propoſita audent deter-
minare, Decius io regul. Qui tacet, non vtique
fatetur & cæt. aſſerit hanc eſſe ueram, quia, qui
tacet, nihil dicit, unde non uidetur conſentire, nec
diſſentire, uel contradicere, & Bart. in leg. quæ
dotis ff. ſolut. matrimon. dicit, quod uere loquen-
do, tacere, eſt medium inter conſentire & contra-
dicere & nota per Gloſſam in Clem. ſæpe in §. uerbo
contradicentibus in fin. de uerb. ſignific. ubi
Cardin. in princip. & Abbas in Cap. Nonne: de
præſumpt. pariter dicit, quod tacens proprie non
conſentit, oec contradicit: Conſentire ergo &
contradicere opponuntur, tacere autem eſt mediū.
47 † Sicuti dicimus etiam de uelle, & nolle, quibus
mediat, non uelle. Ad hoc autem, ut quis dicatur
nolle aliquid, debet poſſe illud iuxta regulam eius
eſſe oolle, qui poteſt & uelle. Vnde mulier, quæ
non eſt uiripotens, non dicitur nolle nubere, ex
quo matrimonium non poteſt contrahere text. in
leg. quis ſit fugitiuus §. idem ait ſi ſeruus ff. de ædil.
edict. ibi, cum poſſet, noluit & hoc modo Religio-
ſus dicitur non habere, nec uelle, nec nolle, Cap.
Si Religioſus de elect. in 6. & Capit. Religioſus de
teſtamen. In 6. in Cap. fin. de ſepult. 6. & notat in
48 Cap. non dicatis 12. quæſt. 1. † & ideo illi non
oocet nolle, qui non poteſt uelle, quod autem
inter oelle, & nolle mediet oon uelle, notat Bartol.
49 in leg. iam dubitari de hæred. inſtit. † Verbum
enim oolle denotat expreſſam reſiſteotiam, quæ
non ſignificatur uerbo non nolle, & non uelle.
50 † Vnde dormiens bene dicitur non uelle, non
autem uelle oel nolle, ut tradunt Innocent. Io.
Andr. & Doct. io Cap. prudentiam §. ſexta de offic.
deleg. & in leg. qui ſe patris ubi Alexand. Cod.
51 unde lib. † Aliud eſt etiam, quod ceſſet uoluntas
& aliud, quod uoluntas reuocetur. Ceſſare enim
noo ſupponit contrariam uoluntatem ut ſuppooit
52 reuocare, ut uerbi gratia, † mandatum dicitur
ceſſare, expirare, & extingui morte mandantis,
non tanquam reuocatum, ſed quia morte mandan-
tis ceſſat eius uoluntas leg. 4. ff. locat. ità notab.
Bartol. in leg. more maiorum, de iuriſd. omn. iud.
53 ubi per hoc infert: † quod ſi quis cauſam delega-
uerit donec reuocauerit, quod per mortem non
oidetur reuocare, & allegat bonum textum in Cap.
Si delegatus de offic. delegat. in 6. & eſt communis
opinio, ut late concludet Alex. alios referens io
leg. centeſimis §. fin. de uerb. oblig. & eſt dictum
Innocentij in Cap. licet undiq; de off. deleg. &
Alber. de Roſ. in l. fin. C. de contrah. empt. & leg.
54 1. Cod. ſi manu. ita fuerit alien. dicit † quod
uoluntas ita morte ſoluitur, ut, qui ſine alicuius
uoluntate aliquid facere non poteſt, eo mortuo
illud facere poſſit, & ſi filius iurauit, ſe oon luſurum
ſine uoluntate patris, mortuo patre poteſt ludere
ſine periurio, & idem dicendum de prohibito alie-
nare ſine alicuius uoluntate, & ſi ſtatuto cautum
ſit, quod bannitus non poſſit à bando ſe liberare
ſine uoluntate offenſi, interueniente morte offenſi
55 poterit ſe liberare, † quia poſt mortem amplius
uelle non poteſt. l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. & Alber.

56 de Roſa: dicebat in leg. 4. ff. locati, † quod ſicut
voluntas imponit finem contractibus ita mors vo-
luntatibus. Inde morte mandantis, & mandatarij
ceſſat mandatum leg. ſi quis alicui §. morte ff. man-
57 dati. † Quia mors omnia ſoluit. §. deinceps in Auth.
de nupt. vnde ſicut voluntas per mortem ceſſat, ita
etiam mandatum per mortem expirat, vt notat.
Dec. in rub. Cod. de mandat. princip. num. 11. per
doctrin. Bart. in leg. & qui ff. de iur. omni. iud.
Aduerte tamen quod licet mandatum expiret re-
gulariter morte alterius mandantis videlicet, vel
mandatarij: Non idem tamen erit dicendum in hoc
58 caſu. † Si quis alteri dedit mandatum de donando
vel ſoluendo dotem alicui puellæ de ſuo patrimo-
nio, & poſtea moriatur, non ideo finitur mandatum
ſed poteſt procurator, ſeu mandatarius ſoluere, &
exequi dictum mandatum; text. ſingularis in leg. ſi
ego §. 5. ff. de iure dot. quem textum Bald. in leg.
mandatum Cod. mandati extendit ad omnem piam
59 cauſam, & ita notauit Franc. Crem. in fin. 143. Duæ
ergo illæ regulæ habent verum hoc modo, vt illa,
quæ habet, qui tacet non vtique fatetur, ſed tamen
verum eſt tum non negare, ſit regulariter vera; quæ
vero habet qui tacet conſentire videtur; verum ha-
bet in quantum eſt in fauorem tacentis, primum
dictum ſupra probatum eſt; ſecundum docet ibi
Gloſs. & Innocent. Cap. in Geneſi num. 8. de ele-
ctio: Panormit. Cap. Nonne de præſumpt. num. 1.
& ibi Felin. num. 19. Couarru. pract. cap. 15. num.
5. & late Menochius de præſump. lib. 3. præſumpt.
42. num. 4. Fuluius Pazianus lib. 1. de probat. cap.
30. num. 4. & alij. Non ergo tacendo ſibi præiudi-
caſſet dominus Iacobus vt hic demonſtratum eſt,
neque præiudicauit loquendo, vt ſupra habitum eſt.

Ad 3. An Dominus Iacobus teneatur reſpondere
dictis fœminis petentibus, quod amoueat quoſdam
cancellos, quos aſſerunt illo poſitos contra pacta, &
conuentiones. Dico Dominum Iacobum non te-
neri, quia illæ vſufructuariæ nullum habent ius vo-
candi in iuditium quemquam ratione rei, ex qua
59 percipiunt vſumfructum, † quia non poſſunt defen-
dere Dominium rei contra alium Bart. in leg. 1. §.
60 iuria noſtri ff. de noui oper. nunciat. † Sed tantum
habent ius intentandi vendicationem eorum, in
quibus illis competit vſufructus, & hoc etiam ſine
mandato, quia habent tacitum in leg. ſi cuius ff. de
vſufruct. quand. cau. & ibi Baldus. Cum ergo illi
Cancalli nullo modo pertineant ad earum vſum-
fructum, pro illis nullo modo agere poſſunt in iudi-
tio.

Ad illud autẽ quo quæritur ex eo quod D. Iaco-
bus dictas vſufructuarias vocauerit in iuditiũ illas
61 habilitauerit. Reſpondeo, † quod citans aliquam
pro procuratore licet non ſit procurator videtur
illum approbare tanquam procuratorem verum,
Caſtrenſ. in l. licet num. 1. verſ. Tu dic hoc verum
ff. de iud. & conſil. 12. in princ. volu. 5. Marant. de
ord. iud. par. 6. memb. 9. num. 56. late Felin. in
cap. cum inter ſub num. 11. verſ. vnde generaliter.
De except. Moheda deciſ. vnic. num. 4. de regul.
& tenuit. Rota coram Seraphino in cauſ. Burgen.
de Couarru. 4. Febr. 1592. vbi dicitur ita pluries
fuiſſe reſolutum & Gaill. de Pace publ. cap. 12. nu.
57. hæc habet regulariter verum eſt omnem cita-
tum, vel in ius vocatum, tam in criminalibus, quam
in ciuilibus cauſis tanquam legitimum contradi-
62 ctorem audiendum eſſe. † Perſona enim rei in ius
vocati per citationem actoris adeo habilis efficitur,
ut nulla poſtea contra eius perſonam exceptio ad-
mittatur, quia non ſponte, vt actor ſed neceſſario,
vt defenſor venit. Sed in caſu noſtro aliter dicen-
dum eſt. Quia dominus Iacobus non vt reas voca-
uit in iuditio vſufructuarias; ſed vt exponerent an
mandatum haberent ædificandi, quod nullum ius
tribuit ad agendum, quod licet neceſſarium non eſ-
ſet, factum tamen non præiudicat.

63 Sed † quid dicendum in foro conſcientiæ. Te-
netur ne Dominus Iacobus ad damna, quæ patiun-
tur dictæ mulieres vſufructuariæ ob deiectionem
ædificij iam facti licet enim ædificium non ſit per-
fectum, notabilis tamen pars eiuſdem facta eſt, quæ
cum debeat demoliri, conqueruntur vſufructuariæ,
& dicunt ſe hoc damnum pati cauſa ipſius Domini
Iacobi. Si enim ipſe contradixiſſet in principio
ædificij, non eas, quas fecerunt, feciſſent expenſas,
at ipſe non ſolum non contradixit, ſed modum de-
dit ædificandi etſi enim, ita non conſenſerit, quod
ſibi præiudicetur, conſenſit tamen quod fabricetur,
& conſenſit rei, quam tenebatur impedire, cum
ergo non impediuerit, & debuit, videtur eſſe cauſa
damni, & ideo ſi vult ædificium deſtrui, debet dam-
na ſoluere: Dico tamen, Dominum Iacobum ad ni-
hil teneri; Non enim eſt cauſa illius ædificij, neque
poſitiue conſenſit in illud; ſed tantum permittebat,
quod fieret, curans vt eo minori ſuo damno fieret,
& ſi ſciuiſſet ſi poſſe impedire, vtique etiam in
principio impediuiſſet. At vſufructuariæ nullo fa-
cto uerbo cum Domino Iacobo cæperunt ædificare,
quod uidens D. Iacobus accurrit, non quaſi ſua præ-
ſentia facultatem conceſſurus, ſed potius denega-
turus ſi fieri poſſet, & ſi non poſſet ſuum damnum
quantum in eo erat impediturus. Interim rebus
ſuis rectius proſpiciens inſtrumentum aſpexit uen-
ditionis, & eo conſiderato reperta clauſula inhibi-
tionis, quod non ædificetur; vſus eſt eo remedio
quo vti potuit vt indemnis ſeruaretur. Teneretur
fortaſſe, ſi uſufructuariæ licentiam, & facultatem
ædificandi petiʃſent, & ille dediſſet, etiam neſciens
poſſe denegare, quia ad illum ſpectaſſet ante facul-
tatem proſpicere rebus ſuis, ſed in præſenti caſu;
puto ad nihil teneri, quia nullo modo hoc ædificiũ
ex eo eſt.

64 Stat ergo reſolutum, quod vſufructuariæ non
poſſunt ædificare in fundo vſufructus; quod Domi-
nus Iacobus ſuis verbis ſibi non præiudicauit. Nec
tenetur reſpondere in iuditio & in foro conſcien-
tiæ ad nihil tenetur.

S V M M A R I V M.

1 *Recenſentur legatum.*
2 *Pro ſolutione quæ ſint tractanda.*
3 *Legatum eſt pars teſtamenti non ſpectans ad in-
ſtitutionem hæredis, ſed inſtitutioni ſupradiecta
& donatio quædam quam vult teſtator à ſuo
hærede executioni mandari.*
4 *Duobus modis fiunt legata, & quomodo.*
5 *Legatum dicitur fideicommiſſum particulare.*
6 *Omne verbum ſignificans legitimum ſenſum vo-
lentis legare vel fideicommittere eſt vtile ſiue
ſit directum ſiue precarium.*
7 *In legatis & fideicommiſſis non eſt neceſſaria ver-
borum obſeruatio.*
8 *Legata & fideicommiſſa poſſunt relinqui qui-
buſcunque verbis fauor enim exhibetur non
verbis ſed vltimis defunctorum voluntatibus.*
9 *Poſſunt relinqui quocunque ſermone latino vul-
gari Græco, Punico, Germano &c.*
10 *Legata etiam ſolo nutu poſſunt relinqui.*
11 *In legatis & fideicommiſſis volontas ſpectatur.*

12 *Solemnitas verborum est sublata à legatis nec ea vitiat verborum transpositio. Possunt relinqui per verba sinendi, imo etiam per verba enunciatiua nisi probentur dicta per errorem.*
13 *Legatum dicitur illud, de quo sensit testator, non quod scriptum est.*
14 *In legatis non verba sed voluntas inspicitur.*
15 *In dubio in legatis à verbis non est recedendum.*
16 *Fideicommissum tunc inducitur ex coniecturis cum apparet testatorem velle quid relinquere.*
17 *In legatis ad pias causas censetur semper inesse arbitrium boni viri.*
18 *Legatum relictum coniuncto ex charitate debet plenius explicari.*
19 *Ratio sanguinis inducit præsumptionem quod legatum debet ampliari.*
20 *Quid possint sibi retinere hæredes ascendentes & descendentes, & quid extranei non obstantibus legatis.*
21 *Quibus in casibus non possunt sibi retinere.*
22 *Causa priuilegiata non utitur priuilegio aduersus aliam priuilegiatam.*
23 *Vsusfructus respicit vitam vsufructuarij & illa extincta extinguitur.*
24 *Legatus vsusfructus Titio & eius hæredibus intelligitur etiam de extraneis, sed tantum de primis.*
25 *Regulariter vsusfructus non trasmittitur ad hæredes.*
26 *Vsusfructuarius, cui relictus est vsusfructus suæ hæreditatis a testatore, tenetur soluere debita testatoris.*
27 *Ex quibus autem bonis teneatur soluere hic resoluitur.*
28 *Quid si sit institutus vsusfructuarius tantum aliquorum bonorum an etiam ad ipsum spectet hic pariter traditur.*
29 *Quid quando testator legauit vsumfructum bonorum mobilium & immobilium, vel partis eorum*
30 *Quid item quando legatur res certa pleno iure hæreditatis & vsusfructus.*
31 *Quid si relinquatur vsusfructus omnium bonorũ.*
32 *Explicatur l. Qui filium ff. de leg. 3.*
33 *Quid dicendum, quando legatus est vsufructus dimidiæ, vel tertiæ partis bonorum.*
34 *Et quando legatur absolute pars aliqua eorum & quid si concurrant coniecturæ.*
35 *Ex quibus bonis hæres soluet legata ex proprijs an ex hæreditate.*
36 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*
37 *De legatis à testatore relictis idem dicendum est.*
38 *Vsufructuarius debet pati vendi bona vt satisfiat*
39 *Quid dicendum de debitis si relicta vxore vsufructuaria extraneus sit institutus.*
40 *Si vsusfructus relictus sit plenus & integer.*
41 *Quod pro æris alicui solutione deducitur propriũ non est.*
42 *Quid si hæres ex proprijs bonis soluit.*
43 *Quid seruandum in venditione bonorum hæreditatis pro solutione æris alieni.*
44 *Quid dicendum de debitis testatoris annuis.*
45 *In aliquo casu hæredes tenentur soluere ex proprijs bonis non hæreditatis.*
46 *Quibus coniecturis hoc colligatur.*
47 *Verba totum, & integrum debent aliquid operari.*
48 *Cui incumbat soluere gabellas rei vsufructuatæ.*
49 *Capitale census non tenetur soluere vsufructuarius, sed hæres.*
50 *Fructus vero census tenetur soluere vsufructuarius quia est debitum annuum.*
51 *Quid dicendum si res sit legata.*
52 *Legatum rei oppignoratæ valet.*
53 *Quis teneatur soluere pignus si legat. sit particulare.*
54 *Legatum vniuersale semper transit cum suo onere*
55 *Quid si legatum rei oppignoratæ sit factum testatore ignorante, & quid si adsint coniecturæ.*
56 *Quid in proposito casu teneatur soluere, & quomodo sit soluendum.*
57 *Proponitur obiectio.*
58 *Nemo præsumitur grauari duplici onere.*
59 *Grauatus in vno debet in alio releuari.*
60 *Filius matri relinquens iure institutionis certam rem excedentem quantitatem legitimæ si disposuerit quod post mortem matris res illa ad alium transeat, hæres præsumitur grauatus redimere rem illam de manu hæredum soluendo eis pretiũ, vsque ad summam ad quam ascendit legitima, & rem tradere legatario.*
61 *Solutio fructuum census ad quem spectet quoad vsque soluatur capitale, & census extinguatur.*
62 *Illius est soluere interesse cuius est soluere, & capitale.*
63 *Debita descendentia ex contractu testatoris sunt soluenda ab hærede.*
64 *Legatum ob causam debet determinari à causa annexa.*
65 *Proponitur quædam obiectio.*
66 *Soluitur & datur disparitas inter vsumfructum & legatum.*
67 *Legata bona intelliguntur deducto ære alieno.*
68 *Res transit cum suo onere ad quemcunque transeat.*
69 *Et hoc verum est etiamsi transeat ad singularem successorem.*
70 *Quod verum est etiamsi res transeat ad priuilegiatum successorem, vt ad Ecclesiam, & ad quoscunque alios similes.*
71 *Onus nemini præsumitur esse iniunctum nisi iniunctum probetur.*
72 *Quomodo sit intelligendum illud dictum Res transit ad quoscunque cum suo onere de quibus oneribus virificetur.*
73 *In dubio onus semper præsumitur iniunctum hæredi non legatario.*
74 *Quid agendum si in hæreditate non supersint tot bona quæ sufficiant ad integram solutionem legatorum.*

Quando ad hæredem, legatarium, & vsumfructuarium pertineant solutio debitorum Testatoris.

L X I.

1 MIchael † N. condito suo testamento, & legato prius vsufructu omnium suorum bonorum Camillo suo ex fratre nepoti, instituit postea vniuersales hæredes omnium suorum bonorum duas Confraternitates, Sanctiss. Sacramenti, & immaculatæ Conceptionis, hoc expresso illis iniuncto onere. Che finito l'vsufrutto di Camillo suo nipote i Deputati delle dette Schole, che saranno in quel tempo, sijno obligati far celebrare all'Altare della schola del Santissimo Sacramento quattro Messe alla settimana, e tutti i giorni festiui della Madonna all'Altare della Concettione, & in vno è l'altro loco coll'applicatione del sacrificio conforme alla sua intentione, e vuole perciò, che à questo effetto sij nominato da essi deputati vno Sacerdote della familia

familia N. se ve ne sarà, e non essendone di questa, vno dell'altra famiglia N. tutte due à lui attinenti, e non essendoni di queste, vn altro à sua elettione, huomo da bene, di buona fama, e timorato di Dio, qual sia inuestito de tutti i suoi beni stabili, per mercede della sua capellania, e questo Sacerdote cosi eletto sia obligato sodisfar pontualmente à gli oblighi à lui imposti, come sopra, & anco tenghi bonissimo conto di detti beni migliorandoli più presto che lasciandoli deterinrare, & ò non sodisfacendo à detti oblighi, ò non tenendo conto di beni l'inuestitura ipso facto sia nulla. Nunc ista bona assignata pro Missa celebranda reperiuntur aggrauata, & spetialiter hypothecata aliquibus creditoribus pro solutione aliquorum debitorum.

1 † Quaeritur ad quem spectar eorum solutio an ad hæredem vel ad vsumfructuarium, & quid in casu inuestiturae Sacerdotis, qui ad missas teneatur celebrandas.

In hoc testamento duo sunt legata. Primum vsufructus, quod est clarum, secundum bonorum stabilium pro missis celebrandis, licet enim verba non in Ecclesiam, Altare, vel Sacerdotem &c. dirigantur; sed in ipsam hæredem, ipsum onerando, est ra-
3 men legatum, † est enim legatum pars testamenti, non quidem spectans ad institutionem hæredis, sed ipsi institutioni super addita, veluti donatio, quam
4 testator vult à suo hærede mandari exequtioni, † & fit duobus modis, vno dirigendo verba in legatarium, vt eum dicitur. Lego, aut relinquo centum, ducentum, mille &c. Petro, Paulo, Ecclesiæ &c. altero verò modo dirigendo verba in hæredem, rogando, siue præcipiendo vt hæres det centum, ducentum, aut mille &c. Petro, Paulo, Ecclesiæ &c., &
5 † legatum vocatur fideicommissum particulare, neque ita vocatur ob aliquam differentiam in effectu, cum sit idem in vtrisque illius modi donationibus, &, quidquid de legato dicitur, dicatur etiam de fideicommisso particulari, Molina de contract. disput. 193. & per omnia exequentur Mantica de
6 coniect. lib. 7. tit. 1. nu. 1. † & omne verbum significans legitimum sensum volentis legare, vel fideicommittere vtile est, siue sit directum, siue preca-
7 rium l. 2. in princ. comm. de leg. † In legatis enim & fideicommissis non est necessaria verborum ob-
8 seruatio l. in legatis Cod. de legat. † Possunt enim & legata, & fideicommissa relinqui quibuscunque verbis, fauor enim exibetur vltimis defunctarum voluntatibus, non verbis §. nostra instit. de legat.
9 † Possunt etiam relinqui quocunque sermone, non solum Vulgari, Latino, & Græco, sed etiam Punico, Perso, Germano &c. leg. fideicommissa in princ. ff. de leg. 3. & scribit Alex. consil. 200. numer. 7.
10 volum. 4. † Nec mirum cum etiam solo nutu pos-
11 sint relinqui leg. nutu ff. de leg. 3. sola enim voluntas spectatur in legatis, & fideicommissis l. penult.
12 de leg. 1. cum concordatis; sublatam esse † solemnitatem verborum, verborum transpositionem non vitiare legem, possunt relinqui per verba finendi, imo & verba enunciatiua in vltimis voluntatibus inducere dispositionem, nisi probentur emissa per errorem & multa alia huiusmodi scitu digna tradit
13 Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 1. † Dicitur autem regulariter illud legatum, de quo testator sensit, vt non quod scriptum est, sed quod testator voluit ante omnia debeatur leg. inter vestem. De argento & auro legat. l. Cum delanionis §. cacabos de leg. 1.
14 † Nec mirum, quia in legatis, & fideicommissis voluntas seruatur, & verba non inspiciuntur leg. penult. eodem tit. leg. Hæredes mei §. cum ita ff. ad
15 Trebell. leg. cum virum de fideicommissis: † In dubio tamen à verbis non est recedendum leg. non
16 aliter de leg. 3. & leg. Si alij. De vsufructu leg. † & fideicommissum tunc ex coniecturis inducitur cum apparet testatorem velle certum quid relinquere alioquin non sufficit Socin inn. consil. 147. num. 24 & 25. volum. 2.
17 † In legatis ad pias causas semper intelligitur inesse arbitrium boni viri Mantic. de coniect. lib. 9.
18 tit. prim. num. 4. † & legatum relictum coniunctio ex charitate debet plenius explicari tex. in l. si seruus plurium, §. vltim. de leg. 1. ibi legatarij dignitas, charitas, & necessitudo, & tenet Fulgos. consil. 40. num. 2. in fine. Decius consil. 69. num. 5. So-
19 cin. Iun. consil. 98. num. 22. & 23. † & quod ratio sanguinis inducat præsumptionem, vt legatum amplietur Paris. consil. 80. num. 44. volu. 2. Crauet. cons. 293. numer. 1. & alij quos refert Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 9. num. 23.
20 † Quando vel hæres vel hæredes sunt de numero descendentium, vel ascendentium non obstantibus legatis à testatore factis possunt accipere de bonis hæreditatis suas integras portiones legitimas, quibus de iure non possunt defraudari, easque de iure communi esse tertiam bonorum partem defuncti, cui succedunt constat vulgatis iuribus. Quod si hæredes non sunt descendentes, vel ascendentes, neque illis legitima portio debetur, & eis præcipiatur soluere legata possunt sibi retinere quartam partem bonorum hæreditatis non obstantibus legatis, imo etsi legata totam hæreditatem equarent, vel exhaurirent, etsi hæredi solutis legatis non remaneret quarta pars, sed aliquid minus posset ante solutionem legatorum, detrahendo ex illis, accipere suam quartam partem, & ista habentur in Instit. de Falcidia, & ex tit. ad l. falcidiam tam C. quam
21 ff. † sunt tamen aliqui casus, in quibus falcidia nequit detrahi, quorum vnus est, quando legata sunt ad pias causas, tunc enim falcidia non potest detrahi; nisi tamen causa pia esset etiam hæres instituta, quo casu esset standum dispositioni iuris communia
22 quia † causa priuilegiata non vtitur priuilegio aduersus priuilegiatam: cæteros casus in quibus falcidia non detrahitur vide apud Doctores, de quibus etiam agit Molina de contract. dispu. 213. & Angelus verbo legitima num. 5.

Præter legatum Missarum celebrandarum, est etiam vsufructus institutio in hoc testamento, ideo
23 vt scias quid dicendum accipe sequentia. † Vsufructus vitam vsufructuarij respicit, & ea extincta
24 finitur §. finitur Instit. de vsufruct. † Quod si vsufructus legatus sit v.g. Titio, & eius hæredibus, nomen hæredis intelligitur, etiam de extraneis, sed tamen de primis tantum, non autem successiue, ita probat l. si quis Titio, ff. de vsufruct. accrescend. quam ita sunt interpretati Gloss. & Bart. ibidem sentit Alex. consil. 37. lib. 1. Cor. consil. 248. num.
25 3. lib 1. † regulariter autem ad hæredes non transmittitur, l. stipulatio ista §. si quis ita de verb. obl. & l. si vsusfructus ff. de nonat.

Quando teneatur vsufructuarius soluere debita
26 testatoris ita habe. † Tenetur vsusfructuarius soluere æs alienum, quando testator illi reliquit vsumfructum suæ hæreditatis, quod certum asserit Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 43.
27 num. 1. cum Doctoribus ab eo citatis, † an autem teneatur soluere ex proprijs bonis, vel ex vsufructu, idest ex redditibus bonorum, ex quibus percipit vsumfructum. Respondit idem Menochius ibidem, quod si à creditoribus est coactus soluere,

ex proprio, & ſoluit; ſi poſtea tot fructus non
percipiat ex vſufructu, qui æquent expenſas, quas
fecit in ſoluendis debitis, poterit reſiduum con-
ſequi ex proprietate; ſi vero ex vſufructu, vel tan-
tundem, vel plus percipit, nihil poteſt amplius
prætendere, uel deducere, uel retinere de proprie-
28 tate: † Si relinquatur uſusfructus certarum rerum,
ut illius agri illius fundi determinati, hoc etiam
caſu clarum eſt non teneri uſumfructuarium ſol-
uere debita creditoribus Bart. in l. ultim. numer.
1. ff. de uſufruct. leg. Aret. in conſ. 116. Caſtrenſ.
conſ. 294. colum. ult. lib. 2. Couar. lib. 2. uariar.
reſolut. capit. 2. numer. 1. ducti ad hoc ſentien-
dum, l. ultim. de uſufruct. leg. & l. 1. §. ſi hæres,
29 ff. de Trebell. † & idem eſt dicendum, cum
teſtator legauit vſumfructum bonorum mobilium,
& immobilium, vel partis eorum, quia adhuc
vſusfructuarius iſte eſt legatarius particularis, qui
non tenetur ſoluere debita, nec pati rem aliquam
mobilem vel immobilem alienari ab hærede pro
æris alieni ſolutione, ita probat l. vlt. ff. de vſufru.
leg. & tradit Franc. Marc. in quæſt. 842. num. 3.
30 in 1. par. Couar. loc. cit. num. 5. † Quod multo
fortius procederet quando teſtator legaſſet rem
certam pleno iure proprietatis, & vſusfructus. Ca-
31 ſtrenſ. in d. conſ. 294. colu. vlt. † Quod ſi quis
relinquatur vſusfructuarius omnium bonorum; hoc
caſu aliqui aſſerunt vſumfructuarium teneri ſolue-
re æs alienum, & ſunt. Bart. in d. l. vlt. num. 5. ff.
de vſufr. leg. Baldus & alij apud Menochium loco
cit. mori. lege vxori meæ ff. de vſufr. leg. vbi
habetur in legato vſusfructus omnium bonorum
contineri etiam Calendarium ideſt librum ratio-
num, in quo debitores ſcribebantur, ſicuti pro-
batur, l. Vxorem §. legauerat & l. Qui filium, de
32 leg. 3. † Sed re vera in illa lege non habetur quod
vſufructuarius teneatur ſoluere æs alienum, ſed
tantum quod poſſit exigere pecuniam, vt ex ea
poſſit percipere fructum. Alij verò contrarium
ſenſerunt, ideſt non teneri, ſed debitorum ſolu-
tionem ſpectare ad hæredem, quæ ſententia pro-
batur ex l. vlt. ff. de vſufru. leg. & l. vſufruct. ff.
ad l. Falcid. vbi æs alienum deducitur ex bonis,
33 cuius vſusfructus legatus eſt; † quod etiam dicen-
dum eſt, quando teſtator legauit vſumfructum
dimidiæ, vel tertiæ partis ſuorum bonorum; Nam
etiam hoc caſu non vſusfructuarius, ſed hæres te-
netur ſoluere debita teſtatoris. Is enim conueni-
endus eſt Couar. ſupracit. nu. 2. quam opinionem
34 dicit communem. † Item quando teſtator abſo-
lute legauit vſumfructum rerum ſuarum, vel partis
earum, neque hoc caſu ſoluit vſufructuarius ſed
hæres Bart. in d. l. vlt. num. 3. ff. de leg. vſufr. &
hoc maxime verum eſt, ſi concurrant aliquæ con-
iecturæ, quibus colligatur noluiſſe teſtatorem
pertinere ab vſumfructuarium talem ſolutionem,
vt ſi verb. grat. legatum vſusfructus redderetur
inane, vel inutile ex hoc enim elicitur coniectura
quod teſtator noluerit vſumfructuarium ſoluere æs
alienum, ita expendit Alex. in l. vſufructu num. 3.
ff. ad l. falcid. Gozad. conſ. 94. nu. 26. & alij apud
Menoch. conſ. 997. num. 36. lib. 10. Item ſi ex
alijs partibus teſtamenti conſtaret, quod ſolutio
aliorum debitorum pertineret ad hæredem, illa
etiam eſſet coniectura, quod voluerit ſoluere
omnia ita reſponderunt Ruinus conſ. 41. col. 3.
lib. 2. Bello. conſ. 7. num. 3. Cranet. conſ. 563.
35 num. 1. & hoc eſt tenendum; † ſed ex quibus
bonis hæres ſoluet ex ſuis proprijs, an ex bonis
hæreditatis. Hoc enim maxime refert, nam, ſi
debita ſoluantur ex bonis hæredis, vſufructuarius
pinguiorem percipiet vſumfructū, ſi verò ex bonis
hæreditatis, tenuiorem, nam ſoluendo debita,
tenuius remanebit capitale, & minor conſequen-
ter vſusfructus; ſenſerunt aliqui, hæredem ex
proprijs bonis teneri ſoluere, ſed nec ratione ſoli-
da, nec ſufficienti textu probatur, ideò dicendum
poſſe hæredem vendere tot ex bonis hæreditatis,
quot ſatis ſint pro dicti æris alieni ſolutione; &
probatur text. l. vlt. ff. de vſufruct. leg. vbi habetur
æs alienum ex bonis deduci, quando legatus fuit
vſufructus bonorum, conſtituit enim ibi iure con-
ſultus differentiam inter legatum vſusfructus cer-
tarum rerum & legatum vſusfructus bonorum;
Hæres ergo tenetur ſoluere æs alienum, cum
adminiſtratio proprietatis bonorum à teſtatore
relictorum ad eum pertineat, & ita probat text. in
l. vſufructu, ad leg. falcid. cuius hæc ſunt verba
vſufructu bonorum legato, æs alienum ex omnibus
36 rebus deducendum eſt, &c. † & præterea bona
dicuntur deducto ære alieno l. ſubſignatum §. Bona
de verb. ſignif. Doctores hoc ſententias refert
Menochius loc. cit. nu. 13. §. Altera fuit opinio;
37 † quod etiam dicendum eſt de legatis à teſtatore
38 relictis, † debet enim pati vſufructuarius, vt tot
bona vendantur ex ijs, ex quibus debet percipere
vſumfructum, vt ſoluantur. Cranet. conſ. 187.
39 Couar. d. cap. 2. num. 7. † ex bonis hæreditatis
pariter ſoluenda ſunt debita, etiamſi teſtator
relicta vxore vſufructuaria, poſt eius mortem
extraneus inſtitutus ſit, poſt enim etiam extraneus
tantum diſtrahere ex bonis vt poſſit ſoluere æs
alienum Picuſ. l. Titia §. Titia num. 153. de leg. 2.
Rub. conſ. 163. & Bellon. d. conſ. 7. num. 4. & 5.
40 † & idem eſt dicendum, licet vſufructuario relictus
fuerit plenus, & integer vſusfructus Ruinus conſ.
41 41. num. 12. lib. 2. † Quod enim pro æris alieni
ſolutione deducitur, proprium non erat ipſius
42 teſtatoris. † & ſi hæres ex proprijs bonis ſoluit,
tantum poteſt deducere ex hæreditate teſtatoris,
quantum ipſe exburſauit Socin. iun. conſ. 109.
43 num. 15. 16. 17. lib. 1. † In alienandis tamen
bonis teſtatoris pro ſolutione facienda debitorum,
obſeruandum eſt; quod prius alienentur fructus, ſi
qui exiſtunt, vt ſi teſtator reliquit frumentum,
legumina, vinum &c. deinde mobilia ſi poſtea hæc
non ſufficiant, immobilia minus vtilia; Bald. conſ.
87. in fin. lib. 5. Rolan. conſ. 8. num. 13. in fin.
44 lib. 2. † Declara tamen quod prędicta non habeant
locum, quoad debita teſtatoris annua; nam iſta
tenetur ſoluere vſusfructuarius, ſicut & legata
annua pertinent ad vſumfructuarium; vt poſt alios
tradit Iaſon leg. 1. colum 4. ff. ad Trebell. Rolan-
dus alios referens conſ. 8. num. 27. lib. 2. Couar.
loco cit. num. 7. & alijs; alia vero legata præſtare
debet hæres; poſt multas tradit Roland. loco cit.
45 26. † Receditur tamen à dicta ſententia, videlicet
quod hæres poſſit alienare bona teſtatoris pro
ſoluendo ære alieno contracto ab ipſo teſtatore, ſi
coniecturis colligatur voluiſſe hæredem ſoluere
illud ex proprijs bonis non hæreditatis, vt vſuſ-
fructuarius perciperet vberiores fructus Ruin. d.
conſ. 41. num. 12. lib. 2. Bellonus dicto conſ. 7.
46 num. 2. Couar. loco cit. num. 6. † Coniecturæ
autem ſint, ſi teſtator vſufructuario imponit aliqua
onera, ad quæ alias non tenebatur, vt alendi filios
&c. ex eo enim, quod in vno grauat, cenſetur velle
exgrauare ab alio nempè à ſolutione debitorum
Ruinus loco cit. num. 7. & 8. eſt etiam alia con-
iectura, ſi teſtator prohibita detractione alicuius
quartæ

quartæ vel portionis ex ipso vsufructu, deinde subiungat, vt dictus vsusfructuarius habeat totum
47 & integrum vsumfructum. † Hæc enim verba totū & integrum nihil operarentur respectu quartarum prohibitarum, quia iam expresse sunt prohibitæ,
48 ergo debent operari respectu æris alieni. † Gabellas, quæ debentur ex re, in qua fundatus est vsusfructus tenetur soluere vsusfructuarius, quomodocumque sit institutus, l. quæro ff. de vsufruct. Intellige quoad futuras impositiones non quoad præteritas, l. Africanus §. Hæres ff. de leg. & ibi Bartolus annotauit. His ita generaliter annotatis ad solutionem propositorum veniens.
49 † Quoad legatum vsusfructus. Non teneri vsufructuarium soluere capitale census; sed teneri ad hoc hæredem patet ex supradictis, & probatur etiam, quia Capitale census est debitum hæreditatis; Hæres autem succedit in onera realia & consequenter tenetur ad debita realia; l. Hæres in omne ff. de acquir. hæred. 2. Administratio bonorum pertinet ad hæredem ergo & solutio æris alieni,& patet ex supradictis,tenebitur ergo hæres considerando hanc partem testamenti tantum quoad vsumfructum soluere ipse æs alienum vendendo aliqua bona testatoris vt supradictum est &
50 eo ordine. † Quoad censum verò donec extinguatur & capitale soluatur, pertinet ad vsufructuarium soluere, cum enim sit debitum annuum ad vsumfructuarium spectat, vt pariter supradictum
51 est, & hoc quoad vsumfructuarium; † Quoad legatum verò.
52 Noto † quod res oppignorata potest legari, & legatū similis rei factum à testatore scienter valet, & hæres rem sic obligatam tenetur luere, & eam præstare legatario, §. sed & si rem obligaram. Instit. de leg. & l. Si res ff. de leg. 1. & hoc est verum, siue res obligata fuerit ante, siue post testamentum; per hoc enim testator non dicitur legatum reuocasse; sed indistinctè ob hærede res est luenda text. in l. 3. C. de legat. & siue legatum sit factum ipsi creditori, siue alteri Oinotomns ad Inst. in supracit §. num. 2. nisi aliter appareret de mente testatoris, quæ tamquam regina omnia in vltimis voluntatibus dispositа regit. l. in condi-
53 tionibus in princ. ff. de condit. & demonstr. † Procedit autem regula, quando res aliqua particularis legata est, secus quando legatum est vni-
54 uersale, † quia legatum vniuersale semper transit ad legatarium cum suo onere, vt not. in l. Cum pater §. mensæ ff. de lega. 2. de quo vide Iason. in l. Si hæres num. 23. ff. de leg. 1. Si enim in illa vniuersitate reperiantur aliquæ res obligatæ, non hæres, sed legatarius tenetur eas luere; & ista procedunt in legato rei oppignoratæ, vel obligatæ
55 facto à testatore sciente. † Si verò fiat à testatore ignorante ipsemet legatarius tenetur rem redimere, non hæres, §. sed si rem & §. Si res, citatis nisi tamen legatum factum sit coniunctæ personæ, cui verosimiliter, si testator sciuisset, eandem, vel aliam æque bonam legasset, & etiamsi nihil esset residui rei legatæ solutis debitis, & ita legatum non contineret vtilitatem, nam his casibus etiamsi testator ignorauerit, pertinet ad hæredem rem luere, eadem l. Si res. Nunc etiam quoad hanc aliam partem soluendo propositam difficultatem.
56 Dico † hæredem detracta parte, quæ illi competit secundum consuetudinem loci ratione institutionis in hæredem (Cum enim locus pius sit hæres & causa pia sit legataria & priuilegiatus aduersus priuilegiatum non vtatur priuilegio ideò detur locus detractioni) facta ergo detractione hæres tenetur soluere debita, & legatariæ piæ causæ debetur legatum absolutum ab omni onere æris alieni, cuius solutio ad hæredem, non ad legatarium spectat; & ista patent ex supratraditis.
57 Dices † item ex traditis etiam habemus, quod uerum quidam est, hæredem teneri luere rem legatam, & tradere illam liberam ab omni onere æris alieni quando res particularis legata est singularis, & particularis, at si legatum sit uniuersale & in illa uniuersitate reperitur aliquid ære alieno grauatum, non hæres, sed legatarius tenetur soluere. Cum ergo hoc legatum sit uniuersale, nempè omnium bonorum immobilium, si qua res in hoc repetitur obligata obligationem non hæres tollet, sed legatarius. Ad hoc respondeo primò. Immobilium bonorum nomine intelligi quosdam agros. Secundò omnes istos esse subiectas censui, ita vt nihil immobilium liberum remaneat ab isto onere, quo casu licet in legato dicatur omnium bonorum est, tamen legatum particulare, quoad hac quia nihil in eo repetitur quod sit liberum;sed quidquid in eo est, censui subiectum est. Tertiò pertinet
58 ad hæredem, † quia nemo præsumitur grauari duplici onere pro eadem re l. nauis onnsta §. Cum autem ff. ad l. Rhodiam de iact. l. stico ff. de vsufr. leg. cum similib. Feder. de Sen.cons. 153. col. fin. Roman. cons. 280. vbi Apostillator in verbo duplici Alex. cons. 78. num. 10. lib. 6. Menoch.
59 cons. 9. num. 4. † & grauatus in vno debet in alio releuari, l. Eum ff. de iur. iurand. l. iure secundum naturam ff. de reg. iur. Cum ergo in casu nostro legatarius sit grauatus onere celebrandarum missarum, non ad ipsum, sed ad hæredem pertinebit soluere æs alienum, & hoc maxime, quia legatum redderetur ita tenue, si legatarius debita solueret, vt ne quidem sufficeret ad satisfaciendum medietati impositæ obligationis missarum; & tamē ex præsumpta legantis mente debet esse pingue, quia unlt prælegi ad hanc celebrationem missatū Sacerdotes ad se attinentes, legatum autem factum in fauorem sanguinis debet pleuius explicari, ue pariter supradictum est. Hæres ergo grauatus reddere legatum, si legatum sit grauatum ære alieno, debet hoc soluere, & legatum tradere liberum legatario, accedit alijs Mascardus de Probat. conclu.
60 1142. num. 3. † ideò si filius reliquit matri iure institutionis certam rem, quę excedat quantitatem legitimæ, & disposuerit, quod post mortem matris, res illa ad alium perueniat, hæres præsumitur grauatus redimere rem illam de manibus hæredum, soluendo eis pretium usque ad summam, ad quam ascendit legitima, & rem legatario tradere ita consuluit Alex. vt testatur Socinus in l. Paulus la 2. prope finem de reb. dub. quod verum est etiamsi onus sit relictum impersonaliter quia etiam tunc præsumitur impositum hæredi. Alex. l. vltim. §. labeo nu. 3. & ibi Iason num. 3. ff. si certum petas Mascard. loc. cit. Mantica de coniect. lib. 8. cit. & si alicui dictum sit acceptis centum dato fundum Titio, centum sunt accipienda ab hærede, non à Titio ita concludit Bald. & Castrensis asserit esse mirabile, & omnes contrarium esse dicturos, solutionem debiti pertinere ad hæredem cum commodum pertineat ad Titium, tamen ita concluditur per l. Si Seruus §. Cui margarit. de leg. 1. & Mantica concludit admirationem cessare, quoties grauamen habet originem ab hæreditate.
61 † Interim uerò, donec extinguitur census, solutio

tio

tio fructuum pertinent ad hæredem, non ad legatarium Quia capitale census est debitum spectans ad hæreditatem, nec soluendum ex boois legati sed ex bonis hæreditatis vt in hoc casu de quo loquimur probatum est ergo etiam pertinebit ad
62 hæredem solutio fructuum. † Illius est enim soluere interesse, cuius est soluere & debitum. 2.
63 debita ex † contractu descendentia à testatore pertinent ad hæredem. Abbas in cap. Cum secundom num. 11. de præben. & dignit. per text. in l. veteris C. de contrah. & com. stipul. Cum ergo debitum solutionis fructuum census descendat ex contractu testatoris pertinebit soluere ad hæredem, Non ex bonis legati, quia ad aliud destinata
64 sunt ergo ex bonis hæreditatis; † legatum enim ob causam debet determinari secundum causam aonexam Bald. in l. 11. nu. 2. C. de leg. & lagatum regulatur ex causa adiecta, l. Cum pater §. dulcissimis de leg. 2. & l. Epistola io princ. ff. ad Trebell. Crauet. cons. 221. nu. 12. Paris. cons. 49. nu. 20. volum. 2.

65 † Dices supra traditum est pertinere ad vsumfructuarium soluere fructus pro censu imposito rebus, donec extinguatur capitale, & tamen capitale spectat soluere ad hæredem ergo etiam in
66 hoc legato idem erit dicendum. † Respondeo esse disparem rationem de hoc legatario, & de vsufru-
67 ctuario. Cum enim † legantur bona intelliguntur deducto ere alieno l. mulier bona ff. de iure dotium. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. nu. 8. & io casu nostro certum est ex traditis; ideò non ad legatariom sed ad hæredem ad quam spectat soluere capitale oon ex boois legatis sed ex alijs pertinebit etiam soluere fructus census. Cum autem legatur vsusfructus, si bona ex quibus est percipiendus vsusfructus, reperiuntur debitis obnoxia, illa etiam sunt vendenda pro debitorum solutione; Si autem vendantur pro illa parte, quæ venditur cessat vsusfructus, & ideò, dum illa bona venduntur subiecta debito fructuum census, iustum erit etiam quod vsusfructuarius eosdem fructus soluat non item legatarius.

68 Dices 2. † Res transit cum suo onere ad quemcunque vadat l. Is cui opus. vbi late Iason num. 6. ff. de noui oper. nunciat. l. Si conuenerit. §. si fundus ff. de pign. act. l. 1. C. de distract. pignor. l. Iulian. l. Caius vbi Bart. ff. de manumiss. testat. & similibos cap. Si quis laicus & ibi Gloss. 16. q. 1. cap. ex litt. de Pignor. Menoch. cons. 2. num. 31.
69 † Quod verum habet etiam in singularem successorem l. Cum fundo ff. de ser. rusti præd. l. 3. C.
70 eadem, † & hoc etiam si transeat ad Ecclesiam vel alium priuilegiatum. Duar. reg. 100. num. 14. Crauet. cons. 217. num. 5. ergo etiam onera, de quibus supra transibunt ad legatarium, non ad
71 hæredem. † Quia onus nemini præsumitur iniunctũ nisi probetur. Decius cons. 761. num. 1. quam refert & sequitur Cephal. cons. 246. numer. 15.
72 volum. 2. Respondeo primò † Illud dictum res transit cum suo onere esse verum de oneribus inseparabilibus & seruitutibus ad quoscunque enim perueniant cum illis peruenit. Secundò hoc verum habet in legatis vniuersalibus, in quibus aliqua sunt grauata. Tertiò valere in legatis gratuitis non autem in onerosis etiamsi enim legatum, sit, vniuersale, & habeat onus adnexum, quod illud valde grauet, ex præsumpta testatoris voluntate non transit cum onere. Prærerea census est debitum, quod spectat ad hæredem. Ad illud autem, quod dicitur onus oon presumi iniunctum nisi probatur.

73 Dico † in hærede esse omninò dicendum contrarium, cum in dubio semper censeatur onus iniunctum hæredi text. singularis in l. Si seruus. §. qui margaritam vbi Doctores ff. de leg. 1. & colligitur ex l. peto in prin. ff. de leg. 2. & ita docuit Bald. in l. Codicillis num. 4. ff. de rebus dub. & placuit. Iason. in l. Eam quam num. 4. vers. sed Bald. ref. C. de fideicom. Mantica de Coniect. lib. 8. tit. 2. num. 1. & Mascard. de probat. conclus. 1143. num. 2.

74 Quod † si in hæreditate non supersint tot bona detractis detrahendis, quæ sufficiant ad solutionem debitorum solutio erit facienda ex alijs bonis legatis, & legati reductio facienda ad vires.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur casus discutiendus, & quæ sint discutienda.*
2 *In alienatione bonorum Ecclesiasticorum quæ debeant concurrere.*
3 *Quot de iure antiquo contineret solemnitas requisita ad alienationem bonorum Ecclesiasticorum.*
4 *Causa iusta alienandi bona Ecclesiastica quot sint.*
5 *Quæ sit differentia inter alienationem bonorum Ecclesiasticorum factam ex necessitate, & ex vtilitate.*
6 *Quomodo sit consideranda & iudicanda euidens vtilitas.*
7 *Sententia asserentium in alienationibus, in quibus concurrunt causa, & seruatæ sunt solemnitates de iure requisitæ, non requiri assensum Apostolicum.*
8 *Beneplacitum Apostolicum supplet solemnitates iuris non tamen defectum causæ.*
9 *Si Ecclesia non habet Capitulum vel Collegium in alienationibus sufficit assensus Rectoris, causa iusta, & beneplacitum Apostolicum.*
10 *Si duo concurrant in emptione rei Ecclesiasticæ, & vnus offerat iustum pretium, alter verò excessiuum, cum quo sit stabilienda venditio.*
11 *Proponitur soluenda prima difficultas.*
12 *Proponitur ratio dubitandi quod bona intelligun tur deducto ære alieno.*
13 *Non est idem Hæreditas, & Bona.*
14 *Expresse prohibita alienatione non censetur prohibita illa quæ fit ex causa.*
15 *Bona litigiosa non possunt vendi, & tamen venduntur pro soluendis debitis à testatore relictis.*
16 *Hæres non dicitur contrauenire prohibitioni factæ à testatore, quando alienat pro soluendo ære alieno.*
17 *Neque dicitur contrauenire eidem dispositioni de non alienando si alienet pro reparanda domo.*
18 *Si alia non sint bona libera possunt alienari bona etiam fideicommisso subiecta pro reficiendo, & restaurando corpore hereditatis, & aliquando etiam in faciendo.*
19 *Non plus operatur prohibitio constitutionis quam testatoris, cum etiam ista sit lex.*
20 *Resoluitur an dicta alienatio sit licita, & valida, & negatiue dicitur.*
21 *Aliud est prohiberi ne quid alienetur, aliud ne alienetur sine tali solemnitate.*
22 *Per aditionem hæreditatis bona dicuntur acquisita Ecclesiæ.*
23 *Cautela, quæ vti potuisset Rector ante aditionem hæreditatis.*

24 *Bona relicta Ecclesijs etiam cum hac conditione vt debeant vendi sine assensu sedis Apostolicæ, nec dum possunt vendi post aditam hæreditatem.*

25 *Quod verum est etiam de rebus solo cohærentibus, vt sunt arbores, si radices egerint, cedunt enim solo, & iure soli iudicantur.*

26 *Si beneficiatus incidat arbores, tenetur valorem insumere in vtilitatem suæ Ecclesiæ.*

27 *Incapaces tamen retinendi legata, & hæreditates possunt alienare sine solemnitate.*

28 *Sufficit interuenire primariam vtilitatem vt contractus sit validus. Si verò sit defectus in pretio datur restitutio.*

29 *Tempus quod debet considerari pro cognoscenda vtilitate.*

30 *Quæ dicatur euidens vtilitas.*

31 *Aliud tempus considerandum secundum accidentia.*

32 *Tempus non successiuum, & non habens causam perpetuam sed ad breui duraturam non attenditur.*

33 *Nec consideratur tempus anterius, vel posterius, sed tempus contractus.*

34 *Læsio consideratur ex communi æstimatione, & non ex æstimatione vnius terrulæ sed circumiacentium agrorum.*

35 *Pretia non debent constitui ex singulari affectione, sed ex communi æstimatione.*

36 *Stante nullitate venditionis resoluitur an fructus decursi possint repeti.*
Alienatio est nulla ipsa Ecclesia volente.

37 *Vbi actus est nullus in fauorem alicuius potest ab illo ratificari.*

38 *Quilibet actus tendens ad fauorem alterius est intelligendus parte petente.*

39 *Generalis regula est, quod actiones competentes non tolluntur ipso iure, sed ope exceptionis.*

40 *Omnis concessio facta ad fauorem alicuius habet tacitam conditionem, si is, in cuius fauorem facta est, ea vti velit.*

41 *Refertur notabilis decisio Rotæ ad hoc.*

42 *Testamentum ex causa præteritionis filij est nullum, ipso tamen dicente, & petente.*

43 *Venditio facta alteri quam vicino, nulla ex statuto, intelligitur, si vicinus voluerit.*

44 *Si in transactione apposita sit clausula, quod in casu contrauentionis sit nulla intelligitur instante illo qui adimpleuit.*
Licet frigiditas sit causa sufficiens dirimendi Matrimonium intelligitur petente altero coniuge.

45 *Obligatio dandi fideiussores sub pœna nullitatis ad certum diem est parte volente.*

46 *Lex imponens pœnam iudici aliquid non facienti vel non inquirenti intelligitur si fuerit requisitus.*

47 *Promittens præsentare aliquem in carcere intra mensem v.g. sub certa pœna intelligitur si fuerit requisitus.*

48 *Extante statuto quod forensis det cautionem si ciuem conueniat aliter acta sint nulla intelligitur si cautio petatur.*

49 *Si disponatur quod beneficium detur certis personis alias collatio sit nulla intelligitur ijs, ad, quos spectat, petentibus.*

50 *Stante statuto, quod ille prior admittatur ad collegium qui prior gradum assumpsit. Si admittatur posterior priore non opponente tenet admissio.*

51 *Contractus gestus cum pupillo siue minore sine auctoritate tutoris vel curatoris est ipso iure nullus, minore tamen, vel pupillo ita volente. Valebit tamen si illum confirmet.*

52 *Licet minor dixerit de nullitate & sit sequta sententia, potest etiam penitere & dicere quod vult stare.*

53 *Cautela datur illis qui contrahunt cum pupillis & minoribus, vt contractus sint firmi.*

54 *Dicta vera sunt, si lex disponat in fauorem alicuius, quod si in nullius fauorem disponat; sed tantum decernat ob bonum publicum, vt cæteræ leges, pœna non indigent aliquo petente.*

55 *Resoluitur totum dubium, & quoad validitatem venditionis, & quoad restitutionem fructuum.*

Bona hæreditaria Ecclesiæ vendita à Rectore pro soluendis debitis hæreditatis an simul cum fructibus possint repeti à successore.

L X I I.

1 RECtor † Ecclesiæ S. Siluestri adiuit hæreditatem eidem Ecclesiæ à Domino Bartholomæo relictam, quam, cum postea multis debitis grauatam reperisset, vendidit aliqua bona eiusdem hæreditatis putans venditionem esse vtilem Ecclesiæ, & hoc fecit absque vllo assensu Sedis Apostolicæ. Nunc successor in beneficio hanc venditionem considerans repetit uendita bona, & simul cum bonis fructus perceptos, deducens uenditionem esse inualidam, quia non uerificatur putata utilitas, & quia deest Apostolicus assensus, ideò tria quæruntur. Primò an ista uenditio sit ualida. Secundò quod tempus sit inspiciendum ad uerificandam utilitatem uenditionis. Tertiò dato quod sit nulla uenditio an fructus debeantur.

2 † In alienatione rerum Ecclesiasticarum duo copulatiue requiruntur solemnitas & causa cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Clem. 1. eodem tit. cap. sine exceptione Gloss. in sum. 12. quæst. 2. Abbas in cap. 2. num. 8. de his quæ ui. met. cap. in cap. 1. num, 17. de rest. in integ. & in cap. Nulli numer. 7. de reb. Eccl. non alien. & in cap. Ad nostram eodem tit. Socinus in suis falleut. reg. 110. Decius in Auth. qui rem. num. 21. C. de Sacros. Eccles. Couar. lib. 2. Variar. cap. 17. num. 2. qui asserunt esse communem. Coccina decis. 445. nu. 1. Mantica decis. 41. num. 1. qui testatur sæpius in Rota ita esse decisum, qua forma omissa regulariter alienatio non ualet Afflict. decis. 107. & decis. 85. Vincent. de Franc. decis. & late per Sarmiento in tract. de redd. Eccles. part. 1. cap. 2. ubi doctissime de hac re.

3 † Solemnitas de iure antiquo continebat quattuor. Auctoritatem prælati, tractatum, consensum capituli & subscriptionem singulorum saltem per notarium; recensentur ab Abbat. in cap. 1. & cap. tua, de his quæ finem à prælatis Rebuff. in Comment. alienat. à num. 9. ad 14. & à nu. 74. ad 99. latissimè per Redoan. in tract. de reb. Eccles. alien. à quæst. 24. ad 49. sed hodie prohibetur omnis modus alienationis, etiam in casu licito, & seruatis solemnitatibus prædictis, factæ sine assensu Summi Pontificis per extrau. Ambitiosæ.

4 † Causæ iustæ sunt quattuor. Necessitas, utilitas. Incommoditas, & pietas Glossa in sum. 12. quæst. 2. Abbas in cap. Nulli de reb. Eccles. non alien. Explicat Rebuf. in cit. com. num. 9. & Redoanus pariter citatus quæst. 19. 20. 21. 22. Necessitas, & vtilitas in iure æquiparantur cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. & Clem. 1. eodem tit. Abbas in cap.

ut

ur super de reb. Eccles. alien. & cap. fin. de Eccles.
ædif. Iustæ causæ dicuntur casus à iure permissi, ad
quos reducuntur omnes expressi in iure, citata
Glossa in sum. 12. quæst. 2. & cap. 2. in verbo
5 casibus de reb. Eccles. non alien. in 6. † est autem
hæc differentia inter alienationem, quæ fit ex
causa necessitatis, & ex causa vtilitatis. Alienatio
enim quæ fit ex causa necessitatis, seruatis alias
seruandis, sufficit quod sit cæpta vtiliter, ita vt
Ecclesia non patiatur damnum posito enim quod
sit cæpta vtiliter illi standum est, quemcumq.
exitum habeat alienatio; Si verò fiat ex causa
vtilitatis tunc non sufficit esse ceptam vtiliter, sed
debet cum effectu sequi vtilitas, & Ecclesia debet
fieri locupletior, hanc differentiam præter alios
tangit Federi. de senis in cons. 249. sub num. 2.
Rebuff. loco cit. num. 73.

6 † Euidens vtilitas est consideranda non solum
respectu valoris fructuum sed etiam respectu valo-
ris rei ipsius. Vt si detur Ecclesiæ res maioris fru-
ctus, & minoris valoris, non est euidens Ecclesiæ
vtilitas, & è conuerso, si per Ecclesiam datur res
maioris valoris, licet minoris redditus Io. de
Anani. in cap. vt supra de reb. Eccles. non alien.
Coccina decis. 445. num. 4. & fuit dictum in vna
Placent. Bonorum 7. Nouemb. 1580. Coram Emi-
nentissimo Seraphino.

7 † Redoanus quæst. 36. & 42. quem refert Qua-
ranta verbo Alienatio rerum Ecclesiast. num. 5.
asserit non requiri assensum Apostolicum in aliena-
tionibus in quibus seruatæ sunt solemnitates &
causæ Nam per Paulinam Ambitiosæ permittitur
alienatio in casibus à iure permissis, videlicet iusta
de causa, & seruata forma iuris Canonici, & notat
Nauar. in com. de Alien. rer. Eccles. sub. num. 2.
& in Manuali cap. 37. num. 156. & videtur tenere
Rebuffus supracitatus. Contrarium tamen est de
stilo curiæ, & ita practicatur, & asserit tutius litteræ
conformius & congruentius Quaranta loco cit.
Prælati tamen, & Abbates non possunt regulariter
alienare Summo Pontifice inconsulto, ob iura-
mentum super hoc præstitum Abbas in cap. vt
super de reb. Eccles. alien. in cap. fin. de Eccles.
ædif.

8 † Beneplacitum Apostolicum supplet solemnita-
tes iuxta cons. Abbatis 41. num. 3. lib. 1. Non
tamen supplet defectum causæ Gemin. cons. 48.
num. 9. Decius cons. 142. nu. 5. Neque defectum
consensus Capituli seu maioris partis Abbas in cap.
1. de his quæ fiunt à maio. parte capituli. Rebuff.
9 num. 76. Redoan. quæst. 38. † Quod si Ecclesia
non habet capitulum nec Collegium sufficit con-
sensus rectoris, causa iusta, & assensus Apostolicus.
Abbas in cap. potuit num. 14. de locat. Tran. in
cap. 1. de reb. Eccles. non alien. & 6. Molina de
contract. disp. 468. num. 13. Si in contractu alie-
nationis interueniat beneplacitum Apostolicum, &
sit seruatus spatio 40. annorum obstat Ecclesiæ
præscriptio. cap. de quarta de Præscript. & si postea
labatur etiam quadriennium non dabitur restitu-
tio, nisi arriculetur enormissima læsio. Couar.
variar. resolut. lib. 1. cap. 3. numer. 10. & 11.
Oldrad. de rest. in integ. part. 1. quæst. 19. art. 7.
num. 66.

10 † Sed quid si in venditione rei Ecclesiasticæ duo
emptores æmuli concurrant, quorum alter offerat
iustum pretium in euidentem Ecclesiæ vtilitatem.
Alter autem longe maius cui res erit vendenda, &
quis erit præferendus Cacocitis decis. 89. apud
Quarantam supracit. num. 12. ad Medium refert
hoc in facti contingentia fuisse disputatũ, & aliquot
sensisse plus offerentem esse præferendum, se autem
sensisse pro eo, qui iustum obtulit pretium, cui &
ego assentior, quia cum contractus sit in euidentem
vtilitatem satisfactum est menti Summi Pontificis,
& cum repellatur longe maius iusto pretium offe-
rens, Ecclesia ostenditur æqui & iusti amans, &
æmulationum non fautrix, quod maxime decet.
His pro maiori intelligentia prænotatis ad pro-
positarum difficultatum accedens solutionem.

11 Ad † primam. An sit valida venditio horum
bonorum Ecclesiasticorum pro soluendis debitis
testatoris facta irrequisito Summo Pontifice, &
quia est facta in putatam tantum euidentem vtili-
tatem, Cum hic duæ sint rationes dubitandi defe-
ctus assensus Sedis Apostolicæ, vna, & defectus
euidentis vtilitatis, altera, ideò duabus etiam
responsionibus satisfaciam, & quoad primam de
assensu Summi Pontificis videtur dicendum non
requiri.

12 Primò quia † bona dicuntur deducto ære alieno;
cum ergo Ecclesia sit hæres bonorum testatoris
non erit hæres, nisi illorum, quæ deducto ære alieno
supererunt, cum ergo illorum non sit hæres, nec ad
illam Ecclesiam transibit dominium & ita sine as-
sensu sedis poterunt alienari. Quod autem bona
dicantur deducto ære alieno probatur, l. mulier
bona ff. de iure dot. Menoch. lib. 4. Præsumpt.
13 109. num. 8. Neque dicendum est idem esse hære-
ditatem quod bona per l. cogi ff. ad Trebell. quia
imò maxime differunt, nec vnum pro alio sumitur,
nisi suadeat subiecta materia Crauet. cons. 139.
nu. 3. Menochius lib. 4. præsumpt. 109. num. 10.
& 8.

14 Secundò † prohibita etiam expresse alienatione
non censetur prohibita illa, quæ fit ex causa ne-
cessaria, l. Alienationis §. familiæ l. 1. in fin. ff.
de fund. dot. Alberic. in tract. de stat. part. 1.
quæst. 88. Menochius lib. 4. præsumpt. 189.
num. 106.

15 Tertiò † bona litigiosa non possunt vendi, & ta-
men venduntur ob solutionem debitorum testato-
ris l. fin. §. etiamsi præfatam vbi Bald. in 1. notab.
C. de iure delib. Coccina decis. 228. num. 5.

16 Quartò † Hæres non dicitur contrauenire prohi-
bitioni alienationis factæ à testatore quando alie-
nat. pro soluendo ære alieno eiusdem testatoris, l.
filius familias §. diui. in fin. vbi Iason. num. 27. in
2. lectura Ripa num. 9. ff. de leg. 1. Alber. in l. Se-
natus in princ. eodem tit. Ludouis. decis. 299. nu.
17 1. † Item pro reparatione domus, l. domos hære-
ditarias ff. de leg. 1. Bald. cons. 60. sub num. 1. lib.
2. late Pereg. de fideicomm. art. 50. num. 8. qui
18 num. 6. asserit † quod licet impensa necessaria re-
gulariter sit in reficiendo ac restaurando aliquan-
do tamen, & sæpe numero in faciendo occurere po-
test, ad quam alienationem si duo concurrant,
etiamsi sit fideicommissi, dummodo sit pro soluen-
do ære alieno, sustinetur, primum, quod requiritur,
est, quod non sint alia bona libera; secundum, quod,
constet pretium fuisse conuersum in solutionem
dicti æris alieni Peregr. de fideicom. art. 40. num.
23. Gratian. discept. forens. cap. 570. num. 13. &
14. Necesse tamen est quod creditores hæreditarij
vrgeant Gabriel cons. 118. num. 6. Nec est deue-
niendum ad venditionem immobilium quando ad
sunt mobilia ex quibus debita solui possunt Molin.
de primog. lib. 4. cap. 6. num. 15. & cap. 7. num.
2. & fuit dictum in Romana fideicomm. 18. Iunij
1618. Coram Ramboldo, ergo si venditio fidei-
commissi,

commiſſi, & rei prohibitæ alienatio à teſtatore,
facta his concurrentibus eſt valida, & licita pro
ſolutione alieni æris teſtatoris, erit licita etiam
alienatio rei hæreditatis Eccleſiaſticæ ad eundem
19 effectum. † Non enim plus operatur prohibitio
conſtitntionis, quam prohibitio teſtatoris cum
etiam iſta ſit lex.
20 † Quibus tamen non obſtantibus dico dictam
alienationem ſine aſſenſu Sedis Apoſtolicæ eſſe
21 nullum. † Pro explicatione noto aliud eſſe prohi-
bere alienationem. Aliud prohibere, ne fiat alie-
natio, niſi fiat ſecundum formam præſcriptam.
Prohibitio ſimpliciter facta alienationis bonorum,
aliquando, ſi abſque vlla exceptione intelligeretur,
poſſet continere iniquitatem, vt in caſu noſtro, ſi
prohiberentur ſimpliciter alienari bona Eccleſia-
ſtica, ſimpliciter intellecta iſta prohibitio contine-
ret iniquitatem, ſaltem in caſu, quo æs alienum
eſſet ſoluendum, ideò iſte caſus iure cenſeretur
exceptus. Quod autem talis alienatio non fiat, niſi
quibuſdam ſeruatis ſolemnitatibus; vt in caſu
noſtro, quod requiratur Apoſtolicus aſſenſus, non
continet niſi honeſtatem, hoc enim modo melius
conſulitur bonis Eccleſiarum, ideò in caſu noſtro
cum abſolute non prohibeatur alienatio, ſed ne
fiat niſi certis ſolemnitatibus ſeruatis, nullus caſus
omninò cenſendus eſt exceptus probatur ergo
dictum.
25 † Per aditionem hæreditatis bona fuerant ac-
quiſita Eccleſiæ, l. ſed ſi plures §. filio, de vulg. &
pupill. ſubſt. Inſtr. de hæred. qualit. & diff. in princ.
quem textum dicit meliorem de iure Crott. in l.
ſtipulatio hoc modo concepta num. 35. de verb.
oblig. Gloſſ. in l. 1. §. veteris in verb. Per vnum
verſu Tu dic ff. de acquirenda poſſeſſ. & ibi Do-
ctores ergo non poſſunt alienari ſine requiſitis ſo-
lemnitatibus, & ita tenet in terminis Mantica
deciſ. 41. numer. 6. Ex quibus patet reſponſio ad
obiectam.
23 † Potuiſſet tamen Rector Eccleſię ante aditionẽ
hæreditatis facta excuſſione debitorum ab aliquo,
vt ſi eſſet datus exequtor, vel aliquo alio modo, quo
tamen ipſe non eſſet cenſendus hæreditatem adire,
ſoluere debita; & poſtea hæreditatem ita purga-
tam adire, quia nundum adita hæreditate bona non
fiunt Eccleſiæ. Non deſunt remedia vide Quaran-
tam verb. alienatio rerum Eccleſiaſt. num. 38. qui
nobiſcum ſentit, & dat remedium, & ita aſſerit
24 practicatum. Et † verum eſt etiamſi teſtator
reliquiſſet bona cum hac conditione, vt poſſint ſine
aſſenſu Papæ alienari, quia tamquam illicita non
eſt ſeruanda cap. Tua vbi Couar. numer. 6. de
25 teſt. † Procedit etiam non ſolum in rebus ſtabi-
libus, ſed etiam in rebus ſolo cohærentibus, vt ſunt
arbores, ſi radices egerint, quæ ſolo cedunt, &
iure ſoli iudicantur. l. adeo §. alienam ff. de acq. re.
26 dom. Quaranta nu. 32. † & ſi incidantur arbores,
quas beneficiatus non poterat incidere an teneatur
conuertere in vtilitatem Eccleſiæ, & quando dica-
tur conuertere in vtilitatem Eccleſiæ, Rebuff. loco
27 cit. num. 73. † Intellige tamen ſi ſit inſtituta hæres
vel legataria, quæ poſſit bona retinere, quod ſi
incapax ſit; poteſt alienare ſine ſolemnitate. Re-
buff. numer. 29. etiamſi in legato additum ſit
quod non poſſit alienari, vide Quarant. numer.
32. vbi plura habentur ad intellectum iſtius Pau-
linæ.
28 † Ad illud autem quod dicitur de putata vtilita-
te, dico ſufficere, quod ab initio adfuerit cauſa
primaria vtilitatis, vt, quia bona erant ſterilia &c.
licet non fuerit vtiliter contractum in pretio, hoc
enim caſu contractus non eſt nullus, ſed datur
reſtitutio Eccleſiæ Butrius in cap. 1. num. 19. &
ſeq. de in integ. reſt. Franc. num. 10. verſ. item
nota & nu. 16. circa finem. Abbas nu. 17. Couar.
lib. 2. var. cap. 17. num. 2. & fuit dictum in cauſa
lucana Bonorum 24. Nouemb. 1574. & 15. Ianua.
1571. vt tenet & refert Coccina deciſ. 445. num.
5. Si ergo adfuit cauſa primaria vtilitatis valebit
alienatio ex hoc capite.
29 Ad ſecundum quæſitum. † Quod tempus ſit at-
tendendum ad verificandam vtilitatem. Pariſius
dicit quod conſideratur tempus præſens ita conſ.
24. lib. 4. Rebuff. ſub num. 73. Redoanus quæſt.
30 20. num. 141. † Euidens vtilitas dicitur quando
nullum eſt dubium, quin alienatio ſit magis profu-
tura Eccleſiæ cap. ſine except. 12. quæſt. 2. vbi
Rebuff. num. 97. & 98. cap. Tua nuper de his quæ
fiunt à prælat. ſin. conſ. cap. Redoan. dicta quæſt. 20.
31 num. 81. † Regula tamen quod ad cognoſcendam
euidentem Eccleſiæ vtilitatem inſpiciendum ſit
tempus præſens contractus declaratur ſi res Eccle-
ſiaſtica alienaretur tempore belli, peſtis, vel
ſimilibus alterius calamitatis, vt, ſi res propter di-
ctos caſus inſolitos, & raro contingentes eſſet ef-
fecta deterior, vel quia per ceſſationem à cultura
ager eſſet affectus incultus, & ſterilis vel ſiluoſus,
vel quia arbores eſſent ſuccisæ, tunc eſſet atten-
dendum tempus contractus. Si verò nullum ſit paſſa
detrimentum, ſed in eodem ſtatu permaneat, tunc
non ſecundum tempus præſens contractus, ſed erit
æſtimanda ſecundum iuſtum, & verum valorem
prout erit ceſſante peſte, bello vel alia calamitate,
ita colligitur ex deductis per dominos de Rota
in deciſ. 65. diuerſ. & annotat Menoch. de Arbit.
caſu 172. num. 22. & infra late, ratio autem quæ
32 adducitur eſt, † quia illud tempus tamquam non
ſucceſſiuum, & non habens cauſam perpetuam, ſed
momentaneam, & breui duraturam non attenditur
Caualca. deciſ. 45. num. 53. & deciſ. 46. num. 26.
33 par. 1. † Conſideratur etiam tempus non anterius
vel poſterius in cognoſcẽda læſione Eccleſię Calder.
conſ. 5. ſub tit. de rerum permut. Ruinus conſ. 35.
ſub num. 35. lib. 1. Iaſon conſ. 54. nu. 20. volu. 1.
34 ſequitur Rota deciſ. 18. nu. 4. vol. 2. diuerſ. † quæ
læſio erit probanda ex communi æſtimatione, non
vnius tantum terrulæ, ſed aliorum prædiorum
circumſtantium, & circumiacentium, eadem Rota
in deciſ. 677. part. 3. lib. 3. In articulando tamen,
probatio valoris non reſtringitur ſolum ad breue
tempus contrsctus celebrati, ſed attenditur etiam
tempus anterius, & poſterius per multos annos.
Afflict. deciſ. 316. num. 6. & Rota in præalleg.
deciſ. 65. nu. 13. & 20. par. 2. ſequendo Theoricam
Bartoli & aliorum in l. pretia rerum ff. ad legem
35 Falcid. † Non debent pretia conſtitui ex ſingulari
affectione ſed ex communi æſtimatione in l. Si
ſeruus ff. ad l. Aquiliam Gloſſ. magna in l. 2. in vlt.
quæſt. C. de reſcind. venditione Tiraquel. de
retract. lign. Gloſ. 18. in prin. §. 1. Nec conſide-
ratur pretium ſingulare dicta l. pretia rerum ad
finem, ſed commune Afflictus deciſ. 316. num. 6.
& 7.
36 Ad 3. † ſuppoſito quod venditio ſit nulla an
fructus poſſint repeti & ſint reſtituendi. Dico,
quod, ſi venditio eſt in non euidentem vtilitatem
Eccleſiæ, poteſt petere reſtitutionem, vt ſupra
dictum eſt, Quoad fructus verò, licet venditio non
ſit valida, non ſunt tamen reſtituendi, & ratio
fundamentalis eſt. Quia licet alienatio bonotum

Ecclesiasticorum sine solemnitatibus requisitis sit
ipso iure nulla; hoc tamen est intelligendum ipsa
Ecclesia volente. Nam, si Ecclesia non vult dicere
de nullitate, contractus sustinetur cap. Si qua de
rebus 12. quæst. 2. Imnla in cap. Si qnis præsbite-
rorum nu. 29. de reb. Eccles. non alien. Innocent.
in cap. 1. in prin. Butr. num. 5. Imola numer. 2.
Abbas num. 6. de his quæ fiunt à Præl. sine cons.
Rebus. in Concord. in rub. de collatin. §. Si quis
verò in Glnss. verbo ipso iure vers. Sicut dicitur
de alienatione rerum Ecclesiæ Rota decis. 261. nn.
7. lib. 3. par. 3. diuers. & decis. 137. num. 1. par.
2. Cæsar. de Grassis decis. 3. num. 2. & 3. de sent.
excom. Redoanus quæst. 22. §. sed licet alienatio
num. 3. & 4. Tiraquel de retr. lign. §. 1. Gloss. 2.
num. 11. Put. decis. 310. lib. 1. Crescent. decis. 1.
de locato, & fuit late resolutum in vna Romana
dnmus 4. Decemb. 1591. Coram Eminentiss.
Mantica & in alia Romana Palatij Sanctæ Mariæ
Maioris 15. Martij 1604. Coram Eminentissimo
37 Pamphilio. 2. † Vbi actus est nullus in fauorem
alicuius potest per illum ratificari l. filio ff. de
38 iniusto rupto &c. 3. † Quilibet actus tendens ad
fauorem alterius est intelligendus parte petente vt
voluit Gloss. verbo prębeatur in l. vniuersa rescripta
C. de precib. impe. off. vbi Iason post alios in num.
2. Franc. Arer. cons. 136. nnm. 1. Decius cons.
275. num. 3. Archidiac. in cap. 1. nu. 2. de decim.
Menochius de Præsumpt. lib. 2. præsumpt. 46. per
39 totam. † Et generalis regula est, quod actiones
competentes non tollantur ipso iure, sed ope ex-
ceptionis, nisi in casibus à iure expressis l. obliga-
40 tionum fere §. placet ff. de actio. & obligat. † Et
omnis concessio facta ad fauorem alicuius habet
tacitam conditionem, si is, in cuius fauorem facta
est, ea vti velit. Puteus decis. 313. num. 3. lib. 2.
Rota decis. 21. num. 4. de Concess. Præbend. in
antiquis. Cum ergo, nisi Ecclesia contradicat
contractus sine requisitis solemnitatibus celebra-
tus, sustineatur, nisi Ecclesia petat, & dicat de
nullitate; sequitur, quod iste sit sustinendus, &
ideò fructus non sint restituendi. Ex quo notabili-
ter fuit resolutum in Rnta in vna Romana census
Sancti Celsi prius coram Pegna, & postea coram
Mellino sub 23. Iunij anni 1600.

Quod cum Capitulum Ecclesiæ collegiatæ Sancti
41 Celsi de verbo venderet quendam Censum, † im-
positio autem census est alienatio l. fin. C. de reb.
alien. non alien. Caputaquus decis. 17. par. 1. Rota
decis. 480. par. 1. diui. & obligaret bona Ecclesiæ
sine debita solemnitate requisita in alienatione
rerum Ecclesiasticarum nec dictum Capitulum per
longum tempus diceret de nullitate dictæ aliena-
tionis, sed taceret, & terminis decurrentibus
maturos fructus solueret; Lapso verò multo tem-
pore opponeret de nullitate dicti census, ob non
seruatam debitam solemnitatem, & peteret red-
ditus solutos compensari debere cum sorte princi-
pali; & quatenus sortem excederent debere resti-
tui. Rota declarauit censum esse quidem nullum
ob defectum requisitæ solemnitatis in fundatione
illius; redditus verò solutos antequam diceretur
de nullitate minime fore compensandos, vel resti-
tuendos hac ratione, quia licet alienatio esset ipso
iure nulla à principio, intelligitur tamen, quod sit
nulla Ecclesia seu Capitulo volente, & ideò cum
toto dicto tempore noluerit dicere de nullitate
dicti census, sed sustinuerit onus solutionis red-
dituum, censetur habuisse validum dictum contra-
ctum, & habere tunc implicitum statum validitatis,
& ideò dominus illius iuste dictos redditus, &
fructus percepit, ac suos fecit ita vt licet postea de
nullitate dictum fuerit & contractus declaratus
nullus, & inualidus, talis tamen declaratio ad hunc
effectum non retrotrahitur. Gonzales ad 8. reg.
Concell. Gloss. 56. num. 96. 97. 98. & 99.
42 Ad hoc faciunt primò. † Quod licet testamen-
tum ex causa præteritionis filij sit nullum l. inter
cætera ff. de lib. & post. Puteus decis. 234. lib. 2.
tamen intelligitur filio dicente & petente alias non
text. in l. filio præterito, & ibi Glossa, & omnes ff.
de iniusto. rupt. l. maximum vitium §. Sancimus C.
de liber. præter. Roman. cons. 21. num. 1. & alij.
43 Secundò † Si ex dispositione alicuius statuti an-
nullatur venditio facta alteri, quam vicino, vt in
venditione domus, vel agri; ita venditio erit nulla
si vicinus velit. Puteus decis. 8. numer. 1. lib. 1.
44 Tertiò † Si in transactione opponitur clausula,
quod in euentum contrauentionis transactio sit
ipso iure nulla attamen tandiu erit valida, etiamsi
ab vno sit contrauentum, quamdiu ab eo, qui
adimpleuit, dicatur de nullitate Puteus post alios.
decis. 340. lib. 1. Quartò licet frigiditas vnius ex
contrahentibus Matrimonium sit causa sufficiens
ad illud dirimendum vt toto tit. de malaf. hoc
tamen intelligitur volente alio non frigido Gloss.
not. in cap. Si quis acceperit. Glnss. 1. in fine 33.
quæst. 1. Menoch. de Arbitr. Cent. 6. cas. 519.
45 num. 14. Quintò † obligatio dandi fideiussores ad
certum diem sub pæna nullitatis contractus, vel
alia intelligitur parte volente, & petente. Rota
46 decis. 112. num. 6. par. 1. diuers. Sextò † lex
imponens pęnam iudici non inquirenti, vel aliquid
non facienti intelligitur si fuerit requisitus & non
alias l. 1. §. magistratibus ff. de magistr. conuen.
Iason in l. admonendi numer. 15. cum seq. ff. de
47 iureiur. Septimò † Promittens præsentare aliquē
in carcere intra mensem sub certa pæna intelligi-
tur, si requisitus fuerit, alias pænam non incurrit.
Marsil. post. Castrens. & alios in rubric. de fideiuss.
48 num. 144. Octauò † Extante statuto quod forensis
conueniens ciuem debeat præstare cautionem
idoneam de soluendis expensis, alias processus sit
nullus, erit nullus, si cautio petatur, alias non
Castrens. in l. vniuersa nu. 6. C. de precib. imper.
49 off. & Iason. ibidem nu. 2. Nonò † Si disponatur
quod beneficium conferatur certis personis, vt ex
familia, Doctoribus, &c. alias collatio sit nulla,
intelligi debet ipsis volentibus quod sit nulla, &
debent petere vt sibi conferatur Rebuff. super
Concord. in rubric. de collat. §. Si quis verò Gloss.
verbo, ipso iure nullæ. vers. & ipso iure sunt nullæ
collationes factæ alijs, si nominatus velit & prose-
quitur. Idem Rebuff. plenius in tract. de nomi-
natio. quæst. 17. dubit. 10. num. 14. per totum
quam doctrinā approbauit. Rota in vna Terucon.
Sacristiæ 19. Maij 1601. Coram Iusto licet dixerit
50 non applicari ad casum dicisionis. † 10. stante
statuto, quod ille prior debeat admitti ad colle-
gium, qui prius gradum assumpsit; si admittatur
prius, qui posterius gradum assumpsit primo gra-
duato non opponente, tenet admissio, neque est
retractanda, quamuis postea opponat Felin. in suo
51 1. cons. in nu. 14. & per totum. 11. † Contractus
gestus cum pupillo, seu minore sine tutoris, vel
curatoris auctoritate est ipso iure nullus l. obligari
ff. de auct. tuto. & Curat. §. 1. Instit. eodem tit.
ita tamen est ipso volente; Nam si nolit esse nullum
erit firmus l. Iulianus §. Si quis à pupillo ff. de act.
empt. & in dicto §. 1. Instit. de auct. tut. & Curat.

52 † Item

51 † Item tamen, quod licet ſemel minor ſeu pupillus dixerit de nullitate & per ſententiam contractus ſit declaratus nullus, poteſt poſtea etiam pænitere, & dicere, quod vult ſtare contractui l.

53 Si iudex ff. de minor. † Ideò cautela, erit, ne altera pars maneat in ſuſpenſo, rogare, quod pars, in cuius fauorem actus irritatur, declaret effectualiter ſtatim, velitne ſtare conuentioni, vel ab ea recedere,& ita ſecurus erit de iure ſuo ille in cuius præiuditium annullatur actus, tradit poſt alios Iaſon in §. Action. nu. 24. Inſt. de action. Bald. in l. dolum num. 2. Salicet nu. 1. C. de peric. & com. te vend.

54 † Quæ tamen vera ſunt in ijs quæ conceduntur ad fauorem alicuius, quod ſi lex diſponeret ſimpliciter nullo habito reſpectu ad fauorem cuiuſque particularis, nullitas, & pæna non indigerent petente declarari; ſed ipſo iure deberentur iuxta ea, quæ tradit Gonzalez loco citato num. 122. & 123. Quod tamen an habeat verum quoad pænam non eſt huius loci decidere; eſtque ſatis agitata quæſtio ex apud Theologos & apud Iuriſtas.

55 Dico † ergo ad propoſitum noſtrum, quod venditio facta ſine aſſenſu Sedis Apoſtolicæ eſt nulla, quia requiruntur iſto duo copulatiue cauſa, & ſolemnitas, facta autem in putatam vtilitatem ſuſtinetur, ſi habeat cauſam primarium vtilitatis, licet in pretio erratum fuerit. Tempus autem verificandæ vtilitatis eſt præſens, nempè illud, quo fit contractus iuxta tamen tradita, & licet alienatio fuerit nulla, non tamen debentur fructus, quia nullitas conceſſa in fauorem alicuius debet peti vt declaretur, & niſi petatur ſuſtinetur quia continet in ſe ſtatum tacitæ validitatis. Quando tamen in venditione, vel alienatione putata vtili erratum eſt in pretio, licet ſuſtineatur, datur tamen reſtitutio; & alienatio nulla ſi petatur declarari, ceſſat præſumptus aſſenſus & vere erit nulla, & tunc non ſolus fructus, ſi qui poſtea cæpta lite percipientur ſed etiam fundus eſt reſtituendus.

S V M M A R I V M.

1 *Exponitur quæſitum.*
2 *Quæ, & qualis ſit res tractanda.*
3 *Quæ & quotuplex ſit donatio inter coniuges.*
4 *Quotuplex ſit donatio ex cauſa.*
5 *Quid ſit mundus muliebris.*
6 *A quibus perſonis fieri poſſint dictæ donationes.*
7 *Donatio ſimplex inter virum, & vxorem eſt nulla, eique ius reſiſtit, & ex illa nulla oritur obligatio, & poteſt pro libito reuocari, poſſunt tamen donata retineri quoad reuocentur, & niſi reuocentur donatio morte confirmatur, & retrotrahitur, etiam in foro conſcientiæ.*
8 *Quiſque præſumitur mori in ea voluntate, qua vixit, niſi contrarium appareat.*
9 *Iſta donatio non eſt propriè legatum.*
10 *Donatio cauſa mortis ad ſui valorē non indiget traditione rei donatæ.*
11 *Huiuſmodi donationes non cenſentur confirmatæ in præiuditium aſcendentium, vel deſcendentium, & quomodo ſint extrahenda ex hereditatis cumulo.*
12 *Ex his donationibus detrahitur falcidia quia ſuſtinentur potius in vim legati quam contractus.*
13 *Donatio confirmatur morte naturali ſub qua venit etiam mors gladij non tamen confirmatur morte quam ſibi ipſis inferunt, ob conſcientiam ſceleris vel etiam, quando poſt mortem eorum memoria damnatur.*
14 *Quattuor requiruntur adhoc vt donationes morte confirmentur. Primum eſt rei traditio ante mortem.*
15 *Quid ſi res donata tradatur hac conditione; ſi ex hac infirmitate deceſſero, deinde donans conualeſcat & rem non repetat.*
16 *Sufficit autem ficta, nec requiritur vera traditio, hinc confeſſio dotis receptæ facta animo donandi habet vim traditionis.*
17 *Idem operatur clauſula conſtituti.*
18 *Idem ſi donans retinet ſibi vſumfructum.*
19 *Idem remiſſio debiti.*
20 *Item traditio inſtrumenti quo res eſt acquiſita.*
21 *Item inſtrumentum donationis.*
22 *Item ſi res ſibi debita vel per ſe ipſam transferatur in vxorem per maritum, vel adſcribendo illam vxori in libro rationum.*
23 *Secunda conditio requiſita ad validitatem donationis eſt quod donans premoriatur,*
24 *Quis in dubio cenſeatur præmortuus donans vel donatarius, & reſoluitur.*
25 *Quid ſi vterque coniux alter alteri donet nec conſtet quis prior ſit mortuus? donatio valebit pro vtroque, pro vno, an pro nullo! reſoluitur.*
26 *Tertia conditio eſt quod donatio non excedat quinquaginta aureos, & excedens ſit inſinuata.*
27 *Vtile per inutile non vitiatur.*
28 *Quarta conditio, quod donans permaneat in eadem voluntate vſque ad mortem, & illam nec tacite, nec expreſſe reuocet.*
29 *Neceſſe tamen eſt euidenter conſtare de reuocatione.*
30 *Donatio ſemel reuocata, ſi iterum confirmetur morte intercedente dicitur confirmata..*
31 *Non eſt neceſſe reuocari traditionem; ſed ſufficit reuocare donationem.*
32 *Quid ſi maritus cenſeatur per confeſſionem dotis receptæ factam conſtante Matrimonio donaſſe; poſtea dicat fuiſſe falſam, cenſeturne reuocata? reſoluitur.*
33 *Quid ſi coniux aliquo tempore aliquid donet alteri coniugi, deinde vel morti proximus, vel alio tempore condens teſtamentum illud idem quod donauit leget, cenſebitur ne confirmare donationem vel condere legatum: Reſoluitur, & traditur differentia inter vtrumque.*
34 *Quid dicendum ratione fructuum.*
35 *Quotuplex ſit mors expenditur ad effectum confirmationis donationum.*
36 *Morte ciuili, qua vir mittitur in exilium & perdit ciuitatem donatio confirmatur ad effectum excludendi fiſcum, poteſt tamen reuocari.*
37 *Si vir poſt publicationem bonorum reuocet donationem res fiunt ipſius viri.*
38 *Si vero vxor donet marito, poſtea exulet donatio non confirmatur, quia leges de ſolis vxoribus loquuntur.*
39 *An donatio morte ſeruitutis confirmetur?*
40 *An morte pœnæ.*
41 *An morte ciuili tertia, nempè ob ingreſſum in religionem donatio facta confirmetur; diſtinguitur de religione capaci, & incapaci ſuccedendi; & reſoluitur.*

42 *Quadam aduertentia necessaria.*

43 *Professus in religione capaci succedendi quoad vixerit poterit reuocare donationem non tamen poterit reuocare testamentum.*

44 *Ratio quare possit renocare donationem non ancem testamentum.*

45 *Eadem racione, qua nou valet donatio inter coniuges matrimonio consumato, eadem neque inter sponsos de futuro.*

46 *Imò neqne donatio facta ante Matrimoninm valet, si eius effectus differatnr in tempus sequti Matrimonij.*

47 *Idem est fieri tempore inhabili & prohibito, & prohibitum conferre in tempus inhabile.*

48 *Licet donationes inter coniuges non valeant, valent tamen cæteri contractus.*

49 *Principale propositum semper inspicitur.*

50 *Venditio facta animo vendendi inter coniuges, licet sit facta minori, quam insto pretio, adhuc valet, & suppletur pretium, facta autem animo donandi rescinditur.*

51 *Legatnm factum inter coniuges valet licet sit qnadam species donationis quia refertur in tempus habile.*

52 *Quid dicendnm de donationibus factis à coniugibus non vere coningibus, sed tantum putatis.*

53 *Tradens ex falsa causa falsitatis conscius censetur donare.*

54 *Pana non debetnr nisi seqnta sententia.*

55 *Quid si vnus coninx solus sit conscius falsitatis.*

56 *Coniux ignorans recipiens à sciente potest retinere in foro conscientia qnoad fiscus repetat, & etiam in foro fori.*

57 *Intellige qnando innocens laborat ignorantia iuris & facti.*

58 *Quid si donans erat in bona fide.*

59 *Nihil magis contrarium consensui quam error.*

60 *Quid si vterque coniux nesciat impedimentum, & nullitatem.*

61 *Ratio qnare donationes inter coniuges sint nulla; ne scilicet mutuo amore se spolient.*

62 *Non dicitur spoliare donans licet fiat panperior si donatarius non fiat ditior.*

63 *Item si donatarius sit locupletior & donans non fit pauperior.*

64 *Donatarius recipiens centum & quinqnaginta inutiliter expendens non dicitur expoliare donantem, nisi in quinqnaginta, licet donans fiat pauperior in centnm.*

65 *Hac tamen doctrina currit tantum inter coniuges cum alijs aliter est dicendum & quia.*

66 *Qnid si Titius velit legare centum marito, & maritus rogat vt legat vxori.*

67 *Obijciuntur duo textus.*

68 *Respondetur textibus obiectis & expenduntnr.*

69 *Verbnm iubere importat necessitatem.*

70 *Legata, donationes, hareditates, in quibns alter coninx nullum adhnc acqnisiuit ius potest rogare vt in alternm coniugem conferantur, secus autem si acceptauit.*

71 *Valet donatio facta à viro prodigo earnm rerum, quas consumpturus adhuc fuisset quia non fit pauperior.*

72 *Non valet donatio bonorum mulieris facta à viro alijs personis, qnia mulier fit pauperior, & vir ditior, acquirit enim obligationem ad antidora.*

73 *Valet autem facta causa pia, quia non consurgit in causa pia talis obligatio.*

74 *An alter coniux possit renunciare alteri bona acqnisita, vel acquirenda constante matrimonio discuttitnr & resoluitur.*

75 *Nulla est difficultas quin ante matrimonium talis renunciatio possit fieri.*

76 *Lucra facta constante matrimonio snnt diuidenda inter virum & vxorem.*

77 *Potest mnlier renuciare bonis acquisitis constãte matrimonio, quia necdum sunt incorporata cum alijs suis bonis; non potest autem maritns, quia iam sunt incorporata.*

78 *Cautela vt donationes tam acquisitorum qnam acqnirendornm valeat facta constante matrimonio inter coninges.*

79 *Obijcitur contradicta, & soluitur.*

80 *An valeant donationes remnneratoria inter coniuges.*

81 *Aliqni senserunt non posse dari tales donationes inter coninges, qui sint, & ratio qnare.*

82 *Resoluitur dari tales donationes, & probatnr.*

83 *Donatio remuneratoria non est simplex donatio sed potius debiti solutio.*

84 *Qua conditiones requirantur in donatione remuneratoria, vt sit valida inter coninges.*

85 *In necessitatibus nemo vnquam liberalis existit.*

86 *Merita quando aquent donationem remittitur iudicare prndenti viro.*

87 *Seruitia prastita ab vno plus astimantnr quam prastita ab alio, & diuites, & nobiles plenius debent compensare.*

88 *Qua sint actiones mulieris digna remuneratione, & qua merita sint remuneranda.*

89 *Mulier donans ante matrimonium siue spe matrimonij, si postea nubat donatario, tenet donatio.*

90 *Vxori maritus, & marito aliquando vxor dotem constituit an valeat cum sit quadam donatio.*

91 *Valet constitntio dotis facta ab vxore marito non autem facta a marito vxori, & quare, intellige Matrimonio constante.*

92 *Si maritus constituat dotem vxori nundum contracto Matrimonio, nec referendo in tempus matrimonij valet, & redditur ratio.*

93 *Quando valeat dotis constitutio facta etiam constante matrimonio.*

94 *Nobilitas, iunentus &c. non compensantnr solo matrimonio, ideò datnr donatio remuneratoria a sene; Ignobilis &c.*

95 *Valet dotis constitutio facta ab eo, qui virginem deflorauit.*

96 *Item si constituatur, quia ita disponit Summus Pontifex in dispensatione.*

97 *Aduenente casu restitntionis dotis in præmium nobilitatis ab ignobili, iuuentutis à sene constituta, quando sit ex bonis mariti extrahenda.*

98 *Qnomodo si est consticuta ita decernente Summo Pontifice in dispensatione. Item qnia deflorata est virgo.*

99 *Quomodo si dos sit constituta ex consuetudine vel ob bonum pacis.*

100 *An & qnando sit restituenda vxori dos confessata a marito; sed non constat de receptione, in casu quo restitntio est facienda ab haredibus.*

101 *Confessio dotis facta á marito, vt consulat sna reputationi, vel vt satisfaciat parentibus vel consangnineis est nnlla nec inducit donationem. Si dos ante matrimonium fnit promissa, & inito Matrimonio fatetur maritus se illam recipisse censetur facta eo quod dotem vere receperit.*

102 *Controuersa valde sunt quæ sequantur. An confessio facta de receptione integra, vel partis dotis, ante contractum Matrimonium, quomodo facta, sit præsumenda distinguitur & deciditur.*

103 *Actus, quando vna via est permissus, & altera reprobatus, præsumitur factus ea via, qua potest sustineri.*

104 *Qui confitetur se recepisse ab aliquo aliquam Summam, quam non constat recepisse, iudicatur velle ei illam legare.*

105 *Quid dicendum de Confessione recepta dotis à marito facta constante Matrimonio, quando fatetur se recepisse ab alio, quam ab vxore.*

106 *In dubio standum est verbis Instrumenti, quæ præsumuntur vera.*

107 *Simulatio non præsumitur.*

108 *Præsumitur autem si adsint contraria coniectura.*

109 *Vir constante Matrimonio fatetur se recepisse dotem, & deinde socer vel alter qui dotem constituit alia scriptura promittit se eandem summam, quam maritus fatetur se recepisse, esse soluturum, quid hoc casu dicendum sit, resoluitur.*

110 *Præcedens confessio de recepto, si subsequatur statim promissio præsumitur facta spe illius subsequta promissionis.*

111 *Si duo actus fiant simul censentur respectiui id est quod vnus sit causa alterius.*

112 *Coniectura sumitur a solitis.*

113 *An adueniente casu restitutionis dotis, quam maritus confessus est, sed non constat recepisse liberentur hædes cedendo vxori rationem; an teneantur restituere dotem, si ab alio fuerit promissa.*

114 *Acceptando promissionem censetur acceptari nomen debitoris maxime si alia causa fiat promissio.*

115 *Quid adueniente eodem casu restitutionis, & dos à muliere ipsa fuerit promissa.*

116 *Donatio causa mortis semper est valida; sed non statim transfertur dominium in coniuges.*

127 *Est enim hoc speciale in donationibus inter coniuges, vt etiam traditione sequta non transferatur dominium, nisi morte donantis.*

118 *Etiamsi adderetur quod esset irreuocabilis.*

119 *Ad validitatem harum donationum non requiritur rei traditio; sed habentur instar legati.*

120 *Donatio reciproca inter coniuges, vt alter alteri superstes bona donata possideat, dum viuit, valet, & præiudicat legitimæ ascendentium.*

121 *Hæ donationes causa mortis inter coniuges confirmantur quoad dominium deportatione viri, donantis, licet eam possit reuocare, dum viuit.*

121 *Donatio facta causa mortis ab vxore viro morte ciuili expirat vxori, est enim priuilegium particulare fauore mulieris, quod non expirat morte viri.*

122 *Donatio causa mortis non retrotrahitur ad tempus donationis vel traditionis rei quoad dominium, bene tamen quoad fructus.*

123 *Explicatur l. Si mortis causa ff. de donat. inter vir, & vxorem.*

124 *Donationes inualidæ inter coniuges confirmantur iuramento.*

125 *Hoc iuramentum non est contra bonum publicũ sed contra priuatum.*

126 *Donatio iurata est irreuocabilis inter coniuges ideò non requiritur quod donans præmoriatur in eadem voluntate sed fit statim irreuocabilis.*

127 *Iuramentum interpositum in istis donationibus sortitur primordialem sui naturam.*

128 *Donationes inter coniuges ex primordiali sua natura erant validæ, dispositione autem iuris factæ sunt reuocabiles.*

129 *Intercedente iuramento validantur sine rei traditione.*

130 *Quale debeat esse iuramentum vt firmet has donationes.*

131 *An confirmentur confessiones de dote recepta quando non sunt factæ animo donandi.*

132 *Iuramentum assertorium, quo quis affirmat se donare non includit obligationem non reuocandi sed relinquit donationem in sua natura.*

133 *Quid dicendum de donatione facta, & iurata contra prius iuramentum non donandi.*

134 *Actus contra prius iuramentum quotiescunque est nullus iure, & solo iuramenti vinculo confirmandus, iuramento non confirmatur; si verò ad sui confirmationem non indiget iuramento confirmatur.*

135 *Traditur intellectus duarum Glossarum & aliquorum capitum iuris canonici.*

136 *In sequentibus agetur de donationibus in particulari, de Arris & sponsalitia largitate.*

137 *Sponsalicia largitas est donatio inter sponsos de futuro spe ineundi Matrimonij, & si apponatur pactum est irreuocabilis statim, quamuis copula nec osculum intercedat.*

138 *Olim reputabatur donatio absoluta & statim obligabat, & vt esset sub conditione erat exprimenda conditio.*

139 *Nunc de iure nouo est conditionalis, si matrimonium sequatur. Si osculum, si copula intercedat.*

140 *Sequto matrimonio remanet firma & absoluta.*

141 *Si Matrimonium non sequatur culpa donantis donatarius lucratur totam largitatem, & reliqua, vt ibi.*

142 *Quid si Matrimonium casu non sequatur, vt morte alterius sponsi.*

143 *Osculum & copula habita spe futuri Matrimonij licet coram Deo culpabilia sint, non sic tamen hominum æstimatione.*

144 *An sponsa lucretur sponsalitiam largitatem, si copula intercedat post sponsalia conditionata.*

145 *Qualitas iuncta verbo debet verificari iuxta tempus verbi.*

146 *Actus culpabilis, & pœna dignus non est aliquo legali premio afficiendus.*

Si tantum amplexus intercedant nihil acquiritur.

147 *Quæ vera sunt tam in foro animæ quam fori.*

148 *Vt hac lucretur, non tenetur sponsa probare esse data animo donandi; sed satis est non constare de contrario.*

149 *Debet tamen probare interuenisse osculum vel copulam.*

150 *An sponsus lucretur sponsalitiam largitatem, si sponsalia dissoluantur.*

151 *An acquirat matrimonio consumato.*

152 *Argumentum a contrario sensu in iure est fortissimum.*

153 *Si sponsalia disoluantur ob aliquod impedimentum, an sponsa lucretur sponsalitiam largitatem, duplex casus.*

154 *Quid dicendum in secundo casu.*

155 *Quid si sola sponsa erat conscia impedimenti.*

156 *Quid si solus sponsus impedimenti erat conscius.*

157 *Quod*

157 Quod si sponsalia dissoluuntur absque culpa utriusque.
158 Quid lucretur sponsa, si ingrediatur ipsa religionem; item quid si dissoluantur per inculpabile factum sponsi.
159 Quid si mutuo consensu.
160 Quid si unus prius resiliat.
161 Quid si exequtio sit facta a lege.
162 Exequtio facta à lege non potest statim mora purgari.
163 Quid si sponsi licita recedant alterius culpa.
164 Sponsalitia largitatis donatio ante matrimonij consumationem est nulla facta per sponsos de præsenti item si fiat consumato matrimonio.
165 Quid dicendum de uestibus quam maritus &c. dat uxori, & distinguitur duplex genus uestium.
166 Quæ dicantur uestes prætiosæ, & quæ quotidianæ.
167 Nomine uestium quotidianarum ueniunt etiam festiuæ ordinariæ non autem solemnes.
168 Quid si maritus tradat uestes uxori consumato matrimonio & constet tradere animo donandi.
169 Quid si tradat, ut illis tantum utatur.
170 Quid in casu, quo non constat, quo animo sint datæ.
171 Quod de uestibus idem dicendum, & de iocalibus.
172 Verbum dono impropriatur secundum subiectam materiam.
173 Donatio uidetur fieri secundum consuetudinem loci.
174 Ideò si uestes pretiosæ ex consuetudine donantur, erunt censendæ donatæ.
175 Maritus censetur donare, si aliquod donum ab uxore prius recepit.
176 Videtur etiam donare uir nobilis & diues licet non exprimat se donare.
177 Nobilitas enim, & diuitiæ faciunt coniecturam quod in dubio donetur.
178 Vestas quotidianæ, etiamsi excedant fructus dotis censentur a marito uxori donatæ.
179 Quid dicendum de uestibus, quæ mittuntur à sponso sponsæ de præsenti seu de futuro.
180 Quid de uestibus quæ a socero traduntur nurui.
181 Quid de uestibus pretiosis, quas pater filiæ uel socer nurui tradit quoad collationem.
182 Quid si socer tradat nurui ut ipsi non autem filio acquirantur.
183 Attenditur quod factum est, non autem quod uenit in consequentiam.
184 Quid dicendum de donatis à consanguineis.
185 Cum de animo donandi non constat, recurrendum est ad coniecturas è quibus deprehenditur.
186 Donatio pendet à voluntate donantis, & illius est donum, cuius esse uult ipsemet donans.
187 Consanguineus uiri donat uxori, uel uxoris uiro, nec constat de animo, cuius intuitu donat, pro quo est præsumendum.
188 Consanguinitas non est sufficiens ratio concludendi.
189 Idem est dicendum de donatis ante nuptias.
190 Nisi tamen contraria sit consuetudo, cui standum est.
191 Donationes propter nuptias abierunt in dessuetudinem.
192 Arræ sunt pignus, quod traditur inter sponsas in signum complendi Matrimonij, & debet hac exprimi aliter censentur sponsalitia largitas, & debent tradi non enim sufficit promitti.
193 Apponuntur amittendæ à uiolatore fidei, & sunt licitæ; quare autem & non pænæ difficilis est ratio traditur aliqualis congruentia.
194 Differentia inter arras, & pænas.
195 Receptio arrarum probatur sola confessione recipientis.
196 Validæ sunt in quacunque quantitate.
197 Cautela est pro securitate Matrimonij magnas arras opponere, vel dare.
198 Non est necesse dari in quantitate numerata; sed possunt constitui etiam in fundo.
199 Possessio potest tradi ficte per clausulam constitute.
200 Possunt etiam duplicari ut non sequto matrimonio reddatur fundus, & eius æstimatio.
201 Possunt tradi utrinque.
202 Neque vana est ista traditio.
203 Quomodo intelligenda, l. Qui sic soluit.
204 Arræ non comparantur per osculum, neque per copulam, imò sequto matrimonio sunt reddendæ; amittuntur enim sola culpa illius per quem stat, ne matrimonium sequatur.
205 Matrimonium si dissoluatur ob impedimentum canonicum, non amittuntur, & quid in casu scientiæ vel ignorantiæ.
206 Amittuntur ab eo qui fuit in causa ut eius defectu matrimonium non compleretur.
207 Qui est in culpa moræ, is punitur pæna amissionis arrarum.
208 Quid si arræ ab uno tantum sunt traditæ & culpa non tradentis matrimonium non sequatur.
209 Quomodo computandum triplum uel quadruplum in amissione arrarum.
210 Quid si minor arras recipiat, uel eius nomine tutor, uel curator.
211 Cautela pro tradente arras minoribus.
212 Idem dicendum de Auis.
213 Alia aduertentia necessaria pro traditæ cautela, pro tradente arras.
214 Quid cum uterque arras tradit & culpa utriusquè quid matrimonium non sequitur.
215 Quid si arræ utrinque traditæ non sunt equales, sed ex una parte minores.
216 Dicta sunt uera de utroque iure, non enim ciuile per canonicum est correctum.
217 An arræ debeantur ante sententiam iudicis.
218 De pæna dupli, à lege imposito.
219 De pæna tripli uel quadrupli inter partes conuenta.
220 Contractus conditionalis, qui purificata conditione statim obligat, non requirit sententiam iudicis.
221 An sponsalitia largitas ab ea quæ uere non est uirgo, quam tamen maritus uere putas uirginem debeatur.
An Arræ reddendæ sint sponso quando iniuste quidem resilit à sponsalibus, sed iusta subest causa; at non cognita.
222 Adulterante uno coniuge alter coram Deo solutus est ab obligatione reddendi debitum.
223 Explicatur præcedens dictum quomodo sit intelligendum.
224 Altera obiectio, & satisfit.
225 Conclusio antedictorum.

Quæ

Quæ bona coniux relicta secum deferat transiens ad secunda vota.

LXIII.

1 CÆsar † duxit in vxorem Camillam, cui ab ipso sponso, ab eius, consanguineis & à consanguineis eiusdem Camillæ multa data sunt & tempore sponsaliorum & postea etiam. Nunc mortuo Cæsare Camilla transitura ad secunda vota quæret quæ secum possit deferre, & quæ teneatur hæredibus mariti relinquere.

2 † Hæc est res satis ampla & multis difficultatibus implexa, valde tamen necessaria, vt potè, quæ quotidiæ præ manibus habetur, ideò exactè pertractanda, sed maiori qua fieri potest breuitate, ita vt ad praxim conducat non relicti nihilominus intactis, quæ ad elucidationem veritatis aliquo modo possunt conducere. Omissis ergo quæ de dote & paraphernis dici possent de donatis tantum erit nostra responsio. Pro qua.

3 † Notandum primò, donationes inter coniuges alias esse simplices. Alias esse ob causam. Donatio simplex est illa, quæ ex mera donantis liberalitate

4 proficiscitur l. 1. in princ. ff. de donat. Quæ † verò ex aliqua causa fit donatio est triplex. Prima dicitur sponsalitia largitas. Secunda donatio propter nuptias, vel ante nuptias. Tertia dicuntur Arræ:

5 sponsalitia largitas quæ † etiam vocatur mundus mulieribus ex Matienzo lib. 5. recopila. tit. 2. rub. num. 1. & vocatur etiam donatio ante nuptias vel dotalitium, quod tradit sponsus sponsæ teste Io. Lupo rubr. de donat. inter §. 3. nu. 2. est quæ fit inter sponsos de defuturo ob spem ineundi Matrimonium, & ob eius causam. Donatio propter nuptias seu ante nuptias est id, quod confertur à viro, vel ab alio eius loco pro matrimonij oneribus, ad similitudinem dotis datæ marito ab vxore, & sic appellatur dos §. est & aliud Instit. de donat. l. Cum multæ. C. de donationibus ante nupt. & dissoluto Matrimonio, etiam post consumationem redit ad virum. cap. fin. de donat. inter virum & vxo. sicuti data ab vxore viro soluto Matrimonio redit ad vxorem, in quo differt ab Arris, quæ soluto Matrimonio fiunt vxoris, nec redeunt ad Maritum donantem. Sed de huiusmodi donatione nihil est dicendum, abijt enim in dessuetudinem vt asserit Gloss. auth. equalitas C. de pactis conuention. Bald. Auth. dos data C. de donat. propt. nupt. Parisius & alij apud Sanchez de Matrim. lib. 6. disp. 1. num. 1. Arræ non eodem modo summuntur apud omnes; nam in aliquibus regionibus sunt id, quod traditur in signum Matrimonij contrahendi, vt in nostris hisce regionibus Alibi verò sunt donatio facta sponsæ per sponsum in remunerationem pudicitiæ, vel nobilitatis, vel dotis sponsæ quas soluto Matrimonio sponsa lucratur.

6 Noto † 2. quod donationes inter coniuges, vel sponsos, aut fiunt à se ipsis inuicem inter se, aut coniunctis, & consanguineis, aut ab extraneis, de his omnibus agemus, & primo de donatione simplici.

7 Dico † primò quod licet donatio simplex inter virum, & vxorem sit nulla cap. fin. de donat. inter. vir. & vxor. l. 1. 2. & 3. ff. eodem, cui etiam donationi ius resistit, & ideò nulla oritur obligatio nec ciuilis, nec naturalis, vt constat ex l. 3. §. Sciendum autem ff. de donat. int. vir. & vxor, & docet Bart. in l. quod meo in initio & ibi Alex. ff. de aquir. possess. propterea potest ad libitū reuocari per donatorem, possunt tamen ita donata à donatario retineri, quoadusque donatio à donante reuocetur, & nisi reuocetur, & donans præmoriatur, donatarius potest donata retinere, quia donatio morte donantis confirmatur, & retrotrahitur, & hoc etiam in foro conscientiæ. Quod ista donatio non sit omninò nulla; sed morte donantis confirmetur, & retrotrahatur Abbas in cap. fin. num. 3. Io. Lupus rubri. de donat. inter virum & vxorem §. 69. num. 1. Molina lib. 1. de Primog. & quoad hoc æquiparatur donationi causa mortis, quæ appellatur inualida, & imperfecta, quia potest renocari vsque ad mortem, licet à principio valida fuerit, dominiumque transtulerit, & quod huiusmodi donatio irrita inter coniuges morte confirmetur, habetur expresse cap. fin. de donat. int. vir. & vxor. l. Papinianus & l. Cum hic status ff. eodem, & l. 1. & 3. & l. donationes quas parentes C. de donat. int. & vxor. & ratio est, quia tempore mortis cessat ratio prohibitionis, quæ est, ne coniuges mutuo amore se spolient, & ideò cum donans in vita donationem non reuocauerit, ex tacita, & præsumpta voluntate

8 tunc censetur relinquere, & legare; † quia quisque præsumitur mori ex eadem voluntate qua vixit, nisi appareat aliud voluisse cap. Maiores de Baptis, l.

9 Saucimus. C. de testat. † Ista tamen donatio licet morte confirmetur, & habeat vim relicti, non est tamen proprie legatum, nec contractus; sed quędam tertia species media, vt Molina de Primog. lib. 1. capit. 12. num. 11. vnde ad eius validitatem non requiritur aditio hęreditatis Tiraquel. l. Si vnquam verb. libertis nu. 122. C. de reuo. donat. Io. Lupus rubri. de donat. §. 69. num. 3. & ratio est quia est vehiti, quædam donatio causa mortis, cum vtraque

10 morte confirmetur, † donatio autem causa mortis non indiget ad sui valorem aditione hæreditatis,

11 late Io. Lupus proxime cit. † Huiusmodi autem donationes, quæ morte confirmantur, non intelliguntur confirmatæ in præiuditium ascendentium, vel descendentium, sed sunt extrahendæ ex illa parte, de qua potest donans, disponere, quia sunt instar cuiusdam legati, gratuiti relicti in testamento, vt dictum est, talia autem legata non nocent legitimæ Molin. de Iust. & iure. tom. 2. disp. 289.

12 † Ex his etiam donationibus est detrahenda falcidia, quia sustinentur potius in vim legati, quam contractus habetur l. cum hic status in initio ff. de dona. inter virum & vxor. ibi. Sed de falcidia vbi possit habere locum tractandum est; cui locum ita fore opinor quasi sit testamento confirmatum, quod donatum est, & Gloss. l. in donationibus C. ad l. falcid. verbo factis, inquit. idest quando fiunt causa mortis, vel morte confirmantur; nam si fiunt inter viuos, & statim valent, non detrahitur falcidia; & ita Bart. l. Cum hic status in initio num. 2. ff. de donat. int. vir. & vxor. Tiraquel. l. Si vnquam verb. libertis num. 121. C. de reuoc. denot. Clar. lib. 4. recept. §. donat. quæst. 9. §. Scias autem & etiam Theolog. Molina loco cit. §. Ex donatione Lopez. lib. 2. de contract. c. 47. ad finem §. Notandum est.

13 † Quando autem dicitur quod morte confirmatur ista donatio intelligitur mors naturali, sub qua comprehenditur etiam mors gladij, l. si tibi vbi Bald. C. de donat. ante nup. non autem mors, quam sibi infert donator ob conscientiam sceleris, vel etiam, quando post mortem eius memoria damnata est, quia tunc donatio reuocatur dict. l. Cum hic status §. si donator. vers. Si maritus ff. de donat.

14 donat. int. vir. & vxor. † quattuor autem requiruntur conditiones, vt donatio morte confirmanda, sit valida. Prima est, vt traditio rei donatæ fit facta in vita donantis; probatur ex l. Papinianus ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. res vxoris C. eodem tit. & argumento l. 2. C. Si quis alteri, & ratio est, quia, si traditio non esset facta in vita, rei donatæ in morte non esset quid confirmaretur; quod, si res sit tradita, nihil deficit ad confirmationem, quia iam est actus, res, & voluntas sic docet Gloss. dicta l. Papinianus verbo mariti Salicet. l. 2. C. de dote caut. & alij quamplures, quos refert & sequitur Sanchez de Matrim. lib. 6. disp. 14. num. 6. Non est autem necesse, quod traditio rei fiat eodem tempore, quo res donatur; sed sufficit, quod fiat quocumque tempore vitę donantis, quia textus petunt tantum traditionem fine vlla temporis limitatione, & præterea cum huiusmodi donatio sit inualida toto tempore vitæ donantis, & confirmetur sola eius morte, sufficit vt eo tempore adsit aliquid datum, quod confirmetur, ita Io. Lupus rubri. de donat. §. 76. num. 1. referens Baldum.

15 Sed † quid si donans traderet donatariæ vxori rem hoc expresso pacto, quod si ex infirmitate conualescat, res ad ipsum redeat, si vere conualescat, & rem non reassumat, & postea alia vice moriatur, nihil de illa re amplius dicens? Aliqui dicunt adhuc morte confirmari, quia re vera iam intercessit traditio; sed difficultatem facit, quod res illa est donata tantum sub conditione implicita; si non conualuerit, & sub explicita quod ad ipsum reuertatur, si conualuerit; ergo si conualuerit ad ipsum reuertur, nec traditio quidquam videtur suffragari, quia videtur deesse voluntas. Ad hoc autem, vt istæ donationes inualidæ morte conualescant, requiritur quidem traditio; Sed non est necesse quod sit vera sed sufficit ficta. Sic docent auctores à

16 Sanchez relati num. 12. loco cit. † Hinc collige confessionem dotis receptæ factam constante Matrimonio à viro, quando censetur facta animo donandi haberi loco traditionis, & absque vlla alia

17 traditione vera morte confirmatur. Secũdò † fatis esse clausulam constituti, idest, qua coniunx donans constituit, se possidere nomine donatarij, quia ista clausula habetur pro traditione. Ideò si maritus asserat, se possidere aliquid, quod re vera sit suum, nisi retractet & ita moriatur rem illam poterit

18 mulier retinere. Tertiò † si donans retinear sibi vsumfructum rei donatæ, quia talis reseruatio,

19 habet vim traditionis. Quartò † si mulier sit debitrix mariti, & maritus debitum remittat, potest retinere, nec tenetur soluere, quia illa remissio

21 habet vim traditionis. † Quintò si donans tradat

22 instrumentum donationis. † Vltimo si maritus rem sibi debitam, vel per se ipsum transferant io vxorem, & illi adscribat in libro rationem, vel hoc idem per alium curet faciendum, ista omnia supplent traditionem, & morte donantis ita donata confirmantur, & donataria sit domina.

23 † Secunda conditio est, quod donans præmoriatur donatario, & hæc est per se clara, si enim debet donatio confirmari in fauorem donatarij vtique donans debet præmori donatario; quod contro-

24 uertitur est † quid in dubio quis sit præmortuus sit dicendum: Pro solutione distingue duos casus, vel donans, & donatarius perierunt simul, vt incendio naufragio &c. Vel non perierunt simul eodem casu, sed diuersis locis si moriantur simul, nec constet quis prior mortuus sit, censetur præmortuus donãs, & censetur præmortuus in eadem voluntate, & donatio confirmata censetur in fauorem donatarij; habetur expresse, l. Cum hic status §. Si ambo ff. de donat. int. vir. & vxor. & docet Couar. lib. 2. variarum cap. 7. num. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 50. num. 6. & sequentibus. Si verò perierunt diuersis locis, nec constat, quis prior mortuus sit, non concordant Doctores. At dicendum præsumptionem stare pro illo, qui possidet rem, & ita illum, qui rem non possidet debere probare esse præmortuum donatarium verb. grat. maritus donauit & tradidit vxori torquem, deinde ambo moriuntur, & non constat, quis sit præmortuus, incumbit hæredibus mariti onus probandi vxorem esse præmortuam, vt donatio probetur morte non confirmata; ratio est. Quia melior est conditio possidentis. Reg. in pari dubio ff. de reg. iur. & eodem tit. in 6. Menoch. lib. 6. Præsumpt. 50. num. 16. Mascard. de probat. conclus. 1290.

25 num. 15. & alij. † Sed quid dicendum, si mutuo ambo coniuges sibi donassent nec constaret quis prior mortuus fuisset: distingue vel sibi inuicem donauerunt nullam addita conditione expressa, vel expresse addita conditione, vt, qui posterior decederet, donata obtineret. Si primo modo facta est donatio, vtriusque donatio manet confirmata per l. Cum hic status §. Si ambo versic. proinde. de donat. int. vir. & vxor. & ita Couar. 2. var. cap. 7. num. 5. Quia cum res sit tradita, & à donatario possessa titulo donationis, in hoc dubio præualet fauor donatarij possidentis, vt donatio censeatur valida, & confirmata; Quod si fiat secundò modo cassatur omninò, quia positiua conditio, sub qua donatio facta est, omninò deficeret; vide Sanchez loco cit. num. 23.

26 † Tertia conditio est, quod donatio non excedat quinquaginta aureos, & si excedat, sit insinuata l. Sancimus C. de donationibus si non sit insinuata morte non confirmatur habetur expresse l. donationes quas parentes C. de donat. int. vir. & vxor. Quod si tempore mortis donationem excedentem quinquaginta & non insinuatam donator confirmet valebit, vt legatum, non vt donatio. Quod si donatio excedens quinquaginta, non insinuetur, nec confirmetur, vt valeat in vim legati, valebit, quoad summam quinquaginta euanescente omninò, quoad excessum, quia lex donationes, quas parentes &c. non asserit donationem in totum non confirmari, sed tantum, quoad excessum, deinde vtile per inutile non vitiatur Reg. vtile de

27 reg. iur. in 6. quod Dinus explicat, quando vtile ab inutili potest separari. Cum ergo quinquaginta possint separari à reliqua summa, vtiq, dicendum erit, quoad quinquaginta separari, & valere.

28 Quarta, & vltima conditio est, quod donans permaneat in eadem voluntate vsq; ad mortem, & illam nec tacite, nec expresse reuocet. Si enim tacite, aut expresse reuocet, non confirmabitur morte, habetur expresse cap. fin. de donat. inter

29 vir. & vxor. & l. Cum hic status ff. eodem, † & necesse est euidenter constare de reuocatione, vt in dicta lege his verbis, vbi semel donatorem pœnituit, hæredi reuocandi facultatem tribuimus, si appareat euidenter defunctum reuocasse voluntatem: quod si in obscuro sit, procliuior esse debet

30 iudex ad comprobandam donationem. † Quod si donationem reuocet, deinde iterum approbet morte confirmatur, habetur eadem l. & eodem loco illis verbis. Pœnitentiam accipere debemus. supremam proinde, si vxori donauit, deinde eum pœnituit, mox desijt pœnitere, dicendum est

donationem

donationem valere, vt supremum eius spectemus 31 t indicium. † Non est autem necesse reuocari traditionem rei, sed sufficit reuocare donationem, quia textus citati volunt reuocationem fieri per solam pœnitentiam, & præterea sufficit tacita & præsumpta reuocatio.

32 † Sed quid dicendum, maritus per confessionem dotis receptæ factam constante matrimonio censetur donare, si postea hanc confessionem dicat fuisse falsam censebiturne reuocata, an morte donantis adhuc confirmabitur. Dico adhuc confirmari, & ratio est, quia illa non est manifesta reuocatio, potuit enim illud dicere, vt admoneret hæredes, ne illam dotem soluerent vt debitam, & ita ex toto aceruo hæreditatis, sed vt donatam, & adeo soluatur eo modo, quo supra dictum est nempe detracta falcidia sine preiuditio ascendentium, & descendentium & aliæ possunt reddi rationes huius dicti ex quibus fit, quod non sit clara, & aperta retractatio donationis, quod diximus requiri ita docet Io. And. Albericus, Romanus quos refert & sequitur Ioan. Lupus rub. de donat. §. 69. num. 21. de qua tamen doctrina dubitat Couar. loco cit. num. 5.

33 † Sed, si coniux alteri coniugi dum vixit, aliquid donauit, & tradit, deinde morti proximus, vel alio tempore condens testamentum, vel alio modo leget coniugi, quæ illi in vita donauit, diciturne a prima voluntate recedere an in ea permanere, diciturne confirmare donationem, an facere legatum? Refert autem multum hoc scire, quia si confirmatur donatio, res donata debetur etiam non adita hæreditate, & debentur donatariæ fructus etiam percepti toto tempore vitæ donatoris, secus vero si valet tantum vt legatum, quia hoc casu non debetur nisi, vt legatum, & ideo nisi adita hæreditate, vel abintestato repetitis. l. eam quam C. de fideicom. nec debentur fructus percepti viuente, donante quia fructus in legato non in cluduntur, cũ sunt percepti viuo testatore vel legante. l. quæsitum §. penult. ff. de leg. 1. & Paulus l. si quando in initio num. 5. ff. eodem: Pro solutione noto, quod testator, aut vtitur uerbis non importantibus legatum, aut fideicommissum, aut vtitur verbis legati, vel fideicommissi, vt si diceret confirmo donationem factam vxori meæ, vel vxor mea habeat, quod illi donaui, aut similia verba non expresse legato conuenientia, vel lego, & fideicommitto vxori meæ, quod illi donaui, si uerbis prioris generis nempe legatum non importantibus usus est, & res donata sit illius summæ, quæ non indigeat insinuatione, & si excedat, sit insinuata, tunc testator non uidetur recedere à priori donatione, sed illam confirmare; habetur expresse. l. ex uerbis. C. de donat. inter uir. & uxor. si uero res sit illius generis, quæ non possit confirmari, quia uidelicet non sit insinuata, tunc quoad excessum, quæ non potest confirmari, ut donatio confirmatur ut legatum, habetur expresse lege donationes quas parentes. C. eodem & ita docet. Bald. l. si quando in princip. num. 3. ff. de leg. 1. & ibi Castrens. nu. 5. Lupus rub. de donat. §. 72. num. 2. remanente confirmata, ut donatione, ea parte, quæ potest confirmari, si uero utatur uerbis legati, aut fideicommissi uidetur recedere à prima donatione, quæ confirmatur, ut legatum patet ex l. si quando ff. de l. 1. & ex l. illud ff. de acquirenda hæred. & ita præcitati Doctores eodem loco Receditur à priori donatione, quæ confirmatur, ut legatum, non

34 tamen, † quoad fructus perceptos in vita donantis, quia, etsi donatio sit confirmata vt legatum adhuc tamen debentur illi fructus, quia illud legatum potius dicitur confirmatio donationis, quam eius reuocatio ex l. Cum pater §. pater filiæ ff. de leg. 2. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 15. num. 9. quando autem tacite, uel expresse donatio reuocetur, vide apud eundem Sanchez loco citato.

35 † Sed quia diximus hanc donationem confirmari morte, & mors sit duplex naturalis & ciuilis rursus ciuilis sit triplex 1. Exilij ita, ut exul ciuitatem perdat 2. Qua efficitur seruus hominis, uel pœnæ 3. Religionis, idest, qua religionem profitetur ideo cum his tribus modis dicatur homo mori ciuiliter, uidendum, qua morte ex istis huiusmodi donationes confirmentur, & quod morte naturali confirmentur iam supra dictum est de morte ciuili sic habe.

36 Morte ciuili qua uir donans mittitur in exilium, & perdit Ciuitatem, confirmatur donatio inualida à marito facta uxori, non tamen ita, quod à uiro, non possit reuocari dum uiuit sed ad effectum excludendi fiscum, &, si uiuente uiro non reuocatur, morte naturali postea, confirmatur tres habet partes ista conclusio, primo quod donatio confirmetur, & probatur. Quia donatio causa mortis hac morte ciuili confirmatur leg. sed si mors ff. de donat. int. uir. & uxor. ergo idem dicendum est & de ista donatione quæ est similes illi cum vtraq; morte confirmetur: Secunda pars, quod maritus possit reuocare, & Tertia quod excludat fiscum probatur eadem l. sed si mors citata in princip. verbo Rota, & Bald. leg. exequtorem num. 3. C. de execq. rei iudic. Io. Lupus rub. de donat. §. 71. num. 1. Couar. rub. de test. p. 3. num. 4. & ex Theologis Molina de iust. tom. 5. disput. 278. §. dubium est, utrum donatio causa mortis, ubi deciditur, quod donatio causa mortis, hac morte ciuili confirmatur; ergo etiam idem dicendum de ista ratione supratradita, & idem dicendum de donatione inter uiros facta uxori eadem ratione, quia

37 vtraq; morte confirmatur. † Quod si uir post bonorum publicationem donationem prædictam reuocauerit, res donatæ fiunt uiri donatoris, non fisci, quia non fuerunt inclusæ in publicatione bonorum. l. si deportati seruo ff. de lege 3. ita Bald. dict. l. exequtorem num. 3. & reputat singulare Iason. leg. si stipulatus §. cum stipulamur ff. de uerb.

38 obligat. † si autem mulier donauerit uiro, & nubat, & Ciuitatem perdat; donatio non confirmatur. Quia de solis uxoribus loquuntur leges, qui in earum fauorem disponunt. l. res uxoris Cod. de donat. inter uirum & uxorem, & non militat eadem ratio in uiris, quam reddit textus, uidelicet, quia

39 pudicitiæ premio cessit: De morte autem † 2. modo Qua homo fit seruus, distinguo, aut fit seruus hominis, aut fit seruus pœnæ, ut si damnetur ad metalla, si fit seruus pœnæ confirmatur si uero fit seruus hominis euanescit utrumq. probatur ex l. si res uxoris C. de donat. inter uir. & uxor. iuncta Glossa uerb. deducto & ratio differentiæ assignatur, quia si donans fit seruus pœnæ in nullius potestatem transit, qui possit reuocare donationem quando autem fit seruus hominis adest Dominus, qui potest reuocare, & ita tenent ex Theologis Rosella donatio. 1. num. 34. Angel. donatio 3. num. 4. Siluest. donatio. 2. quæst. 4. Tabiena donatio. 3.

40 quæst. 3. num. 4. & alij. † De morte uero, qua donatio confirmatur nempe de morte pœnæ idem ac in

in reliquis dicendum est ut supra immediate dictum est de exilij morte, quod uidelicet possit donationem reuocare donator, & res donata fiat ipsius &c.

41 De 3. morte † nempe per ingressum religionis, siue matrimonium sit consumatum, siue non, distingue, aut religio, in qua profitetur est capax possidendi bona in communi, aut non, si profitetur in religione capaci, hac morte, nempe professione donatio non confirmatur; sed expectanda est mors naturalis, & debet præmori donatariæ, si vir donauit, vel donatario si mulier, si uero professio emittatur in religione incapaci, ut est minorum, confirmatur donatio ea morte .i. professione, sicuti confirmatur morte naturali, & probatur ex ratione, quam in simili habet Couar. cap. 2. de testam. num. 6. uidelicet mors ciuilis, & naturalis æquiparantur, quando utraq; eundem habet effectum pro hoc bona Glossa in Cle. 2. de elect. ner. moriente, quam ad hoc commendat Abbas Cap. nisi essent num. 11. de præben. Bald. l. fin. C. de Episc. & Clet. in initio, nu. 8. & alij quos refert & sequitur Lupus loco citato nu. 2. sed mors ciuilis in religione incapaci habet eundem effectum, ac mors naturalis, non autem in religione capaci, quia in prima nullo modo possidere potest religiosus nec in particulari, nec in communi, in secunda autem, licet non possit in particulari, potest tamen in communi possidere ipsa religio, quæ loco religiosi habetur Cap. in præsentia de probat. Auth. nisi rogati. C. ad Trebell. ergo in primo casu confirmabitur, non in secundo.

42 † Non est tamen adeo certum donationem istam confirmari professione emissa in religione incapaci, quia non est adeo certum fundamentum, cui innititur, quin multi contradicant, fundamentum enim est, quod testamentum eadem professione confirmetur, & tamen multi teneut non confirmari, nisi intercedente morte naturali, & interim, donec ista intercedat, uolunt bona pertinere ad Romanam Ecclesiam, uel ad eos qui ueniunt ab intestato communissima tamen est prior opinio & fundamentum

43 huius dicti. † Poterit etiam professus in religione capaci, & in qua ad confirmationem huius donationis requiritur mors naturalis, eam donationem

44 reuocare, quoad uixerit, † quia licet non possit reuocare testamentum, quia ad hoc reuocandum, requiritur aliud solemne, nec sola uoluntate reuocatur leg. si iure ff. de leg. 2. & §. posteriore instit. quib. mod. test. infer. & professus sit incapax testandi, sequitur quod testamentum non possit reuocare, potest tamen reuocare donationem ad quod faciendum sufficit sola tacita uoluntas uel expressa, ut supradictum est.

Poterit ergo coniux retinere sibi ab alio coniuge donata constante matrimonio, si intercedant in donatione conditiones assignatæ, & eo modo quo dictum est.

45 Sicuti † non ualet donatio facta inter coniuges matrimonio consumato ita neq; ualet eadem donatio facta inter sponsos de præsenti ante consummationem matrimonij, quia, si non ualet inter coniuges iam consumato matrimonio ea ratione, ne mutuo amore se spolient, ergo multo minus ualebit ante consumationem, quia fortus militat eadem ratio, amor enim quotidie tepescit ita docent multi apud Sanchez de matr. lib. 6. disp. 1.

46 num. 4. † Imo neq; ualet donatio facta ante contractum matrimonium, si eius effectus differatur in tempus contracti matrimonij, constat ex leg. quod

47 sponsæ. C. de donat. ante nupt. & ratio est, † quia idem est fieri tempore inhabili, uel prohibito, & conferre ad tempus inhabile uel prohibitum l. in tempus ff. de hæred. inst. l. cum qui ff. de iurisd. omn. iud.

48 † Licet autem non ualeat donatio inter coniuges ualent tamen cæteri contractus inter ipsos initi, ut emptio, uenditio, permutatio, habetur expresse. l. si sponsus uersicul. circa uenditionem ff. de donat. int. uir. & uxor, quod intellige, si uenditio sit facta animo uendendi &c. quia si contractus sit factus animo donandi est nullius ua-

49 loris, expressum est. l. si sponsus cit. uers. † Principale enim propositũ semper inspicitur leg. rogasti in prin. l. si quis nec causam ff. si certum petat, ex

50 quo unum deducitur notabile, † quod si uenditio sit facta animo uendendi, licet sit facta minori pretio, non indiget insinuatione, & sustinetur, & suppletur pretium, si uero sit facta animo donandi,

51 rescinditur pretio restituto. † Legatum etiam factum inter uirum, & uxorem ualet, quia licet sit quædam speties donationis. l. legatum la 2. ff. de leg. 2. confertur tamen in tempus soluti matrimonij ad quod tempus collata donatio ualida est, ut infra, & ita docent Anchar. ex Cap. si pater de testam. in 6. ubi hoc uidetur supponi & ibi fran. notab. 6.

52 Sed pone, † quod coniuges uere non sint coniuges, sed tantum putati coniuges, ob aliquod impedimentum dirimens, ut quia, u. g. Titius & Berta contraxerunt, ideo uere putantur coniuges, attamen matrimonio subest impedimentum dirimens, & ideo non uere coniuges, sed tantum putati, si quid alter alteri donet quid dicendum de ista donatione poterunt ne sibi retinere donatarij sibi rem donata?

Respondeo si utriq; coniugi tam donatario quam donanti notum fuit impedimentum, & nullitas matrimonij, & matrimonium est consummatum, donator non potest repetere rem donatam, sed fiscus eam sibi uendicat, si uero non sit consummatum matrimonium, discrepant Doctores, an fiscus repetat, quod pertinet ad forum exterius. In foro conscientiæ donatarius semper retinet rem donatam, quousq; fiscus repetat, illiq; per sententiam iudicetur; quod donans non possit repetere rem donatam habetur expresse l. cum hic status §. fin. in fin. ff. de donat. int. uir. & uxor., quod sit certum hoc sequta copula, & matrimonio consumato patet, quia leges puniunt incestum, qui copula perficitur, quod sit dubium copula non sequta Io. Lupus rub. de donat. §. 36. num. 7. quod donatarius in foro conscientiæ in utroque casu possit retinere, donec sit sequta sententia, & fisco res sit adiudica-

53 ta, probatur, † quia tradens ex falsa causa, si falsitatis sit conscius censetur donando abdicare à se dominium, illud transferens in donatarium, nisi donatarius sit effectus incapax illius dominij aliquo iure l. cuius per errorem ff. de reg. iur. & l. 1. ff. de condit. indeb. At in hoc casu nullo iure donatarius est effectus incapax rei donatæ, sed tantum in delicti pœnam, nempe matrimonij irriti datur actio fisco ad uindicandum, & auferendum ab eo, ergo potest donatarius retinere, quoad sententia sequa-

54 tur, & per illam res fisco adiudicetur, † quia pœna non debetur nisi sequta sententia Ang. Donatio 3. num. 5. Siluester donatio. 2. quæst. 2. Tabiena

55 donatio 3. quæst. 3. num. 4. † Si vero solus coniux donans est conscius impedimenti, & nullitatis matrimonij, & aliquid leget alteri coniugi ignorauit,

constat

conſtat legatum valere l. fin. ff. de leg. 1. l. præfe-
ctus ff. de rit. nupt. leg. 2. §. contrarium ff. de his
quib. vt indig. de alijs contractibus inter viuos
quibus coniux innocens à coniuge conſcio nullita-
tis aliquid acquiſiuit, an poſſit retinere, varie lo-
56 quuntur, tu dic, † Coniugem ignorantem impedi-
mentum, & nullitatem matrimonij, ſi quid recipiat
à ſciente, ſiue titulo dotis, eo quod dos illi ſit con-
ſtituta, ſeu aucta, aut titulo donationis, aut cuiuſ-
cunque contractus inter viuos, aut vltimæ volun-
tatis in neutro foro teneri reſtituere acceptum,
etiam diſſoluto matrimonio, ratione ſupra addu-
cta. Quia donans ex falſa cauſa cenſetur à ſe tranſ-
ferre dominium ita donando, cum ergo iſte donet
ſciens matrimonium eſſe falſum cenſetur à ſe abdi-
care dominium, & lex tale dominium, applicat
coniugi innocenti.

57 † Quod verum eſt in vtroque foro, quando inno-
cens laborat ignorantia inuincibili iuris, & facti,
quod ſi laboret tantum ignorantia iuris non vero
facti, quia videlicet ſciebat impedimentum, v. g.
ſciebat inter ipſos intercedere conſanguinitatem,
at neſciebat hac poſita matrimonium dirimi licet
hac ignorantia mulier ſępe iuuetur ne amittat pro-
pria bona non tamen iuuatur vt lucrum comparet
l. ſi adulterium §. 1. ff. ad l. iuliam de adulr. & ibi
Gloſa verb. illicitum, eſtque communis vt refert,
& ſequitur Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6. quare in
hoc caſu in foro fori per iudicis ſententiam poterit
fiſco adiudicari, at in foro conſcientiæ poteſt reti-
58 neri. † Quod ſi donans erat in bona fide, quia ne-
ſciebat impedimentum, vel matrimonij inualidita-
tem, vel donatarius ſciebat vel vterque neſciebat,
tunc vtroque caſu donatio eſt nulla, & item nullum
eſt legatum, & de primo probatur qui procedunt
59 per errorem tam legatum quam donatio, † Nihil
autem magis contrarium conſenſui, quam error
l. ſi per errorem ff. de iur. om. iud, & quia coniux
neſciens impedimentum, & nullitatem eſt expers
delicti, ergo non eſt æquum, quod priuetur ſuis
bonis, & propter delictum alterius fiſco applicen-
tur, legatum ergo donantis hæredibus debebitur,
& donatio ipſi donanti viuenti, mortuo autem ſuis
60 hæredibus. In 4. † item caſu, quando vterque
coniux eſt ignarus impedimenti, & nullitatis dona-
tio item nihil valet, & probatur ratione adlata in
l. cum hic ſtatus §. fin. verſ. ſi quis ſponſam ff. de
donat. int. virum & vxor., quæ redditur talis quia
non quaſi ad extraneum, ſed quaſi ad vxorem fecit;
detecta ergo matrimonij nullitate donatarius nihil
poteſt retinere, nec vllo modo morte confirmatur
talis donatio Sanchez de matr. lib. 5. diſp. 2. num.
8. & 9.

61 † Ratio quare donationes inter virum, & vxo-
rem non valeant eſt, ne mutuo amore ſe ſpolient vt
cognoſcimus an aliquando valeant videndum
eſt, quid ſit, mutuo ſe ſpoliarę, quia quotieſcun-
que non ſe ſpoliabunt donationes erunt validæ,
quia ceſſabit ratio inualiditatis, cognito ergo
quid ſit, ſe ſpoliare cognitum etiam quando dona-
tiones ſint vel non ſint validæ.

62 † 1. Ergo coniux donatarius non dicitur ſpo-
liare donantem, quando ex donatione donatarius
non fit ditior, licet donans fiat pauperior. Imo
neque dicitur expoliare donantem, licet eſſet ali-
quid inſumpturus de ſuo, niſi donum accepiſſet, v. g.
maritus donat vxori decem, quę niſi à merito acce-
piſſet, decem ex ſuis erogaſſet pro ſoluendo debito,
quod ſoluit illis decem, habetur expreſſe l. ſi ſpon-
ſus ff. de donat. int. vir. & vxor. illis verbis con-
ceſſa donatio eſt ſepulturæ cauſa, nam ſepulturæ
cauſa locum marito ab vxore, vel contra donari
poſſe conſtat, hoc autem ex eo euenit, quod definiri
ſolet, eam demum donationem impediri ſolere,
quæ & donantem pauperiorem, & accipientem
faceret locupletiorem. Porro hic non videtur fieri
locupletior in ea re, quam religioni dicauit; nec
mouet quid quam, quod emiſſet, niſi à marito acce-
piſſet. Nam & ſi pauperior ea fieret, niſi maritus
dediſſet non tamen idcirco fit locupletior, quod
63 non expendit 2. † Coniuges non dicuntur ſe inui-
cem ſpoliare, licet donatarius fiat ditior, ſi donans
non fiat pauperior, habetur expreſſe l. ſi ſponſus in
fin. ff. de donat. inter vir. & vxorum, & colligitur
à contrario ſenſu ex cap. fin. de don. int. vir. &
vxor. donationes ergo in quibus donatarius non fit
ditior, licet donans fiat pauperior, & in quibus do-
nans non fit pauperior, ſed donatarius fit ditior
ſunt validæ, quia hoc non eſt ſe inuicem ſpoliare,
& ita hoc modo donata poſſunt retineri. Ex eo
quod coniuges non dicuntur ſe inuicem ſpoliare,
quando coniux donatarius non fit ditior, licet do-
64 nans fiat pauperior ſequitur. 1. † Quod ſi aliter
coniux donet alteri centum, & ex iſtis coniux dona-
taria expendat inutiliter, vel prodigat quinqua-
ginta, tenetur reſtituere tantum quinquaginta,
quia in iſlis facta eſt locupletior, & hoc quando do-
natio fuerit reuocata, vt ſupradictum eſt, probatur
ex l. quod autem §. ſi maritus ff. de donat. int. vir.
& vxor. & ratio eſt, quia donatio non valet, niſi in
ea parte in qua fit ditior, ſed donataria non effici-
tur ditior, niſi in quinquaginta, ergo illa tantum
quinquaginta tenetur reſtituere reuocata donatio-
ne. 2. Infertur valere donationem, qua alter
coniux donat alteri pecuniam, qua domum igne
incenſam iterum ædificet, quia neque in hoc coniux
donatarius effectus eſt ditior, licet tantundem de
ſuo expendiſſet in ædificando.

65 Nota † tamen quod hæc regula nempe, quod
donatarius non dicitur fieri locupletior accipiendo
ab alio coniuge centum, v. g. quæ niſi recepiſſet,
fuiſſet expenſurus ex ſuo, valet inter coniuges,
inter quos vt textus loquitur res non ſunt ita
amare tractandæ l. ſi id quod verſ. ſi quas ff.
de donat. inter vir. & vxor. re autem vera in
alijs caſibus hoc modo accipiens dicitur fieri lo-
cupletior, vt l. pupillo ff. de ſolut. Ex eo poſtea,
quod itidem coniuges non dicuntur ſe inuicem
ſpoliare, quando donatarius fit locupletior, ſed
66 donans non redditur pauperior, ſequitur, †
quod ſi quis uellet marito legare centum, & ma-
ritus roget, ut leget uxori; huiuſmodi legatum
ualeat, quia maritus non fit pauperior, habe-
tur l. ſed ſi uir. §. ſi uir. ff. de donat. int. uir. &
uxorem.

67 † Neque obſtat l. hæc ratio in fin. ff. de donat. int.
uir. & uxor. ubi habetur. Si donaturum mihi iuſſe-
ro uxori meæ dare nullius eſſe momenti Iulianus
ſcribit. Perinde enim habendum acſi, ſi ego acceptā
rem, meam factam uxori meæ dediſſem, neque l.
idemque ff. eodem titulo ibi. Idemque eſt, &, ſi
mortis cauſa traditurum mihi iuxero uxori meæ
68 tradere, † quia reſpondetur, quod hic duo textus,
habent in ſe unum actum occultatum, quo donata-
rius prius acceptat donationem, deinde iubet do-
nari alteri coniugi Odofred. l. 1. in fin. ff. de donat.
int. uir. & uxor. & Couar. 4. decret. 2. p. cap. 7.
§. 1. num. 11. inquit aliud eſt repudiare legatum,
uel rem delatam, aliud iubere donationem ſibi pa-
ratam, & oblatam fieri uxori, hoc enim caſu ipſam

donationem non repudiat uir, sed recipit & donum vxori fieri iubet, ex verbis enim legum ipsarum colligitur vxorem esse vocatam, & admissam ex viri dispositione, qui expresse renunciat donationi onerans donantem, vt det vxori, quod colligitur,
69 ex illo verbo, iussero, † verbum enim iubere importar necessitatem, ut annotauit Alber. & suo dictionario verbo iubere, & Rebuff. l. 164. verbo iubere ff. de verb. signif. vbi omnes significationea huius uerbi, quas refert important iubentem habere actiorem, & imponere necessitatem; quando enim iubens non habet actionem, & necessitatem non imponit, alio modo loquitur textus vt in dict. l. si vir §. quod legaturus, ita habetur, quod legaturus mihi aut hæreditatis nomine relicturus es, potes rogatus à me uxori meæ relinquere; in primo ergo casu relictum est acceptatum, & iubetur, quod vxori relinquatur, in secundo autem non est accep-
70 tatum, & rogatur, quod eidem relinquatur. † In omnibus ergo casibus, in quibus alter coniux hæreditatem legatum, aut donationem sibi fieri pararam non acceptauit, uel in ijs nil iuris quæsiuit, potest rogare, ut alteri coniugi fiant secus autem, si acceptauit, uel ius acquisiuit, in priori enim casu nihil perdit, sed non acquirit; quod traditæ regulæ non repugnat in 2. autem perdit, quia acquisitum
71 alteri tradi. † Si uir prodigus rem, quam prodige esset consumpturus, donet vxori, tenet donatio, quia licet donatio ne uxor fiat ditior, maritus non fit pauperior, quia adhuc res illas fuisset prodige consumpturus.
72 † Non ualet autem donatio facta à marito ex rebus uxoris etiam illa consentiente, quia ipsa fit pauperior, & maritus ditior, acquirit enim in donatario obligationem ad antidora, quæ est obligatio naturalis ita Bartholus l. 2. §. 1. ff. de donat.
73 Siluest. donatio 2. quæst. 1. † Valet autem facta causæ piæ, quia ibi non consurgit obligatio ad antidora & ideo maritus non fit ditior.
74 Sed † dicentur ne fieri pauperiores coniuges renunciando constante matrimonio in fauorem unius ex ipsis bonis acquisitis uel acquirendis dum simul uiuunt? u. gr. acquisiuerunt aliqua bona maritus, & uxor uel sunt acquisituri potest ne maritus constante Matr. renunciare illis lucris in fauorem
75 uxoris, † certum est, quod tanquam matrimonium ineant, possunt inter se conuenire, quod talia lucra sint omnia mariti, uel omnia mulieris, quia ista non est donatio, sed contractus initus nundum constante matrimonio, tota difficultas, est an possint conuenire simul constante matrimonio, ne
76 diuidantur in fauorem alterutrius illorum, † lucra enim inter eos essent diuidenda, quæ fiunt constante matrimonio, & ideo illis renunciando uidetur alter coniux fieri ditior, & alter pauperior, & ideo non licere. Respondeo, quod uxor, & maritus possunt alter in fauorem alterius renunciari lucris nundum acquisitis, quia uere non efficiuntur pauperiores, quia nondum sunt in eorum dominio, nec est facta realis incorporatio in patrimonium suum per actum uerum, & naturalem, sed ficte, & reuocabiliter per legem. Et sicut possunt unus in fauorem alterius renunciare hæreditatem, uel legatum, quod ipsi acquiritur ipso iure sine aditione, quia requiritur acceptatio, & nisi uelit acceptare dominium ad illum, cui facta sunt, non transit, & potest renunciare; ita etiam coniuges possunt renunciare ista alter in fauorem alterius, quibus etiam ratio-
77 nibus probatur † posse mulierem renunciare in fauorem mariti iam acquisitis lucris quibus non tamen potest maritus in fauorem uxoris, quia iam est effectus dominua medietatis illorum lucrorum per incorporationem realem in suum patrimoniū;
78 sed quia ista nituntur fundamentis ab aliquibus negatis, ut donationes borum lucrorum ualeat, tam acquisitorum, quam acquirendorum donationi addatur iuramentum, quia hoc modo dirimentur omnes lites, iuramento enim addito probibita inter coniuges confirmantur Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 11. Aduerte tamen, quod renunciatio lucrorum acquirendorum potest fieri in fauorem alterius coniugis ab altero coniuge in præiuditium legitimæ debitæ ascendentibus, & descendentibus, at uero acquisitorum non potest fieri in præiuditiū
79 legitimæ, quia dominiū eil iam aequisitum, † quod si dicas hoc argumentum probare neque posse fieri renunciationem acquisitorum à mulier in fauorem uiri respondeo ista non esse ita amare tractanda inter coniuges, ut inter alios, ut docet text. l. si id quod uers. si quis ff. de donat. inter uir. & uxor. & simili arg. similem adhibet responsionem Glosa l. si sponsus uers. nec te moneat. ff. eodem tit. & ita docent Lupus allegat. §. 63. in fine Gutierez 2. pract. quæst. 127. num. 4. & 5.
80 an autem sint † ualidæ donationes remuneratoriæ inter uirum, & uxorem, ab hac quæstione citose
81 expedit † Arias Pinellus l. 1. p. 3. num. 62. & 63. de bonis maternis asserens nullas huiusmodi posse dari donationes inter uirum, & uxorem ea ratione, quod donatio remuneratoria sit tantum illa, quæ fit in remunerationem obsequiorum, quæ patiuntur ius agendi & petendi remunerationem, quod probat validissimis rationibus, Doctoresq; idem sentientes sacrum adducit, & cum vxor nulla obsequia possit præstare viro, per quæ consequatur ius iustitiæ, vt remuneratio sibi exhibeatur, cum omnia vxoris obsequia marito dicat esse debita ratione societatis coniugalis, concludit, quod nulla potest inter maritum, & vxorem esse donatio remuneratoria, quia nullum est debitum, quod ex iustitia petat remunerationem, & si illi objcias legem, quod autem §. si vir ff. de donat. int. uir. & vxor, cui textui innituntur Doctores ad probandam donationem remunetatoriam sustineri Respondet eo textu non sustineri eam donationem, eo quod remuneratoria sit, sed quia neuter coniugem redditur pauperior, cum flat compensatio.
82 † Attamen, quia iura & Doctores donationi remuneratoriæ multos tribuunt effectus, non est negandum dari etiam inter coniuges maxime, quia ex legibus colligatur non esse necesse, quod merita sint talia, quod iustitia mercedem poscat, sed satis sit, quod sint talia, quæ deceat uirum probum, & honestum renunciare, obligentq; lege gratitudini ad antidora ut ex l. Aquilius regulus ff. de donat. ibi defendi non meram donationem esse, sed officium magistri mercede remunerare & l. si pater §. fin. ff. de donat. & l. matet §. sed licet ff. de eo quod tract. eau. & leg. sed & si lege §. consuluit ff. de petit. hæreditatis ibi plene si antidora acciperent dicendum est locupletiores factos, quatenus acceperunt, & uelut genus hoc esse permutationis. Ecce quomodo iureconsultus donationem remuneratoriam obligantem ad antidora appellat permutationem, & probatur etiam ex l. 1. ff. de donationibus, ubi dum assignatur, quæ sit propriç donatio, dicitur eam esse, ad quam donator nulla alia præcedenti causa, nisi vt magnificentiā, & liberalitatem exerceat, ducitur; cum ergo obligatua ad antidora non donet gratia solius exercendę liberalitatis,

litatis, sed potius, ut naturale debitum soluat, non
erit simplex donatio sed uere remuneratoria, & ita
tenent multi, quos refert, & sequitur Sanchez loc.
cit. disp. 6. num. 2. & præcipue Io. Garzias tract.
de remunerat. donat. numer. 5. ubi multis seq.
reprobat sententiam Pinelli & eius fundamenta
euertit, suamq; asserit receptissimam, & commu-
nissimam, idest quod detur inter coniuges donatio
remuneratoria, & sit valida, quibus & ego assentior,
& probatur, quod sit valida, quia leges prohibent
83 inter coniuges solam donationem, † hæc autem
non est strictè donatio, sed potius debiti solutio.
84 † Requirit tamen aliquas conditiones. 1. Quod
fiat ob merita, & vt valeat in foro conscientiæ, non
est necesse, quod merita probentur, sed sufficit,
quod extiterint Nauar. in sum. cap. 17. hispana
num. 145. Gutierez. de iura. p. 1. Cap. 5. nu. 18.
in foro autem fori non est necesse, quod exprima-
tur fieri ob merita, sed sufficit, quod probentur
præcessisse leg. si vero §. idem papinianus ff. man-
dati. Secundum requisitum est, vt merita, ob quæ
fit donatio, non sint alias debita; quia si essent
85 debita, non essent digna remunetatione, † quia in
necessitatibus nemo vnquam liberalis existit l. rem
legatam ff. de adim. leg. l. fetuo ff. de hæred. instit.
& ita docet Ripa l. si vnquam quæst. 14. num. 30.
C. de reuoc. donat. & alij apud Sanchez loco cit.
disp. 6. num. 4. Tertium requisitum quod fiat ista
donatio ob merita insignia; non enim quælibet me-
rita sufficiant idem Sanchez num. 5. Quartum
requisitum, quod merita donationi equiualent, si
enim donatio excedat, in excessu habetur, vt sim-
plex donatio, & non valet, nisi vt supradictum est,
intellige, quoad excessum, quia quoad æqualitatem
valet, habetur c. relatum el 2. de test. ibi iuxta ser-
uitutis meritum iis Alex. de neuo c. fin. num. 7. de
86 donat. int. vir. & vxor. & alij, † quomodo autem
merita debeant æquari in donatione, & quomodo
cognoscendum, an merita, & donatio sint æqualia,
dico hoc esse remittendum iuditio prudentis viri,
qui inspecta qualitate personarum, & qualitate
87 seruitij iudicabit: † seruitia enim præstita ab vno
plus æstimantur, quam præstita ab altero, & diuites,
& nobilis solent plenius seruitia compensare.
Remittitur ergo æstimatio iuditio prudentis.
Menochius de arbitr. lib. 2. casu 132. nnmer. 7.
Quod autem diuites soleant maiorem referre gra-
tiam cap. 1. de donat. Non sunt autem ita ad api-
cem ista iudicanda, quia res inter coniuges non ita
88 amare tractantur † Merita autem remuneratione
digna in vxore sunt illa, ad quæ rationes status sui
non tenetur, & dico ratione status, personæ,
& ratione status matrimonij, non enim ideo,
quod mulier est coniux, tenetur ad munera seruæ,
nec persona nobilis ad ea, ad quæ tenetur vilis,
præterea non tenetur ad modum exquisitissimum,
Item seruitus impensa marito in longa, & diu-
tina infirmitate, vel exhibita eius consangui-
neis, & alia huiusmodi, quæ prudens iudica-
89 bit. † Ex quibus etiam infertur, quod si mulier
donat alicui aliquam res absque tamen spe ma-
trimonij, si postea donatario nubat, potest dona-
tarius constante matrimonio afficere donatione
remuneratoriam coniugem, quæ donauit antequam
esset coniux.
90 † Accidit etiam aliquando virum constituere
dotem vxori, & aliquando vxorem marito, quæ est
quædam donatio ideo videndum an valeat & pos-
sint eam retinere, & dico non solum ante contra-
ctum, sed etiam post contractum matrimonium
posse vxorem, non solum augere traditam dotem,
sed nullo modo traditam constituere, quod possit
augere patet l. si constante & l. fin. vers. quare enim
paulo post prin. C. de donat. ante nuptias & expres-
sius §. est & aliud vers. in primis quidem Instit. de
donat. & ista dotis constitutio valet. Non valet
autem, si vir constante matrimonio dotem consti-
tuat vxori l. si quis vxori ff. de donat. int. vir. & vxor
& ratio est, quia constituere dotem, est donare l.
fin. §. si à socero ff. quæ in fraud. credit. & docent
Abbas cap. & si necesse num. 2. de donat. int. vir.
& vxor. & alij apud Sanchez loco cit. disp. 7. nu. 2.
91 † 7. Valet autem dotis constitutio facta ab vxore
marito, non autem à marito facta vxori, quia dos
constituta ab vxore soluto matrimonio redit ad
vxorem, constituta autem à marito soluto matri-
monio non redit ad maritum, sed cedit ipsi vxori.
& ita ista est perfecta donatio, non autem illa,
quare, si maritus constituat dotem vxori semper
illam poterit reuocare vsq; ad mortem, si vero non
reuocet morte confirmatur, vt dictum est de alijs
donationibus, idem dic etiam de dote constituta
à marito vxori ante matrimonium constitutum, si
referatur in tempus matrimonij constituti, quia
idem est referre in tempus inhabile, & fieri tempo-
re inhabili, cum ergo maritus non possit consti-
tuere dotem vxori constante matrimonio, nec
poterit constituere referendo in tempus matri-
monij contracti, quod est idem ac dicere consti-
tuere dotem vxori, cum hoc pacto, vt eius non fiat,
nisi matrimonium sequatur, quia hæc est quædam
donatio inter sponsos relata in tempus matrimo-
nij constantis, quod est prohibitum, & non valet
92 talis donatio, nisi morte confirmetur. † Si vero
nundum inito matrimonio maritus constituat
dotem vxori, non referendo in tempus contracti
matrimonij, sed ita, vt mulier statim fiat domina
dotis siue sequatur, siue non matrimonium statim
valebit, quia talis donatio nullo iure prohibita est,
& hoc expresse probat text. in l. 1. C. de donat.
ante nuptias & tradit Abbas loco citato & alii.
93 † Valet tamen dotis constitutio si fiat etiam con-
stante matrimonio à sene iuueni, quæ illi nupsit, vel
ab ignobili nobili, quia hæc est potius remunera-
toria, quam simplex donatio quam diximus valere;
sit enim in compensationem iuuentutis, aut nobi-
litatis, & idem erit dicendum etiamsi nobilis vel
iuuenis vxor sit pauper, maritus autem diues,
94 † quia solo matrimonio non potest fieri compen-
satio, quia, si præmoriatur vir, vxor passa damnum,
sine iuuentutis siue nobilitatis remanebit læsa, &
ita compensatio non erit iusta, & ita tenent Theo-
logi & legistæ apud Sanchez lib. cit. nu. 4. & ideo
satisfit donatione vel dote.
95 † Valebit etiam, si quis virginem deflorauit, &
ductam in vxorem dotet; quia hæc non est simplex
donatio, sed quasi debitum descendens ex cap. 1.
96 de adult. † Item valebit, si Pontifex dispenset, vt
matrimonium ineatur inter duos consanguineos
hac tamen lege, ut maritus uxorem dotet, etsi
dotet constante Matrimonio, ualet constitutio
dotis, quia non est donatio sed datio dotis ex causa
onerosa. Item si consuetudo patriæ esset, quod
maritus vxorem dotaret, quia consuetudo vincit
legem; tandem ualeret si maritus dotaret uxorem,
ut animi consanguineorum utriusque coniugis
discordes concilientur; quia non est simplex dona-
tio, cum sola liberalitas non moueat ad dotandum,
sed bonum conciliandæ pacis, & probatur per l.
Creditor §. 1. ff. mandari. Vbi promissum pro
pace

pace obtinenda occasione Matrimonij nequit repeti à muliere, quem textum ibi Bald. ad hoc
97 commendat. † Dotis autem sic constitutæ à sene iuueni, uel ab ignobili, adueniente casu, quo mulieri sit soluenda; hoc modo ex bonis mariti facienda est extractio. Si dos sit constituta ante Matrimonium est extrahenda ex toto cumulo hæreditatis, tamquam es alienum, & minuit legitimam ascendentium, & descendentium, post enim extractionem dotis extrahitur legitima, & ita minuitur, si verò dos constituatur contracto matrimonio, non minuit legitimam ascendeneium, vel descendentium sed extrahitur ex illa parte, de qua testator poterat disponere in eorum præiuditium, & ratio est, quia dos, quæ constituitur ante Matrimonium contractum est ex causa onerosa, & necessaria, & ideò non est donatio, sed contractus onerosus do, vt facias, do tibi dotem, vt mecum nubas, dat enim maritus dotem; vxor iuuentutem, vel nobilitatem. Dos verò, quæ constituitur iam contracto matrimonio, si nulla promissio præcessit, est donatio remuneratoria ex causa lucratiua, & voluntaria, vt optime tradit Bartol. Socinus l. 1. num. 73. ff. solut. Matrim. Dotatio autem remuneratoria, quando non fit, vt debita lege iustitiæ,
98 non minuit legitimam. † Ex dictis colliges etiam dotem vxori constitutam eo quod Sum. Pontifex ita disposuit in dispensatione, vt supradictum est, esse detrahendam ex toto cumulo hæreditatis, est enim ex causa necessaria, est enim quidam contractus cum Pontifice initus, concedo dispensationem; tu dotabis vxorem; ita si dotanit, quia deflorauit deducitur ex toto corpore, qua est debita ex iusti-
99 tia. Si † vero dotat ratione consuetudinis; vel consuetudo tantum permittit, vel cogit, si cogit dotare detrahitur ex toto corpore, quia est necessaria, si verò permittit deducitur tantum ex ea parte, de qua potest disponere in præiuditium ascendentium vel descendentium, quia est ex causa libera; & ita etiam quando vir dotat vxorem ob bonum pacis, vel aliquod intercessit pactum, vel nullum, si intercessit extrahitur ex tota hæreditate, quia est ex causa necessaria, si pactum non intercessit extrahitur ex illa parte, de qua potest disponere, & ita dicito de omnibus alijs casibus similibus.

100 † Aliquando etiam magna est altercatio, & graues suboriuntur lites inter relictam, & hæredes mariti, quia vxor petit sibi restitui dotem ex confessione mariti de recepta dote, quam tamen non constat cum recepisse, & negant hæredes illi dare, quia de receptione non constat, nec item constat voluisse donare confitendo se recepisse, quod non constat recepisse. Hæc quæstio est coniecturalis & valde difficilis, prius tamen certa trademus deinde in dubijs, quod rectius videbitur subtexemus.

101 Certum est ergo primo, quod, si vir simulate confitetur receptionem dotis integræ, vel maioris summæ, vt consulat honori suo, ne videatur duxisse indotatam, vel non cumpetenter dotatam; vel vt satisfaciat parentibus, aut consanguineis, qui matrimonio illi non acquiescunt, talis confessio est nulla, nec inducit donationem, quia manifeste constat de simulatione; & vbicunque potest assumi alia ratio, & coniectura nunquam præsumitur donatio l. si id quod aptū ff. de solut. l. cum de indebito ff. de probat. cum ergo hic habeamus causas manifestas confessionis, non præsumetur donatio.

Communis est etiam sententia, quod, si dos ante matrimonium fuit promissa, & maritus matrimonio inito, & constante fatetur se eam recepisse, ista confessio non sit facta spe futuræ remunerationis, vel animo donandi, sed quod vir dotem vere recepit, ita tenet Couar. 1. variar. cap. 7. num. 7. Menochius de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. nu. 53. qni multos refert dicens esse receptiorem sententiam Gutierez alleg. 116. num. 17. & ex Theologis Molina de iust. & iure tom. 3. disput. 439.

102 §. item quando præcessit: † Quæ sequuntur maxime sunt controuersa, suis rationibus fulciuntur, & suos acerrimos patronos habent, ego tamen consulens potius vtilitati, quam speculationi breuiter suse ab alijs tradita complectar.

Confessio receptę integrę dotis vel maioris summæ de cuius receptione non constat si facta sit ante contractum matrimonium & sit certum factam esse animo donandi, confessio, & donatio illa est omnino innalida, nec morte donantis confirmatue probatur ex leg. 1. C. de donat. si vero non sit certum esse factum animo donandi, neq; præsumitur facta tali animo, sed præsumitur facta spe futuræ numerationis ratio est, quia confessio facta futuræ numerationis valet, facta vero animo donandi est
103 nulla, † actus autem factus, quando vna via est permissus, & altera reprobatus debet intelligi factus ea via, qua potest sustineri, ne eligatur interpretatio, per quam actus redditur nullus Bart. l. de pupillo §. sed vt reprobari num. 7. ff. de noui opernunciat. & ibi Alex. & Iason & idem dicendum est, quando confessio talis facta est in ipso contractu matrimonij: Si verò maritus iam inito matrimonio confitetur se recepisse vel totam dotem, vel maiorem summam, & nulla antea fuit promissa, tunc in dubio, quo illam confessionem fecerit præsumendus est id fecisse animo donandi, quia cum iam sit secutum matrimonium, & nulla dos sit promissa, aut recepta, non datur locus præsumptioni, quod illam faciat confessionem spe dotis soluendæ, sed potius, quod mulieris blanditijs adductus, & illus amore id fecerit animo donandi, & huic simile est, quod,
104 † qui fatetur, se debere alicui aliquam summam, quam reuera non debet, iu dubio censetur velle ei illam summam legare, habetur exprcsse, l. qui vxori ff. de aur. & arg. leg. & alijs iuribus; huiusmodi autem confessiones dotis semper sunt validæ in omnibus illis casibus, in quibus sunt validæ donationes, & etiam in illis casibus sunt inualidæ & confirmantur vel non confirmatur sicut eædem donationes. Ex quibus colliges confessionem receptæ dotis, vel totius summæ, vel maioris, quam vir ignobilis, vel senex facit mulieri nobili, aut iuueni, sine ante, siue post matrimonium fiat semper valere, & statim, ac facta est habere robur, & firmitatem, & ea in dubio præsumitur factam animo donandi, & ratio est, quia, cum æquitati consentaneum sit, hanc disparitatem compensari, in dubio recte præsumitur compensata tali confessione, cum merita sint nota.

105. Pro complemento remaneat videndum, quod iuditium sit faciendum de confessione facta à marito post contractum matrimonium dotis, quam fatetur se recepisse ab alio, quam ab vxore an sit præsumendum esse factam eu quod vere sit facta, numeratio dotis, an veto spe futuræ numerationis, an tandem animo donandi: Et quoad primum, an censeatur facta confessio, quia vere sit facta numeratio. Dico non censeri, hoc modo factam; sed maritus potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia nullibi cautum reperitur, &

obseruat

obseruat Menochius lib. 3. præsumpt. 12. nu. 79. hanc exceptionem esse denegatam marito aduersus extraneum, quæ illi est concessa aduersus alios, si tempore debito fiat. Quoad aliud vero, an sit facta animo donandi, vel potius sit præsumendum ficte factam esse. Respondeo, quod in dubio non
106 præsumitur facta animo donandi. † Nam in dubio standum est verbis instrumenti, quæ vera præ-
107 sumuntur. l. Cum precibus C. de probat. † Nec simulatio præsumitur. l. 3. C. plus valere quod
108 agitur. Attameo etiam in dubio † aliquando præsumitur facta animo donandi, & ita facta ficte, & simolate, & hoc quando extant contrariæ coniecturæ; vt quando vir confessus fuisset recepisse à valde coniuncto, nam tunc præsumitur ficta confessio, scilicet animo donandi facta, ita Bald. Nouell. io tract. de dot. p. 10. nu. 14. Item quando maritus confessus est se recepisse dotem à socero, hoc etiam casu fraus & simulatio præsumitur, & confessio facta animo donandi. Præterea, si maritus confitetur se recepisse dotem ab omnino extraneo, cum quo tamẽ præhabitus fuisset aliquis tractatus, quod maritus vxori cuperet donare suæ vxori. Eodem modo præsumitur facta ficte confessio receptę dotis, si eam recepisse confitetur maritus ab omnino extraneo, & ius suum extraneus statim transferat in mulierem.
109 Sed † pone maritum confessum esse, se recepisse dotem, idq. factum esse constante matrimonio; at deinde socer, vel alter, qui dotem coostituit, promittit alia scriptura, vel iostrumento se soluturum illam summam, quam vir se recepisse confessus est, quid hoc casu dicendum? talem confessionem esse factam, quia vere illa dos fuerit numerata, vel potius spe promissionis postea factæ, vel spe futuræ numerationis, idest an sit, facta, quia vere dos fuit soluta, an vero, quia sperabat fore, quod illi promitteretur illa dos, & ita subsequens scriptura, vel instrumentum sit sperata promissio, aut tandem sit facta, quia sperabat esse soluendam? Respondeo, quod aut promissio facta de dote soluenda incontinenti subsequta esr ipsam confessionem receptæ dotis; vel quando facta est talis promissio non est lapsum tempus concessum opponendam exceptionem non solutæ dotis; vel tandem facta est lapso tempore concesso ad opponendum. Primo casu talis confessio facta à marito præsumitur facta spe futuræ promissionis, quæ postea fit alia scriptura, vel instrumento, & probarur per text. l. minor viginti annis cui fideicommissum ff.
110 de minor. † vbi dicitur, quod quando præcedit confessio de recepto & deinde promissio statim subsequitur, quod præsumitur facta spe illius sub-
111 sequtæ promissionis. 2. † Quia, quando vnos actus fuit factus statim post alterum, censentur duo actus correspectiui, idest quod vous causa alterius sit factus. l. si ventri. §. vlt. ff. de Priu. cred. & diffuse Menoch. lib. 6. præsumpt. 10. 3. Quia ita praticatur: solent enim mariti confiteri se recepisse dotem, & deinde constituens dotem promittit se
112 soluturum, & † coniectura sumitur à solitis: Quando promissio subsequta est confessionem, sed nondum elapso tempore dato ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, idem dicendum est, quod supra dictum est, videlicet maritum fecisse illam confessionem spe subsequtæ promissionis, & postmodum numerationis, sicuti teste Menochio loco cit. num. 88. omnes Doctores admittunt, nam subsequta promissio manifeste hoc indicat, quod
113 intelligendum est respectu ipsius mariti. † At respectu mulieris maxima est difficultas inter Doctores & controuersia, quæ io hoc consistit. An maritus qui facit hanc confessionem non præsumatur recepisse dotem, ita vt soluto matrimonio, vel alio euenieote casu restitutionis dotis hæredes, mariti libereotur cedendo actiooem, vel potius teneantur restituere ipsi dotem, sic confessam vxori salua sibi actione aduersus promissorem, & respondetor iuxta magis receptam opinioœm hæredes mariti ooo liberari cedendo actiones mulieri, sed teneri illi ipsam dotem, & ratio est, quia maritus
114 † recipiendo illam promissionem censetur acceptasse nomen debitoris loco solutionis dotis, atque creditum transtulisse, & nouasse in aliam causam promissionis, & hoc maxime verum est; quando socer, vel alter dotans promisit ex alia causa, se soluturam pecuniam illam, quam maritus confessus est se recepisse, vt v. g. si promisit dotans se soluturum causa mutui, vt ex ea percipiat annuum censũ, & maritus confessus sit se recepisse causa dotis, quia tunc censetur facta oouatio, & ita pecunia manet apud debitorem periculo mariti, & multo magis etiam quando maritus recepit promissionem à socero, vel ab alio donante quem sciebat non esse soluendo, vel cum non esset soluendo, distulit, & iste factus est soluendo.
115 Secus autem est diceodum quando maritus confessus est erga mulierem se ipsam dotaotem. Tunc enim hæredes mariti cedendo actiones mulieri liberantur. Item quando socer qui post confessionem à geoero factam promisit soluere, successit ipsi filiæ. Maritus enim hoc casu cedendo socero inanes actiones liberatur. Item quando mulier succedit patri suo dotanti, vel alteri, qui dotem constituit erga quos maritus confessus est sufficit hæredes mariti cedere inaoes illas actiones. Tandem, si post factam promissionem appareat, quod pars ipsius pecuniæ fuit soluta ab ipso promissore præsumitur illã confessionem esse factam solum spe subsequtæ deinde promissionis, & futuræ numerationis. Ad 3. vero casum propositum oempe quando promissio facta est post elapsum tempus datum ad opponeodam exceptionem non numeratæ dotis, respondeo hoc casu sine oppositione hæredes mariti non liberari cedendo actiones sed tenentur dotem restituere ita Menoc. loc. ci. ex quo fere omnia Sanch. & hoc modo regulandæ erunt donationes factę inter coniuges, quę non fuot causa
116 mortis. † Si vero donatio fit causa mortis quocunq; modo fiat (fit .n. tribus modis. l. 2. ff. de don. cau. mor. & ita communiter) semper est valida, habetur expresse. l. si cum seruum io fi. l. seq. ff. de don. inter vir. & vxor. & l. sed interim §. sed quod dicit ff. eodem. vbi Gloss. verb. sed omnis explicat idest qualitercunq. fiat, per huiusmodi autem donatione, statim non transfertur dominium in coniugem donatarium, & potest coniux donans, quam diu superest est, hanc donationem renocare,
117 † quamuis .n. per donationem causa mortis traditione sequta statim transferatur domioium, speciale tamen est, quod noo transferatur io donatione causa mortis inter coniuges, donec mors coniugis donantis non sequatur, habetur expresse cita. l. sed interim, initio, quod verum etiamsi coniux donans tradat alteri coniugi rem sic donatã Couar.
118 rubr. de test. 3. p. num. 4. & fi. † & si adderetur conditio quod esset irreuocabilis non valeret, quia
119 transit in donationem inter viuos. † Ad validitatem autem huius donationis noo requiritur traditio rei, quia nullo iure probatur requiri, & habetur

120 tur instar legati & ex illa detrahitur Falcidia, † si
vero donatio reciproca fieret inter coniuges ea
lege, vt coniux alteri superstes bona donata pos-
sideret dum viueret, donatio valeret, & præiudi-
caret legitimæ ascendentium. Quæ donatio causa
mortis facta inter coniuges confirmatur quoad do-
minium deportatione viri donantis, licet eam re-
uocare possit vir dum vixerit, vt habetur l. si mors
in prin. cum glos. ibi. ver rata ff. de don. int. vir.
& vxor. nec requiritur traditio. Si autem facta
confiscatione donationem vir reuocet, dixi supra
121 illa bona fieri mariti. † Hæc autem donatio causa
mortis facta viro ab vxore morte ciuili expirat
vxori. Sicur morte ciuili donantis expirant cæteræ
donationes causa mortis factæ alijs, est .n. priuile-
gium solius vxoris, vt morte ciuili viri non expiret
122 Molin. disp. 289. Neq; donatio causa mortis facta
inter coniuges retrotrahitur ad tempus donatio-
nis, vel traditionis rei donatæ quoad dominium,
sed confirmatur tantū morte ciuili donantis, bene
tamen retrotrahitur quoad fructus ad idem tēpus
123 donationis & traditionis sequtæ † & ita intellige
quoad fructus non vero quoad dominium legem
illam si mortis causa inter virum ff. de don. int. vir.
& vxo. ibi mortis causa si inter virum & vxorem
donatio facta sit morte sequta reducitur ad hoc
124 tempus donatio, quo interposita fuit. † Dona-
tiones inualidæ inter coniuges confirmantur iura-
mento, ita vt illa donatio, quæ ex se non est valida
addito iuramento fiat valida, & ratio est, quia
125 † hoc iuramentum non est contra bonum publi-
cum, sed priuatæ personæ, non enim ob bonum
publicum, sed in fauorem priuatum inducta est
inualiditas donationum, ideo .n. lex statuit, quod
donationes inter coniuges factæ non valeant, ne
mutuo amore se spolient, quod est bonum priua-
tum. Neq; huiusmodi donationes omnino infir-
mantur, sed morte donantis confirmantur, ergo
etiam iuramento; quod in his donationibus ad
summum est contra bonos mores ciuiles non autē
naturales, in quo casu confirmat contractum Sanch.
de mat. lib. 1. disp. 32. num. 1. & hanc opinionem
tenet Barr. l. si quis pro eo num. 17. ff. de fideiuss.
& alij multi apud eundem Sanch. lib. 6. disp. 31.
126 n. 2. † Nec requiritur quod donans præmoriatur
persistens in eadem voluntate, sed statim fit irre-
127 uocabilis, & † ratio est, quia iuramentum in hoc
casu sortitur primordialem naturam contractus,
non vero accidentalem vt multis probant Rol.
cons. 6. num. 37. lib. 1. Couar. c. quamuis pact. 1.
p. §. 4. num. 1. vbi id late prosequitur & declarat
Gutier. de iur. 1. p. c. 27. num. 2. & 3.
128 † Donationes autem inter coniuges ex primor-
diali sua natura erāt validę, licet iuris prohibitione
129 adueniente, sint factæ reuocabiles; Nec requi-
ritur rei donatæ traditio; sed sine illa validantur
130 iuramento. † Aduerte autem adhoc, vt iura-
mentum firmet donationem, debere esse de futuro,
nam si sit de pręsenti, vel de præterito non firmatur
donatio iuramenti, v. g. maritus iurat, se donare,
vel donasse vxori centum, & huic donationi addit
iuramentum, hoc iuramentum non reddit donatio-
nem validam, & irreuocabilem, sed tantum affir-
mat iurando, se donare animo donandi, quod si
ficte donet, licet iuret, non ideo maius robur dona-
tioni additur, neque erit periurus reuocando, licet
fuerit periurus donando; quia iurauit se donare,
uel donasse, non erit autem periurus reuocando,
quia non iurat non reuocare. Si autem iuret se non
contrauenturum, incurrit pt periurium non seruan-
do iuramentum, cum possit absq; peccato seruari,
in primo ergo casu iurat tantum se donare, idest
illam donationem esse veram, & liberam: in 2.
autem non solum esse veram & liberam, sed etiam
se non reuocaturum, quod, cum non possit non
seruare sine periurio, merito fit irreuocabilis ita
Couar. rub. de test. 3. p. num. 14. concl. 4. Rim.
inst. de donat. p. 1. num. 268. Gutierez. de iur. p.
1. cap. 3. n. 2. 11. & 12. & ita quoties iuramentum
cadit in futurum numquam poterit sine periurio
reuocari.
131 † An autem confirmentur iuramento confessio-
nes de dote recepta, quando talis confessio non est
facta animo donandi, sed spe futuræ numerationis,
certum est iuramentum illud de dote in futurum
soluere non obligare, quia in illa confessione re-
ceptæ dotis, & confessione soluende includitur
tacita conditio, si eadem dos mihi fuerit numerata,
& soluta, & ita non obligat, nisi soluta, vel nume-
rata dote; quando vero est facta animo donandi,
quia videlicet maritus fatetur se recepisse dotem,
quam vere non accepit, & hoc animo donandi ipsi
vxori distinguo vt supra aut iuramentum est de
præsenti, vel de præterito, aut de futuro; si iura-
mentum est de præsenti vel de præterito donatio
non confirmatur, & si donatio reuocetur reuocans
non erit periurus cum iuramentum assertorium
nullam pariat obligationem in futurum sed eius
veritas pendet ab euentu præsenti vel præterito,
132 † quod autem aliqui dicunt iuramentum asserto-
rium, quo quis affirmat se donare, claudere virtute
obligationem non reuocandi est omnino contra
naturam eiusdem iuramenti assertorij iurans enim
se dotem recepisse solum significat se ex tunc vere
& non ficte recipere ac proinde virtute recipere ab
vxorem illam dotem eidem donatam vt sic euitatur
periurium, & ideo cum iuramentum relinquat
donationem in sua natura, & minime eam afficiat,
remanet etiam iurata, inualida, & reuocabilis. Si
vero donatio est de futuro iuramento addito con-
firmatur, quia, cum illud iuramentum sine culpa
non seruare non possit erit reus periurij, vir, si illud
non seruat, & propterea vt illud crimen euitetur
donatio confirmatur, & efficitur irreuocabilis.
Hanc opinionem tenent Imola Cap. cum contingat
nu. 89. de iure. iur. Anton. Gab. tom. 3. com. lib.
3. tit. de donat. conclus. 3. num. 4. & 5. Menoch.
lib. 3. præsumpt. 12. nu. 45. iuncto 48. Gutierez de
iuram. 2. p. cap. 3. nu. 11. 12. & 13. & Seraphinus
multo allegans de priuil. iuram. priuileg. 71. n. 55.
& 56. & hanc fatetur communem Couar. 2. var.
cap. 7. num. 4.
133 At † quid dicendum de donatione facta, & iurata
contra prius iuramentum non donandi: v. g. mari-
tus iurauit se vxori nihil donaturum, & postea
eidem donat, & donationem iurat, confirmaturne
ista donatio hoc iuramento facta contra prius iura-
mentum? Resp. non confirmari, & ratio est, quia
donatio inter coniuges ad sui confirmationem
134 indiget iuramento, † quotiescunq; autem actus
contra prius iuramentum est iure inualidus, & solo
iuramenti vinculo confirmandus, & valorem &
robur accepturus, tunc iuramento non confirma-
tur, sed remanet perinde inualidus, ac si iura-
mentum non accessisset; & ratio est, quia actus
ille gestus, contra prius iuramentum est illicitus, &
periurus ergo non potest ei tribuere robur, & fir-
mitatem iuramentum, quod non est vinculum
iniquitatis cap. inter cætera 22. q. 4. & cap. quanto,
de iure iurando, si vero donatio non indigeret iura-

mento

mento ad sui confirmationem, non obstaret prius iuramentum, sed valida esset, siue iuramento firmaretur siue non, priori iuramento non obstante, quia actui gesto contra prius iuramentum quando non indiget vinculo iuramenti ad sui valorem, & confirmationem non obstar prius iuramentum nec eius valori, sed potest esse validus, siue iuramentum accedat, siue non nullum impedimentum afferente priori iuramento de non donando, & ita sunt intelligendæ duæ.

135 † Glossæ, quæ videntur sibi contrariæ altera in Cap. licet mulieres in fine de iure iurandum: in 6. in qua habetur iuramentum non confirmare alienationem dotis contra prius iuramentum eam non alienandi. Altera in Capit. fin. de procurat. in 6. in verbo reuocatus, in qua habetur, quod illum, qui iurauit, se non constituturum procuratorem, si post tale iuramentum constituat valide constituere; sed esse periurum. Alienatio enim dotis non valer nisi iuramento firmetur, constitutio vero procuratoris ad sui valorem nullo indiget iuramento, ideo ista valet contra prius iuramentum, non vero illa; eodé modo sunt explicanda Cap. sicut de sponsalibus & similia, & ita has duas doctrinas conciliant Abbas Cap. intellecto num. 8. de iure. iur. Alex. de Neuo ibi num. 17. Angelus Theologus iuramentum 5. num. 15. Siluester & alij apud Sanch. de matr. loco cit. disp. 13. nu. 5. ex dictis patet, quid dicendum de donationibus inter coniuges, & consequenter, quæ possint statim sibi retinere irreuocabiliter & quæ indigent confirmatione.

136 Nunc videndum de donationibus magis in particulari, & primo de sponsalitia largitate vt propositum ordinem sequamur, 2. de donationibus propter nuptias, & vltimo de Arris.

137 † Est ergo sponsalitia largitas, vt in principio diximus, donatio facta inter sponsos de futuro matrimonij ineundi spe, & est talis naturæ, quod, si sponsi declarent, se intendere, quod nullo vnquam casu ad donantem redeat, fiat statim irreuocabiliter ipsius donatarij, quamuis nec copula, nec osculum inter ipsos intercedat, & eius culpa matrimonium non sequatur l. 1. vers. igitur ff. de donat. l. si mater. C. de donat. ante nupt. & ea ratio est, quia non est donatio inter coniuges, nec refertur in tempus initi matrimonij ergo nihil obstet, quin

138 valeat, & vt donatio simplex obliget, † & olim reputabatur donatio absoluta, & statim obligabat, & erat irreuocabilis, &, vt censeretur facta sub conditione, necesse erat conditionem exprimere l. 1. vers. igitur ff. de donat. & l. 2. & l. si filiæ & leg.

139 si tibi Cod. de donat. ant. nupt. † nunc autem iure magis nouo non requiritur necessaria expressio conditionis, sed tacite inest, quod fiat sub conditione ineundi matrimonij, & hoc ex dispositione iuris, & ex præsumpta voluntate contrahentium; ita expresse l. Cum veterum C. de donat. ante

140 nupt. † quare sequuto matrimonio remanet pura, & firma, neq; ex hoc, quod fit spe futuri matrimonij, sequitur, quod referatur in tempus initi ma-

141 trimonij, † quia si matrimonium non sequatur culpa donantis donatarius lucratur totam largitatem; & donans amittit quidquid dedit sponsalitiæ largitatis, & si ipse aliquid accepit integre restituit, siue sit sponsus siue sponsa, & si quid promisit tenetur dare, & si matrimonium non sequitur culpa donatarij idem donatarius, siue sit sponsa, siue sponsus restituet donanti quidquid accepit; habetur. leg. Cum veterum Cod. de donat. ante nupt.

142 † si autem casu vt morte alterius sponsi non consumatur matrimonium, tunc vel sponsa recepit donationem, vel sponsus si sponsa recepit, & sequtum est vel præcessit osculum, vel non interuenit osculum, vel ante matrimonij consumationem interuenit copula vel post consumationem vel nullo modo. Si sponsa recepit sponsalitiam largitatem, & interuenit osculum, siue præcedat, siue sequatur, per osculum acquirit dimidiam sponsalitiam largitatem, quia semper militat eadem ratio legis, nempe, quod sponsa passa est ruborem, & difficilius inuenier alium sponsum, alteram vero dimidiam partem restituet, si ante matrimonij consumationem interuenit copula & præcesserunt sponsalia de iure veteri certissimum erat acquiri integram sponsalitiam largitatem, quia ea copula vere matrimonium erat consumatum Cap. is, qui fidem de sponsalibus, at iure nouo Tridentin. cum tali copula matrimonium non consumetur, & sit culpabilis videtur non esse præmio efficienda, nihilominus tamen etiam per talem copulam acquiritur à sponsa tota sponsalitia largitas, quia semper verum est quod difficilius alteri nubet, & maiorem passa sit ruborem, quam solo osculo, quod tantum lex con-

143 siderat, † & quamuis illa copula coram Deo sit culpabilis; in foro tamen externo & hominum existimatione non tribuitur culpæ nec infamiæ fœminæ, cum fiat spe futuri matrimonij; per copulam autem sequto matrimonio acquiri totam largitatem probatur in l. si à sponso. C. de donat. ante nupt. si nullo modo interuenit copula, & interuenit osculum etiam rato matrimonio acquirit sponsa tantum medietatem, si vero neq; osculum intercessit vllo modo post sponsalia, vel post matrimonium ratum, quia alter mortuus sit &c. nihil acquirit, quia nec ruborem passa est, nec difficilius nubet. ita

144 Ioannes Lupus rub. de donat. §. 4. initio. † Quod si copula intercedat post sponsalia conditionata, cuiuscunque generis sit conditio, nihil acquiritur, quia vere illa copula est ante sponsalia, quia per copulam non receditur à conditione, vt probat Sanchez de matr. lib. 1. disp. 26. n. 12. ac proinde est omnino culpabilis, & habetur ac si præcederet sponsalia de futuro, quo casu neque per osculum, neque per copulam quidquam acquiritur, quia leges decernunt, quod sponsalitia largitas requiratur à sponsis, non dicuntur autem sponsi, nisi

145 præcedant sponsalia de futuro, † quia qualitas iuncta verbo, debet verificari iuxta tempus verbi. l. in delictis §. extraneus ff. de nox. l. cum ergo. l. si

146 à sponso C. de don. ante nup. neq; † actus culpabilis & pœna dignus est aliquo legali præmio afficiendus l. si hæreditas ff. de neg. gest. cum similib. adductis per Corn. cons. 76. vol. 1. quod non est idem in copula quæ subsequitur sponsalia, quæ est aliquo modo excusabilis, quod si osculum etiam præcedat sponsalia, nihil per ipsum lucratur sponsa eadem ratione, quod si sequatur per osculum acquirit medietatem, & per copulam alteram medietatem. Si intercedant tantum amplexus nihil acqui-

147 ritur, quia leges de istis nihil disponunt, † & ista militant tam in foro conscientiæ quam in foro fori, quia istæ leges iustæ sunt, nec vlli nituntur præsum-

148 ptioni Sanch. de mat. lib. 6. disp. 18. n. 13. † Vt autem sponsa lucretur hæc iocalia non est necesse, quod probet esse data à sponso animo donandi, sed satis est, quod non constet de animo contrario per expressam conuentionem inter eos, quia leges applicant per osculum medietatem, & per copulam integram sponsalitiam largitatem, nisi pactum contrarium interueniat. Sicut neq; sponsus illam repetens,

repetens, quia matrimonium non ſit ſequutum culpa ſponſæ, non tenetur probare, ſe dediſſe ob cauſam, nempe ſpe futuri matrimonij, ſed ſufficit probare
149 dediſſe poſt ſponſalia de futuris. † Sponſæ vero incumbit onus probandi interueniſſe oſculum, vel copulam, vel ſponſi culpa non eſſe ſequutum matrimonium, & ſponſalia diſſoluta, vel aliter inter ipſos eſſe conuentum, quod ſi Bald. obijcies. l. ſi præſidi. C. de don. ante nupt. aſſerentem teneri ſponſum probare ſe dediſſe ob cauſam, & eam non eſſe ſequutam; reſpondemus loquutum eſſe de iure veteri, quo attento reputabatur donatio abſoluta,
150 vt dictum eſt. † Si vero ſponſa dedit ſponſalitiam largitatem ſponſo, & diſſoluantur ſponſalia ante conſumatum matrimonium & eo caſu matrimonium non ſequatur, nihil lucratur ſponſus, ſed tenetur reſtituere quidquid accepit. Quia nec roborem paſſus eſt, nec difficilius nu-
151 bet. † Conſumato vero matrimon. an maritus acquirat ſponſalitiam largitatem, controuertitur, at dicendum acquirere ſiue donatio fiat à ſponſa de futuro ſiue de præſenti, quod acquirat ſi donatio fiat à ſponſa de futuro, probatur à contrario ſenſu per l. ſi à ſponſo C. de donat. ibi, quod ſi ſponſa donationis titulo fuerit aliquid ſponſo largita, & ante nuptias hunc, vel illam mori contigerit ad donatricem ſponſam ſiue eius ſucceſſores donatarum rerum transferatur dominium, ergo à contrario ſenſu matrimonio ſequto, vel conſuma-
152 to, illam donationem integre acquiret. Argumentum autem à contrario ſenſu in iure eſt fortiſſimum leg. 1. §. huius rei ff. de offic. eius erit mand. eſt iuriſd. & probat Euerard. in loco à contrario ſenſu & leg. cum veterum. Codic. de donat. ante nuptias vbi deciditur id quod datur à ſponſo ſponſæ veram rationé donationis habere factæ ſub ſpe, ac tacita conditione futuri matrimonij, & in fine ita concluditur. Quæ ſimiliter obſeruari oportet, & ſi ex parte ſponſæ in ſponſum donatio ſit facta, ergo ſicuti donatio facta à ſponſo integre acquiritur ſponſæ conſumato matrimonio, eo quod purificetur conditio, & manet donatio abſoluta, ita eadem ratione donatio ſponſæ facta ſponſo, quæ eandem tacitam conditionem habet, manebit pura, & abſoluta, vt illi integre acquiratur, ita docet Lupus cit. rub. de donat. §. 4. initio. & Gutierez pract. quæſt. 44. in fine. Quod autem, ſi ſponſa de preſente donat ſponſo, ſponſus conſumatione matrimonij acquirat integram donationem, probatur ex legibus hiſpanis quod etiam intellige inter hiſpanos; de iure vero noſtro, & ideo inter nos donatio facta inter ſponſos de præſenti eſt nulla, & ita etiam apud nos erit reſtituenda patet ex leg. ſi à ſponſo C. de donat. ante nupt. nec aliud eſt ius in fauorem viri diſponens vide Sanchez loco cit. diſp. 20. nu. 7. vſq; ad finem, & ita dicendum ſi matrimonium non ſequatur ob mortem
153 alterius ſponſi. † At ſi non ſequatur & ſponſalia diſſoluantur ob aliquod impedimentum, acquiretne ſponſa largitatem ſponſalitiam. Reſpondeo vel vterq; coniux fuit ignarus impedimenti, & ignorantia erat iuſta, & ob id bona fides interceſſit, vel ignorantia erat craſſa, & ſupina, quæ bonam fidem excludit, & in primo caſu ſponſa per oſculum medietatem & per copulam integram acquirit, ratio eſt quia ſponſalitia largitas pertinet ad ſponſam in premium amiſſi pudoris ob copulam, & paſſi ruboris ob oſculú, ergo cum inculpabiliter vtrunq; paſſa ſit, non debet fraudari premio, ſecus autem dicendum eſt, quando ignorantia non eſt iuſta vt
154 in 2. caſu. † Si vero vterq; fuit conſcius impedimenti, ſponſalitia largitas pertinet ad fiſcum, illam tamen poteſt retinere ſponſa, donec fiſcus per ſententiam auferat, vt in ſimili ſupra dictum eſt.
155 † Si autem ſola ſponſa erat conſcia impedimenti nihil lucratur, ſed ſponſo tenetur totum reſtituere,
156 quia culpa ſua matrimonium non ſequitur † eodé modo ſi ſponſus ſolus erat conſcius, ſponſa, per oſculum medietatem, per copulam integram lucratur largitatem, quia vere pudorem amiſit & paſſa eſt ruborem, & ſine ſua cauſa diſſoluitur matrimonium.
157 † Tandem, quando abſq; culpa vtriuſq: ſponſi ſponſalia diſſoluuntur, nec morte nec caſu; ſed ingreſſu religionis emiſſione voti caſtitatis &c. ſi ſponſus recepit à ſponſa ſponſalitiam largitatem tenetur integre illam reſtituere, quia per oſculum ſolum nihil lucratur ſponſus, & culpa ſponſæ non interuenit, hoc tamen caſu ſponſa per oſculum lucratur medietatem, ſi oſculum non interceſſit
158 nihil, rationibus dictis, † ita ſi ſponſalia dirimantur per ingreſſum ſponſæ in religionem per oſculum lucrabitur medietatem, quia hoc eſt factum inculpabile ex Cap. decreta legalia 27. quæſt. 2. & ex l. Deo nobis C. de Epiſcopis & Cler. & item lucrabitur ſponſa medietatem per oſculum, ſi inculpabili facto ſponſi diſſoluantur, quia adhuc ſponſa vacat culpa, & paſſa eſt ruborem, & ita in
159 omnibus alijs caſibus ſimilibus, † ſi tamen mutuo cõſenſu ſponſalia diſſoluuntur nihil lucratur ſponſa per oſculum, ſed totum reſtituet, quia eo ipſo, quod communi conſenſu reſiliunt, videntur tacite paciſci, vt alter alteri reſtituat, quæ accepit arg. leg. ſi diuerſa C. de tranſact. vbi Gloſſa verbo refuſa & docent Cynus Iacob. de Aret. Salicet. num. 2. l. Cum veterum C. de donat. ante nupt.
160 † quod verú eſt etiamſi à ſponſalibus alter prius reſiliat, nec ambo concordes reſiliant, ſufficit enim, quod tandem vterque conueniat in reſiliendo, &
161 diſſoluendo; † niſi tamen exequutio eſſet facta à lege, quia ſi exequtio ſit facta à lege ſtatim ac alter reſilit iniuſte, licet poſtea conſentiat iam acquiſiuit ius ad retinendam quam acceperat ſponſalitiam
162 largitatem, & vendicandú, quam dederat. † Exequtio enim facta à lege ſtatim mora purgari non poteſt iuxta doctrinam Bartol. l. ſi inſulam nu. 19. & ibi Alexand. & Angel. ff. de verb. obligat. vbi docent purgationi moræ minime locum tribui,
163 quando exequtio facta eſt à lege. † Si ſponſus, vel ſpóſa licite recedat à ſponſalibus alterius culpa, vt fornicatione, vel profectione in partes longinquas ſine reditu tempore debito, lucratur integre acceptam ſponſalitiam, largitatem, & dotem recuperat, probatur ex l. cum veterum in fin. Cod. de don. ante nupt. & ratio eſt quia eius cauſa ſponſalia
164 diſſoluantur. † Sponſalitiæ largitatis donatio facta ante matrimonij conſumationem per ſponſos de præſenti de iure communi eſt nulla, vt iam dictum eſt, etiam nulla ſi fiat conſumato matrimonio quia eſt facta inter veros coniuges intellige tamen eo modo eſſe nullam & inualidam, vt morte donantis præmorientis confirmetur, ſicut & cæteræ
165 donationes, † ſed quid dicendum de veſtibus. Reſpondeo vel ſunt pretioſæ vel quotidianæ, & iſtæ vel traduntur à marito vel à ſocero, uel ſunt
166 traditæ à ſponſo ſponſæ. † Quæ dicantur ueſtes pretioſæ ſeu quotidianæ hoc communiter relinquitur iudicandum arbitrio prudentis uiri qui attenta mariti & uxoris qualitate & conſuetudine patriæ iudicabit Menochius de arbitr. lib. 2. caſu 218. num.

num. 5. Gutierez pract. 2. uum. 6. adde etiam
quantitatem dotis quo enim dos est amplior eo
honorificentius nxor est tractanda argum. eorum
quæ notantur l. 1. C. de impon. lucr. descript. &
secundum hoc uestes sericæ uni connumerabuntur
inter quotidianas quæ alteri erunt festinæ, non
enim omnes æqualibus uestibus uti debenc. l. 1. C.
quæ res ueud. non poss. Menoch. de arbitr. loco
cit. num. 5. & ita Gutierez cit. nu. 9. item si nxor
habeat nestes pro hyeme & pro estate, si pro digni-
tate sunt necessariæ reputantur quotidianæ. Item
reputantur quotidianę illę nestes non solum quibus
coniux utitur domi, sed etiam illæ sine quibus non
potest attenta coniugum dignitate commode, &
sine dedecore in publicum exire Bald. l. penult. §.
seruis num. 3. ff. solut. matr. Gutierez. sup. nu. 8.
167 † quod intellige etiam de diebus festinis non
tameu solemnioribus argumento ducto ex l. id
vestimeutum ff. de peculio, vbi dicitur illud vesti-
mentum esse peculij serui, quod ei dominus tradit
ad quotidiauum vsum, secus de eo, quod dedit,
non vt semper seruus illo vteretur, sed certis
temporibus, & ad certū vsum, vbi his verbis certis
temporibus videntur exprimi solemniores dies, &
ad certum vsum, idest quando maiori pompa ince-
dunt deinde videntur pertinere ad statum quoti-
168 dianum. † His ita positis si maritus consumato
matrimonio tradit vxori vestes, & constet de eius
animo donandi non est distinguendum inter pre-
tiosas, vel quotidianas, sed est vera donatio omniū
Bart. l. penult. §. seruis vxoris num. 3. Vers. non
obstat ff. solut. matr. Gutierez. loc. cit. num. 5. &
alij cum hac tameu distinctione, quod si vestes sint
quotidianæ, donatio statim valet, quia pertinent
ad alimenta, quæ maritus tenetur exhibere vxori
Bartol. cit. leg. penult. uec talis donatio potest
per uirum renocari, cum statim ualeat, ut bene
docet Gloss. fin. l. si usufructus ff. ad leg. falcid. si
uero sint pretiosæ non ualet donatio nisi morte
confirmetur instar aliarum donationem inter con-
iuges Gutierez loco citat. & alij apud Sanchez lib.
169 6. disp. 25. num. 3. † si uero maritus consumato
matrimonio vestes dat tantum, ut illis uxor utatur
& eas accommodat omnes pariter finito usu per
solutionem matrimonij sunt restituendæ marito,
uel eius hæredibus, quia is est animus mariti dātis.
170 † Quando autem non constat de animo dantis
an det animo donandi uel tantum accomodandi
dico quod quotidianæ censetur donatæ non uero
festiuæ de quotidianis probatur ex l. ex annuo ff.
de donat. int. uir. & uxor. ibi, si quid annuum
præstet uir uxori scilicet ad alimenta (ut exponit
Glossa ibi in initio) statim uxoris effici nec residu-
um posse repeti à uiro. Cum ergo uestes quotidia-
næ pertineant ad alimenta, statim censetur donatę,
& ideo soluto matrimonio sunt uxoris, uel eius
hæredum. De pretiosis autem item probatur ex l.
hoc legatum ff. de leg. 3. ubi uestes paratæ causa
uxoris ei legantur per uirum ergo prius non erant
donatæ alias legatum non subsistere leg. proprias
C. de leg. & probatur ex l. mortis suæ ff. de donat.
int. uirum & uxor. ubi si res in dote æstimatas
mulier viro consenciente in vsu habeat non ob id
censeri donatas, & ideo soluto matrimonio viro
171 vel eius hæredibus sunt restituendæ, † & quod
dicimus de uestibus dicimus etiam de iocalibus, ut
annulis, et cæteris similibus traditis per uirum
uxori, quotidiana enim efficiuntur mulieris; præ-
ciosa censetur commodata, quod uerum est etsi
maritus res pretiosas mittendo uxori exprimeret
se donare ut si diceret nuncio adfert istas uestes
dono meæ uxori uel si diceret ista sunt iocalia meæ
uxoris etc. quia ista sunt uerba potius urbanitatis
172 et officij et † verbum dono impropriatur secun-
dum subiectam materiam l. si uno ff. locati. ibi.
sed et si uerbo donationis, dominus ob sterilita-
tem anni remiserit, id erit dicendum quasi non sit
donatio, sed transactio, et tenent multi, quos re-
163 fert et sequitur Sanchez num. 14. et 15. † nisi
tamen loci consuetudo esset quod uestes etiam
pretiosæ censerentur donatæ, quia tunc illi consue-
tudini standum, esset, eo enim casu simplex missio
174 haberet rationem donationis, † donatio enim
uidetur fieri secundum loci consuetudinem Bald.
175 l. 2. num. 2. C. de iure dot. † Item censetur do-
nare, quando antea recepit aliquid ab vxore, uide-
176 tur enim donare in remunerationem. † Videtur
etiā donare, licet non exprimat vir diues et nobilis
177 quando aliquid mittit, uel dat uxori; † nobilitas
enim et diuitię faciunt coniecturam, quod donetur
in dubio; per ea quæ tradit Sanchez numer. 19.
178 † Vestes autem quotidianæ censentur donatæ à
viro traditæ uxori, etiam si sint excedentes fructus
dotis, debet enim uir, et tenetur etiam in hoc
179 casu alerè uxorem; † et cum eadem distinctione
pariter loquendum est de uestibus quæ mittuntur à
sponso sponsæ de præsenti, seu de futuro, ut pre-
tiosæ censeantur commodatæ, quotidianæ uero
donatæ ijsdem rationibus, quibus supra; æquipa-
rantur .n. in hoc sponsa, et uxor. l. si ut certo §.
interdum ff. commodati. ibi si sua dumtaxat causa
commodauit sponsæ suæ, uel uxori, quo honestius
culta ad se duceretur, ubi uides, quoad hoc æqui-
parari, et l. hoc legatum expresse deciditur, paria
esse, siue tradantur uestes sponsæ ante matrimo-
nium consummatum, siue uxori eo consummato.
180 † Item eadem distinctione censeudæ sunt uestes
quæ à socero nurui traduntur; pretiosæ enim cen-
sentur commodatæ, quotidianæ uero donatę, primę
manent in dominio ipsius soceri, ac proinde, eo
mortuo sunt computandæ in legitima filij, secundæ
uero non conferuntur, pertinent enim ad alimenta;
essent tamen et istæ conferendæ, si constaret de
animo soceri non donandi; item si pater sponsæ
filiæ nuptiarum dat uestes quotidianas, non tene-
tur filia conferre, pertinent enim ad alimenta, si
uero dat pretiosas, nisi constet de animo donandi,
tenetur conferre, intellige tamen si uestes pretio-
sas pater tradit ultra dotem, quod tunc censeantur
commodatæ, nam alias omnia sunt computanda in
dote promissa, præter uestes quotidianas, istæ enim
debent computari cum alimentis ipsi à parentibus
181 collatis usq; ad initum matrimonium: † uestes
autem pretiosæ, quas pater filię, uel socer nurui tra-
dit, sunt conferendæ, tales quales fuerint tempore
collationis, non uero secundum æstimationem
temporis quo traditæ sunt quia semper manserunt
in dominio patris & soceri, & nurus vel filia habuit
tantum vsum, augmentum autem & decrementum
fit domino, ita Bartol. l. 1. §. nec castrense num.
9. ff. de collat. bono. Bald. l. filiæ cuius numer.
14. C. familiæ hercis. & ibi Salicet. num. 19. & ex
Theologis Angelus verb. peculium nu. 21. Siluest.
donat. 2. quæst. 5. &c.
182 † Si Socer nurui dedit vestes pretiosas animo
donandi, &, vt ipsi acquirerentur, & non filio,
non tenetur filius eas conferre, quia nihil sibi
donatum est. Dices hac donatione filius fit ditior,
quia parcit sumptibus, quos in ijs vestibus facturus
183 erat. † Respondeo, quod attenditur tantum,

quod factum est, non autem id, quod venit in consequentiam argum. leg. 1. §. penult. ff. de aqua plu. arcen. vbi permittitur alicui torrentem auertere, ne aqua ad eum perueniat, licet inde vicino damnum inferatur, tantum enim inspicitur, quod principaliter agitur, & ita statuendum de datis à patre, vel à socero filiæ, vel nurui.

184 † Sed quid dicendum de donatis à consanguineis. Respondeo, quod possint dari à consanguineis ante, vel post consummatum matrimonium, vel dentur à consanguineis viri consummato matrimonio vxori, vel à consanguineis vxoris viro, & quod dicimus de consanguineis dicendum est etiam de amicis per ea quę habet Sanchez de matr. cit. lib. 6. disp. 26. num. 2. certum est primo si donatur vtrique coniugi aliquid ab extraneis, & nulla est coniectura, quod donetur potius, vnius, quam alterius contemplatione, quod donatur, acquiri societati, & proinde inter vtrunque coniugem diuidendum Gutierez 2. pract. quæst. 120. num. 9. Molina de iust. tom. 2. tract. 2. disput. 430. concl. 1. & idem dicendum de datis à communibus amicis vtrique quia non est maior coniectura pro vno, quam pro alio, & datur vtrique. Quod donatur à consanguineo illius, cui donatur, acquiritur donatario, nec est cum alio diuidendum, est communis doctorum. Si est æque vtriusque coniugis consanguineis, qui donat, donata fiunt illius cui donatur, nisi alia sit coniectura, quia illi donatur, & supponimus non esse aliam coniecturam aliter dicendi, Gutierez loco cit. numer. 12. Si consanguinitas sit tantum causa remota, quare donetur, donata fiunt illius, cui dantur, nec sunt diuidenda verbi gratia Celius inijt amicitiam cum Seio, quia est maritus Clelię suæ consanguineę, vt non donat Seio propter Cleliam, sed propter amicitiam, consanguinitas dicitur tantum causa remota doni; proxima autem amicitia, ideo donum fit illius, cui datum est, & cuius contemplatione non vxoris ita Bartol. l. sed si plures §. in arrogato numer. 3. ff. de vulg. & ibi Alex. num. 6. Cumanus nu. 3. Angelus Theologus

185 peculium num. 13. & alij. & ratio est, quia † cum non constat de animo donantis, & ex coniecturis sit deprehendendus, maior est coniectura pro donatario, vrget enim, quod donatio illi facta est, tum etiam æqualis, siue maior etiam beneuolentia cum illo, quam cum muliere consanguinea, & colligitur ex l. Socium qui in eo §. fin. ff. pro socio; item si consanguineus viri donaret vxori ab eius benemerita, quia videlicet, verbi gratia egrotus ab ea curatus fuit in infirmitate, donata fiunt vxoris, quia consanguinitas viri est tantum causa remota doni, & è contrario, si quis donet vxori propter merita mariti, donum fit mariti, & tandem certum est donum fieri illius, cuius intendit esse donans.

186 † Cum enim doni applicatio pendeat à voluntate donantis, illius certe donum erit, cui donans vo-

187 luerit applicari. † Quid in dubio est dicendum? verbi gratia consanguineus viri donat vxori, & consanguineus vxoris donat viro, at sumus in dubio, cuius contemplatione donent, cuius erunt donata? Consanguinitas eritne sufficiens coniectura iudicandi quod donatio fiat in fauorem consan-

188 guinei? † Respondeo consanguinitatem non esse sufficientem rationem concludendi, quod data à consanguineo mariti vxori, fiant mariti, nec data à consanguineo vxoris marito, fiant vxoris, quia licet verum sit, quod causa, qua moti dant dicti consanguineis, sit affinitas, non est tamen sufficiens ad concludendum, quod data vni debeant fieri alterius, ad quid enim darentur vni, si deberent fieri alterius, deinde esset iniusta donatio, quia nemo est, qui ita accipit, qui non remaneat obligatus ad antidora; si autem fierent alterius non esset iusta ista obligatio, & passim videmus, quod, si donanti aliquid à donatario redonetur in remuneratione, accipit redonatum, quod non deberet, quia illi non donasset, si quod donauit fieret consanguinei, hanc tenent, & probant multis auctores apud Sanchez

189 lib. 6. cit. disp. 26. num. 10. † & ita est respondendum etiam de donatis ante nuptias, si enim dentur à consanguineis sponsi sponsæ fiunt sponsæ, nisi alia vrgentior sit coniectura, & è contra, si donentur à consanguineis sponsæ sponso, fiunt sponsi; si enim esset vera contraria sententia sequeretur, vt donata sponso essent danda sponsæ, & data sponsę essent danda sponso argumentum est etiam, quod intendunt donata esse illius cui dantur, quia semper vel fere semper dant conuenientia statui, quod

190 si aliud intenderent, aliter etiam darent. † Intellige tamen, nisi contraria sit consuetudo, quia qualis est consuetudo illi standum est; limita tamen etiam posita contraria consuetudine nisi data essent talia, quod conuenirent soli donatario, quia adhuc illius essent ex præsumpta mente illud donantis, cum enim illi soli conueniant dicendum est illi soli dari, & his nostris regionibus, vt audio ita practicatur, quod ea, quæ dantur censentur fieri illius, cui dantur, etiamsi dentur à consanguineis modo dicto, & nulla sit alia coniectura, & hæc de sponsalitia largitate. Nunc esset dicendum de do-

191 nationibus propter nuptias, † sed cum huiusmodi donationes abierint in dessuetudinem vt testantur Gloss. Auth. Equalitas in fin. C. de pactis conuent. Bald. Auth. dos data Cod. de donat. propter nuptias Parif. conf. 95. num. 35. lib. 2. Clar. recept. lib. 4. §. donatio quæst. 11. initio ex Theolog. Molin. de iust. tom. 3. tr. 2. disput. 290. ad finem, & alij ideo de Arris dicemus.

192 Arræ ergo vt iam dictum est sunt pignus, quod traditur inter sponsos in signum complendi matrimonij, exigitur autem vt dicatur expresse, quod id, quod datur sit pignus futuri matrimonij, quia si traditur simpliciter, & hoc non exprimatur, non sunt arræ, sed sponsalitia largitas, de qua dictum est, vt ergo pignus quod datur sit Arra debet specificari, quod datur in pignus futuri matrimonij; requiritur præterea, vt Arræ valeant, quod tradantur non enim sufficit si promittantur, sed requiritur, quod tradantur quia leges permittentes arras loquuntur de traditis vt constat ex leg. fin. Cod. de sponsal. §. Item lapilli Instit. de rer. diuis. & docent Anton. Cap. Gemma de sponsa. num. 8. vbi Cardin. num. 2. Anchar. nu. 10. Abbas nu. 8. Alex. de Neuo num. 23. Præposit. num. 8. Bartol. leg. Titia in princip. nu. 6. ff. de verbor. obligat. & ex Theolog. Rosella verbo sponsalia num. 7. & Angelus eodem verbo: num. 13. Siluester eodem num. 3. Couar. 4. Decretalium part. 1. cap. 3. &

193 alij. † Apponuntur autem arræ amittendæ per violatorem fidei sponsalium, & permittuntur apponi ut habetur expresse leg. Arras ex leg. finali Cod. de sponsal. quare autem permittantur Arræ, & non permittantur pœnæ, non facile est rationem inuenire, quæ careat difficultate, satis tamen bona, congruentia est illa, quam tradit Baldus leg. fin. nu. 8. Cod. de sponsalit. & alij, quia arra datur in signum, & securitatem matrimonij, si contrahatur, quare respicit actum fauorabilem matrimonij, pœna vero, si non contrahatur, & ideo actum odiosum ex

qua

qua congruentia legislatores potuerunt moueri ad
permittendas arras, non vero pœnas. Quæ tamen
ratio habet suas difficultates. At in hoc casu in
quo omnes, quæ afferuntur non carent scrupulo
secundum Iason. leg. Titia in princip. num. 22. ff.
de verbor. oblig. satis est aliquam afferre, quæ habeat probabilitatem, licet non omnem exhauriat
194 difficultatem, & scrupulum tollat: † Differentia
autem inter pœnam, & arras matrimoniales est,
quod pœna promittitur, Arra traditur. Imo etiamsi
diceretur do tibi centum pro pœna, si matrimonium tecum non contraxero, & re vera tradantur
centum, adhuc erit Arra, non pœna, quam doctrinam tradit ex Imola Gregorius Lopez & valde
195 commendat l. 39. in fin. tit. 11. part. 5. † Receptio Arrarum probatur sola confessione recipientis, Bartol. dict. leg. Titia in princip. num. 7.
& Cumanus num. 8. Iason. num. 28. Alciat. nu. 13.
Abbas, quem refert, & sequitur Couar. 4. decret. 2.
part. cap. 3. §. 7. num. 10. & ex Theologis Ludou.
Lopez 2. part. instit. de matrimon. cap. 36. ad fin.
196 † & validæ sunt in quacunque quantitate apponantur, quia sunt in fauorem matrimonij, dantur
enim pro eius securitate, & tenent Hostiens. sum.
tit. de spons. §. 1. numer. 2. Cardinal. Cap. Gem.
num. 2. de spons. Bald. leg. fin. num. 8. Cod. de
spons. Couar. loco cit. nu. 9. & ex Theolog. Lopez
loco cit.
197 † Imo est magna cautela pro matrimonij securitate magnas arras tradere, & stipulari in quadruplum, & si contrahentes sint minores, facere vt
parentes tradent, ita Hostiens. supracit. & Tabie-
198 na verb. sponsalia quæst. 8. num. 9. initio. † Nec
est necesse assignari in quantitate numerata, sed
possunt constitui etiam in specie, vt in fundo &c.
quia adhuc potest tradi possessio fundi pro Arris
199 dati, sicuti traditur, dum venditur, † potest etiã
tradi possessio ficte, si tradens per clausulam constituti constituat, se possidere alterius nomine;
200 † Possunt etiam duplicari vt non sequto matrimonio reddatur fundus, & eius æstimatio, & ita
tenent speculat. tit. de sponsali §. primo igitur
num. 1. Bald. l. fin. num. 8. C. de spons. & ibi Salicet. num. 2. & alij quos refert, & sequitur Sanchez
201 lib. 1. de matr. disp. 36. numer. 12. † & possunt
dari vtrinque altero tradente certam quantitatem
Arrarum, & altero reddente siue eandem siue diffe-
202 rentem spetie. † Nec vana est ista traditio quia
dans arras perdit, quas dedit, & restituit, quas
accepit, si eius causa matrimonium non sequatur.
Neque obstat l. qui se soluit ff. de solutio. vbi ha-
203 betur † Non alienantur nummi qui sic dantur, vt
recipiantur, quia illa lex est intelligenda in casu
quo datur aliquid adiecto pacto, vt incontinenti
reddatur. In nostro casu Arræ dantur, & recipiuntur pure. Vel est intelligenda quando datur aliquid
& accipitur tantundem pure, ita vt nullo casu teneatur reddere. In nostro vero casu, qui accipit
arras, & qui tradit, tenetur tantundem Arrarum
tradere, & suas amittit, si resiliat culpabiliter vt
tenent Cynus l. fin. quæst. 6. C. de spons. vbi Bald.
num. 7. Salicet. nu. 8. dantur Paulus d. l. Titia in
prin. num. 4. & ibi Iason. num. 31. Aretin. num. 8.
Cumanus num. 8. Alciat. nu. 14. Abbas cap. Gemma num. 8. de sponsalib. & Lopez Theologus loco
204 cit. ad finem capitis Arræ non comparantur ab
illo, qui accepit, nec per osculum, nec per copulam, neque sequuto matrimonio, imo sequuto matrimonio redeunt ad tradentem, & non amittuntur, nisi culpa tradentis, uel recipientis matrimonium non sequatur; ista enim est natura Arrarum,
cum dentur in securitatem matrimonij ergo amittuntur tantum matrimonio non sequto illius causa,
qui dedit, uel recepit ita tenet dict. cap. Gemma
num. 7. ibi Alex. de Neuo nu. 27. Præposit. nu. 6.
Couar. 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 7. numer. 11. ex
Theologis Angelus uerbo sponsalia numer. 17. &
Siluest. eodem uerbo quæst. 9. dicto 4. Ex quibus
205 colliges, † quod si reperiatur canonicum impedimentum, quo sponsalia dirimantur, Arræ non amittuntur sed sunt restituendæ, item si dissoluantur ob
ingressum religionis, ibi enim non est culpa, ergo
neque debet esse pœna l. Sancimus C. de pœnis,
& est expressum in l. arria & l. fin. C. de sponsal.
quod tamen est intelligendum, quando bona fide
sponsalia sunt contracta, si enim tradens arras, erat
conscius impedimenti, eas non potest repetere
Gloss. l. fin. uerbo reddi C. de sponsal. Anto. dict.
cap. Gemma num. 8. Alex. de Neuo ibidem nu. 22.
Imo si conscio impedimenti & sic contrahenti, &
arras tradenti, reddantur ab eo, qui non erat conscius impedimenti, & ignorabat conscium sciuisse,
adhuc conscius tenetur reddere, quia uere illas
amiserat, per ipsum enim stat, quominus sponsalia
perficiantur culpabiliter, cum impedimenti conscius matrimonium promiserit, & arras in signum
dederit.
206 Item amittit arras ille qui sua culpa fuit in mora,
ne matrimonium sequeretur, & interim mortuus
207 est, uel ipse tradens, uel recipiens, † qui enim
est, & culpa moræ amittit arras l. Arris C. de sponsal. & ibi Glossa uerbo præbuet Siluest. uerbo spon-
208 salia quæst. 9. dicto 4. † Quod si arræ ab uno tantum sint traditæ, & culpa illius, qui non tradidit
dissoluuntur sponsalia, & matrimonium non sequitur, ille cuius causa matrimonium non sequitur,
tenetur restituere arras, quas accepit, & tantundem de suo, & si conuentum sit, ut triplum, uel
quadruplum reddatur, triplum, uel quadruplum
iuxta pactum tenetur reddere, habetur expresse l.
209 fin. C. de sponsalibus. † In triplo autem, uel
quadrulo computantur arræ acceptæ, ut sicuti,
quando tenetur reddere in duplum reddat quas
accepit, & tantundem, et hoc facit duplum, ita,
quando tenetur reddere triplum uel quadruplum
computantur acceptæ, ita Alex. de Neuo dict.
210 Cap. Gemma num. 2. † Si tamen recipiens sit
minor, uel eius nomine recipiat tutor, uel curator,
uel quilibet aliter et iamsi culpa minoris matrimonium non sequatur, non tenetur reddere, nisi arras,
quas accepit, ita expresse leg. fin. Cod. de sponsal.
211 † unde erit iusta cautela, ut arræ parentibus tradantur, si enim illi receperint nomine proprio,
reddent in duplum, habetur expresse dict. l. fin.
212 † ubi idem dicitur de Auis, & Glossa ibi uerbo
conuenit extendit ad tutorem, & curatorem.
213 † Aduerte tamen, quod nomine proprio recipiens nomine minoris, cautela nulla est, Salicetus
214 cum Cino eadem leg. num. 5. † Quando autem
vterq; Arras dedit, & culpa vnius matrimonium
non sequitur, ille, qui est in culpa, reddit acceptas,
& perdit datas, ita enim dupli pœna punitur. l. fin.
C. de spons. sic Dinus eadem lege & ibi Salicet.
215 num. 9. † qui bene subdit hoc satis esse, quando
Arræ sunt æquales, si enim traditæ ab illo, qui est
in culpa, sunt minores, debent reduci ad æqualitatem, & postea reddi quas accepit.
216 † Quæ omnia vera sunt tam de iure Canonico,
quam ciuili, non enim ius ciuile correctum est per
canonicum, vidit Sanchez de matr. lib. 1. disp. 36.
num.

217 num. 11. † An autem debeantur ante sententiam
iudicis. Respondeo, quod etiam in foro conscientiæ
Arræ, quæ recipiuntur, debent restitui ante quamlibet sententiam, ab eo, qui iniuste resilit à sponsalibus, non enim est pœna, sed conditio, naturæ
contractus annexa, ita Paludanus 4. dist. 27. quæst.
2. conclus. 5. num. 13. Siluest. verb. Arra quæst. 4.
218 Armilla nu. 4. & alij † duplum autem, cum vere
sit pœna legalis, minime debetur, nam pœna iuxta
219 communem sentiam non debetur. † de pœna
vero quadrupli, vel tripli idem dicendum, quod
de pœna conuentionali; est enim ista pœna non
legalis, sed conuentionalis; conuenit enim inter
contrahentes de triplo, vel quadruplo soluendo ab
illo, qui iniuste resilit, & dico deberi ante quamlibet sententiam iudicis, & etiam si non petatur, quia
220 ista pœna est quidam † contractus conditionalis,
qui purificata conditione statim obligat, nec requiritur sententia iudicis Ancharanus licet aliquantulum dubius in regula possessor de reg. iur. in 6.
num. 21. Felinus cap. 1. de constit. num. 46. vers.
limitatur 3. & ibi Decius in p. lect. num. 73. &
videtur tenere Nauar. lib. 3. de restit. in. 2. editione cap. 101. 274. vbi ait pœnam hanc in conscientia deberi post moram, nec requiri vllam
221 sententiam iudicis, vel declarationem. † Tandem
pro complemento duo remanent quærenda, An
sponsalitia largitas acquiratur ab illa, quæ vere
non est virgo, quam tamen maritus, seu sponsus
uere putabat virginem & an sponso reddendæ sint
Arræ à sponsa, quando iniuste quidem resilit à
sponsalibus, quia nescit sponsam non esse virginem,
quod si sciret iuste resileret; Cum enim subsit causa
videtur in foro animæ iuste resilire, quia adhuc est
causa resiliendi; licet non sit cognita, & vtriq; respondendo dico sponsam non teneri reddere, sed
posse in conscientia retinere. Quia Arræ, nec
sponsalitia largitas dãtur in premiu virginitatis, vt
dictum est & earum natura est, vt amittantur ab
illo, qui à sponsalibus iniuste resilit. Cum ergo
iste iniuste resiliat debet Arras, & sponsalitiam
largitatem perdere, Sanch. de matr. lib. 1. disp.
68. n. 10. Nemo tenetur prodere suum delictũ, neq;
reus tenetur esse executor suæ pænæ, sed dices.
222 1. Statim ac vnus coniux adulterium committit
re vera, & coram Deo alter solutus est ab obligatione debitum reddendi, quia si sciret adulterium,
secundum omnes, maneret absolutus: Notitia
autem facti non ipsa absoluit re vera, sed factum
ipsum, ergo ante notitiam erat absolutus, ergo
etiam, licet nesciat, non esse virginem sponsam,
cum re vera non sit virgo, & sit causa sufficiens
resiliendi à sponsalibus, resiliendo, in culpabiliter
resiliet coram Deo, & ita debebuntur Arræ, &
sponsalitia largitas: Respondeo.
223 † Non eo ipso sponsum esse absolutum à sponsalibus nec virum ab obligatione reddendi, sed
tantum habere ius, vt absoluatur, & licet notitia
non absoluat, sed factum, requiritur, tamen
notitia, tanquam conditio, vt iuste absoluatur; &
sponsalia tenent quo ad vsq; innocens conscius
adulterij petat sponsalia dirimi, vel coniux se absoluat ab obligatione.
224 2. Dices si quis promittat matrimonium alicui
sub conditione dotis soluendæ dote non soluta qui
promisit matrimonium non potest cogi ad illud
adimplendum quamuis oblitus conditionis eam
non alleget pro exceptione sed sponsalia habent
tacitam conditionem nisi occurat casus ob quam
licitum sit ea dissoluere vt late Sanchez lib. 1. disp.
66. num. 2. ergo licet non allegetur defectus virginitatis licite resilitur à sponsalibus. Respondeo
hoc procedere in sponsalibus vere conditionalibus,
quia ante conditionis euentum nulla oritur obligatio; At quæ tacite intelliguntur non faciunt sponsalia conditionalia vt idem Sanchez loc. cit. nu. 3.
& ideo non suspendunt consensum sed statim
oritur obligatio quæ tamen est dissolubilis prolibito.
225 Ex traditis facile cuiq; erit colligere quas donationes, sponsalitias largitates, & Arras poterint
sponsi vel coniuges statim sibi retinere vel expectare teneantur mortem alterius & pariter quas
debeant reddere & ista in gratiã amicissimi patris
Sanch. sectatoris.

S V M M A R I V M.

1 *Narratur factum expositum.*
2 *Proponuntur illa quæ sunt resoluenda.*
3 *Mulier tenetur sequi virum, nisi subsit legitima causa non sequendi, etiamsi pro sua tantum voluntate mutet domiciliam.*
4 *Tenetur sequi sub mortalis peccati pæna.*
5 *Etiamsi sine vlla causa mutet domicilium.*
6 *Maritum vagantem tenetur vxor sequi, si conscia secum contraxit, si vero inscia vel potest sequi sine suo incommodo, & tenetur, vel non potest sine incommodo & non tenetur.*
7 *Maritum longum iter suscipientem, & cito reuersurum non tenetur sequi vxor, si vero diu est commoraturus in loco ad quem tendit, tenetur.*
8 *Mulier si commode potest tenetur sequi virum exulantem, non tenetur autem si cum decore conuenienti sequi non potest. Ego puto quod teneatur si commode possit quando exulat ob vnum delictum non autem quando pro alio vt ibi.*
9 *Intercedente pacto non sequendi nisi causa noua succedat mulier non tenetur sequi.*
10 *In traditione rei vel corporis sui licet cuicunq; apponere pactum, quod sibi magis libuerit.*
11 *Societas ex noua causa superuenienti dissoluitur etiam ante præfixum tempus.*
12 *Videtur obstare l. Titio centum ff. de cond. & demonst.*
13 *Respondetur & exponitur illa lex.*
14 *Duplex modus aduertendus, quo possunt fieri legata sub conditione.*
15 *Noua superueniente causa tenetur mulier sequi virum non obstante pacto etiam iurato.*
16 *Maritus sine causa non seruans pactum non tenetur ad pænam si est adiecta, non autem si cum causa.*
17 *Causæ sufficientes non seruandi pactum assignantur.*

An vxor teneatur sequi virum.

L X I V.

1 DOmina † Vrsina nupsit Comiti Rugerio hoc expresso pacto, quod è domo paterna mariti nullo modo vult exire, & si contingat maritum aliquo casu cogi alio transferre domiciliũ, vel alibi commorari, quod ipsum sequi non teneatur; Cogitur exulere Comes Rugerius, instar vt sequatur mulier, ipsa renuit adducendo pactum, quo tali obligatio ne putat se liberari. Queritur an non obstanre pacto adhuc maritũ vxor sequi teneatur.

2 Vt

2 Vt † res ista plene habeatur. Explicabimus. Primò An mulier teneatur sequi maritum nullo apposito pacto non sequendi. 2. Apposito pacto. Et dum quærimus an teneatur sequi nullo interposito pacto non sequendi tradenius, an teneatur sequi, quando alio transfert domicilium. 2. quando vagatur. 3. Quando, nec transfert domicilium, nec vagatur, sed ad tempus alicubi commoratur. 4. Quando ab aliquod delictum suum cogitur exulare, & dum quæremus an teneatur apposito pacto, decidemus, an teneatur, si maritus alio se transfert sine causa. An cum discedit cum causa. Et quid si pactum sit iuramento firmatum, & tandem si sit adiecta pœna.

3 † Quoad primum. An videlicet nullo interposito pacto teneatur vxor sequi maritum mutantem domicilium? Respondeo, quod si nulla subsit legitima esusa non sequendi, tenetur illum sequi, licet nulla impellante causa, sed pro sua libertate mutet domicilium. Quod teneatur sequi est D. Augustini relati c. vnaqueque 13. quæst. 2. vbi habetur vnaquæque mulier sequatur virū suum, siue in vita, siue in morte, quia coniuges tenentur ad mutuum obsequium, & de muliere habetur l. Sicut ff. de operis libert. Nam hæc, cuius Matrimonio consensit, in officio mariti esse debet; & vir est caput mulieris

4 ad Ephes. 5. & ad Corint. 1. cap. 11. † & de hoc nemo dubitat, &, cum sit res grauissima, tenetur sub mortali, vt bene tradit Nauar. cap. 14. num. 20. Philiarcus de off. Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 4.

5 cap. 10. † & tenetur, etiamsi sine causa domicilium muret; Quia ad ipsum spectat eligere, cum sit caput, & mulier debet sequi Glossa cap. 1. de Coniu. lepro. verbo sequatur, Hostiensis ibidem super eodem verbo; Innocent. num. vnico Anton. num. 11. Abbas cap. De illis num. 4. de sponsali. Rosella verbo vxor num. 3. Angelus eodem verbo num. 9. Siluestr. quæst. 8. & in alij; dixi, nisi subsit legitima causa, quia, si subsit, non tenetur, vt, si non posset sequi, nisi magno suo detrimento, Sotus 4. dist. 35. quæst. vnica artic. 1. ad 2. in fine, vel, si illam maritus vellet pertrahere ad peccandum, aut vxor maritum non posset sequi, nisi graui periculo suæ vitæ, vrgentius, est enim præceptum abstinendi à peccatis, & tuendi vitam propriam, quam sequendi maritum. Rosella, Angelus, Siluester, & alij locis citatis. Aut etiam si mortem timeret à marito postquam eduxerit è proprio loco Nauar. lib. 4. conf. tit. de Diuort. conf. 3. num. 4.

6 † Ad secundum. An videlicet vxor teneatur sequi virum, quando vagatur, nec vllibi consistit. Respondeo, Aut coniux nouit mores mariti vagari soliti, vel non. Si nouit, tenetur illum sequi, quia videtur approbasse vitam illius, si non nouit, & non potest commode sequi, non tenetur, quia non videtur adstringenda tam duræ obligationi. Glossa cap. vnaquæque 13. quæst. 2. verbo sequatur Abbas, & alij apud Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 41. num. 6. Si verò commode potest, & absque suo detrimento, videtur teneri, siue sciuerit, siue non mores mariti quia etiam in hoc casu vrget præceptum, nec adest causa excusans, cum possit commode sequi, intellige tamen, nisi causa vagandi sit inhonesta, cum enim tali vagatione maritus peccet, non tenetur vxor peccantem sequi. Rosella Angelus Siluester allegati & alij. Si autem non sit turpis, licet non necessaria, imò non necessaria & temere fiat, si commode potest, tenetur vxor vagantem sequi Couar. 4. decret. 2. part. cap. 7. num. 5. & alij.

7 Ad 3. † quando alio se transfert maritus animo tantum ibi manendi aliquod tempus, & hoc elapso domum est reuersurus; Respondeo. Si longum est iter, & cito est reuersurus, non tenetur vxor sequi maritum in illa peregrinatione; Si verò diu ibi est commoraturus, si hoc iter peragit maritus aliqua vrgenti causa, tenetur vxor comitari, si verò nulla, vel leui, non tenetur subire magnum incommodum longi itineris; Si verò ibi domicilium est constituturus etiam sine causa tenetur sequi, vt supra dictum est.

8 Ad 4. † An maritum ob delictum exulantem teneatur vxor sequi; Respondeo, si commode possit, teneri illum sequi; si autem commode, & cum decore conuenienti non potest, non tenetur. Quia culpa viri non debet ipsa puniri. Putarem tamen teneri, si maritus exularet ab aliquod delictum, quod mundus solet non habere dedecori; sed potius honori illi daretur, si verò ob furtum, vel quid simile non obligarem. In primò enim casu videtur quodammodo maritus vacare culpa (loquor quoad mundum) quia delictum suppono commissum ne haberetur vilis vel abiectus, in secundo autem, ob delictum habetur infamis & est maxime culpabile. Maritus autem in vno tantum casu tenetur sequi vxorem, si ex necessaria causa mutet domicilium, quia quoad mutua obsequia sunt pares. Gloss. cap. 1. de coniu. lepros. verbo sequantur vbi Hostiensis eodem verbo. Innocent. numer. vnico Anton. num. 11. Ancharan. num. 6. Henri. cap. de illis num. 4. de sponsal. & alij. & hæc est differentia inter virum, & vxorem, quod vir, cum sit caput, potest pro libito mutare domicilium, mulierque tenetur sequi, ipsa verò tantum pro necessitatis causa potest mutare, & maritus eo tantum casu tenetur sequi, quia caput debet habere curam membri, & cohabitatio obligat vtrumque coniugem, cum ergo coniux compellatur discedere, vt cohabitent tenetur maritus illam sequi.

9 An autem † posito pacto quod illum non teneatur sequi nihilominus teneatur. Respondeo non teneri illum sequi, nisi noua causa vrgens superueniat. Quod non teneatur sequi probo, quia illud

10 pactum est licitum; † licet enim cuicumque in traditione rei suæ apponere quodcumque pactum sibi bene visum cap. Verum de condit. appos. & l. 1. C. de pact. ergo licet etiam coniugi apponere hoc pactum dum tradit corpus suum marito. Si verò causa vrgens superueniat non obstante pacto tenetur sequi arg. l. Si conuenerit cum duplici se-

11 quenti ff. pro Socio, vbi deciditur † Societatem ex noua causa superueniente dissolui posseante tempus præfixum, & docent Hostiensis sum. tit. de coniug. seru. num. 5. in fin. & cap. 1. Qui matr. recusare possint paulo post princip. vbi Ioan. Andr. num. 5. Anton. num. 9. Anchar. num. 5. Abbas antiquus & communis ibi vt refert & sequitur ibi Panormit. & plures alij apud Sanchez loc. cit. n. 2. §. Tandem probatur.

12 † Obijcies l. Titio centum §. Titio centum el s. ff. de condit. & demonstr. vbi habentur hæc verba Titio centum relicta sunt ita, vt à monumento meo non recedat, vel vt in illa ciuitate domicilium habeat, potest dici non esse locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur ex qua lege constat non valere conditionem adiectam legato vt legatarius teneatur habitare in certo loco eo quod contineat quandam speciem seruitutis & ideò reiecta conditione legatum debetur ergo similiter eadem conditio reijcietur à sponsalibus.

13 † Ref-

13 † Respondeo istam legem esse intelligendam
quando illa conditio in nullius cedit fauorem & est
vana, ita explicat Bartol. ibi nu. 4. Cuman. Imol.
Paulus ibi & alij. At ista conditio cedit in maxi-
mum fauorem sponsæ ne cogatur deserere patriam
& cogatur habitare inter extraneos. Et valet con-
ditio apposita in primogenijs vt successor sub pœna
maioratus amissi teneatur habitare in certo loco
quia interest ad memoriam & honorem defuncti
14 talis habitatio. † Deinde obserua duplicem modũ
quo sub hac conditione posset legari Primus est:
lego Titio domum meam sub conditione quod in
oppido N. habitet & hoc casu reiecta conditione si
in nullius cedat fauorem honorem, vel memoriam
debetur legatum, quia sine causa talis seruitus
imposita est. Secundus modus est; lego domum
meam si tale oppidum habitet & hoc casu non
reijcitur quia non vocatur ad legatum seruitutis
sed ad spem lucri, vt enim lucretur innitatur ad le-
gatum & ideò etiam si modus in nullius sit fauorem
non reijcitur sed debet seruari vt legatum acqui-
ratur.

Superueniente autem causa tenetur vxor sequi
15 maritum etiamsi pactum non mutandi † domici-
lium vel non discedendi esse iuratum. Quia alias
pactum esset iniquum, quia si ex causa tenetur
discedere nec posset compellere vxorem ad se se-
quendum daretur causa committendi adulteria,
quare nec pacto expresso coniuges ad id se possunt
adstringere cap. tua de iureiur. & cap. Veniens de
regul. Sic Abbas cap. 1. num. 5. qui Matr. accusare
poss. & ibi Alex. de Neuo.

16 † Maritus autem pacto contraueniens teneretur
ad pœnam si esset adiecta, & sine causa non seruaret
promissum si verò ex causa sicuti non obligatur
17 stare pacto ita neque obligatur ad pænam. † Sunt
autem causæ sufficientes non seruandi pactum etiã
iuratum initum cum muliere non discedendi à loco
conuento. Superueniens aeris intemperies. Ca-
pitales inimicitiæ ortæ denuo inter maritum, &
alios, & similes aliæ. His enim superuenientibus
pactum non obligat licet iuratum. Nec tenetur ad
pænas quia quoties pactum irritum est, corruit
etiam pæna ei accessoria vt late probat Sanchez de
Matr. lib. 1. disp. 7. num. 17. Accessorium enim
sequitur naturam sui principalis Reg. Accessorium
de reg. iur. in 6. & docet Gloss. l. Si patronus
§. patrono verbo Fabiana ff. si qui: & fran. patro.

SVMMARIVM.

1 *Pactum propositum soluendum.*

2 *Facile soluitur.*

3 *Pater non tenetur alere filium, qui sua indu-stria, & arte potest se ipsum alere, si tamen ars sit conueniens statui filij.*

4 *Soluuntur multa de alimentis & legitima infra.*

5 *Filij alij sunt legitimi, idest ex legitimo Matrimonio, alij sunt legitimi, secundum iura gentium. Alij sunt nati in figura matrimonij, & qui sint isti.*

6 *Requisita ad hoc vt filij nati in figura Matrimonij gaudeant successionibus &c.*

7 *In hoc casu excusat error seu ignorantia iuris quando non est supina.*

8 *Excusat error facti licet non sit admodum probabilis.*

9 *Bona fides non interrumpitur ob litem motam super validitate Matrimonij.*

10 *Neque si nata esset sententia; dummodo esset appellatum.*

11 *Semper præsumitur error in hoc casu.*

12 *Mala fides in vtroque parente non tollit, quin filij sic nati possint legitimari à Summo Pontifice.*

13 *Adoptio est actus legitimus per quem aliquis adscribitur filius, & efficitur qui prius non erat.*

14 *Filij alij adoptiui alij arrogati: quomodo fiant cuius iuris; & quid adoptiui consequantur.*

15 *Quid consequantur arrogati.*

16 *Arrogatio est nomen iuris ciuilis.*

17 *Arrogati, & adoptiui non comprehenduntur sub reseruatione casuum.*

18 *Quommodo differat legitima debita adoptiuis ab illa quæ debetur arrogatis.*

19 *Vere adoptiui, cum adoptantur vel sunt emancipati vel non, & emancipantur ab auo paterno, aut materno, vel ab extraneo, & quid iuris.*

20 *Alij sunt filij emancipati, & quid sit emancipatio, & de quibus proprie dicatur.*

21 *De quibus dicatur, ex vsu.*

22 *Emancipatio est relaxatio patriæ potestatis corã iudice competente voluntate patris, & filij concurrente, explicatur, & traditur quid iuris habeat emancipatus.*

23 *Decedens ab intestato iudicandus est se conformare dispositioni iuris communis.*

24 *Non est inducenda exhæredatio ab intestato, quæ non datur, nisi in casibus, quibus filius redditur indignus.*

25 *Ab intestato non est agendum de legitima inter liberos cum tota hæreditas perueniat ad filios.*

26 *Ex sola diuisione bonorum facta à patre inter filios non inducitur mancipatio, sed debet probari.*

27 *Filij alij naturales, alij spurij, & qui sint de iure ciuili, & canonico.*

28 *Requisita de iure ciuili, vt quis dicatur naturalis.*

29 *Qui dicantur de iure canonico.*

30 *Naturales in successionibus testatè.*

31 *Idem in successionibus intestati.*

32 *Spurij non succedunt patri neque ex testamento, neque ab intestato. Neque illis debetur legitima. Neque valet statutum permittens patri posse relinquere quocumque modo.*

33 *Quidquid reperitur possidere spurius, quod sit patris, præsumitur possidere fraudulenter.*

34 *Vendita à patre vel ab alio e[illegible] patris filiæ spurijs ex contractu inter viuos præsumuntur vendita in fraudem, & venditio rescinditur.*

35 *Confessio patris de debito facta in gratiam spuriorum, non valet etiamsi sit firmata iuramento.*

36 *Quoad effectus capacitatis succedendi &c. non dicuntur contrahere aliquod ius filiationis, vel agnationis cum patre, vel linea paterna, sed connumerantur inter extraneos. Nec possunt vocari descendentes.*

Nec incurritur pæna parricidij patre filium, vel filio patrem occidente.

37 *Potest spurius petere à patre alimenta sibi debita de canonica æquitate.*

38 *Et filiæ dotem, quæ succedit loco alimentorum.*

39 *Legatum à patre factum spurijs sustinetur eam vim causa alimentorum.*

40 In

40 Iu dubio omne legatum censetur factum in hanc causam.

41 Nisi excedat alimenta sust.netur, si excedat excessus alimentorum vel dotis reuocetur, & applicatur, vel filijs, vel venientibus ab intestato.

42 Legatum quoad excessum habetur pro non scripto.

43 Dos filiæ est assignanda non respectu legitimæ, sed alimentorum.

44 In taxandis alimentis habenda est ratio ætatis.

45 Taxatio alimentorum est facienda habita ratione necessitatis naturalis non conuenientiæ status patris.

46 Dos nou debetur spuriæ quando habet aliundo boua ex quibus dotetur.

47 Assignata propter alimenta finita causa alimentorum redeunt ad hæredes patris, vel ad patrem, uou ad hæredes spuriorum.

48 Nisi tamen spurij relinquerent post se filios quia etiam isti sunt alendi.

49 Dicta non milstant in spurijs principium.

50 An filius in dubio sit ceusendus spurius, vel naturalis.

51 Patris assertio uou facit filium naturalem, & in dicto patris parum fuudamentum est faciendum.

52 Quod iuris competat spurijs in bonis maternis.

53 Quid in bonis aui.

54 Coutemplatio habita per disponentem operatur ac expressum.

55 Illud suspicitur propter quod fit actus.

56 Quomodo cognoscatur an dispositio sit facta coutemplatione patris remissiue.

57 Quid dicendum de filijs legitimis patris spurij.

58 Quid intelligatur nomine legitimæ sobolis.

59 Quid de bonis agnatorum.

60 Quibus deferatur successio spuriorum.

61 Spurij & descendeutes à spurijs, connumerantur omninò inter extraneos.

62 Ad quæ non prosint spurij.

63 Iu fauorabilibus nou veniunt nomiue filiorum.

64 Licet de iure scripto non obtineant iura sanguiuis natura tamen est omnibus communis.

65 Includuntur in casibus reseruatis.

66 Ciuilitas acquisita à patre pro se, & pro suis filijs, non participatur à naturalibus.

67 Honorum, & diguitatum sunt incapaces, rejciuntur à pensionibus Ecclesiasticis ex dispensatione redduntur habiles ad clericatum.

68 Quoad diguitates sæculares nou sunt nobiles, nou debent sedere ad meusam cum legitimis.

Possunt ferre arma, & insigna, sed cum quadam sbarra.

69 Explicatur secuuda pars diuisiones quæ est quid iuris habeant in causa testati, & traditur Regula.

70 Quomodo fraus dicatur probata in causa institutionis.

71 Legatum factum de mente patris non valet.

72 In foro auimæ si fraus iuteruenit in testamento condito in fauorem spuriorum licet non probetur attamen testamentum non est exequendum.

73 Et tam rogans, quam rogatus tenentur satisfacere venientibus ab intestato nec sunt tuti in conscientia nisi satisfaciant.

74 Spurij in foro conscientiæ nihil possunt capere præter alimenta.

75 Vterini naturales inuicem sibi succedunt.

76 Filij alij sunt legitimati, & legitimati sunt in quadruplici differentia. 1. Per obligationem Curiæ. 2. Per præsumptionem. 3. Per subsequens matrimouium. 4. Principis rescripto.

77 Legitimandi debent esse naturales, spurij non legitimantur, sunt enim indigni omue beneficio, Ab aut saltem principis rescriptol remissiuè.

78 Legitimatio per oblationem ad curiam quæ sit.

79 Legitimatio per præsumptionem quid sit.

80 Quid requiratur vt legitimet filium.

81 Talis legitimatio nihil operatur in præiuditium legitimorum,

82 Legitimantur etiã ingredientes religionem; quid operetur, & quid uou.

83 Qui sint legitimate per subsequens matrimouium

84 Ius canonicum quoad ista seruatur etiam in foro exteriori.

85 Seius solutus habuit rem cum Camilla item soluta, & ex illa liberos suscepit, deinde duxit Antoniam qua mortua ducit Camillam: an filij nati ex Camilla legitimentur per hoc subsequens matrimonium.

86 Sufficit extrema esse habilia licet medium fuerit inhabile.

87 Quid dicendum de inueteratis in concubinatu qui postea tempore mortis concubinas ducunt in uxores?

88 Per subsequens matrimonium non legitimantur filij, nati ex personis inter quas matrimonium stare nou poterat.

89 Neque legitimantur filij clerici in minoribus constitusi, & beneficiati.

90 Legitimantur filij in minoribus constituti sed non beneficiati.

91 Nec legitemantur illi quos pater non intendit legitimare.

92 In legitimationi maxime spectatur voluntas patris.

93 Et quicumque consensus sufficit.

94 Legitimatis per subsequens matrimoniũ debetur legitima, quæ debetur etiam legitimis, & naturalibus sunt enim vere legitimi nec differunt à naturalibus.

95 Imò sunt melioris conditionis, & traditur.

96 In statutarijs, & quibuscumque alijs dispositionibus veniunt nomine legitimorum, & natorum de legitimo matrimonio.

97 Habent omnia iura agnationis, & agnatis succedunt tam ex testamento quam ab intestato.

98 Admittuntur ad omnes dignitates sæculares, & Ecclesiasticas etiam ad Episcopatum.

99 Nou ad Cardinalatum.

100 Consequuntur omnem nobilitatem paternam.

101 Succedunt in fideicommissis cum clausula vt ibi.

102 Faciunt deficere conditionem, vt ibi.

103 Nisi expresse appareat de mente contraria, vt ibi.

104 Si exhæredentur sine causa in testamento, adhuc debetur legitima.

105 Legitimatio est actus solius principis.

106 Potest tamen princeps hanc suam potestatem alteri delegare.

107 Quid operetur legitimatio per principem vltra id quod operatur legitimatio per subsequens Matrimonium.

108 Legitimant non solum Imperator, & Summus Pontifex sed etiam quilibet alius princeps in suo statu.

109 Quid iuris habeant sic legitimati.

110 *In causa testati tenetur pater vel instituere vel exhæredare filium sic legitimatum vt testamentum valeat.*
111 *Quibus debetur non solum legitima, sed etiam trebellianica.*
112 *Nec imputant vnam quartam in aliam.*
113 *Si moueretur quæstio super inualiditate legitimationis sunt immittendi in possessionem data cautione restituendi donec appareat illis legitimam non deberi.*
114 *Si legitimatio non esset omninò generalis sed restricta quid iuris habeant explicatur.*
115 *Legitimati in terris Ecclesiæ subiectis an admittantur ad fideicommissa feuda, & emphyteuses.*
116 *Quomodo dicta de legitimatione, de capacitate succedendi &c. procedant in legitimatis mortuo patre.*
117 *Super omnia inspiciendum est priuilegium, & facultas principis quibus potest legitimare.*
118 *Non enim plus potest quam illi sit concessum, etiamsi accedat expressus consensus legitimorum.*
119 *Quid importet clausula. Sine præiuditio venientium ab intestato inserta in legitimationibus, refertur sententia Ancarani.*
120 *Refertur sententia aliorum.*
121 *Verba sunt restringenda ne sequatur absurdum.*
122 *Viuentis nulla est hæreditas.*
123 *Cui incumbat onus alendi filium, cum non constat an sit naturalis, vel spurius.*
124 *Aliorum responsio.*
125 *Iuditium auctoris.*

Filius non emancipatus repetit à patre expensas quas fecit in se ipso alendo.

LXV.

1 CHristoforus N. non emancipatus toto quadriennio sibi alimenta suppeditando multum insumpsit, nunc à patre repetit quas in alimentis fecit expensas. Quæritur an teneatur pater.

2 Facile huic quæstioni potest satisfieri respondendo, quod aut filius pro alimentis contraxit æs alienum, vel non, si contraxit æs alienum, potest à patre petere id, quod sufficiat pro solutione illius debiti, quia vere est debitum paternum, quia pater tenetur alere filium, si vero proprio labore, & industria viuit nihil potest petere in foro conscientiæ. In foro tamen fori officio & auctoritate Iudicis potest repetere estimationem illius, quod insumpsit in se ipsum alendo, quod facere liberum est filio, ita Ioa. Azorius ex Pontano de alimentis lib. 2. par. 2. cap. 4. quæst. 16. suarum institutionum moralium & ita tenent Siluester, & Angelus. Quod verum
3 puto, tam de præteritis, quam de futuris. † Non enim tenetur pater alere filium, qui sua industria, & arte seipsum potest alere, si tamen ars sit conueniens statui filio, nec illum dedeceat, quod si ars statui non sit conueniens, nec aliter filius potest se ipsum alere, tenetur pater ad alimenta. Hæc in
4 summa sunt respondenda quæsito; † attamen quia est res frequentissima ista alimentorum, aliqua tradam magis frequenter accidentia, quæ vt rectius percipiantur, videndum prius de filijs quibus de-
5 bentur alimenta. Filij alij sunt legitimi, qui nati sunt ex patre, & matre legitimo, & vero matrimonio copulati secundum ritum Ecclesiasticum, & isti sunt illi, quos nos vere dicimus legitimos. Alij sunt legitimi secundum iura gentium, & sunt filij Turcarum, quorum nuptiæ de iure gentium sunt licitæ, & filij dicuntur legitimi, & ideo si eos ad fidem venire contigerit, eorum nuptiæ non irritantur cap. de infidelibus. extr. de consang. & affin. cap. finali ext. Qui filij sunt legitimi cap. gaudemus. ex. de diuortijs. Couar. de sponsal. p. 2. c. 1. num. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 26. num. 63. Alij sunt nati in figura matrimonij, quales sunt, qui ex matrimonio solemniter contracto nascuntur, quod tamen ob aliquod impedimentum non potest subsistere iuxt. tex. in cap. ex tenore. ex. qui filij sint legit. & docent communiter, isti sunt legitimi, & naturales cap. peruenit Gloss. Hostiens. Abb. But. & Anchar. Qui filij sint legitimi Abbas in c. cum inhibitio num. 4. de clandest. despons. Gabriel comm. tit. de leg. conc. 4. nu. 1. Curtius iun. cons. 52. colu. 1. lib. 2. Paris. cons. 15. num. 44. lib. 2. & alij, & succedunt in omnibus, prout vere legitimi, & in legalibus, & statutarijs dispositionibus veniunt appellatione legitimorum Curt. iu. cons. 27. num. 6. Peregri. de fideicomm. art. 24. nu. 72. & possunt succedere in dignitatibus Ecclesiasticis Abbas cap. ex tenore in fine. Qui filij sint legit. succedunt in feudis. Paleot. de Nothis & Spur. cap. 9. Peregrin. de fideicomm. art. 24. num. 66. & in fideicommissis Peregr. ibidem num. 77. & alij. Et admittuntur ad reliquas cognatorum, & agnatorum
6 successiones, idem Peregri. ibidem num. 6. † Requiritur tamen, vt tales habeantur, quod in matrimonio eorum parentum interuenerint requisita à Conc. Trident. sess. 25. cap. 1. Præterea ignorantia impedimenti & bona fides cap. cum inhibitio. de clandest. despons. & ibi Butr. nu. 10. & 19. Abbas num. 4. Couar. de spons. cap. 6. num. 18. ideo secus dicendum est de illo, qui natus est ex matrimonio clandestino Thesaurus lib. 3. quæst. for. 94. num. 6. & 7. Sufficit tamen, quod ignorantia sit in vno tantum parente, & ob ignorantiam vnius parentes iste filius non differt ab alijs filijs qui vere sunt legitimi. Paleot. de noth. & spur. cap. 9. num. 14. Pereg. vbi sup. num. 66. Thesau. vbi sup. num. 1. & 5.

7 † Excusaret error iuris, seu ignorantia, quando non esset supina, & æquipararetur errori facti, pareret bonam fidem, Pereg. ibid. num. 69. Costa
8 dist. 36. de facti scient. & ignor. num. 7. † Idem, quando essentas in errore facti, quamuis huiusmodi error non esset admodum probabilis Costa loco
9 cit. nu. 8. & Peregr. item loc. cit. nu. 68. † Neque bona fides interrumpitur ob litem superuenientem
10 super validitate matrimonij, Pereg. num. 70. † & hoc procedit etiam quando nata esset sententia iudicis, & monitio, dummodo tamen sit à sententia appellatum Gabriel d. concl. 2. num. 11. Peregr.
11 num. 71. † Semper autem in hoc casu præsumitur error, & bona fides maxime si matrimonium sit celebratum in facie Ecclesiæ Gabriel d. concl. 2. num. 22. Rolandus à Valle cons. 93. lib. 2. Cephal. cons. 307. num. 61. Menoch. cons. 15. num. 7. Peregr. num. 67. Secus autem si matrimonium fuisset clandestinum Sanch. de matr. lib. 8. disp. 42. num. 1. Gutierez de matr. cap. 71. num. 8. de hoc tamen vide Beltram. ad decis. 461. Gregorij
12 XV. vbi asserit esse valde controuersium, † mala fides in vtroq; coniuge non tollit quin filij legitimentur à Summo Pontifici, vel ambobus parentibus adhuc superstitibus, vel altero, aut etiam ambobus mortuis; quotidie practicatur.
13 Alij sunt filij adoptiui. † Adoptio autem est

actus

ctus legitimus, per quem aliquis describitur filios, & efficitur, qui prius non erat. l. 1. ff. adopt. §. 1. instit. eodem & ita tradit Dinus de success. ab intest. col. 2. num. 7.

14 † Adoptiui autem filij, alij sunt arrogati, alij vere adoptiui. Arrogati fiunt coram Principe, vel magistratu, & debent esse sui iuris, & efficiuntur sub potestate arrogantis, & de illius familia, & agnatione, l. qui in adoptionem ff. de adopt. Adoptiui autem non sunt sui iuris, sed sub patria potestate, & non transeunt in potestaté adoptantis, nisi adoptans sit auus paternus, aut maternus l. 2. ff. de collat. §. 1. §. sed hodie Inst. de adopt. l. Cum in adoptiuis §. Si verò pater C. eodem tit.

15 † Arrogati assequuntur legitimam, & alimenta in bonis patris, vere enim dicuntur filij, & ad instar naturalium quidquid acquirunt, acquirunt patri quoad vsumfructum l. 1. & 2. l. Si pater §. Si arrogator ff. de vsufruct. Dinus de success. ab intest. num. 8. & dicuntur de familia non obstante, quod sine emancipati. Socin. iunior. cons. 32. num. 2. lib. 1. dicuntur agnati, & comprehenduntur sub quacumque dispositione loquente de agnatis, & consanguineis Socin. eodem cons. num. 3. & 6.

16 † Agnatio enim est nomen iuris ciuilis §. 1. Inst. de leg. agnat. tut. & ideò per arrogationem fiunt vere agnati, & illis competit beneficium statuti, & legis disponentis de agnatis, quia in istis ius vere, & non ficte disponit Bartol. quam DD. sequuntur in l. Si is qui pro emptore. ff. de Vsucapi. Socin. vbi supra num. 3.

17 † Non tamen comprehenduntur in casibus reseruatis, quia naturaliter non sunt agnati: Reseruatio autem fit ratione sanguinis, & commistionis seminum. Licet descendens filius in primo gradu lineæ dicatur, sicut vetus naturalis, l. Iuris consultus §. transeamus ff. de gradi. Socin. num. 4. & appellentur suus hæres §. 1. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer l. 1. §. suos ff. de suis & legit. Socin. num. 7. & 8. Peregrin. de fideicom. art. 36. nu. 42. Habent ius quærelandi, & contratabulandi. Cynus. l. 1. vbi etiam Fulgos. ff. de adopt. Iason. l. Si arrogator num. 53. ff. de adopt. faciunt etiam partem cum alijs filijs in legitima Cor. cons. 85. num. 16. lib. 3. Gabriel cons. 113. num. 32. lib. 1.

18 † Differt tamen legitima, quæ debetur arrogatis ab ea, quæ debetur alijs naturalibus, quia arrogatus non præiudicat liberis naturalibus in detractione suæ legitimæ. Peregrin. de iure fisci lib. 3. tit. 18. num. 17. vers. Ego. verò, estque aucta vsque ad trientem sicut legitima aliorum naturalium per ea quæ tradit Mangil. de impu. & detract. q. 8. num. 19.

19 † Vere autem adoptiui, vel, cum adoptantur, sunt emancipati, vel non. Aut adoptantur ab Auo paterno, vel materno aut ab extraneo. Vere adoptiui non emancipati quando adoptantur, nec adoptantur ab auo de iure nouo non transeunt in adoptantis potestatem, sed remaneat sub potestate patris naturalis, à quo legitimam assequuntur, succedunt tamen ab intestato adoptanti l. Si te C. de suis & legit. hæred. Matesi. de success. ab intest. in 3. membro art. 1. num. 1. Ex testamento autem nihil capere possunt, nisi instituantur, neque possunt adducere querelam inofficiosi testamenti, nec petere legitimam, l. Cum adoptiuis §. sed ne articulum C. de adopt. & ibi Gloss. in verb. tantum modo. Tiraquel. l. Si vnquam in verbo susceperit liberos C. de reuoca. donat. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 31. num. 26. Non succedunt agnatis adoptantis, quia non habent iura Sanguinis text. in l. Cum in adoptiuis §. sed nec articulum, per illam dictionem. Tantum modo, vt Gloss. ibi. C. de adopt. Si verò, quando adoptantur filij sunt impuberes, ex benigna constitutione Diui Pij habent quartam l. 2. C. de adopt. Peregrin. de fideicom. art. 36. nu. 41. Si verò sunt emancipati per adoptionem adeò transeunt in potestatem adoptantis, vt æquiparentur arrogatis, & obtinent successiones, vt vere legitimi §. minus ergo in fin. Instit. de hæred. quæ ab intest. & si adoptantur ab Auo habent intestatas successiones, pro vt naturales, & etiam ex testamento, assequuntur legitimam, alias accusare possunt testamentum text. in de l. Cum in adoptiuis vers. Si verò pater C. de adopt. Dynus de success. ab intest. colu. 2. n. 9. Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 43. vbi damnat. sententiam Iasonis contrarium sentientis.

20 † Alij sunt filij emancipati, est autem emancipatio, quasi extra manum, idest potestatem positio, proprie dicitur secundum Hugonem de capiris in
21 prælio † Ex vsu tamen emancipatio liberis, manumissio verò seruis competit à potestate patris,
22 aut domini seruiturc liberatis, & definitur † quod sit relaxatio patriæ potestatis coram iudice competente voluntate patris, & filij cócurrente. Potest pater emácipare filium etiam absentem impetrato rescripto Principis, & accedente consensu filij, vt notat Bart. in l. iubemus C. de adopt. Non potest tamen regulanter cogi pater emancipare filium, quia patria potestas est inæstimabilis, l. filius familias §. vt quis hæredem ff. de leg. 1. Tenetur tamen in aliquibus casibus. Vt si pater male afficiat filium verberibus, si compellat eum peccare in corpus suum. Si filius est arrogatus impubes, & factus pubes probat arrogationem nó sibi expedire. Item si pater agnouit sibi relictum legatum, vt filium emanciparet Neque filius potest compelli, vt emancipetur à patre, quia in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis nihil potest fieri altero inuito Auth. quib. mo. nat. effic. sui. §. Si verò: Datum autem à Patre filio in premium emancipationis secundum consuetudinem vt l. vt liberis. C. de Collat. bono. est communicandum cum alijs fratribus, non computatur tamen in legitimam nisi hoc expresse dicat pater vt l. Si quando C. de in off. test. Emancipato debétur alimenta Surdus de alimen. tit. 1. quæst. 1. num. 20. & 21. Debetur etiam legitima, Marcus Mant. Sing. 562. Bereng. in l. in quartam num. 35. cum seq. ff. ad l. Falcid. Decianus cons. 9. num. 5. lib. 3. Surdus sibi contrarius de alim. tit. 1. quæst. 1. num. 24. & alij. Per emancipationem filius efficitur sui iuris, quoad acquisitionem, & liberationem à patria potestate, & habet legitimá potestatem contrahendi in omnibus, habetur tamquam mortuus quoad patriam potestatem remanet tamen in illo quidem effectus patriæ potestatis, & quædam reliquiæ, quæ sunt magni effectus Aretinus §. ius autem Inst. de patr. potest. est. 17. num. 20. & cap. vlt. num. 89. differentiæ patriæ potestatis, & emancipationis sublatæ sunt per iura Codicis §. Nulla verò Auth. de Hæred. ab intest. venic. & alia allegata post Iason & Alex. per Crassum §. suitas quæst. 4. num. 9. Communicat bona habita in premium cum alijs fratribus, agit tamen ad legitimam, & ipsi legitima est relinquenda titulo institutionis, vnde etiamsi pater relinquat in testamento aliquid, quod non sufficiat ad legitimam agit ad supplementum, & si decedat intestatus, & habeat

vnum filium emancipatum, & alium sub patria
potestate, æqualiter hi duo filij admittentur ad
successiunem, licet aliqua bona pater tradiderit
emancipato in premium emancipationis Crassus §.
successio ab intest. quæst. 2. num. 3. non enim
censetur per emancipationem, & assignationem
factam in premium velle excludere à successione,
sed tantum vt habita emancipatus teneatur con-
23 ferre, † quia decedens ab intestato iudicandus est
se conformare dispositioni iuris communis admit-
24 tentis æqualiter vtrumque; † Nec inducenda est
exhæredatio ab intestato, quæ non datur nisi in casi-
bus, in quibus filius reditur indignus, & succedit re-
25 gula † quod ab intestato nō est agendū de legitima
inter liberos, cum tota hæreditas ad filios pertie-
26 niat. † Debet autem de emancipatione legitime
constare, ex sola enim diuisione bonorum facta à
patre inter filios non inducitur mancipatio, neque
ex sola assignatione patris Socinus iunior. cons.
33. coln. 1. lib. 3. Costa de port. rata quæst. 164.
num. 5.
27 † Alij sunt filij naturales, alij spurij. Quia autem
sunt isti, non conueniunt iuris Ciuilis, & Canonici
interpretes. Nam Iuristæ non solum appellant spu-
rios, qui nati sunt ex soluto, & coniugata; sed etiam
28 illos, † qui nati sunt ex solutis, nisi infrascripta
interueniant requisita, nec vnum deficiat. Primò
vt nati sint ex concubina, idest muliere vxoris
nomine sine nuptijs domi retenta. Secundò ex mu-
liere libera, & sola excluso quouis amplexu alterius
viri, domi retenta, & vt vera vxore tractata, & vici-
nis scientibus. Tertiò ex soluta, & cum qua coitus,
& accessus de iure non sit prohibitus. Quartò
quod maritus protestetur se habere illam mulierem
loco vxoris in concubinam. Quæ omnia colligun-
tur ex textu in §. Consideremus in Auth. de trient.
& semiss. in §. si quis in Auth. quibus mod. nat. effi.
sui. tradunt Gloss. in cap. per venerabilem in ver-
bo, naturalibus; Qui filij sint legitimi, & quamplu-
rimi alij, & Farinacius de delictis carnis quæst. 138.
p. 1. per totam Couar. de spons. p. 2. cap. 8. §. 4.
num. 2. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 9. num. 22.
Peregrin. de iur. fis. lib. 3. tit. 28. nu. 3. Surdus de
aliment. tit. 1. quæst. 9. num. 10. cum seque. Ex
quibus infertur secundum ius ciuile, quod natus ex
Virgine sit spurius Grammat. voto 4. n. 15. Paleoth.
de nothis, & spurij cap. 16. num. 5. Rota decis.
338. num. 5. par. 1. nouissim. Quia talis concubi-
tus est prohibitus sub pæna, Item nati ex vidua
Grammat. vbi supr. num. 15. 16. 17. Quia con-
gressus cum vidua est punibilis, idem Grammat.
ibidem. Intellige tamen de primo, vel secundo
concubitu, quia ex diuturna habitatione expurga-
tur stuprum, & inducitur concubinatus Farinac. de
delict. carnis, quæst. 138. nu. 15. ubi etiam addit
aliam declarationem videlicet accedente viri pro-
testatione de inducendo concubinatu. 3. Natus ex
ancilla pariter dicitur spurius cum ad mensam do-
mini non accedit ancilla, nec vt vxor reputatur
Surdus de aliment. tit. 1. quæst. 9. nu. 17. Paleoth.
vbi supra cap. 16. num. 6.
29 † De iure Canonico omnes dicūtur naturales qui
nascuntur ex soluto, & soluta, etiamsi nullum ex
dictis requisitis concurrat Bernus cons. 165. num.
11. lib. 1. Crauet. cons. 166. nu. 8. in fin. Cephalus
cons. 186. num. 78. Paris. cons. 15. num. 56. lib. 1.
Socinus Seni. cons. 47. num. 46. lib. 4. Menoch.
cons. 60. num. 3. lib. 1. Simon de Prett. de vlt.
volu. dubit. 2. solut. 2. nu. 15. Surdus de alimentis
tit. 1. quæst. 9. num. 2. Farin. vbi supra num. 12.
Thesau. quæst. Forens. 22. num. 2. lib. 1. Spurius
autem dicitur, qui natus est ex damnato coitu, &
ex parentibus, qui tempore conceptionis non po-
terant inter se contrahere matrimonium Speculat.
in tit. de success. ab intest. colum. 4. Bart. in l. vlt.
de Concubi. Bald. in l. vlt. de natu. lib. Natta in l.
hac consultissima §. ex imperfecto quæst. 14. de test.
Ripa l. Ex facto §. Si quis rogatus num. 4. ff. ad
Trebell. & ita decisum coram R. P. D. Blanchetto
in Leodiens. hæred. 22. Iunij 1573. & tenet Mantic.
decis. 83. & ita accipiendum est hoc nomen Natu-
ralis, & spurij etiam quoad successionem, vt quoties
possunt succedere naturales succedunt omnes illi
qui sunt nati ex soluto, & soluta & excludantur spu-
rij, idest qui nati sunt vt supradictum est, & facit
dicta decisio Manticæ, in qua hoc modo excluditur
spurius, & quod admittentur naturales modo dicto
tenet Soci. sen. cons. 148. sub. numer. 4. lib. 1.
Roland. cons. 74. numer. 12. lib. 1. Cephal. cons.
48. num. 25. Paleoth. de noth. & spur. cap. 42.
numer. 5. Ioseph. Ludouic. decis. Perusin. 18.
num. 28. vbi multos alios allegat. Surd. cons. 335.
& alij.
30 † Naturales in successione testati, si à patre in
aliquo instituti sint vna cum matre sua possunt ca-
pere vsque ad vnciam extantibus filijs legitimis,
id vero, quod pater supra vnciam reliquit, totum
applicatur legitimis. Legitimis autem non extan-
tibus relicta legitima ascendentibus, totum reli-
quum possunt capere ex testamento, ita probatur
ex §. consideremus in Auth. de trient. & semiss. in
§. discretis. Auth. qui. mod. nat. eff. sui In Auth.
licet C. de nat. lib. & tradit Peregr. de iure fisci
31 lib. 3. tit. 18. num. 1. cum seq. & num. 15. † Ab
intestato autem extanti sobole legitima nihil ca-
piunt ea vero deficiente succedunt in duabus vn-
cijs Peregr. vbi supra numer. 1. Ex quibus collige,
quod, cum ab intestato non succedant, neque illis
debetur legitima, quæ est portio sufficiens intesta-
ti; neque quarela aduersus paternum testamentum,
vt in terminis de vtroque notant Glossa l. 1. ff. de
bonor. poss. contra tab. Alex. cons. 74. lib. 2. Deci.
in l. 1. C. de bonor. poss. contra tabu. & cons. 264.
Aret. in l. Ex facto colum. 9. ff. de vulgar. Crauet.
cons. 450. num. 13. Peregrin. de iure fisci lib. 3.
tit. 18. num. 24. & de fideicom. art. 36. num. 40.
& hoc procedit siue existente siue non legitima
prole ita præcitati Doctores, quibus adde Thesau.
lib. 2. forens. quæst. 26. nu. 10. Neque istis natu-
ralibus competit beneficium l. Inbemus C. ad Tre-
bell. vt liberi non teneantur imputare fructus in
Trebellianicam Angelus ibi quem sequitur Ripa
post Alex. in l. fideicommissariam num. 52. ff. ad
Trebell. Pereg. de fideicom. art. 3. num. 16. Quæ
vera sunt non tantum in filijs immediate sed etiam
in eorum descendentibus natis de legitimo matri-
monio, quia plus iuris non possunt habere isti in
successione aui, quam habeat pater. l. fin. C. de
natu. Azo. in sum. C. eodem tit. Deci. cons. 85.
Crauet. cons. 182. num. 2. Rolandus cons. 174.
num. 23. lib. 11. Ruin. cons. 70. lib. 3. Peregrin. de
iure fisci loco cit. n. 17. Qui similiter neque succe-
dunt ab intestato Auo, Matesil. membro 2. art. 1. n.
4. de success. ab intest. Neque gaudent beneficio
iuris accrescēdi, instituti enim à patre in vna vncia
si vnus legitimus non adeat, vel repudiet successio
illis non accrescit Ripa l. Lucius nu. 4. ff. de vulgar.
Peregrin. dict. tit. 18. num. 14. Neque sub nomine
filiorum admittuntur ad fideicommissarias substi-
tutiones arg. l. ex facto §. si quis rogatus ff. ad Tre-
bell.

bell. Thesaur. decis. pede. 196. & plene, Ioseph
Rustic. in comment. ad l. Cum auus ff. de condit.,
& demonstr. lib. 3. cap. 1. num. 86. Item neque
pater habet legitimam, nec successionem in bonis
filiorum naturalium Nec admittuntur ad dignita-
res, quia non continentur sub appellatione nobiliũ
Bart. in l. tutelas num. 4. ff. de Capitis diminut. &
in l. fin. de verb. signif. Imola in l. ex facto ff. vnde
cogna. Tiraquel. de nobilit. cap. 15. num. 10.
cum seq. & est text. in l. hac parte ff. vnde cognat.
& verum est etiam in filijs ipsorum ex matre
nobili. Additionator ad Bart. in dicta l. tutelas
littera E.

Capiunt tamen vltra vnicam, quando legitimi
consentiunt, & voluntatem accommodant, expresse
Peregrin. dict. tit. 18. num. 18. vbi alios refert,
& cessantibus naturalibus legitimis totum capere
possunt, Peregr. n. 19. Succedunt matri siue extante
siue nõ legitima sobole textus in l. si qua illustris C.
ad orficia vbi Doctores, & quod assequantur legiti-
mã, sicut legitimi. Glossa quam Doct. sequuntur in §.
nouissime Instit. ad orficia. Matesilan. de success. ab
intest. in 2. memb. n. 3. Peregr. de fideicom. art. 36.
nu. 40. Non habent tamen quarelam de inofficioso
ob præteritionem, sed tantum admittuntur ad
legitimam Thesaur. for. quæst. 26. num. 6. lib. 2.
vbi etiam habet, quod est relinquenda titulo insti-
tutionis, Non succedunt tamen matri illustri, &
quæ habet legitimos. Peregri. de iure fisci lib. 3.
tit. 18. num. 21. & 23. Neque adulterini, & ince-
stuosi Thesaur. dicta quæst. 26. num. 9. An autem
naturales succedant agnatis. Decius cons. 311.
colum. 1. Crauet. cons. 138. col. 2. Peregrin. tit. 18.
cit. numer. 25. nulla adhibita defferentia volunt
succedere cognatis maternis, vna cum legitimis,
& videtur probari text. l. hac parte & l. Si spurius
ff. vnde cognat. Alij autem contrarium opinantur
moti ea ratione; quia radix producens iura agna-
tionis sunt pater, & mater, cum autem arceantur
ab eorum successione, videntur etiam excludendi à
successione cognatorum, & posterorum. Sed for-
tasse à successione patris, & matris excluduntur ab
eorum delictum. Quod autem agnatis ex patre
non succedant, sed excludantur, per legitimos
probarunt Baldus consil. 104. lib. 2. Abbas in cap.
Cum haberet in fine de eo qui duxit in vxor. quam
pol. per adult. Cagnolius in leg. Si qua illustris
num. 45. Cod. ad orfic. & alij. Hæc dicta sint iuxta
aliorum placita quid autem ego probem vide res-
ponsum 35. Vbi adhibita distinctione, ad hoc spe-
ctantia aliqua resolu. Nunc de Spurijs, idest natis
ex patre, & matre inter quos matrimonium non
potest constare tempore conceptionis, & agemus
de successione patris, matris, Aui, & Agnatorum.
32 † Spurij non succedunt patri, neque ex testa-
mento, neque ab intestato, & hoc de iure diuino
Canonico, & Ciuili, de iure diuino Genesis cap. 20.
Deuter. c. 20. Eijce ancillam & filium eius. Non
erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ, quod
expendit D. August. super Leuitici. cap. 77. & D.
Paul. ad Galat. 4. de iure Canonic. sunt text. in
cap. dicet aliquis 34. quæst. 4. in cap. per venera-
bilem §. fin. in cap. Tanta. Qui filij sit legit. Ex iure
Ciuile colligitur in §. penul. Auth. Quibus mod. nat.
eff. sui. Auth. Ex complex C. de incest. nupt. &
procedit tam extante, quam non extante legitima
sobole, vt late Cacialup. in l. testam. factio col. 3.
vers. & vltra quęstionẽ ff. de test. Decius cons. 288.
Marsil. sing. 183. Paleoth. de noth. cap. 54. Roland.
cons. 74. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præ-
sumpt. 69. Rota in nouiss. decis. 1169. par. 3. Ex
quo fit, quod neque eis debeatur legitima, Nec
possunt succedere ex quacumque dispositione, siue
testati, siue intestati, siue donationis cuiusuis. Nõ
enim à patre capere possunt vt late Peregrin. de
iure fisci lib. 3. tit. 18. num. 37.

Neque valet statutum permittens patri posse
relinquere Spurijs, quia est nutritiuũ peccati vt late
consuluit super statuto Perusino in simili materia
Honded. consl. 68. per tot. lib. 3. vbi nu. 3. probat esse
cõmunem ex Hostiensi Roman. Butr. Fedcricus de
Senis Castrens. Iason Decius Rosell. Roland. Ruino
33 Crasso Menochius, & alijs. † Et quidquid repe-
riuntur possidere ex bonis paternis, præsumuntur
possidere fraudolenter Bart. l. qui testamentum ff.
de probat. Angelus, l. Si donatione C. de collat.
Socin cons. 65. num. 5. lib. 1. Peregr. cons. 22.
num. 12. lib. 3. & concurrente Scientia incapaci-
tatis, nec in foro interno, nec externo possunt
præscribere bona paterna Pereg. de fideicommiss.
art. 23. in fine Costa de facti scient. & ignor. cent. 2.
34 dist. 19. num. 1. † Vendita à patre spurijs, vel ab
alio contemplatione patris ex contractu inter
viuos præsumuntur vendita in fraudem; & vendi-
tio rescinditur Bartol. in l. Si quis ex bonis num. 4.
ff. de vulg. & pupill. Bald. cons. 75. colu. 1. lib. 2.
Rustic. ad l. Cum auus lib. 3. c. 1. nu. 214. Peregr.
35 cons. 67. num. 15. & † Confessio patris de debito
in gratiam spuriorum non valet, etiamsi iuramento
sit firmata: Ruin. cons. 70. num. 8. vsque ad fin.
lib. 3. & cons. 71. nu. 9. & 10. eodem, & prædicta
procedunt, siue extet, siue non legitima sobolea
Peregr. de iure fisci lib. 3. tit. 18. Neque potest
capere directe, vel indirecte filius ita vt à patre,
nec possit institui, neque pater potest alium insti-
tuere, & illi substituere spurium, vel alium, cuius
secretæ fidei ipse commisit, qui postea spurio hære-
ditatem renunciet, istæ enim sunt fraudolentes
cautelæ, vt per Pereg. d. tit. 18. num. 91. & 92.
& 96. & 102. vbi habet quod talis institutus non
36 potest, restituere spurio; & † potissimum quoad
effectum capacitatis tales filij non dicuntur con-
trahere aliquod ius filiationis, vel agnationis cum
patre, vel linea paterna; sed connumerantur omni-
nò inter extraneos, l. Si spurius ff. vnde cognat. §.
vulgo Instit. de success. cogn. §. Si verò effusa in
Auth. de trient. & semiss. Peregrin. cons. 67. nu. 6.
36 lib. 2. † Nec possunt vocari descendentes Angelus
in l. Ex facto §. Si quis rogatus, vbi Alex. num. 7.
& 39. ff. ad Trebell. & ideò pater à spurio sine ve-
nia in iuditio vocatur Iason in §. penales num. 61.
Instit. de actioni. Surdus decis. 249. nu. 17. Sicuti
neque patre filium occidente, nec filio patrem in-
curritur pæna parricidij. Surd. eadem decis. n. 18.
37 † Potest autem spurius petere à patre alimenta,
quæ tenetur præstare de canonica æquitate pater
liberis spurijs text. in cap. Cum haberet in fine, de
eo qui dux. in vxor. quam &c. & late tradunt De-
cius cons. 312. num. 4. Mantica de coniect. lib. 8.
tit. 5. nu. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 35.
num. 13. Surdus de aliment. tit. 1. quæst. 10. nu. 5.
& sequent. & firmat Rota, in Bononien. alimen.
28. Maij 1598. Coram Penia relata per Marescot.
variar. lib. 2. cap. 83. num. 33. & in nouiss. par. 4.
38 decis. 747. & alias sæpe, † & filia spuria potest
petere dotem, nam & ipsa est dotanda, quæ dos
succedit loco alimentorum Tiraquel. de iure Pri-
mogen. quæst. 62. nu. 12. Menoch. cons. 60. nu. 4.
Ripa l. 1. num. 61. ff. solut. Matr. Rota per Card.
39 Seraphin. decis. 58. num. 3. † & ideò legatum
factum

factum à patre spurijs sustinetur in vim causæ ali-
mentorum, vel dotis. Decius cons. 376. num. 2.
Ruin. cons. 124. nu. 6. lib. 1. Surdus de alim. tit. 1.
40 quæst. 10. num. 10. & in dubio † omne legatum
censetur factum in hanc causam, cum semper lega-
tum sit censendum factum in eam causam ob quam
potest sustineri l. Si cum dotem §. Si pater ff. solut.
Matr. l. Cum te C. ne vxor pro marito. Simon de
Prætis de interpret. vlt. volunt. lib. 2. numer. 7.
41 fol. 178. † Nisi tamen legatum trãscendat modum
alimentorum, vel dotis assignandæ, quia in eo quod
transcendit, & in excessu legatum reuocatur, &
applicatur vel filijs, vel venientibus ab intestato
ita Bald. in l. Eam quam num. 20. vers. pone C. de
fideicom. Bart. in l. Hæredit. num. 1. C. de his,
quibus vt indign. Surdus de alimen. tit. 1. quæst.
10. num. 19. 16. 17. Gabriel. comm. tit. de alim.
42 conclus. 1. num. 8. & alij plures, † Et legatum
quoad excessum habetur pro non scripto, sicuti &
institutio. Bald. in Anth. ingressi num. 15. C. de
Sacrosan. Eccles. Riminald. Sen. cons. 232. nu. 9.
lib. 2. Mangil. de imput. quæst. 4. num. 35. licet
esset factum pro amore Dei Peregrin. de iure fisci
43 lib. 3. tit. 18. num. 93. & 94. † & Dos filiæ est assi-
gnanda non respectu legitimæ, sed alimentorum
Marescot. variar. lib. 2. cap. 83. num. 34.
44 † In taxandis autem alimentis habenda est ra-
tio ætatis, & secundum illam debet fieri æstimatio
annui redditus iuxta legem Hęreditatum ff. ad leg.
falcid. qui textus licet loquatur tantum in vsufru-
ctu attamen etiam ad alimenta, & signanter ad ista
applicatur, vt declarat de fact. scien. Costa de port.
rat. quæst. 140. nu. 5. & sequent. Imò habet locum
in omnibus actibus, qui recipiunt æstimationem
à vita hominis, vt latissime Costa vbi supra quęst. 1.
per totam Surdus de alim. tit. 1. quæst. 41. & tit. 9.
45 quæst. 1. Peregrin. cons. 94. num. 24. lib. 1. † &
taxatio debet fieri habita tantum ratione ad edu-
cationem iuris naturæ, non ad nobilitatem patris,
vel ad quantitatem patrimonij, ad illam enim tan-
tum non ad ista respexit ius canonicum, dum spu-
rijs alimenta indulsit Crauet. cons. 218. numer. 8.
& alimenta, quando filius habet bona, ex quibus
potest sibi illa quærere, non sunt præstanda, nec
pater potest ea legare Crauet. cons. 200. num. 10.
in fin. & cons. 199. num. 1. 2. 3. Peregr. de iure
46 fisci lib. 3. tit. 18. nu. 74. & 75. † Neque dos debe-
tur Spuriæ filiæ, quando habet alia bona ex quibus
dotetur, quia tunc cessat dispositio iuris canonici,
quæ est, ne isti filij fame pereant, in reliquis sunt
exosi, & ideò cessante naturali egestate, & necessi-
47 tate cessat ius dispositionis canonicæ. † Imò Si
assignetur aliquid, ex quo alimenta percipiantur
finita causa alimentorum taliter assignatum redit
ad hæredes patris, nec transmittitur ad hæredes
vsufructuarij Menoch. de arbitrat. casu 169. n. 10.
Marescot. uar. lib. 2. cap. 83. numer. 36. quod si
datum sit pro eo quod pro alimentis posset co npe-
tere, illud non redit ad Patrem Thesaur. quæst.
for. lib. 1. quæst. 25. num. 6. vbi multos allegat.
48 † Nisi tamen spurius, vel spuria relinquat post se
filios, quia etiam hoc casu transmittitur assignatio,
quia nepotes, & descendentes sunt alendi etiam
descendentes ex spurijs Ioseph. Rustic. ad l. Cum
auus lib. 3. cap. 1. num. 217. & ex causa posset peti
augeri natis filijs ad tradita per Rotam decis. 31.
par. 1. in recent. & plene Thes. dicta quæst. 25.
num. 9. vbi addit, quod cessantibus descendentibus
49 indelstincte sunt hæredes patris. † Dicta tamen non
militant in Spurijs Principum, quia de illis lex non
loquitur Bald. cons. 248. & 262. lib. 1. Natta cons.
42. num. 33. Peregrin. de iure fisci loco cit. nu. 83.
50 † An autẽ illegitimus in dubio sit cẽsendus spurius
vel naturalis discrepant Doctores Ego puto si aga-
tur ad effectum succedendi, & sit in possessione,
quod sit censendus naturalis, si verò non sit in pos-
sessione, quod debeat probare se non esse spurium,
vrgentissimis tamen rationibus etiam alia senten-
51 tia probaretur, alias etiam de hoc. † Patris autem
assertio, quod filius sit naturalis non facit eum
naturalem, & in patris dicto parum fundamentum
est faciendum propter fraudem pręsumptam secun-
dum Paris. cons. 80. num. 52. lib. 2. Cephal. cons.
593. num. 16. lib. 4. Costa de facti scient. & ignor.
cent. 1. dist. 17. num. 12. 13.
52 † In Bonis maternis Spurij nati ex matre soluta,
& patre coniugato, & non extent filij legitimi, nec
sit illustris aliqui volunt succedere, quod si nati
sint ex matre coniugata & viro soluto denegant
illis successionem, & cum matri succedunt volunt
succedere etiam in legitima, alij aliter sentiunt ego
puto probabile dictum primum quia in eo casu
cessant rationes à Doctoribus consideratæ, si sit
soluta. Si verò non sit soluta non succedunt per
rationes pariter allegatas à Doctoribus.
53 † De bonis Aui. Dicendum quod spurij sunt
capaces successionis aui, ideò ab eo possunt institui,
sicuti à cæteris agnatis Rota decis. 1168. p. 3.
nouissim. ex Surdo cons. 335. in fin. & Pereg. d.
tit. 18. num. 47. nisi tamen legatum esset factum
ab auo contemplatione filij. Alex. cons. 74. col.
pen. lib. 3. Couar. de sponsa Claro §. testamentum
54 quæst. 32. vers. scias tamen. Quia † contemplatio
habita per disponentem operatur idem ac expres-
sum l. fideicommissa §. Hæc verba ff. de legat. 3.
55 † & illud inspicitur propter, quod fit actus l. si ita
fuero stipulatus §. fin. cum l. sequ. ff. de nouat.
56 † Quomodo autem cognoscatur esse factum con-
templatione patris, consulendi sunt Clarus d. quæst.
32. Suarez in Thesau. recept. verb. spurijs, num.
172. Macabru. cons. 1. per totum n. 57. & sequent.
Ludoui. de Sard. de natu. lib. tit. de success. Spu-
riorum vers. itaque Socin. iun. cons. 16. per totum
57 Hond. cons. 68. per tot. lib. 1. † Filij autem
legitimi patris Spurij extante legitima sobole siue
habita, siue non contemplatione ad filium non
possunt capere præter alimenta ab auo. Capra.
cons. 2. num. 18. Ruin. cons. 70. & 71. lib. 3.
Capic. decis. 181. nu. 4. Decius cons. 463. nu. 17.
Crauc. cons. 181. num. 1. Cephal cons. 368. nu. 8.
& alij. Deficiente tamen legitima sobole possunt
filij legitimi ex patre Spurio institui. Ruinus cons.
74. num. 14. lib. 2. Capra cons. 2. nu. 18. Crauet.
cons. 184. Paleoth. de noth. cap. 53. Peregrin. de
iure fisci lib. 3. tit. 18. num. 47. & 48. Hic nota
58 obiter. † Legitimam sobolem non solum dici
ascendentes, sed etiam descendentes, vt est text.
59 in l. 1. C. de natu. lib. De Bonis autem agnatorum
distingue aut successio est testati, vel intestati. In
successione intestati fratres Spurij inuicem sibi
succedunt Afflictus decis. 96. Vincent. Fran. decis.
238. Peregrin. de iure fisci dicto tit. 18. num. 43.
60 vbi testatur ita bis fuisse iudicatum. † Quibus
autem deferatur successio spuriorum. Agnati patris
eis non succedunt, admittuntur, autem cognati ex
matre, & istis cessantibus fiscus Corn. cons. 234.
colu. penult. lib. 4. Peregrin. loco cit. num. 26.
Thesaurus tamen lib. 1. quæst. for. 22. sub. nu. 6.
Scribit succedere fratres legitimos vna etiam cum
patre, etiam natos ex alia matre, & nu. 7. admittit
etiam

etiam adoptinos, & quæſt. 80. ſub num. 10. etiam
alios collaterales. Sed retenta priori ſententia
conſequentur infertur, quod ſicuti agnati patria
filijs non ſuccedunt, ita neque filij agnatis, ita
arguit Peregrin. loco cit. nu. 26. & 42. & probatur
ex l. communia C. de nat. lib. & §. filium in Auth.
61 quibus mo. nat. eff. ſui. & ratio eſt. † quia Spurij,
& à Spurijs deſcendentes inter extraneos omninò
connumerantur, quod iura capacitatis bonorum
præſertim in linea paterna, nec vllum ius agnatio-
nis, aut cognationis cum patre, aut linea paterna
contrahunt l. Si Spurius ff. vnde cognat. Nec eſſe
de domo aut familia, vel agnatione Decius conſ.
365. col. 1. Riminal. inn. conſ. 442. col. 3. Tiraquel.
62 de retract. ligna. §. 1. Gloſſ. 8. nu. 4. & 6. † Vnde
Spurij non proſunt ad excuſationem tutelæ, l. 2. §.
1. ff. de excuſat. tut. Ripa in l. Si vnquam verbo
liberos num. 73. C. de reuocand. donat. Paleoth.
de nothis. cap. 32. num. 4. Surdus conſ. 456. num.
17. Nec proſunt ad immunitatem conceſſam ha-
bentibus duodecim filios Bald. in l. Communia C.
de nat. lib. quod tamen declarat niſi eſſent legiti-
mati Surd. conſ. 456. num. 17. Nec proſunt ad
teſtandum inter liberos Alex. in l. ex facto §. Si
quis rogatus nu. 45. ff. ad Trebell. Paleoth. cap. 32.
63 num. 2. † Nec veniunt nomine filiorum in fauora-
bilibus. Peregr. conſ. 67. num. 10. lib. 2. Honded.
64 conſ. 5. num. 17. lib. 2. † Aduerte tamen, quod
licet de iure ſcripto non obtineant iura ſanguinis,
natura tamen omnibus communis eſt cap. qui Ec-
65 cleſiarum vbi Bald. num. 43. de conſtit. † ideò
includuntur in caſibus reſeruatis &c. diſpoſitioni-
bus ſimilibus in quibus aliquid prohibetur ratione
66 ſanguinis. † Ciuilitas acquiſita à patre pro ſe, &
filijs non participatur à naturalibus Bart. l. libertis
§. patris ff. ad Municipal. Non ſuccedunt in emphi-
teuſi Peregrin. conſ. 34. num. 9. lib. 1. Mantic. de
tacitis lib. 22. tit. 10. num. 1. cum ſeq. Neque in
feudis late Mareſcottus lib. 2. varia. reſol. cap. 30.
num. 4. & 5. & ſeq. Si tamen morum honeſtate
polleât, & vitæ bonitate, ſunt capaces emphiteuſis,
& feudi etiam Eccleſiaſtici cap. 1. §. naturales. Si
de feud. defu. fuer. differ. Alex. conſ. 2. num. 67.
lib. 1. Infantes tamen, quia in eis non cadit hæc
morum honeſtas, ideò incapaces reputantur Rota
67 deciſ. 549. num. 5. par. 2. recent. † Honorum, &
dignitatum ſunt incapaces l. generaliter §. Spurios
ff. de decurionibus, & de dignitatibus tam ciuili-
bus, quam Eccleſiaſticis ſcribit Paleoth. cap. 57.
tam de iure ciuili quam Eccleſiaſtico, & Reijciun-
tur à penſionibus Eccleſiaſticis Rota deciſ. 549. 2.
par. recent. ex diſpenſatione tamen redduntur
68 habiles ad habitum clericalem. † Quoad dignita-
tes ſæculares non ſunt nobiles Fulgoſ. conſ. 62. col.
2. & ad menſam non debent ſedere cum legitimis.
Tiraquel. ex Baldo de nobilit. cap. 15. num. 10.
11. 12. & num. 17. aſſerit procedere etiamſi ſint
legitimati, & rationem reddit Baldus cap. vlt.
circa med. de tranſlat. Epiſc. quia in legitimatis,
licet ſint ſanati à vulnere, remanet tamen cicatrix,
ideò neq. poſſunt ferre arma, vel inſignia domus,
niſi cum quadam sbarra in medio incipiente à ſini-
ſtra, & ducente ad dexteram Bald. in l. generaliter
§. Cum autem in fine num. 5. C. de inſtit. & ſubſtit.
Paleoth. tamen cap. 6. num. 6. & 7. dicit contra-
rium probare conſuetudinem, & dicta procedunt
etiam in eorum filijs legitimis Tiraquel. de nobilit.
d. cap. 15. numer. 14. In cauſa teſtati, quæ eſt
altera pars diſtinctionis ſupra traditæ; poteſt dari
regula.

69 † Quod agnatis patres poſſunt ſuccedere, quan-
do illis relinquitur, quia nulla lege redduntur
incapaces, Bald. conſ. 207. lib. 2. Cephal. 277.
Roland. conſ. 87. num. 16. Peregrin. de iure fiſci
d. tit. 18. num. 31. Surd. conſ. 355. num. vlt. &
eſt doctrina Bartol. in l. Si quis ex bonis quæſt. 2.
num. 3. ff. de vulg. & pupill vbi dicit, quod frater
legitimus poteſt fratrem ſpurium inſtituere, idem
probat Riminald. iunior conſ. 187. lib. 2. Peregr.
d. tit. 18. num. 41. & num. 26. ſcripſit quod ex
quacumq. diſpoſitione capere poſſunt, & hæc pro-
cedunt etiam in bonis immediate prouenientibus
ex diſpoſitione patris Alex. in l. edicto §. ſed hære-
ditatem num. 7. ff. de alien. ind. mut. cauſ. fact.
Bald. l. Eam quam num. 54. verſ. ex his infertur
C. de fideicommiſſ. Cepolla cautel. 38. col. fin.
Ludoui. Sard. de natur. lib. cap. penult. tit. de
cautela circa legit. Miſing. obſer. 35. numer. 6.
centur. 1. Niſi tamen ceperint ab agnatis de
expreſſa, vel tacita accommodata voluntate patria,
quia ſtante fraude, non poſſunt filij ſpurij capere,
& lex dicitur defraudata Cuman. l. ſtipulatio hoc
modo &c. num. 9. ff. de verb. oblig. Honded. conſ.
70 44. num. 14. lib. 2. † & fraus diceretur probata, ſi
agnatus eſſet inſtitutus à patre Spurij, & rogatus
dare, vel reſtituere Spurio, nec valet relictum, nec
inſtitutio facta à conſanguineo l. 1. §. Siue itaque
C. de natu. lib. l. etiam C. ad leg. falcid. & plene
per Fariu. in fragment. par. 1. verbo fiſcus nu. 75.
71 ad 111. † & in propoſito ſufficit legatum eſſe factû
de mente patris, & ſufficit, quod agnatus conſulue-
rit ſe cum patre Bart. in l. fi. §. Si Soccero ff. de his
quæ in fraudem credit. Salicet. in l. matre in vlt.
quæſt. nu. 4. in fin. C. de nat. lib. & ſufficit tacitus
conſenſus per tex. in l. 1. ibi. Siue itaque C. eodem
Cepolla caut. 38. verſ. Vndecima caut. Calcaneus
conſ. 54. num. 4. Miſing. obſer. 35. num. 7. & 8.
cent. 1. & pleniſſime Gaſpar Anto. Theſau. lib. 3.
quæſt. for. 16. per totam, qui varias refert conie-
cturas, & probationes, & inſtitutio Spurij facta ab
agnato pro ſatisfacienda mente patris de bonis
patris eiuſdem Spurij dicitur nulla & fraus dicitur
ſatis probata.

72 † Et in foro animæ ſi fraus interuenit, licet non
probetur, teſtamentum non eſt exequendum,
tamquam tendens in diſpendium ſalutis æternæ
patris ordinantis, & hæredis exequentis Bartol. in
l. fin. col. 3. ff. quibus vt indig. ſequuntur Nat.
conſ. 402. nu. 57. lib. 2. Pereg. de iure fiſci. li. 3.
73 tit. 18. nu. 113. † & tam rogans, quam rogatus
tenentur in conſcientia ſatisfacere venientibus ab
inteſtato, quia ipſis auferunt hæreditatem de iure
debitam, nec ſunt tuti in conſcientia, niſi ſatisfa-
ciant ita egregie Sardis de natur. lib. cap. penult.
num. 12. Cepolla cautel. 38. num. 10. & tradunt
Silueſter verbo filij Tabiena eodem verbo Emanuel
Sa ibidem & verbo Hæred. Leſſius de inſt. lib. 2.
cap. 19. nu. 59. Molina tom. 1. tract. 2. diſp. 167.
74 † & in foro conſcientiæ nô poſſunt capere niſi ali-
menta, & reliquum tenentur reſtituere nulla ex-
75 pectata ſententia venientibus ab inteſtato. † Vte-
rini autem naturales inuicem ſibi ſuccedunt Theſa.
loco cit. quæſt. 22. qui in hac materia eſt viden-
dus.

76 † Alij ſunt filij legitimati, & iſti ſunt in quadru-
plici differentia. Legitimati per oblationem Curiæ.
Legitimati per præſumptionem. Legitimati per
ſubſequens matrimonium, & legitimati Ex princi-
77 pis reſcripto de omnibus eſt agendum. † Sed in
primis aduerte quod ſpurij non legitimantur, quia
ſunt

sunt indigni omni beneficio §. fin. Auth. quib. mod. nat. effic. leg. Qui legitimantur ergo debent esse naturales. An autem Spurij legitimentur rescripto
78 principis infra. † Legitimatio per oblationem ad Curiam, de qua loquitur text. in §. quod verò vers. Primus autem modus. Authent. quib. mod. nat. effic. sui. fit cum filius offertur à patre curiæ, & fœmina alicui curiali matrimonio iungitur. tex. in d. §. quod verò, & §. sequenti quā legitimationem, cum abierit in desuetudinem, Rosse. de ligitimat. in fin. lib. 3. tit. de legitimat. per oblat. curiæ nu. t. ideò omittemus omninò. Hoc tamen modo legitimati erant vere legitimi, & eis debebatur successio in legitima cum alijs legitimis. Requirebatur tamen consensus patris, & filij in hac legitimatione idem Rosell.
79 † Legitimatio per præsumptionem fit, cum pater in testamento, aut in scriptura tribus testibus munita simpliciter vocat aliquem filium, & talis filius dicitur legitimatus per præsumptionem, quia dicitur legitimus per præsumptum Matrimonium, de hac legitimatione loquitur text. Auth. Si quis C. de nat. lib. la 2. & Auth. liceat matri, & auiæ §. ad hæc C. eodem, & ibidem Glossa Bart. Salicet. & alij. Rosen. loco cit. lib. 1. tit. de Matrimonio putatiuo, præsumitur enim matrimonium inter-
80 fuisse. † Vt autem confessio patris taliter facta legitimet filium, debet esse de tempore, quo, si filius nasceretur, non esset Spurius, quia Spurius non legitimatur, & ideò tali tempore parentes debent esse soluti Bart. in disput. quam fecit ad intellectum dictæ Auth. liceat Matri & sequitur Rosen. loco citat. num. 3. & seq. Neque sufficit parentes fuisse solutos tempore declarationis, sed requiritur præterea; quod postea alteri nō nubant, quia si alteri nuberent, tolleretur præsumptio Matrimonij, ita Rose. num. 8. Quod si testamentum, vel scriptura, in quibus fit talis declaratio, reddatur nulla, nulla etiam erit talis declaratio, item si reuocetur, cessat, & legitimatio. Bart. in dicta disput. sed contrarium fortasse est verius, si ad alium effectum reuocetur, vel nulla declaratur, & hoc sequitur Rose. cit. num. 14. tales filij dicuntur vere legitimi dicta Auth. liceat matri, & Auiæ, & paternas assequuntur successiones.
81 † Ista tamen legitimatio, non operatur quidquam in preiuditium filiorum legitimorum, neque in præiuditium agnatorum, vel substituti Rose. num. 11, & 12.
82 † Legitimantur etiam ingredientes religionem; sed ista legitimatio nihil confert ad successiones Socinus iunior cons. 48. num. 18. & 19. lib. 4. Bero. cons. 163. numer. 29. cum sequent. lib. 2. Mantica decis. 32. nemer. 4. & ideò neque illis debetur vlla legitima Thes. lib. 3. quæst. for. 75. in fine. Vbi tamen habet quod ab intestato, & ex testamento succedunt. Suarez late consult. 25.
83 † Legitimati per subsequens Matrimonium iunt illi, qui concepti, vel nati ex solutis, sed non inuicem Matrimonio copulatis, postea Matrimonio iunguntur, per quod legitimantur, & sufficit, quod potuerit esse inter virum & vxorem Matrimonium, ita quod liberi fuerint, & non impediti aliquo gradu cognationis, vel affinitatis. text. in cap. tanta, qui filij sint legitimi Bald. cons. 206. lib. 3. Crassus in §. Institutio quæst. 7. num. 6. & 7. & hoc tam in nobilibus, quam in vilibus personis Sardus de natur. lib. tit. de legitimat. per verum Matrimonium, nu. 15. Thesaur. decis. pedem. 83. & hoc sufficit non solum in legitimatione quoad
84 natalia; sed etiam; quoad successiones, † quia ius canonicum etiam in foro exteriori est seruandum, & ideò, quoad vtramque legitimationem, nempè natalium, & successionem, istam sufficere tenent. Paris. cons. 13. num. 49. lib. 2. Gabriel cons. 21. num. 14. lib. 1. Mantica de coniect. lib. 11. tit. 12. num. 8. Ioseph. Ludoui. conclus. 26. ampliat. 1. Peregrin. de iure fisci lib. 3. tit. 18. num. 10. & sufficit etiam, quod filij sint nati ex solutis licet ex solutis non fuerint concepti, & hoc fauore legitimationis Io. Andreas in cap. tanta colu. penult. vers. quid si concepit. vbi etiam Cardinalis. Qui filij sint legitimi, & in cap. quod nobis post princip. eodem tit. & in cap. sine culpa vbi Francus, colu. 2. vers. circa secundum de regul. iur. in 6. Bald. in l. Cum quis num. 5. vers. quæro hic C. de nat. lib. Couar. de sponsali. part. 2. cap. 8. §. 2. Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 7. nu. 19. Sayrus de censuris lib. 6. cap. 10. num. 29. Thesaur. lib. 3. quæst. for.
85 80. num. 10. licet alij contrarium, sentiant. † Sed pone, quod Seius habuerit rem existens solutus cum Camilla pariter soluta, & ex eis solutis nati sint filij, postea Seius ducat in vxorem Antoniam, quæ moritur & postea Seius ducit Camillam; filij nati ex Seio & Camilla ante Matrimonium cum Antonia per subsequens matrimonium legitimantur? Dic quod legitimentur ita Rose. de legitimat. in tit. de Caut. Mater. legit. nu. 43. versu quæro
86 vlterius vsque ad num. 59. † quia sufficit extrema esse habilia licet medium fuerit inhabile, §. Si verò non solum Auth. quib. mo. nat. eff. leg.
87 † Sed quid de illis, qui multo tempore detinent concubinas, & ex eis filios suscipiunt, deinde mortis tempore eas ducunt in vxores legitimantur ne filij per hoc matrimonium? Respondeo, quod aut iste, qui illo tempore concubinam, vel aliam ducit in vxorem est sensibus destitutus, ita vt coire nequeat, & talis deficientia sensuum est, quæ potest impedire matrimonium, & tunc sine dubio filij non legitimantur. Vel non est adeò sensibus destitutus, quin plenum & perfectum consensum habeat, neque immineat suspicio fraudis, & hoc casu proles legitimatur etiam ad effectum succedendi plene Rose. loco cit. num. 32. & 40. & 43. & supposito consensu, & cessante fraude legitimatio fit etiam ad exclusionem substituti Mantica de coniect. lib. 11. tit. 13. per totum Bursat. cons. 40. num. 71. Trentacinq. de substit. par. 4. cap. 7. num. 43. Crass. §. de fideicommiss. quæst. 38. num. 6. Circa fraudem verò videndus est Mantic. loco citato
88 Menoch. cons. 108. Cephal. cons. 229. † Per subsequens verò Matrimonium non legitimantur, qui nati sunt ex personis, inter quas matrimonium stare non poterat propter aliquod impedimentum, quod quamuis cesset, & sequatur Matrimonium, adhuc non legitimantur, neque habent legitimam in bonis patris, aut matris, nec alia priuilegia, de quibus infra Socin. iunior cons. 31. nu. 44. lib. 6.
89 † Neque legitimantur per subsequens Matrimonium filij clerici in minoribus constituti, & beneficiati, propter impedimentū Clericatus & Beneficij Ant. Rose. loco cit. nu. 18. & 19. Surdus loco cit.
90 num. 17. & 18. † Legitimantur autem filij clerici in minoribus constituti; sed non beneficiati. Rose.
91 cit. nu. 6. 7. 8. † Neque legitimantur illi, quos pater intendit, non legitimare, & prohibuit, quia potest facere, quod vnus aut plures sibi non suc-
92 cedant Rosell. num. 30. † quia in legitimatione maxime spectatur patris voluntas text. in §. Si
93 verò non solum Auth. quib. mod. nat. eff. sui. † & quicumque

quicumque tacitus consensus sufficit Surdus de nat. lib. tit. de requisit. ad legitim. in 2. quæst. num. 2. 3.

94 † Legitimatis per subsequens Matrimonium debetur legitima, quæ debetur etiam legitimis, & naturalibus, sunt enim vere legitimi, nec differunt à vere legitimis in vim subsequentis Matrimonij, text. in cap. tanta, qui filij sint legitimi vbi

95 notant Abbas Felinus, & Canonistæ. † Imò non solum æquiparantur legitimis, sed melioris sunt conditionis, text. in l. Cum quis Cod. de nat. lib. ibi quomodo non est iniquissimum ipsam stirpem secundæ posteritatis priorem, quasi iniustam excludere, cum gratias agere fratribus suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sint iusti filij; habent eas successiones, quas habent vere legitimi, text. in l. nuper. Cod. de nat. libe. Couar. de spons. part. 2. cap. 8. num. 21. Peregrin. de fideicomm.

96 articul. 24. num. 1. † & in statutarijs, & quibuscumque dispositionibus comprehenduntur appellatione legitimorum, & natorum de legitimo Matrimonio. Vbald. de success. ab intestato part. 1. numer. 65.

97 vbi multos refert. † Habent omnia iura agnationis, & agnatis succedunt, tam ex testamento, quam ab intestato Decius cons. 155. Thesaur. decis. pedem. 84. num. 2. & ideò in statuti data dote excludunt fœminas. Tiraquel. de iure primogen. quæst.

98 34. nu. 54. † & admittuntur ad omnes dignitates sæculares, & Ecclesiasticas, etiam ad Episcopatum. Tiraquel. vbi supra nu. 52. & 53. Petrus de Vbald. de success. ab intest. part. 1. nu. 68. & 69. Mantica

99 de coniect. lib. 11. tit. 13. nu. 3. † Non tamen ad Cardinalatum Barbosa ad Trident. sess. 24. cap. 1.

100 nu. 8. alios referens; † & consequuntur omnem nobilitatem paternam Mantica vbi supra tit. 13.

101 num. 4. † Succedunt in fideicommissis, etiamsi sint cum illa clausula, & conditione. Si sine filijs legitimis, & naturalibus, quam faciunt deficere Paris. cons. 13. num. 39. lib. 2. Mantica vbi supra tit. 12. post num. 34. Peregrin. de fideicommiss.

102 art. 24. num. 14. † Imò faciunt deficere conditionem, si sine filijs legitimè natis, & de legitimo matrimonio procreatis. Ripa in rubr. ff. Si certum pet. num. 3. vbi Decius num. 31. Bologn. num. 13. Menoch. lib. 4. Præsumpt. 81. num. 4. Laderch. cons. 24. per totum vbi eruditissime, & doctissime;

103 † Nisi tamen appareret de contraria mente testatoris, quæ omninò attendenda est, vt si in conditione positum esset, legitimos filios natos, & procreatos de verò non ficto matrimonio, quæ qualitates demonstrant mentem testatoris excludentem legitimatos per subsequens matrimonium. Manric. de Coniect. lib. 11. tit. 12. nu. 20. Menoch. lib. 4.

104 Præsumpt. 81. num. 24. † Imò si exhæredentur sine causa in testamento adhuc debetur legitima eo quod habent ius querelandi, & annullandi testamenta, in terminis Angelus Bartol. Imola in l. Certum ff. de iniust. rupt. Test. Castro consil. 31. Thesaur. decis. ped. 84.

Nunc est agendum de legitimatis ex rescripto principis vbi multa essent discutienda sed ego ad

105 sequentia tantum me adstringo. † Legitimatio est actus solius principis, non alterius §. Si verò Authent. quib. mod. nat. effic. sui cap. Per venerabilem, qui filij sint legiti. Bart. & Doctores in l. Gallus §. forsitan ff. de lib. & posthu. Peregrinus de fideicomm. articul. 23. num. 22.

106 † Potest tamen princeps suam auctoritatem alteri demandare; passim admittuntur Doctores in dicto cap. per venerabilem Socinus Senior cons. 63. nu. 2. lib. 3. vbi dicit, quod illi, quibus talis facultas committitur, vt solet fieri comitibus Palatinis, possunt, legitimare, vt succedant prout si ipse princeps faceret, si in legitimatione manus apponeret Paris. cons. 1. num. 93. lib. 1. Menoch. cons. 20.

107 num. 14. lib. 1. † & Legitimatio, quæ fit per Clementiam Principis, vel eius delegati, operatur vltra legitimationem per subsequens Matrimoniũ, quod, cum ista Spurios non comprehendat, illa comprehendit, vt plene per Petr. de Vbald. de success. ab intest. part. 1. nu. 81. Roland. cons. 89.

108 num. 5. lib. 1. † Legitimant autem non solum Imperator, & Summus Pontifex, sed etiam quilibet alius Princeps in suo territorio, & statu. Ruinus cons. 81. & 83. lib. 3. cum alijs relatis à Peregrin. de fideicom. art. 23. num. 21. quia etiam isti in iurisdictione vtuntur plenitudine potestatis, sicut imperator; & imperatorijs vtuntur privilegijs. Peregrin. de iur. fisc. in tit. qui hab. fisc. Decius in cap. Pastoralis, in princ. num. 2. de appellat. Alex. cons. 2. num. 9. lib. 1. Bald. in l. Exempto C. de probat. Roland. cons. 1. num. 49. 50. 51. cons. 4. num. 42. lib. 3. Bursat. cons. 4. num. 20.

109 † Legitimatis per rescriptum principis debetur legitima, sicut debetur legitime natis. Assequuntur enim iura agnationis, cognationis, & affinitatis, non solum quoad patrem, & matrem sed etiam, quoad alios attinentes, & tali modo, vt vere legitimi appellentur text. §. 1. Instit. quib. mod. test. infer. §. reliqui l. Generaliter §. igitur licentia Auth. quib. mod. nat. effic. sui. & §. Si quid autem Auth. quib. mod. nar. effic. legit. late Gabriel. conclus. 97. nu. 2. lib. 2. Succedunt agnatis, atque consanguineis, licet non citatis in legitimatione. Socin. iun. cons. 142. nu. 34. lib. 1. Paris. cons. 1. num. 33. lib. 1. Surd. cons. 337. num. 5. lib. 3. & in statutis veniunt nomine filiorum legitimorum, quia legitimatio verus est status legitimorum; licet non sit verum principium secundum doctrinam Bald. in l. cum acutissimi C. de fideicom. quam sequitur Iason. in l. Si is qui pro emptore num. 285. ff. de vsucap. Alex. cons. 2. nu. 33. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 23. num. 29. vbi plures allegat. Habent præterea omnes successiones, quas habent illi, qui ab initio sunt nati legitimi, nihil differentes ab ipsis text. in dicto §. reliqui & §. Si quis ergo Auth. quib. mod. nat. effic. sui. & late explicat Peregrin. dicto art. 23. num. 26. Alciatus cons. 40. num. 4. lib. 6. Cephal. cons. 277. num. 12. Roland.

110 cons. 67. num. 14. lib. 3. & alij. † & in causa testati pater tenetur legitimatum filium, vel instituere vel exhæredare, vt valeat testamentum Iason. Auth. Nouissima num. 14. C. de inoff. test. Cephal. cons. 276. num. 5. Surdus de alimentis tit. 1. quæst. 8. num. 2. Rota decis. 135. sub num. 17. Coram Sanctissimo Thesau. lib. 3. quæst. for. 75. num. 4. & si absque legitima causa legitimatos exhæredet pater, habent ius contra tabulandi, & dicendi de inofficioso testamento. Anchar. cons. 290. Alex. & Decius quos sequendo refert Peregrin. de fideicom. dicto art. 23. numer. 27. Romanus cons. 34. Paris. late cons. 7. num. 2. lib. 2. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 8. num. 3. Rota in Romana legitimæ in recent. decis. 653. numer. 2. par. 1. & debetur legitima honorabili titulo institutionis Roland. cons. 96. num. 50. lib. 3. Honded. cons. 89. nu. 8. lib. 1. etsi integra legitima non fuerit relicta, poterunt legitimati agere ad illius debitum supplementum Paris. cons. 7. num. 4. lib. 2. Roland. cons. 96. num. 55. lib. 3. Rimin. iun. cons. 156. numer. 37. Peregrin.

Peregrin. de fideicom. dicto art. 23. nu.27. & late Hondedeus conf.89. num.8. & 9. lib.1. Thef.dicto quæft. 75. num. 4. Legitimatis legitima eft etiam aucta pro vt legitimis Peregr. d. artic. 23. num.27.

111 † Debeturque non folum legitima; fed etiam Trebellianica. Alex. in l. Ex facto §.Si quis rogatus num. 2. ff. ad Trebell. Decius conf. 365. numer. 1. Parif. conf. 1. num. 19. lib. 2. Cephal. conf. 278. numer. 17. Peregrin. de fideicom. dicto art. 23.

112 num. 28. † & ideò etiam illi non imputant vnam quartam in aliam, fed eft Semis prout in alijs,& ita Patauij decifum fuiffe teftatur Peregrin. num. 28. & confuetudo Bulgari, quod ftantibus legitimis vfusfructus relictus mulieri,reftringatur ad alimenta exiftentibus filijs procedit etiam in legitimatis vt etiamfi filij naturales, ftantibus legitimis, non poffunt capere à patre vltra vnciam, nec etiam poffint capere ipfis legitimatis ftantibus idem Peregrinus.

113 † Quod fi moueretur quæftio fuper ftatu, obijciendo legitimatis inualiditatem legitimationis, adhuc effent inmittendi in poffeffionem data cautione reftituendi, cafu, quo appareret eis non deberi legitimam Menoch. de adipifc. remed. 1. nu. 22.23. quod probauit Rota apud Seraphinus decif. 1331. num. 14. Peregrinus tamen vult fufpenden-

114 dam effe poffeffionem d. art. 23. num. 67. † At fi legitimatio non effet omninò generaliter facta, fed reftricta ad quædam, quæ potius difpenfatio, quam legitimatio diceretur, quia v. grat. dictum effet, quod fuccederent in eo quod patri bene videretur, tunc legitimam non affequerentur. Peregrin. dict. art. 23. num. 32. Honded. conf.89. num.59. & 60. lib. 1. quia tales non effent vere legitimati Caftr. in l. Pactum quod dotali vbi Decius num. 15. C.de Collat. Peregrin. loco citato nu. 33. 34. vbi etiam habet, quod in fideicommiffo non faciunt deficere conditionem, fi fine filijs,eo tamen modo, quo ipfe ibi modificat, & ifti legitimati hoc modo non poffunt agere ad legitimam, vel ad eius fuplementum Peregrin. de fideicomnifs. articul. 36. numer. 9. Cofta de portio. rat. quæft. 156. numer. 3. Si legitimatio fit facta patre non confentiente non reddit legitimatos filios capaces ad fuccedendum patri, nec agnatis, & in hoc cafu, verum eft, quod tertio non præiudicant late Thefau. decif. pedem. 84. num. 4. Neque poffunt legitimati fuccedere in plus, quam vere legitimi fint inftituti Bald. conf. 206. colum. penult. lib. 3. Iafon in l. Si quis pro emptore numer. 291. ff. de Vfucap. Tiraquel. de iure Primog. quæft. 34. nu. 49. 50. 51. Peregrin. vbi fupra articul. 23. nu. 31. Succedent tamen etiam in plus, quam inftituti fint vere legitimi, fi legitimatio erit ampliffima,& concepta generaliffimis verbis idem Peregrinus articul. 25. nu. 31. & quod in tali cafu legitimatus poffit inftitui in plus quam legitimus notauit. Bald. in l. Cum acutiffimi. C. de fideicommiff. Ruin. conf. 68. colum. penult. & vlt. & conf. 93. colum. vltim. lib. 3. Roland. conf. 95. lib. 3.

115 † Legitimati non admittuntur ad fideicommiffa in terris Ecclefiæ fubiectis ftante Bulla Pij IV. de legitimat. Spuriorum ædita de anno 1562. vide Laderchi. confil. 23. vbi habes etiam neceffario requifita ad hoc vt Bulla locum habeat; Excluduntur etiam à feudo,& Emphiteufi maxime Ecclefiaftica ex difpofitione præcipue Pij V. quæ eft in Bullario Conftit. 120. & ifta vera funt de eo, qui non habet auctoritatem legitimandi ad fuccedendum etiam in bonis Ecclefiæ, quod fi legitimans habeat auctoritatem, & de legitimatione conftet proculdubio fuccedent legitimati pleniffime Rota decif. 41. per totam par. 1. Recent.

116 † Aduerte autem quod hactenus dicta de legitimatione,de Capacitate fuccedēdi &c. procedunt etiam in legitimatis mortuo patre ex ordinatione ipfius patris, qui poteft aut in teftamento aut in alia difpofitione hanc auctoritatem filio demandare, & legitimatus tali auctoritate etiam poft mortem patris habetur ita legitimatus, quoad omnes effectus ac fi legitimatus fuiffet viuo patre Bart.conf.110. quo cafu nec effe neceffariam citationem venientium ab inteftato ibidem afferit,& fequitur Soc. Sen. de Citatione art. 8. n. 72. & hoc etiam cafu tempus retrotrahitur ex voluntate teftatoris probata. Rota apud Eminentifs. Seraphinus decif. 831. num. 11. Interim fucceffio ftat penes venientes ab inteftato donec fequatur legitimatio, qui tunc lucrantur fructus; aut datur Curator hæreditati, quæ remanet in fufpenfo Beltraminus doctiffime appoftillans decifiones Sanctifs. Ludouifij, decif.271. num. 30. & in hoc tempus retrotrahi etiam in præiuditium hæredum vel fubftitutorum Gabriel conf. 103. num. 18. lib. 2. Ludouif. decif. 82. num. 10. 11. fed videndus eft Surdus conf. 75. nu. 7. Hondedeus conf. 83. n.43.

117 lib. 2. † Super omnia autem infpiciendum eft Priuilegium legitimare potentis. Quia fi eius auctoritas eft reftricta ad legitimandum tantum cum claufula fine præiuditio venientium ab inteftato, &c. quamuis legitimatio fit ampliffima, numquam tamen excedet auctoritatem legitimantis, quia paria funt claufulam effe appofitam in Priuilegio facultatis legitimandi & effe infertam in legitimatione. Ludouif. decif. 135. num. 2. & 3. & decif. 201. num. 1. cum feq.

118 † Nec poteft plus quam illi fit in priuilegio conceffum etiamfi accederet expreffus confenfus filiorum legitimorum Rota dicta decif. 201. Quia non poteft excedere facultatem fibi traditam, & legitimatio non pendet à confenfu priuatorum, fed à Principis mente, vel facultate alijs conceffa.

119 Sed quia facimus mentionē de claufula. † Sine præiudictio venientium ab exteftato videndum eft quid operetur ifta claufula in legitimatione pofita.

Ancharanus conf. 153. incipit pro fratribus fignanter num. 5. contendit hanc claufulam effe intelligendam de defcendentibus non autem de tranfuerfalibus, & vult virtute iftius, defcendentibus per legitimationem nihil præiudicari tranfuerfales autem excludi, ita vt tranfuerfales à legitimatis in totum excludantur, tam ex teftamento, quam ab inteftato, defcendentes verò non excludantur, fed quod ex teftamento & ab inteftato, cum illis concurrant, ita vt legitimati non poffint plus capere,quam ipfi legitime defcendentes quorum legitimæ & portioni præiudicare minime valeant & eodem num. 5. dicit quod hanc claufulam aliter interpretari, non eft fana, fed maligna, & callida interpretatio. Mouetur primò. Quia intellecta ifta claufula de omnibus, qui ab inteftato fuccedere poffunt legitimatio nullum,vel faltem modicum beneficium conferret, cum nullus dicatur decedere fine legitimo hærede, non exiftentibus enim cognatis admittitur in fubfidium fifcus l. 1. ff. de iure fifci & l. 1. & toto tit. C. de bonis vacanti: quod ius competit fifco cum fit vnum ex regalibus vt egregie de more probat

Pereg.

Pereg. de iure fisci lib. 4. tit. 3. nu. 1. s. 3. Secundò mouetur Ancharanus quia legitimatio, quæ est priuilegium in fauorem filiorum naturalium inductum rediret in eorum detrimentum, quod non est dicendum l. ex facto §. fin. ff. ad Trebell. l. si quando ff. de leg. 1. quod autem cederet in filiorũ legitimatorum præiuditium patet: Quia non existente vxore defuncti naturales præferuntur alijs, & capiunt vncias de quibus §. Si quis autem defunctus. Auth. quib. mod. nat. effic. sui. posito autem priuilegio nihil lucrarentur, mens autem priuilegium concedentis est, quod augmentum non detrimentum ex priuilegio resultet ad text. in l. scire oportet §. aliud ff. de excusat. tutor. & ideò concludit dictus Anchar. quod in successione intestati legitimatus excludere debet fratrem testatoris, & illius descendentes idē tenet Cuman. cons. 116. & istorum sententiam sequitur & tuetur Bartolom. Socin. cons. 41. nu. 6. cum seq. volum. 3. qui multorum dicta cumulet, & subdit quod ista clausula fuit ventilata in curia Romana, & quod illi datæ fuerunt variæ interpretationes; sed tandē conclusum, quod cum constaret de mente Pontificis ex dispensatione volentis de illegitimo facere legitimum dicta clausula de plano intelligeretur prout iacet ad successionem tantum descendentium, non aliorum, & ita per tres conformes fuisse iudicatum vide plura apud illum. Neque obstat quod agatur de præiuditio venientium ab intestato quia ex eodem Socino transuersales viuente patre tempore legitimationis, nec re, nec spe, probabili, radicata ius habent, cum pater pro libito possit, quos vult hæredes facere sine illorum iniuria, & ideò illis ante priuilegium nullum ius competebat in bonis viuentis, & hoc optimè probat Menoch. cons. 19. num. 56. per doctrinam Bart. quem allegat in l. ex facto, num. 5. ff. de vulg. & pupill. vbi ait quod vbi agitur de lucro, & commodo captando non dicitur præiudicari si alicui tollatur, & hanc explicationem quod dicta clausula restringatur ad solos descendentes, probarunt ex professio. Gratia. cons. 63. lib. 4. Galiauel. Crott. & alij relati per Pereg. de fideicom. artic. 53. nu. 84. Cephal. cons. 167. n. 15. & 16. lib. 5. Menoch. late cons. 19. num. 55. & cons. 306. per totum lib. 4.

120 † Alij volunt quod dicta clausula sine præiuditio venientium ab intestato non solum operetur pro descendentibus, sed etiam pro transuersalibus, vsque ad quartum gradum, itaut legitimatus cum hac clausula excludat tantum fiscum, vxorem, & alios vltra quartum gradum, ità est interpretatus Bald. cons. 565. inter consilia Angeli, quem sequitur Alex. cons. 67. nu. 6. lib. 1. Soc. sibi contrarius cons. 215. vol. 5. cons. 95. col. penul. lib. 3. Hondedeus qui multos refert, & testatur de magis communi, & veriori cons. 71. num. 57. & 58. volu. 5., & alij, & probauit Rota decis. 354. vol. 3. p. 1., & decis. 501. per totam in nouiss. potissima ratio est. Quia dicta clausula late ponitur, quasi dicat ille, qui legitimat sine alicuius præiuditio, vt tradit Bald. inter cons. Angeli Corne. cons. 93. num. 18. lib. 2., & declarat mentem concedentis, quod suo illo rescripto non vult inferre præiuditium. Anchar. cons. 541. num. 4., & quod ex ea probetur intentio principis nolentis præiudicare agnatis. Ruinus cons. 73. num. 18. lib. 3. Cum ergo ista clausola ponatur generaliter, non est restringenda ad solos descendentes, sed est extendenda etiam ad transuersales arg. l. 1. §. generaliter ff. de legat. præst. cap. Si Romanorum 19. dist. Mandell. cons. 109. num. 13. cum sequ.

Quæ tamen ratio parum vrget quia respondetur
121 † Verba esse restringenda, ne sequatur absurdũ, quod videlicet filij legitimati non sint inferioris conditionis, quam sint remotiores agnati in succedendo patri: Ratio autem quare restringatur ad solos descendentes est, quia in dicta clausula consideratur præiuditium, quod non potest esse nisi in descendentibus quibus debita est legitima non autem in transuersalibus, in quibus tale præiuditium non potest considerari. Transuersalibus enim non est necessario debita successio, & ideò neque potest circa illam esse præiuditium, quia ad illam consequendum non habent ius radicatum aucto-
122 ritate legis, & eo maxime, † quia viuentis nulla est hæreditas nec re nec spe. Menoch. cons. 19. nu. 56. li. 1. & licet Hondedeus probet cons. 71. num. 43. lib. 3. quod viuentis ius succedendi sit spes considerabilis per illas quas ipse adducit rationes videtur tamen præterea necessarium, quod non solum sit spes sed etiam quod sit spes probabilis. Nam etiam fiscus habet spem succedendi. Sed tamen quia non est aliquo modo probabilis de illa non curatur. Ita eodem modo non videtur in hac clausula princeps sentire de hoc iure tamquam non probabili, & non fundato. Videtur autem imaginaria restrictio ad quartum gradum transuersalium cum nulla lege probetur sicuti etiã est diuinatoria limitatio, quod sint legitimati tantum ad honores, & dignitates, cum non possit præsumi vt inconueniens. Remotiores enim defuncto patre admitterentur excluso filio legitimato, qui licet non sit natus de legitimo matrimonio per legitimationem tamen dicitur restitutus natalibus, ad eò quod macula spurietatis dicatur in totum sublata, & præterea legitimatio semper admittit non tantum ad honores, sed etiam ad successiones, plura de hac clausula vide apud Doctores. Ex præmissis facile colliges quibus debeantur alimenta, & quomodo.

123 † Sed ponamus quod sit aliquis filius illegitimus de cuius patre dubitatur quis sit, adest enim satis probabilis coniectura; sed non potest determinari. Scitur esse hunc vel illum an autem sit hic vel ille non potest determinate dici, hoc casu ad quem spectabit alimenta dare huic filio.

124 † Respondeo primo. Si pater talis sit vt filius ex eo genitus sit spurius, & alter talis vt ex eodem genitus sit naturalis Castropala. disp. 3. punt. 8. vbi de conscientia dubia ait esse probabilius totam obligationem conuenire patri constituenti filium naturalem, quia in casu dubio filius potius est constituendus & præsumendus naturalis, quam spurius vt pote, quid honorabilius & fauorabilius filio. Quando verò vterq. parens æqualiter dubius reddunt filium naturalem vel spurium, quemlibet teneri alere & debitum inter vtrumque debet di-
125 uidi † Cui secundæ assertioni libenter ne subscribo; at in prima non conuenio, fateor quidem quod fauore filij debet potius iudicari naturalis quam spurius, in dubio, at iste fauor filij non debet cedere in damnum patris æqualiter dubij, in æquale ergo dubio teneatur vterque æque alere, quia de nullo est maior ratio, quare magis vnus, quam alter obligetur. In hoc tamen dubio fauore filij præsumatur naturalitas non spurietas. Vide Vasq. 1. 2. disp. 66. cap. 8. num. 7. Solas. tract. 8. disp. vnica sect. 54. num. 247. Azorium 2. Inst. Moral. cap. 19. quæst. 8. Si ergo agetur ad aliquam effectum qua alteri non præiudicetur præsumetur naturalis,

non ſpurius, & ſi aliquo modo præiudicetur & filius ſit in poſſeſſione neque diſſentio iuxta ſuperius dicta; ſi verò agatur de alterius præiuditio neque ſit in poſſeſſione non cenſebitur naturalis. Simpliciter autem maxima eſt concertatio inter Doctores in dubio an filius præſumatur ſpurius vel naturalis quod preſumetur ſpurius dixerunt Bart. conſ. 42. Iaſon in l. poſt dotem col. 2. ff. ſolut. Matr. Corneus conſ. 68. num. 4. lib. 1. Alciat. conſ. 52. num. 5. lib. 5. Capra conſ. 1. num. 27. & 28. Nota conſ. 421. num. 9. Ruinus conſ. 63. num. 5. lib. 2. Laderch. conſ. 122. num. 1. Surdus late conſ. 384. nu. 43. lib. 3. Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 90. & quamplures alij Contrarium probarunt Bald. conſ. 288. num. 3. lib. 1. Crauet. conſ. 768. & alij plures diuerſa via incedentes, alij tramitem iuris Canonici alij Ciuilis ſertantes, mihi videtur æqua poſita diſtintio. Et de iſtis ſatis pro ſummaria intelligentia.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus proponitur.*
2 *Dubium ſoluendum.*
3 *Soluitur directe.*
4 *Ad hoc vt quis ſit irregularis defectu natalium, vel debet eſſe re vera illegitimus vel ſaltem iure præſumptus.*
5 *Fundamentum huius irregularitatis eſt illegitimitas.*
6 *Aliud eſt eſſe legitimum aliud illegitimum, aliud non illegitimum aliud puri ſanguinis.*
Quid ſit quærere an expoſiti ſint illegitimi.
7 *Onus probandi aliquam eſſe illegitimum incumbit aſſerenti illegitimitatem.*
8 *Præſumptio eſt contra eum, cui iniungitur onus probandi.*
9 *Præſumptio pro veritate habitur niſi contrarium probetur, & æquiparatur quaſi poſſeſſioni.*
10 *In dubio illa eſt ſumenda coniectura quæ excludit delictum.*
11 *Melius eſt crimen præterire impunitum quam innoxium condemnari. Vgolini dictum expenditur.*
12 *Cum veritas de legitimate non poteſt haberi interpretatio facienda eſt in meliorem partem.*
13 *Nemo cenſendus eſt irregularis, niſi ſit in iure expreſſum eſſe irregularem.*
14 *Receptiſſimum argumenti genus eſt à communiter accidentibus, quod verum eſt dum non agitur de magno præiuditio alicuius.*
15 *Expoſiti habentur tamquam vulgo quæſiti ſed non in omnibus.*
16 *In dubio tutior eſt pars eligenda maxime cum agitur de ſacramentis. Quæ tamen regula eſt tantum conſilium non præceptum, & intelligitur vbi interuenit irreuerentia peccaminoſa, non legalis, & illud eſt tutius quod eſt Sacris Canonibus conformius.*
17 *Poſſeſſio ſtat pro illo pro quo eſt præſumptio.*
18 *Vbi eſt certa præſumptio iuris pro aliqua parte illa debet iudicari vera donec contrarium probetur.*
19 *In dubio an ſacerdos occiderit cenſetur irregularis quia tutius eſt ceſſare ab officio quam temere celebrare, quod non eſt præceptum, ſed conſilium.*
20 *Proponitur cap. Illud dominus, de Cler. excomm. miniſtr. & exponitur infra.*
21 *Proponitur item & exponitur cap. Iuuenis de ſponſali.*
22 *Proponitur quædam Bulla Gregorius XIV. & exponitur differentia inter illegitimum, & puri ſanguinis.*
23 *Proponuntur Doctores pro vtraque ſententia.*
24 *Tres fratres exiſtunt vere legitimi, & quartus etiam adiſt ſed de eo dubitatur quomodo iſti ſuccedent.*
25 *Nulla datur latitudo in dubio.*
26 *Quæſtio an quis ſit filius eſt tota coniecturalis.*
27 *Qui ſe filium dicit talem ſe probare debet.*
28 *Quomodo probetur filiatio.*
29 *Matri neganti filium natum in domo mariti eſſe mariti non creditur, matris aſſertio non nocet filio imo neq; mariti, nec mariti, & vxoris ſimul, ſed aliæ coniecturæ requiruntur.*
30 *Quid ſignificent verba iſta poſita à patre in teſtamento ſiue meus filius ſit ſiue non.*
31 *Si coniecturæ concurrent cum dicto matris, quod filius non ſit mariti creditur, & quæ debeant eſſe.*
32 *Quid dicendum mulier diu ſterilis diſceſſit à marito deinde reuerſa concepit, & peperit cuius erit filius.*
33 *Quid ſi mulier habitet in domo adulteri, & maritus ad eum etiam accedit ſi pariat in domo adulteri cuius filius præſumetur qui natus eſt.*
34 *Si filius naſcitur ex vidua quæ deinde nupſit, & peperit intra tempus quo filius poteſt eſſe primi, & ſecundi mariti cuius præſumetur filius?*
35 *Quomodo inducatur præſumptio filiationis ex eo quod quis habeatur, & tractetur vt filius.*
36 *Quid ſi filius ſit habitus, & tractatus vt filius deinde a patre reſpuatur.*
37 *Quid ſi filius hoc modo habitus & tractatus à patre deinde reſpuatur & ille ad domum alterius ſe conferat.*
38 *Præſumptio tractatus, & educationis nocet tractanti, & educanti, non autem alijs.*
39 *Quomodo oriatur præſumptio filiationis ex nominatione.*
40 *Hæc præſumptio nocet tantum nominanti.*
41 *Quomodo probetur filiatio ex communi voce, & fama?*
42 *An ex ſimilitudine, & effigis naſcatur præſumptio filiationis. Item an ex ſententia?*
43 *Filiatio alter probatur quando agitur de ſucceſſione patris, & agnatorum aliter cum de ſucceſſione matris in cognatorum.*
44 *Quomodo probatur legitimitas.*
45 *Illa coniectura ſumenda eſt quæ excludit delictum.*
46 *Honeſta coniectura excludit inhoneſtam.*
47 *Inter cohabitantes præſumitur matrimonium fauore filiorum non autem ipſorum cohabitantium.*
48 *Quoties rumor & fama contraria extat, tenetur qui ad ſacros ordines vult promoueri ſe probare legitimum.*
49 *Ex adulterio nati dicuntur manchi & imperfecti.*
50 *Natura nihil facit imperfectum.*
51 *Infamia non præſumitur, cum præſupponat delictum.*
52 *Iſta præſumptio non prodeſt ei qui cupit admitti ad ſucceſſionem hæreditatis ad excluſionem alterius vt filij agnati, ſed alijs coniecturis debet probare ſe eſſe filium.*
53 *Præſumptio legitimitatis multum prodeſt quando filius eſt & quaſi poſſeſſione legitimitatis.*
54 *Quomodo filius conſtituatur in quaſi poſſeſſione legitimitatis referuntur modi, & requiſita ad*

tius

eius valorem, quibus noceat iſta præſumptio.
55 *Refferuntur effectus quos parit iſta quaſi poſſeſſio legitimitatis, & etiam aliqua, contra quos operetur talis quaſi poſſeſſio.*

Expoſitus an ſine diſpenſatione poſſit ordinari.

L X V I.

1 CArolus † Hoſpitali expoſitus, cæteris omnibus ad ſuſcipiendos ordines requiſitis optime inſtructus, hoc vno dempto, quod patrem non poteſt probare nec ſe eſſe legitimum, hoc tamen non obſtante adit Epiſcopum, petit ordinarij, renuit Epiſcopus, quod ſit ex hoſpitali ideo cenſendus illegitimus, ſe tuetur Carolus, quia in hoſpitali non ſolum exponuntur illegitimi; ſed etiam multi legitimi, Imo ſæpe accidere ſolet vt qui ex natiuitate illegitimi exponuntur fiant legitimi ex ſubſequenti matrimonio, quod contrahitur inter eos, ex qui-
2 bus iam nati ſunt. † Quærit Epiſcopus, an poſſit ordinare Carolum abſque vlla diſpenſatione, an vero cum illo ſit prius diſpenſandum ſuper illegitimitate.
3 Reſoluendo dico Carolum nulla indigere diſpenſatione, & ideo debere admitti ad omnes ordines.
4 Pro declaratione dicendorum † obſeruo primo, quod. Ad hoc, vt quis ſit irregularis ex defectum natalium debet eſſe illegitimus, vel quia conſtet de eius non legitima natiuitate, vel cum de ea non conſtet, quia talis à iure præſumitur. Cum enim irregularitatis impedimentum ſit à iure inductum, ſufficit ad illam, vt impedimentum ſit in iure expreſſum, & eo modo, quo eſt in iure expreſſum,
5 eo modo eſt accipiendum. † Cum ergo in caſu noſtro non conſtet Carolum eſſe illegitimum, quod eſt fundamentum irregularitatis, & impedimentum quo ab ordinibus arcetur, videndum eſt, an in iure, ideo, quod eſt expoſitus, habeatur pro illegi-
6 timo. † Obſeruo ſecundo aliud eſſe Carolum eſſe illegitimum, aliud non eſſe legitimum. Aliud eſſe puri ſanguinis, infra de hoc plenius interim ad hoc vt quis ex defectu natalium ſit irregularis debet eſſe illegitimus, vel quia conſtet talem eſſe natum, vel ſaltē quia talis ſit præſumendus. Noto 3. Idem eſſe quærere, an expoſiti ſint legitimi, & quærere, an illi, quorum pater ignoratur ſint illegitimi, ideo enim dubitatur, an expoſiti ſint illegitimi quia de eorum patre dubitatur, imo omnino ignoratur, dubitatur ergo, an ſint legitimi ob rationes initio poſitas, ſed pater omnino ignoratur, quia nulla de eo habetur coniectura, vel ſi habetur non ſufficit ad determinandum. His præhabitis probo Carolum non eſſe habendum illegitimum ideo neque irregularem, & conſequenter non indigere diſpenſatione, ſed eſſe ordinandum.

Primo ex Cap. lator, & ex Cap. peruenit. Qui
7 filij ſint legitimi. Vbi decernitur, † quod onus probandi, aliquem eſſe illegitimum incumbit aſſerenti illegitimitatem, ergo iſti canones præſumunt talem
8 non eſſe illegitimum, quia † præſumptio eſt contra eum, cui iniungitur onus probandi l. generaliter §.
9 ſi pretium in fin. ff. de fideicom. lib. † præſumptio enim pro veritate habetur, niſi contrarium probetur l. vlt. in prin. ff. de eo. quod met. cauſ. l. nuptura in fin. ff. de iure dotium l. ſi chirographum & l. cum de indebito in princip. ff. de probat. & l. ſiue poſſidetis C. de probat. & in Cap. ex inſinuatione, de procur. & in Cap. vnico, vt Eccleſ. benef. & paſſim admittunt Doctores & æquiparatur quaſi poſſeſſioni. Cum ergo iſta ſit præſumptio iuris, ex eo, quod reijciat onus probandi in aduerſarium pro veritate habendum, quod non ſit illegitimus donec contrarium probetur.
10 2. † In dubio illa eſt ſumenda coniectura, quæ excludit delictum l. merito ff. pro ſocio. Expoſitus ergo non eſt præſumendus illegitimus, vt excludatur delictum, ſi enim aſſeritur illegitimus vtique aſſerere etiam delictum patris neceſſe erit.
11 3. Ex D. Gregor. † melius eſt crimen præteriri impunitum, quam innoxium condemnari Innocens autem condemnaretur, ſi expoſiti haberentur illegitimi, quia inter eos certo multi ſunt legitimi. Neque fides eſt adhibenda Vgolino in conſequentia licet antecedens fortaſse verum ſit dum aſſerit de irreg. cap. 44. toto tempore quadraginta annorum, quibus ipſe animorum curam exercuit, ſe nullum vidiſse legitimum expoſitum, quia licet hoc verum fuerit apud illum, non eſt verum apud alios, & ideo non eſt fides adhibenda conſequentiæ, cum experientia hiſce noſtris temporibus contrarium omnino docet, & quod etiam alijs temporibus vſitatum fuiſse tradunt hiſtoriæ.

4. Ex Cap. ex tenore. Qui filij ſint legitimi vbi
12 habetur, † quod cum veritas non poteſt haberi, an quis ſit legitimus interpretatio facienda eſt in meliorem partem in fauorem prolis. Cum ergo non poſſit conſtare, an expoſitus ſit legitimus interpretatio erit facienda, quod non ſit illegitimus, & ideo non irregularis.
13 5 † Nemo cenſendus eſt irregularis, niſi expreſſum ſit in iure eſse talem, vt eſt commune effatum ſed nullibi in iure eſt expreſſum expoſitos eſse irregulares, ergo neque tales erunt cenſendi.
14 Obijcies † 1. Res iudicantur à communiter accidentibus, & hoc argumenti genus eſt receptiſſimum leg. certi conditio §. ſi nummos, vbi Doctores ff. ſi certum petatur & latiſſime Euerardus in centuria legali in loco à ſolitis, ſed communiter accedit, expoſitos eſſe illegitimos, ergo ſunt cenſendi illegitimi.

Reſpondeo maiorem eſſe veram, quando non agitur de magno præiuditio alicuius, ſi enim de magno præiuditio agitur non eſt vera 2. Reſpondeo in caſu noſtro non eſſe veram, quia habemus in contrarium, præſumptionem iuris, vt vidimus reijcientis onus probandi illegitimitatem in aſſerentem illam.
15 Obijcies 2. † Expoſiti habentur tanquam vulgo quæſiti, & qui nullum habent patrem Bald. in l. vulgo in prima lectura ff. de ſtatu homin. in prin. Reſpondeo inter vulgo quæſitos, & expoſitos non eſſe omnimodam ſimilitudinem, & intercedere aliquas differentias, quarum vna hęc eſt, vt non cenſentur illegitimi Gratianus diſcept. for. tom. 2. cap. 267. num. 23.
16 Obijcies 3. † in dubio tutior pars eſt eligenda, præcipue cum agitur de ſacramentis ob eorum reuerentiam ergo in dubio expoſitus eſt reputandus illegitimus ab ordines reuerentiam. Reſpondeo primo illam regulam non eſſe præceptum, ſed conſilium ita Nauar. de pęnit. diſt. 7. nu. 34. Silueſter verb. Ieiunium num. 27. Reſpondeo 2. Illud eſſe tutius, quod eſt ſacris Canonibus conformis, cum ergo ſit conformius expoſitum non eſſe illegitimum, vt ſupra probatum eſt, erit etiam tutius. 3. Illud conſilium eſt verum in ijs, quæ habent irreuerentiam peccaminoſam, non vero legalem. 4. Quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, quod eſt verum non ſolum in materia iuſtitiæ, ſed

etiam

etiam cuiuscunque alterius virtutis Sanchez de matr. lib. 2. disp. 41. num. 32. & in decalog. lib. 1. cap. 10. num. 11. Sancius disp. select. 42. num. 7.
17 & alij. † Possessio autem stat pro illo, pro quo est præsumptio iuris Sanchez loco cit. in decalog. nu. 13. Soto lib. 7. de iust. quæst. 3. nu. 2. colum. 3. vers. hic vero Aragon. 2. 2. quæst. 88. artic. 8. paulo post princip. notab. 2. sed præsumptio iuris est pro exposito, quod non sit illegitimus, ergo etiam, & dubio melior erit conditio istius.
18 † Vbi enim est certa præsumptio iuris pro aliqua parte, ea pars debet iudicari vera donec contrariū probetur Menoch. lib. 1. de præsumpt. quæst. 4. num. 3. & sequenti & quæst. 8. num. 1. sed contra dicta videntur esse Capit. ad audientiam & Capit.
19 significasti el 2. de homicidio, vbi † in dubio, an sacerdos occiderit, censetur irregularis, & rationem subdit Sum. Pontifex in hoc casu, tutius est cessare ab officio, quam temere celebrare, pro eo, quod in altero nullum, in reliquo magnum pericu-
20 lum timeatur. 2. † Cap. illud dominus de Cler. excom. ministr. Episcopus quidam fuit excommunicatus, quia suam Ecclesiam reliquerat, & aliam occupauerat, & excommunicatus diuinis se immiscuit, vbi aduerte illum Episcopum habuisse sufficientem rationem dubitandi, se excommunicationis vinculo non legari per ea, quæ in sui excusationem Papæ exponit, videlicet, quod monitione non præmissa aduersus ipsum processum fuerit, quia iudex non erat ordinarius, sed tantum delegatus. Item proposuit, se non credere, esse prinatum officia diuina celebrare, cum ab eodem iudice comminatorias litteras non acceperit, & ei tantum per famam constaret de sententia excommunicationis, attamen respondit Innocentius III. quod licet in hoc non videatur culpabilis omnino extitisse, quia tamen in dubio via est tutior eligenda, etsi delata in eum sententia dubitaret, debuerat tamen potius se abstinere quam sacramenta Ecclesiastica pertractare. Ecce quomodo etiam in hoc casu decernitur, quod tutior pars est eligenda, non
21 obstante possessione. 3. † Cap. iuuenis de sponsal. quidam iuuenis accepit puellam nundū septennem, & cum illa tentauit consumare, & non potuit postea duxit istius consobrinam, & mandatur separari ratione impedimenti publicæ honestatis, & tamen impedimentum erat dubium, quia dubium erat, an sponsalia valerent, imo præsumptio iuris stabat pro nullitate, attamen mandatur separatio à Papa; ergo in dubio possessio non suffragatur.

Quibus tamen respondeo. Ad primos textus ibi decidere Summum Pontificem irregularitatem in casu dubij homicidij ob reuerentiam, & decentiam sacrarum rerum innixum principio in dubio tutior pars est eligenda non tanquam obligatorio, sed tanquam optimo consilio.

Ad caput illud dominus. Respondeo, quod certo dubio de excommunicatione debebat Episcopus aliquam adhibere diligentiam, vt veritatem sciret, quam quia nullam fecit, tanquam temerarius violator punitur, orto enim dubio, & non facta sufficienti diligentia, vtique tutior pars est eligenda. Adde, quod sicut matrimonia probantur fama, ita poterat probari etiam excommunicatio saltem ad effectum abstinendi à celebratione.

Ad caput iuuenis. Respondeo possessionē matrimonij nihil illi prodesse, quia matrimonium contraxit dubius de valore sponsalium, & consequenter mala fide. Iudicauit autem Summus Pontifex matrimonium esse nullum, quia iudicauit valida priora sponsalia, quia vidit militiam iuuenis suppleuisse ætatem, quod potuit colligi non leuiter ex eo, quod tentauit consummare, & ex alijs coniecturis, quæ licet non omnino euidentes, certe tales vt merito Summus Pontifex potuerit eorum vi declarare sponsalia fuisse valida ita Glosa & Præposit. ibi, & Sanchez lib. 1. in decal. cap. 10 num. 15. Suarez tom. 2. de relig. lib. 4. de voto cap. 5. nu. 12. apud Castrumpalaum de conscientia dubia disp. 3. p. 6. num. 3. ad finem.

22 Obijcies 4. Gregorius XIV. in quadam Bulla ædita de anno 1591. in fauorem cuiusdam confraternitatis quā refert Henriquez lib. 14. sum. cap. 8. §. 10. in Glos. littera K decernit, quod expositi non habeantur legitimi, & puri sanguinis ergo de iure censendi sunt illegitimi alioquin nihil concederetur in fauorem illius confraternitatis. Respondeo valde multum inter se distare, non censeri aliquem legitimum, & puri sanguinis & censeri illegitimum & impuri sanguinis. Censeri enim legitimum, & puri sanguinis dicit qualitatem legitimitatis, & puritatis sanguinis. Censeri illegitimum supponit pariter constare de sanguinis non legitimitate. At censeri non illegitimum, nec probat puritatem sanguinis, nec impuritatem, sed mediat inter vtrunque talis est expositus, qui nec potest probare puritatem, nec illi potest probari impuritas. Ex quo fit, quod sit in aliquo statuto caueatur, ne ad officia admittantur nisi legitimi, & puri sanguinis non admittentur expositi, qui legitimitatem, vel sanguinis puritatem non possunt probare. Si vero arceantur tantum illegitimi admittentur quia illis non probatur qualitas repugnans statuto, quę est illegitimitas. In proposito Summus Pontifex concedit confraternitati ne admittantur expositi, quia non possunt probare qualitatem puritatis sanguinis, quod vult ad illam requiri non tamen decernit esse illegitimos, & ideo non sunt arcendi ab illis beneficij sine officijs à quibus arcentur illegitimi, & ideo erunt admittendi ad ordines expositi à quibus arcentur tantum illegitimi, maxime stantibus supradictis rationibus. Ex quibus habes fauorem, quem Gregoriana illa Bulla Confraternitati concedit. Sufficit ergo, quod ille qui clericus est efficiendus probet non constare se esse illegitimum, quia lex præsumit quemlibet idoneum idoneitate natnrali nisi contrarium probetur, & semper excludit delictum, quoad fieri potest. Cum ergo requiritur à lege, quod quis sit legitimus & puri sanguinis est probanda qualitas requisita. Cum vero excluditur illegitimus est admittendus, quilibet, de quo non probetur illegitimitas, & expositus erit admittendus, mediat enim inter legitimum & illegitimum, & certe nimis durum esset multos legitimos censeri illegitimos hac sola ratione.

23 Dices † vltimo contraria sententia est communis eumq; sequuntur, Angelus & l. liberorum ff. de ijs, qui notantur infamia Iason. in l. hæc profes. C. de testam. Alciatus & reg. 3. præsumpt. 1. nu. 12. Viuald. de irreg. nu. 123. Puteus decis. 435. p. 1. Barbosa ff. solut. matrim. p. 1. num. 20. Salzedo ad Diez cap. 14. Maiulus de irreg. cap. 11. nu. 1. & 3. Vgolinus simili tract. cap. 44. §. 7. num. 1. Henriquez. sum. lib. 11. cap. 21. §. 21. & lib. 14. cap. 8. §. 10. Lopez instruct. rom. 2. par. 2. cap. 23. Sayrus lib. 6. de cens. cap. 10. nu. 39. Toletus sum. lib. 4. cap. 58. nu. 2. Auila. de cens. p. 7. disp. 3. dub. 9. Garzias de benefic. p. 7. cap. 2. num. 10. & alij.

Res-

Respondeo etiam nostram esse communem eamq; tuentur Ananias cap. 1. de infant. expos. num. 11. Paleottus de spur. cap. 63. num. 3. & 7. qui asserit de communi Felin. in Cap. deputati de iudic. Bermond. in comm. ad tit. de concub. in verbo qui etiam filios num. 90. Menochius cons. 96. & lib. 6. præsumpt. 54. num. 20. & de Arbitr. casu. 396. num. 15. & 16. Rodriq. qq. reg. tom. 1. q. 13. artic. 1. & quæst. 14. art. 3. Gratianus discept. for. cap. 135. nu. 31. tom. 1. dicens hanc esse veriorem, quod etiam repetit. tom. 2. cap. 267. num. 22. Barbosa de pot. Episc. p. 3. alleg. 51. num. 150. Bellettus disp. cler. p. 1. §. 1. num. 24. Val. de pœnis delictorum cap. 9. Salas 1. 2. tr. 8. disp. 1. sect. 24. num. 246. Sayrus ipse lib. 6. de cens. cap. 10. num. 75. ait de rigore iuris hanc esse veriorem Suarez de cens. disp. 50. sect. 4. num. 4. asserit vtramq; probabilem & quam nos sequimur in praxi tuto esse sequendã & Armenda in recopil. leg. Nauar. ad lib. 4. tit. 29. lib. 1. §. 2. de hosp. & infant. expositis fatetur hanc esse veriorem & multos citat nobiscum sentientes & concludit expositos nulla indigere dispensatione si autem sequendo contrariam sententiam quæras an possit Episcopus dispensare. Respondeo si constet clare de illegitimitate potest dispensare ad minores super irregularitate, quæ incurritur ex cap. 1. de filijs præsbit. ad maiores vero potest tantum Papa vt in eodem capite Quod si efficiuntur religiosi possunt de iure communi promoueri ad omnes ita Angelus Irregularis num. 52. si vero non constet sed sit dubia, vt in casu nostro secundum probabilissimam sententiam eorum, qui asserunt in dubio Episcopum posse dispensare, dispensabit. Non enim constat de illegitimitate, sed tantum præsumitur secundum illorum sententiam, quod tamen nos negamus.

24 Sed quid dicendum, quoad successiones, verbi gratia, sunt tres Fratres, qui vere cognoscuntur legitimi sed quartus adest de quo dubitatur succedentne omnes æqualiter patri? Respondeo in foro conscientiæ destinguendo, vel illi, de quibus nullo modo dubitatur iam adierunt hæreditatem & sunt in illius possessione & ille de quo dubitatur petit pariter admitti simul cum alijs, & hoc casu non est admittendus, quia in dubio nemo est expoliandus sua possessione, vel nulli adhuc sunt in possessione nec legitimi nec ille de quo dubitatur, & tunc etiam ille de quo dubitatur est admittendus, quia in dubio nemo pœna est efficiendus, nec est spoliandus iure suo, nec condemnandus. Cum ergo iste sit in possessione filiationis & dubitetur tantum de legitimatione nec alij filij sint in possessione non est condemnandus vt illegitimus, nec pœna efficiendus priuando eum hæreditate in dubio an sit

25 talis. † Nec admitto doctrinam Molinæ asserentis, quod quantum est dubium tantum sit tribuendum, sed admitto cum Sanchez nullam dari in dubio latitudinem, quia quoties magis pendet animus in vnam quam in aliam partem non amplius est dubius, sed transit in opinionem, & quod in dubio modo dicto sint admittendi etiam in foro fori sustineretur. Ad tradita vide Sanctarellum latissime agentem in suis resolutionibus.

Sed quia sæpisse contingit dubitare, an quis sit filius, & posito, quod pro filio habeantur, an sit legitimus habendus, aliqua ad præsumendum deseruientia subtexam, sed in principio dices, quomodo potest dubitari, an quis sit legitimus, dum constat esse filium. Respondeo non constare esse legitimum nisi quatenus pro filio habetur, potest autem talis haberi, & postea etiam dubitari, an sit legitimus apertius totum erit ex tradendis.

26 Si ergo incidat quæstio, † an quis sit filius alicuius, scias hanc esse questionem coniecturalem quia vere & propriæ filiatio non potest probari Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 89. & lib. 6. præsump. 53. num. 1. plures hoc asserentes refert Petra de prohibit. alienat. fideicom. quæst. 11. n. 242. scias

27 etiam præterea, quod, † qui se filium dicit, se talem esse probare debet, cum enim filiatio sit quid facti, non præsumitur, & hoc est certum, & nemo ignorat, vt scribit Angel. leg. liberorum in princip. ff. de ijs qui not. infam. & late Mascard. de prob. conclus. 789. num. 1.

28 † Probatur ergo filiatio, quando probatur, quis natus ex vxore illius viri cuius asseritur filius, præsumitur enim ab illo viro generatus leg. filium ff. ijs qui sunt sui vel alien. iur. Menochius præcit. loco, & hæc coniectura, non solum respicit, quasi possessionem filiationis, sed ipsam proprietatem Mascardus conclus. 788. quam sequitur Menochius loco cit. est tamen præsumptio iuris tantum Paris cons. 10. nu. 42. lib. 2. contra alios asserentes esse iuris & de iure. Neq; obstat, quod mater consuetudinem habuerit cum adultero tempore conceptionis, quia adhuc filius præsumitur genitus à marito, Doctores hoc affirmantes citat Anton. Gabriel. lib. 1. concl. tit. de præsumpt. & Mascardus dicta conclus. 788. nu. 6. etiamsi mulier habitaret extra domum mariti, dummodo maritus ad eam accedere soleret, ita ex Barbat. Iasone, Decio, Paleot-

29 to, tradit Menochius cit. cas. 89. num. 26. † Imo etiam si mater assereret illum filium non esse genitum à proprio marito, dummodo sit natus in domo ex vxore præsumitur generatus à marito, & ideo creditur eius filius, matris enim assertio, & Confessio non potest nocere filio, ita Menoch. eodem casu n. 27. & alij quos affert dict. præsumpt. 53. num. 7. Quod si matris assertio filio non potest nocere, multo minus nocebit dictum patris, quia non ita certus est ac mater, quod præcipue verum est, quando ex leuitate vel aliquo odio moueretur ad hoc dicendum. Imo neq; assertio & confessio mariti & vxoris, quod filius natus in eorum domo, & ex illa vxore non sit mariti, sed adulteri, aliquam facit fidem contra filium, quia adhuc creditur genitus à marito, ita vere scripserunt Bald. in l. filium in 1. sum. numer. 11. ff. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. & alij, qui scripserunt requiri præterea alias coniecturas, nempe famam, vel tractatum, quid autem sit tractatus infra, & ratio est, quia non est in viri, & vxoris facultate suis assertionibus tollere præsumptionem, quam lex introduxit ad fauorem filij. Ex quibus colliges, an

30 filio nocere possit † dubitatiua patris in testamento, quando ita, vel simili modo disponit. Instituo Carolum hæredem meum vniuersalem, siue meus sit filius, siue non. Hæc enim dubitatiua sane non debet nocere filio, quia, etiamsi esset vera dubitatio, non posset obesse, quia patri, non creditur; deinde non est apposita dubitandi causa, sed potius ad omnes lites tollendas, & hic est sensus; quia plerumq; hæredes ab intestato solent vexare filios obijciendo illis, quod ex falsa causa eos pater instituerit hæredes, quia videlicet eos crediderit filios, quod, si non esse filios sciuisset, non constituisset, iuxta l. si pater & l. Nec apud C. de hær. inst. de qua re copiose Menoch. lib. 6. præsump. 24. & ideò filij se tueri debent probando

se

se esse filios, vt idem Menoch. ibidem & ita maxima
afficiuntur molestia filij, ideo patres, vt litium &
ordituras & fila præcidant, solent addere illa verba,
quasi velint insinuare volo Carolum esse meum
hæredem, & sine lite, sed quia posset aliqua moueri
super filiatione, ad præcludendam omnem viam,
siue meus, siue non sit filius, volo meum esse hære-
dem, ita consuluit Decianus cons. 1. num. 139.
31 lib. 3. † si tamen cum dicto matris, quod filius non
sit mariti sed adulteri aliæ concurrerent coniecturę,
aliter esset dicendum, secundum qualitatem conie-
cturarum concurrentium Pontan. de alim. cap. 3.
32 num. 11. † sed quid dicendum, quando mulier diu
sterilis diuertit à viro, & aliquod post dies reuersa
filium genuit, & domi peperit cuius præsumitur
filius? Adhuc mariti ita Paleottus, quem refert &
sequitur Menoch. dict. cas. 89. nu. 31. ea ratione,
quia sæpe contingere solet, vt vir vel mulier, qui
aliquo tempore non potuerunt generare postea
generandi vim recipiant ita Plinius lib. 7. nat.
historiæ cap. 13. & Arist. in histor. animal. lib. 7.
cap. 6. ita habet. Ratio quoq; generandi omnino
discrimen hoc recepit, vt iuuenes nihil procreent,
seniores iam incipiant generare. Nisi tamen
maritus domo multum tempus affuisset, vt v. g.
decennium, & domum reuersus inueniret filium
duorum vel trium annorum, quia tunc non dicere-
tur filius patris, sed alicuius charitatis ita probat
l. filium ff. de ijs, qui sunt sui vel alien. iur. & leg. 1.
§. idem Iulianus ff. de lib. agnoscend. vide
Menoch. eodem cas. 89. num. 32. & Dec. cons. 1.
num. 97. lib. 3. item si constaret virum, vel mu-
lierem aliqua de causa non potuisse generare, vt
morbo, qui generationem impediret iuditio me-
dicorum, &c. quia tunc non præsumitur filius, vide
Menoch. eodem casu. nu. 53. & scripta præsumpt.
num. 16. Item non præsumitur facile filius mariti;
si mulier diu fuit sterilis cum marito, & habitauit
cum alio, etiamsi marito pateret aditus coeundi
cum vxore sed requiritur præterea nominatio, &
tractatus mariti Gabriel dict. conclus. lib. 1. de
33 præsumpt. concl. 40. nu. 16. vbi alios refert, † &
idem dicendum, quando vxor habitat in domo
adulteri, & maritus raro ad illam accedit, præ-
sumitur enim filius adulteri, vide Menoch. dict.
præsumpt. num. 19. vbi ex Alciato expendit text.
l. filium ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur. eodem
modo præsumitur filius adulteri, quando mulier
continuo habitabat in domo adulteri, & in ea
pariat; præsumitur enim genitus ab adultero, Capra
cons. 2. num. 2. Anchar. cons. 225. num. 5. Abbas
Cap. transmissæ num. 9. qui filij sint legit. hoc
statuentes, quod sicuti natus in domo mariti præsu-
mitur mariti, ita natus in domo adulteri præsumi-
tur adulteri, & Nenizan. cons. 34. nu. 39. affirmat
filium præsumi procreatum ab eo, qui ad libitum
suum mulierem tenet, & quietiore animo illa
34 fruitur. † Si vero filius nascitur ex muliere, prius
vidua, quæ deinde nupsit, & nupta intra id tempus
peperit, quo partus potuit esse tam primi, quam
secundi mariti partus censetur illius in cuius domo
æditus est. Bald. in l. si mater, C. de suis & legit.
Neque præsumitur filius mariti, si vxor extra domū
mariti habitabat, & maritus ad illam non accede-
bat, & qui contendit esse mariti filium, debet
probare mariti accessum ad mulierem, Salicet. l.
vlt. in fin. ff. de probat. & cessaret præsumptio,
quando plures aliæ coniecturæ concurrerent, vt si
filius sit educatus tractatus, nominatus tamquam
filius adulteri, & concurrat etiam publica vox, &
fama, tunc non mariti, sed adulteri filius reputatur,
ita Menoch. dict. cons. 89. num. 65. quod magis
verum esset, quando interrogatus filius fateretur
se filium adulteri idem ibidem in Præs. dict.
num. 20. vbi multos allegat. Item si vtilius esset
filio, & fauorabilius esse spurium, quam legitimum,
quia hoc etiam casu præsumitur spurius, & illegiti-
mus potius quam legitimus Gozadin. Cons. 13.
num. 48. sed aliter Rolandus cons. 11. num. 29.
lib. 4.
35 Præsumitur etiam quis filius alicuius, si vt illius
filius habeatur, & tractetur, & hæc coniectura
constituit tractatum, & habitum in quasi possessio
filiationis Menoch. eodem cas. 89. nu. 69. & dict.
præsumpt. num. 21. vbi multas allegat, quæ conie-
ctura locum habet etiam in petitorio. Petra multos
referens dict. quæst. 11. num. 283. Mascard. dict.
conclus. 789. num. 9. Non tamen operatur ad de-
cisionem totius causæ, sed vt constituatur filius in
quasi possessione filiationis Alex. cons. 51. num. 2.
lib. 1. Paris. cons. 10. n. 16. & 70. lib. 2. Tractatus
autem probatur multis modis quos refert ad vnde-
cim Mascardus conclus. 789. n. 38. & ad duodecim
Petra recenset dict. quæst. 11. num. 420. & multis
seq. quibus dicitur quis tractatus, vt filius & Rota
probat tractatum esse sufficientem coniectura, qua
ita tractatus præsumatur filius decis. 1. 2. & decis.
238. num. 8. & 9. in p. 1. nouiss. & Craueta asserit,
quem tractari, vt filium, quando, vt filium testator
in testamento eum fecit hæredem ita cons. 991.
num. 20. & 25. lib. 6. probat coniecturam & num.
27. probat hunc modum, & num. 30. & 31. refert
alios modos quibus, quis dicitur tractari, vt filius,
& locum habet etiam ista coniectura, quando pater
est etiam vita functus, & ab alijs tractatur, & ha-
betur, vt filius illius defuncti, ex tali enim tractatu
constituitur in quasi possessione filiationis contra
eos, qui illum ita tractant ita Menoch. dict. cas.
89. num. 72. quod repetit dict. præsumpt. nu. 23.
36 † Quod si filius à patre, vt filius prius sit tractatus
deinde respuatur, neq; ex hoc tollitur præsumptio,
sed adhuc filius perseuerat in illa quasi possessione,
& secundus contrarius tractatus illi non nocet ita
Menoch. dict. casu num. 75. vbi refert Felin. Cor.
Ruin. Gabriel. Bened. Paleott. & alios, & tenet
Mascard. dict. concl. num. 5. & 7. & ratio est, quia
ius quæsitum à filio sine eius facto, & consensu non
potest tolli à patre leg. id, quod nostrum ff. de reg.
iuris, & ista coniectura procedit, etiamsi vnicus
tantum interuenisset actus tractationis, modo ali-
qualis nominatio concurrat, & non sit momenta-
neus, sed successiuus Dec. & Paleottus quos refert
Menoch. supracit. cas. nu. 34. & Gozadin. consil.
13. n. 40. & tractatus patris filij in filium constituit
filium in quasi possessione filiationis, ita vt, si post
talem tractatum negaret esse filium suum, adhuc
esset præsumendus filius, & ratio est, quia est po-
tentior coniectura, quæ sumitur ex tractatu, quam
illa quæ sumitur ex nominatione, si ergo negatio
patris pertineat ad nominationem negatione con-
currente cum tractatu præsumptio & coniectura
erit pro tractatu Bald. in l. non ignorat num. 5. C.
qui accussar. non possit Dec. cons. 54. Gozad. cons.
13. num. 34. Mascard. dict. conclus. 789. num. 2.
37 † Cessat tamen ista coniectura, & præsumptio, si
filius tractatus à patre, vt filius deindeq; reiectus
se contulit in domum alterius, à quo tamquam à
nouo patre tractetur, vt filius, hoc enim casu dicitur
recessum ab illa quasi possessione, Menoch. eodem
casu num. 75. & Mascard. eadem conclus. num. 6.

Rota apud Menoch. dict. Præsumpt. nu. 32. Item si ille, qui tractat vt filium tractaret, vt filium causa pietatis, non naturæ, vt quia indigentem, vt filium alat. Item, si constaret esse natum in domo alterius
38 idem Menoch. eadem præsumpt. n. 32. † Aduerte autem, quod ista præsumptio tractatus, & educationis nocet tractanti, & educanti, non autem tertio, Decian. conf. 91. num. 4. lib. 2. Signor.
39 conf. 219. num. 6. † Oritur etiam præsumptio ex nominatione, & si quis in iuditio principaliter, & propter se nominauit, confessusque est aliquem esse filium suum, sic nominatus constituitur in quasi possessione filiationis, & probatur filiatio, ita Menoch. eodem casu numer. 79. vbi sentientes Doctores affert, vbi etiam considerat rationes. Quod si incidenter deponat in iuditio, & propter aliud nominauit, & confessus est esse filius suum, talis confessio non probat, nec taliter nominatus constituitur in quasi possessione. Constituetur autem in quasi possessione filiationis, & filiatio probabitur si etiam extraiudicialiter principaliter, & propter se quis nominet, & confiteatur illum esse suum filium, vt si eo præsente dicat: Tu es filius meus, & volo instituere te meum hæredem aut etiam si scripserit eum in suis libris, vt suum filium scribendo eius natiuitatem; dicitur autem nominatio fieri propter se, & principaliter, quando verbi gratia aliquis affert libellum principi, rogans, vt filium suum legitimet, vel quando in testamento dicitur suus filius, & à se legitimatus, si vero extra iuditium incidenter, & propter aliud nominetur filius non oritur probatio filiationis, & ita nominatus non constituitur in quasi possessione filiationis idem Menoch. eadem præsumpt. nu. 37. & 38. Nisi tamen nominatio incidenter facta fuisset in actu, qui conuenit filio, non extraneo, & quæ potius deberet dici facta principaliter etsi fiat propter aliud, vt quando quis emancipando, instituendo, vel similem actum faciendo nominauit aliquem filium suum, ista enim non est facta principaliter ad declarandum illum esse suum filium attamen, etiam hoc casu probaretur filiatio, & sic nominatus constitueretur in quasi possessione filiationis, Mascard. conclus. 790. numer. 45. sicuti etiam idem esset dicendum, quando confessio, & nominatio esset geminata, & repetita principaliter propter aliud, & extra iuditium, hoc enim casu nihil obest, quod sit extra iuditium, & propter aliud, posito, quod fuerit geminata. Nisi tamen geminatio esset facta otiose, vt si diceretur fili mi fac hoc, fili mi fac illud, ista enim geminatio non est sufficiens, quod si serio, & non perfunctorie sit facta eundem parit effectum faciendi semiplenam probationem, Menoc. dict. casu num. 8t.
40 † Nota tamen, quod etiam ista nominatio nocet quidem ipsi patri nominati, non autem tertio. Ruin. conf. 63. col. 2. lib. 3. Natt. conf. 475. num. 15. lib. 2. In antiquis autem sola nominatio probat filiationem Mascard. d. concl. 790. num. 5.
41 † Probatur etiam filiatio, & filius constituitur in quasi possessione filiationis ex communi voce, & fama. Menoch. d. casu vbi quamplurimos congerit, & alios addit d. præsumpt. num. 43. quæ quidem coniectura locum habet maxime in antiquis Decia. conf. 1. num. 103. lib. 3. Putens decis. 518. num. 2. lib. 2. & Rota decis. 238. num. 21. p. 2. noui ff. Nisi tamen repugnet assertio & nominatio illorum, qui pater, & mater nominantur. Nam
42 ista præualet Mascard. loco cit. num. 53. † Duæ aliæ sunt coniecturæ ad probandam filiationem al-

teram ex similitudine & effigie, & ita tradunt multi; sed ab ista ego omnino recedo cum alijs plurimis. Facit quidem aliqualem suspicionem, vt loquitur Alciatus, sed non præsumptionem. Altera est ex sententia. Sed vel sententia est lata super filiatione, & non facit coniecturam, vel præsumptionem, sed est iudicium circa probationes, & coniecturas, & tunc probatur filiatio; si vero sententia est lata in aliquo inditio possessorio, non probatur; Item si sit lata in aliquo iuditio præstationis alimentorum. Quia sententiæ istæ non faciunt ius in causa filiationis principali; Sed solum
43 quoad illum casum. † Filiatio autem aliter probatur, quando agitur de successione patris, & agnatorum, aliter quando de successione matris, & cognatorum. Salicetus in l. quoties, ff. de probat. Putens d. decis. 518. in fine. Hactenus quomodo
44 probetur filiatio. Nunc quomodo probatur † legitimitas, & primo Menoch. lib. 6. præsumpt. 54. in principio num. 2. distinguit. Aut constat aliquem esse procreatum ex coitu illegitimo, & illicito, & tunc vult filium præsumi spurium, potius quam naturalem, ea ductus ratione, quod de iure ciuili adhuc, vt quis dicatur naturalis multa requiruntur, vt responsione antecedenti diximus, vt quod filius sit natus ex concubina proprie sumpta, quæ talis dicitur, quando vterque est solutus, inter quos potuerit esse matrimonium, & quod diu sit retenta in domo, & schemate concubina, & quod solus vir ipse cum ea consuetudinem habuerit, quæ cum sint facti non possunt præsumi, & consequenter naturalitatem non credi, sed spurietatem. Sed cum ista ratio nunc cesset, quia non ius ciuile in hoc attenditur; sed canonicum secundum quod nullum istorum requiritur, vt sit quis naturalis, sed sufficit quod sit procreatus filius ex soluto, & soluta, inter quos matrimonium possit stare, vt in præcedenti responsione diximus, sequitur, quod optima, & non leuis sit coniectura Alciati præsumentis naturalitatem, potius quam spurietatem ad excludendum delictum, & ita tenendum consequenter ad ea, quæ diximus. Aut non constat, quo coitu quis natus sit, & sic vere sumus in dubio, an ex legitimo, vel illegitimo, & relatis aliorum sententijs ipse tenet hoc casu esse præsumendum legitimum, cum quo, & nos conuenimus, vt supra diximus de expositis, & præter ibi adducta addimus ad hoc probandum
45 sequentia, ex eodem Menochio, † Illa sumenda est coniectura, quæ delictum excludit, & illud potius est præsumendum, quod honestum quam quod inhonestum, Bald. in l. filium num. 1. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iur. & idem Bald. in l. r. num. 35. C. de ijs, qui accusare non possunt, scripsit
46 † quod honesta coniectura excludit inhonestam præsumptionem, & hoc fauore prolis innocentis. Et cum duo possunt capi coniecturæ, quarum vna significat delictum, altera excludit, illa est eligenda, quæ vitio, & crimine caret Bart. in l. non solū, §. sed vt probari num. 5. ff. de noui op. nunciat. a.
47 ex cap. lator. qui filij sint legit. † Vbi quamuis lex non præsumat matrimonium inter duos habitantes simul; attamen præsumit, quoad filios, Abbas ibi Ruinus conf. 63. in fin. lib. 2. ex quo etiam textu licet inferre, quod supra diximus responsione præcedenti in casu, quo dubitaretur, ad quem ex duobus altero soluto & altero coniugato, qui cum eadem rem habuerint, pertineat præbere alimenta filio, qui ex muliere ab illis duobus cognita nasceretur, & dixi pertinere ad vtrumque, nec sufficere pro eximendo ab obligatione coniugatum, quod debeat

debeat præsumi minus delictum, quia ista præsumptio est in fauorem filij non adulteri, vt ex hoc textu patet; si ergo agitur ad declarandum filium naturalem, vel spurium fauore filij minus delictum præsumitur; si vero de alimentis exhibendis vterque condemnabitur, quia constat vtrumque peccasse, neque scitur, sed dubitatur cuius filius sit. Neque rationi consonum est magis peccantem non puniri, & minus, condemnari, maxime quia inde nulla iniuria proli infertur. 3. ex c. accedens de purg. Canon. vbi Innocent. III. respondit eum
48 † qui ad sacros ordines se promoueri desiderat, probare debere se legitime natum, quoties de se contraria fama, & rumor extat, ergo cessante rumore, & fama non tenetur probare se legitimum, ergo præsumitur legitimus, quem text. expendit Galiaul. ad Rubri. ff. verb. oblig. numer. 161.
49 4. † Ex adulterio geniti dicuntur manchi, & imperfecti. Sap. 3. filij autem adulterorum imperfecti ergo nemo est præsumendus natus ex adulterio,
50 & stupro, sed ex legitimo matrimonio † quia natura nihil facit imperfectum. 5. illegitimitas est quædam nota, & infamia facti. Azor. in sum. C. de ijs, qui not. infam. Curt. Iunior. cons. 136.
51 num. 11. & Ruin. cons. 63. num. 10. lib. 2. † Infamia autem non præsumitur, cum præsupponat delictum c. dudum vbi Felin. numer. 14. de præsumpt. & non præsumi in homine turpitudinem scripserunt Glossa l. vlt. ff. quod metus caus. & Ang. l.
52 sciendum in fin. ff. de verb. oblig. † Sed aduerte quod ista præsumptio non prodest ei, qui cupit admitti ad successionem hæreditatis ad exclusionem alterius, vt filij, agnati, &c. Hoc enim casu alijs coniecturis, & præsumptionibus, qui petit debet, se probare legitimum ita Menoch. alias refe-
53 rens cons. 927. num. 39. lib. 10. † & ista præsumptio quod in dubio filius præsumatur legitimus multum confert quando filius est in quasi possessione legitimitatis, quia illam legitimitatis præsumptionem illa quasi possessio reddit fortiorem Glossa in cap. lator, qui filij sunt legit. Decius in l. si emancipati, numer. 4. C. de collat. Nat. cons. 421.
54 num. 2. &c. † si autem quæras quomodo filius constituatur in quasi possessione legitimitatis. Respondeo constitui confessione, & nominatione patris, & matris, & si vterique confessi sunt filium esse legitimum, & vt legitimum nominarunt inducitur sine controuersia quasi possessio Menoch. dict. præsumpt. 54. vbi alios refert num. 33. Si vero vnus tantum ex illis fateatur legitimum ex legitimum nominet, inducitur quasi possessio contra nominantem, & confitentem, non vero quoad tertium puta venientem ab intestato idem num. 35. Aduerte tamen, quod ista nominatio, & confessio debet esse facta principaliter, & propter se non autem incidenter Ruinus cons. 63. numer. 12. lib. 2. Inducitur quasi possessio legitimitatis ex tractatu, quia videlicet pater vel mater tractarunt filium, vt legitimum, vt si illum in testamento hæredem constituerunt. Item quando fuit admissus ad actum, ad quem non admittuntur, nisi legitimi. Paris. cons. 10. lib. 2. Gozad. cons. 13. nu. 33. Inducitur 3. quasi possessio legitimitatis ex diutina cohabitatione patris, & matris in fauorem enim filij ex diutina cohabitatione inducitur coniectura contracti matrimonij fauore tamen filij, non cohabitantium Menoch. cons. 490. numer. 9. lib. 5. vbi alias plures refert, & num. 10. post Couar. asserit in ista cohabitatione plura debere concurrere 4. Inducitur quasi possessio legitimitatis, & constituitur ex communi voce, & fama populi, vt vicinorum, & similem idem Menoch. eodem cons. num. 186. Inducitur etiam, & quasi constituitur ex instrumento antiquo, etiam confecto inter alios, in quo filius asseritur legitimus, quo casu præsumitur legitimus Alex. cons. 90. num. 1. lib. 6. Nat. cons. 235. num. 5. & 6. Sententia lata in possessorio, qua filius tanquam legitimus missus est in possessionem bonorum patris Nat. cons. 473. num. 1. & num. 9. & 10. & consil. 537. num. 34. lib. 3. respondit hanc quasi possessio operari aliquale præiuditium contra aduersarium in petitorio non tamen plenam, & efficacem præsumptionem pro eo, qui in possessionem missus est. Et singula prædicta sufficiunt quidem ad inducendum, & constituendum quasi possessionem legitimitatis, quod si duæ vel tres, vel omnes simul concurrent efficacior erit illa possessio, & præsumptio Faber §. vlt. instit. de adopt. Alex. cons. 51. lib. 1. & idem est dicendum quando agitur de probanda filiatione.

55 Si autem quæras † quos effectus pariat ista quasi possessio primus est quod in petitorio iuditio habet vim plenæ probationis, aduerte autem, quod alia est legitimitas, quæ prouenit à matrimonio alia eorum qui in iuditio stare volunt, quæ est quando quis agere vel excipere non potest. Et quilibet spurius si est illius ætatis vt possit stare in iuditio habere dicitur legitimam personam ad exercendum iuditium. 2. Ista quasi possessio facit plenam probationem etiam in iuditio petitorio contra parentes ipsos, qui nominatione confessione, & tractatu suo hanc quasi possessionem induxerunt, &, constituerunt, nisi tamen contrarium validioribus rationibns probationibusque demonstratum fuerit Masc. dict. præsumpt. 54. num. 51. & 52. Quæ etiamsi quasi possessio operetur non solum contra nominantes tractantes &c. sed etiam contra alios non tamen ita validam præsumptionem, & efficacem, vt illa quæ stat contra patrem. Vide Mascard. cons. 799. num. 26. 3. Operatur ad hoc vt quis manuteneatur in ipsa quasi possessione legitimitatis Cap. accedentes de purg. canon. Vbi Abbas nu. 4. adnotauit nominationem, tractatum publicam vocem, & famam operari, vt diffamatio de illegitimis natalibus adeo tollatur, & purgetur, & adeo probare diffamatum esse legitimum, vt manuteneri debeat in quasi possessione legitimitatis, ita vt valeat promoueri ad sacros ordines, & Galiaul. in rub. de verb. oblig. num. 161. adductus tex. Cap. Innotuit de elect. asseruit admissum ad dignitatem esse in ea manutenendum, & asserentem admissum esse illegitimum hoc debere probare. 4. Operatur ista quasi possessio legitimitatis vt plenam faciat probationem circa ea, quę veniunt in præparatorijs iuditiorum, vt circa alimenta, & similes alias causas, & sufficere quoad alimenta, & litis impensas decidit Varallus decis. 150. par. 2. Ex quibus summarie habes quid circa ista sit dicendum.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.*
2 *Quid resoluendum sit.*
3 *Respondetur directe quæsito, & soluitur.*
4 *Verba concilij non debent superfluere.*
5 *Quid significat hac dictio. Quicunq;*
6 *Cum agitur de fauore publico verba generalia non restringuntur sed dilatantur.*
7 *Expenditur caput, quia non nulli.*

8 Cano-

8 *Canonici instituti ad coadiuuandum Archipresbiterum attributis illis stipendijs ex massa redditus Archipresbiteralis beneficij tenentur residere.*
9 *Vicarius inseruiens principali qui per se non potest supplere tenetur residere.*
10 *De iure diuino omnibus curam animarum habentibus incumbit onus residendi.*
11 *Referuntur aliquæ decisiones S. Congregationis decedentes residentiæ onus incumbere non solum illis qui singulariter sunt parochi, sed etiam illis qui habent tantum exercitium.*
12 *Probatur hos canonicos teneri residere ex sententia D. Caroli in eadem causa.*
13 *Quo casu prædicta sint intelligenda.*
14 *Casus in qua non requiritur personalis residentia*
15 *Parochus tenetur residere in domo beneficij, si habeat, si non habeat in alia intra fines paræciæ ita vicina Ecclesiæ vt possit per se inseruire.*
16 *Non excusatur Parochus qui diebus ferialibus abest à sua Parochia sub prætextu docendi grammaticam.*
17 *In Parochia diuisa licet maior pars sit quæ habitat longe ab Ecclesia, & minor prope, debet Parochus habitare prope Ecclesiam.*
18 *Parochus deseruiens populo suo per alium æque bene ac per se ipsum, & forte melius suo non satisfacit muneri, & oneri.*
19 *Debet quidem Parochus per residentiam talem facere suo populo sui copiam non vt arctatus in compedibus immobilis detineatur, sed vt indigentes non careant ope necessaria.*
20 *An possit abesse Parochus si rationabiliter putet non futurum opus sua præsentia.*
21 *Aduertentia pro doctrina Barbosæ.*
22 *Quomodo possit Episcopus prohibere Parochis, ne absint à sua Ecclesia.*
23 *Duo mensis absentiæ conceduntur Parocho.*
24 *Vt tamen absit licite requiritur licentia Episcopi, & causa legitima.*
25 *Quæ sit causa sufficiens istius absentiæ.*
26 *Quæ causa requiratur, vt possit abesse Parochus vltra bimestre.*
27 *Non sufficit tacita, sed requiritur expressa licentia.*
28 *Quotiescunque ex legis dispositione requiritur licentia ad aliquem actum necessario desideratur expressa.*
29 *Quid si Parochus habeat iustam causam absentiæ & notoriam.*
30 *Abesse non dicitur qui statim est reuersurus.*
31 *Qui breui tempore in aliquo loco assistit, non dicitur ibi commorari.*
32 *Qui in carcere detentus fugit si reuertatur non dicitur aufugisse nec vnquam à carcere recessisse.*
33 *Iussus à Potestate vel Magistratu domo non discedere, si discedat, & postea reuertatur, præcepti fracti pœnam an patiatur cum exisse non videatur, nec alibi stetisse, qui statim domum reuersus est.*
34 *Pro absentia Parochi non sufficit licentia petita & non obtenta, sed requiritur obtenta.*
35 *Quod si Parochus causam iuditio prudentis expresserit rationabilem, & Episcopus non approbet.*
36 *Potest Parochus in casu denegationis habere recursum ad superiorem, & ad ipsum appellare.*
37 *Quid agere debeat pendente appellatione traditur.*
38 *Pro absentia tuendorum iurium suæ Ecclesiæ non indiget licentia Episcopi Parochus.*
39 *Pro absentia Parochi à sua Ecclesia non sufficit seruitium Episcopo præstitum etiam in visitatione.*
40 *Respondetur cuidam declarationi sacræ Congregationis.*
41 *Ab obligatione residentiæ non eximit Parochum officium sub collectoris, nec causa studijs.*
42 *Quid de aeris intemperie.*
43 *Quid in casu infirmitatis.*
44 *Quid in casu inimicitiarium.*
45 *Quid in casu pestilentiæ grassantis.*
46 *Beneficiati absentes à suis Ecclesijs sine legitima causa tenentur pro rata absentiæ restituere fructus.*
47 *Fructus sunt restituendi Ecclesiæ vel pauperibus paræciæ Parochi absentis.*
48 *Super fructibus restituendis non potest obtineri compositio virtute Bullæ Cruciatæ.*
49 *Absens cum causa, & cum licentia, sed non in scriptis an possit facere fructus suos.*
50 *Residentia in propria Ecclesia sed munia illius non per se ipsum sed per alium exercens licet non dicatur residere, vt debet, quia tamen non potest dici abesse, non amittit fructus.*
51 *Peccat tamen grauiter, nisi iustam habeat causam sua munia per se ipsum non exercendi.*
52 *Parochus non habens, sed fingens iustam causam si absit licet cum licentia Episcopi tenetur restituere fructus ad ratam absentiæ.*
53 *Episcopus procedens ab subtractionem fructuum an teneatur obseruare interualla vt disponit Concilium.*
54 *Quæ pœna esset imposita de iure antiquo non residenti.*
55 *Quæ autem de iure nouo Tridentini.*
56 *Capellanus an teneatur supplere numerum Missarum, quas omisit tempore infirmitatis.*
57 *An impetratio facta de beneficio, vt simplici cum tale non sit, prosit impetranti mutando naturam beneficij.*
58 *Prouisio Papæ vel cuiuslibet alterius non mutat statum beneficij.*
59 *An obligatus ad residentiam chori satisfaciat pulsando organa.*
60 *Refertur dictum aliorum asserentium subditur sententia auctoris negantis.*

Capellanus coadiutor Archibræsbyteri an teneatur residere.

LXVII.

1 IN insigni oppido. N. diæcesis Brixiensis antiquitus extabat Ecclesia Archipresbiteralis cum redditu octingentorum aureorum, eratq; collegiata, & Archipresbitero assistebant canonici, nunc destructo collegio superest dignitas Archipræsbiteralis; de Canonicis antiquis vel eorum redditibus, nec nomen quidem superest: Duo tamen sunt Capellani nomine Canonicorum appellati, non ex antiquo illo ordine deriuantes, sed à S. Carolo Borromæo tunc Apostolico visitatore recenter instituti hoc modo. Cum ex visitatione illi constaret solum Archipræsbiterum sufficere non posse ad totum exercitium curæ, vt Apostolicus visitator instituit duos Capellanos, quos vocauit Canonicos, & detractis tercentum aureis ex beneficio Archipræsbiterali ea attribuit illis duobus Capellanis imposito onere, vt Archipræsbiterum adiuuarent in

in omnibus ad animarum curam spectantibus, cum
2 obligatione Missas celebrandi. † Nunc ex duobus
istis Canonicis, alter prætendit ibi relicto substi-
tuto ad suum nutum amouibili, consequi aliud
beneficium Canonicatus, obstat Archipræsbiter,
contendens, quod aut omnino renunciet hoc bene-
ficium, vt aliud consequantur, vel, quod ipse
resideat disscessurus respondit se non teneri ad resi-
dentiam. Quæritur quid iuris.

3 † Respondeo dictum Canonicum non posse hoc
modo ponere substitutum sed vel omnino debere
renunciare vel teneri residere per se ipsum.

Probatur 1. Ex Trid. sess. 23. c. 1. de reformat.
§. eadem omnino &c. illis verbis eadem omnino
etiam, quoad culpam, & amissionem fructuum, &
pœnas de Curatis inferioribus, & alijs quibuscunq;
qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curam ani-
marum habens obtinent sacrosancta Synodus de-
clarat, & decernit, vbi sunt expendenda illa verba
de Curatis inferioribus, & alijs quibuscunq; qui
beneficium Ecclesiasticum curam animarũ habens
obtinent. Nomine enim curatorum intelligit
Concilium Curatos, quibus primario animarum
circa demandata est, alijs vero verbis videlicet, &
alijs quibuscunq. qui beneficium &c. comprehendit
cæteros omnes beneficium Ecclesiasticum haben-
tes, cui animarum cura annexa sit, neq; ista
4 distinctio videtur aliud innuere, & † illa clausula
(alijs quibuscunq;) superfluerent si intelligerentur
de Curatis, quod non esse admittendum probat
Sanchez de matr. lib. 3. disp. 26. nu. 6. Præterea
5 dictio. † Quicunq; ob suam generalitatem trahit
ad se etiam casus improprios vt multis citatis
tradit Tiraquel. de retract. lign. §. 1. Gloss. 7.
nu. 20. & seq. Neq. obstat quod dictio quibuscunq;
sit adiuncta, alijs, quæ videtur implicare similes
casus & qualitates quia etiam ista dictio, alijs,
adiuncta cum vniuersali, quibuscunq; complectitur
etiam dissimiles qualitates Gloss. Clem. 1. verbo
quamuis, de sent. & re iud. & ibi Imol. num. 8.
Mandos. reg. 12. concl. q. 6. nu. 8. & Couar. alios
6 referens q. pract. &c. 25. num. 3. † Tandem vbi
tractatur de fauore publico qualis est residentia ad
fauorem animarum verba generalia non restrin-
guntur, sed dilatantur, etiam ad inhabiles, ne
dum ad habiles l. 3. §. vers. hic quoq; in fin. ff. ad
senat. consult. Sillian. & alijs relatis docet Iason.
l. filius familias nu. 4. & seq. ff. si certum petatur,
& ita tenent in terminis de Capellano coadiutore
Rectoris Parochialis instituto auctoritate Aposto-
lica Gonzalez ad 8. regulam Cancell. Gloss. 5. §. 9.
num. 17. vbi refert decisum Campanin. in diuers.
iur. cons. rub. 7. cap. 6. nu. 104. Gallettus, verbo
residentia Prasccius in praxi p. 2. cap. 3. num. 27.
Vgol. de off. Epis. cap. 15. §. 3. vers. postremo
Ricc. in praxi fori Eccles. res. 392. ampliat. 5.
Moneta de opt. Canon. cap. 4. q. 8. num. 157.
Barb. de off. & pot. Episc. alleg. 53. num. 78.
Sanctarellus var. res. quæst. 4. numer. 17. & in
Collect. ad Trident. sess. 23. cap. 1. num. 32. idem
Barbosa.

7 † 2. Principaliter probatur ex Cap. Quia nonnulli
§. Cum igitur de Cler. non resident. vbi habetur
cum igitur Ecclesia, seu Ecclesiasticum ministerium
committi debuerit, talis ad hoc persona quæritur,
quæ residere in loco, & curam eius per se ipsum
valeat exercere, ergo istis Canonicis incumbit
onus residentiæ personalis, licet non sint principa-
les curati, quia hoc onus iniungitur non solum
Curatis sed etiam illis quibus committitur mini-
sterium curæ, quod vtiq; istis iniungitur, quod
autem habere exercitium, & administrationem
Curię distinguatur patet ex modo loquendi Garzię
de benef. par. 3. cap. 2. à numer. 168. & seq.
vbi Capellanis administrationem & exercitium
attribuit.

8 † 3. Isti Canonici sunt instituti cum onere coadiu-
uandi Archipræsbitero & ijsdem sunt attributi
redditus extracti ex massa redditũum Archipræs-
biteralis ergo habent idem onum eodem modo
adiunctum. Sicuti enim ad residentiam persona-
lem tenetur Archipræsbiter ratione beneficij prin-
cipaliter ita eodem modo tenebũtur isti accessorie
eorum enim beneficia sunt ab isto extracta.

9 † 4. Ex Cap. Extirpandæ de præbend. & dignit.
vbi denegatur illi qui non potest per se ipsum ser-
uire suæ Ecclesiæ posse supplere per quemcunq;
Vicarium, sed talis Vicarius debet esse perpetuus
cum sufficienti stipendio & iste obligatur ad perso-
nalem residentiam sed isti Canonici coadiutores
sunt dati Archipræsbitero per se ipsum non valenti
sufficienter seruire suæ Ecclesiæ ergo tenebuntur
residere.

10 † 5. De iure diuino incumbit onus residendi
omnibus curam animarũ, habentibus ex Trident.
loco cit. isti autem re & effectu habent curam ani-
marum, ergo istis incumbit onus residendi. Nec
enim ius diuinum attendit subtilitates sed effectũ,
& substantiam, Garzias de benef. loco cit. nu. 164.
vbi num. 163. ponit hoc quæsitum. An obligatio,
& onus residentiæ personalis solum procedat, & lo-
cum habeat in habentibus curam animarum, & be-
neficia curata, nempe, qui suo nomine, & singulari-
ter sunt Parochi, & Rectores Ecclesiarum, an pro-
cedat etiam in habentibus exercitium Curæ, & in
Ecclesijs in quibus cura per plures exercetur, &
administratur, quorum beneficia non sunt proprie
curata ex cons. Oldrad. 69. & in beneficijs alias
simplicibus habentibus administrationem, & exer-
citium curæ, & respondet affirmatiue, & ad proban-
dum affert sequentes declarationes sacræ congre-
11 gat. † 1. An obtinens Ecclesiam Baptismalem, cui
incumbat sola cura baptizandi omnes infantes
oppidi, & existentes sub cura Archipræsbiteri te-
neantur ad residentiam præsupposi.o, quid in
Ecclesia Archipræsbiter præter Baptismum cætera
sacramenta administret. Congregatio censuit
teneri ad residentiam ad minus tamquam coadiu-
torem Parochialis Ecclesiæ 1587. Secunda perpe-
tui coadiutores tenentur sicuti veri Curati, etiamsi
in alijs beneficijs seruirent in Cathedralibus 3. An
Capellani Coadiutores Rectorum Parochialium
cum Capellanijs perpetuis institutis auctoritate
Apostolica teneantur ad personalem residentiam
vt rectores ipsi congregatio censuit teneri, & eos
dumtaxat excipi, qui ex institutione possunt per
alium seruire, vel quibus nulla expresse residentiæ
personalis obligatio iniuncta est. Vnde & ordina-
rius tenetur eos cogere, sicut ipsos Rectores, nec
potest cum aliquo huiusmodi dispensare, quoad
residentiam nisi vt cum Rectoribus Episcopus po-
test, eodemque iure examinandi, quo Rectores ad
Parochiales ex capit. 18. sess. 24. Trid. Quin Ca-
nonici Cathedralis seu aliarum Ecclesiarum benefi-
cium huiusmodi obtinentes tenentur, & similiter
cogi debent per Episcopum ad personaliter resi-
dendum, & deseruiendum in dictis beneficijs di-
misso seruitio imminente ratione Canonicatuum,
& præbendarum suarum Ecclesiarum etiam ex con-
stit. Pij V. super residentia facienda in Parochiali-

bus

bus per eas obtinentes, & Canonicatus. Circa
quam declarationem aduerte, quod, quatenus dicit
non teneri ad residentiam illos Capellanos coadiu-
tores rectorum, qui ex institutione possunt per
alium seruire, vel quibus nulla expresse residentiæ
personalis obligatio iniuncta est intelligenda est de
institutione in qua expresse dicitur, quod non
teneantur ad personalem residentiam, alioquin si
intelligenda esset non teneri ad residentiam perso-
nalem nisi in institutione residentiæ personalis
obligatio iniuncta esset, ista potius deberet esse
regula quam exceptio, & quoad obligationem resi-
dendi nulla esset differentia inter istos Capellanos
coadiutores Rectorum, & alios non habentes tale
onus. 4. Declaratio est talis. In Diæcesi Veronensi
extant quædam Ecclesiæ, plebanales quæ pro reddi-
tu habent decimas omnium frugum in tota eorum
Parochia; sed quia forsan ob populi multitudinem
solus Archipræsbiter non sufficiebat in celebratio-
ne diuinorum, & Sacramentorum administratione
subtracta quadam portione dictarum decimarum
pro victu alterius Sacerdotis antiquitus creata fuit
in earum fuguiis noua Capellania, quæ datur in
titulum perpetuum est per ordinarium in casu va-
cantiæ confertur Sacerdoti cum onere celebrandi
certas Missas, & coadiuuandi in cura dictæ Ecclesiæ
plebanalis. Quæritur an dicta Capellania possit
appellari beneficium incompatibile cum alio Cura-
to. 2. An illius rector subiaceat dispositioni Cap.
licet Canon. de elect. in 6. 3. An comprehendatur
sub decreto Concilij, loquentis de residentia Cura-
torum. Congregatio censuit esse beneficium in-
compatibile si obtinens illam Capellaniam velit
nunc acquirere aliud beneficium, quod, vel Cura-
tum sit, vel alias personalem residentiam requirat.
Ad secundum censuit non subiacere dict. Cap. licet
Canon. Ad tertium respondit comprehendi sub
decreto Concilij loquentis de residentia, non
tamen tamquam curatorum ex quibus videtur de-
cisus casus noster aperte.

12 Vltimo probatur ex sententia lata ab eodem
Sancto Carolo, qui vt visitator Apostolicus huius-
modi Canonicatus fundauit, & vt Apostolicus item
Iudex auditis partibus in contradictorio. Cum
quidam per se ipsum inhabilis ad onus impositum
vellet per alium deseruire, decreuit, quod nisi tan-
to tempore ab eodem limitato habilis euaderat, de
alio habili prouideretur, quod non fuisset necesse,
13 si per alium posset suppleri. † Prædicta tamen
haberent locum, quando Capellania, seu beneficium
simplex habens exercitium curæ esset tale; quod ex
consuetudine, aut ordinatione essent coadiutores
Parochi, & absque alia licentia Episcopi eum adiu-
uarent, seu per eos administrarent Sacramenta;
14 † quod si consuetudo, aut ordinatio haberet, quod
illi, aut seruitores, aut Vicarij eorum adiuuarent
Parochum in administratione Sacramentorum
maxime habita licentia ordinarij non requireretur
personalis residentia Garzia eadem 3. p. c. 2. n. 170.
qui num. 171. subdit quod quando licentia ordina-
rij debet haberi parum refert quod illi per se de-
seruiant, aut per Vicarios, seu substitutos, cum ad
id per ordinarium approbari debeant.

Sed quoniam de residentiæ obligatione actum
est aliqua practicabilia subtexere non pingebit, &
15 P. † Parochus tenetur residere in domo ipsius
Parochialis quatenus eam habet; alias in alia, quæ
sit intra limites paræciæ, aut saltem ita vicina Paro-
chiali Ecclesiæ; vt inde possit per se ipsum inseruire
refert decisum Garzias p. 3. c. 3. num. 179. Sancta-
rel. var. res. quæst. 4. num. 49. & alij apud Barbos.
ad Concil. Trid. sess. 21. c. 1. num. 45. & si non
16 habet propriam debet conducere aliquam. † Nec
excusaretur Parochus, si diebus ferialibus abesset
à sua Parochia, sub prætextu docendi gramati-
cam, &c. licet omnibus diebus festis ad eam acce-
17 deret refert decisum Garzias num. 179. † Quod si
Parochia sit diuisa, & maior pars populi habitet
longe ab Ecclesia, & minor prope adhuc Parochus
debet habitare prope Ecclesiam pariter refert de-
cisum Garzias eodem numero, & Sanctarel. eadem
4. quæst. num. 46.

18 † Nec satisfaceret Parochus si populo suo deser-
uiret per alium æque bene, & fortasse melius Posse-
uinus de off. Curati c. 1. num. 8. cogendus est subi-
re per se ipsum non per substitutos ea onera, ad quę
ex officio tenetur, exceptis ijs casibus, quibus illi
permissum per sacros Canones, & Concilium per
Vicarios coadiutores supplere Garzias refert de-
cisum apud Barbos. vbi supra nu. 48. vbi nu. 43. hæc
19 habet † per residentiam, continuā, & talē sui copiā
facere debet Parochus, vt indigentes quidem non
careant necessaria ope, sed tamen non sunt ita
arctandi, vt quasi in compedibus mouere se non
possint nisi habeant infirmos graues ita Possenin.
20 loco citato nu. 6. † Quod si parochus rationabili-
ter iudicat non futurum opus sua præsentia, puta,
quia nullus infirmatur, potest abesse per aliquas
horas, etiamsi nullum substituat, abesse vero tota
die, etsi nullus infirmetur raro in anno nec laudo,
nec vitupero; abesse autem per duos vel tres dies
nullo infirmante & nulla alia causa iustificante
habet valde de rationabili esse mortale propter
multa quæ possunt eo tempore accidere maxime in
villis vbi non est alius sacerdos. In ciuitatibus
vero & oppidis vbi sunt alij sacerdotes erit maius
minusue peccatum ratione periculi & damni euen-
turi cui tamen facilius quam in villis, in ciuitati-
21 bus potest obuiari. † Vbi aduerte lector, quod
Barbosa non censet peccaminosam istam absen-
tiam ratione obligationis ad residendum, quasi
putet ex hoc licere, sed tantum ratione periculi.
22 † Potest Episcopus prohibere Parochis, ne vltra
biduum absint à sua Parochia, & hoc etiam sub
pœna pecuniaria, quæ tamen non excedat dimi-
diam, sed non potest sub pœna excommunicationis
latæ sententiæ idem Garzias ibidem num. 2. & de
pœna pecuniaria fuit decisum in Terracinen. 11.
Febr. 1628. & eodem anno 16. Decemb. in
Menopolit. Imo valere etiā constitutionē Episcopi
de eadem re idem Garzias ibidem refert decisum.
23 † Duo menses absentiæ conceduntur Parocho
24 † attamen semper debet habere causam absentiæ
& licentiam Episcopi, licet, quoad licentiam
videatur contrarium sentire Nauar. in Man. cap.
25. num. 121. conformius est tamen concilio, &
consuetudini receptæ, quod requiratur Garzias
25 vbi supra nu. 12. † Causa autem absentiæ duorum
mensium quæcunque erit iusta, veluti recreationis,
26 vel visitandi propinquos vel amicos. † Causa
autem absentiæ vltra bimestre requiritur, quod sit
grauis, & quod talis arbitrio Episcopi iudicetur.
Semper tamen deberi causam ab Episcopo appro-
bari, & licentiam concedi refert decisum idem
27 Garzias num. 23. † Nec sufficit tacita licentia sed
requiritur expressa Garzias num. 35. Sanctarellus
28 dict. quæst. 4. nu. 16. † Vbicunq. enim requiritur
ex legis dispositione licentia ad aliquem actum
desideratur necessario expressa Barbosa vbi supra
nu. 65. quæ licentia etiam pro bimestri primo est

in

29 in ſcriptis concedenda idem Barbo. nu. 67. † Sed
quid ſi Parochus habeat iuſtam cauſam & neceſſa-
riam diſcendendi, & nototiam & Epiſcopus diſtet
poteſtne diſcedere ſine licentia obtenta. Reſpon-
detur non poſſe, niſi cauſa ſit talis quæ dilationem
non patiatur, & ſit periculum in mora, & hoc caſu
debet quam primum de diſceſſu certiorem redde-
re Epiſcopum, & de neceſſitate diſcedendi, vt
cauſam cognoſcat, & licentiam concedat; Niſi
30 tamen breui eſſet reuerſurus, † quia abeſſe non
dicitur, qui ſtatim eſt reuerſurus l. poſtliminium
§.captiuis l. nihil §.captiuis ff.de capt.& poſtlimin.
reuerſ. Gonzalez ad 8. reg. Caucell. Gloſs. 43. nu.
5. & faciunt quæ habet Ludouicus Beia par. 4. caſu
21. vbi agit de Parocho rurali, qui ſingulis quibuſq;
hæbdomadibus in vrbem venit cauſa inuiſendi pa-
31 rentes. † Deinde qui breui tempore aliquo loco
aſſiſtit ibi commorari aut reſidere non creditur per
doctrinam Bartoli communiter recepti quam
adfert Narbona apud Barboſſam nu. 14. per quam
32 reſoluit, † quod ſi quis in carcere & vinculis de-
tentus euaſerit inito fugæ conſilio, & poſtea reuer-
tatur non dicitur aufugiſſe, nec vnquam à carcere
33 receſſiſſe, † & deinde, qui à magiſtratu pœna
conſtituta domo non exire iuſſus eſt, ſi diſceſſerit,
& poſtea domum fuerit iterum ingreſſus, præcepti
fracti pænam non patietur, cum exiſſe non videa-
tur, nec alibi ſtetiſſe, qui ſtatim domum reuerſus
eſt, & ſupradicta probantur declarationibus ſacræ
congregationis relatis à Garzia nu. 34. vbi tamen
aduerte in ſecunda declaratione ibi relata, quod
dicitur de obligatione reſtituendi fructus, eſſe
intelligendum tantum in ſoro ſori, quando inter-
ceſſit bona fides, vt ſi Parochus maxima neceſſita-
te preſſus ſine ordinarij licentia diſcedat à ſua
Parochia putans bona fide eo caſu non eſſe neceſ-
ſariam, iſto enim caſu in foro conſcientiæ, non
teneretur, quia vbi non eſt culpa ibi neq; debet
eſſe pœna; hanc cauſæ cognitionem, & licentiam
eſſe neceſſariam tenent Abbas in Cap. relatum 6.
de Clerici non reſid. ſelect. 4. part. quæſt. 6. circa
finem, Angelus verbo Clericus §. 3. & Azorius
34 par. 1. lib. 7. cap. 4. quæſt. 10. ad finem † Neq;
ſufficit licentia petita, & non obtenta, ſed debet
eſſe obtenta, Abbas in dict. Cap. relatum num. 3.
& decreuit ſacra congregatio his verbis. Nec
Parochus habens iuſtam cauſam abeundi extra
Parochiam per duos menſes, aut tres ſatisfaciet
ſuę conſcientię, ſi petat licentiam iurans, ſe grauem
habere cauſam, quam non expedit manifeſtare, vt
ſic petita licentia, poſſit abeſſe, licet Epiſcopus
35 non concedat. † Similiter abeſſe non poteſt in caſu
quo cauſam rationabilem expreſſerit, quam vir
bonus & æquus rationabilem iudicaret, ſed rigidus
prælatus minus æquum iudicat, & licentiam dene-
gat, vel quia mouetur ſuſpicione, quod ficta ſit,
36 cum tamen ſit vera, † ſed habere poteſt recurſum
ad ſuperiorem, & quod in caſu denegatæ ſibi licen-
tiam ex cauſa iuſta petitæ poſſit Parochus, ad
ſuperiorem habere recurſum, & appellare ad eundē
tradit Concilium Bonon. tit. 6. §. de cauſis excu-
ſantibus Curatos à reſid. ad finem & Abbas in Cap.
relatum num. 6. & Cap. Tuæ num. 3. & ibi Butr.
de cler. non reſid. Felin. d. Cap. fin. de magiſt.
num. 3. verſ. 6. limita Selua de benef. par. 4. q. 7.
numer. 29. Zerola verbo ſtudium §. 1. & verbo
reſidentia §. 3. Zechius & alij apud Garziam num.
37 86. † Pendente tamen appellatione etiam conſti-
tuto Vicario non poſſe abeſſe tenet Garzias num.
89. Alij tamē affirmant apud ipſum ſed puto verius
non poſſe quia nec dum habet licentiam & penden-
38 te lite nihil innouandum. † Si tamen Parochus
abſit à ſua Eccleſia pro iuribus eiuſdem tuendis,
non tenetur obtinere licentiam, quia illam iam
39 habet ob hanc cauſam à iure. † Non eſt ſufficiens
cauſa abſentiæ à propria Eccleſia ſeruitium præſti-
40 tum Epiſcopo etiam in viſitatione, † & declaratio
ſacræ congregationis quæ videtur hoc concedere
tollitur per alias, & approbata concilia Mediola-
nenſe, & Bononienſe ab eadem ſacra congregatio-
41 ne Garzias num. 42. & 43. † Nec ab eadem
obligatione eximit officium ſubcollectoris, vel
42 Inquiſitoris neq; cauſa ſtudendi eſt ſufficiens. † Nec
aeris intemperies etiam ſubſtituto idoneo Vicario
43 ſi Parochus ſit oriundus loci. † Quod ſi curatus
eſſet infirmus, & penuria medicorum non poſſet in
loco Eccleſiæ curari Epiſcopus conſtituto idoneo
Vicario cum congrua penſione ex redditibus Pa-
rochialis licentiam concedet, vt maneat in aliquo
loco viciniori tempore illi præſcripto ad ſanitatem
44 recuperandam bene viſo. † Quoad inimicitias
capitales, quamuis alias à reſidentia Parochus
excuſaretur, & Epiſcopus diſpenſare ſolleret, vt
per annum in aliquo viciniori, & tutiori loco
manere poſſet, quando inimicitiæ abſq; culpa
curati, & poſt obtentam Parochialem exortę eſſent,
& creſcentibus inimicitijs alius annus daretur, &
interim ſemper in Parochiali maneret idoneus
vicarius expenſis Parochi vt teſtantur citati à
Barboſa ad concl. loco cit. nu. 57. attamen nunc
ſacra congregatio ſolet aſſignare ſex menſes ad
45 effectum, vt reſignent, aut permutent. † Neq;
cauſa peſtis eſt ſufficiens cauſa diſpenſandi Paro-
chum à reſidentia imo ſi non reſideret eſſet contra
eum procedendum iuxta cap. 1. ſeſs. 23. de refor:
An autē cauſa abſentiæ debeat ab Epiſcopo probari
iudicialiter tradit Riccios in deciſ. Curiæ Archiep.
Neap. part. 2. deciſ. 152. Neq; per integram hæb-
domadam ſine licentia poſſe abeſſe Parochum
etiam relicto Vicario idoneo refert deciſ. Garz.
num. 23. Vide Barboſ. ad Trid. loc. cit.
46 † Beneficiati curam habentes animarum, ſi ab-
ſunt à ſuis Eccleſijs, ſine legitima cauſa tenentur
reſtituere fructus pro rata temporis, quo abſunt.
Valent. tomo terzo diſput. 10. quæſt. 3. par. 5.
Leſſius de iuſt. lib. 2. cap. 34. dub. 29. num. 157.
Garzias 3. par. cap. 2. nu. 26. Sanctarel. quæſt. 4.
num. 1. ante vllam ſententiam, quia fructus non
faciunt ſuos. Driedo dict. lib. 2. cap. 4. Couar.
var. lib. 3. cap. 13. Valent. loc. cit. Tolet. lib. 5.
cap. 4. Azor. par. 2. lib. 7. cap. 6. q. 2. Poſeuinus
47 de off. Curati. cap. 1. numer. 32. † & fructus ſunt
reſtituendi Eccleſiæ à qua abeſt, vel pauperibus
Parætiæ, quod ſi intra fines Parochiæ non reperiun-
tur pauperes, & fabrica Eccleſiæ non indiget, adhuc
ſunt reſtituendi Eccleſiæ, quæ indies opus habere
48 poteſt ornamentis; † Nec ſuper iſtis poteſt obti-
neri compoſitio virtute Bullæ Cruciatæ, fructus
tamen amittentur tantum pro rata temporis, quo
beneficiatus abeſt ſine licentia Garzias loco citato,
49 num. 30. 26. 31. † Quod ſi beneficiati abſint, &
abſentiæ cauſa fuerit legitima, licet non in ſcriptis
approbata, poſſe fructus retinere aſſerit Barboſa
ad Concil. loco cit. num. 12. Quod puto verum in
50 foro conſcientię ſuppoſita bona fide † Beneficiatus
reſidens in ſua Eccleſia, ſed per ſubſtitutum, ſeu
Vicarium non per ſe ipſum adminiſtrans Sacra-
menta aliaq; munia ſua, licet non reſideat, vt debet,
quia vt reſideat, vt debet, requiritur, quod per ſe
ipſum ſuę inſeruiet Eccleſiæ, & officio ſuo fungatur,
vt

vt multis citatis docet Garzias loco cit. num. 53.
attamen dicendum est facere fructus suos, & non
teneri restituere, quia iste non potest dici abesse, &
non residere quamuis officium suum non exerceat,
& Concilium decernit amissionem fructuum contra
absentes, & pœnæ non sunt extendendæ, & maxime
ipso iure impositæ Garzias p. 11. c. vlt. dub. 7.
51 num. 205. & 206. † Peccabit tamen grauiter nisi
52 iusta causa excusetur. † Neque item excusabitur
Parochus, qui non habens iustam causam absentiæ
illam fingit, vt ab Episcopo absentiæ facultatem
obtineat, sed tenebitur fructus restituere ad ratam
53 temporis absentiæ. † An autem, quoties Episcopus
vult procedere ad subtractionem fructuum, teneatur obseruare interualla, de quibus Concilium sess. 6. c. 1. à Sacra Congreg. respondit his verbis. An Episcopus procedens per subtractionem fructuum aduersus Parochos non residentes iuxta Concil. Trid. teneatur obseruare eadem interualla, candemque rationem, quæ contra Episcopus non residentes statuit cap. 1. sess. 6. Congregatio censuit teneri, quoties in pœnam omissæ residentiæ vult subtrahere partem fructuum, quos suos fecerunt; non vero teneri obseruare eadem interualla in exequutione facienda super illis fructibus, quos Parochi pro rata temporis suos non fecerunt.
54 † Pœna Parochi non residentis, de iure antiquo
erat priuatio ipso facto. cap. extirpandæ, §. qui
vero in fine ibi. Alioquin de præbendis. Vbi
55 inducitur priuatio ipso iure; † at per Concilium
Tridentinum priuatio ipso iure cessat cap. 1. sess. 23. vers. quod si per editum. vbi Concilium vult esse liberum ordinarijs, per censuras Ecclesiasticas, sequestrationem, & subtractioné fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vsque ad priuationem compellere Parochos non residentes, & contumaces. Qui textus satis aperte demonstrat Parochum non residentem, etiam monitum non esse ipso iure priuatum Parochiali, quia si esset ipso iure priuatus non esset liberum Episcopo, vti quo remedio, & qua via sibi placeret ex ijs, quæ assignat idem Concilium; sed statim deberet declarare priuatum; & ita videtur sentire Sacra Congregatio super dict. 1. cap. ibi. Compellere; est arbitrij Episcopi qua via, & quo remedio ex ijs vti velit contra non residentes, & facit etiam alia declaratio talis. Parochus qui non vult in sua Parochiali residere debet seruato iuris ordine priuari. Garzias num. 139.
56 † An Capellanus infirmus teneatur per alios supplere debito Missarum, quas ipse omittit tempore infirmitatis. Vide Petrum Nauar. de restitutione lib. 2. nu. 210. vbi late, & Genuensem in sua Praxi Archiepiscopali cap. 54. per totum qui resoluunt, quod Regulariter tenetur nisi paruitas omissionis, vel egestas Capellani aliud suadeat; quibus etiam adde nisi Capellanus Capellaniam habeat in titulum patrimonij.
57 † Tandem, vt concludendo reuertamur, vnde
degressi sumus, obijcitur, quod Canonicatus de quo in principio egimus & pro quo est nostrum responsum, est impetratus à prædecessore istius qui nunc est Canonici, vt simplex beneficium, & Papa concessit vt simplex beneficium sine obligatione
58 residendi, ergo vt tale habendum est. † Respondetur, quod prouisio Papæ, vel cuiuslibet alterius non mutat statum beneficij, & ita sæpius in Rota fuisse decis. 86. num. 2. & respondit Achilles de Grassis decis. 1. de statu benef. cum vulg.
59 Accipe etiam solutionem alterius quæsiti in gratiam amici. Quidam obligatus ad residentiam chori est etiam organista hic horis vespertinis & dum Missarum solemnia canuntur relicto choro organa pulsat, & accipit stipendium & residentiæ & magisterij organistæ quæritur an satisfaciat.
60 Aliquibus visum est satisfacere, quia horis assistit,
& Missis, idem enim officio inseruit, sed ego respondi non satisfacere. Quia aliud est officium organistæ aliud Capellani residentis nec sufficit residere, sed opus est residere in officio, ad quod electus est; sed electus est vt resideat in choro & ibi canat ergo ibi debet esse & ibi canere. Nisi tamen aliud habeat consuetudo. Quia sicut Canonicus abest à choro dum horæ dicuntur, & tamen habetur pro præsenti si adsit consuetudo, licet sit contrarium de iure, ita & organista Garzias dict. cap. 2. numer. 298. & hanc consuetudinem dicit laudabilẽ seu potius tolerabilem vide ipsum.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula testamenti & dubitatio ex illa.*
2 *Quot sint soluenda.*
3 *An Capellanus obligatus celebrare quotidie habent aliquam vacantiam.*
4 *Datur vacantia ex Cap. quotidie de consecratione.*
5 *Expenduntur modi quibus Capellania fundantur.*
6 *Aliæ considerationes ad eundem effectum.*
7 *Datur vacantia ob causam honestatis.*
8 *Capellanus inhoneste viuens non ideo ob reuerentia habet vacantiam.*
9 *Leges non fouent peccata, sed compatiuntur infirmitatibus.*
10 *Aduertitur abusus, qui à tempore pestis in Capellanias irrepserunt.*
11 *Quid dicendum in primo casu ex propositis.*
12 *Soluitur quædam obiectio.*
13 *Expenditur vnus modus institutionis Capellaniæ, qui frequenter solet adhiberi.*
14 *Expenditur alter modus item fundationis.*
15 *An Capellanus possit per alium suo oneri satisfacere.*
16 *Duo modi differentes eligendi Capellanum expenditur etiam differentia inter ista, volo, quod celebres per annum & volo quod celebres singulis diebus anni.*
17 *Dato impedimento ad quid teneatur Capellanus.*
18 *Mens testatoris ad vnguem est seruanda.*
19 *Quid si Capellania sit instituta ob salutem animæ & quid si tantum ob deuotionem populi.*
20 *Quid si impedimentum sit ex parte Capellani.*
21 *Capellanus obligatus celebrare in loco sine applicatione sacrificij ad quid teneatur si omittat.*
22 *Data ob causam non possunt retineri nisi causa adimpleta.*
23 *Capellanus obligatus celebrare & applicare, sed in determinato loco alibi celebrans & sacrificium per se applicans, & per alium in loco celebrans an satisfaciat suæ obligationi.*
24 *An satisfaciat dictæ obligationi si ille qui supplet in loco sit alias obligatus in eadem Ecclesia, vel sit obligatus celebrare.*
25 *An saltem satisfiat, si talis celebrans, sit quidem obligatus celebrare, sed sine loci determinatione.*
26 *An non obstante dispositione testatoris, quod singulis annis Capellanus eligatur possit eligi ad triennium sexennium &c.*
27 *Conditiones vanæ reiiciuntur.*
28 *In fundationibus Capellaniæ potest fundator apponere quascunque conditiones quas vult, &*

explicatur

explicatur l. Titio centum.

29 *An non obstante eadem dispositione possint assignare pro vna vice ad semper Capellano fundum ex quo redditus percipiat sua Capellania.*

30 *Debent prius euitari inconuenientia quæ vult testator vitari, deinde etiam reliqua si potest.*

31 *Quomodo bona testatoris sint censenda obligata huic Capellaniæ.*

32 *An hæredes possint conuenire cum aliqua confraternitate, vt ipsa in se sumat onus istius Capellaniæ.*

33 *Adueniente tempore quo confraternitates talia onera sumentes peterent fiere reductionem ad quid teneantur.*

34 *Maritus vendens bona sua non tenetur aperire esse tacite hypothecata pro dote.*

35 *Quando bona obligata Capellanijs non possunt alienari, aut vendi.*

36 *Signum ex quo colligitur esse huiusmodi bona spetialiter deputata.*

37 *An Capellanus cui dantur centum pro sua Capellania possit per alterum suo oneri satisfacere tradendo illi tantum octoginta viginti pro se retentis.*

38 *Super materia celebrationis Missarum æditum est decretum iussu S. Vrbani VIII.*

39 *Refertur ea pars quæ videntur facere in hoc casu.*

40 *Resoluitur dubium.*

L X V I I I.

Sacerdos obligatus celebrare quotidie ad altare determinatum ad quid teneatur.

1 IN testamento Francisci N. reperitur legatum huiusmodi. Item salue le predette cose ordino, e voglio, che i miei heredi sijno obligati far celebrare ogni giorno vna Messa all'Altare della Immaculata Concettione per l'anima mia, e dei miei parenti. Elegeranno perciò à questo effetto ogn'anno vn Sacerdote, che sodisfi à questa mia intentione asegnandoli di anno in anno il douuto stipendio, per il quale voglio sijno obligati i miei beni. Pro cuius clausulæ elucidatione proponuntur sequentia. 1. An ista Capellania admittat aliquam vacantiam ita vt saltem ob honestatem Capellanus possit semel in hæbdomada non celebrare. 2. An Capellanus possit per alium suæ obligationi satisfacere. 3. Superiore anno cum ob certum impedimentum non posset Capellanus ad dictum Altare Missam celebrare an satisfecerit alibi celebrando. 4. An saltem ipso Capellano alibi celebrante, & sacrificium applicante, & alio Sacerdote Altari suæ Capellaniæ celebrante, & ita vno locali, altero applicationis obligationi satisfaciente, sit satisfactum oneri, & hoc quando celebrans ad Altare Conceptionis nullam habet aliam obligationem celebrandi in eadem Ecclesia localem. 5. An satisfaciat si modo dicto electus ad satisfaciendum locali obligationi in eadem Ecclesia aliam habeat obligationem localem, sed sine determinatione ad vnum Altare sed teneatur tantum celebrare in Ecclesia, & ipse celebret ad Altare Conceptionis an inquam satisfaciat suæ obligationi generali, & particulari Capellani eligentis 6. An satisfaciat celebrando ad illud Altare Conceptionis ex onere sibi imposito à Capellano, & oneri, quod habet propter Manualem eleemosinam ob missam votiuam. 7. An hæredes non obstante dispositione testatoris qua vult vt singulis annis eligatur Capellanus possint eligere ad triennium vel ad sexennium. 8. An stante eadem dispositione, quod singulis annis teneantur præbere stipendium possint dicti hæredes assignare Capellano aliquem fundum ex quo stipendium Missæ percipiat. 9. An stante dispositione eadem, quod bona testatoris sint obligata pro stipendio Missæ possint extracta certa parte quæ in omnem euentum futura sit sufficiens pro dicto stipendio, possint, inquam, quod superest alienare. 10. An Capellanus sit electus possit alium sibi substituere, qui ad illud Altare celebret, & cum sibi dentur pro stipendio centum datis alteri tantum octoginta possit viginti sibi retinere. Ad quæ breuiter resoluendo.

Ad primum videtur dicendum posse Capellanum electum omittere aliquando sacrum ob honestatem
4 ita enim est decisum in Cap. † Quotidie de consecrat. dist. 2. & maxime in casu nostro, in quo dicitur, quod eligatur Capellanus, qui obligationi à testatore relictæ satisfaciat ex quo. modo loquendi videtur colligi obligationem non esse localem, sed personalem, id enim videntur importare illa verba
5 eligatur Capellanus, qui satisfaciat. † Respondeo primo, quod si in fundatione Capellaniæ apponantur ista verba aut similia eligatur Sacerdos, qui quotidie per se vel per alium celebret Capellanus tenetur quotidie celebrare, quia si aliquis casus incidat ob quem propter reuerentiam ab Altari debeat se subtrahere, mens instituentis est, quod per alium satisfaciat. Quod si dicas illis verbis concedi facultatem ita electo vt per alium possit satisfacere, hoc concedimus, sed in ista facultatem includitur obligatio, quotidie celebrandi, quia causa honestatis, quæ potest dari in electo ob quam permittitur cessatio, non datur in omnibus, & ita cum obligatio sit quotidiana nec detur causa cessationis cum intentio testatoris sit expressa, quod celebretur quotidie per se vel per alium de-
6 bet etiam quotidie adimpleri. † Respondeo 2. Si non sint addita illa verba per se vel per alium. Consideranda est institutio Capellaniæ, & videndum est attente an obligatio sit personalis vel localis, quod facile deprehendes ex sequentibus si testator in suo testamento dirigat verba in Capellanum, vt v. g. si dicat, volo, quod Capellanus, qui fuerit electus quotidie celebret, ista erit obligatio personalis. Si vero dicat, volo, quod quotidie Missa dicatur referendo obligationem ad Missam, addito quotidie idest volo, quod quotidie celebretur, vel etiam si obligatio referatur ad locum, vt volo, quod quotidie in tali Altari celebretur isti sunt modi inducentes obligationem localem. Hæc autem est differentia inter hos modus, quod quando obligatio est personalis admittit vacantiam, quia cum testator dirigat obligationem in Capellanum nec addat per se vel per alium videtur obligare Capellanum solum ad id, ad quod tenetur, & censendus est testator vel fundator Capellaniæ se conformare dispositioni iuris, cum ergo ex iure teneatur Capellanus quotidie obligatus celebrare, ad celebrandum quanto frequentius potest salua honestate, & non amplius neque erit intelligendus ad plus obligatus ex institutione fundatoris, obligatio autem non personalis sed quæ dirigitur in quotidianam Missam, vel quæ demonstrat locum, ista non admittit vacantiam, quia in his casibus non potest dari excusatio cessandi à celebratione, quæ est honestas, quia impedimentum honestatis non potest considerari in ista fundatione, cum non respiciat personam, sed est consideranda, & exe-

quenda

quenda mens instituentis, quæ est vt quotidie
celebretur, & ideo, vel per se, vel per alium est huic
obligationi satisfaciendum, estque ista doctrina
non tota singulorum, sed tota omnium istorum
doctorum. Panorm. in cap. significi de præben.
Angel. verbo Missa num. 4. Silvestri eodem verbo
1. quæst. 7. §. vlt. Tabien. eodem verbo num. 44.
Armill. ibidem num. 28. Nauar. lib. 3. consi. 35.
7 de præbendis, & aliorum. † Aduerte tamen, quod
vacantia ista datur Capellano non simpliciter, sed
ex causa honestatis ita vt nisi habeat legitimum
impedimentum non celebrandi ob honestatem
teneatur quotidie celebrare, & non celebrando
8 peccat, & tenetur supplere suo defectui. † Aduer-
te præterea, quod si esset Capellanus inhonestus,
& sępissime laberetur in peccata, ob quæ ratione
honestatis non deberet celebrare, non ideo excu-
9 saretur, † quia leges non fouent iniquitatem, sed
10 compatiuntur infirmitati. † Tandem aduertant
Episcopi magnum abusum, qui à tempore pestis
inductus est, qui talis est; aliqui capellani nescien-
tes, qua ratione ista vacantia sit inducta, dissemi-
nauerunt in vulgus admitti vacantiam vnius diei
etiam in Capellanijs quotidianis singulis hebdo-
madibus, quod audientes sęculares non aliud
respicientes quando conducunt Capellanos eos
conducunt cum ista exemptione, quia hoc modo
minori stipendio eos conducunt, & ita mens insti-
tuentium multum fraudatur, quia ex pacto vacan-
tiam sibi accipiunt vnius diei, & ob honestatem
alterius, itaut centum Missas minus habet, quam
intenderit institutor. Non esset abs re: Si omnes
Parochi solerter inuigilarent, & hunc teterrimum
abusum euellere conarentur, & hunc casum debe-
rent in suis congregationibus sępissime repetere,
& omnes Capellanos suæ obligationis admonere.
Imo & omnes confessarij, quando illos, qui Confra-
ternitatibus, vel præsunt, vel præfuerunt, vel ali-
quo modo se in conferendis Capellanijs se immis-
cuerunt, in sacra confessione audiunt, de hoc dili-
genter interrogare deberent, &, si quid minus
rectum factum esse deprehenderent, curare, vt ad
11 rectitudinem reduceretur. † Ex dictis clarum est,
obligationem de qua agimus in proposito casu, esse
quotidianam, nec vllam admittere vacationem,
sed Capellanum ad illam electum teneri quotidie,
vel per se, vel per alium celebrare, & ratio est quia
institutio Capellaniæ respicit Missam, asserit enim
testator. *Voglio, che i miei heredi sijno obligati
far celebrare ogni giorno*, &c. ex quibus vides,
obligationem dirigi, vt Missa quotidie celebretur;
12 † Sed dices obligationem testatoris dirigi etiam
in Capellanum, dum subiungit, quod heredes te-
neantur eligere Capellanum, qui tali obligationi
satisfaciat, cum ergo ex mente testatoris sit eli-
gendus Capellanus, qui quotidie celebret, neque
additum sit per se, vel per alium; vtique ex traditis
institutio erit intelligenda iuxta dispositionem
iuris, idest, quod teneatur celebrare, quanto fre-
quentius potest salua honestate. Respondeo in hac
dispositione testamentaria duo esse consideranda,
alterum est fundatio Capellaniæ, alterum modus
quo obligatio ista est exequenda. In prima parte
fundat obligationem, quæ est quotidiana sine ad-
missione vacantiæ. In secunda dat modum, quo
illi satisfiat, nempe eligendo singulis annis Capella-
num, qui suæ obligationi satisfaciat, ista secunda
explicat, quod tacite inest in prima, si enim Missa
est dicenda quotidie vtique Sacerdos est eligen-
dus, qui celebret quotidie additur præterea ex-
presse, quod eligatur singulis annis, &c.
13 † Sed quid dicendum si testator non præmisisset
fundationem Capellaniæ ita dicendo volo, quod
mei hæredes teneantur quotidie facere celebrare.
Neque immediate dirigeret verba in Capellanum,
vt volo quod Capellanus teneatur quotidie cele-
brare. Sed ita disposuisset. Teneantur mei hære-
des eligere Capellanum, qui quotidie celebret:
tenebitur ne ad quotidianam celebrationem sine
vacantia? Respondeo hanc Capellaniam esse regu-
landam secundum dispositionem iuris, quia testa-
tor ipse imponit, & dirigit onus celebrandi in
Capellanum, & obligationem exequutionis hære-
dibus iniungit, nec fundatio Capellaniæ differt ab
exequutione; sed est vtraque simul sub eodem
tenore concepta, & obligatio celebrandi quotidie
cadit super Capellanum, patet ex verbis: Qui quo-
tidie celebret.
14 Si vero dicat; eligatur Sacerdos qui quotidie
celebret ad Altare Immaculatę Conceptionis, quid
hoc casu est dicendum? Videtur enim obligatio
personalis, quia eligitur Sacerdos, qui celebret
quotidie, & præterea videtur localis, quia obliga-
tio terminatur ad Altare, & ita est tenendum,
quod sit obligatio localis, & ideo nullam admittat
vacantiam; sed quotidie celebrandum sit; quia in-
tentio instituentis Capellaniam est quod quotidie
celebretur in illo Altare, quod cum non admittat
causam cessationis quæ est honestas ideo nec ista
dispositio est regulanda secundum dispositionem
Canonis, sed secundum mentem expressam testa-
toris quæ est quod quotidie celebretur.
15 Ad secundum: An Capellanus ita electus possit
per alium satisfacere. Respondeo, quod aut Ca-
pellania datur in titulum, & est beneficium, aut est
Manualis, & non beneficium, vt ista de qua loqui-
mur, & omnibus istis Capellanijs potest per alium
deseruiri, nisi ex statuto, consuetudine, aut ex
mente expressa testatoris aliud seruandum sit,
etiam si essent fundatæ de consensu, & auctoritate
Episcopi quia non requirunt personalem residen-
tiam, & ratio est, quia per illa verba. Eligatur
Capellanus, qui quotidie celebret vel dicat tot
Missas in qualibet hebdomada vel mense non ex-
cludit fundator quin possit ita electus satisfacere
per alium vt docuit Lupus alleg. 35. numer. 2. &
alleg. 117. num. 2. vbi habet quod satisfit testato-
ris volontati si per alium diuina celebrentur nec in
iure expressum reperitur, quod hoc casu Capella-
nus per se ipsum debeat deseruire. Imo est expres-
sa regula, quod, qui per alium facit per se ipsum
facere videtur reg. qui facit de reg. iur. in 6. &
Lupum sequantur alij, & apud Sanchez sup. 8. reg.
Gloss. 5. num. 77. qui tandem concludit de his non
esse dubitandum cum, & decisiones Rotæ & Sacræ
congregationis in hoc decernendo conueniant,
quas ipse affert, idem etiam Capellano erit conce-
dendum, & maxime in casu nostro, qui accipit ali-
quas missas celebrandas, potest alteri committere,
ita etiam hic Capellanus poterit per alium supple-
re, quia præcipue Cappellania non datur in titu-
lum, quæ vera sunt nisi tamen eligeretur talis Sa-
cerdos quia sit valde bonus &c. si enim ex aliquas
circumstantia potest colligi, quod persona talis sit
particulariter electa, non poterit per alium satis-
facere pro suo libito, sed tantum in casibus, in qui-
bus rationabiliter non potest per se ipsum satisfa-
16 cere. † Aduerte autem distare multum ista inter
se. Relinquo tali Ecclesiæ centum aureos vt in ea
erigatur Capellania quotidiana, &c. & volo, quod

mei hæredes singulis annuis eligant Capellanum
qui quotidie celebret. Vide Gonzale. loc. cit.
nu. 64. secundus enim modus loquendi est tantum
administratio perpetua data per testatorem de
aliquibus operibus pijs, vt in casu nostro de facien-
dis celebrare Missas quotidie, & sensus istarum
obligationum est, non quod imponant onus cele-
brandi per annum, sed quod Capellani celebrent
quotidie, ac si singulis diebus manualem accipe-
rent eleemosinam quare sicut qui recepit eleemo-
sinam quotidie, tenetur quotidie celebrare sine
vlla vacantia, nullamque admittit excusationem
celebrandi talis obligatio, ita etiam, qui suscipit
hoc onus propositæ Capellaniæ, ita dixit vir pius,
& eruditus, quod est tutissimum; attamen in pro-
posita obligatione non admitto ego vacantiam,
quia est localis quod nisi esset localis, facile admit-
terem iuxta canonem quotidie citatum quia adhuc
esset obligatio annualis imposita personę cum ergo
in persona possit cadere excusatio aliquando non
celebrandi ob honestatem, certe neque isti dene-
garem. Præpositæ autem difficultati responderem.
Valde inter se distare ista duo volo, vt celebres
per annum, & volo, quod celebres singulis diebus
per annum quando hoc secundum onus impositum
non est annexum Capellaniæ, quia intentio impo-
nentis hoc secundum onus videtur esse quod velit
tot missas dici quot sunt dies in anno, & videntur
sonare illa verba, singulis diebus, vt faciant sensum
do tibi hoc stipendium partiendum pro sacrificijs
quæ singulis diebus offeres, quem tamē non faciunt
alia verba missam dices quotidie hoc enim quoti-
die annexum capellaniæ explicatur à Canone
quanto frequentius potest salua honestate. Expli-
catio modi dicendi in vno casu sumitur ab inten-
tione dantis alterius autem ex canone ita decla-
rante. In prædicto ergo proposito casu non datur
vacantia quia est obligatio localis, quod si esset
personalis daretur. Non sic autem quando datur
eleemosina vt singulis diebus per annum celebre-
tur, intellige prædicta quando obligatio est cele-
brandi quotidie.

17 Ad 3. † Respondeo quod Impedimentum est
perpetuum respectu loci, vel respectu Sacerdotis.
Si impedimentum est perpetuum respectu loci,
potest, & debet in alio loco celebrare, hoc modo,
si in altari determinato non potest celebrari cele-
bretur in Ecclesia saltem vbi est altare si neq. in
Ecclesia, celebretur alibi vbi potest conijci testa-
torem si præuidisset dispositurum, si verò non
18 potest conijci celebretur alicubi & ratio est † quia
mens testatoris ad vnguem est seruanda si fieri
potest Mising. sing. offer. 67. num. 1. Cent. 5. Si
verò non potest seruari in totum debet seruari
19 eo modo quo potest. † Quod intellige, quando
institutio missæ est fundata in redemptionem
animæ suæ, quod si Capellania sit instituta solum
vt populus suæ viciniæ gauderet beneficio missæ
audiendæ, vel ob deuotionem particularem qua
afficiebatur erga illud altare, non tenetur alibi
20 celebrare. † Si verò impedimentum ex parte
Sacerdotis est tenentur hæredes alium eligere qui
celebret. Neque potest conqueri Capellanus quia
ipsum elegerunt vt celebret cum ergo non possit
celebrare non tenentur stare conuentioni factæ, &
qui alibi celebraret, non satisfaceret suæ obliga-
tioni, sed teneretur peccato mortali, quia in re
graui non exequitur sumptum onus. An autem
teneatur supplere præteritis missis. Dico non
teneri quia obligatio est adnexa diei, peccat
quidem non satisfaciendo sed non tenetur satis-
facere, sicuti neque tenetur audire missam in die
festo.

21 † Illud tamen quod lucratus est quod respondet
portioni debitæ obligationi locali non facit suum
sed tenetur in pios vsus distribuere. Poterit sibi
retinere quod ratione applicationis sacrificij debi-
tum est, sed quod respondet obligationi locali non
potest retinere. Ne fraus illi patrocinetur, & qua-
22 data † ob causam non possunt retineri, nisi adim-
pleta causa maior difficultas esset de illo, qui ha-
beret beneficium vel Capellaniam in titulum, sed
dicendum quod vel Capellania est talis, quę obliget
ad personalem residentiam, vel non, si est talis, quæ
non obliget ad residentiam personalem poterit per
alium satisfacere, vt in casu nostro. Si verò requi-
rat personalem residentiam, & impedimentum sit
perpetuum debet illam aliquo modo resignare. Si
verò impedimentum sit ad tempus secundum lon-
gitudinem aut breuitatem erit determinandum, &
ita intelligendum est quod supra diximus dum
asseruimus in casu impedimenti perpetui Capella-
ni, de quo agimus teneri hæredes alium eligere,
nisi velit per alium satisfacere.

23 Ad 4. † Respondeo satisfacere quia obligationi
locali potest per alium satisfacere, & de facto satis-
facit, & dum applicat etiam ipse sacrificium, vide-
tur integre satisfactum menti testatoris, & suæ
obligationi.

24 Ad 5. † Dico non satisfacere, quia vnica actio-
ne non potest satisfieri duplici obligationi ex pacto
totam, & integram actionem requirenti. Cum ergo
Capellanus teneatur ad localem celebrationem in
eadem Ecclesia, & etiam velit satisfacere alteri
obligationi, ad quam alter Capellanus tenetur in
eadem Ecclesia, sed Capellæ determinatæ, non
potest satisfacere, quia cum duplex cultus ibi Deo
debeat exhiberi à duobus, vnus tantum ab vno
exhibetur, & ita Ecclesia defraudatur. Dices
Capellanus obligatus celebrare non determinate
ad aliquod altare, potest quem vult eligere. Elegit
altare Conceptionis, cui non tenetur, ergo potest
pro alio obligato satisfacere. Respondeo non va-
lere consequentiam. Quia duo adhuc sacrificia in
ea Ecclesia sunt peragenda, & vnum tantum pera-
gitur. Instituentes autem Capellaniam duo inten-
dit, & salutem animæ suæ, & honorem diuinum
tali in loco exhiberi cum ergo duæ sint obligatio-
nes exhibendi cultum diuinum in eo loco non po-
test vnico actu satisfieri, quidquid aliter speculatiue
dicant aliqui puto ita tenendum practice.

25 Ad 6. † An ille cui impositum est onus celebran-
di missam votiuam aut de Requiem absque obliga-
tione celebrandi in determinata Ecclesia, vel ad
altare determinatum, si à Capellano rogetur, vt
satisfaciat obligationi locali suæ Capellaniæ ad
altare Conceptionis ibi celebrando satisfaciat.
Respondeo satisfacere quia dans eleemosinam
manualem intendit tantum quod secundum inten-
tionem suam sacrificium applicetur, quod autem in
ista vel illa Ecclesia debitus cultus Deo tribuatur,
nihil ad ipsum, nec cuiquam Ecclesiæ acquisitum est
ius proximum, quod in illa celebretur, ideò, cum
nec danti eleemosinam, nec cuiquam Ecclesiæ fiat
iniuria, poterit vbicunque voluerit missam dicere,
& pro alio satisfacere, quia localis illa satisfactio
nulli est debita ideò celebrans potest illa satisface-
re, pro quo melius sibi visum fuerit, & ita in casu
de quo agimus, sacerdos qui tenetur missam dicere,
& sacrificium applicare satisfaciet alibi celebran-
do.

dò, si per alium suæ obligationi locali satisfaciat, & ipse sacrificium applicet secundum intentionem illius, qui Capellaniam instituit.

Dices sicuti in prædicto casu antecedenti diximus, quod, qui tenetur celebrare in Ecclesia in qua est altare ad quod alter celebrare tenetur, celebrando in tali altari, non satisfacit, quia duplex cultus Deo debetur; ita etiam in hoc secundo casu erit dicendum; qui enim tenetur celebrare ob manualem eleemosinam, tenetur non solum applicare sacrificium, sed consequenter etiam cultum exhibere Deo in aliqua Ecclesia tenetur item exhibere cultum etiam qui ex onere Capellaniæ tenetur celebrare in suo altari, ergo etiam hic erunt duo distinti cultus exhibendi, locales, ergo vnica missa tione non satisfiet. Respondeo esse disparem rationem, quia in præcedenti casu ambo illi sacerdotes tenentur ex pacto ad obligationem localem satisfaciendum in isto verò non tenentur ambo sed vnus tantum, quia dans manualem eleemosinam non intendit obligare localiter sed tantum ad satisfaciendo pro se, vel ad applicandum sacrificiũ secundum suam intentionem. Neque ius cuiquam Ecclesiæ quæsitum est proximum, & ad id, quod vlterius posset objici respondetur hanc esse consuetudinem receptam, & esse mentem dantis eleemosinam, vt ita possit satisfieri.

26 Ad 7. † An non obstante dispositione testatoris, quod singulis annis eligatur Capellanus possit nihilominus eligi ad triennium, vel ad sexennium. Videtur dicendum posse, quia ista conditio in hoc

27 legato videtur nullum habere effectum † conditiones autem vanæ reijciuntur à legatis, l. Titio centum §. Titio centum el 2. ff. de condit. & demonstr. cum ergo ista conditio sit vana, & inducat seruitutem hæredibus videtur reijcienda. Respondeo

28 tamen esse omninò seruandam, Quia † in fundationibus Capellaniæ potest testator quas vult conditiones apponere quæ sunt seruandæ cap. Præterea el 2. de iure patr. cap. Quanto de censib. Trid. sess. 25. cap. 1. de Refor. Gonzalez ad 8. Reg. Gloss. 5. num. 103. Ad l. Titio centum dico legem illam disponere, quando conditio est omninò vana, at in casu nostro non est omninò vana, quia si nullum alium haberet effectum hunc saltem pariet quod si Capellanus suo officio non fungetur vel si probatæ vitæ non extiterit facili negotio amouebitur, alios etiam effectus potest parere ista conditio, quos prudens ex se cognoscet, & quos fortasse cognouit sagax fundator, & ita hanc legem intelligunt Sanchez, & omnes ab eo citati, de Matr. lib. 1. disp. 40.

29 Ad 8. † Respondeo, quod vel hæredes assignant fundum pro congruo stipendio Capellaniæ simpliciter, ita vt imposterum semper idem remanebit assignatus, vel pacto prius stipendio cum Capellano singulis annis assignant fundum, ex quo fructus respondentes pacto stipendio colligat. Primò modo dico non posse assignare; quia potest dari casus, vt de facto contigit superioribus annis, vt stipendium adeò augeatur missarum, vt assignatum nec quidem possit esse satis pro tertia parte obligationis, & ideò facile curaretur reductio ad vires, quod est contra mentem statuentis, qui vult omninò missam quotidianam celebrari, & ideò cum hæreditas sit valde pinguis, noluit taxare stipendium, sed voluit omnia sua bona subiacere isti obligationi, vt cuicumque stipendio possit satisfieri, quæ fortasse etiã fuit altera ratio, vt singulis annis denuo Capellanus eligeretur, vt nouo pacto, & nouo stipendio obligatio determinati stipendij excluderetur. Si verò fiat secundo modo, certè fiet, quia non est contra intentionem fundatoris; Sed potius illi conformis cum velit sua bona esse obligata pro satisfaciendo tali oneri.

30 † Dices si aliter fieret quam testator disposuit obuiaretur multis inconuenientibus, quæ non euitantur si eius dispositio seruatur. Respondeo quod omnia vitare est impossibile; ideò debent vitari illa quibus testator voluit obuiari, deinde etiam cetera si fieri potest sed salua semper rationabili dispositione fundatoris vel testatoris. In rebus enim suis quilibet potest ponere quas vult conditiones, quæ sunt seruandæ.

31 Ad 9. † An non obstante dispositione testatoris, quod omnia sua bona sint obligata pro stipendio missæ, possint reseruata sufficienti parte, quæ remanent alienari: Respondeo posse vendi l. si conuenerit §. Si fundus ff. de pign. act. l. Si debitor C. de distract. pign. & quia mens fundantis Capellaniam non est prohibere venditionem, sed tantum prouidere, ne celebratio missæ vllo tempore deficiat. Verum tamen est, quod ad quoscumque transeant illa bona, cum tali onere transeunt, & si aliquo casu contingeret, quod bona relicta pro supplendo, & satisfaciendo deficerent illa bona possent repeti excusso tamen prius principali debitore, vt isti oneri subiecta. Ita vt quacumque assignatione facta semper remaneat obligatio supplendi si quid defuerit ad adimplendum prædictum onus. Auth. de fideiuss. §. sed neque Auth. Sed hodie C. de act. & obligat. Auth. Hoc si debitor C. de Pignor.

32 † Dices poteruntne hæredes conuenire cum aliqua confraternitate, vt ipsa hoc onus in se suscipiat tradendo illi, quod fuerit conuentum pro hoc onere ita vt Confraternitas vel Ecclesia &c. quę dictam conuentionem fecerit idem omninò onus subeat, quod hæredibus incumbit, vt dato quacumque casu semper teneatur ad missæ quotidianæ onus exequendum?

Respondeo, quod si legatum sit factum sine particulari obligatione, quod hæredes ipsi per se ipsos teneantur hoc exequi, & ex verbis dispositionis colligatur mens testatoris, quod voluerit non per alios huic oneri satisfieri, poterit fieri ista conuentio, & onus poterit in alium transferri, non enim repugnat, vt si testator dixerit, volo, quod mei hæredes teneantur singulis diebus facere offerri sacrificium pro anima mea, in perpetuum, tunc vtique poterit fieri talis translatio oneris, quia enixa voluntas testatoris non est, quod tale onus apud ipsos remaneat, & per ipsos exequtioni demandetur, si autem ex verbis colligatur, quod mens testatoris fuerit ita ipsis imponere, vt in alios non possit transferri, mens testatoris erit seruanda.

33 † Verum tamen est quod Confraternitas Ecclesia, & quilibet alius, qui hoc onus subire voluerit, si tempus ferat, quod reductio istius quotidiani oneris petatur fieri à Sancta Sede ad vires, eo quod fortasse illi non possit suppleri, erit distinctè explicanda ista conuentio, & erit specifice inserendum in libello supplici quod talis obligatio non est ex legato sed ex conuentione, & si reductio aliter impetraretur esset nulla, quia non esset expressa conditio necessario exprimenda. Nec solet Sacra Congregatio concedere reductionem ad minorem numerum, si exprimatur onus esse ex pacto, & conuentione, vt solet concedere sit ex legato, vt superioribus annis sæpius experientia docuit, tenetur tamen vendens ista bona in venditione exprimere onus, cui subiecta sunt.

34 † Dices maritus vendens aliqua sua bona non tenetur exprimere in venditione quod sint hypothecata pro dote. Respondeo tacite inesse ex lege, & cognito homine coniugato cognoscuntur etiam eius bona obligata pro dote; non sic autem de obligatione descendente ex testamento. Bona enim ex iure putantur libera nisi probentur obligata.

35 † Non possent tamen vendi prædicta bona, si essent speciali obligatione deuincta, non generali tantum; vt v.g. si quædam bona specialia hæreditatis, ex quibus congrua portio pro missis celebrandis colligi posset obligata esset in spetie huic celebrationi, ea non possent vendi. In prima enim generali obligatione mens testatoris videtur esse; quod missa quotidie celebretur, & ideò ne pereat ista voluntas, disponit, quod sua bona omnia huic oneri subiaceant, non tamen cum tanto rigore, quin cum eadem obligatione ad alios etiam possint transire; dummodo oneri missarum celebrandarum aliquo modo satisfiat, quod si aliquando non satisfiat, vt satisfiat vult omnia sua bona vbicunque fuerint huic oneri esse subiecta. In secundò verò obligatione, cum sint portio sufficiens pro missa videntur ita obligata vt non possint alienari. Neque enim esset æquum ita obligatam, esse magnam hæreditatem, vt non posset vendi quia solum est subiecta oneri celebrandæ quotidianæ missæ. Iustū autem est, quod obligatio talis nascatur ex dispositione, in qua assignatur conueniens portio pro eodem onere sustinendo, & casu in generali obligatione non sit apposita clausula non alienandi,
36 neque debemus præsumere. † In particulari verò licet non sit expresse apposita manifeste colligitur, ex quantitate assignationis. Si tamen bona essent prohibita à testatore alienari vtique non possint alienari quia talis prohibitio rem afficit, & consequenter impedit translationem dominij, vt plene Doctores in Auth. res quæ C. commun. de leg. & in l. fin. §. sed quia nostra C. eadem tit. Tiraquel. De retract. conuent. §. 1. Gloss. 7. nu. 10. & 11. text. in l. filius famil. §. Diui ff. de leg. 1. & in l. peto §. fratre ff. de leg. 2. & vtrobique Doctores, & in l. qui Romæ §. Cohæredes vbi vide Iason num. 2. tradentem quando pactum de non alienando impediat translationem dominij.

37 Ad vltimum. † An Capellanus cui dantur centum pro celebratione missæ possit tradere alteri octoginta, & retinere viginti. Aduerte, quod hic supponimus iam tradita de residentia personali, si enim Capellania, vel beneficium sit tale, quod requirat personalem residentiam, & quod per se ipsū celebretur; de tali beneficio, & Capellania loquendum est, vt supra. Hic autem loquimur tantum an licita sit retentio in casu quo possit per aliū celebrari, vt si dentur centum viginti possint retineri,
38 † & dico æditum esse à Sacra Congreg. Decretum auctoritate Sanctissimi Vrbani VIII. & insuper eiusdem auctoritate ab eodem Sacra Congreg. additas esse aliquas declarationes, quæ omnia quilibet Sacerdos apud se habere deberet, & in declarationibus insertum est nostrum dubium quod est 8; cum declaratione quæ est huiusmodi.

39 Ad 8. † Respondetur non habere locum sed satis esse, vt Rector Beneficij, qui potest missam per alium celebrare tribuat Sacerdoti celebranti eleemosinā congruam secundum morem Ciuitatis vel Prouinciæ nisi in fundatione beneficij aliud
40 cautum sit. † In casu autem nostro ista responsio non valet, quia non est beneficium, quod conferatur in titulum, & ideò non licet, licet ergo in beneficijs in titulum collatis non verò in alijs. Non nego tamen quin possit per alium supplere in casu necessitatis vt supra dictum est in casibus particularibus, quod pertinet ad residentiam personalem, sed nunc loquimur de eleemosina, de reliquis dicito vt supra traditum est.

S V M M A R I V M.

1 *Referuntur verba legati.*
2 *Quot & quæ sint soluenda.*
3 *Legatum factum Ecclesiæ de qua Ecclesia sit intelligendum.*
4 *Ratione prædilectionis legata adiudicantur.*
5 *Ad testatoris voluntatem declarandam maxime refert cognitio vsus loquendi ipsius testatoris.*
6 *Verba testamenti magis recipiunt suam interpretationem ex modo loquendi testatoris, quam ex eorum proprietate.*
7 *Cynus asserit quod legatum, cum non potest ex coniecturis determinari cui debeatur, fieri caducum perire tamquam incertum.*
8 *Hoc alij non admittunt.*
9 *Resoluitur dubium propositum in casu quò testator vnam tantum habuerit Ecclesiam.*
10 *Quid si duas, vnam tempore conditi testamenti, & alteram tempore mortis.*
11 *In testatore consideratur affectus, quem habuit erga locum, vel personam tempore conditi testamenti.*
12 *Testator tempore mortis non dicitur habere duas Ecclesias.*
13 *Testator vocans vnum agnatum, si tempore conditi testamenti aderat vnus tantum, qui postea decessit & alter superuenit qui existit tempore mortis huic debetur legatum.*
14 *Quid si testator tam tempore conditi testamenti quam tempore mortis duas babeat Ecclesias, quid dicendum cessante quacumque coniectura.*
15 *Si mens ex coniecturis colligatur illa omnino est seruanda.*
16 *Cui debetur legatum factum Ecclesiæ, S. Mariæ Sancti Francisci, cum plures sunt Ecclesiæ huius nominis.*
17 *Non est signum prædilectionis testatorem consueuisse intelligere vnam Ecclesiam determinatam quando dicebat, Ecclesia S. Mariæ. Ecclesia Sancti Francisci cum eodem modo à populo nominatur.*
18 *Quid si Ecclesiæ abundet re legata.*
19 *Si ex signis non potest colligi prædilectio vel ex coniecturis cui legatum sit dandum.*
20 *Cui sit dandum quando nullum prædictorum intercedit signum.*
21 *Quid si Ecclesiæ sint eodem modo pauperes & eodem modo appellatæ.*
22 *Legatum ad pias causas nunquam fit caducum.*
23 *Cuius materiæ debent esse calix argenti vel stamni. Aliqui sentiunt stamni.*
24 *Testator præsumitur velle grauare hæredem quanto minus fieri potest.*
25 *In votis quando non constat de mente vouentis ea fit interpretatio quæ vouentem minus grauet.*
26 *In obscuris semper quod minimum est, est sequendum.*
27 *In testamentis plenior fit interpretatio vt sustineantur quia pertinet ad fauorem publicum.*
28 *Refertur sententia asserentium calicem debere esse argenteum.*
29 *In intelligentia, l. Titius §. Titia sita est difficultas.*

30 Pro

30 Pro solutione istius difficultatis recurendum est
31 ad coniecturas † & primo considexanda est consuetudo legantis,
32 Consuetudo patriæ.
33 Dignitas legatarij, vel illius, in quem directa est dispositio.
34 Dilectio disponentis erga personam in cuius fauorem disponit.
35 Consideranda est consanguinitas.
36 Item antecedentia, & sequentia.
37 Valida est coniectura ex viribus patrimonij.
38 Traditur quid considerandũ in casu hic proposito.
39 Testator præsumitur grauare hæredem quanto minus potest in legatis profanis non ad pias causas semper enim censetur magis dilectus institutus quam legatarius, & magis anima quam institutus.
40 Expenditur cap. Ex parte de cens. & exponitur quomodo sit verum in votis fieri interpretationem strictam.
41 Valet argumentum in testamentis fit plenior interpretatio ergo etiam in legatis.
42 Legata sunt determinanda si fieri potest ex coniecturis, & secundum illas dicendum est legatum valere secundum quod est maius, vel minus quod si ex coniecturis fieri non potest determinandum est ex lege quæ decernit quod est maius.
43 Quod ex coniecturis sint determinanda legata patet ex l. Nummis ff. de leg. 3.
44 Communis æstimatio fundatur in probabilitate, quæ sumitur ex coniecturis.
45 Coniectura est quædam directio rationis ad veritatem.
46 Qua mensura granum sit mensurandum.
47 Magis est obseruandus vsus loci conuersationis quam originis.
48 Consuetudo legantis est omnibus alijs præferenda
49 in coniecturando ordo dispositionis hominis est attendendus, ordo autem in casu nostro seruandus traditur à Vulpiano.
50 In dubio ordinem litteræ esse seruandum probat §. Inordinatum Auth. de hæred. & Falci. Consuetudo intelligitur tam vtendi quam loquendi.
51 Quid nomine grani sit intelligendum.

Calix Ecclesiæ legatus qualis debeat esse expenditur.

LXIX.

1 VIctor † in suo testamento legauit Ecclesiæ Sancti Georgij Calicem, & Sarcinam grani. Duæ autem sunt in oppido legantis Ecclesiæ Sancti Georgij, ideò dubitatur, vtri debeatur; &, cum non exprimat qualitatem grani, cuius speciei esse debeat item, cum dicat tantum Sarcinam grani
2 dubitatur, quæ mensura debeat esse ista. † ideò quatuor quæruntur, quæ Ecclesia sit intelligenda, Secundò Ex qua materia debeat esse Calix. Tertiò cuius generis granum. Quartò qua mensura mensurandum.
3 Quoad primum † quæ Ecclesia sit intelligenda ex duabus Sancti Georgij, vt illi legatum debeatur, variant Doctores. Glossa magna in cap. Indicante de test. vult deberi pauperiori. Quod dictum Abbas Imola, & multi alij ibidem limitant, vt habeat verum nisi aliud de mente testatoris, vel legantis constet ex coniecturis. Quotiescumque enim haberi potest testatoris, vel legantis voluntas, eam volunt esse seruandam, quod si voluntas non potest haberi, probabiliter credunt voluisse legantem subuenire necessitati illius Ecclesiæ. Quod ego vlterius etiam limitarem non simpliciter deberi pauperiori sed illi Ecclesiæ, quæ tali re legata in spetie, vt iuristæ loquuntur, indigeret. Hoc enim videtur rectiùs determinare indifferentiam istius voluntatis. Alij putant, quod si duæ sint Ecclesiæ eiusdem tituli, & vna sit intra fines parœciæ, altera verò extra, debeatur legatum illi, quæ est intra fines pa-
4 rœciæ, istam enim præsumunt prædilectam, † & ideò ratione prædilectionis, ei legatum adiudicant, argumento l. Quæ conditio §. fin. ff. de condit. & demonstr. Alij volunt, quod, si duæ sint Ecclesiæ, siue in parœcia, siue extra, & alteram frequenter legatarius in illa oret &c. isti frequentatæ deberi volunt legatum ratione etiam prædilectionis, ex frequentatione enim volunt colligi prædilectionem, quod tamen non puto simpliciter verum, quia fieri potest, quod vna minus dilecta sit propinqua domui, & ideò magis frequentetur altera verò remotior, & minus frequentata, & tamen magis dilecta. Validius argumentum sumeretur ex modo loquendi testatoris vel legantis, quo vtebatur dum viueret. Quam enim loquendo de istis Ecclesijs Sancti Georgij simpliciter dicere solebat Ecclesiam Sancti Georgij, eam etiam in legato puro esse intelligendam, eo modo, quo si pater duas filias haberet. verb. grat. Ceciliæ nomine nuncupatas simpliciter dicendo Cæciliam, vnam intelligeret, eam & nos intelligeremus prædilectam, ita etiam erit
5 dicendum de Ecclesia, præcipue, † quia ad testatoris voluntatem declarandam maxime confert vsus loquendi testatoris, l. Si seruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. Roman. cons. 179. sub num. 5. Castrens. in l. hæredes palam §. 1. nu. Aret. num. 9. in 5. nor. ff. de test., & idem Castrens. in l. quo loco §. 1. circa prin. ff. de hæred. instit. Paris. cons. 19. num. 167. lib. 2. Decius cons. 42. num. 32. lib. 1. Ludouis. decis. 95. num. 8. & decis. 544. num. 32. vbi nu. 30.
6 † habet, quod verba testatoris magis recipiunt suam interpretationem secundum consuetum modum loquendi testatoris, quam secundum earum
7 proprietatem. † Quod si legatum, cui debeatur ex coniecturis non possit determinari Cynus in l. 1. C. de Sacros. Eccles. scribit perite tamquam incertum quod probat per legem si quis seruum, §. inter duos
8 ff. de leg. 2. † Quod tamen non admittit Abbas in cap. Indicante de testa. & Hostiens. Imola Antoni. & alij apud Couar. qui eodem cap. Indicante asserit communiter teneri huiusmodi legatum non fieri caducum sed sustineri, & ibidem num. 2. asserit in hoc dubio liberum esse Episcopo dare cui maluerit ex illis Ecclesijs, quod probatur ex cap. Quoniam de decim. Vbi dispositio de decimis relinquitur arbitrio Episcopi, & videtur etiam probari ratione quia distributio incertorum pertinet ad Episcopũ; vt dilucide res tota habeatur accipe sequentia.
9 Dico primò † si legatum sit factum Ecclesiæ nullo addito nomine sanctorum, vt Sanctæ Mariæ, Sancti Georgij, Sancti Francisci &c. nec colligatur ex coniecturis, vel alio modo, quæ sit mens testatoris. Si testator vel legans pro tempore vitæ suæ habuit vnam tantum parochialem Ecclesiam præsumitur illi reliquisse Bart. & reliqui in l. quæ conditio §. cum ita ff. de cond. & demonstr. vbi Socinus num. 1. testatur hanc esse communem sententiam quam probarunt Abbas cons. 90. nu. & in cap. indicante num. 4. in fin. de test. & ibi Imol. Barbar. & Alex. in cons. 213, num. 2. lib. 6. Iason l. Non vtique §. Si

quis insulam ff. de eo quod certo loco, & alij apud
10 Menoch. lib. 4. Præsumpt. 114. num. 2. & 3. † Si
verò testatot duas habuit parochiales alteram
tempore conditi testamenti alterum tempore mor-
tis suæ. Aliqui vt Io. Andreas, & Geminia. in cap.
Cum quis de sepult. in 6. Roman. in Auth. similiter
num. 93. C. ad leg. falcid. Socin. in l. quæ conditio
§. Cum ita nn. 5. ff. de condit. & demonstr. volunt
legatum deberi illi Ecclesiæ, in cuius loco habebat
domicilium tempore conditi testamenti, ea ducti
11 ratione, † quod consideratur affectus erga personã
vel locum quam testator habebat tempote conditi
testamenti, argumento l. Si ita ff. de auro, & arg.
leg. l. peto §. fratre de leg. 2. & l. Si cognatis ff. de
12 rebus dubijs. † Quam tamen tationem Menochius
loco cit. num. 7. dicit non esse solidam, quia, inquit
ipse, testator tempore mortis, non dicitur habere
duas Ecclesias parochiales, sed vnam tantum, vel
13 iam ptimam dimiserit, & propter ea, † sicuti quan-
do testator vocauit agnatum vnum tantum ptimo-
genitum, & vnus aderat tempore testamenti, qui
deinde decessit at alter superuenit tempote mortis
eiusdem testatoris, quando scilicet euenit casus
successionis, hic postremus censetur vocatus, & ad-
mitti debet non existente illo primò, vt ipsemet
Menoch. scripsit cons. 106. nu. 82. lib. 2. ita etiam
in hoc casu tempore successionis nempè morte
testatoris non existit parochialis illa prima cum
quodammodo præmortua fuerit ipsi testatori, qua
ratione motus rectius sentire dicit asserentes lega-
tum deberi Ecclesiæ in cuius loco habitat tempore
mortis, ex eo enim quod testator, vel legans tran-
stulit domicilium, & primam Ecclesiam teliquit
argumentatur, mutationem affectionis, & vult esse
translatam in hanc secundam. Hoc maxime verum
est quando legatum est tenue quia præsumitur
factum respectu sepulturæ, & ideò iudicandum est
debitum Parochiali in qua decedit, & hanc partem
sequuntur etiam præcitati Doctores Io. Andr.
Gemin. Rom. &c. quos refert & sequitur Boerius
14 quæst. 176. nu. 4. † Quod si tam tempore conditi
testamenti, quam tempore mortis duas habeat
parochiales quia in vtraque parochia habebat do-
mum seu domicilium, & in vtraque habitabat ita
vt vtriq. subijceretur cessante quacumque coiec-
ctura prædilectionis Tiraquel. tract. de iure
primogen. quæst. 17. vult legatum debeti paupe-
riori, & vult Episcopum posse, vel totum vni as-
signare Ecclesiæ legatum, vel inter vtramque diui-
dere.

15 † Quod si ex coniecturis potest aliquo modo
colligi mens testatoris vel legantis quarum præci-
cipua sit prædilectio, ista omninò seruanda est
in omnibus casibus quia voluntas totum facit, &
ab illa non est recedendum in vltimis dispositioni-
bus.

16 Dico 2. † quando legatum est factum Ecclesiæ
non simpliciter, sed Ecclesiæ alicuius Sancti, vt
Sanctæ, Mariæ, Sancti Georgij, & duæ sunt Ecclesiæ,
vel plures eiusdem nominis, tunc, quando clare
non constat, cui illarum voluerit testator, vel legans
tribui legatum, recurrendum est ad signa prædile-
ctionis, vt si vnam illarum simpliciter solebat ap-
pellare Ecclesiam Sancti Georgij, Sanctæ Mariæ, &
quam ita loquendo solebat intelligere illam debe-
mus iudicare prædilectam, & maxime, si consue-
uisset addere meum Ecclesiam Sancti Georgij,
17 Sanctæ Mariæ. † Non esset autem signum præ-
dilectionis appellare simpliciter Ecclesiam Sancti
Georgij, vel S. Mariæ alteram, cum ita simpliciter
etiam ab vniuerso populo appellatur; quia tunc
censendus esset ita appellans se conformare con-
suetudini non affectum exprimere. Vel si in vna
illarum sepulturam elegisset. Vel si eam frequen-
tare magis solebat modo tamen dicto supra. Si ex
his signis vel alij colligi poterit prædilectio illi
Ecclesiæ, vt prædilectæ legatum erit adiudicandum.
18 † Nisi tamé talis Ecclesia abundaret legatis rebus,
& altera indigeret; quia tunc puto non obstante
prædilectione deberi legatum indigenti non
autem abundanti, & ita accipio dicentes legatum
deberi prædilectæ, & alios asserentes deberi magis
pauperi, vt istorum dicta -yota sint in varijs casi-
bus.

19 † Si verò ex signis vel coniecturis prædilectionũ
argumentum non poterit haberi, dico legatum esse
dandum illi Ecclesiæ, quæ communiter à populo
solet appellari simpliciter Ecclesia S. Georgij vel
Sanctæ Mariæ, nam vt supradictum est legans vel
testans censendus est loqui secundum vsitatum
modum loquendi in loco suo per text. in l. fin. C.
de ijs qui ven. ætat. impetr. & tex. in l. labeo §.
Idem Tubero ff. de suppelli leg. & in l. 1. ff. de
Vsuris ibi. Ex more regionis vbi contractum est,
& tex. in l. liberorum §. quod tamen Celsus ff. ad
leg. 3. & l. in vulgati ff. de verbor. signif. ibi. Sed
tamen vulgari sermone & in l. 3. §. fin. ff. de test.
& in l. Cum solutum. C. de sent. & inter lo. om.
iud. Iason ad Rubricam. numer. 7. ff. de noui
oper. nunciat. & arg. l. Quæ condit. in fine ff. de
condition. & ita in simili sentit Abbas cit. cap.
Indicante numer. 4. vbi habet quod si rusticus
relinquat Ecclesiæ decem, ista decem sunt danda
Parochiali quæ communi vsu dicitur Ecclesia.
20 † Quod si vtraque Ecclesia indifferenter appelle-
tur, nec signa prædilectionis haberi possint, tunc
puto legatum esse dandum pauperiori, & ita intel-
ligo, & admitto doctrinam Menochij lib. 4. Præ-
21 sumpt. 114. nu. 9. qui etiam nu. 10. subdit, † quod
si duæ Ecclesiæ eodem nomine appellatæ sint æque
pauperes, & altera sit mulierum, legatum præsumi-
tur factum Ecclesiæ mulierum, quod si ambæ sint
mulierum vult deberi illi Ecclesiæ, quæ est mulierũ
mendicantium. Si autem sint æque paupetes & sit
legata res particularis, vt Calix planeta &c. lega-
tum erit dandum illi Ecclesiæ quæ tali re indiget.
Tandem si vtraque illa re indigeat, vel nulla, puto
legatum esse inter eas diuidendũ vt dixit Barbatia
cuius sententiam Couar. de iure dicit veriorem
loco cit.

22 † Nunqnam tamen legatum pium erit caducum
sed erit omninò sustinendum fauore piæ causæ vt
optimè probant notata in Clem. Quia contingit de
religios. domi. & l. Legatum cum ibi notatis ff. de
vsufr. leg. vide Couar. de test. cap. 3. Quod maxime
verum est in casu nostro vbi certa est voluntas
testatoris, & certus est etiam locus Saltem in
genere, vt iuriste loquuntur, licet non in specie, &
Cynus est intelligendus de legatis profanis non
verò ad pias causas vt Couar. docet loco sæpe
citato.

23 Ad secundum. † Cuius materiæ debeat esse Calix
cum à testatore non exprimatur, non conueniunt.
Doctores respondendo. Alij enim volunt legatum
esse intelligendum, quanto minus fieri potest, &
ita, si Calix fiat ex ære cum cuppa argentea erit
satisfactum, & probant.

24 Primò quia † testator præsumitur velle grauare
hæredem quanto minus fieri potest, l. vnum ex
familia §. si rem ff. de leg. 2. & tradit Decius Reg,

In

In testamentis nu. 3. & Menoch. lib. 4. præsump.
106. num. 17.
25 Secundò † In votis quando non constat de
mente vouentis ea fieri debet interpretatio, quæ
minor fieri potest. cap. Ex parte de cens. ergo etiã
in legato cum vtrobique agatur de interpretanda
mente in fauorem animæ.
26 Tertiò † In obscuris semper quod minimum est
sequendum est. Reg. In obscuris de Reg. iur. in 6.
27 & Reg. semper in obscuris ff. eodem titulo. † Quod
si obijcias. In testamentis pleniorem fieri inter-
pretationem. Respondent hoc verum esse tantum
vt valeant, quia vt valeant pertinet ad fauorem
publicum. cap. Cum dilecti de donatio. & Reg. in
testamentis ff. de Reg. iuris. Quæ ratio non militat
in legatis, & ideò vt quod minimum sunt interpre-
tanda l. vnum de familia §. si rem ff. de leg. 2. l.
Nummis ff. de leg. 3. & l. apud Iulianum §. Seio, &
l. si ita scriptum in fin. ff. de leg. 1. & tenet Sanchez
in sum. lib. 4. cap. 13. num. 8. & alij quos ipse
refert. Abbas cap. Ex parte de Censib. Couar. cit.
28 cap. Indicante de test. Barbatia, & † alij apud
Couar. volunt quod maximum est, esse sequendum,
& ideò cum in Ecclesia sint Calices argentei, &
ænei Calix debebit esse argenteus, & asserunt hanc
frequentiori calculo esse comprobatam & in praxi
sequendam, probant ex l. Titius §. Seia ff. de aur.
29 & arg. leg. † in qua lege quia fundantur opiniones
puto optimum esse referre variam illius lectionem
ex Couar. loc. cit. Textus communis habet. Seia
testamento ita cauit si mihi per conditionem
humanam contigerit ipsa faciam. Sin minus autem
ab hæredibus meis fieri volo iubeoque signum Dei
ex libris centum in illa Sacra æde, & in patria statui
cum subscriptione nominis mei. Quæsitum est cum
in templo non nisi aurea, & argentea sint dona,
hæredes Seiæ vtrum ex auro, an argento signum
ponere compellendi sint an æreum: Respondi
secundum ea quæ proponuntur argenteum ponen-
dum. Ex castigationibus autem Holandri, & ex
Pandectis florentinis ita legitur. Quæsitum est
cum in eo templo non nisi ærea aut argentea tantũ
sint dona, hæredes Seiæ vtrum ex auro vel argento
signum ponere compellendi sunt an æreum. Res-
pondi secundum ea quæ proponuntur argenteum
ponendum, & hanc lectionem germanam agnoscit
Barbat. hic num. 12. & Couar. & dicunt in praxi
sequendam, ex qua quis non videt probari, quod
maximum est esse sequendum. Ego vt res tota in
praxi clare habeatur.
30 Dico † quod in hoc dubio prius recurrendum
est ad coniecturas vt possimus determinare ex qua
31 materia Calix sit dandus, & primò † Consideranda
est consuetudo legantis, si enim solet legare vel
donare magnifice larga erit facienda interpretatio
si verò aliter, aliter etiã legatũ erit interpretandũ.
32 Menoch. lib. 4. Præs. 106. nu. 2. † Secundò con-
sideranda est consuetudo patriæ testatoris idem
33 num. 4. † Tertiò spectanda est dignitas legatarij,
siue illius personæ in quam confertur dispositio,
34 idem num. 6. † Quartò Consideranda est dilectio
35 testatoris erga legatarium idem num. 9. † Quintò
spectanda est consanguinitas, idem num. 10. Sextò
36 Consideranda sunt † antecedentia & sequentia in
eadem dispositione idem num. 10. Septimò valida
37 est coniectura ex † viribus patrimonij ipsius testa-
toris num. 13. quæ omnia volui adnotare non quod
omnia casui nostro adaptentur sed vt sciatur, quid
in simili agendum sit, & per similitudinem, quid
38 in nostro etiam sit dicendum. † Consideranda
ergo erit persona legantis non enim idem præsu-
mendum est legare villicum & principem. Ecclesis
cui legatur; Non enim idem conuenit Ecclesiæ
campestri & Cathedrali, habendus est etiam respe-
ctus similium donorum eidem Ecclesiæ factorum,
ita habenda est ratio facultatum legantis vel do-
nantis, & secundum ista est facienda determinatio
qualitatis cuius debet esse res legata, & quantita-
tis, quibus consideratis puto non futuram difficilem
determinationem huiusmodi legati. Si tamen
aliquando ex lege esset facienda puto esse faciendã
non secundum quod minus sed secundum quod
maius ex recepta à nobis lectione legis Titius §.
Seia. ff. de aur. & arg. leg.
39 Ad rationes initio propositas. † Ad primam dico
id esse verum in legatis profanis quando ex alijs
coniecturis non potest haberi mens legantis non
verò in pijs quia fauore pietatis quod maximum est
decernitur.
40 Ad secundum. † Respondeo summum Pontifi-
cem non declarare simpliciter quod sequendum sit
quod minimũ est sed hoc declarat propter consue-
tudinem regionis vt patet consideranti illud cap.
Ex parte. Respondeo secundo Summum Pontificem
non declarare quod in soluendo voto vel in satisfa-
ciendo legato ab eo qui votum emisit vel qui lega-
tum soluere tenetur, quod minimum est, sit sequen-
dum, sed quod Ecclesia in exigendo hoc sequatur.
Respondit enim ibi Sacerdotibus petentibus,
quomodo se gerere debeant in exigendis, vel
recipiendis rebus voto Deo oblatis, & respondit,
quod sequantur, quod minimum est, ne auidi nimis
videantur, si quod summum est velint extorquere,
fortasse non eodem modo respondisset, si petijssent,
qui vota soluere tenebantur Docentur autem illo
Canone Ecclesiastici, quantum cauere debent, ne
videantur terrenis rebus inhiare.
41 Ad 3. † Respondeo vt ad primum. Ad id verò
quod dicitur testamenta plenius interpretari lice-
te, non sic autem legata. Respondeo hanc doctri-
nam non esse certam. Nam Glossa. Regula in
testamentis, de reg. iur. in 6. & Abbas cap. Cum
dilecti num. 4. de donat. admittunt hanc conse-
quentiam. In testamentis fit plenior interpretatio,
ergo etiam in legatis.
42 Ad † modum determinandi secundum legem,
tunc demum est recurrendum, quando ex circum-
stantijs, vt supra, mens testatoris vel ex cõsuetudine
vel alijs supra traditis non potest determinari quia,
si ex his possumus sumere determinationem, ab his
43 non est recedendum; probat optimè. † l. Nummis
ff. de leg. 3. ibi Nummis indistincte legatis receptũ
est, vt exiguiores legati videantur, si neque ex con-
suetudine patrisfamilias, neque ex regione, vnde
fuerit, neque ex contextu testamenti possit appa-
rere, & consonat rationi quia sumitur determina-
tio à communi æstimatione, quæ explicat men-
tem legantis, vel testantis l. in testamentis ff. de
condit. & demons. & l. Cum in testamento ff. de
reb. dub. Mant. de coniect. lib. 3. tit. 2. Sa verbo
44 Testamentum nu. 32. & alij. † Communis autem
æstimatio fundatur in probabilitate, quæ sumitur
ex coniecturis; An enim probabile sit hoc voluisse
45 testatorem coniecturæ dictant, est enim † conie-
ctura, directio quædam rationis ad veritatem.
Quintillianus lib. 3. Instit. cap. 7.
46 Ad 3. † Qua mensura videlicet granum sit
mensurandum. Respondeo ea mensura, qua sole-
bat vti legans, & si ista cognitio non potest haberi,
ea mensura adhibenda erit, quæ solet adhiberi in
loco,

loco, vbi conuersatus est legans, vel testator, pri-
mum optimè probat text. l. pennlt. in prin. ff. de
alim. & ciba. leg. vbi quantitate alimentorum
incerta legata debetur legatario secundum consue-
tudinem testatoris. Menochius Præsumpt. 106.
num. 2. lib. 4. Secundum probant. l. 1. & l. Si quis
vinum ff. de tritico vino oleoque leg. l. Cum de
lanionis §. item cacabos ff. de fundo instr. & l.
dominus sticho ff. de pecul. leg. & ideò respondit
Corneus testatorem Perusinum, qui Anconæ testa-
mentum fecerat, & filiæ legauerat quingentes flo-
renos, intelligi reliquisse ex moneta Perusina, non
ex Anconitana, tum quia testator ipse erat origi-
narius Perusiæ tum quia ibi magis conuersatus
fuerat, & in casu omninò simili respondit Socin.
47 Senior. in cons. 247. num. 5. lib. 2. † asserens
magis esse obseruandum vsum loci conuersationis,
quam originis, & Decius egregie respondit in
cons. 597. num. 7. testatorem præsumi legasse
vsumfructum non proprietatem vxori, quando ita
48 vsus est patriæ. Quod si consuetudo patriæ differt
à consuetudine testatoris, vel legantis, consuetudo
legantis, vel testatoris est præferenda, ita colligitur
ex citata lege si Seruus plurium §. vlt. de leg. 1. vbi
49 Iulianus significat † in dispositione hominis esse
seruandum ordinem in coniecturando & præsu-
mendo, & ordinem à nobis traditum esse seruan-
dum tradit Vlpianus in cit. lege Nummis de leg. 3.
dum asserit nūmis indistinctè legatis hoc receptum
est vt exiguiores legati videantur si neque ex con-
suetudine patris familias, neque ex regione vnde
fuerit, neque ex contextu testamenti possit appa-
rere vbi vides consuetudinem testatoris præferri
50 consuetudini patriæ. † ordo autem litteræ seruan-
dus est, in dubio §. Inordinatum in Authent. de
hæred. & Falc. Quæ consuetudo intelligitur tam
vtendi, quam loquendi licet aliter sentiat Acursius.
Qui autem ordo sit seruandus in coniecturis ex
hominis dispositione vide Menochium lib. 1. de
Præsumpt. quæst. 28. per totam.
51 Ad 4. † Quid nomine grani sit intelligendum.
Respondeo esse intelligendum secundum modum
loquendi testatoris, vel legantis; illud enim
granum dandū est quod intelligere solebat legans,
vel testator, dum proferebat grani nomen, quod, si
hoc non potest haberi danda erit mensura grani
illius, quod intelligitur in sua patria vel in loco, in
quo solebat conuersari iuxta tradita, in præcedenti
quæsito, nisi tamen aliud intelligatur nomine grani
loquendo in negotijs &c. aliud in legatis ad pias
causas, quia nomen grani esset sumendum prout
sumitur cum de legatis agitur. Quod si ex his
determinatio non potest haberi, de meliori grano
legatum erit soluendum iuxta superius dicta.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur casus.*
2 *Quæ soluenda quærantur.*
3 *Proponitur prima difficultas soluenda.*
4 *Ex ista duæ quæstiones.*
5 *Proponitur notandum pro decisione.*
6 *Aliqui asserunt pœnas defraudantibus vectigalia esse appositas per modum contractus, alij in vindictam temeritatis.*
7 *Satellites vel constituuntur potestate publica, vel priuata ad custodiam viarum.*
8 *In materia gabellarum maxime spectanda est consuetudo locorum.*
9 *Resoluitur dubium propositum.*
10 *Custodes viarum recipiendo aliquid pro non faciendo, vel faciendo contra proprium officium peccant.*
11 *Proponitur dubium incidens, & soluitur.*
12 *Quomodo sit intelligenda Regula in malis promissis.*
13 *An in pacto inito à custodibus viarum cum mercatoribus de sinendo eos transire inuoluatur pactum de non accusando, & quid si expresse sit conuentum.*
14 *Quid si non expresse.*
15 *Proponitur alius casus.*
16 *Translatio debiti ab vna persona ad aliam non potest fieri sine assensu creditoris principalis.*
17 *Accepta à Custodibus pro non impediendo transitum an possint retineri.*
18 *An accepta ob turpem causam sint restituenda.*
19 *Explicatur quando possint retineri, & quando sint restituenda.*
20 *Proponitur quædam obiectio, & soluitur.*
21 *An custodes viarum non accusantes teneantur reddere gabellarijs stipem, quam ab illis accipiunt pro custodia.*
22 *An sit idem de sicario qui promisit occidere, & de Custode qui promisit vias custodire.*
23 *An Custodes viarum teneantur ad aliquam restitutionem.*
24 *Ad quam restitutionem teneantur, An ad damni ob vectigal non solutum.*
25 *An ad restitutionem damni ob merces, quæ fuerunt amissæ.*
26 *An ad soluendas pœnas, quas soluissent mercatores, si accusati fuissent.*
27 *Quid dicendum de prædictis si sequuta sit sententia liberatoria; sed iniusta.*
28 *Resoluitur propositum dubium.*
29 *Ad quid teneatur iudex ratione pecuniæ acceptæ proferenda sententia iniusta, an possit illam retinere.*
30 *Si per statutum illius pecunia reddatur incapax tenetur reddere, illi à quo accepit.*
31 *An Iudex teneatur ad damna, quæ sequentur ex sua sententia iniusta.*
32 *Respondetur directè propositæ difficultati illam soluendo.*
33 *Quid dicendum, si non sit apposita pœna amissionis mercium, sed alia eritne statim soluenda.*

De Custodibus viarum deputatis, ne vectigalia fraudentur.

L X X.

1 † GAbellarij pacto pretio, cum quibusdam satellitibus conueniunt, vt vias custodiant, ne vectigalia fraudentur, & si quos fraudentes reperiant, merces non sinant transire, & si transeant, factum, & personas iudicibus deferant. Thadeus multas, & pretiosas merces è territorio extrahens incidit in dictos viarum custodes, qui nec merces detinent, nec iudici Thadeum deferunt prout tenentur, sed pacta pecunia, sinunt abire impune, sed quia ex sattellitibus aliqui tantum permissuros promiserunt sinere mercatorem abire impune, alij præterea, se non delaturos iudici; qui transitum tantum permiserunt, licet in vno errauerint, in altero, volentes suo debito satisfacere, rem totam iudici, & Gabellarijs aperiunt reticentes, tamen se pecuniam recepisse, iudex per actis agendis, accepta pecunia, & ipse iniustam fert sententiam,

2 sententiam, absoluendo mercatorem. † Quęruntur in hoc facto sequentia, de satellitibus, & de iudice. De Satellitibus. P. An illi, qui accepta pecunia promiserunt, se iudici non esse delaturos facta delatione, ab alijs, an eam possint sibi retinere; & quid si non esset facta. 2. An eam possint retinere, quia permiserunt impune abire merces, & mercatorem. 3. An teneantur, ad aliquam restitutionem, An ad restitutionem damni, quod Gabellarij patiuntur ex non soluta gabella. 4. An ad solutionem valoris mercium, quæ si detentæ fuissent ipso facto, erant amissæ, & cum non solum res sint amissæ, sed præterea etiam quædam pæna infligatur, ex statuto mercatoribus vectigalia defraudantibus, an etiam ad istam teneantur. 5. Quid dicendum in his casibus, sequta sententia iudicis iniusta. 6. De indice tandem videbimus, ad quid teneatur ratione pecuniæ acceptæ, & quid ratione sententię, quam damnum dedit. An acceptam pecuniam possit retinere, & an teneatur ad damna, ex sententia sequta.

3 Pro solutione primæ difficultatis. † An videlicet, qui accepta pecunia promiserunt, se non delaturos, an per alios facta delatione, possint acceptam pecuniam retinere, & quid si à nullo fiat delato, cum etiam ista difficultas duplex dubium inuoluat,
4 duplici responsione eam soluemus. † An ergo qui teneatur denunciare accepta pecunia promittens, se non delaturum, per alium facta delatione possit pecuniam retinere, quod est primum dubium, vt dilucide soluatur.

5 Noto † primò. Aliud esse conuenire, cum aliquo, de aliquid non faciendo. Aliud autem conuenire, de aliquid faciendo, v. g. conuenit cum satellite mercator, ne illum denunciet, conuenit de non faciendo, conuenit Sicarius, cum alio Sicario, vt homicidium committat, conuenit de aliquid faciendo, obligatio primi adimpletur tacendo, nec ad quidquam aliud obligatur, obligatio verò secundi non adimpletur, nisi sequatur operatio, & si ab alio executioni demandetur, illud de quo conuentum est, non satisfit obligationi, v. g. in proposito exemplo. Sicarius conuenit cum alio Sicario, vt interficiat suum inimicum, iste inimicus fortuito rixatur cum alio, & occiditur, Sicarius non satisfecit suæ obligationi, ideò etiam hoc sequto effectu non potest retinere acceptam pecuniam, quia ipse non satisfecit. Qui verò obligatur, non denunciare, etiam si denunciatio per alium fiat, nisi aliter sit conuentum, acceptam pecuniam pro non denunciando, potest retinere, quia tacendo satisfecit.

6 Noto † secundò circa pænam appositam defraudantibus vectigalia. Vel dicimus esse appositam in vindictam temeritatis eorum, qui audent contra Principis adictum, vectigalia defraudare, non eximendo, tamen defraudantes, ab obligatione eadem soluendi, si alias iusta sint; vel dicimus esse appositam ad modum cuiusdam contractus, si merces extraxeris non solutis gabellis, nec fueris deprehensus, vectigal tibi condono; si fueris depręhensus hæc pæna statuta mulctaberis, & merces amittes, qui secundus modus, videtur visu receptus, cum deprhęhensi gabellas defraudantes non ad vectigalia soluenda simul cum pæna, sed tantum ad pænam condemnentur.

7 Noto † tertiò. Vel satellites apponuntur potestate publica, ad custodias viarum, vel apponuntur ab ipsis gabellarijs, qui ære proprio eos conducunt.

8 Noto † vltimo in istis maxime esse spectandam locorum consuetudinem, à qua non est recedendum Gabellarij enim, cum vectigalia conducunt, censendi sunt, conducere iuxta consuetudinem, & mercatores secundum eandem obligantur, & satellites eodem modo apponuntur, nisi aliud expresse inter partes sit conuentum. Nunc rem totam latius explicando.

9 Dico † Si custodes viarum acceperunt pecuniam, vt sinerent merces libere transire, nullo addito pacto non accusandi, si merces iam transierint receptam pecuniam, non tenentur restituere, si verò merces nuudum transierint tenentur restituere, & impedire, ne transeant. Aduerte quod hic loquimur tantum de pecunia accepta à mercatoribus, non verò de damno, quod inde infertur Gabellarijs; de hoc enim infra. Ratio dictorum est, quod satisfecerunt pacto inito de non impediendo, ideò pactam pecuniam, possent retinere. Tenentur verò impedire, ne transeant, ex iustitia, & ideò receptam pecuniam non possunt retinere, quia illa obligantur successiue, ad aliquid non
10 faciendum, ad quod ex iustitia tenentur. † In vtroque tamen casu recipiendo peccauerunt mortaliter, quia egerunt in re graui contra proprium
11 officium, & ista sunt, ex se clara. † Sed quid agent isti viarum custodes, si iam recepta pecunia illos pæniteat suæ iniquitatis, & mercatores conducant merces extra territorium, vehendas freti assecurationibus habitis ab ijsdem custodibus: Respondeo, quod debent suas pecunias reddere mercatoribus, & eos admonere, vt debita vectigalia soluant gabellarijs, & nullo modo debent permittere eos transire, nisi solutis vectigalibus, & hoc modo fidem, non frangent, & gabellarijs non nocebunt. Dices in malis promissis fidem non expedit obseruari, ergo isti debent statim, ac inueniunt mercatores, merces extrahentes illos accusare, quia ad fidem seruandam non tenentur.

12 Respondeo † primò, cum Glossa in ea Regula, 69. In malis promissis; debere intelligi, quod male promittens non potest cogi ad obseruandum male promissum, nec promittens tenetur illud seruare. Respondeo secundò in casu nostro ex eo, quod quis non teneatur seruare male promissum, non inde colligi, quod teneatur accusare contra fidem datã, sed tantum, quod teneatur non permittere eos transire, esset enim quoddam genus fraudis, promittere securitatem, & impunitatem, & subinde accusare. Verum tamen est, quod si admoniti mercatores nollent suo debito satisfacere, sed adhuc vellent transire, quod reddita pecunia eos deberent custodes impedire, ne transirent, & si custodibus inuitis, transirent deberent accusari, etiamsi oblatam pecuniam mercatores accipere recusarent, contendentes custodes teneri eos permittere transire, quia re vera ad standum promissis non possunt compelli: quia sunt male promissa, & hoc quoad transitum.

13 † Sed posito pacto de sinendo secure transire mercatores, quid dicendum de accusatione? tenentur Custodes viarum, etiam non accusare posito pacto illo cum expresse non sit conuentum, de non accusando, vel poterunt mercatores taliter transeuntes etiam deferre?

Dico quod si expresse sit conuentum, de non accusando quod non possunt accusare, & pecuniam retinere quia datum, ob causam non potest retineri causa non habente suum effectum si per ipsum stet quominus habeat, suum effectum, debent igitur reddere pecuniam. Sed quid inde; debentne accusare? Hoc ego non dicerem. Sed deberent accepta

accepta pecunia gabellarijs, soluere vectigalia, & si non sufficiat, debent admonere mercatores, vt obligationi suæ satisfaciant, quod si non satisfaciant reddita illis eorum pecunia, debent eos accusare, vt Gabellarij suum consequantur. Si verò non possunt accusare, quia ex accusatione damnum timent, eo quod sit detegenda, eorum conuentio, tenentur ipsi custodes damnum resarcire, gabellatijs modo infradicendo.

14 † Si verò expresse, non fit connentum de non accusando. Sed generale tantum sit initum pactum de permittendo, eos impune transire, adhuc dico pactam pecuniam non posse retinere custodes, quia hoc pactum, inuoluit implicite obligationem, non accusandi ad quod ex iustitia, tenentur semper; vel ergo retenta sibi pecunia custodes illata damna gabellarijs compensabunt, vel oblata pecunia mercatoribus, eos ad vectigalia adstringent soluenda. Neque enim mercatoribus, vlla irrogabitur iniuria, cum adhuc vere sint, obstricti obligationi soluendorum vectigalium, cum per fraudem impune
15 transierint, & nulli se periculo exposuerint. † Sed quid si mercatores, qui sunt permissi transire, impune à Custodibus viarum, accusentur; & falsis testibus se tueantur ita, vt à iuditio discedant absoluti? Mercatores non tenentur ad pœnam, quia hæc non debetur ab illis, nisi sequta sententia: Gabellarij autem illam amittunt, quia custodes officio suo defecerunt, quid hoc casu dicendum? Respondeo quod ad satisfactionem vectigalium tenentur, adhuc Mercatores, & Custodes viarum gabellarijs, modo dicto. Dices mercarotes ineundo pactum, cum custodibus viarum, vt se permittant, impune transire reijcere omnem suam obligationem, in viarum custodes. Respondeo hoc vetum
16 non esse, † quia non potest fieri translatio debiti, ex vna persona in aliam sine assensu principalis creditoris, ergo si Custodes, non soluunt semper tenentur, gabellatijs mercatores. Deinde hanc virtutem, de sui natura, non videtur habere hoc pactum; nisi habeat de consuetudinem, quam esse seruendam initio adnotaui, & ideò de illa nunc non loquor, sed loquor secundum naturam rerum. Sed quid de pœna? Hoc colligetur ex infradicendis. Respondendo ergo directæ propositæ difficultati.

17 † Dico custodes viarum, si quid acceperunt pro non impediendo transitum, & iam mercatores transierint, acceptum possunt retinere. Si verò pro non accusando, non possunt retinere, nullo alio accusante, addo nunc pro solutione alterius dubij, si alter accusauerit quod possunt retinere. Quia ipsi non accusant, & satisfaciunt oneri assumpto, de non accusando, & alius accusauit ideò non tenentur accusare, quia gabellarijs satisfactum est, intellige tamen, si ex accusatione integre gabellari reportarunt satisfactionem, aliter tenebuntur, vt supra.

18 Dices primò. † Accepta ob turpem causam, non possunt retineri. Quia non potest accipi pretium, pro malitia, & peccato, cum peccatum non sit vendibile: Deinde posito, quod esset vendibile, saltem retinendo pretium, videretur approbari peccatum, tandem quod illicite accipitur, illicite etiam retinetur. Respondeo primo quamplurimos Doctores asserere, illicite acquisita posse retineri. Medina C. de reb. rest. quæst. 28. Caiet. 25. quæst. 32. Couar. & alij, apud Petrum Nauar. de rest. lib. 4. cap. 2. num. 132. & apud Vasqueż cap. 7. dub. 14. idem tenet Lessius de Iust. lib. 2. cap. 18. dub. 3. nu. 18.

Azorius Sà & alij. Ad rationes in contrarium. Ad primam dico, pretium non accipi pro approbatione peccati, nec pro peccato. Sed pro alijs, circumstantijs, vt constat de meretrice, quæ recipit pretium, locationis sui corporis, de homicida pro labore &c, Vide Azorium par. 3. lib. 4. cap. 21. quæst. 2. Ad secundò. Respondeo posse retineri
19 pretium, etiam cum detestatione peccati. † Ad tertium Dico esse falsum, illicite acquisita illicite retineri. Si non adsit eadem ratio in retinendo, ac in acquirendo, & in casu nostro illicite, acquiruntur quia obligant ad aliquid iniuste faciendum, donec opus sit patratum; patrato verò opere, non retinentur illicite, quia nullam retinent iniquitatem.

Dices 2. Custodes viarum tenentur ad accusandum, qui verò tenetur ad aliquid faciendum, ex pacto, & pecunia accepta non possunt pecuniam retinere, si alter id præstet; v. g. vt initio proposuimus si quis pacta pecunia conueniat, cum homicida, vt hominem interficiat, si ipse non interficiat, sed alter eo inscio non lucratur pecuniã ergo etiam, in casu nostro isti custodes viarum non poterunt lucrari, pactam pecuniam cum ipsi non
20 denunciant. † Respondeo hoc argumentum non probare, quod custodes viarum non possint, retinere pactam pecuniam cum mercatore, ne accusent; sed non posse retinere stipem, quam accipiant à gabellario, vt accusent; de prima nobis est sermo, non de secunda: Sed quoniam in hoc incidimus,
21 soluendo etiam istam difficultatem, † an custodes viarum, teneantur reddere stipem, quam à gabellario accipiunt, in hoc casu. Dico in rigore, vel Custodes erant parati accusare, cum alter accusauit, vel non erant parati. Si erant parati accusare dico posse retinere quia officio suo non desunt. Si non erant parati tenentur reddere, quia non
22 intendebant satisfacere officio suo. † Nec in hoc currit paritas de homicida qui ad vnum rantum actum est destinatus, & pro illo actu est spetialiter obligatus, Custodes verò viarum obligantur pro toto tempore, & diuersimode. Sed demus quod Custodes viarum satisfaciant damnis, quæ eorundem negligentia, vel fraude patiuntur gabellarij, poterunt ne hoc casu, retinere stipem quæ illis datur, vt inuigilent custodiant, & accusent, si ista non præstiterunt? Respondeo posse retinere. Ratio est quia ratione istius stipendij, tenentur resarcire damna; ergo istud possunt retinere. Dices non satisfaciunt, suæ obligationi, ergo stipendium, non possunt obtinere. Respondeo duplicem esse eorum obligationem, alteram præstandi, id ad quod tenentur; alteram nisi præstent teneri ad compensationem damnorum. Ex suprattaditis remanent soluta proposita primæ difficultatis duo dubia, & totum primum quæsitum.

Ad secundum, pariter quæsitum, patet responsio ex supratraditis. Nunc ad solutionem tertij, quod plures cõtinet difficultates accedens, eas ex ordine
23 prosequemur, & Prima est. † An teneantur custodes ad aliquam restitutionem. Cui Respondeo teneri; Quia ex officio tenentur damna impedire, & non impediuerunt ergo teneatur de damno. Secunda verò est. An teneantur ipsi soluere damnú, quod gabellarij pàtiuntur ex non solutis vectigali-
24 bus, & † primum damnum est vectigal non solutum. Ad quod respondendo dico iuxta varietatem sententiarum Doctorum, esse resoluendum, si enim admittatur sententia asserentium, pœnam esse appositam non per modum contractus, vt supra

explicatum

explicatum est; sed in vindictam, temeritatis defraudantium, ita vt, si defraudantes deprehendantur non solum ad penam, sed etiam ad solutionem vectigalis adstringantur, dico in omni euentu custodes teneri ad solutionem etiam vectigalis, & adhoc tenentur etiam ipsi mercatores etiamsi à Custodibus viarum non deprehendantur, si alias vectigalia sint iusta, ratio est, quia vectigalia ex iustitia sunt debita, nec obligatio ea soluendi tollitur, vt suppono ex ista sententia, ergo adhuc debentur, si alioqui sunt Iusta. Si verò sequamur aliam sententiam quam ego puto veriorem, & vsu approbatam, nempè, quod pœna sit apposita ad modum contractus, modo supra explicato. Mercatores exponentes verè se periculo pœnæ si impune abeant non tenentur vectigalia soluere; ratio est quia talis est conuentio saltem tacita; Si verò cum fraude sine periculo abeant impune, tenebuntur, quia cessat ratio exemptionis, ista de Mercatoribus. De custodibus autem viarum, si permittant aliquo modo impune transire merces. Dico, si sequamur priorem sententiam, teneri nisi soluant mercatores, custodes ipsos soluere; Si verò sequamur secundam sententiam, si pœnam soluant, non teneri ad vectigal, si verò pœnam non soluant ad idem teneri gabellarijs soluendum, vt patet ex

25 supra traditis. † Secundum damnum quod patiuntur gabellarij sunt merces amissę, quas nō recipiunt iniquitate custodum. Pro responsione noto quod licet amissio mercium sit apposita in pœnam non habet tamen omnimodam rationem pœnæ, quia de ratione pœnæ est quod non debeatur ante sententiam. Merces autem, vt ex facto suppono statim ac sunt deprehensæ in fraudem vectigalium à loco amotæ fiunt gabellariorum. Si enim in via deprehendantur nulla expectata iudicis sententia, nisi per compositionem recuperentur, à gabellarijs abducuntur, vt propriæ. Hoc ergo supposito dico, quod custodes viarum deprehendentes merces, pro quibus non est solutum vectigal, & siue recepta, siue non recepta pecunia permittentes transire de rigore tenentur gabellarijs ad damnum quod inde patiuntur, quod est pretium illarum mercium; Secundum tamen quandam æquitatem cum gabellarij soleant facta quadam compositione in his casibus relaxare merces, tenentur custodes viarum saltem ad compensandum gabellarijs, quod ex tali compositione acciperent, vt seruentur illæsi. Quod si merces non amittantur, nisi sequta sententia, & habeant veram rationem pœnæ dicendum de istis, vt de alijs pœnis.

26 † Tertium ergo damnum est, amissio pœnæ, ad quam iudicarentur defraudantes vectigalia, ad quam non condemnantur ob iniquitatē custodum, ideò videndum, an etiam ad istam teneantur gabellarijs, soluendam; & dico, quod si pœna erat certo infligenda si accusassent, vt ex officio tenentur custodes, vel loquimur secundum sententiam asserentem, pœnam esse appositam per modum contractus modo explicato, & tenentur custodes ad eam soluendam gabellarijs, quia non agitur de lucro acquirendo, sed de damno euitando; cum enim gabellarij, possint pati damnum quia gabellæ non soluentur, si merces non deprehendantur, ideò, cum hoc damnum patiantur, iustum est etiam, vt illud damnum compensetur, si deprehendantur: cum nisi deprehendantur, ex tacito pacto vectigalium solutionem gabellarij amittant, si verò aliam sententiam, sequamur nempè, quod posita iustitia vectigalium, semper teneantur mercatores ad eorundem solutionem, & pœna sit tantum in vindictam temeritatis, tunc dico non teneri, quia habet veram rationem pœnæ, quæ non debetur nisi sequta sententia, nec vllum damnum patiuntur gabellarij, cum vere agatur de lucro acquirendo; nec Princeps videtur alio modo suam mentem explicare custodes viarum apponendo. Quod si aliquod pactum præcipuum de hoc intercederet cum custodibus, tunc iuxta modum appositi pacti esset determinandum & ita fortasse possunt conciliari discrepantes opiniones Petri Nauarri de rest. lib. 3. cap. 4. num. 142. Mol. disp. 139. Rebelli lib. 2. quæst. 16. num. 2. & aliorum asserentium teneri, & Bonacinæ de Contract. disp. 1. quæst. 2. part. 11. numer. 10. & aliorum negantium, & hoc quando à potestate publica huiusmodi satellites, & custodes sunt constituti, quod si ære proprio gabellariorum sint conducti, puto simpliciter teneri etiam ad pœnam, quia mitius agitur cum obligatione legis, quam cum obligatione hominis, & gabellarij censendi sunt velle sibi prouidere, eo meliori modo, quo possunt, ideò putandi sunt obligare etiam ad pœnam, & ita solutæ, sunt omnes difficultates vsque ad

27 Quintam quæ est † quid dicendum de omnibus istis sequta sententia iudicis iniusta v. g. Custodes viarum deprehendunt merces, quæ extrahuntur non solutis vectigalibus, & eas siue accepta, siue non accepta pecunia sinunt transire, deferuntur per alios iudici ijdem mercatores, merces euehentes, & adhibitis falsis testibus, vel data pecunia iudici, vel alio modo absoluuntur in iuditio, ad quid teneantur custodes gabellarijs? Dico primo teneri ad omnia, vt supra dictum est, nempè ad refectionem damnorum, quæ passi sunt gabellarij quia officio suo custodes defecerunt, quoad vectigalis, & pretij mercium solutionem; tota difficultas est de pœna, quia, cum sit sequta sententia, & mercatores absoluti, iuxta probabilissimam sententiam asserentem pœnam, non deberi quotiescumque per sententiam licet iniustam sequatur absolutio, mercatores certe non tenentur, cum ergo non teneantur, mercatores, neque consequenter tenebuntur cu-

28 stodes qui eos debuissent accusare. † Respondeo, vel eo quod ipsi custodes non accusarunt, sequta est sententia absolutoria mercatorum, quia videlicet ipsis non accusantibus alijs accusatoribus non est adhibita sufficienter fides ad condemnandum vel alio modo negatiue se habendo fuerunt causa talis damni, quod sequitur ex sententia; vel posita omni actione, ad quam tenentur adhuc sequta fuisset sententia absolutoria, in primo casu tenentur damna compensare, quia vere illorum fuerunt causa, omittendo id, ad quod ex iustitia tenebantur; Si verè adhuc sententia absolutoria sequta fuisset non tenentur ad hoc damnum, quia eorum causa non est sequtam. An autem teneantur ad restitutionem stipendij, quod percipiunt, vt vias custodiant, si illas vere non custodiunt, & ideò merces transeunt sine solutione vectigalium, vel gabellarum, dixi supra.

Ad sextum. Ad quid teneatur iudex ratione pecuniæ receptæ pro sententia ferenda iniusta, an scilicet illam possit retinere, & ad quid teneatur

29 respectu damnorum, ex sententia sequtorum. † Ad primum an possit pecuniam acceptam retinere. Respondeo posse retinere, ita Vasquez de rest. dub. 4. & 6. capitis 7. Sa verbo rest. numer. 10. & alij nisi tamen adsit aliqua lex, vel statutum, quo reddatur incapax illius acquirendæ, quia si redditur

incapax acquirendi res remanet aliena, ideò restituenda, ideò accepta simoniæ etiam sponte oblata, sunt restituenda, vterque Nauar. Martin in Manu. c. 17. num. 30. Petrus lib. 4. de rest. c. 1. num. 91. & 132. Reg. lib. 10. numer. 185. & alij.

30 † In casu autem quo iudex redditur per legem, vel statutum incapax pecuniæ recipiendæ, vel retinendæ est facienda restitutio illi à quo accepta est. Petrus Nauar. loco cit. num 146. Vasquez eodem cap. 7. dub. 9. num. 77. Lessius 2. cap. 18. dub. 8. num. 61. & alij. Medina tamen C. de reb. restit. quæst. 3. art. 3. conclus. 3, & alij apud Vasquez putant dictam pecuniam esse dandam pauperibus.

31 Tandem † an iudex teneatur ad damna, quæ sequuntur ex sententia iniusta: Dico teneri non tantum ad damna, sed etiam ad pœnam, quam soluerent mercatores si iusta sententia lata fuisset, quia ex officio tenetur iustam ferre sententiam, ideò iniustam ferens peccat contra iustitiam, & ideò tenetur ad omnia damna, & ad omnem pœnam, est enim causa ipse omnium istorum damnorum.

32 Nunc † respondendo directè propositæ difficultati, supposita sententia quam egò sequor pœnam videlicet, esse appositam per modum contractus. Dico Custodes viarum posse retinere, pecuniam acceptam si iam pertransicrunt merces, sine solutione gabellarum, & posse pariter retinere stipendium, quod illis datur, siue à Principe, siue à Gabellarijs, sed teneri ad damna, & ad pœnam quæ essent soluenda à mercatoribus, si fuissent accusati; Non tamen teneri ad vectigal soluendum; quia loco illius succedit amissio mercium, & pœna.

33 Vltimo † addiderim quod si non sit apposita, pœna amissionis mercium; sed alia pœna, vt centum aureorum &c. retenta nostra sententia quod sit apposita per modum contractus quod si mercatores deprehendantur statim illam amittant, vt amitterent merces, si gabellarijs esset applicata quia habet vere rationem debiti. Si verò fisco distinguendo dico, vel gabellæ exiguntur nomine fisci, vel nomine aliorum qui ipsa à fisco conduxerunt. Si nomine fisci pœna statim debetur, eadem ratione qua debetur gabellarijs cum eorum nomine gabellę exiguntur. Si verò exigantur à gabellarijs, & fisco pœna sit applicata puto mercatores ad illam statim non deberi quia tunc habet rationem veræ pœnæ ideò non debetur nisi sequta sententia. Non enim eo casu potest habere rationem compensationis damni, quia fiscus cui applicatur nullum damnum patitur cum à gabellarijs sint conductæ gabellæ, & eorum nomine exigantur, (intellige cum dico eorum nomine, idest eorum periculo, quia gabellæ semper exiguntur nomine Principis) ideò habet veram rationem pœnæ.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Quæ in hoc faciant difficultatem.*
3 *Proponuntur soluenda.*
4 *Quædam solutio quæ maiorem facit difficultatem.*
5 *An scandalum sit tale vt teneatur Fabius permittere mulieri exitum è sua domo.*
6 *Scandalum quid sit quoad quid rei.*
7 *Quid quoad quid nominis.*
8 *Quid intelligatur nomine operis.*
9 *Quid intelligatur per id quod dicitur minus rectum.*
10 *Ex opere non malo, vel non habente speciem mali non potest scandalum oriri.*
11 *Quare dicatur præbens occasionem ruinæ.*
12 *Sufficit quod sit occasio ruinæ.*
13 *Quid si etiam sit causa.*
14 *Non satis est ad scandalum opus de sui natura esse tale quod possit afferre scandalum sed debet esse factum loco, & tempore &c. vt inde probabiliter ruina sit sequtura.*
15 *Si ex opere non excitatur ruina sed tantum admiratio &c. non dicetur scandalosum.*
16 *Scandalum est duplex actiuum, & passiuum.*
17 *Scandalum actiuum duplex Generale, & speciale.*
18 *Ruina proximi potest intendi tripliciter.*
19 *Scandalum passiuum nulli particulari virtuti aduersatur sed per omnia vitia vagatur.*
20 *An scandalum actiuum alicui particulari virtuti aduersetur.*
21 *Quoddam notandum ex Castropalao.*
22 *Expenduntur verba definitionis scandali magis exacta, & primo opus malum.*
An sit malum parato committere maius malum suadere minus.
23 *Aliud est inferre damnum aliud parato inferre maius suadere minus.*
24 *Quid si determinatum sit malum sed non personæ.*
25 *Excusatur factum Loth in facto cum sodomitis eius filijs.*
26 *An liceat parato adulterari suadere fornicari.*
27 *Quoddam notandum.*
28 *Expenditur locus D. Augustini.*
29 *An suadens furari à diuite parato furari pauperi, teneatur restituere.*
30 *An ornatus fœminæ sit opus malum.*
31 *Defenditur ornatus Iudith.*
32 *Ornatus qualis excuset à scandalo.*
33 *Ornatus excedens statum est veniale peccatum.*
34 *An fœmina leuitate ducta circumcursans sciens turpiter esse adamandam teneatur abstinere à vanitatibus.*
35 *An facere aliquod opus consilij vel præcepti ex quo proximus sit sumpturus scandalum sit malum, & ideò ab eo abstinendum.*
36 *Vtilius scandalum permittitur quam veritas relinquatur.*
37 *An sit abstinendum ab operibus consilij.*
38 *Expenditur particula. Præbens occasionem ruinæ, & ideò an peccans publicè illam præbeat.*
39 *An publicè peccans teneatur hoc aperire in confessione.*
40 *An offerens occasionem peccandi vel oblatam non impediens dicatur præbere occasionem ruinæ.*
41 *An subministrans indifferentia male vsuro præbeat occasionem ruinæ.*
42 *Quomodo possint cognosci petentes indifferentia, an sint male vsuri.*
43 *Actionum aliæ magis proxime aliæ magis remote ad peccatum concurrunt.*
44 *Petens aliquid à parato illud agere an sit occasio scandali.*
45 *Rem esse malam ex obiecto vel tantum, ex præcepto multum refert.*
46 *An à tali petens peccet peccato scandali.*
47 *Quæ sint causæ cohonestantes actiones rerum indifferentium.*
48 *Famulus deferens litteras, quas dubitat continere turpia, excusatur.*
49 *De actionibus indifferentibus quatenus vergunt*

in

in damnum proximi vt admouere scalas, comitari an aliqua ratione possint honestari.

50 *Quid de alijs actionibus directe tendentibus ad damnum eiusdem proximi.*

51 *Vendere vestes cibaria &c. locare domos meretricibus.*

52 *Pingere amasiam pingere idolum &c.*

53 *Deponere pecuniam penes vsurarium quas sciatur esse implicaturum est vsuras.*

54 *An liceat vendere vinum illi qui aquam admisturus est &c.*

55 *Item vendere vinum inebriaturis.*

56 *Item cibos ieiunium soluturis.*

57 *Tradere munera concubinæ iudicis vt sententiam ferat iustam illa intercedente.*

58 *Proponitur prima difficultas decidenda an Fabius teneatur dimittere mulierem ratione scandali.*

59 *Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali,*

60 *Resoluitur proposita difficultas.*

61 *Quotiescumque adest sufficiens causa faciendi opus indifferens non est omittendum etsi scandalum inde sequatur est enim acceptum non datum*

62 *Traduntur aliqua ad intellectum Regulæ semper malus &c. & quando verificetur.*

63 *Quomodo, & quando ex eiectione mulieris è domo melius acquiratur bona fama.*

64 *Homo tenetur habere curam de bono nomine.*

65 *Verba Discipuli de cura habenda boni nominis.*

66 *Securitate conscientiæ contentus negligens bonam famam, in actione ex qua oritur scandalum dicitur crudelis.*

67 *Detinere domi puellam non est malum quando habet circumstantias cohonestantes.*

68 *Soluitur secunda difficultas, an iniquè agat heres non sinendo mulierem pro libito discedere.*

69 *An dominus, vt suo honori, & famæ consulat possit coagere non ancillam discedere è sua domo; si ex actione ancillæ occasio infamiæ sit orta.*

70 *Quæ sit causa proxima, & quæ remota.*

71 *Effectus non censetur in causa volitus, nisi probabiliter ex ea eueniat, quod enim raro ex aliqua causa euenit, non magis ex illa, quam ex alia putatur euenire.*

72 *Intentio recipit spetiem suam ab obiecto.*

73 *Intentio non facit quod actio sic magis, vel minus damnosa.*

74 *Debitor tenetur soluere; non tamen propria auctoritate creditoris potest cogi soluere.*

75 *An fama possit recuperari si inter offensam, & vltionem tempus intercedat.*

76 *Vendicare est pænam pro iniuria rependere.*

77 *Vendicatio quando sit licita.*

78 *Quæ vendicatio permittatur.*

79 *Ancilla, de qua in casu proposito, quo peccato peccauerit, & an ad aliquid teneatur.*

80 *An confessarius in hoc casu possit imperare egressum è domo heri.*

81 *Non tenetur quis subire tormenta, vt alterius famam tueatur.*

82 *Rem, & famam alterius nemo tenetur graui suo incommodo conseruare.*

83 *Quid sit auferre, & conseruare famam, & non tenetur quis conseruare, tenetur non auferre.*

84 *Quo casu etiam cum periculo vitæ secretum non potest propalari.*

85 *Laudabile est sustinere tormenta, vt secretum seruetur.*

86 *Quæ sit occasio proxima, & quæ remota.*

87 *Aliud est aliquem habere consuetudinem aliud occasionem peccandi.*

88 *An idem iuditium sit faciendum de illo, qui in propria domo, & qui in aliena, sed ad suum arbitrium, detinet concubinam.*

89 *Quando existens in occasione proxima possit ab-*
90 *solui.*

91 *Existens in occasione proxima, & nolens illam relinquere non est absoluendus, quia præsumitur periculum peccandi velle.*

92 *Quoties possit absolui existens in proxima occasione, si promittat de cætero non peccaturum.*

93 *An pluries admonitus, & promisit relinquere occasionem proximam, & non fecit, sit iterum absoluendus si exhibeat signa doloris.*

94 *Quid si nullam habeat causam non tollendæ occasionis.*

95 *Qui vult causam, ex qua regulariter sequitur effectus, videtur velle effectum.*

96 *Quando sit verum, quod pænitenti pro se, & contra se standum est.*

97 *Pluries admonitus de occasione tollenda, & non abstulit, existente causa rationabili an sit absoluendus.*

98 *Existens in occasione proxima, vel periculo peccandi se obijciens vrgente causa non dicitur amare periculum, ideò est absoluendus.*

99 *Etiam si sæpius lapsus sit.*

100 *Proponitur casus notabilis.*

101 *Alter casus similis proponitur.*

102 *Filius non potest deserere parentes in casu, vt ibi.*

103 *Quomodo in hoc facto Confessarius potuerit errare.*

104 *Solutio totius difficultatis.*

105 *Quomodo quis teneatur consulere potius animæ suæ, quam famæ.*

106 *Ex eiectione concubinæ è domo raro potest illam eijcienti contingere infamia, & probatur.*

107 *Vis illata puellæ ne discedat è domo illam excusat, & potest absolui, licet perseueret in occasione.*

Mulier in proxima occasione peccandi, quam vellet relinquere, & non potest, an sit absoluenda.

LXXI.

1 EX † duabus fratribus Fabio, & Constantio alter negotiorum causa Neapoli moratur, alter verò Mediolani vbi paternam habent sedem, & domicilium. Sed qui Mediolani habitat Fabius domi retenta quadam puella, ex ea tres filios suscepit, estque eius factum toti viciniæ notorium, sed ante actæ vitæ scandalosæ pænitens saniori consilio vitam mutans cœpit honeste viuere, & integro triennio Sacramenta frequentans morum mutatione simul cum puella, ex qua filios susceepit hoc assequitur, vt nemo quidquam mali amplius de illis suspicetur, imò honestam famam, quam inhoneste viuens amiserat recuperarunt. Interim Neapoli rediens Constantius domi reperiens eandem puellam, quam adamauerat Fabius eius frater cœpit etiam ipse perdite amare; & grauidam reddit. Plebs nihil mali de Constantio suspicatur, quandam enim prefefert externam deuotionis ostentationem, quæ non patitur male suspicari, sed totam culpam reijciens in Fabium certo credit iterum esse lapsum; attamen est omninò innocens.

Rogat,

Rogat, imperat, vim etiam aliqualem infert
Fabius puellæ, vt ex illa veritatem facti eruat,
asserit se potius mori esse paratam, quam compli-
cem reuelare. Aduenit tempus partus, periclitari
solita vult se præmuniri Sacro pænitentiæ Sacra-
mento. Adit confessarium, factum exponit, petit,
quid sibi facto opus sit. Inquirit Confessarius an si
permittat eam in eadem domo morari sit à pec-
cato victura aliena, respondit se adeò deperdite
amare, & amari, vt quotiescumque datur occasio,
posita quacumque deliberatione, semper labantur
vtrique; Hoc audito imperat Confessarius separa-
tionem. Asserit mulier se neq. hoc posse præstare,
dolere quidem de præterito, & libenter occasio-
nem relicturam si posset, sed à Fabio ita custodiri,
vt è domo non sinatur egredi, adhibitis custodibus,
qui exitum prohibeant, ideò etiam domum
accersisse eundem confessarium, quod ideò facit
quia si discederet mulier è domo, plebs magis
firmaretur in sua opinione, quod ideò discederet
quia cum ipso iterum esset lapsa, quæ neque ipsi
mulieri iureiurando affirmanti non ex Fabio esse
grauidam vult fidem præbere. Quærit Confessarius
quid in hoc casu sibi faciendum; sit. Instat tempus
partus, & ideò periculum mortis solet enim semper
maxime periclitari. Instat occasio proxima. Non
potest illam relinquere vi enim detinetur. Fabius
non cognita necessitate discedendi, vt honori suo
consulat, non vult permittere discessum. Si factum
Constantij detegatur maximæ inter frater subo-
rientur inimicitiæ, & fortasse aliquid peius. Neque
mulier potest promittere de cætero non lapsuram
experientia docta. Adest scandalum plebis. Si
complex reueletur, reuelatur peccatū secretum, &
infamiæ nota inuritur Costantio quia apud omnes
bene audit. Quid aget Confessarius, cum iam
mulier ter, aut quater, confessa promiserit emen-
dationem, & tamen semper in deterius prolapsa
sit? Casus est difficilis, & multis difficultatibus
3 implexus, ideò videbimus. † An plebis scandalum
sit tale, quod Fabius teneatur vitare, & tollere, &
ad hoc videbimus an per triennalem bonam con-
uersationem, sit iterum assequtus deperditam
bonam famam. Secundò An inique agat non per-
mittendo illam exire, è sua domo. Tertio An
Confessarius possit egressum imperare si timeatur
futuram quod Constantij crimen detegatur, &
simul videbimus an mulier teneatur reuelare saltē
Fabio si inimicitiæ sunt subsequuturæ. Quartò quæ
sit occasio proxima, & quæ remota. Quintò dete-
gentur modi quibus potest in hoc casu peccare
Confessarius. Sextò an vis illata à Fabio, mulierem
excuset. Septimò tandem trademus quid agendum
sit in hoc & in similibus euentis.

4 Scio † prudentem confessarium statim esse res-
ponsurum, quod facile hæc omnia incommoda
possunt vitari si Constantio suadeatur discessus
Mediolano, & negotiorum causam prætendens
iterum repetat Neapolim. Sed quid si Constantius
nollet discedere, vt de facto non vult detentus
validissimis amoris vinculis, & turpitudinem suam
contegens hac ratione, quod si discedat frater vel
plebs sit de se male suspicatura? & nullo modo
possit adduci, vt discedat, vt in facto supponitur? &
certe esse valde probabile quod eius fama pericli-
taretur, si ipso discedente ad sacramenta admitte-
retur mulier, & alter frater domi commoraretur:
est ergo ad solutionem propositarum difficultatum
accedendum.

5 Ad primam. † An scandalum sit tale vt pro eo
tollendo teneatur Fabius permittere mulierem è
sua domo exire vt exacte soluatur, & simul cætera
quæ hic sunt agenda de scandalo tradam scandali
definititionem, & eius particulas exponens scan-
dali naturam explanabo D. ergo Thomas 2. 2.
quæst. 43. art. 1. & D. Hier. & Gloss. Matth. defi-
6 niunt † scandalum quod sit opus minus rectum
præbens proximo occasionem ruinæ, & notat
Cardinal. Clem. 1. de off. ord. & Doctor. super
illud Matth. 15. scis quia pharisæi, audito hoc
7 verbo scandalizati sunt. † dicitur autem scandalum
à scandalem voce græca, quod est, offendiculum,
vel impactio pedis, & ita communiter. Dicitur
8 † opus, quo intelligitur dictum seu factum, seu
omissio dicti, vel facti. Qui ergo facit vel dicit
aliquid vel omittit dicere vel facere aliquid, ex
quo dicto, facto, vel omissione proximis datur
9 occasio ruinæ, dicitur scandalizare. † Dicitur
minus rectum, quia ad scandalum actiuum requiri-
tur, quod opus, idest dictum factum, vel omissio,
quibus scandalum præbetur, sint mala, vel saltem
10 habeant speciem mali. † Si enim opus non sit
malum, nec habeat spetiem mali, ex illo non potest
11 oriri scandalum intellige tamen actiuum. † Dici-
tur præbens occasionem ruinæ. Quia nisi sequatur
ruina proximi ex opere vel saltem timeatur proba-
biliter successura, & actio sit talis, quod ruina possit
timeri, non erit scandalum, intellige tamen de
scandalo; quod indirecte datur, non autem de illo
12 quod directe, vt infra. Dicitur præbens † occa-
sionem ruinæ, quia ad hoc, vt sit scandalum non
est necesse quod sit causa, sed sufficit quod sit oc-
13 casio, potest tamen etiam esse causa. † Sed aduerte
quod si opus tuum sit causa scandali, v. g. ex tuo
consilio oritur ruina teneris etiam ad damna, vt
dicitur in tractatu de restitutione; si verò sit tan-
tum occasio ad damna non teneris peccas tamen
14 vt infra. † Dicitur etiam præbens occasionem
ruinæ quia non satis est opus sua natura esse tale
quod possit esse occasio ruinæ; sed debet esse factum
tali loco, tali tempore, coram talibus personis, quæ
inde ruinam sint passuræ. Ex quo, fit quod, si quis
aliquid diceret, vel faceret, vel omitteret quod ex
se possit esse occasio ruinæ, nisi tamen ruina proba-
biliter timeatur, non erit scandalum, vt v. g. Si
videntes vel audientes, ita sint in bono stabiles, vt
nullo modo timeatur fore, vt inde ruinam patian-
tur, vel sint ita moribus perditis, vt alienum pec-
catum nihil eos immutet. Nauar. cap. Consideret
§. Aduerte num. 9. de Pænit. Sanchez lib. 1. in
Decalog. cap. 6. num. 7. & Sancius in select. disp.
15 48. num. 11. qui multos refert. † Dicitur etiam
præbens occasionem ruinæ, quia si ex opere tuo
nihil excitetur præter admirationem, & rumorem,
non erit scandalum, quia ibi non est ruina, si subsit
occasio. Sancius d. disp. num. 45. quare, si ex eo,
quod quis publice comedat carnes die Veneris, aut
tempore quadragesimæ, vel quia religiosus fre-
quentet domum alicuius mulieris suspectæ, non
inde alij religiosi, aut homines sumant occasionem
ruinæ; sed tantum admirationem, & detestationem
illius perditæ actionis; hoc non erit scandalum
idem Sancius loc. cit. num. 45. & magis clare disp.
46. num. 11. & sequitur Castropalao de Charitate
tract. 6. disp. 6. punct. 1. nu. 5. & alij ab illis relati,
& Nauarrus asserens sum. cap. 14. num. 31. absque
causa necessaria vel vtili frequentantem domum
alicuius mulieris suspectæ, & moniales clausuram
non obseruantes frequenter inuisentem; Item
domi detinentem mulierem siue cognatam siue
extraneam,

extraneam, etiamsi non cognitam peccare peccato
scandali, si populus aliquid mali de muliere illa
suspicetur, intelligendus est hoc asserere, quia
præsumendum est ex his artibus non solum admi-
rationem tumorem, vel sinistram opinionem, &
loqutionem oriri, sed etiam aliud graue peccatum,
vt est virtutis, & status religiosi contempus, &
intentio liberius agendi, ita Castropalao loco
16 citato. Scandalum † est duplex actiuum, & pas-
siuum, quod solet etiam dici datum, & acceptum.
Scandalum, actiuum, seu datum iam est definitum,
quod sit opus minus rectum præbens occasionem
ruinæ. Scandalum passiuum, seu acceptum est
peccatum quod committitur ex sola malitia pec-
cantis arrepta occasione ab aliquo opere, quod non
habet vim præbendi talem occasionem. Seu est
ipsamet ruina, quam proximus sine causa sibi acqui-
rit, quod etiam dicitur scandalum pharisæorum,
quod accidit quando proximus nulla data occasio-
ne legitima; sed ex sola sui malitia ruit, vt pharisei
faciebant ex actionibus Christi, qui ex operibus
illius bonis scandalizabantur propter sui malitiam,
dicitur etiam scandalum pusillorum; quod est
quando ex opere alias bono sumit proximus occa-
sionem ruinæ, vel quia ignorat opus bonum esse,
vel, quia ipse fragilis est, vt quando ex ornatu
fæminæ licito labitur fragilis, ex fragilitate, &
prauus, ex malitia, ex ignorantia ille qui ignorat
17 talem ornatum licere. † Scandalum actiuum est
duplex Generale, & spetiale, quod alio modo dici-
tur directe volitum, & volitum indirecte. Scanda-
lum Generale seu indirecte volitum, est peccatum,
ad quod aliquis alterum inducit seu præbet occa-
sionem non intendendo eius ruinam spiritualem,
Nunquam enim potest contingere scandalum nisi
ruina spiritualis proximi succedat, vel probabiliter
timeatur successura, si enim ista cessent cessat, &
scandalum, vt vniuersi tradunt Doctores, & supra-
dictum cum. D. Tho. 2. 2. quæst. 43. art. 1. intellige
tamen de scandalo indirecte volito scandalum
vero spetiale seu directe volitum est peccatum ad,
quod aliquis alium inducit intendens illius ruinam,
& spirituale damnum ita Vasquez par. 2. disp. 102.
cap. 4. & alij & ratio est, quia spetiale peccatum
constituitur in ordine ad spetialem finem & per
appositionem ad spetialem virtutem & perfectio-
nem ad hoc ergo vt committatur spetiale pecca-
tum scandali debet intendi ruina spetialis proximi.
28 † Potest autem ruina proximi intendi tripliciter
1. Directe intendendo ruinam proximi quatenus
illius ruina est, estq; hoc scandalum sathanicum.
Sathanas enim hoc modo ruinam hominum inten-
dit. 2. Intendendo quidem ruinam proximi directe
non quatenus eius ruina est, sed quatenus eius
ruina tibi vel alteri vtilis est. 3. Potest intendi in-
directæ estq; quando intendis actionem ex qua
præuides proximum esse casurum vel probabiliter
19 times casurum. † Scandalum passiuum nulli parti-
culari virtuti aduersatur, sed vagatur per omnia
vitia, nihil enim est aliud quam peccatum scanda-
lizati, quod modo vni modo alteri virtuti aduer-
satur aliquando Iustitiæ aliquando Religioni ali-
quando temperantiæ & sic de cæteris nec particu-
lare peccatum constituit & in hoc omnes conue-
20 niunt. Difficultas est de scandalo actiuo † an
alicui virtuti spetiali opponatur & ideo constituat
particulare peccatum. In quo certum est esse parti-
culare peccatum ex suo genere mortale si sit dire-
cte volitum idest ex affectu vt proximus labatur in
ruinam spiritualem estq; contra beneficentiæ vel
misericordię virtutem, cum enim habeat spetialem
deformitatem effectus ille quo ruina proximi vt
illius malum est, intenditur necessario est dicendū
aduersari alicui virtuti, non charitate formaliter
quia nō est ex displicentia personę erit ergo contra
beneficentiam seu misericordiam nulla enim vide-
tur esse alia, cui possit aduersari. Si enim hic
effectus quo proximi ruina intenditur erit ex dis-
plicentia proximi erit actus odij charitati contra-
rius. Si autem quia tibi vel alteri vtilis erit for-
maliter contrarius beneficentiæ, seu misericordiæ
quæ inclinat ad remouendam miseriam proximi,
quia illius malum est neq; enim necessarium est
talem remotionē fieri ex complacentia ipsius, quia
tunc esset actus charitatis, sed sufficit, quod talis
effectus oriatur ex amore concupiscentiæ quia vi-
delicet sibi vtilis est, quod sufficit ex D. Thom.
communiter recepto. 2. 2. q. 43. art. 3. Non ergo
tamen aduersari etiam virtuti contra quam scan-
dalizatus agit si enim ex tuo opere intendis scan-
dalizatum ruere in libidinem quæ castitati aduersa-
tur etiam tua intentio aduersabitur eidem virtuti.
Ex quo fit, quod si aliquem verbis vel factis moues
ad peccatum ea intentione mala quia malum illius
est, non solum remanes obligatus confiteri pecca-
tum ad, quod mouisti proximum sed etiam illam
malam intentionem, qua illum monisti Sanchex
lib. 1. in Decalog. cap. 6. num. 3. 6. 8. Vasquez &
alij & à fortiori si illa mala intentio fuerit ex dis-
plicentia personæ teneris id exprimere, est enim
spetialis actus odij aduersans charitati Sanchez
vbi supra. Quod si non intendeas ruinam proximi
directe aliqui censent esse tantum vnum pecca-
tum; Alij vero esse duo certum est suo opere alium
inducētem ad peccandum peccare eodem peccato
quo peccat scandalizatus idest esse reum eiusdem
peccati, quia qui est causa illius peccati est reus
eiusdem siue hoc fiat verbis factis vel exemplo
Sanchez loc. cit. nu. 4. Quæ vera sunt de inducen-
te ad peccata quæ sine complice possunt admitti vt
furtum &c. Quid autem dicendum de alijs quæ
necessario cum complice committuntur vt adulte-
rium &c. ad ista inducens licet ruinam non inten-
dat, eritne reus vnius tantum vel duorum pecca-
torum? non conueniunt Doctores. Aliqui putant
peccare vnico tantum peccato & esse reum illius
tantum, quod committitur cum scandalizato. Alij
vero putant peccare duplici peccato nempe eodē,
quo peccat scandalizatus estq; contra eandem
virtutem, & peccato contra charitatem saltem
generaliter mihi videtur probabile, quod vnico
tantum peccato peccet opposito eidem virtuti, cui
apponitur etiam peccatum illius, qui ad peccandum
inductus est intellige, quando non intenditur dire-
cte ruina. Attamen.
21 Nota ex Castropalao loco cit. p. 3. nu. 7. Quod
aliquæ sunt virtutes quæ in voluntate consumantur
aliæ vero in opere externo. Quæ in voluntate
consumantur vt charitas misericordia obedientia
gratitudo illis vt vitia contrarientur formaliter
debent esse ex contrario motiuo & obiecto circa,
quod ipsæ virtutes procedunt v. g. ex gratitudine
teneris seruire Deo ob beneficia accepta, vt ergo
actum gratitudinis exerceas, debes seruitium
præstare in recognitionem beneficij accepti alias
non eris formaliter gratus. Item obedientia obligat
te mandata superiorum exequi, & si vis formalem
actum obedientiæ exercere debes obedire superio-
ri, quia præceptum tibi imponit, & sic de cæteris.
Eodem modo si peccas contra easdem virtutes non
eris

eris formaliter inobediens nisi transgrediaris præcepta superioris intentione transgrediendi vel contradicendi superiori, quod vt clarius intelligas. Aduerte 2. te posse dupliciter virtuti contrariari, vel contrariando eius obligationi, & præceptis, vel non solum contrariando eius obligationibus, & præceptis, sed etiam eius formali abiecto, v. g. charitas imperat, & obligat ad non offendendum Deum neque proximum si Deum, vel proximum offendis peccas quidem contra charitatem, sed eius formali obiecto non es contrarius, sed vt sis formali obiecta contrarius requiritur, quod offensam velis ex displicentia Dei, vel proximi. Item obedientia te obligat præceptis superioris obedire vnde si non obedias peccas contra obedientiam, sed aduersus formale obiectum obedientiæ non facis nisi violes præcepta quatenus præcepta. Virtutes autem, quæ in opere externo consumantur, vt est Iustitia; Pietas temperantia, & aliæ similes nihil aliud respiciunt, quam actum externum. Quocumque enim motiuo des vnicuique suum exerces actum Iustitiæ quocumque fine ieiunes elicis actum temperantiæ, & sic de cæteris, quotiescumque enim aliquos actus huiusmodi elicis ductus honestate ipsius actum virtutis exerces, quibus positis respondet inducentem suo exemplo dicto, vel facto alium ad peccandum peccare eodem peccato, quo peccat scandalizatus, & præterea peccato non quidem contra obiectum formale, sed contra præceptum aliarum virtutum, qua distinctione nititur concordate discrepantes sententias. Sed expendamus omnia verba, quod maxime vtile erit nostræ propositæ quæstioni. Scandalum ergo est. Opus. Nomine operis diximus intelligi dictum, vel factum, vel omissionem. Minus rectum, idest quod sit malum, vel habeat speciem mali. Quod quia valde refert intelligere quæremus, & soluemus sequentia.
22 † P. An sit malum parato committere maius malum suadere minus, & sic suadens peccans peccato scandali: Certum est primo, quod si paratum inferre magnum damnũ potes à damno magno inferendo alia via amouere quam suadendo minus non debes minus suadere. 2. Paratum occidere Paulum non debes vt Paulo parcat inducere ad occidendum Petrum in primo omnes conueniunt nec vllus discrepat de secundo. Ratio est quia tertio damnum infers & communiter tenent Doctores præter Vasquez in opus. de scandalo, dub. 2. nu. 14. An autem parato occidere Petrum possit suadere furari certum Paulo; si Paulus sit obligatus rem suam & etiam vitam exponere pro Petro concederet Vasquez loco cit. Nauar. lib. 3. de rest. cap. 4. not. 4. num. 25. Sanchez de matr. lib. 7. disp. 11. num. 24. & ratio videtur esse, quod Paulus non potest iure conqueri de tali damno quia adhuc tenebatur illud subire: sed non posse putat probabilius idem Castropalao loco citato punct. 6. num. 3. ea ratione ductus. Quod licet Petrus teneatur pro Republica diuitias & vitam exponere, attamen grauiter peccat, qui hoc damnum infert. Ego tamen puto hanc rationem
23 non esse efficacem. † Quia aliud est inferre damnũ aliud parato inferre consulere minus semper enim potest conqueri, quod illi damnum inferat, quia tenetur non inferre nec sibi, nec reipublicæ. Non sic autem de consulente minus malum vni parato inferre alteri, quia in casu proposito illi non infert
24 iniuriam, † quod si iste, qui damnum est illaturus sit quidem determinatus illud inferre Petro, vel Paulo sed indeterminatus cui illorum determinate sit illaturus an possit suaderi, quod minus est. Respondeo non posse suaderi vt v. g. parato furari à Petro diuite vel à Paulo paupere non poteris suadere, quod minus est, quia vere es causa illius damni. Poteris tamen illi dicere minus malum esse furari à diuite, quam à paupere & alia huiusmodi sed suadere non poteris Sanchez loco cit. & Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 3. nu. 22. 3. Certum est etiam parato inferre magnum malum licere proponere materiam minoris mali aduerte me dicere non suadere minus malum sed proponere, quia proponendo minus malum, non illud suadetur, sed tantum ostenditur modus, quo grauius potest euitari, qui modus licet sit malus non illicite tamen proponitur quia proponens non est causa, quod illud malum perpetretur Couar. 4. decret. p. 1, cap. 4. in prin. Caiet. 2. 2. quæst. 78. art. 4. not. 3. Sanchez de matr. lib. 7. disp. 11. num. 19. Lessius de inst. lib. 2. cap. 13. dub. 3. num. 22. & alij, & hoc modo excusant actionem Loth asserentes proposuisse minus malum, vt euitaret nefandum; Sed
25 rectius fortasse excusabitur si dicamus † Loth neq; proposuisse filias, vt ijs abuterentur illi pessimi homines neq; aliquod periculum eis timuisse, sed, quod ea verba protulerit ad ostendendam criminis enormitatem, quasi diceret, prostituerem potius has meas filias, quam facimus adeo scelestum permittere, sicuti irato, & intentanti aliquod malum solemus dicere interfice me, non, quia proponamus mortem nostram sed vt ostendamus quam sit inconueniens, quod iratus intendit. Non est ergo difficultas de proponente, sed de consulente & expresse suadente minus malum parato commit-
26 tere maius. † An ex. gr. parato adulterari liceat suadere fornicari, &c. & omissis sententijs pugnantibus. Dico licere, quidem suadere minus malum parato inferre maius eidem, vt v. g. Petro parato occidere Paulum, vt ei pecuniam furetur, potes non solum suadere furtum, vt necem omittat, sed potes præterea adiuuare ad eam actionem materialiter sumptam eo, quod non adiuues in actione, quæ de se mala sit, & illicita, sed potius bona & honesta, vt à te procedit, ita Vasquez de scand. dub. 2. nu. 13. & Sanchez cit. nu. 18. & ratio est, quia non consulis directe ad minus malum, sed ad abstinendum à maiori neq; determinas voluntatem delinquentis ad malum, quod non esset perpetraturus.
27 † Aduerte tamen, quod potes adiuuare in actione materiali in ordine ad ea in quibus potest supponere tacitum consensum illius, qui maius, & minus damnum esset passurus consulendo minus, non tamen in ijs in quibus ipse patiens, non potest consensum præbere, vt parato occidere & furari potes consulere, & adiuuare ad actionem materialem furti; non potes tamen adiuuare licet possit consulere vulnerari, quia consulere non est de se malum, vt esset adiuuare vulnerationi, quia adiuuares ad id, quod est intrinsece malum, & ad, quod non potes supponere tacitum consensum cum non possit dari Vasquez loco citat. & alij. Quod autem non possis suadere minus malum parato committere maius nisi etiam sit paratus committere minus item probatur. Quia vere es causa illius mali, quod consulis cum vere peccantem ad illud inducas.
28 † Quod si D. August. relatus in Cap. si, quod verius 33. q. 2. asserat volentem occidere vxorem & ducere concubinam debere vitare vtrumq; nec debere vnum pro altero perpetrare est enim vtrumq; nefarium, si tamen sit facturus, quod non licet, iam faciat adulterium & non faciat homicidium,

dium, ex quo videtur inferri, quod liceat ſuadere,
quod minus eſt. Reſpondetur Auguſtinum non
ſuadere, ſed docere, docet enim, quid ſit minus,
quaſi dicat. Qui vult committere homicidium &
adulterium deberet ab vtroq; abſtinere attamen, ſi
quid vult facere, minus malum eſt homicidio
adulterium, quomodo potius docet quam ſuadeat:
Ex dictis ſequitur, quod ſi parato furari à paupere
pecuniam ſuadeas furari diuiti etiam in genere
non explicando perſonam diuitis adhuc peccas
29 quia adhuc es cauſa illius damni. † An vero in hoc
caſu tenearis ad reſtitutionem negaret Sanchez
licet concederet hoc modo conſulentem peccare,
quia licet conſilium ſit malum in modo, quia eſt
contra charitatem quæ obligat ad vitanda omnia
mala eſt tamen bonum, quoad ſubſtantiam, quia
eſt de minori malo in comparatione maioris. Si
vero ſequaris dicta ex Caſtropalao eſt diſtinguen-
dum, vel ſuades, vel proponis ſi ſuades teneris,
quia adhuc es cauſa illius damni. Si vero tantum
proponis non teneris ſecundum ſuperius dicta, ſe-
quitur videndum ſecundo.

30 † An ornatus fœminæ ſit malum, vel habeat
ſpetiem mali, vt ſit vitandus, ne ſcandalum oriatur,
& reſoluendo. Dico, quod, ſi mulier ſe ornet, &
præſentet ſe hominibus animo excitandi, & robo-
randi hominem ad amorem illicitum, peccat mor-
taliter, quia finis, à quo actus ſumit ſpeciem eſt
iniquus, dixi ad illicitum amorem, vt inuenem
meretrices aſpectibus alienis ſe repræſentantes, vt
ad inhoneſtum trahant amorem peccare, non vero
vxorem, quæ ſe ornat, vt viro placeat, & hoc certum
31 eſt † Neq; obſtat factum caſtiſſimæ Iudith ſe
ornantis, vt Holofernes caperetur laqueo oculo-
rum ſuorum in illa, vt textus loquitur, quia etiam
ſecundum eundem textum omnis illa compoſitio
non ex libidine, ſed ex virtute proceſſit intende-
bat enim ſecundum Gloſſam ibi, quod Holofernes
32 caperetur tantum ad amorem honeſtum. † Si vero
ornatus eſt iuxta qualitatem perſonæ nec intendat
allicere ad inhoneſtum amorem mulier ſic ornata
offerens ſe aſpectibus hominum, licet ſciat ab
aliquibus turpiter eſſe adamandam modo non,
intendat, non peccat, eſſet enim nimis durum
priuare libertate ſe ornandi, & ad perpetuum car-
cerem domus condemnare mulierem cum ſe orna-
33 ret, ob alienam malitiam, dixi ſi ornatus † ſit
ſecundum ſtatum, quia ſi excederet, peccaret
venialiter Sanchez lib. 1. in decalog. cap. 6. nu. 17.
& communiter. Dixi etiam ſi ſciret ſe ab aliquibus
turpiter eſſe adamandam & eorum aſpectibus ſe ſe
offerat cum hac tamen limitatione, dummodo
aliqua honeſta cauſa aſpectibus ſe præſentet, vt
v. g. vt Eccleſiam adeat conſanguineas vel amicas
vrbanitatis cauſa inuiſat, vt animum recreet &c.
34 † quia ſi tantum leuitate ducta circumcurſet, &
nulla honeſta ratione excitetur tunc peccaret ſi
ſciret ſe inhoneſte adamatam iri & non abſtineat.
Quia ex charitate damnum proximi vitare tene-
mur, cum id commode poſſit. Neq; releuat, quod
priuetur libertate vagandi, quia iſta non eſt ſuf-
ficiens cauſa excuſandi, niſi habeat honeſtam
cauſam vagandi. Sicuti enim non eſt priuanda
mulier ſua libertate, quia male alius illa vtatur, ſi
honeſtam habeat cauſam illius exercendæ; ita illi
non debet eſſe durum eadem priuari ob bonum
proximi, ſi nulla ſubſit cauſa honeſta, neque excu-
ſatur licet ipſa ſibi ſuadeat excuſari, quia reputat
moleſtum, quia illa otioſa & vana circumcurſatione
priuari non debet reputare moleſtum ad euitan-
dum ſcandalum proximi.

35 3. Videndum. An facere aliquod opus conſilij,
vel præcepti ex quo proximus ſcandalum ſumptu-
rus aliud ſit malum, vel habeat ſpetiem mali ita vt
illud poſſis relinquere ne proximo ſcandalum
ſequatur. Prius de præcepto, deinde de Concilio &
cum præceptum aliquando ſit negatiuum aliquan-
do ſit poſitiuum de vtroq; videbimus. Nota tamen
aliud eſſe poſſe relinquere aliud teneri relinquere,
quod tenearis, vel non, iam dictum eſt. An vero
poſſis relinquere nunc dicemus & ratio eſt, quia ad
præcepta teneris, videndum ergo an poſito, quod ex
tuo opere bono ſit ſcandalum oriturum, vt illud
euites poſſis præceptum non adimplere. De præ-
ceptis ergo & primo de negatiuo præcepto. Dico,
quod ob nullam cauſam eius obſeruantia debet
omitti, vt ſcandalum euitetur, non enim licet
fornicari, occidere, furari, &c. huiuſmodi, ne
proximus ſcandalizetur, quia non ſunt facienda
mala, vt eueniant bona. De præcepto affirmatiuo
Couarruuias reg. peccatum part. 1. à n. 4. affirmat
ceſſare eius obligationem ob ſcandalum vitandum
fauent Doctores aſſerentes ob ſcandalum poſſe
omitti integritatem confeſſionis, & mouentur quia
præceptum poſitiuum ceſſat vbi adeſt præceptum
naturale, ſed præceptum de vitando ſcandalo pro-
ximi eſt naturale fundatur enim in præcepto natu-
rali charitatis ergo ceſſabit præceptum poſitiuum
vt illud ſeruetur.

Nihilominus dicendum eſt nulla præcepta eſſe
omittenda ob vitandum ſcandalum præciſe D.
Thomas 2. 2. quæſt. 43. artic. 7. D. Anton. 3. p.
tit. 8. cap. 4. §. 5. Nauar. ſum. cap. 14. num. 44.
Vaſquez pluribus relatis quæſt. 43. art. 7. dub. 1.
num. 4. Baſilius de Leone de matr. lib. 5. cap. 18.
§. 2. nu. 7. & probatur ex Cap. Qui ſcandalizauerit
36 de reg. iur. ibi † vtilius ſcandalum permittitur
quam veritas relinquatur & videtur tradi ab Inno.
3. Cap. cum ex iniuncto de noui oper. nunciat. vbi
habetur opera illa quæ ſine mortali peccato omitti
non poſſunt non ſunt pro vitando ſcandalo dimit-
tenda, neq; ea debent pro vitando ſcandalo com-
mitti, quę ſine mortali committi non poſſunt. Quæ
ſunt intelligenda etiam in caſu quo ſcandalum
oriretur alioqui eſſet reſponſio inutilis decideret
enim, quod eſſet per ſe manifeſtum, & ratio eſt, quia
huiuſmodi ſcandala non ſunt data, ſed accepta, ergo
in his caſibus non ceſſat obligatio præcepti Ideo
mulier etiamſi credat adamari à viro non ob id
debet omittere ſacrum ne adametur. Ad ea vero
quæ poſſunt obijci dico non ceſſare obligationem
audiendi ſacrum &c. quia nec ſunt mala nec habent
ſpeciem mali & ſcandalū eſt acceptum non datum,
ex ſua malitia enim non ex ea occaſione inijcit ſe
ſcandalizatus in ruinam, non trahitur.

Non ceſſat ergo obligatio, præcepti nec negatiui
37 nec poſitiui ob ſcandalum alterius. † An vero
debeamus abſtinere ab operibus conſilij nec proxi-
mus ſcandalizetur. Reſpondeo vel proximus pec-
cat ex malitia vel ignorantia affectata vel ex igno-
rantia & paſſione: Si primo modo peccat non
debemus abſtinere, ſi enim ruit ſuæ imputet mali-
tiæ. Si vero 2. modo debemus abſtinere, quoad
moneatur, cum enim ad ſalutem neceſſaria non
ſunt, quæ omittuntur, ter aut quater videntur poſſe
omitti ob ſalutem proximi, nec ita omittens me-
rito carebit ſi id charitate proximi faciat poſt
admonitionem vero non tenetur, quia ſibi debet
imputare ſi cadat. Nunquam tamen eſt timendum
peccatum ex ignorantia, vel infirmitate niſi co-

gnoscatur qualitas & conditio personæ de qua timetur ista. Et de particula opus malum, vel
38 habens speciem mali, sequitur, † præbens occasionem ruinæ pro qua particula videndum.

1. An publice peccans dicatur præbere, & præbeat occasionem ruinæ, vt sit reus scandali. Nauar. sum. c. 14. nu. 33. Ad peccatum mortale requirit aliquam determinatam personã esse inducendam, nec sufficere credere aliquem generaliter esse peccaturum, & videtur probari ex Cap. Ofius de electione vbi habetur non esse peccatum suspicari etiamsi nulla adsit ratio suspicandi, in vno oppido aliquem indeterminatum male viuere; suspicari vero de aliquo in particulari sine ratione certe non licere, ex quibus videtur posse inferri publice peccantem non esse reum peccati scandali. Est tamen omnino dicendum publice peccantem esse reum peccati scandali generalis, quod opponitur virtuti charitatis saltem reductiue, qua, vt Regina omnium virtutum teneor non facere aliquid, quo Deus offendatur & eius amicitia deperdatur, publice autem peccans de se mouet ad malum & ad contemptum virtutis, & ad liberius viuendum, quod si non sequatur est per accidens, Sanchez
39 lib. 1. in decalog. cap. 6. num. 37. & † tenetur sic operans in confessione aperire se publice peccasse, vt periculum cui se exposuit alterius ruinæ manifestat, quod si sciret numerum personarum, & species peccatorum, & numerum personarum & species peccatorum teneretur aperire, vt detegeret complere malitiam sui scandali. Si vero sciret suo facto quantumuis prauo neminem esse monendum ad peccatum vel tantum ad veniale, vel omnino cessare scandalum, vel tantum teneretur ad veniale, Sanchez loc. cit. num. 10. & Sancius disp. 46. num. 11.

40 2. † Videndum an si præbens occasionem ruinæ sic alteri offers occasionem peccandi, vel oblatam non tollis cum possis: sed quia hoc potest fieri, vel vt proximus delinquat; vel tantum vt in delicto deprehensus corrigatur. Vel vt te ipsum serues indemnem: Rursus ista possunt fieri, vel tantum permittendo. Vel etiam occasionem præbendo ideo de omnibus est dicendum. & quidem.

Si offeras, vel non auferas, cum possis, occasionem peccandi, vt proximus delinquat certum est te peccare ratione mali finis, quo proximi ruinam intendis. Si vero permittas peccatum, vt proximus in eo deprehendatur, & deprehensus puniatur adhuc peccas, quia ista permissio peccati non potest sufficienter cohonestari pœna, quæ cum infligatur tantum in pœnam commissi delicti de sua natura non videtur habere vllam rationem, qua permissio antecedentis delicti possit honestari Medina C. de reb. restitu. quæst. 12. Sanchez, & alij relati à Castropalao. loco cit. p. 5. numer. 2. Poteris tamen permittere, vt te serues indemnem, v. g. multi vnam deuastant vineam permittitur vnum ingredi deuastantem, vt deprehensus ipse soluat pœnam, & alij deterreantur à vastatione. Idem & poterit custos Sancius disp. 35. num. 12. in selectis. eodem modo, vt seruet se indemnem maritus suspicans de adulterio vxoris, vel sciens secreto, ita tamen, vt non possit probare. potest permittere adulterium, vt adhibens testes in crimine comprehensum possit cogere ad diuortium, cum enim adulterio, vxoria maxima irrogetur marito iniuria, si cogatur cum ea habitare, ne cogatur videtur posse permittere adulterium, vt illam iniuriam possit propulsare Nauar. de rest. lib. 3. cap. 4. num. 104. Molina tract. 3. de iust. disp. 55. in fine: Potest item permitti peccatum alterius, vt in eo deprehensus corrigatur, nisi tamen alia sit via corrigendi Nauar. Sum. cap. 17. num. 127. Nauar. de rest. lib. 3. cap. 4. num. 103. Sanchez alias referens lib. 10. de matr. disp. 12. num. 52. Nulla tamen debet esse alia via, & certa debet esse spes correctionis, vt spe firmæ emendationis sufficienter honestetur permissio delicti, & quia peccata nõ sunt permittenda, si qua alia ratione potest haberi emendatio.

Hæc de permissione, sed potest ne offerri occasio delicti, sicut potest modo dicto permitti, v. g. sicuti potest maritus permittere occasionem peccandi adultero, vt seruet se indemnem; potest eodem modo offerre occasionem, ex. g. Sempronius tentat pudicitiam Cleliæ vxoris Caij poteritne Caius maritus conuenire cum vxore, vt fingat se acceptare adulterium, & assentiri Sempronio non quidem animo perpetrandi adulterium, sed vt deprehendatur Sempronius, & corrigatur, vel vt Caius, & Clelia se seruent indemnis, vel aliquo alio simili fine? Negant communiter apud Emanuel Sa verbo peccatum nu. 7. Sanchez de matrimonio loco cit. num. 53. & apud alios. Quia hoc est cooperari ad malum, Sancius tamen disp. 35. nu. 12. concedit in aliquibus casibus vt si pater, vt filium in facto deprehendat, relinquat clauem in area quasi oblitam & in ea nummos reponat, tunc enim facit actionem indifferentem. Item si mulier adeo sit sollecitata ab aliquo improbo, vt non possit se liberare vtendo æquiuocatione verborum quibus videatur assentire re tamen vera non assentiatur non videtur peccare & Petrus Nauar. 3. de rest. cap. 4. p. 1. dub. vult. num. 104. in 2. editione existimat simpliciter licere ob dictos fines offerre occasionem peccandi raro tamen esse offerendam. Quia potest offerri aliquo medio indifferenti vt diximus de patre, vel vtendo æquiuocatione, vt si mulier dicat, veni, ostium erit apertum, licet enim videatur consentire, te tamen vero non consentit, potest autem vti æquiuocatione, quia habet iustam causam, vel filium corrigendi, vel liberandi se ab importuna molestia & periculosa sollicitatione, & hoc videntur concedere tam in foro conscientiæ quam in foro fori Doctores, quos refert Sancius loco citato; & l. si quis seruo C. de furtis dicitur posse seruum requisitum ab aliquo de furto committendo, nunciare Domino, & de consensu Domini aliqua ferre ei à quo fuit requisitus, vt hoc modo suadens furtum deprehendatur in furto. Vide tu an sit admittendum.

41 3. † An dicatur præbere occasionem peccandi, & ideo sit reus peccati scandali, qui subministrat indifferentia ijs male vsuro Dico indifferentia esse, quæ tam in bonum, quam in malum finem possunt deseruire, vt gladius potest deseruire ad occidendum, & ad se defendendum Idolo potest quis vti, vel in detestationem Idolatriæ, vel ad adorandum, ista ergo sunt indifferentia Siluest. verbo infidelitas quæst. 4. Sanchez lib. 1. in decalog. cap. 7. num. 6. Ex istis alia sunt, quæ regulariter ad malum deseruiunt, vt venenum Clauis falsa &c. Alia, quæ communiter deseruiunt ad bonum vsum, vt arma animalia &c. quibus tamen aliquando solent aliqui male vti, vt Commestio carnium tempore quadragesimæ est omnibus christianis prohibita & ideo carnes eo tempore videntur destinari ad malum vsum.

Dico ergo neminem posse vendere præparare; vel

vel subministrare indifferentia, quæ communiter, & regulariter ad malum soluent deseruire, vt venenum clauem falsam & nisi constet ea non esse adhibenda ad malum vsum; quia tunc exponitur manifesto periculo cooperandi peccato, & præsumitur cooperari, quia illa communiter ordinantur ad malum; tenet Nauar. cap. 17. nu. 36. Sanchez loco cit. num. 17. Indifferentia vero, quorum vsus regulariter est bonus, possunt ministrari, nisi constet de abusu, quia cum non possint esse mala, nisi quatenus malæ intentioni deseruiunt, & nemo debeat præsumi malus, nisi probetur, sequitur, quod possint ministrari præparari & vendi, nisi constet de malo vsu ita communiter cum D. Thom. 2. 2. quæst. 78. artic. 4. & quæst. 169. artic. 2. Sanchez loco cit. num. 3. Nauar. cap. 17. nu. 195.

42 † Deprehendes autem ex qualitate personarum & ex modo petendi res indifferentes an illarum vsus futurus sit bonus, vel malus. Et communiter præsumitur de bono vsu, si publice, & absq; affectatione petuntur, quomodo excusantur macellarij tempore quadragesimę vendentes carnes & caupones parantes cœnas tempore ieiunij, non sunt enim præsumendi catholici soluere mandata, sed necessitatibus subuenire, nec causas tenentur examinare ministrantes indifferentia Caiet. 2. 2. quæst. 147. artic. 4. Sanchez loco cit. num. 34. Quod si tibi constet illum, cui subministras indifferentia esse ija male vsurum, v. g. tu cœnam præparas illi, quem scis esse fracturum ieiunium, quam tamen nisi præparares adhuc tamen esset fracturus idem ieiunium. Negant peccare plures vt Caietanus 2. 2. quæst. 147. artic. 4. in fine Lessius lib. 4. de iust. cap. 2. dub. 4. num. 24. & alij: & excusant præparantem & inuitantem ratio est. Quia illæ actiones de se non sunt malæ, sed tantum quatenus ordinantur, mouent, & adiuuant ad malum. In casu autem nostro nec adiuuant nec mouent, quia iam paratus est, estq. soluturus ieiunium, qui inuitatur, vel cui ministratur, ergo inuitans, vel præparans non peccat. 2. Eatenus potes obligari non ministrare, quatenus excuses peccatum proximi, sed in hoc casu non excusas. 3. Neque obligaris ad restitutionem commitando furem alias furtum sine tua societate patraturum, ergo neq; peccas ministrando cœnam alius ieiunium solutuo Sanchez distinguit,

43 lib. 1. cap. 7. num. 16. † duplex genus actionum, alterum remote tantum ad peccatum concurrentium, alterum autem magis proxime. Primi generis sunt parare mensam, apponere cibaria soluturo ieiunium, vendere agnum sacrificaturo & alia huiusmodi; secundi vero generis sunt inuitare ad cœnam, admouere scalam furari volenti, gladium præbere occidere parato, humeris sustinere ingredientem per fenestras ad peccandum, & similia. Has secundi generis actiones non excusat Sanchez à peccato mortali generalis scandali, quia ita proxime accedunt malo, vt malæ dici possint, nisi excusentur aliqua vrgenti causa. Illas vero primi generis excusat à mortali & culpat de veniali; Quod non sit culpa mortalis, probat, quia videtur leuis cooperatio, quod vero sit venialis, quia cooperando omittis quoddam monitionis genus, quod faceres negando, & præterea diuinum amorem non solum obligare asserit ad cooperandum bono, quando adsunt alij cooperatores, sed etiam ad non cooperandum malo, licet alij adsint cooperatorea, Suarez tamen de charit. disp. 10. sect. 4. num. 2. & sect. 4. num. 5. nullas supradictarum actionum excusat à mortali ex eo tantum, quod proximus adhuc esset sine tuo auxilio peccaturus, ratio est, quia ex eo, quod proximus sine te sit peccaturus, non tollitur, quin vere eius peccato coopereris subministrando cœnam, inuitando, scalas parando, & cætera præstando, ergo peccas. Ego tamen puto non peccare: & probando noto me posse concurrere, vel ad determinationem peccati, & huic non cooperor, quia determinatio est iam facta, vel subministrando, vel inuitando ad indifferentia, vt ad cœnam &c. & licet talia præstando cooperer non tamen cooperor peccato, quia peccatum non intendo; sed tantum necessaria præbere, quibus si abutitur proximus, sibi imputet non mihi, neq; eius malitia mihi debet culpæ imputari, ergo nullo modo pecco, quod tamen verum non esset, si peccatum non esset committendum sine mea actione, quia cum peccatum vere pendeat à mea actione vere dicor illius causa, & licet scandali generalis malitia consisteret non solum in non impediendo, sed etiam in concurrendo nec dum peccatum scandali committitur, quia concurritur tantum ad actionem, quæ de se est indifferens.

44 4. Diceris ne præbere occasionem scandali eo, quod petas aliquid ob aliquo, quod iam sit paratus agere, vt v. g. inuitas ad cœnam tempore ieiunij, quem certo scis esse sine tuo inuitatu soluturum ieiunium petis à Petro, vt iuret falsum, vt maleficium alio malificio dissoluat, vt occidat &c. Respondeo distinguendo, vel petis aliquid, quod nullo modo, & nulla ratione fieri potest absq; peccato, vel petis aliquid, quod aliqua ratione, vel aliquo modo sine peccato fieri potest; Si petis aliquid, quod nulla ratione fieri potest sine peccato peccas eodem peccato, quo peccat ille: quem togas & tenetis manifestare in confessione talem petitionem. Tua enim petitio mala est, nec desinet esse mala eo, quod rogatus, quod rogas, esset pattaturus. Si vero potest aliqua ratione fieri sine peccato nō peccas rogans, quia possunt peti sub illa ratione, qua licent, vt petes inuitare ad cœnam, non quatenus cæna frangitur ieiunium, sed quatenus natura sustentatur, quod vero, alter cæna male vtatur tibi

45 non est imputandum, † & refert multum rem esse malum, ex obiecto, & esse malam tantum ex præcepto; si enim est mala ex obiecto nulla ratione potest concipi bona, licet enim coitus possit esse bonus ob prolem nisi tamē sacramento honestetur ob solam prolem non licet, & ideo neq; potest suaderi, vel ad illum inuitari, quæ vero ex præcepto tantum sunt mala, vt commistio, cænæ in die ieiunij, possunt esse licita ob sustentationem naturę, quomodo cæna proponitur, & ad illam inuitatur non vero, vt soluat ieiunium. Si enim inuitatus cognoscit se non indigere cæna abstineat ipse ab illicito esu, quem ego non intendo.

46 An † autem sic perens pecces peccato scandali: Respondeo, vel petis à parato committere peccatum tantum habitualiter, vt à meretrice fornicationem, quæ licet sit exposita turpitudini non est tamen determinata hic & nunc fornicari, vel petis à parato peccare actualiter, vt petis à Petro, vt occidat Paulum, quem iam decreuit actu occidere. Si primo modo petis non solum peccas ea spetie peccati, qua peccat à te rogatus, sed præterea etiam peccas peccato scandali, es enim occasio istius peccati. Si vero petas secundo modo; peccas tantum eadem spetie peccati, qua peccat à te rogatus, non tamen peccas peccato scandali, quia non es occasio illius peccati eodem modo non peccabis petendo tibi ministrari Sacramenta à ministro,

quem scis in peccato esse ministraturum, petis
enim, quod tibi vtile est, & ille præstare potest sine
peccato. Quod si non facit sibi imputet. D. Thom.
2. 2. quæst. 78. num. 4. & ibi Caiet. & alij com-
munitet: consulerem tamen abstinere ita dictante
charitate, qui tamen alter faceret habet cohone-
stans suam actionem vtile seruitium, & posse mi-
nistrum sine peccato ministrare. Sed supposita sen-
tentia eorum, qui asserunt indifferentia non esse
præstanda nisi adsit aliqua causa honestans, quæ
causa erit ista. De actionibus distinguit Castropa-
lao de Charitat. p. 11. vel sunt indifferentia valde
remota, vt mensam parare ieiunium fracturo, ster-
nere lectum meretrici, & cætera huiusmodi, quæ
valde remote peccato deseruiunt; Vel sunt valde
proxima, vt concubinam portare, signare domum,
vbi habitet, eidem nunciare dominum sequenti
nocte eam esse aditurum. Nnnciare, vt eum
expectet, domino fenestras ascendenti admouere
scalas, & cætera huiusmodi; rursus ista possunt esse,
vel tantum in dispendium animæ illius, qui ista agit;
vel præterea etiam sunt in damnum tertij, vt scalas
admourre furi, vt domum ingrediatur ad furan-
dum, &c. & asserit primi generis actiones excusari
à peccato si præstentur à filio in obsequium patris
à seruo ab debitum seruitutis domino; Secundi
vero generis hac solam ratione non excusat; sed ad
eas cohonestandas requirit præterea, vt quod filius
tornis oculis à patre aspiciatur nisi talia præstet,
quod illum male sit accepturus, &c. & quod seruus
sit à domo expellendus, & expulsus non sit ita facile
dominum repertnrus, qui vel similia, vel peiora non
sit iussurus, vel si è domo non expellat obiurget
male tractet, & stipem non det, & similia; in alijs
vero personis, quæ nec sunt serui, nec sunt filij alias
æquipollentes causas requirit ad cohonestandas
similes actiones. An autem sit actio indifferens, vel
in se mala, si comiteris dominum, qui aggressurus
peccatum iubet, vt illum comiteris vt custodias;
Thomas Sanchez distinguit, vel comitaris domi-
num, vt alios concubinæ competitores, v. g. aggre-
diaris, vt cum illis pugnes, & vult nunquam licere;
Si vero comitaris ne offendatur, vel vt illum mo-
neas si forte aliquis superueniret, &c. tunc dicit
licere, sed magnam causam requirit, vt esset magna
iactura rerum suarum, corporis, vel honoris, ne
minorem sufficere subdit Castropalao loco cit. nu.
6. & hoc etiam raro faciendum dicit. Scribere vero
litteras amatorias illas deferre si turpia conti-
neant, & ad libidinem moueant numquam vult
licere idem Sanchez lib. 1. cap. 7. cir. nu. 16. vult
enim esse illicita, nec vllo modo posse honestari,
at Castropalao vbi supra negat esse intrinsece mala,
quia verba turpia possunt scribi, vt scribuntur à
Doctoribus, vel per iocum, &c. requiritur tamen,
quod à scribente, vel deferente absit malus, finis,
requirit etiam vrgentissimam causam, vt similes
actiones possint honestari: idem habet de deferente
litteras, & eas scribente prouocantes ad duellum,
quod tamen, vt etiam supradicta relinquit sub cen-
48 sura. † Certum tamen putat famulum litteras diffe-
rentem, si tantum dubitet continere turpia, vel
prouocationem ad duellum excusare si deferat,
quia in dubio tenetur obedire domino imo ex
mente multorum Doctorum asserit teneri in du-
49 bio. † De actionibus autem indifferentibus, vt
scalam admonere comitari, & cæteris, si ordinentur
ad damnum proximi, licet possint aliquando coho-
nestari aliqua ratione, vt si scalam admoueas furi
ingredienti domum, vt illam diripiat, tradas gla-
dium, vel comiteris illum, qui homicidium est pa-
traturus, &c. requiritur tamē valde vrgens, nec alia
erit, quā cōputare damnum, quod est passurus inno-
cēs ex tua operatione, & illud, quod ipse patieris nisi
actionē præstes, & facta comparatione perpendere,
an sit talis, quæ possit excusare ratio, qua moueris,
vt v. g. si agatur de vita innocentis, ò de damno tuo,
in peccunia, & non valde magno, non est dubium te
non excusari Sanchez vbi supra num. 18. 22. & 23.
neq; puto quemquam esse contradicturum. Poterit
etiam cohonestari remigatio Cristianorum in tri-
remibus Turcarum, nisi sit in negotio fidei, & nisi sit
in graue detrimentum Reipublicæ Christianæ,
quod tamen difficile potest supponi in aliquo par-
ticulari casu, vt hic & nunc aliquis sic obligatus non
remigare, quia difficile potest supponere alios non
esse remigaturos, & si ipse non remiget, vt tamen
talis remigatio honostetur requiritur periculum
vitæ idem Castropalao. num. 10. & hæc de actioni-
bus tendentibus indirecte ad damnum proximi.
50 † Quid autem de directe tendentibus possuntne
cuohonestari aliqua ratione, vt si dominus cogat te
demolire domum deijcere portas bona surripere,
&c. potesne aliquando excusari hæc agens? Co-
ninch. de Charit. disp. 31. dub. 7. num. 14. asserit
nullo modo posse honestari. Molina tamen tract. 2.
de Iust. disput. 115. nu. 2. vult posse, quod & ego
puto verum periculo mortis, & ratio est, quia in
extrema necessitate potes vti rebus proximi, vt te
subleues, neque proximus tali tuo vsu est rationa-
biliter inuitus cum ergo in extrema necessitate
51 uitæ, rebus illis utaris, tibi licebit. † Locare do-
mos uendere uestes cibaria, & cætera huiusmodi
meretricibus, & usurarijs communiter Doctores
asserunt licere, nec ullam requiri causam, quod si
obijcias non licere usurarijs locare domos saltem
alienigenis per cap. usurarum de usuris. Respon-
52 deo nunc non esse in usu. † Pingere uero amasiam,
& tradere amanti, & pingere idolum, & tradere
ethnico Sanchez vult posse honestari aliqua graui
causa loco supracitato. Causam autem grauem
explicat Castropalao timorem grauem mortis, seu
vulnerationis non autem sufficere amissionem lu-
53 cri, quod fieret pingendo. † Solet etiam aliquan-
do deponi pecunia apud vsurarios, quos constat in
vsuris esse implicatnros, & vinum apud taberna-
rios, quod acqua miscendum constat, & ita mixtū
vendendum, quæritur an talis dispositio etiam
nulla extaute causa sit licita, & de depositione pe-
cuniæ asserunt multi apud Sanchez loco cit. nu. 36.
nullam requiri causam. Affirmat ipse requiri, &
hanc esse securitatem pecuniæ si nullum alium
reperias apud quam æque tuto reponas, vel aliam
similem. Addit Vasquez, quod si deponis, & nulla
subsit causa deponendi te teneri ad restitutionem
vsurarum, quas lucrabitur vsurarius ex tuo depo-
sito, & consentit Basilius Pontius de matri-
mon. lib. 5. cap. 185. §. 4. num. 23. Nimis ta-
men dura obligatio ex tam remota causa fœnoris.
54 † De vino pariter, qui nullam requiritur causam in
depositione pecuniæ, idem asserunt etiam de vino.
Alij autem distinguunt. Aut vinum depositum est
venditnro mixtum aqua nomine tuo, & ipse scis,
grauiter peccas, & teneris impedire. Quod si te
nesciente vendatur teneris restituere id in, quo fa-
ctus es ditior, quando tibi constabit excusaris ta-
men à peccato. At si tabernarius à te emit vinum
purum, & vendat aqua mixtum teneris ex charita-
te ei non vendere si æque bene alios reperias em-
ptores, quod si non reperias poteris vendere per-

mittendo

mittendo illos tabernarios peccare vteris, iure
quod habes vendendi tuum, Sanchez vbi ſupra nu.
37. & conſentit Caſtropalao, ſed Doctores primæ
55 ſententiæ non puto loqui de primo caſu. † Ven-
dentes vinum inebriaturis magnam cauſam requi-
runt qualis eſt, timor affici iniuria ab ementibus ni
56 vendatur. † Minorem vero in vendente cibos ſo-
lnturis ieiunium, & hanc volunt ſufficere, ſi timea-
57 tur diminutio emptorum, Sanchez num. 34. † So-
let etiam quæri an liceat tradere munera concubi-
næ iudicis, vt ipſa apud iudicem intercedat & San-
chez aſſerit non licere, nec vllo modo poſſe hone-
ſtari, ita num. 37. Puto tamen licere cauſamque
honeſtantem eſſe, ſi negotinm ſit graue & experia-
ris indicem cauſæ tuæ auerſum, neq; alia via poſſis
flectere iudicem ad ſeruandum ius tuum. Ratio eſt
quia nihil petis, quod ſine peccato non poſſit præ-
ſtari, periculum autem mulieris honeſtatur tibi tua
neceſſitate. Caſtropalao loco cit. punct. 15. His de
ſcandalo generaliter præhabitis.

58 Nunc deſcendo ad particularia noſtri caſus, &
applicando theoricam praxi quæro, an detentio
mulieris quæ iam tres filios peperit & poſtea tri-
bus annis bene vixit, ſit opus malum, aut minus
rectum præbens occaſionem ruinæ & ideo, Fabius
teneatur illam è domo eijcere, &, quod teneatur
59 probo. † Quia ſemel malus ſemper præſumitur ma-
lus in eadem genere mali, ergo cum Fabius fuerit
per trienninm malus viuens in concubinatu recte
præſumitur malus etiam nunc quod in eodem con-
cubinatu viuat, ergo eſt, vere ſcandalum, ergo te-
netur vitare. 2. Videtur in terminis deciſus caſus
ab auctoribus, quos refert & ſeqnitur, Sancius diſp.
10. ſelectarum num. 15. dum affirmant non eſſe
abſolnendum pœnitentem, qui iam non habeat rem
cum concubina præbentem tamen ſcandalum ab
neglectam eius excluſionem à domo, vel, quia per-
ſeuerat inniſendo illam alibi commorantem, quia
tenetur ſcandalum præcidere. Item non ſunt ab-
ſoluendi illi quos populus reputat concubinarios,
licet non ſint, donec veritas innoteſcat, quia non
ſolnm ab omni malo, ſed etiam à ſpetie mali, eſt
abſtinendum, & fœmina in iſtis caſibus eſt eijcien-
da, licet ſcandalum, ſit tantum vnius, vnicuiq; enim
mandauit dominus de proximo ſuo. 3. Si quid ob-
ſtat maxime amiſſio famæ iam acquiſitæ per trien-
nalem bonam conuerſationem, ſed non obſtat,
quia melius acquiret expellendo, auferet enim ſcã-
dalum, & demonſtrabit, ſe de illa nihil curare. 4.
Fama poſtponenda eſt bono conſcientiæ, ergo bo-
num conſcientiæ proximi erit anteponendum famę
propriæ. 5. Iſta actio ideſt detentio mulieris ſi non
eſt mala habet ſaltem ſpetiem mali, quia licet deti-
nere mulierem in domo ſua ſit actio indifferens, at
detinere illam cum qua prauam conſuetudinem
interceſſiſſe omnibus notum ſit, ſi noua cauſa ſcan-
dali ſuperueniat, mala eſt, uel ſaltem habet ſpetiem
mali, ergo erit vera occaſio proxima, ergo tollenda
alioquin peccabitur, & maxime in caſu noſtro in,
quo nulla eſt ratio ſuſpicandi de alio quam de Fa-
bio, quia eius frater habetur omnino alienus, &
mulier fere ſemper domi ſe continet.

60 Dico tamen non teneri Fabium domo expellere
puellam ratione ſcandali, quia non eſt ſcandalum
actiuum, ſed paſſiuum, & probo, quod ſit ſcandalum
paſſiuum. Non datur ſufficiens occaſio ſcandali,
nec ratione actionis, nec ratione circunſtantiarum,
imo ex circumſtantiarum poſitione tollitur occaſio
ſcandali, ergo non eſt ſcandalnm actiuum nec datũ
ſed paſſiuum, & acceptum. Quod ratione actionis
non detur patet, quia detinere domi puellam eſt
actio indifferens, ergo ſola non ſufficis ad occaſio-
nem ſcandali, quod neq; ratione circumſtantiarum
probo, non ratione perſonæ Fabij, quia cum per
triennalem conuerſationem acquiſierit ius ad pro-
priam famam vt infra non debet reputari malus,
niſi de malo conſtet, præterea, cum adhuc ſacra-
menta frequenter, & adſit atteſtatio, & ſua, & mu-
lieris, quod omnino vacet culpa debet ceſſare om-
nis ſuſpicio, fatetur enim puella, ſe nunquam toto
tempore poſt emendationem fuiſſe à Fabio, non
ſolum tactam, ſed neq; verbis prouocatam, imo
addit ſe ab alio fuiſſe compreſſam, qui tamen iſte
ſit, non debere, nec velle propalare, ergo non eſt
ſcandalnm datum.

61 2. † Quotieſcunq; adeſt ſufficiens ratio faciendi
opus indifferens etſi ſcandalum inde oriatur non
eſt tamen opus illud omittendum, quia ſcandalum
non eſt datum, ſed acceptum, & de concubinario
inniſente concubinam cauſa alendi filios, tenet
Sancius diſp. ſelect. 10. nu. 15. alios referens, ergo
neq; Fabius tenebitur expellere, cum filiorum cu-
ram habeat puella, quæ eſt, vna cauſa excuſandi, &
ſi illam expellat ſit maxime in ſua opinione confir-
mandus populus, quod expellat quia ſit recidiuus,
ergo cum habeant ſufficientes rationes retinendi
non eſt cogendus expellere. Ad ea quæ in contra-
rium adducta ſunt.

62 Ad primum deſumptum ex regula † ſemel malus
de regul. iur. in 6. & ex Cicerone pro Aula Clem.
Perinde, vt opinio eſt de cuinſq; moribus, ita, quid
ab eo factum ſit, exiſtimari poteſt & Qnintil. lib. 5.
inſtit. erat cap. 10. ſpectanda, quidem ſunt (inquit)
anteacta dictaq; ex præteritis enim eſtimari ſoleret
præſeptia. Hinc Vulpianus in l. ſi cui §. iiſdem ff.
de accuſat. habet quod ille, qui ſemel calumniatus
eſt in futurum calumniari præſumitur, & ita in l.
Non omnes §. à barbaris: ff. de re milit. ſcribitur,
quod ſimiles ſemel male ſe geſſit in malitia præſu-
mitur, quid in futurum male ſe geret etiam & D.
Auguſt. relactus Cap. nonnulli diſt. 46. tradit
malum ſemper è malo præſumi ſicut bonum è bono.
Ideo ſemel negligens ſemper præſumitur negligens
Cap. ſcribebam, de præſumpt. ſemel, qui fidem
fregit præſumitur, quod neq; impoſterum fidem
ſeruabit, &, qui ſemel occidit præſumitur occidiſſe
illum cuius homicida non reperitur & ſimilia ex
eo inſeruntur, vt apud Menoch. lib. 5. præſumpt.
32. Ad quæ tamen & ſimilia reſpondeo ſemel
malum non præſumi malum, quando ſemel malus
iam factus eſt probus abſtinens ſe ab eo malo per
triennium ita probat text. in §. hinc autem nobis
ver. nam etſi vitium Auth. de Monach. & ibi tradit
Angelus, & Salicetus in l. vlt. §. ſi fundum il 1. ff.
qui ſatiſd. coga. & in l. ſi minorum ff. de in integr.
reſt. min. egregie & copioſe, Albericus in l. omni-
modo num. 3. Cod. de inoff. teſt. Romanus conſ.
236. num. 6. Barbat. in Cap. teſtimonium, ad
finem, de teſt. Corſetus in ſingul. in verbo præ-
ſumptio, incipit regula. Quod ſemel malus Felin.
& Cap. Cum deputati colum. 1. de iudic. Iaſon.
in leg. ſi prius num. 42. poſt. Bartol. num. 58.
ff. de noui op. nunc. Boerius in addit. ad Dynum
in Reg. ſemel malus & alij, quod licet Alciatus
de præſumpt. Reg. 2. præſumpt. 7. limitet, quando,
qui ſemel fuit malus, magnam poſtea agit pœniten-
tiam, vt puta ſi religionem ſit ingreſſus, quomodo
intelligit text. §. Hinc autem nobis in Auth. de
monachis; vel quando conſtat ſæpe contigiſſe oc-
caſionem delinquendi ſimili peccato & tamen
abſtinuit,

abstinuit, Menochius tamen cit. præsumpt. nu. 33. intelligit etiam, quando simpliciter pœnituit facti, facta declaratione verbis, vel facto ipso, & hoc sequutus est Bart. & Bald. in l. Imperialis ex illo rex. Cod. de nuptis, qui clare dixerunt, quod qui deliquit facta pœnitentia & assequuta indulgentia à Confessario, habetur perinde ac si non deliquisset, quam traditionem probauit etiam Afflict. decis. 36. n. 4. ea ratione ductus, quod peccator peracta pœnitentia amplius non dicitur peccator Cap. ferrum dist. 50., & quod probata triennali bona conuersatione cesset præteritæ nequitiæ suspicio, & arguatur emendatio tradit Gulielmi de Bened. in Capit. Raynutius §. Qui cum alia nu. 274. de test. Nauar. cons. 2. de Reg. num. 60. & alij posita ergo triennali conuersatione, & sacramentorum frequẽtatione debet cessare præsumptio & suspicio mali. Ad secundum respondeo Doctores illos loqui in casu quo nundum sit acquisitum ius propriæ famæ per conuersationem bonam triennalem sacramentorum frequentationem &c. vel etiam quando nulla adest causa conhonestans opus, vt est causa alendi filios, vt etiam Sancius supracitatus concedit. Dictum autem Diui Pauli est intelligendum, de scandalo actiuo non de passiuo mandauit Deus &c.

Ad 3. Respondeo obstare triennalem bonam
63 conuersationem, vt supradictum est, † & Nego,
eiectione esse facilius & melius recuperaturum de-
perditam famam ipsum Fabium, & distinguendo
explico, acquirat quidem famam bonam, quod non
perseueret, sed non acquiret, quod non perseuera-
uerit, quod præcepis de eijcienda concubina parue-
rit, non autem, quod cum concubina non sit
relapsus, imo eijciendo maxime vulgi confirmabit
opinionem, quod denuo peccauerit & ideo coactus
fuerit dimittere.

64 Ad 4. † Dico hominem teneri habere curam de
bono nomine Ecclesiast. 41. & Paul. 1. ad Corint.
9. Bonum est mihi magis mori, quam, vt gloriam
meam quis euacuet imo omni temporali commodo
est præferenda. l. Iulianus ff. si quis omiss. caus. test.
& honor & vita æquiparantur. l. iusta causa ff. de
manumiss. vendict. leg. sed iste quidem ff. quod
metus caus. l. hinc Poeta. Omnia si perdas famam
seruare memento. Qua semel amissa postea nullus
65 eris & † discipul. ser. 42. & 63. curate bonum
nomen habere ideo exhortamur vel percipimur
quod interueniente aliorum ruina mediante scan-
dalo nostram bonam opinionem non deseramus,
vel, quod opera à nobis facta eius conditionis sint,
quod eis malam opinionem nõ comparemus, refert
66 Sancius disp. 46. num. 9. in prin. † Imo contentus
securitate suæ conscientiæ bonã famam negligens,
ex qua actione scandalum oritur dicitur crudelis à
D. August. relat. Cap. non sunt audienda 11. quæst.
3. & respondendo directe dico neminem teneri
cum suo magno damno alteri consulere neq; in
bonis animæ Sancius disp. 37. num. 3. & 11. & ad
vitandum scandalum passiuum secundum eundem,
teneri ad summum abstinere aliquoties ab aliquo
opere consilij eadem disp. num. 10. Cum ergo hoc
sit scandalum passiuum non tenetur, quis saluti
proximi cum suo graui damno consulere.

67 Ad 5. † Iam supra explicatum est, hoc opus nempe detinere domi hanc puellam cum circumstantijs supra recensitis, nec esse malum, nec habere rationem, vel spetiem mali, honestatur enim subsequuta emendatione, & necessitate præsenti consulendi hoc modo suæ acquisitæ famæ, quam puellam expellendo omnino deperder, & ita remanet probatum Fabium ratione scandali non teneri expellere.

68 Ad secundum, an inique agat Dominus non permittendo ancillam exire à sua domo & respondeo separando clara à non claris. 1. Quod si Dominus sciret occasionem proximam in qua est ancilla teneretur illam dimittere si posset sine notabili suo damno, vel incommodo, si ancilla esset ancilla cuius esset vere Dominus, vt si esset bello capta, vel ab alijs empta &c. nec posset eam Domi retinere, quia videretur fouere peccatum Azorius 2. p. lib. 2. cap. 39. quæst. 12. Clauis Regia lib. 7. cap. 7. num. 11. Reginald. lib. 20. num. 62. Sotus & alij apud Azorium loco citato, graui ergo intercedente causa posset detinere, quia Dominus non est priuandus iure, quod habet in seruum, vel seruam eo, quod ipse, vel ipsa mali sint; ipsi tenentur sibi ipsis consulere, suppono dominum non esse complicem in occasione proxima cum ancilla. Eodem modo puto dicendum etiam de ancilla, quæ non sit sub
dominio heri, sed pacta mercede statuto tempore
seruiat, si enim intra id tempus incidat in occasio-
nem proximam peccandi cum alio conseruo, &
illam dimittere sit magni incommodi here, qui
illam conduxit puto illam teneri abstinere ab occa-
sione, & herum habere ius retinendi tempore con-
uento. Quod si domino nullum accidat incommo-
dum ex dimissione tenetur dimittere, quia ex
charitate tenetur quantum potest sine notabili suo
damno impedire damnum spirituale proximi, ergo
à fortiori poterit detinere quando ei non constet
de damno spirituali ancillæ, vt in casu nostro, si licet
etiam quando de eo constat & intercedit graue in-
69 commodum. † Neq; de istis dubito. Difficultas est
an ex fornicatione patrata in Domo heri ab ancilla
tempore, quo ex pacto tenebatur seruire & ex illa
Domino dedecus contingat ve in casu nostro, &
tamen conuentum seruitutis tempus finitum sit
cum dedecus detegitur, possit nihil hominus illam
non dimittere Domus, vt suo honori, & famæ
consulat. Pro responsione considero fornicationem
ancillæ præuisam fuisse ab ea causam dedecoris vel
non fuisse præuisã. 2. Considero dominum, vt scien-
tem, vel nescientem damnum spirituale ancillæ. 3.
Considero actionem famulæ, vel esse tantum occa-
sionem, vel esse causam infamiæ Domini. 4. Con-
sidero aliud esse mulierem teneri eo modo quo
potest resarcire famam læsam Domini aliud esse,
Dominum posse illam cogere ad aliquid præstan-
dum vel non præstandum, vt famam recuperet.
Vltimo considero aliud esse aliquid præstare pro
procuranda fama amissa ob actionem iniuriosam
proximi, aliud agere ad vltionem & vindictam
iniuriȩ receptæ. Et aliud aliquid agere ne inferatur
infamia.

70 Respondendo primæ considerationi, † Noto causam quod attinet ad præsens aliam esse proximam, aliam remotam. Proxima causa est illa, qua posita sequitur effectus. Lessius de iust. lib. 2. c. 13. dub. 2. num. 2. Causa vero remota quæ & occasio dicitur. l. qui domum ff. locati est illa qua non posita sequitur effectus, sed ex cuius effectu aliud sequitur, vt ædificans turrim est causa proxima ædificij & turris, si vero dum turris ædificatur aliquis decidit & interficitur est causa remota illius homicidij, Angelus verbo causa num. 1. His ita positis vt cognoscitur an possit herus aliquid agere contra ancillam pro recuperatione famæ. videndum prius ad quid ipsa ancilla teneatur.

Dico

Dico ergo si ancilla ex sua fornicatione neq; intendit nec aduertit damnum sui heri non censetur causa illius damni & infamiæ, quia mere per accidens aduenit domino, talis enim fornicatio ancillæ non est directa ad illam infamiam, neq; vt plurimum ex simili actione tale damnū contingit, & tale damnum nec in se, nec in causa est volitum. Non in se volitum, quia ignoratur euentum, nec

71 de eo cogitatur non in causa. † quia effectus non censetur in causa volitus nisi probabiliter ex ea eueniat, quod enim raro ex aliqua re prouenit non censetur magis in illa contineri, quam non contineri, imo censetur minus contineri. Si vero ancilla aduertit damnum & infamiam licet multi videantur sentire committi peccatum in iustitiæ & ideo oriri obligationem restitutionis, puto tamen non peccauisse ancillam peccato iniustitiæ ac proinde nec teneri ad restitutionem. Quia licet ex aliqua actione sequatur damnum proximo si damnum non sequatur ex natura talis actionis, vel, vt plurimum ex tali actione, sed ex malitia, vel ignorantia aliorum qui se commiscent talis actio non censetur iniuriosa proximo, vt si furaris Petro thesaurum, & putes illum dolore moriturum non censeris homicida, quia homicidium non fuit ex furto directe, sed ex nimio dolore quem Petrus tenebatur cohiberi vendis arma militi, quibus scis male vsurum non inde teneris ad damna quamuis pecces contra charitatem, quamuis enim ex opere præuideatur aliquod malum sequuturum nisi sequatur ex natura operis, sed per accidens non teneris ex iustitia cauere ne sequatur, sed tantum ex charitate, vnde si subsit grauis causa faciendi nec ex charitate teneris opus omittere, quod si ex actione sua non solum aduertit ancilla, sed etiam intendit damnum & infamiam domini, aliqui asserunt peccare peccato iniustitiæ & teneri restituere damnum, & resarcire famam. Ego tamen cum alijs puto non peccare contra iustitiam nec obligari ad restitutionem nisi actio exterior cum circumstantijs talis, sit, vt ex ea sequatur damnum, vel infamia. Ratio

72 est, quia † intentio accipit spetiē suam ab obiecto, cum ergo obiectum intentum ab ancilla non sit iniustum intendit enim fornicationem quæ de se

73 non tendit ad damnum & infamiam heri, nec † intentio facit, vt opus externum sit magis, vel minus damnosum neq; intentio erit iniusta, si tamen actio exterior esset talis, vt ex ea plerunq; damnum & infamia sequi soleret peccaret peccato iniustitiæ etiam si damnum non intenderet, nisi tamen in illa actione vteretur iure suo, peccaret, quia vero esset causa damni, excusaretur vtendo iure suo, quia tali casu nemini facit iniuriam, ita Lessius de iust. lib. 2. cap. 9. dub. 16. per totum, vbi in simili agit de homicidio & hoc modo satisfactum est primæ & tertiæ considerationi. Secunda

74 satisfactum est ex dictis de scandalo Ad † quartam dico dari casum in quo, quis tenetur restituere, & à domino propria auctoritati non potest cogi ad restituendum, & ideo est distinguendū consequens ex hoc antecedenti. Tenetur restituere ergo potest cogi, potest cogi auctoritate priuata non semper, potest publica & conceditur auctoritate priuata posse rem suam recuperare concedit Sotus, quando tamen respublica ita est perturbata, vt nemo ius suum obtinere possit, dummodo tamen sine armis, & moderate fiat, tu in eodem casu distingue, vel res tua extat apud alterum, & potes, vel non extat, & non licet. itaut possis ingredi domum vbi est, & illam tua auctoritate capere, & etiam teipsum armis tueris. Si vero res non extet non potes, quia non es dominus rerum, & ideo potes impediri ne accipias, & daretur magna perturbatio. Et in materia honoris, & famæ; Dico fas esse homini honorato, & mulieri honestę etiam occidere illum, qui nititur mulieris pudicitiam labefactare, & honesto viro iniuriam inferre si alio modo non potest se tueri. vt percutere nitentem baculo, vel alapam infligere homini honesto, licet, si alia non subsit defensio, etiam illum occidere. ratio est. Quia si licet ob defensionem rei ergo multo magis ob defensionem honoris, & pudicitiæ, quæ multo pretiosiora sunt multo auro. Idem dicendum de eo, qui verbis, vel signis alium afficit contumelia, si enim sit vir honestus potest etiam occidere, nisi alio modo possit se defendere. etiamsi afficiens contumelia non armis inuadat. Petrus Nauar. de restit. lib. 2. cap. 3. num. 376. vt refert Lessius loco cit. dub. 11. numer. 78. Potest tamen peccari si animo non se tuendi, sed vlciscendi fiat. Quod tamen Lessius non concedit asserens satis esse iniurias verbales verbis repelli. Quod concedit etiam in fugiente vult enim illum, qui alapam inflixit, si postea fugiat, posse percussum repercutere, & insequi, & tantum infligere verberum, & vulnerum quantum putat necessarium ad honorem reparandum. Quia hoc potest cum auferente rem quare non cum auferente honorem, si aliter recuperari non possit. Nec obstat, quod honor perierit iam alapa accepta, quia sufficit quod possit recuperari, vt potest recuperari statim insequendo. Si tamen offendans alio modo satisfaciat, vt veniam petendo fatendo se inique egisse, &c. non potest percuti. Primum tamen Lessius in praxi non concedit. Idem de illo, qui ad duellum prouocatus non potest recusare sine infamia, dicit speculatiue excusari practice autem non vult admitti, & ista

75 dicta sunt pro defendendo honore, & fama. † Pro recuperanda, si statim potest iam de hoc dictum est; si vero tempus intercedat hoc pertinet ad vindicationem honoris, de qua D. Thom. q. 108. 2.2.

76 & dico quod † vendicare est pro iniuria pœnam rependere. Videndum ergo an sit licita, deinde quomodo sit licita, Si fiat eo animo, vt male fit illi, qui læsit nihil aliud spectando est actus odij contra charitatem. Si fiat ad emendationem, vt à magistro discipulis à patre filijs &c. est actus charitatis: si fiat, vt malefactor puniatur pęna congruenti est actus virtutis specialis. Item si ad reparationem iniuriæ, & satisfactionem dum enim offendens punitur propter illatam iniuriam restituitur ex parte honor parti læsæ eique aliqualis satisfactio exhibetur, dum qui lædens nimis suo affectui indulsit, punitione quodammodo adiuuitur cum contra voluntatem patiatur est ergo in ista vendicatione quædam moralis restitutio honoris, & iniuriæ reparatio si tandem vendicatio fiat, vt exemplo puniti deterreantur cæteri à malefaciendo, sit etiam actus licitus, & bonus, sed magis extrinsecus, & pertinet ad illam virtutem, ad quam pertinet defensio reipublicæ, priuati, vel sui ipsius, & his casibus est

77 licita † Quomodo autem sit licita. Respondeo, quod vt modo licito fiat debet esse à publica non priuata auctoritate, quia si fiat priuata auctoritate est vsurpatio alienæ potestatis, idest superioris, ad quem solum spectat. Debet ergo læsus recurrere pro vindicta ad superiorem, qui potestate polleat puniendi, & vindicationem ab eo expetere, si expetat, vt est malum lædentis absque vlla alia consideratione peccat, si vero alijs modis, vt factum est licite

78 licite petit. † Permittitur tamen vendicatio parua tamen priuatæ personæ si fiat incontinenti accepta iniuria hoc enim ab aliquibus putatur aliquo modo necessarium ad publicam pacem, vt quisque tutus sit à minoribus iniurijs, quæ non solent adferri ad tribunalia. Quomodo, permittunt aliqui Doctores percussum alapa posse repercutere percutientem ne in posterum sit audacior ad similia patranda. Hæc autem non est proprie defensio sed tantum reductiue, est autem vindicta, vt patet ex fine assignato ne lædens sit nimis promptus ad similia Lessius lib. 2. cap. 47. dub. 4. Nunc
79 applicando dicta casui nostro. Dico † ancillam, quæ fornicationem patrauit peccasse quidem peccato graui contra præceptum non mæreberis; non tamen peccasse iniustitiæ respectu malæ famæ, quia laborat dominus eius, quia talis actio non est per se sufficiens causa illius infamiæ, nec talis, quæ talem effectum, vt plurimum producat. Si vero ageretur de illo dedecore, quod reputatur fieri ab ancillis domibus, in quibus habitant dum in illis huiusmodi crimina committunt, tunc esset causa damni illius decoris maculati, & ideo in primo casu, non sit causa dedecoris ex iustitia non tenetur recuperare, sed ex charitate si commode possit, & dominus non potest illam domi detinere inuitam ex hoc capite, & illi iniuriam facit detinendo.
80 Ad 3. † principalem difficultatem. An possit Confessarius impetrare egressum ex illa domo si timeatur, quod ex tali egressu Constantij crimen detegatur. Dico non posse ratio est, quia Constantius habet ius ad propriam famam: Et eodem modo non debet reuelari crimen Constantij si inimici-
81 tiæ inde fiut orituræ inter fratres. Si tamen tormentis crimen cogeretur fateri ancilla, & nullum aliud damnum, quam infamia impenderet Con-
82 stantio posset ancilla reuelare peccatum. Nauar. Sum. c. 18. num. 54. & alij passim, & ratio est, quia neque rem, neque famam alterius teneor seruare
83 cum tanto meo incommodo, † quod si dicas hoc non esse non conseruare; sed positiue auferre. Respondeo non esse positiue auferre famam; sed detegere secretum, quod in mente latebat, & sicuti existentem apud me epistolam, in qua alicuius infamia detegitur ob tormenta possum proferre, ita, & secretum paudere, non enim teneor præcepto charitatis alienæ famę consulere cum tanto meo incommodo, excipe tamen nisi secretū esset in confessione habitum; loquor de Sacramento non autē de illo modo loquendo, quo vtuntur mulierculæ quando dicunt hoc sibi in confessione, dico; est enim idem, ac in secreto. Non tamen possum
84 secretum propalare etiam cum periculo vitæ † si damnum graue timeatur Reipublicæ. Ideo milites etiam cum dispendio vitæ tenentur non detegere secretum, quod vergit in magnum detrimentum exercitus. Item qui habent officium publicum non possunt reuelare etiam cum eodem periculo, ea quę aguntur in eorum concilij, si sint magni momenti, si vero sunt leuia non videntur obligari etiamsi iurassent secretum, cum tanto damno, & hæc vera sunt quando illud secretum, quod reuelatur non est fraude, aut vi extortum. Si enim vi fuerit extortum in pari causa damni non potest reuelari. Azorius 3. p. lib. 3. cap. 31. quæst. 9. Reginald. tom. 1. de secreto c. 53. nu. 1. concl. 1. & 3. Nauar. c. 18. num. 53. Lessius tamen putat probabile posse reuelari lib. 2. c. 11. dub. 8. num. 53. Qui etiam probabiliter concedit non peccare mortifere, qui vi tormentorum falsum crimen alicui imponit, si non timetur aliud damnum, quam infamia, quia ista retractatione potest integrari, & quia si iudex legitime procedat talis confessio nihil nocet, negat tamen licere si ex illa iudex capteto occasionem nocendi.
85 Ex quibus etiam patet quid possit ancilla circa confessionem delicti, potest tamen etiam laudabilius sustinere quæcumque tormenta potius quam crimen reuelare etiam priuati hominis vir constans, vel fœmina fortis. Et in casibus illis non potest confessarius egressus imperare si sequutura sit infamia Constantio, quia liberum est fœminæ potius perpeti tormenta, quam crimen detegere, & multo magis potest non detegere, imo tenetur, si tormenta non patiatur, vt dictum est.
86 Ad 4. Quæ sit occasio proxima, & quæ remota, in qua trademus etiam quando liceat, vel non absoluere peccatorem in occasione proxima existentē. Vt exacte res ista habeatur; causa & occasio differunt, vt patet ex c. solite de maior. & obed. vbi Innocentius tertius scribens Constantino Imperatori ita habet huic tuæ admirationi non causam, sed occasionem præbuit & colligitur ex D. Thom. 2. 2. quæst. 43. artic. 1. ad 3. & 4. dist. 28. quæst. 2. art. 1. ad 4. vtraque dicitur causa, vt etiam supra dictum est, sed altera sufficienter concurrit in genere suo ad effectum, & dicitur vere causa altera non sufficienter concurrit, & dicitur occasio, & ideo dicitur causa insufficiens Siluester verbo occasio in princ. occasio est duplex altera proxima, Remota altera. Proxima est illa qua posita difficile pecatum vitatur, quia est adeo præsens vt possit dici potius ipsam inuenire peccatorem quam peccatorem ipsam. Remota vero est qua posita facilis est vitatio peccati quia nisi peccator eam inquirat vel raro, vel difficiliter inuenit, & ideo peccatum raro committetur vel difficiliter, & sicuti omnes conueniunt hanc idest remotam non esse vitandā, ita nemine discrepante definitur illam idest proximam esse fugiendam. Speculatio est certa, & facilis, sed difficilis, & valde dubia praxis, determinate enim quæ sit occasio proxima vocat Lopez in suo instructorio part. 1. cap. 19. fere in principio, quæstionem perplexam, & doctissimus Nauar. in sum. cap. 3. num. 10. & 11. adeo difficile putat vt fateatur se libentius ab alio determinationem auditurum quam ipsum determinare, & neminem vsque ad sua tempora ipsum vidisse pro dignitate explicantem. Pro intelligentia dicendorum.
87 Noto primo aliud esse habere consuetudinem, aliud habere occasionem peccandi. Habens consuetudinem peccandi quam Sancius select. disp. 10. vocauit occasionem intrinsecam & à propria fragilitate natam quam dicitur habere solitus se polluere, & mollitiem committere, blasfemare, iurare &c. est omnino absoluendus adhibita prius debita monitione, vt abstineat, & traditis aliquibus remedijs ad abstinendum, & in hoc casu debet se gerere confessarius, vt solet fieri cum habentibus consuetudinem. Habens vero occasionem extrinsecam, quam proximam dicit idē Doctor, vt & nos loquemur, & de qua Doctores, non est absoluendus, quando autem talis debeat reputari patebit ex infradicendis.
88 Noto 2. quod licet idem Sancius ibidem doceat idem iudicium esse faciendum de eo, qui concubinam retinet in domo propria, & qui in aliena, si æque pateat aditus ad illam ac sit in propria domo esset, ego tamen licet cum eo consentiam quatenus est occasio scandali non tamen conuenio, vt est

occasio

occasio peccandi, nemo enim negare poterit facilius esse lapsurum & rationabilius esse timendum lapsum illius, qui domi retinet quam qui in aliena domo inuisit, quod si non solum inuisat, sed insuper proprijs expensis alat, & suo nomini addicta, viuat tunc non ideo hoc modo detinens concubinam, est absoluendus, quia sit in proxima occasione peccandi, sed, quia non censetur habere propositum abstinendi. Si enim hoc modo aleret etiamsi illam semel tantum in mensis inuiseret non esset absoluendus, quia talis detentio arguit propositum peccandi simpliciter tamen puto maiorem esse occasionem peccandi illam, quæ habetur ex muliere domi detenta quam quæ extra propriam domum, quia certum est vehementius mouere obiectum præsens, quam absens, & domi detentio dat maiorem facilitatem peccandi & aliquando eadem ipsa mulier potest sollicitare, dixi simpliciter, quia ex accidentibus posset aliquando contrarium accidere vt si extra domum habitans plus amaretur, vel diutius ibi habitaret dominus, quam in propria domo &c.

89 Noto 3. Habentem occasionem proximam peccandi posse aliquando absolui si adsit spes emendationis, vbi autem non est spes emendationis, sed certus casus, vel inditium sufficiens, quod non adsit propositum etiamsi absit occasio proxima non esse absoluendum, velle autem detinere mulierem, & suis sumptibus alere; nisi aliqua urgenti necessitate honestetur, nescio quomodo possit non arguere indispositionem ad absolutionem percipiendam ratione imperfectionis propositi de non peccando de cætero; quod non potest considerari in eo, qui mulierem quidé imisit in aliena domo eique aditus ad placitum patet, si asserat se inposterum amplius non esse peccaturum, modo tamen infra dicendo.

90 Noto † 3. constitutum in occasione proxima peccandi, ideo non debere absolui, quia existens in illa occasione, & renuens illam relinquere censetur illam velle, & non habere propositum de cætero non peccandi; videndum ergo, quando, quis licet sit in occasione proxima peccandi possit nihilominus præsumi illam non velle, & habere propositum de cætero non peccandi, & ideo possit absolui.

91 Dico † ergo primo. Existens in occasione proxima (loquor tantum ratione occasionis non scandali) licet per quadriennium, vel quinquennium in illa perseuerauerit accedens ad confessionem, si doleat de præterito, & promittat occasionem tollere illi est credendum, & est absoluendus, quia licet, peccatum continuauerit, & ideo sit peioris conditionis respectu peccati tanto tempore continuati, quam sit ille, qui peccat, & resipiscit; at, quoad sumendam coniecturam emendationis, non debet esse peioris conditionis, quia nunquam promissioni defecit. Coniectura enim promissionis seruandæ, & fidei frangendæ debet desumi ex eo, quod promissum sit seruatum, vel non seruatum, quare minus erit credendum illi, qui sæpe confessus est, & promissioni non stetit, quam qui raro, vel nunquam defecit.

92 Dico 2. † etiamsi permanens in occasione bis, aut ter promiserit, se occasionem ablaturum, & re vera non abstulerit; si aliqua reperiatur emendatio, & promittat tollere est absoluendus, v. g. qui prima vice confessus est singulis noctibus cum concubina concubuisse, si accedens secunda vice, ter solum in hæbdomada, & tertia, bis tantum, quia aliquo modo tollit occasionem proximam, idem Sancius loco num. 4. in principio & ista facile ne-
93 gotio conceduntur, † Difficultas est, an qui pluries admonitus de tollenda occasione, sæpius tollere promisit at nunquam præstitit si iterum accedat ad sacramentum pœnitentiæ, & præbeat signa doloris, & asserat se haberet verum propositum expellendi, & quod statim expellet sit admittendus ad sacramentum, & illud propositum possit à confessario credi verum ad effectũ impertiendæ absolutionis. Pro clariori responsione. Noto, quod pœnitens iste, vel aliquam habet iustam causam non tollendi occasionem, ex. gr. non eijciendi concubinam, eo quod ex expulsione magnum damnum accidat rebus suis, vel quia fama periclitatura sit, vel quia non est sui iuris, vt filius familias, qui non potest expellere ancillam nec ipsa domo exire, vel aliquo præcepto tenetur ad aliquid perlandum, quod non sinit eum relinquere occasionem, vel aliquid aliud simile intercedit, quod occasionem tollere impedit, vel nihil simile habet, quo perseuerantia in occasione excusetur. Noto præterea aliud esse velle occasionem aliud pati permanere in occasione, his positis, dico primo.

94 Quod † existens in occasione proxima peccandi, & sæpius admonitus de tollenda occasione illam tamen non abstulit si nullam habeat causam excusantem, non est absoluendus, sed est cogendus prius, quam absoluatur occasionem tollere. Ratio est, quod qui vult causam ex qua necessario, vel regulariter sequitur effectus virtualiter etiam cupit effectum D. Thom. 1. 2. qu. 6. & cum eo cæteri transeunt Doctores hoc tanquam primum fundamentum voluntarij ponentes, sed ille cuius voluntas virtualiter fertur in peccatum non est absoluendus, vt omnes fatentur ergo iste non est absoluendus. Dices potest esse simul propositum expellendi concubinam, & occasionem proximam peccandi. Resp. Hoc non esse verum propositum.

96 † Instabis in confessione pœnitenti pro se, & contra se esse standum erit ergo credendum pœnitenti asserenti verum esse propositum eijciendi. Respon. esse standum pœnitenti nisi aliud prudentia confessarij indicet rationabiliter, cum ergo multoties confessarius sit expertus pœnitentem non stetisse promissis prudenter etiam iudicabit non esse staturum in posterum, & si antea vere habuit propositũ eijciendi, & non eiecit, hoc fuit, quia occasio mutauit propositum non perseuerauit, ergo nunc est tollenda ne iterum mutetur, quod si non fuit verum propositum prius, neque erit nunc, & non est credendum. Potest tamen fieri, quod inditia doloris sint talia, quod prudenti consilio possit etiam in hoc casu adduci Confessarius ad absoluendum, sed tamen debet aduertere, ut similia alias etiam dederit, & pœnitens defecerit, quia tunc nullo modo debet absoluere, probatur 2. Conclusio ex cap. satisfactio de pœnit. dist. 3. desumpto ex D. August. ibi satisfactio pœnitentiæ est peccatorum causas excidere, neque eorum suggestionibus aditum indulgere. Vbi Glosa, verbo causas, ait, vitiorum radicem, nec sufficit, ramos incipere sed tollere debet opportunitates, vel necessitates peccandi. Et ex Cap. valet. dist. 81. cuius hæc sunt verba. Valet interdum conuersis pro animæ salute mutatio loci, plerumque enim, dum mutatur locus mutatur, & mentis effectus; congruum est enim, inde etiam corporaliter auelli, vbi quisque praue vixit, hoc in aspectu mentis apponit, quod sæpe ibi cogitauit, vel gessit, & Sancius citat. disput. select. 10. num. 5. ad finem asserit se pro hac sententia posse plusquam centum Auctores adducere, & hoc est velle virtualiter occasionem.

97 Dico 2. † Qui sæpius promisit relinquere occasionem peccandi, ex. gr. eijciendi concubinam & non eiecit instante causa necessaria seu vrgenti, vt sunt supra numeratæ, est absoluendus. Non enim iste potest diei velle, sed potius pati occasionem, Si ergo doleat vere, & sit paratus non peccare de cætero, etiamsi occasionem non tollat, est absoluendus, probatur ex D. Thom. 2. 2. quæst. 10. artic. 9. in corpore, vbi docet fideles posse communicare cum infidelibus etiam cum periculo subuersionis si necessitas vrgeat, sequuntur D. Thomam Nauar. in sum. cap. 3. num. 15. Corduba & alij relati ab eadem Sancio nu. 8. Salas t. 2. tract. 8. disp. 11. sect. 5. nu. 60. & Sotus de instit. quæst. 1. lib. 5. artic. 9. dicit posse aliquem ad conuertendas meretrices pergere etiam cum periculo labendi; si eius prædicatio sit necessaria licet non assentiatur Lopez 1. p. instruct. cap. 21. §. Ad 3. rationem. Toletus in sum. lib. 5. cap. 13. num. 5. & 6. asserit expertum se pollui sæpe decumbendo, ver. gr. supine non teneri aliter decumbere licet pollutio sequatur, si aliter non possit dormire, & non habentem alium cibum, quo vescatur posse illo, vti licet ex commestione illius timeat pollutionem, Azorius tom. 3. lib. 3. cap. 23. quæst. 5. concedit illum esse absoluendum qui non abstineat à colloquutione fœminarum, etiamsi expertus sit ea collocutione se pati pollutionem, dummodo illam non intendat, & absit probabile periculum assensus, neq; valet ab ea colloqutione abstinere ea tantum ratione, quia si abstinet à talibus conuersationibus experitur se reddi ineptum ad alias colloqutiones, & idem dicendum de illis, qui ab istis, vel similibus nolunt abstinere ex probabili & honesta aliqua causa, vt esset, ne aperiret ostium scrupulosis & anxijs cogitationibus aut dubijs vexantibus animum, Graff. lib. 1. Decis. cap. 28. à num. 2. & videndus est Vega in suis casib. casu 39. & 3. part. casu 9. & omnia ista recte probat Cap. Consultationi de frigid. vbi permittitur viro, & mulieri impotentibus commisceri, si non possunt viuere, vt coniugatos viuere, vt fratres & sorores, & ex D. Basilio in constit. monast. cap. 4. pag. 489.

98 Qui vrgente aliqua causa vel necessitates se periculo obijcit, vel permittit se esse in illo cum tamen alias nollet, non tam dicitur amare periculum, quã inuitus illud subire, & ideo magis prouidebit Deus, ne in illo pereat.

99 Data ergo proxima occasione, cum aliqua ex dictis, vel similibus causis excusantibus absolutio non est deneganda etiamsi sæpius, quis lapsus sit, quia adhuc periculum non est peccatum, & potest medio auxilio diuino superari. Hinc collige solutionem multorum casuum, vt esse absoluendum; qui est in occasione proxima peccandi si illam non possit tollere nisi cum suæ famæ iactura, item concubinarium posse absolui si domum concubinæ frequentet causa alendi filios etiamsi scandalum oriatur, quia tunc est passiuum non actiuum.

100 † Si; quæ mulier existat in aliquo loco ad quem,
vel non pateat, vel non expediat alteri patere
accessum, nisi Caio, & nisi Caius accedat sit fama
peritura, & si accedat sit occasio fornicandi Caius
adhuc est absoluendus, nisi tamen fœmina ipsa
sollicitet, quia tunc amisit ius, quod habet ad
101 tali modo sustentari. † Item si eadem modo duæ
miseræ existant, & altera sollicitet altera vero
non, adhuc Caius debet accedere ad subleuandam
102 miseriam innocentis. † Item filius non potest
deserere parentes existentes in magna necessitate,
& ingredi religionem, licet filius non possit esse
extra Religionem sine periculo peccandi peccato
graui & lethali. Si tamen parentes sollicitent ad
peccandum non constringitur filius non intrare
Religionem, si vero alter tantum parens prouocet ad peccandum, alter vero non, & existat in magna necessitate non potest innocentem deserere, quia posito periculo adhuc potest resistere. Nec ex malitia vnius parentis æquum est alterum amittere ius, quod habet, vt sibi subueniatur à filio in sua necessitate. Item si filius esset inter infideles & morti proximus, & ego accurens possem sacramentum Baptismi ministrare possem etsi timerem blanditijs & minis adductum iri ad fidem negandam non autem si mors esset infligenda, Sotus de tegend. secret. memb. 2. quæst. 2. post. 6. conclus. Sà verb. Charit. nu. 4. neq; fœmina grauida tenetur pati sectionem, vt filius baptizetur Chirurgus tenetur verenda fœminæ curare licet cum periculo consensus in peccatum. Sed dices Matth. 16. & Luc. 9. Marc. 8. habetur: Quid prodest homini se vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Respondeo esse intelligendum non de periculo cui se exponit, quis ob bonum proximi; sed de peccato, quod actu committitur. Nemo enim debet cõmittere peccatum, vt proximo subueniat exponere autem se periculo peccandi potest & aliquando debet, & ita etiam est intelligendum, quod dicitur. Quod nemo cum damno spirituali tenetur subuenire proximo idest cum peccato, non vero cum periculo peccati. Dices etiam tenemur plus diligere animam proximi quam vitam nostram D. Thomas 2. 2. quæst. 26. artic. 5. Respondeo nos non debere malum consilium dare proximo, vt vitam nostram seruemus, vel quid simile agere, quia est peccatum actu, & ita intelligendus est D. Thomas, quod vero vitam meam debeam profundere hoc non dicit & contrarium sentientes imponunt onus; quod ipsi nec digito vellent mouere, erit quidem opus perfectæ charitatis & summa laude dignus, qui sic operaretur, si tamen omitteret non esset condemnandus.

Dum ergo adest periculum magni damni infamiæ &c. vel adsit impotentia tollendi occasionem, vt in filio familias, vel cessauit periculum reincidendi, vt si fœmina sit facta deformis, vel quid simile intercedat, quo occasio possit præsumi potius passa quam volita absolutio non est deneganda & subdit Saucius num. 16, toties quoties; etsi non appareat emendatio, quia non est omnino impossibilis, dummodo illam hic, & nunc proponat, & in specie hoc habet de concubina domi retenta, vt in casu nostro, ex quibus patet solutio etiam ad hoc quæsitum.

103 Sequitur. 5. Videndum, † quomodo in hoc casu peccare possit Confessarius, & 1. Posset errare imperando egressum è domo non considerando, quod Fabius iam acquisiuit ius ad propriam famam, & ideo non est cogendi mulier egredi cum infamia Domini periculum enim proximæ occasionis non efficit, quod fama sit negligenda ex dictis. Errasset ergo imperando egressum. 2. Potuisset errare permittendo eidem Fabio per vim detinere ancillam eo, quod habeat ius ad propriam famam licet enim debeat puella prospicere famæ sui Domini non tamen potest Dominus illam cogere. 3. Errasset imperando egressum, nisi egressa fuisset denegando absolutionem, quia in casu isto potius patitur, quam velit occasionem & ideo non

tenetur

tenetur relinquere. 4. Errasset si consilium dedisset de detegendo Constantio, vt ab occasione se liberaret, quia non debet alterum infamare prætextu relinquendæ occasionis proximæ. Alios modos quibus potest errare facile ex se cognoscet prudens Confessarius solutio ergo totius difficultatis est.

104 Quod Confessarius deberet suadere omni meliori modo Fabio, vt puellam sineret egredi è Domo, & illam relinquere in manu sui consilij, quia licet peccauerit in corpus suum non tamen peccauit in famam illius. Quod si à Fabio hoc, non possit obtinere debet puellam absoluere illam hortando ad fugam peccati, & præbendo illa, quæ potest monita ad hoc conducentia.

105 Neque obstat dicere, quod quilibet tenetur potius consulere propriæ animæ quam famæ. Quia respondeo hoc verum de peccato, debet enim quisque potius pati quamlibet infamiam, quam peccatum committere. Non autem de peccati periculo quia vere non est peccatum, quia illud periculum potius est passum quam volitum.

106 Admonuerim tamen ex eodem Sancio num. 23. Rato ex eiectione concubinæ posse oriri infamiam. Nam, vel concubinatus est publicus, vel magnis inditijs suspectus, vel leuiter tantum ex aliena malitia suspicatus. Si magnis inditijs est suspectus, vel publicus ex eiectione potius bonam, quam malam famam acquiret. Si vero tantum leuiter nulla pullulabit infamia sicut nec oriretur, ex eiectione cuiuslibet alterius feminæ solet autem diabolus huiusmodi laquos tendere ac detinendas animas in peccato quare optime debet Confessarius perpendere an re vero eiectio infamiam inurat. An potius infamia sit quoddam adinuentum ad fouendam perseuerantiam. Maxima in Confessario prudentia necessaria est & ideo semper debere, vel studere, vel audire.

107 Tandem Dico, vim illatam à Fabio puellæ ne discedat illam excusare si proximam occasionem non relinquat. Quia hoc est potius pati, quam velle occasionem, & ideo est absoluenda.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur casus.*
2 *Quæ sint soluenda pro resolutione.*
3 *Nomine Abbatis in materia electionum veniunt omnes superiores locales superiorem non recognoscentes, & qui est Abbas in Religione S. Benedicti est Prior in Religione S. Augustini Guardianus S. Francisci &c.*
4 *Electiones Superiorem localium pertinent ad conuentus, quibus præficiendi sunt si ius commune inspiciatur, & adhuc seruatur apud aliquas Religiones. De iure tamen particulari translatæ sunt in superiores, vnde talia statuta, vtpote iuris communis correctoria sunt intelligenda, vt corrigant ius commune quanto minus fieri potest.*
5 *Et si duo possunt operari contra ius commune interpretanda sunt, vt vnum tantum operentur.*
6 *Electores in quos hoc ius eligendi translatum est tenentur seruare formam electionis, quæ seruabatur ante translationem.*
7 *Actus sunt faciendi ab eo in quem translati sunt sicuti fiebant in primæua institutione.*
8 *Forma electionis tradita in cap. Quia propter non est sublata per Trident.*
9 *Omnes aliæ electiones sunt sublatæ neque alia forma est seruanda quam tradita dicto Cap. Quia propter.*
10 *Refertur c. Quia propter & caput. 6. sess. 26. de reg.*
11 *In Cap. Quia propter duæ formæ electionum traduntur, & vna excipitur.*
12 *Electionem per compromissum, & quasi inspirationem esse sublatas per Concilium referunt decisum Garzias.*
13 *Quomodo facienda sit electio per scrutinium.*
14 *Quomodo facienda sit electio per compromissum.*
15 *Quomodo sit facienda per quasi inspirationem.*
16 *Referuntur dicta Doctorum, & decreta Sacræ Congregationis, quibus explicatur, quid sibi velit in Concilio, dictio secreto.*
17 *Refertur statutum Vallissoleti de modo faciendæ electionis.*
18 *Quid sit intelligendum nomine officialium.*
19 *Non potest sustineri consuetudo faciendi electiones non secreto.*
20 *Doctores asserunt non posse dari consuetudinem contra dispositionem habentem decretum irritans.*
21 *Per actus inuoluntarios, vel errore factos non inducitur consuetudo.*
22 *Consuetudo inducta per errorem cessat errore detecto.*
23 *Consuetudo sine ratione non potest sustineri.*
24 *Consensus per errorem omnino tollitur.*
25 *Irrationabilia non sunt præsumenda.*
26 *Vassallo asserenti, & probanti aliquid esse factum à feudatario contra ius feudi non creditur.*
27 *Pontifex non censetur concedere irrationabilia.*
28 *Qui publice actum gessit non est præsumendus voluisse periurium committere.*
29 *Non præsumitur, quod damnosum est.*
30 *Non præsumuntur quæ sunt contra bonos mores.*
31 *Non præsumuntur quæ facta lædunt pietatem existimationem, & verecundiam nostram,*
32 *Non est præsumendum portitorem noluisse traicere currus onustos, quia repugnat portitorem sine causa recusare lucrum.*
33 *Nemo præsumendus est velle priuare se sua libertate.*
34 *Consuetudo debet induci ex certa scientia.*
35 *Actus facti sine expressa intentione introducendi consuetudinem non tribuunt auctoritatem, & efficaciam consuetudini.*
36 *Consuetudo non fouet periculum peccandi.*
37 *Ex actibus dissimilibus, & difformibus non introducitur consuetudo.*
38 *Consuetudo non præsumitur sed est probanda cum sit quid facti, & in facto consistat.*
39 *Licet referantur multi actus ad probandam consuetudinem nisi deprehendantur ex istis consensus non sunt operabiles ad inducendam consuetudinem.*
40 *Actus debent probari facti, vt foueant consuetudinem.*
41 *Non probata consuetudine redeundum est ad ius commune.*
42 *Consuetudo tollens libertatem in electionibus est irrationabilis.*
43 *Forma naturalis in electione est consensus.*
44 *Ideo electiones fiunt secreto, vt fiant libere.*
45 *Actus gesti contra ea quæ sunt inducta in fauorem publicum, non possunt inducere consuetudinem, sunt enim nulli.*
46 *Consuetudinem iudicari rationabilem remittitur iuditio prudentis viri.*
47 *Illa consuetudo est rationabilis, & iure naturæ non*

non repugnat quam statuentes, vel obseruantes existimant esse bonam, & suis moribus conuenientem licet aliquam contineat iniquitatem.

48 *Resoluitur tota difficultas.*

49 *Omnes electiones factæ etiamsi non sint secretæ, dummodo fuerint omnino liberæ in foro conscientiæ sunt validæ, licet in illis non sit seruata forma in iure requisita.*

Prouisiones, & Electiones Superiorum faciendæ per secreta suffragia.

LXXII.

1 IN aliquibus Prouincijs Patrum N. vsus inoleuit, vt Minister cum definitoribus Guardianorum, & Vicariorum prouisiones non per vota secreta, neque per scrutinium, sed palam, & voce publica inter se ipsos celebrent hoc modo videlicet, minister aliquem nominatim proponit ad aliquem Guardianatum, & Vicariatū; & definitores vnus post alium respondent placet, & hoc modo electiones, vel prouisiones horum Officiorum fiunt.

2 † Quæsitum est, at hic modus eligendi siue prouidendi sit admittendus, & an iste vsus, seu consuetudo sit toleranda. Pro solutione quærenius ergo. An iste prouisiones, seu electiones sint conformes sacris Canonibus, vel statutis, vel saltem, an consuetudine tolerabili firmentur. Et deueniendo ad primum. An huiusmodi prouisiones, seu electiones sint iuxta sacros Canones.

3 Noto primo. † In quantum spectat ad electiones nomine Abbatum venire Superiores, qui in suo conuentu non cognoscunt Superiorem localem, argumento c. fin. de statu monach. & ita per illum text. tradit Abb. in c. cum illorum de sent. excom. & Azorius p. 2. lib. 3. c. 1. q. 4. asserit illum superiorem, qui in regula S. Benedicti dicitur Abbas. in Præfectum Monasterij dici Priorem iuxta regulam S. Augustini, Guardianum iuxta regulam S. Francisci, & sic de cæteris siue instituantur per viam electionis, siue prouisionis. Abbas in c. principalis num. 6. de rescript. & hoc in ijs, quæ pertinent ad electiones, nam in cæteris non semper isti superiores veniunt sub nomine Abbatum, & hoc pro intelligentia Sacrorum Canonum de Abbatibus loquentium.

4 Noto 2. † Prouisiones superiorum conuentualiū de iure communi pertinere ad conuentum, cui præficiendus est superior, alias quæ fiebant per electionem c. congregatio 16. qu. 7. c. Abbatem el 2. c. Abbas el 2. c. fin. quæst. vlt. c. cum terra, & c. 1. de elect. c. cum dilectus de consuetud. vbi Abbas c. 2. §. fin. de statu monach. Hostiens. in sum. tit. de elect. §. qui possit eligere vers. si non apparet, Felin. in c. sed petitionem numer. 1. de accusat. Gloss. in c. sciant cunct. verb. spectat de elect. in 6. Varallus decis. 296. p. 1. Nauar. comm. 3. de regul. nu 2. Rota decis. 65. p. 1. recent. & decis. 294. num. 5. coram R. P. D. Coccino, qui mos adhuc seruatur apud aliquas religiones, vt Illustrissim. Cartusianam, & Dominicanam, licet nunc de iure particulari sint translatæ ad superiores, vel Prouinciales, vel Generales iuxta cuiusque religionis statuta. Vnde talia statuta vtpote iuris communis correctoria, vt resoluit Rota in terminis decis. 65. num. 9. p. 2. recent. sunt intelligenda, vt corrigent textum solum, quantum loquuntur, l. si iure, §. de viro ff. solut. matr. Decius cons. 333. num. 2. versu quibus tamen Parisius cons. 12. lib. 4.
Bart. Alex. & alij in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad leg.
falcid. Rota decis. 724. num. 16. p. 1. diuers. vbi
dicitur de communi Roman. cons. 199. Maresc.
lib. 2. varia. c. 29. num. 13. Rota decis. 853. nu. 6.
p. 4. diuers. & decis. 298. nu. 4. coram Sanctissimo
5 Ludouis. & † cum duo possunt operari sunt inter-
pretanda, vt vnum tantum operentur contra ius
commune Butr. in c. cum dilecti, de donat. Ro-
man. cons. 199. num. 7. Gratian. cons. 42. col. 1.
lib. 1. Tiraquel. de retract. ligna. §. 1. Gloss. vni.
num. 4. Rota decis. 853. num. 8. p. 4. & decis. 432.
num. 10. p. 1. diuers. Ex quibus infero.

6 3 Notabile. † Prouinciales cum definitoribus
in electionibus, seu prouisionibus Guardianorum in
illos iure statutorum translatis, obseruare debere,
& teneri formam traditam in c. quapropter de
7 elect. quia † electiones sunt faciendæ ab illis, ad
quos translatæ sunt, sicuti fiebant ab illis, ad quos
pertinebant, antequam transferrentur, Glos. in
Clem. quia regulares, verb. monasterium de sup-
plen. neglig. prælat. Io. Andr. In regula contra eum
in 6. Felin. cap. cum accessissent, nu. 18. de con-
stit. Selua de benef. p. 3. quæst. 49. Lambert. de
iure patr. 3. p. q. 7. nu. 13. lib. 3. Gutierez cons. 1.
num. 71. & cons. 3. num. 15. Gonzales ad 8. Reg.
Cancell. Gloss. 46. nu. 43. & multis relatis Garzias
de benef. p. 10. c. 3. num. 42. Cum ergo dictæ ele-
ctiones à Conuentibus essent faciendę iuxta dictum
Caput. Quia propter, sequitur, quod eodem modo
sint faciendæ etiam à Prouincialibus, & definitori-
8 bus iuxta idem caput. † Formam autem in eo cap.
traditam non esse per Trident. sess. 25. cap. 6. de
Reg. sublatam dixit Rota in Metinen. Monasterij
5. Iulij 1621. coram R. P. D. Coccino vbi allega-
tur Zerola Rodriquez, & Azorius, & confirmauit
in Treuerens. Abbatiæ 20. Nouem. 1624. coram
eodem vbi habetur etiam Concilium solum adde-
re, quod nedum vota sint secreta; sed ita & taliter,
vt eligentium nomina nunquam publicentur, idem
tenet Rodriq. tom. 2. quæst. 52. à 8. vers. circa
quam Garzias de benef. par. 5. cap. 5. num. 189.

9 Noto vltimo licet alias multæ essent formæ electionum, & multi quotidie conarentur nouas adinuenire, nunc tamen temporis omnes esse sublatas per citatum c. quia propter de elect. & illud solum cum cap. 6. sess. 25. de reg. in Trid. esse seruandum.

10 † Horum autem capitum verba, quia ad præsens sunt necessaria, iubet recensere, ita igitur se habet cap. quia propter videlicet, Quia propter, &c. Statuimus, vt cum electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt, commode interesse; assumantur tres de collegio fide digni, qui secrete, & singillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto, vt is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel maior, & sanior pars consentit, vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatæ prouideant de Pastore. Aliter electio facta non valeat, nisi forte communiter sit ab omnibus, quasi per inspirationem absque vitio celebrata, qui vero contra præscriptas formas eligere attentauerit, eligendi ea vice potestate priuatur. Ita ibi, quod facit ad propositum nostrum Tridentinum autem ita loquitur. In electionibus superiorum quorumcumque Abbatum temporalium, & aliorum officialium, & Generalium, & Abbatissarum, atque aliarum præpositarum, quo omnia recte, & sine vlla fraude fiant in primis sancta Synodus

districte

districte præcipit, omnes supradictos eligi debere per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur Nec in posterum liceat Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoscumq; titulares ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces, & suffragia absentium supplere: Si vero contra huius decreti constitutionem aliquis electus fuerit electio irrita sit, & is, qui ad hunc effectum se in Prouincialem, Abbatem, aut Priorem creari permiserit deinceps ad omnia officia in religione obtinenda inhabilis existat, facultatesq; super his concessæ eo ipso abrogatæ censeantur & si in posterum aliæ concedantur, tanquam subreptitiæ, habeantur. Ita Tridentinum. Quibus positis.

Nunc probo dictum modum electionis non esse tolerandum, quia non est secundum ius commune,
11 & probo ita. In Cap. † Quia propter assignantur duæ formæ electionis, & vna excipitur, assignantur scrutinium, & compromissum; excipitur quasi inspiratio, vltra quos modos, omnes alios reprobat, sed ista electio iuxta nullum horum modorum est, ergo non est iuxta modum iuris communis, maior patet ex textu Glossâ, & communi sententia Doctorum minorem licet satis esset probare tan-
12 tum, quoad scrutinium. † Quia compromissum, & quasi inspirationem esse sublata per Tridentinum Garzias de benef. p. 5. cap. 4. nu. 204. Castellin. de elect. cap. 7. num. 7. referunt decisum, attamen de omnibus probo. Istæ electiones, de quibus
13 agimus, non sunt per scrutinium † quia in electione per scrutinium ex eodem cap. quia propter assumuntur tres de collegio fide digni, qui secreto, & singillatim vota cunctorum diligenter exquirunt, & in scriptis redacta mox publicent, in communi nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto, vt is collatione habita eligatur; in quem maior, & sanior pars capituli consenserit; quæ cum in his electionibus de quibus agimus non seruentur, vtique dicendum est, non fieri per scrutinium.

14 Neque per compromissum. Quia † in compromisso ex eodem textu eligendi potestas aliquibus, viris idoneis committitur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatæ prouideant de pastore; & Compromissarij tenentur, ad ea omnia seruanda, quæ sunt seruanda à scrutatoribus & electoribus per scrutinium. Rota in Metinen. Monast. 5. Iulij 1621. Coram R. P. D. Coccino si compromissum sit limitatum, quod si est illimitatum adhuc ex Tridentino, tenentur ad secretum. Quæ non seruantur in electionibus, de quibus agimus, ideò non reducuntur ad hanc formam. Tandem superest
15 electio per quasi inspirationem, † quæ cum requirat, primò. Quod nulla præcedat nominatio. 2. Nullus tractatus, de speciali persona eligenda, sed tantum admittit aliquam, generalem adhortationem, quod electio fiat de persona digna, non autem tractatus, quod Petrus, vel Paulus eligatur. 3. Quod nemine discrepante fiat. 4. Quod electio vni committatur, qui vice omnium, eligat, ne tot videantur electiones, quod sunt electores, vtique excludit hanc, de qua agimus, cum nihil horum in illa seruetur. Tandem cum ex citato cap. Tridentini in omnibus electionibus, quæcumque illæ sint, requiratur secretum, ista verò non fiat secrete, vtique dicendum est, non fieri iuxta præscriptam
16 formam iuris communis. † Vt autem scias quid per, secrete, intelligatur accipe sequentia. Nauar. cons. 7. in antiquis. 4. in nouis de Elect. Roderiq. in sum. part. 1. cap. 102. num. 4. Castellin. de Elect. cap. 4. num. 3. asserunt electionem esse nullam, & irritam, quando electorum vota culpa, & dolo totius, vel maioris partis capituli, publicantur. Vel quando manifestatio vnius, vel plurium votorum est causa realis, vel præsumptiua rationabiliter, quod electio sequatur in hanc, vel illam personam particularem ex vi istius ostensionis, & nota, quod ad mentem huius celeberrimi Doctoris ad inualiditatem electionis sufficit causa rationabiliter præsumpta, quod ex ipsa sequatur electio; vnde infero non esse legem fundatam in præsumptione, sed dispositiuam itaut contra istam non detur probatio, quod absit, ab actu, qui fit, id quod præsumitur, sed sufficit, quod subsit causa rationabiliter præsumpta, vt electio sit nulla. Rota in vna Treuarens. Abbatiæ Sancti Martini, 20. Nouemb. 1624. Coram Coccino impressa per Massobrium, in sua praxi habendi concursum, censuit electionem esse nullam, etsi vnicum tantum suffragium publicetur, & Castellinus addit ita stricte esse interpretandum hoc Concilij decretum, vt si post factam electionem, exprimerentur in bullis confirmationis, seu parentibus nomina eligentium electio esset nulla, & si eligens, apponit aliquod signum in schedula, vt scrutatores eam cognoscant, vel omnes, vel vnus, & cognoscant pariter se eligere nominatum in ea, facit electionem, non secretam, peccat mortaliter, & electus si de hoc reddatur certus tenetur resignare prælaturam, seu officium, vel petere confirmationem cum dispensatione à Sanctissimo idem asserunt Peyrin. tom. 1. de Relig. subdit. & Prælat. quæst. 1. de obed. cap. 21. Castell. vbi supra num. 61. Roderiq. tom. 2. quæst. 52. à 9. aduertunt mentem concilij esse statuere, quod electiones, adeò secretæ fiant, vt nihil in eis interueniat ex quo eligentium nomina possint publicari, & si quid tale fiat, electiones non valeant. Similiter Garzias loco cit. num. 193. refert decisum electionem esse nullam, quando aliqui electorum vnicam tantum schedulam recipiunt, & nomen in ea scriptum est notum scribæ, & eam in vrnam immittunt, item si idem esset notum alteri etiam, qui non sit scriba, item quando de manu scribæ duas, schedulas recipiunt, & vnam scindunt, & alteram, quam voluerint immittunt in vrnam, quia scriba poterit reuelare talem, vel tales electores habuisse vnam tantum schedulam, vel saltem non habuisse duas, & idem Garzias dicit adeò stricte esse interpretandam illam dispositionem, vt sit decisum, vt secretum seruetur non valere electiones factas per compromissum, & inspirationem ita loco cit. nu. 204. ita etiam refert Castellin. cap. 7. num. 7. Videatur ergo istæ electiones, seu prouisiones de quibus agimus, sint ad mentem concilij. Sunt ergo de iure communi irritæ, & nullæ nec vllo modo possunt sustineri.

17 Dico secundò. † Neque de iure particulari, seu statutorum possnnt valere, quia in statutis General. Vallisoleti cap. 8. vbi de elect. statim in principio ita habetur; omnes electiones officialium huiusmodi, & canonicas esse, & ex Sacra Tridentina Synodo, per vota secreta fieri debere cautum est.
18 Quod si queras, † qui sint officiales idem statutum, ibidem ita habet, officiales ordinis sunt minister, Vicarius Commissarius, Procurator, & definitores Generalis, ministri Vicarij, Commissarij, Custodes, definitores, & Visitatores prouinciales, Guardiani, Præsides, Vicarij, Commissarij, & Discreti locales, ij, videlicet qui ad prouincialia capitula mittendi sunt.

sunt. Cum ergo etiam omnes isti sint eligendi iuxta Tridentini decretum, quod imperat rigorosum secretum, vtique dicendum erit, neque ex statutorum dispositione huiusmodi electiones fieri. Superest inquirendum, an ex consuetudine iste
19 modus electionis sit sustinendus, & Dico 3. † Neque ex consuetudine posse sustineri, quod etiam probo ad mentem Doctorum asserentium, non posse dari contrarias consuetudines vbi adest decretum irritans, & etiam quia repugnat dari, ex duplici capite, primò quia non adest sufficiens consensus requisitus, ad consuetudinem inducen-
20 dam, secundò quia non esset honesta. † Ex auctoritate ergo doctorum sic probo. Vbi adest clausula irritans, ibi non potest dari contraria consuetudo. Io. Andreas, Archidiac. Domin. num. 6. Francus nu. 4. & alij iu cap. Cum de beneficio de Præbend. in 6. Præposit. Alex. in cap. in istis §. leges dist. 4. Barbat. in Clem. 1. num. 23. de elect. Felin. in cap. Cum accessissent num. 3. vers. quarta limitatio, de Constit. Probus ad Monoch. in cap. Tibi qui, de rescript. in 6. sub num. 8. Rochus in cap. fit, de Consuet. fer. 7. num. 7. Rebuff. in concordatis tit. de fir. & irreuocab. concord. stabilit. §. 1. Ruinus cons. 13. num. 3. volum. 2. & cons. 102. num. 11. volum. 3. Ferrett. cons. 223. num. 12. Nauar. in cap. Cum contingat. de rescript. 2. causa nullitatis & de spoli. §. 14. num. 2. & 3. Gabriel. conclus. 3. de Clausulis à num. 39. Duaren. Reg. 144. num. 1. & Hoieda de incopatibil. benef. cap. 10. num. 5. & alij plures Doctores etiam Rota in verdun. benef. parochi. 22. Iunij 1586. Coram R. P. D. Gypsio vbi fuit dictum quod decretum irritans omnem vsum & contrariam consuetudinem tollit. quam refert Garzias 4. par. cap. 2. num. 50. & in vna Conchens. benef. de valdejudios 14. Nouemb. 1611. Coram R. P. D. Sacrato vbi Domini habuerunt pro indubitato, quod non vsus, seu contrarius vsus populorum, sine consensu Papæ nihil potest operari contra validitatem constitutionum Apostolicarum, nempe habentium decretum irritans, vt ibi ex late deductis in Romana concordiæ S. Petri 13. Nouemb. 1609. & 11. Ianuarij 12. Febr. 1610. Coram R. P. D. Caualerio, quam sententiam communem dicit Gabriel. loco cit. num. 40. & tenet Garzias par. 5. cap. 4. num. 179. & in terminis cap. Quia proper, quod non admittat contrariam consuetudinem, Boerius decis. 1. num. 49. & 50. Nunc probo hanc consuetudinem non esse inductam, qua præsumitur defuisse consensum, eam inducendi in definitoribus, &

21 Primò, † Per actus inuoluntarios, & errore factos non inducitur consuetudo, quia facta per errorem sunt inuoluntaria Gloss. in cap. vlt. de Const. & ibi Cardin. Gloss. in cap. Frustra num. 8. Innocentius in rubr. de consuet. num. 4. Glossa & Bart. in l. 2. C. quæ sit longa consu. quæst. 17. & Bald. in l. de quibus in 5. opposit. ff. de leg. & Suarez de
22 legib. lib. 7. cap. 12. num. 2. asserit † Consuetudinem inductam per errorem cessare detecto errore, quia cessat apparens ratio talis consuetudinis,
23 † consuetudo autem sine ratione non potest subsistere, vnde, quamuis durante errore videatur consuetudo præualere, & ius inducere, illud tamen solum est, ex conscientia erronea, non ex veritate intellecta, qua cognita cessat ius consuetudinis, & ita prius non fuit verum ius, sed putatum, & idem fuit de consuetudine, & ratio est, quia l. de quibus ff. de legib. totam vim consuetudinis ponit in
24 consensu illam inducentis, † qui omnino tollitur per errorem per iura vulgaria. Sed in casu nostro ista consuetudo, est inducta per errorem, ergo isto detecto cessabit, & illa, Minorem probo, ex facto, & ex iure, ex facto, quia asseritur multoties fuisse quæsitum modum istius consuetudinis tollendæ, & si non fuit ablatus, quia putauerunt non posse, ita
25 quibusdam dicentibus, Ex iure primò. Quia † Quæ sunt irrationabilia non sunt præsumenda, Bald. in cap. 2. §. Si verò inuestitura num. 1. in tit. Quid sit inuestit. de vsib. feudo. ductus eo textu in quo
26 dicitur fidem non esse adhibendam † vasallo asserenti, & probanti aliquid factum fuisse à feudatario aduersus rationem iuris feudi Bald. sequtus est
27 Socin. sen. cons. 64. num. 12. lib. 2. † qui censuit, Pontificem non concessisse quæ irrationabilia sunt
28 & Crauet. cons. 6. num. 24. dixit illam † qui publice aliquem actum gessit non esse præsumendum voluisse falsum, vel periurium committere, cum rationi repugnat, similia delicta publice committi.
29 Hinc etiam dicimus † non præsumi quod damnosum est Crauet. cons. 224. num. 7. addimus præte-
30 rea † non præsumi ea quæ sunt contra bonos mores l. filius qui ff. de condit. inst. vbi Papinianus
31 habet, nam † quæ facta lædunt pietatem, existimationem verecundiam nostram, & generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse
32 credendum est. Item dicimus † non esse præsumendum portitorem, sine iusta causa noluisse traicere currus onustos, quia repugnat rationi portitorem recusare lucrum. Cum ergo in casu nostro definitores præsumendi essent voluisse irrationabilia; si voluissent inducere consuetudinem non faciendi electiones secretas, qui modus tollit libertatem, vt infra, & ideò est, contra rationem electionis, quæ debet esse summæ libera, & voluissent aliquid, quod illis esset damnosum, quia vota publica non sunt sincera, vt secreta, & voluissent aliquid quod est, contra bonos mores dum vellent tollere secretum ab electionibus, quod est inductum ex Tridentino, vt omnia recte, & sine vlla fraude fiant, & etiam voluisse aliquid, quod læderet verecundiam, ergo ne istæ præsumptiones admittantur dicendum, est huiusmodi consuetudinem per errorem fuisse indu-
33 ctam. 2. † Nemo præsumendus est velle priuare se sua libertate, quæ est pretiosior auro. Quis autem dubitet priuari sua libertate, qui potest vota secreta dare, si det publice. 3. Definitores aliquando tractarunt de abroganda ista forma eligendi ergo signum est, eam non approbasse sed potius permisisse ita fieri, ex inaduertentia quod posset
34 aliter fieri. 4. † Consuetudo debet induci, ex certa scientia Gloss. in cap. vlt. de Consuet. Roman. cons. 168. num. 5. Faber §. ex non scripto Inst. de vir. nat. gent. & Ciuil. num. 7. & eo animo actus
35 debent fieri, vt inducatur consuetudo, † & actus facti sine expressa intentione introducendi consuetudinem, non tribuunt auctoritatem, & efficaciam consuetudini, & aduerte quod non solum requiritur intentio inducendi vsum, sed illo vsu, velle obligare, quia potest intendi, quod introducatur vsus, sed non cum obligatione illum seruandi, vt est vsus salutationis Angelicæ recitandæ, vespertino meridiano, & matutino tempore requiritur ergo intentio introducendi consuetudinem, & præterea intentio tali consuetudine obligandi, Doctores refert Suarez de legib. lib. 7. cap. 14. nu. 6. Castropalao tract. 3. operis sui morali, qui est de Consuetud. disp. 3. part. 2. §. 3. num. 12. Quomodo autem potest dici, voluisse definitores alios obligare, cum liberaret se ipsos ab obligatione

exemissent

exemissent si fieri potuisset. Imò, & si voluissent non potuissent, & probo, & simul totam conclusionem.
36 5. † Consuetudo non fouet periculum peccandi Gaill. alias allegans lib. 1. obser. 112. num. 3. Sed ista consuetudo foueret periculum peccandi, ex eo enim, quod electiones fiunt publice, extat periculum ob aliquos respectus eligendi, vel indignos, vel minus dignos, ergo ista consuetudo non potest introduci, periculum autē subesse electioni publice videtur innuere Concilium dum asserit, vt omnia recte, & sine fraude fiant, ergo si non fierent secretæ esset periculum, quod non recte, & cum fraude
37 fierent. 6. † Ex actibus difformibus, & dissimilibus nulla potest introduci consuetudo; quia deficit vnanimis consensus iuxta Bart. in l. 2. in princ. vers. ex quo nota C. quæ sit longa consuet. & in l. solet. §. non verò ff. de off. proconf. Decius cons. 8. & Alex. dixit singulariter; quod tali casu redeundum sit ad ius commune, & iuxta illud agendum per l. Nemo alieno §. 1. cum Glossa ibi. ad fin. ff. de reg. iur. & Bald. & in l. non solum in fine ff. de iure dot. ita habet Alex. cons. 5. & cons. 127. lib. 5. & addit Mysinge. centur. 6. obser. 42. num. 4. Hoc esse memoratu dignum, & non contemnendum, ergo simili modo deficere vnanimem, consensum licebit colligere, quando constat tentatum esse introducere difformes, & dissimiles actus, quod patet in casu nostro, dum Romæ fuit habitus tractatus, & conclusum de tollendo isto vsu, quod tamen non habuit effectum propter vicissitudinem
38 ratum, & eorum qui præsunt. 7. † Consuetudo non præsumitur sed debet probari cum sit facti, & in facto consistat cap. 1. de Constit. lib. 6. l. in bello §. factæ ff. de capt. & postli. reuers. Decius in l. quatenus num. 2. ff. de reg. iuris, & alij communi-
39 ter, & licet referantur multi actus, † si tamen ex istis non deprehendatur consensus nunquam sunt operabiles ad effectum inducendæ consuetudinis Bart. in l. de quibus vers. primò videamus ff.
40 de legib. † & debet probari actum esse factum, vt foueat consuetudinem Alberi. de Ros. l. 2. C. quæ sit longa consuet. Bart. Angel. Zasius in l. de quibus cit. Quomodo ergo probabitur ista consuetudo?
41 † quod si non probetur vtique redeundum erit ad ius commune quod est caput Quia propter & cap. 6. Trident. supra relata. Non per hoc tamen recedo à dictis, & dicendis, quod scilicet ista consuetudo non possit introduci, & hæc satis sint ad probandum non interuenisse necessarium consensum ad inducendum consuetudinem, nunc probo etiam non esse inductam, quia non est rationabilis
42 & probo. Primò † Consuetudo tollens libertatem in electionibus est irrationabilis, quia tollit formā
43 iure naturæ requisitam, † quæ est consensus, Innocentius cap. quod sicut de elect. Panor. cap. Cum post. num. 3. de elect. Decius in cap. Canon. prima lectura nu. 20. de Constit. marc. quæst. 927. nu. 3. par. 1. in electionibus autem publice factis, vt plurimum non est libertas, & ideò neque con-
44 sensus, † ideò enim Sacri Canones decernunt electiones fieri secreto, vt liber sit consensus Glossa cap. Quia propter verbo de collegio ad medium; de elect. cum ergo violetur consensus consuetudo erit irrationabilis. Consensus autem in electionibus quomodo violetur audi Caput Dilectissimi 8. q. 2. libero iuditio præferendam sibi personam non tam examinat mens, quam cupiditas ligat, & 11. quæst. 3. cap. quattuor. Quattuor modis humanum iuditium peruertitur, timore, dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus, cupiditate, dum premio alicuius animum corrumpimus, odio dum contra quemlibet aduersarium molimur; Amore dum amico, vel propinquo contendimus præstare auxilium. His modis violatur libertas consensus, & plurimis alijs, vt in Sacris canonibus videre est, & istos poni ex electionibus
45 non secretis nemo est qui dubitet. 2. † Actus gesti contra ea quæ sunt inducta in fauorem publicum, sunt nulli, quia fauori publico nō potest renunciari, neque contra eum potest dari consuetudo, ideò quibuscumq. positis actibus quibus clerici sæculari potestati se subijciunt, nunquam inducetur consuetudo se subicijendi, iuxta notata cap. Si diligenti de foro Compe. & cap. Significasti eodem tit. & cap. contingit de sent. excomm. Felin. cit. cap. Si diligenti num. 17. Rota decis. 269. in fin. par. 2. recent. decis. 441. num. 8. Coram Sanctiss. Greg. XV. ergo neque secreto inducto in fauorem publicum in electionibus, vt rite, & sine fraude fiant poterit renunciari, neque de hoc poterit induci
46 consuetudo. 3. † Consuetudinem esse rationabilem remittitur iudicandum arbitrio prudentis viri Panor. c. fin. nu. 5. & Appostilator ibi de Consuet. dicens esse communem idem tenuit Glossa notab. in cap. 1. de Const. in 6. in verb. rationabilia Francus ibidem num. 18. quomodo autem debeat vir prudens iudicare audi Bald. l. non omnium in prin. ff. de legib. & in l. 1. §. initium num. 1. ff. de postul. & facit lex prospexit ff. qui & à quibus manumiss. lib. non fiant, & Tiraquel multa adhoc
47 allegantem de vtroque retractu nu. 75. † inquiunt enim consuetudinem illam esse rationabilem, vel iuri naturæ non repugnare quoties statuentes, vel obseruantes existimant illam esse bonam, & suis moribus conuenientem, licet aliquam contineat iniquitatem, quomodo autem vir prudens iudicabit esse hanc consuetudinem conuenientem statui eligentium, vel naturæ electionis cum adimat libertatem, ergo non est iuxta bonos mores.
48 Dico † ergo hanc electionem non posse sustineri, neque de iure communi, neque statutorum, neque de consuetudine: Quæ si allegatur est probanda, vt autem probetur debet etiam probari actus esse factos, vt consuetudinem fouerent, fuisse voluntarios, & cætera requisita ad illam. Dico tamen non posse induci, & supra probatum est.
49 Vnum hic in calce adnotabo † omnes electiones factas cum libero consensu esse validas in foro Conscentiæ etiamsi non sint seruatæ formæ à iure requisitæ. Innocentius dixit singulariter in cap. Cum in iure, & in cap. Quod sicut de elect. quem sequuntur communiter Doctores. Baldus in cap. Nihil est num. 9. de elect. Nauar. lib. 1. cons. 10. num. 2. de elect. in 2. æditione. Rota in Treuer. Abbatiæ, S. Maximi merc. 20. Nouemb. 1624. Coram R. P. D. Coccino, ex quo sequitur subditos tuto obedire superioribus ita electis si electiones fuerunt liberæ.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur factum.*
2 *Quæ sint elucidanda.*
3 *Quot sint soluenda pro solutione primæ difficultatis.*
4 *Sponsis de rato datur bimestre, vel ad deliberandum, vel ad ingrediendum religionem.*
5 *Intra istud bimestre coniux potest alteri licite denegare copulam, & debitum, eo autem lapso, non potest negare petenti, si tamen deneget peccat*

tur quidem attamen quoad vsque matrimonium non est consummatum, patet liber aditus ad Religionem.

6 *Quid si coniux, ab altero coniuge, petat tempus, illud ad deliberandum, & deneget debitum hoc tempore, eodem elapso, nisi reddat.*

7 *Non potest præsumi, adolescentem emisisse.*

8 *Professionem ob metum, † metus enim nunquam præsumitur.*

9 *Incutere metum est, delinquere, & delictum nunquam præsumitur.*

10 *Non tenet ista consequentia, metu adolescens ingressus est, religionem ergo etiam metu, professionem emisit.*

11 *De fide est, matrimonium ratum, & non consummatum dirimi subsequenti professione.*

12 *Non est præsumenda professio facta desiderio non captandi meliorem statum, quia actus præsumitur factus secundum suam naturam.*

13 *Quodlibet præsumitur fuisse actum omni, meliori, & efficaciori modo quo potest, Quod verum, est non solum quando actus vno modo factus valet, altero verò non; sed etiam verum est, quando actus quocunque modo fiat, valet.*

14 *Explicatur intentio, quam habere potest vouens, & traditur quando votum cum illis intentionibus valeat.*

15 *In votis, aliud est deliberatio, aliud propositum, aliud Promissio, & quid sint.*

16 *Quid sit promissio.*

Soluitur secunda dubitatio.

17 *Soluitur Tertia.*

18 *Additur quarta difficultas in eodem genere.*

19 *Promittens, & non habens intentionem voto, se obligandi, non adstringitur voto.*

20 *An metus reuerentialis impediat professionem*

21 *Metus reuerentialis non impedit matrimonium carnale, sed adhuc valet.*

22 *Expenditur cap. final. qui cleric. vel vouent matrimon. contr. poss.*

23 *Expenditur in cap. Puellæ 20. quæst. 1. non solum interuenisse imperium patris, sed etiam coactionem.*

24 *Quid dicendum quando vouens, nec voluit, nec noluit explicite statum religionis.*

25 *In Spontaneis nemo regulariter obligatur præter intentionem.*

26 *Colligendo dicta, soluitur difficultas.*

27 *Expenduntur illa verba, quasi volens, & nolens, & ex illis elicitur quando sit valida, vel inualida professio.*

28 *Optimum consilium in istis mentem profitentis magna diligentia explorare.*

29 *In foro fori, nullitas huius professionis difficile probabitur.*

30 *Expenditur id quod dicitur in facto iuuenem scilicet amasse ad animi deliquium, & traditur quod ex hoc colligi possit.*

31 *An iste iuuenis ita professus si in religione perseueret teneatur resarcire damna, quæ patitur puella, quæ propter oscula amplexus, & tactus difficilius nubit.*

32 *Quæ sint consideranda pro solutione, & expenditur animus iuuenis.*

33 *Quid si iuuenis habeat animum consumandi, sed per accidens impediatur.*

34 *Proponitur contra dicta obiectio eo quod per osculum remittatur sponsalitia largitas.*

35 *Soluitur prædicta obiectio.*

36 *Quid si iuuenis dum tangit, osculatur &c. habet intentionem ingrediendi religionem.*

37 *Oscula tactus, & amplexus sunt liciti sponsis de futuro. Non dicitur autem sponsus de futuro, qui non habet animum consumandi matrimonium.*

38 *Quid si adolescens, nec habeat animum consumandi matrimonium, nec religionem ingrediendi sed maneat anceps.*

39 *In dubio melior est conditio possidentis explicatur, quomodo ad præsens habeat verum.*

40 *Soluitur quædam obiectio.*

41 *An adolescens qui rem habuit cum sponsa sed intra vas semen non emisit debeat admitti ad religionem, & an teneatur damna compensare.*

42 *Quacumque seminis effusione extra vas non consumatur matrimonium.*

43 *Quacumque arte semen recipiatur intra vas, matrimonium consumatur.*

44 *An si vir penetret vas fœmina sponsa sed ibi non seminet matrimonium consumetur.*

45 *Resoluitur negatiue etiamsi fœmina seminet, & non vir.*

46 *Etiam seminante viro, & non fœmina multi censent non consumari; verius affirmatur.*

47 *An sponsus sponsam deflorans sit à religione arcendus.*

48 *Quid quoad damnum quod patitur sponsa resoluitur in vtroque casu.*

Matrimonio rato, emittitur professio, supponitur metus reuerentialis matris, & intercesserunt cum sponsa tactus, & oscula, an sit professio valida, & professus ad aliquid teneatur sponsæ.

LXXIII.

1 SVb his ipsissimis verbis factum proponitur. † Adolescens nobilis, orbatus patre contraxit matrimonium coram Parocho, & testibus cum adolescentula pariter nobili, nō consumauit tamen cum ipsa matrimonium, eius osculis, amplexibus, & tactibus impudicis contentus, donec certiorem faceret matrem de matrimonio contracto. Hic non vt statum meliorem eligeret, sed ob timorem reuerentialem, vt probabile est; & vt parentum precibus importunis sic satisfacere posset, religionem ingressus est, licet totus vxoris amore langue-sceret, vsque ad deliquium, & in ea tandem (non seruatis in multis de iure seruandis,) quasi volens,
2 & nolens professionem emisit. † Quæritur primò An eius professio sit valida; & 2. An iste teneatur perseuerando in religione satisfacere iniuriæ, & addere illud incrementum dotis sine quo ipsa nuberet, si supradictum sui corporis vsum ei negasset.

3 Pro solutione † primæ difficultatis. An professio sit valida videndum est primò quid dicendum ratione finis, quia supponitur professionem emissam esse non, vt statum meliorem eligeret. 2. Quid ratione metus reuerentialis materni, qui probabiliter intercessisse creditur. 3. Quid ratione deliberationis, cum adolescens supponatur, quasi volens, & nolens professionem fecisse, in quo etiam considerabitur animi deliquium ob vehementem amorem. Pro solutione vero secundæ difficultatis. An scilicet adolescens perseuerans in religione teneatur satisfacere iniuriæ; Videndum an sit illata

iniuria

iniuria, ex cuius dubij resolutione resultabit solutio propositi quæsiti. Pro quibus omnibus.

4 † Noto primò. In cap. ex publico de conuerſ. coniugatorum, sponsis de rato dari bimestre ad deliberandum ingressum religionis secundum aliquos; secundum alios autem ad emittendam professionem; & dato, quod concedatur ad emittendam professionem, an sit facienda intra illud bimestre non præmisso nouitiatus anno, vel an sit expectandum quod elabatur annus nouitiatus. An bimestre possit per iudicem prorogari, & quomodo sit computandum, vt sunt controuersa, nec ad præsens institutum conducentia satis erit innuisse exacte, & docte, vt sui moris est, esse tractata à Sanchez de

5 matr. lib. 2. disp. 24. † Vnum solum annotabo ex eodem Sanchez posse coniugem, etiam petenti debitum non reddere intra illud bimestre etiamsi non intendat ingredi religionem, quia licet hic, & nunc non intendat potest aliqua die illius bimestris intendere; eo tamen elapso non reddendo petenti qui non reddit peccat potest tamen semper ingredi religionem antequam consumet, licet peccauerit

6 non reddendo, quia infert iniuriam petenti. † Addo insuper, quod si alter coniux petierit tempus bimestre ab alio coniuge ad deliberandū eo elapso tenetur etiam non petenti se exhibere paratum ad consumandum, & nisi se exhibeat peccabit, quia est debitor morosus maxime si sit vir, quia tenetur ex mutua traditione corporum, & ex contractu inito illum perficere, cum ergo ipse petierit tempus sibi concessum à lege ad non consumandum, & consequenter ad infrangibile reddendum, elapso termino non consumando incipit inferre iniuriam mulieri, cui est acquisitum ius ad copulam, consumandam, & stabile reddentem matrimonium; cum ergo non offerat, facit iniuriam, & ideò peccat. Dices ex iure teneri tantum petendi reddere. Respondeo hoc verum esse de debito coniugali, vt est actus matrimonij iam alias consumati, quia non facit iniuriam, nisi negando petenti, vel implicite, vel explicite, non autem de copula perficiente, quia semper irrogatur iniuria mulieri elapso bimestre, quia semper remanet in periculo quod relinquatur, & sicut debitum quodcumque est reddendum elapso tempore statuto ad soluendum si creditor ille opus habeat, licet non petat, ita & debitum coniugale cum illo opus habeat vxor ad liberandum se à periculo in quo versatur, quod relinquatur, dies enim interpellat pro creditore. Quod si neuter coniux tempus ad deliberandum petierit, & neuter petat puto tunc neutrum peccare quin non tenentur nisi ad redditionem debiti, vt actus est matrimonij. Vterq. enim potest supponere alterum non petere, quia aliquo fine ducatur. Intellige tamen, nisi petat explicite, vel implicite, iuxta ea, quæ de hoc traduntur. In primo autem casu per bimestre fuit priuatus alter coniux iure petendi, petitione alterius coniugis postulantis tempus ad deliberandum, ideò illo elapso, quia incipit esse debitor morosus, tenetur offerre.

Noto Secundò, illam parentesim (Non seruatis de iure seruandis) esse valde prægnantem, & continere in se tam irritantia professionem, si non sint seruata, quam requisita ad bene esse, ideò considerandum, quæ illa sint quæ defuerunt, & secundum defectum, iuditium erit ferendum. Cum autem in facto nihil expositum, ideò neque ipse quidquam certi possum dicere.

7 Noto Tertiò, † Quod dicitur; probabile esse in hoc professione intercessisse metum reuerentialem, & præces importunas matris, non admitti à

8 Doctoribus. Primò † Quia metus nunquam præsumitur l. Metum C. quod metus caus. & tradunt communiter. Menochius de præsumpt. lib. 3.

9 præsumpt. 126. num. 1. & ratio est † quia metum incutere est delinquere, & delictum non presumitur l. merito ff. pro Socio rationem probarunt Innocent. in cap. causam matrimonij de off. de leg. & Alciatus in tract. de Præsumpt. reg. 3. præsumpt. 6. num. 1. quæ autem requirantur, vt præsumatur late docte, & exacte de more suo tradit Menoch. cit. præsumptione per totam. 2. & præcipuum est in casu nostro, quia Burgos de Paz non solum ait non præsumi sed insuper etiam probatum non sufficere, quia fœminæ minus timentur cum minus audaces sint, & imbecilliores, l. quisquis vers. ad filias C. ad l. Iuli. maiest. ibi. quas infirmitate sua minus ausuras confidimus, & videtur tenere Hippolitus cons. 124. num. 13. vbi dicit non præsumi metum si filia contrahat in præsentia matris sicut quando præsente patre. Sed dato, quod sufficiat, esset probandus, non vero præsumendus, & ideò in facto non bene exponitur credibile esse metum præcessisse; Sed erit probandus Ex sola enim potentia metus non præsumitur Abbas in cap. insinuaute in fin. Qui cleri. vel vouent.

10 Noto Quartò † Non licere inferre; metu ingressus est religionem; ergo etiam metu professionem emisit; sed probandus erit metus tempore professionis, quia ex communi Doctorum sententia metus purgatur, quomodo autem purgetur, videndus est Menochius lib. 3. præsumpt. 4. num. 24. qui licet actu non agat de metu reuerentiali; multa tamen habet quæ etiam ad hoc facere possunt.

Noto Quinto. Videri quid mirabile quod adolescens adeo ardentibus amoris facibus describatur agitatus, vt ad animi deliquium peruenerit, & tamen amato obiecto potuerit potiri, & abstinuerit, certe hoc sufficeret ad immutandum amoris simulacrum, vt non amplius cæcum; sed valde videns; non imprudens puer; sed valde sensatus homo, non præceps, sed valde fortis effingatur cum adolescens in tam commoda occasione potiendi sciuerit abstinere, donec expectarit matris assensum, & vix credibile videtur illum amorem qui adegit ad matrimonium ratum non coegisset ad consumandum. Hinc certe non leuis coniectura potest sumi quod facti pertæsus hanc prætenderit excusationem, ne vlterius progrederetur.

11 Noto vltimo, † esse de fide matrimonium ratum, & non consummatum dirimi subsequenti professione solemni; est definitum ab Eusebio Papa cap. desponsatam, 27. quæst. 2. à Gregorio cap. Decreta Legalia eadem causa, & quæst. à Ioanne 22. in eius extrau. Antiquæ, de voto. Ab Alexandro tertio cap. Ex publico, de conuerſ. coniug. & ab Innoc. 3. cap. ex parte tua eodem, & nouissime in Tridentino sess. 24. de Matr. Canon. 6. Si quis dixerit matrimonium ratum non consumatum per solemnem religionis professionem alterius coniugis non dirimi anathema sit. His ita prænotatis nunc venio ad solutionem propositarum difficultatum, & ad primam. An professio sit irrita ratione finis.

12 Dico primò debere † constare professionem non esse emissam desiderio captandi meliorem statum quia actus præsumitur factus secundum sui naturam l. quæro §. inter locatorem ff. locati, cum ergo de natura professionis sit quod fiat ad capescendum meliorem statum, hoc erit præsumendum, & si aliud adducetur erit probandum, deinde quilibet præ-

13 præsumitur fecisse † actum omni meliori, & effica-
ciori modo, quo fieri potest Bald. in cap. verisimile,
de præsumpt. & in cap. 1. de controu. int. masc. &
fæmi. Calcaneus cons. 11. colu. 3. Cranet. cons. 318.
num. 4. quod non solum verum est, quando actus
vno modo factus valet, & alio modo factus non va-
let, vt probat Menoch. lib. 6. præsumpt. 4. sed
etiam quando quocumque modo fiat semper valet,
adhuc actus est interpretandus factus, vt valeat
meliori, & efficaciori modo probant adducta, &
alia quæ habet Menoch. eodem lib. 6. præsumpt. 5.
per totam. Nisi ergo probetur professionem esse
emissam alio fine, neque præsumetur, quod si pro-
betur, tunc.

14 Dico secundò. † Qui professionem emisit, vel
habuit intentionem, & voluntatem non se obli-
gandi illi statui, vel voluit quidem se obligare sed
ductus reuerentiali metu materno. Vel mere nega-
tiue se habuit. Quoad primum membrum. Vel
habuit tantum propositum se obligandi, & non
promisit, aut etiam promisit, & habuit intentio-
nem promittendi sed non se obligandi, aut habuit
propositum promittendi, & se obligandi sed non
adimplendi, in his enim statibus potest concipi,
qui professionem emittit, pro quorum intelligen-
15 tia sciendum est. † Aliud esse in votis delibera-
tionem, aliud propositum, aliud promissionem,
deliberatio est iuditium seu actus rationis, quo
quis deliberat, & decernit, an expediat vouere,
debet autem qui deliberat ad vouendum præmedi-
tari passionem, qua impellitur, & finem, quo duci-
tur, & hoc conferendo id, de quo diliberat cum eius
opposito, nec ad hoc desideratur mora temporis,
sed potest fieri momento, nec deliberationem
tempore præcedere necesse est, sed solo ordine
naturæ. Propositum autem est actus voluntatis,
quo vouens apud se statuit; promittere ita San-
chez lib. 4. Summæ lib. 1. num. 2. & 3. & 18. Pro-
missio est deliberata vera, & spontanea datio fidei
16 de voto. † Differt autem nudum propositum à
promissione, quod illud procedit ex deliberatione
conuenientiæ solius rei faciendæ; hæc autem ex
deliberatione acceptandæ obligationis, sibique
illius imponendæ; idem Sanchez num. 19. Ex quo
colligitur solum propositum religionis assumpto
habitu religioso non inducere voti obligationem,
nisi sit promissione formatum D. Thom. 2. 2. quæst.
art. 1. & ibi Caietanus Abbas cap. litteraturam
num. 2. in fine de voto. Angelus verbo votum
num. 7. Siluester. verbo votum 1. quæst. 2. Sotus
de Instit. lib. 7. quæst. 1. à 2. Nauarru. in sum. cap.
12. num. 24. & 26. Couarru. de pactis par. 1. §. 3.
num. 12. & alij plures ex quo sequitur resoluta
prima difficultas. An habens tantum propositum
16 vouendi, si non promisit obligetur. † Ad secundum
quandò habuit propositum promittendi, sed non
se obligandi, dico, quod quando vouens habuit
veram intentionem promittendi, neque exclusit
expresse intentionem se obligandi, sed tamen neq;
expressam, neque implicitam habuit intentionem
se obligandi, non obligatur, hoc esset in casu
quo vouens existimaret votum non obligare, aut
ignorabat, quia vel de hoc numquam cogitauit, vel
numquam audiuit; ratio autem est, quia illa verba
re vera non possint importare obligationem, nisi
tamen ignorantia esset vincibilis, vel emisisset
votum animo se obligandi sicut, & cæteri obligan-
tur. Quando autem vouens conscius naturæ voti
habet animum promittendi, & positiue animum
non se obligandi, non conueniunt Doctores an

obligetur. Aliqui enim sentiunt obligari alij verò
negant. Sanchez de Matr. late disputare lib. 1.
disp. 9. & dixit non obligare, quod & iterum dicit
17 lib. 4. in Decalog. cap. 1. num. 27. † Ad tertiam
quando habuit intentionem promittendi, & se
obligandi sed non implendi Valentia 2. 2. disp. 6.
quæst. 6. art. 1. colu. sequ. tale votum esse fictitium
nec posse stare verum promittendi animum, & se
obligandi cum animo non exequendi, & deducit ex
D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 1. corpor. Sanchez
tamen cit. disp. 9. late probat contrarium explicat
D. Thom. & asserit à Doctoribus supponi, vt
18 certum. † Addam etiam 4. quando votum emit-
titur à conscio naturæ voti cum verò animò pro-
mittendi, obligare, licet quando votum emittit
naturæ voti non meminerit; quia virtute & impli-
cite voluit obligationem. Primò ergo quæsito
19 principali respondendo directe. † Dico quod si
promisit votum emittens, & habuit intentionem
non se obligandi expresse illi statui votum certe
non obligat quia cum votum sit priuata lex quam
sibi quisque imponit, non potest obligare plusquam
vouens intendat. Si verò habuit verum propositum
promittendi &c. dicito vt supra.

20 Ad secundum † an intendens se obligare quidem
religioni sed ductus reuerentiali materno metu, ve-
re obligetur voto. Dico vere obligari, quia timor
reuerentialis, vt talis est quicumque ille sit siue
patris siue alterius, & multo minus matris, non
annullat votum, & probo.

21 Primò † Quia non dirimit matrimonium carna-
le, vt late probat Sanchez de Matr. lib. 4. disp. 6.
num. 7. ergo, neque spirituale idest votum, &
professionem consequentia patet quia in vtroque
requiritur liber consensus. 2. Ex cap. fin. Qui
clerici, vel vouent contrah. poss. in quo deciditur
22 † Votum emissum præcepto regis seu parentum
non esse nullum, & talem metum esse leuem. Vbi
Glossa in verbo metu, quam Abbas dicit singula-
rem, & quam sequitur Antonius no. 6. & Præposit.
nu. 8. asserit solum imperium regis, vel parentum
non annullare. Quod si adderentur minæ aut ver-
bera, non esset amplius metus reuerentialis, &
eo casu esset loquendum, alio modo, secundum
qualitatem personarum, & accidentium conside-
randorum arbitrio prudentis viri, probatur. 3. Ex
cap. Puellæ 20. quæst. 1. ponderando illa verba
23 † coacta imperio paterno vbi pro annullatione
non solum ponderatur imperium paternum, sed
coactio, ergo illud non sufficit, sed hæc etiam
requiritur, ita tenet Sanchez de Matr. lib. 4. disp.
6. num. 18. cum Doctoribus quos secum ducit sol-
uendo quæ in contrarium sunt adducta quæ quia
non valde vrgent, solutaque sunt ab eodem Doctore
à me non tangentur.

24 Ad illud verò, † quando videlicet negatiue se
habuit, idest finem non intendit; quia in professione
nec voluit, nec noluit statum religionis. Licet ex
iam dictis satis responsum sit iterum tamen dico si
erat conscius virtutis voti, licet nõ aduerterit tunc
quando professionem emittebat ad obligationem
quam contrahebat, ad illam tamen virtualiter
remanet obligatus, quod si nesciebat, nec intendit
se obligare, vt cæteri se obligant vouendo, vtiq;
25 non obligatur, † quia nemo obligatur in sponta-
neis præter intentionem, vel vltra quam intendat.

26 Colligendo † ergo quæ dicta sunt breuiter res-
pondeo ad id quod dicitur de fine. Vel adolescens
profitendo intendebat implicite, vel explicite
eligere illum statum, vel non si intendebat vere

remanet

remanet obligatus licet hoc fecerit ductus reuerentiali metu matris, vel non intendit explicite, vel implicite illum ſtatum aſſumere, & non remanet obligatus iuxta latius ſuperius dicta. Ex quibus etiam ſatis patet reuerentialē metum non ſufficere ad annullandam profeſſionem, & ita ſolutum eſt etiam ſecundum dubium.

27 Ad 3. † Cum adoleſcens ſupponatur quaſi volens, & nolens in emiſſione profeſſionis; quid dicendum ratione deliberationis, licet vix fieri poſſe credam, quod integro anno permanſerit in nouitiatu & non deliberauerit, quid ſibi eſſet agendum, attamen quia inſeritur iſta clauſula, quaſi volens, & nolens, ideò illam expendam. Vel ergo per illa verba, volens, & nolens, innuitur, quod adoleſcens vellet quidem religionem, vt matri morem gereret, illam tamen non vult, quia amore captus puellæ illi ſtatui non vult ſe obligare, & hoc caſu puto certum, non eſſe profeſſum, quia vere non vouit; vel illa verba nolens, & volens ſignificant, quod nollet quidem diſplicere matri, & ſponſæ, quia illam reueretur, & iſtam amat, attamen vult ſtatum religionis, & hoc caſu puto item certum, eſſe profeſſum, quia vere votum emittit. Vel illud volens, & nolens demonſtrat quod nollet quidem religionem ne ſponſæ diſpliceret, illam tamen vult, vt matri morem gerat, & hoc item caſu puto certum eſſe profeſſum quia vere vouit religionem, nec timor reuerentialis talis eſt, vt poſſit profeſſionem reddere nullam.

28 † Tandem concludo ſanum conſilium futurum interrogare iuuenem, qua mente profeſſus ſit, ſique animo ſe obligandi deperiatur vouiſſe, puto nullo modo eſſe abſoluendum ſi verò fateatur ſe noluiſſe illum ſtatum puto, in foro conſcientiæ non eſſe profeſſum.

29 † In foro tamen fori difficile eximetur ab obligatione, quia cauſas nullitatis difficile probabit.

30 Quod † enim amauerit vſque ad animi deliquium facile tollitur lapſu temporis integri anni. Abſentia enim omne licet maximum amoris vulnus ſanat, maxime in religione, in qua magnis, & validis remedijs huiuſmodi vulnera maxime in nouitiatu curantur. Præterea hoc non eſſet conſiderandum ſi iuuenis aſſerat ſe vere votum emiſiſſe. Quia votum non poteſt procedere ex illo vehementi amore, eſſet fortaſſe conſiderandus ille amor cum in foro fori quæreretur de validitate profeſſionis, & aſſereret ſe non emiſiſſe profeſſionem iuuenis ille, poſſet enim tunc facere aliquam præſumptionem, vt illi crederetur, ſed de hoc quia non quæritur nihil amplius dico.

Tandem illud volens, & nolens poſſet menti noſtræ obijcere indifferentiam ad vouendum, vel non vouendum, ita vt adoleſcens ille acceſſerit ad vota emittenda nundum determinatus, an vellet illa emittere, & in hac indifferentia voueat, ideſt emittat quidem ore illa verba votorum, & profeſſionis emittendorum ritui præſcripta, animo tamen illa non probaret, & in hoc caſu puto certum non eſſe profeſſum, quia ad obligationem inducendam requiritur animus determinatus, caſum tamen puto difficilem, & quaſi impoſſibilem, non enim video quomodo adoleſcens toto integro anno in re tanti momenti ſub cura, & magiſterio virorum peritorum, & in hoc valde ſolertium poſſit accedere indeterminato animo ad profeſſionem emittendam. Certe in foro fori valde torquebitur in hoc probando, pro elucidatione tamen iſtius indifferentiæ ſi daretur multum poſſunt conferre ſuperius tradita, dum ageremus de profitente, & non aduertente ad quę ſe obligaret &c. Pendebit tamen ſolutio iſtius difficultatis ex diligenti exploratione animi, & voluntatis illius adoleſcentis.

31 Nunc † veniens ad ſolutionem vltimę difficultatis. An ſcilicet adoleſcens ſi in religione perſeuerat teneatur compenſare damnum quod paſſa eſt puella quæ non poteſt nubere eodem modo ac nupſiſſet ſi
32 tactus illos non fuiſſet paſſa. † Pro ſolutione conſidero iuuenem, vel contentum ſolis tactibus oſculis, & cæteris huiuſmodi actibus; vel præterea etiam rem habuiſſe cum puella ſed intra vas non ſeminaſſe. Deinde conſidero iuuenem, ſolis oſculis, & tactibus contentum dum oſculis, & tactibus frueretur, vel habuiſſe animum ingrediendi religionem, vel non habuiſſe animum ingrediendi. Vel habuiſſe animum matrimonium conſumandi, His poſitis.

33 Dico † ſi iuuenis oſculis, & tactibus fruens tunc habebat intentionem conſumandi matrimonium ad nihil tenetur. Quia nullam infert iniuriam ſponſæ, & vtitur iure ſuo oſcula enim, & tactus inter coniuges de futuro licent, & illis permiſſa ſunt, dum ergo vtitur iure ſuo puellæ nullam infert iniuriam. Nec ipſa iuditio prudentum hoc caſu nullum paſſa eſt damnum, quia non ideò eſt reputanda, vel minus honeſta, vel minus morigerata, vt in ſimili capcudunt Doctores, cum ergo nulla inferatur iniuria nec rationabile damnum paſſa ſit ſequitur quod iuuenis ad nullam teneatur compenſationem.

34 Dices † ex probabili ſententia Doctorum quam alibi ſequti ſumus amittit ſponſus per oſcula dimidium ſponſalitiæ largitatis per oſcula, ergo etiam in hoc caſu cum eadem oſcula ſit paſſa ob idem damnum quod patitur erit facienda compenſatio. Reſpondeo primo ſponſalitiam largitatem rerum amitti quia eſt data ſub illa conditione, vt per oſculum dimidia amittatur ob ruborem, & hoc verum eſt etiamſi ſponſus deinde religionem ingrediatur, cum enim vere ſit data ſub iſta conditione, ſequitur, quod adimpleta conditione debeat eſſe illius, cui eſt data, ac in caſu noſtro alia eſt ratio, nihil enim eſt donatū ſub conditione, ſed quæritur an teneatur dare, quia damnum patitur, & iniuria ſit paſſa puella, cum ergo nullum iſtorum interueniat, ſequitur etiam, quod non adſit obligatio compenſationis.

35 Reſp. 2. † Sponſalitiam largitatem non dari ob damnum, vel iniuriam quia talis ſit ex ſui natura ſed quia ita eſt conuentum, & in lege diſpoſitum, patet ex doctrina communiter recepta, apud Sanchez de Matr. lib. 6. diſp. 18. numer. 8. qua aſſeritur ſponſalitiæ largitatis medietatē per ſolum oſculum acquiri non autem per amplexus, quia de oſculo ſolo loquuntur leges quod ſi eſſet ratione damni deberet amitti medietas illa etiam per amplexus.

36 † Quod ſi iuuenis oſculis, & amplexibus fruens habeat animum ingrediendi religionem tunc dico teneri compenſare iuditio prudentis viri damnū,
37 quod patitur puella, quia † tactus, & oſcula ſunt licita tantum ſponſis de futuro, & habent ius illis fruendi illi tantum cum ergo iſte non ſit ſponſus de futuro non habet ius iſtis fruendi, & iniuriam infert puellæ cum illa vtatur in caſu non licito, & fraudolenter ideò tenetur damnum compenſare.

38 Vltimo † ſi nec habebat animum ingrediendi religionem, nec conſumandi matrimonium, ſed anceps permanebat. Dico debuiſſe omninò iuuenem ab illis actibus abſtinere, & in illo dubio tales actus exercentem peccaſſe, & iniuriam intuliſſe

quia non habebat ius ad illa quod magis explicatur
39 objiciendo. † In dubio melior est conditio possidentis suam libertatem, cum ergo iste sit sponsus de futuro, & sponsis de futuro liceant ista sequitur etiam quod iste in dubio non debeat spoliari sua libertate, & ideò poterit in tali dubio vti osculis amplexibus licitis sponsis.

40 Respondeo. † Quod iste iuuenis non potest dici sponsus de futuro, quia non est determinatus consummare matrimonium ideò neque est in possessione fruendi osculis tactibus &c. quę permittuntur ratione subsequturi matrimonij, & quia puella quodammodo incipit esse viri, & vir puellæ ratione promissionis factæ de futuro matrimonio; debet ergo sponsus esse determinatus ad consummandũ matrimonium, vt habeat ius ad ista, & illud axioma tunc habet verum, quando sponsus vere determinatus matrimonium consummare dubitat rationabiliter an aliqua sibi liceant, tunc enim in dubio melior est conditio possidentis libertatem, debet ergo prius possidere libertatem, quam non potest possidere, nisi sit determinatus matrimonium consumare,

41 Ad aliud dubium † Ad quid videlicet teneatur iuuenis si præter oscula, & amplexus rem etiam habuerit cum puella; sed in vase non seminauerit, dico posse duo hic expendi, an post talem actum professio sit valida, & an teneatur ad damna compensanda quæ patitur puella, & ad primum omnes
42 conueniunt † quacumque seminis effusione extra vas non consumari matrimonium, & aperte colli-
43 gitur ex cap. Extraordinaria 35. quæst. 3. † Conueniunt pariter omnes matrimonium consumari quacumque arte semen recipiatur intra vas, quia semper est sufficiens generationi, & sponsi fiunt vna caro.

44 † Dubiæ quæstionis est an matrimonium consumetur si sponsus vas fœminæ penetret sed ibi semen non effundat. Sed probabilior sententia est non consumari vtramque sententiam vide apud Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 21. num. 4. & 5. vbi negatiuam quam etiam nos sequimur dicit esse
45 magis veram, † quod verum est etiamsi fœmina seminauerit, sed non vir.

46 An † autem seminante viro, & non muliere matrimonium dicatur consummatum; affirmatiua habetur verior, & probabilior, negatiuam tamen reputat non improbabilem Sanchez quia contraria nititur fundamento satis dubio, an scilicet semen fœminæ necessarium sit ad generationem, Doctores, & rationes pro vtraque sententia ipse adfert, & soluit sibi contraria hæc dicta sunt in genere.

47 † An autem deflorans virginem sit arcendus à religione ita, vt si deflorata sponsa accedat ad religionem, vt ad eam admittatur asserens non seminasse intra vas, sit arcendus asserunt multi esse arcendũ si tamen professionem emittat tale vinculum matrimonij professione dissolui. Audiui tamen à viro eruditissimo extare quandam Sacræ Congregationis declarationem super hoc qua decernitur talem nullo modo esse admittendum, & professionem taliter admissi esse nullam. De qua tamen mihi nullo modo constat nisi de hoc auditu ideò interim donec aliud à Sanctiss. Papa, vel à Sacra Congregatione super hoc decernatur Dico cum Sanchez loc. citat. num. 7. Aut dolo hoc egit sponsus aut egit sine dolo, si egit cum dolo, idest sponsam deflorauit, sed non seminauit quia habebat animum ingrediendi non potest ingredi religionem, quia neque posset si solam fidem dedisset de matrimonio. Si verò sine dolo, vt quia incepit animo consumandi, sed ob impotentiam non valuit, vel quia aliquis superuenit, & rubore aut verecundia destitit, vel Spiritu Sancto inspirante religionem decreuit, tunc poterit ingredi. In vtroque tamen casu si professio emittatur puto fore validam.

48 † Quoad damnum verò puto in priori casu teneri compensare quæ passa est sponsa non verò in secundo, quia in primo infert damnum cum iniuria, in secundo vtitur iure suo, & eligit statum sibi permissum vide Sanchez loco citato per totam disputationem.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur factum.*
2 *Quæ sint soluenda.*
3 *Testamentum nuncupatiuum non requirit scripturam, & fit sine solemnitate verborum.*
4 *Clausula, Actum &c. denotat perfectum, & consumatum.*
5 *Operatur lecturam coram partibus de quibus in instrumento, & testibus.*
6 *Et hoc quando scriptura est reperta inter alias matrices protocolla, & filcias demonstrante notario se illam habere pro perfecta, & stipulata.*
7 *Includit effectum signi rogitus, & subscriptionis.*
8 *Si in sriptura legatur hæc clausula, & agatur de ea leuanda in authenticam formam debet iudex mandare etiamsi absit signum, & subscriptio notarij.*
9 *Quando tamen huiusmodi scripturæ sunt reperta in protocollis, & inter alias rogationes.*
10 *Vel in fasciculis vbi asseruantur alia instrumenta*
11 *Vel in fileijs secundum cõsuetudinem regionis, &*
12 *in fine testamenti denotat esse perfectum quando fuit lectum coram testatore, & non contradixit, estque perfectum voluntate testatoris.*
13 *Ista clausula deficiente instrumentum dicitur imperfectum.*
14 *De iure antiquo an natiuitate posthumi rumperetur testamentum.*
15 *Quid de iure nouo.*
16 *Quid in præteritione matris, & quid in præteritione patris.*
17 *Donatio inter viuos cum voluntati duorum nitatur est fortior quam legatum, & fideicommissũ quod pendet ex sola voluntate testatoris.*
18 *Donatio inter viuos natiuitate posthumi tanquã inofficiosa reuocatur.*
19 *Beneficio Auth. ex causa legata ad pias causas non sustinentur quando filius est præteritus ignoranter.*
20 *Neque sustinetur testamentum etsi filius ignorante patre præteritus ratum haberet quia deficit substantia idest patris voluntas.*
21 *Et hoc maxime si extraneus sit institutus.*
22 *Quid si nato posthumo pater diu superuixit nec mutauit testamentum cum posset.*
23 *Sustinentur tamen legata facta ex necessitate, vt pro restitutione, vsurarum exoneratione suæ conscientiæ, & similium casuum.*
24 *Clausula codicillaris conseruat institutiones hæredum in vim fideicommissi ab intestato.*
25 *Quod maxime verum est quando adijcitur per verba futuri temporis, vt si non valebit iure testamenti valeat &c. hoc enim casu filius præteritus censetur rogatus restituere.*
26 *Quomodocumque testamentum rumpatur siue ratione solemnitatis siue exhæredationis, siue præ-*

præteritionis filij in potestate constituti clausula codicillaris semper habet vim fideicommissi vniuersalis.

27 *Quid dicendum de hac clausula in casu natiuitatis posthumi? Variant Doctores.*

28 *Bartol. asserit quod si pater cognouit mulierem esse pregnantem, & ita disposuit clausulam dictam præiudicare, si verò ignorauit, nihil operari.*

29 *Bald. vult indistinctè operari.*

30 *Bartoli sententia est æquior, & etiam iuri conformis ideò sequenda.*

31 *Nunc dicta clausula apponitur potius ex consuetudine notariorum, quam ex sententia testatorum qui ignorant eius vim, & efficaciam.*

32 *Nimis durum ex clausula non intellecta excludi filium ab hereditate patris.*

33 *Nostra sententia dicitur veritas ipsa à Molinæo.*

34 *Testamentum potest rumpi etiam ex alia causa quam natiuitate posthumi.*

35 *Clausula ista ostendit vnicam voluntatem testatoris super ijs de quibus testator tempore testamenti cogitauit, non autem de ignotis.*

36 *Nihil operatur vbi est defectus voluntatis.*

37 *Voluntas est actio intellectus cognoscentis.*

38 *Limitatur dictum nostrum ab aliquibus in casu quo pater superuiuat, & non mutet.*

39 *Alij aliter, & rectius sentiunt.*

40 *Verba à testatore prolata significant dissensum.*

41 *Testamentum solemne non tollitur per minus solemne.*

42 *Legata reuocantur per quæcumque verba inferentia reuocationem.*

43 *Satis est comprobari voluntatem reuocantis legata duobus testibus fide dignis.*

44 *In foro conscientiæ standum est vltimæ voluntati sani, vel infirmi verbis aut scriptis manifestatæ etiamsi aliter per solemne testamentum fuisset dispositum.*

Qui legatum condidit, dixit se velle reuocare non tamen reuocauit, & mortuus est.

L X X I V.

1 Titius † condit testamentum, in quo institutis hæredibus filijs suis extantibus legat Ecclesię Sancti Victoris octingentos aureos nummos. Conualescit ex infirmitate Titius, & post conditum testamentum nascitur ei filius post cuius natiuitatem sępissime dixit Titius se nolle conditum testamentum valere quia in eo multa disposuit non disponenda, & legauit quæ facti pænitens nolebat executioni demandari, & ideò se velle omninò reuocare, & hoc dixit coram fide dignis à quibus iuridice deponitur. Inspetata tamen morte de medio sublatus nempè ferri violentia testamentum non reuocauit. Nunc Ecclesia producit testamentum, & petit legatum. Testamentum tamen non est in authenticam formam redactum. Adsunt quidem nomina secundorum notariorum, & testiũ, at non adest rogitus notarij estque exceptum in quadam carta, in qua leguntur & alia testamenta, ideò quæsitum est an legatum sit soluendum.

2 † Pro solutione tria puto esse consideranda. Primò An exhibita carta sit pro testamento habenda. Secundò An agnatione posthumi, vel filij nati post testamentum patris, testamentum rumpatur, & an legata valeant in eo testamento condita. Tertiò An voluntas patris modo dicto explicata, à patre, & à testibus fide dignis notificata sufficiat ad annullandum testamentum, & legatum. An verò sit sustinendum. Quod primum considerandum.

Dico ex hoc capite testamentum esse sustinendũ.
3 † Cum enim sit testamentum nuncupatiuum sine
solemnitate verborum, & sine scriptura sufficit,
quod per testes probetur, quod non requiratur
scriptura in testamento nuncupatiuo, sed satis sit
probari per testes est communis conclusio argumento l. contrahitur de pignorib. Imo cum in hac
4 scriptura adsit † clausula Actum &c. reputatur perfecta consumata, & publicata, Bald. in Auth. quod
sine C. de testib. Alex. cons. 14. num. 19. vol. 6.
Paris. cons. 27. num. 15. vol. 2. Surdus cons. 185.
nu. 4. & num. 2. dicit esse verum quando est apposita in fine non in princip. Tusch. litt. C. conclus.
5 302. num. 21. † vbi habet quod operatur lecturam
coram partibus, & testibus Farinacius decis. 714.
6 num. 1. par. 1. recent. † intelligit concurrente alia
coniectura quando vid: licet notarius hanc scripturam habuerit pro perfecta, & stipulata, & ideò
illam reposuerit inter alias matrices, protocolla
aut filcias, Rota decis. 628. num. 3. inter impressas
7 per eundem Farin. p. 2. recent. † Vbi etiam fuit
dictum includere effectum signi rogitus, & sub-
8 scriptionis, nam † quando agitur de leuanda scriptura in authenticam formam, si in ea legatur hæc
clausula Actum &c. debet iudex mandare, vt redigatur in authenticam formam etiamsi signum, &
subscriptio deficiant Menoch. cons. 47. num. 16.
Neniza. cons. 26 nu. 42. Curtius iunior. cons. 162.
num. 1. Castrens. l. contractus num. 5. C. de fideic.
9 instit. † qui loquuntur de scripturis repertis in protocollis, vel inter rogationes notarij demortui.
Gramat. decis. 106. num. 15. & 16. loquitur de
10 † scripturis repertis in fasciculis vbi asseruantur
11 reliqua instrumenta, Seraph. decis. 902. num. † 5.
affirmat de filcijs secundum consuetudinem regionis Menochius de arbitrarij casu 187. numer. 24.
12 † In fine testamenti denotat perfectionem ipsius
quando fuit lectum coram testatore, & non contradixit Burs. cons. 15. num. 11. volu. 1. Honded.
cons. 33. numer. 46. volu. 1. & ita importat esse
perfectum voluntate testatoris l. fi. C. famil. hercisc. vbi Glossa Tuscus litt. C. conclus. 302. num. 20.
13 † Ista verò clausula deficiente in instrumento dicitur imperfectum quia non constat notarium fuisse rogatum à partibus, & proinde deficit stipulatio
Seraph. decis. 949. nu. 7. Ex hoc capite ergo esset
sustinendum adest scriptura in authenticam formam redigenda, & testes deponentes de omnibus
contentis in testamento ideo erit ex hac parte
sustinendum.

Quod verò ad secundam difficultatem an natiuitate posthumi rumpatur intelligo filij post condi-
14 tum testamentum nati. † De iure antiquo indubitatum erat natiuitate posthumi rumpi testamentum in totum Instit. de Exhæred. liber. §. Postumi.
15 † Cæterum nunc est distinguendum aut filius est
præteritus sciente patre filium existere, vel patre
ignorante. Si filius sit præteritus patre sciente
rumpitur tantum quoad institutionem hæredis,
& in illo solo vitiatur, cætera verò in testamento
relicta subsistunt, & firma remanent, vt puta legata, & fideicommissa, & ab hæredibus ab intestato
venientibus soluenda sunt per text. in Auth. vt
cum de appellat. §. illud & in Authent. ex causa C.
de liber. præter. vbi est sedes ordinaria, & ibi communiter Doctor. & in l. filio præterito ff. de iniust.

rupt.

rupt. test. Glossa not. in l. ob quam C. de fideicommissi in verbo traditur. Paris. cons. 60. num. 8.
16 cum sequ. & num. 19. cum sequ. volum. 2. † quod procedit, tam in præteritione matris, de qua nullum est dubium, quam etiam in præteritione patris, & tam procedit in filio in potestate patris constituto, quam emancipato. Doctor. in d. l. filio præterito, & d. Auth. ex causa, & hanc ibi Iason num. 1. dicit communem num. 7. Iulius Clarus §. Testamentum quæst. 52. num. 1. Si verò filius sit præteritus ignorante patre, vt puta si testator pro certo haberet filium è viuis excessisse vel de posthumo non cogitauit, secundum Bartoli opinionem, quæ & æquior, & magis communi, dicitur, in d. Auth. ex Causa, & d. l. filio præterito,
17 rumpitur in totum & ratio est. † Quia donatio inter viuos, est fortior cum voluntati duorum nitatur text. in l. 1. ff. de donat. & l. 1. C. de pactis, quam legatum, & fideicommissum, quod ex sola testatoris voluntate pendet text. in l. Cum virum C. de fideicom. & l. penult. ff. de hæred. instit.
18 cum similibus; † sed donatio inter viuos natiuitate liberorum tanquã inofficiosa reuocatur text. in l. Si vnquam C. de reuocand. donat. ergo multo magis legatum, & fideicommissum reuocari debet, Bald. sequuntur Castrens. Alex. & Iason in d. Auth. ex causa num. 4. Alex. cons. 41. num. 6. volu. 1.
19 Bartol. in l. 1. nu. 58. C. de Sacros. Eccles. † tenet quod etiam legata ad pias causas nõ valeant neque sustineantur beneficio dictæ Auth. ex causa quando
20 filius est preteritus ignoranter. † Imò etiamsi filius ignoranter præteritus firmaret, vel ratum haberet testamentum patris, nec dum tamen subsisteret, quia deficit substantia idest voluntas patris testatoris ita singulariter Bald. in l. Si cum vel in vtero num. 10. C. de test. milit. & in l. Sicut certi C. eodem Iason ibidem num. 2. Castrens. num. 7. Alexand. num. 3. Gaill. lib. 2. obser. 113. num. 3.
21 dicit esse notatu dignum. † & subdit maxime procedere, si extraneus sit institutus, quia tali casu testamentum non solum est nullum defectu præteritionis sed etiam voluntatis defuncti, qui si cognouisset se habere filium certe extraneum non
22 instituisset, & in casu nostro † quando pater diu vixit iam nato posthumo nec voluntatem priorem mutauit ita, vt videatur voluisse mori in illa voluntate, & dispositione adhuc tamen non sustineantur sed omnia corruant singulariter tenet Iason. d. Auth. ex causa num. 5. C. de lib. preter. & allegat. Fanc. Aret. in cons. 94. & facit text. in l. filio §. Seia ff. de adim. legat. & text. in l. filius familias ff. de test. milit.

23 Quæ vera sunt † in legatis factis ex libertate testatoris non autem in factis ex necessitate, vt si legatum esset factum pro restitutione inique ablatorum, & exoneratione suæ conscientiæ quia talia legata valent etiam in casu de quo agimus verosimile est enim patrem ea legata esse facturũ etiamsi sciuisset se filium habere, & animam suam magis quam filium dilexisset ita egregie Bald. in d. l. filio præterito nu. 2. cætera ad hoc vide apud Gaill. loc. citato.

Dices cum in testamento adsit clausula codicil-
24 laris saltem virtute illius sustinebitur. † Nam clausula ista codicillaris ex communi Doctorum sententia conseruat institutiones hæredum in vim fideicommissi ab intestato, ita vt hæredes scripti virtute illius clausulæ per indirectum consequantur bona hæreditaria quæ non possunt consequi directo ob nullitatem testamenti, quod præcipue verum est
25 in hoc testamento in quo † ista clausula est adiecta per verba futuri temporis, videlicet si hoc meum testamentum non valebit iure testamenti valeat saltem iure codicilli, quo casu filius præteritus, vel exhæredatus censetur ab intestato rogatus restituere hæreditatem in vim fideicommissi vniuersalis hæredibus scriptis, per text. l. generaliter §. Ex testamento ff. de fideicom. lib. Bartol. in Auth. Ex causa nu. 22. C. de lib. præter. Alexan. ibidem num. 13. Iason num. 22. cum seq. Glossa, & Docto. in l. Ex ea §. Ex his verbis ff. de test. & alij plures apud Gaill. lib. 2. obser. 114. & Iason. loco citat. ait
26 † quod quomodocumque testamentum fiat irritum siue ratione solemnitatis omissæ siue ratione exhæredationis, vel præteritionis filij in potestate constituti clausula codicillaris semper habeat vim fideicommissi vniuersalis ita, vt filius ab intestato teneatur restituere hæreditatem hæredibus scriptis retenta trebellianica per text. in d. l. generaliter §. ex testamento, & de ista conclusione nullum est
27 dubium. Respondeo. † Aliud esse dicendum in testamento natiuitate posthumi rupto; hoc enim casu solemniter variant, Doctores, & Romanus cons. 181. asserit quot capita tot esse sententias Iason. in Auth. Ex causa num. 24. C. de lib. præter asserit esse altam, & profundam quæstionẽ. Bartolus in l. filio præterito num. 2. de iust. rept. fact. test.
28 in l. 1. num. 10. ff. de iure Codicill. † distinguit inter ignorantiam, vt scientiam testatoris. Si testator cognouit mulierem pregnantem, & ita disposuit vult dictam clausulam habere dictum effectum, & de hoc nulla est controuersia inter Doctores, vel ignorauit, & subdit nihil operari nec posthumo præiudicare, sed contra Bart. videtur
29 † magis communis opinio quod dicta clausula indistincte habeat prædictum effectum, sine discrimine scientiæ, vel ignorantiæ maxime si sit adiecta per verba futuri temporis quia per illa verba videtur testator saltem in genere cogitasse de posthumo quod sufficit, vt tenuit Bald. in l. fin. num. 2. C. de Codic. Salicet. ibi num. 8. Alex. Auth. Ex causa citata num. 14. in fin. & alij aliter. Quid à
30 nobis dicendum est? † Bartoli opinio est sequenda, vt pote magis æquitatis consentanea, & etiam iuri conformis. Quia hisce nostris temporibus hæc
31 clausula testamẽtis apponitur † potius ex quadam notariorum consuetudine quam quod sciant nec ipsi nec testatores quid possit operari Bart. in d. l. 1. nu. 10. ff. de iure Codic. Alex. cons. 52. nu. 28. vol. 4. Socinus Senior cons. 250. num. 8. volu. 2.
32 † Ex quo fit quod sit nimis durum excludere filium à paterna hæreditate ex clausula non intellecta, & posthumus præteritus sola legitima accepta à reliqua hereditate paterna remaneat exclusus, maxime si sit institutus extraneus nisi constet de expressa voluntate testatoris, & hanc Bart. opinionem Molinæus ad Alex. cons. 28. vol. 1. testatur esse
33 communem, & ad eiusdem Alex. cons. 30. † dicit hanc opinionem esse veritatem, & certe non videtur æquum generalem, vagam, & incertam cogitationem quæ ex adiectione clausulæ istius codicillaris, habetur extendi ad ea, quæ quis verosimiliter non statuisset; sicuti equitati videtur consentaneum si de liberis ex verbis testatoris, & alijs circunstantijs appareat in spetie, & expresse testatorem cogitasse, quod tenet, & ipse Alex. cons. 41. nu. 6. vol. 1. Bal. in l. si totas C. de inoff. donat. & l. fin. C. de Codic. Angel. in l. qui iure num. 1. ff. de milit. test. Francis. Aretin. cons. 114. & idem consil. vlt. dicit argumentum illud quod virtute

clausulæ

clausulæ codicillaris per verba futuri temporis
adiectæ censeatur saltem in genere de liberis, & sic
34 de posthumo cogitasse, esse falsum † quia testa-
mentum etiam ex alia causa quam posthumi nati-
uitate potest rumpi, vt pote si hæres moriatur viuo
testatore, vel testatore mortuo hæres nolit adire
hæreditatem, vel illius sit factus incapax per text.
in l. vnica §. in nouissimo C. de Caduc. toll. & §. In
posteriore. Instit. quibus mod. testa. infit. Consi-
deret ergo vnusquisq. conscientiam suam secundum
rationem naturalem, & videat an verosimile sit
patrem interrogatum an extraneum filio velit
præferri, esse responsurum, velle, ita Fran. Aret.
35 cons. 113. refert Iason. in d. Auth. ex causa † Ope-
ratur ergo illa clausula, & ostendit enixam testato-
tis voluntatem super ijs de quibus tempore testa-
menti cogitauit testator non autem super ignotis
Decius cons. 394. nu. 9. clausula enim codicillaris
tendit ad conseruationem voluntatis testatoris
36 Bald. in l. fin. num. 13. C. de Codicill. † Nihil
autem operatur vbi est defectus voluntatis Decius
37 d. cons. 394. † Cum ergo voluntas sit actio intel-
lectus cognoscentis, quomodo potest velle qui
ignorat text. not. in l. labeo §. idem Tubero ff. de
suppell. leg. & in l. mater §. Cæterum ff. de inoff.
38 test. Neque † obstat quod dicta limitentur si pater
nato posthumo diu superuiuat, & testamentum
iam factum non mutet enim commode possit, quo
casu asseritur voluisse testatorem decedere cum illa
voluntate, & in illa dispositione, & ideò virtute
clausulæ codicillaris voluisse grauare hæredem
posthumum fideicommisso vniuersali, per text. not.
in l. tractabitur ff. de milit. Glossa ibi in verb. nihil
39 noui. † Quia Iulius Clarus §. testamentum, quæst.
42. num. 2. contrarium tenet, & probat ratio in
simili supra tradita videlicet quod donatio quæ est
fortius vinculum rumpatur. Præterea actus ab
initio irritus, vt validetur requirit nouum consen-
sum, & impedimenti ablationem, Sanchez in
Decalog. lib. 7. cap. 8. num. 59. sed dato & non
concesso quod hoc esset verum esset tantum ex
præsumpta testatoris voluntate, quod cessat in casu
nostro, vt patebit ex solutione. Tertiò difficultatis
ad quam accedens.

40 Dico per verba † à testatore prolata, & à fide
dignis testata tolli omnem consensum, etiam
præsumptum asserit enim se nolle valere legata, &
velle nouum condere testamentum in quo sunt duo
consideranda, vnum certum nempè se nolle legata
valere, cuius etiam reddit rationem, quia facta
animo perturbato, & tempore pestis, alterum non
determinatum idest se velle condere nouum testa-
mentum, quod postea determinatè non fecit, &
licet ex hoc dicto non sequatur reuocatio testa-
41 menti, cum † testamentum solemne non tollatur
nisi alio solemni non verò minus solemni, vt leg.
42 Sancimus C. de test. † tolluntur tamen legata ad
quorum reuocationem nulla requiritur solemnitas,
sed adimuntur per quæcunque verba reuocatio-
nem inferentia Inst. de adempt. legat. & translat.
43 & satis est voluntatem † nudis verbis sine scriptura,
sed duobus testibus fide dignis comprobari, l. Si
hæc test. de leg. 3. l. fideicom. C. de fal. Iason.
44 Instit. loco citato. † & in foro Conscientiæ standū
est vltimæ voluntati sani, vel infirmi, siue verbis,
siue scriptis manifestatæ etiamsi aliter per solemne
testamentum fuisset dispositum. Sanctus Anton. 3.
par. tit. 10. cap. 3. §. 14. Siluest. Testamentum
primò quæst. 5. nu. 4. & alij, & etiam in ambiguis
est recurrendū ad mentem testatoris etiamsi fuerit
contra causam fauorabilem, l. In ambiguo. De
rebus dubijs.

Ex quibus colligitur legatum de quo in principio
non deberi.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur casus.*
2 *Quoddam notandum pro solutione.*
3 *Hic contractus est licitus, & ideò mercatores qui illum inierunt non sunt obligandi ad restitutionem.*
4 *Venditio tunc est iusta quando interueniunt merces sine fraude, & iustum pretium.*
5 *Proponitur duplex obiectio. Primò quod vendatur res cuius dominium non habetur. Secundò quia videtur mutuum venditione paliatum.*
6 *Demonstratur vendi rem cuius dominium habetur.*
7 *Res traditione contractus perficiuntur nec quisquam efficitur dominus rei, nisi rei traditione pretij solutione &c.*
8 *Hic contractus non est palliatus sed vera, & realis venditio.*
9 *Non requiritur in venditione quod lucrum sit incertum.*
10 *Pretium non est iniustum eo quod res pluris vendatur quam ematur.*
11 *Illud est iustum pretium quod pro iusto habetur in loco contractus.*
12 *Neque est iniusta emptio.*
13 *Alio pretio ab aduena res emitur alio à mercatore qui in propria patria vendit.*
14 *Emptio ab aduena, & venditio illius habet mistum aliquid donationis.*
15 *Iustum pretium est in quo conueniunt emptores sine fraude.*
16 *Illud est iustum pretium quod à potestate publica, vel communi hominum æstimatione est taxatum.*
17 *Res quæ venduntur credita pecunia supra rigorosum pretium possunt vendi.*
18 *Res quæ venduntur hominibus de quorum solutione timetur, & est periculum amissionis pretij, vel quod solutio vltra præscriptum tempus differatur possunt vendi pretio supra rigorosum habita ratione periculi. Sed de hoc exactius videndum multa enim expendenda sunt. Sed non sunt huius loci.*

Emptio sub conditione, & venditio absoluta ad tempus an valeat.

L X X V.

1 PYrrus, & Marius mercatores animalium, accedunt singulis annis ad emporia Germaniæ, & ibi multa iuga boum ementes illa in Italiam ducunt vendenda præcipue aliquibus colonis agrorum quibus solent, hoc anno Paulus vnus ex colonis sero accessit ad emendum, & cum iam omnia erant vendita, & nesciens quomodo sibi possit prouidere rogat eosdem mercatores, vt suæ aliquo modo consulant necessitati, quare adhibita diligentia mercatores intelligunt aduenisse quendam Germanum qui similia animalia secum ducit vendenda, illuc accedunt animalia examinat, & necessitati Pauli putant satis conuenientia, cum Germano de pretio agunt, & aliquibus iugis selectis conueniunt de pretio sexdecim aureorum in singula iuga hac tamen conditione si illis opus erit. His peractis

Paulum

Paulum inueniunt & ad lustranda animalia secum ducunt, & optimè considerata probat, & asserit sibi placere agitur inter ipsos de pretio sed non numerata pecunia sed ad annum soluendo, pretiumque stabilitur viginti aureorũ deinde soluunt mercatores pretium sexdecim aureorum Germano, boues abducunt eosque Paulo colono tradunt. Adueniente tempore Pascatis adeunt dicti mercatores quendam confessarium, & non quod de contractu dubitent sed quia de illo incidit sermo factum exponunt. Confessarius petit an pecuniam, quam in emptione bouum insumpserunt essent in aliud negotium implicaturi nec ne. Respondit Pyrrus se fuisse implicaturum & maius etiã lucrum reportaturum. Marius verò dicit, se non fuisse implicaturum nisi hæc data fuisset occasio. Quare Confessarius Mario restituendi lucrum onus imponit Pyrro verò retinere permittit. Quæsitum fuerit an dictus confessarius recte gesserit. Pro solutione.

2 † Notandum est Pyrrum, & Marium esse mercatores animalium, & præcipue bouum, esseque homines in lucrò acquirendo valde expertes. Germanum extra proprias domos degere multis expensis grauatum, nihil aliud optare, quam merces suas vendere. 2. mercatores emere soluta pecunia, & numerata, vendere autem ad tempus. 3. Pretium viginti aureorum in illo loco esse pretium quo solent vendi similia animalia, vt etiam reliqua omnia vendiderunt dicti mercatores. 4. mercatores vendentes ad tempus exponere se periculo amittendi capitale, & quod vltra annum solutio differatur, & si Paulus moriatur difficilis erit solutio debiti. 5. Paulum non petere à mercatoribus mutuo pecuniam qua sibi animalia comparent sed rogare mercatores, vt sibi de more prouideant. His suppositis quę omnia etiam pręfato confessario fuerunt exposita, & restitutionem iniuxit.

3 Dico † hunc contractum venditionis, & emptionis esse licitum, & consequenter Marium non teneri ad restitutionem, quia non ratione lucri cessantis sed ex sui natura iustus est, & probo.

4 † Venditio tunc est iusta, & licita quando interueniunt mercęs sinę fraude, & iustum pretium, ita colligitur ex l. 1. ff. de contrah. empt. & §. Pretium, & §. Item Pretium Instit. de empt. Nauar. lib. 3. tit. de deposit. cons. 1. §. Respondeo. In hoc contractu est merces sine fraude, & iustum pretium, vt patet ex facto ergo est iustus, & licitus.

5 Dices, † hunc contractum non esse iustum ex duplici capite. Primò quia res prius venditur quam sit illius qui illam vendit. Nemo autem potest vendere quod suum non est. Secundò Quia videtur esse mutuum paliatum venditione, ideò cum Marius pecuniam suam in aliud negotium non esset implicaturus hoc lucrum non potest sibi retinere.

6 † Respondeo ad primum. Dato quod ista, quæ asseritur esset iniustitia nihil referret ad casum de quo agimus cum non arguat iniustitiam in lucro, ad summum argueret si fieri posset inualiditatem contractus non iniustitiam in pretio. Sed quidquid sit de hoc. Dico hunc contractum esse tutissimum, & realissimum Pyrrus enim conuenit de pretio,
7 cum Germano, & conuenit cum colono. † Sed isti contractus nulli sunt perfecti cum rei traditione perficiantur nec quisquam dominus rei efficitur nisi rei traditione, & nisi pretium solutum sit, vel satis ei nomini factum §. Venditæ Instit. de rer. diuis. & l. traditionibus C. de pactis, & nunquam sit res tradita, vel solutum pretium. Pyrrus ergo primus soluens pretium, & rem accipiens perficit primum contractum, boues deinde tradens colono perficit secundum ex quo fit quod semper prior sit contractus Pyrri siue initiatiue dum agitur de pretio, cum Germano siue completiue cum rei traditione perficitur. Vendit ergo Pyrrus quod suum est.

8 Ad secundum. † Respondeo esse falsum hunc contractum esse vsurarium, & venditione paliatum quia hæc est vera, & realis venditio Pyrrus enim, est mercator bouum, & quotiescumque datur occasio ineundi huiusmodi contractus cum aliquo lucro eos init, non petitur ab eo mutuo pecunia, sed vt boues vendat, quos vere emit, & vendit, ego non videò quomodo de hoc possit esse difficultas.

9 † Dices hoc in casu certum est lucrum, & nulli periculo subiectum. Sed hoc toto concesso non videò quid inde sequatur, Ad iustitiam enim contractus venditionis, nemo requirit periculum lucri, vel damni, & iuste emit, & iuste vendit qui certus de lucro in venditione emit.

10 † Dices 2. Pretium non esse iustum quia multo pluris venditur quam emitur. Ex hac obiectione facile me possem eripere, respondendo pretium à Pyrro constitutum bobus in credita pecunia esse omninò idem quo numerata pecunia alios boues vendidit, nec refert quod ipse viliori pretio emat hic enim est fructus suæ vigilantiæ, & solertiæ quis tempus, & alias circumstantias expendens vilius emit. Pretium autem iustum non est illud quod
11 duo, vel tres statuunt † sed illud quod iustum reputatur in loco in quo contractus initur. Lessius de Iust. lib. 2. cap. 21. dub. 11.

12 † Instabis ergo saltem erit iniusta emptio quia multo vilius emuntur boues quam vendantur. Res-
13 pondeo † neque hoc inde sequi. Quia aliud est emere ab aduena qui magnis expensis grauatus cupiens se exonerare, optime sciens quo pretio res sua sit vendenda illam tamen vendit eo quo
14 potest. † Quia istæ merces habent spetiem mercium vltronearum quæ vilescunt, & hoc casu venditiones æstimantur mistæ quadam donatione, vt aiebat Medina C. de rebus restit. quæst. 35. §. sed numquid id semper verum est? Deinde qui exercet mercaturam in loco determinato, & ibi habet sedem, vel domicilium rem carius vendit quam qui casu, & fortuna reperitur aduena in aliquo loco, & hoc modo in simili ratiotinatur Lessius lib. 2. cap. 21. dub. 4. sed his omissis dico adhuc contractum esse iustum etiam ratione pretij. Quia ex Caietano
15 2.2. quæst. 77. art. 1. §. Quoad 3. † Iustum pretium est illud in quo conueniunt sine fraude ementes, & vendentes cum cognitione mercium. Vel secundum alios, vt apud Lessium loco cit. dub. 2. & 3.
16 † est illud quod, vel à potestate publica, vel communi hominum ęstimatione est taxatum, ergo istud erit iustum, Conseq. patet ex facto.

17 Prætęrea † Pyrrus emit numerata, & soluta pecunia, & vendit credita, vt patet ex narratione facti ergo non solum potest vendere pretio rigoroso quo soluta pecunia venditur sed etiam vltra rigorosum pretium. Sotus de Iust. lib. 6. quæst. 4. art. 1. Salicetus Ancharan. Auth. Ad hæc C. de vsuris Couar. Varia. lib. 2. cap. 3. Bonensept. de vendit. ad tempus, Molina Emanuel Sa verbo venditio num. 7. qui refert ita in sorbona fuisse decisum.

18. Tandem † potest aliquid pluris exigi etiam ratione periculi cui se exponit vendens, vt patet ex narratione facti. Medini. C. de reb. rest. quæst. 38.

38. 5. Ad 3. causam Cordub. quæst. 78. Petrus Nauar. lib. 3. de rest. cap. 2. & alij, ergo iste contractus erit licitus nec video quare sit recurrendum ad lucrum cessans, vel damnum emergens, & his non exstantibus quare sit iniungendum onus restitutionis cum ex sui natura contractus sit licitus, & lucrum ex eo proueniens honestum.

SVMMARIVM.

1 Proponitur casus.
2 Quæ sint discutienda.
3 Est in Ecclesia potestas reseruandi casus, & in sua diœcesi potest quisque Episcopus sibi reseruare.
4 Reseruatio nihil est aliud quam ablatio, vel non concessio iurisdictionis ad absoluendum ab aliquo peccato, licet concedatur de alijs.
5 Regulares possunt etiam ipsi reseruare sibi casus, siue Episcopalem, siue quasi auctoritatem, & potestatem habeant.
6 Traditus est modus reseruandi à S. Pontifici, & à Tridentino tam pro Episcopis quam pro superioribus Regularium.
7 Referuntur Regulæ reseruationis quibus debent uti Episcopi in reseruando.
8 Varij modi reseruandi.
9 Semper ac reseruatio fit, Nobis, expirat morte reseruantis.
10 Reseruatio duplex Generalis, & particularis, & quid intelligatur pro istis.
11 Triplex genus personarum quæ considerantur in reseruatione.
12 Reseruatio aliquando fit à Summo Pontifice aliquando ab Episcopo.
13 Parochi non accipiunt iurisdictionem ab Episcopo sed vel immediate a Deo, vel à Papa.
Regulares item non recipiunt ab Episcopo sed immediate à Papa, vel à iure.
14 Reseruatio, vel consideratur respectu Confessariorum, vel respectu subditorum pœnitentium.
15 Episcopus respectu subditorum pœnitentium potest valide reseruare casus quos vult, non tamen hoc potest licite, quia reseruatio subditis est onerosa.
16 Qualibet reseruatio facta à Summo Pontifice est valida, & hoc supposita sententia quod Parochorum etiam Iurisdictio sit à Summo Pontifice, quod si dicamus esse à Deo causam requirit reseruatio.
17 Quotiescunque datur immutatio in iure diuino requiritur causa.
18 Reseruatio considerata respectu confessariorum, quos pro suo libito admittit Episcopus etiam sine causa est licita, & valida.
19 Reseruatio sine causa facta respectu Parochorum est illicita.
20 Est etiam valde probabile esse nullam.
21 Regulares non recipiunt iurisdictionem ab Episcopis referuntur aliqua ad hoc probandum.
22 Episcopi nihil amplius habent, quam nudum ministerium approbandi Regulares.
23 Regulares approbati ab ordinarijs habent eandem auctoritatem quam habent parochi.
24 Regulares admissi in vno Episcopatu si inde discedant, & iterum reuertuntur non sunt iterum examinandi.
25 Regulares approbati ab vno ordinario iter agentes siue terra siue mari possunt excipere confessiones &c. Vide tamen an ista concessio sit viuæ vocis oraculum an priuilegium scriptum.
26 Admissi ab Episcopo possunt audire confessiones omnium ad se venientium.
27 Refertur quoddam Priuilegium concessum patribus Iesuitis.
28 An approbati ab Episcopis possint audire confessiones aliorum Regularium, & Suorum refertur sententia. Negatiua habetur verior Regularis quomodo veniant sub nomine Christi fidelium.
29 Regulares ab ordinario approbati possunt audire confessiones omnium ad se accedentium etiam contradicentibus Parochis. Neque excommunicationis sententia quidquam valet.
30 Quod verum est etiam si Episcopi in litteris patentibus suis inserant quod regulares confessiones non excipiant parocho contradicente.
31 Qui non haberet priuilegium audiendi omnes, & quoscunque ad se accedentes, non posset absoluere eos qui sunt ex aliena diœcesi quamuis peccatum esset commissum in diœcesi in qua approbatus est confessarius.
32 Ratione delicti reus in foro fori sortitur forum, non in foro animæ.
33 Priuilegio audiendi omnes, & quoscunque ad se accedentes possunt uti Regulares non solum in proprijs Ecclesijs, sed vbique. Priuilegium locale respicit locum. Personale sequitur personam.
34 Limitationes temporis, personarum; & similes quas Episcopi inserunt in litteris patentibus facultatum Confessionum quas Regularibus tradunt, si sint cum causa tenent si sine causa sunt nullius valoris.
35 Regulares semel approbati simpliciter ab eodem ordinario non possunt iterum examinari.
Neque a Capitulo sede vacante sed tantum à successore pro animi sui quiete.
36 Donec prouideatur de successore possunt audire Confessiones Regulares & uti suos priuilegijs.
37 Regulares à suis superioribus præsentati, & ab Episcopis approbati possunt tamen aliquibus de causis prohiberi à munere excipiendi confessiones, est communis opinio.
38 Regulares interdicti à suis superioribus approbati ab Episcopis non audiunt confessiones licite;
39 neque valide si fuerint interdicti ob delictum, publicum, & notorium a iudice competente, iusta existente causa, si verò suspensio non fuit iudicialis manifesta, & notoria etiamsi fuerit cum causa valide confessiones excipiunt.
40 Episcopi plures casus non possunt sibi reseruare pro Regularibus quam pro Parochis si fiat in fraudem.
Nunquam reseruatio erit contemnenda.
41 Limitationibus ab Episcopis in fraudem Regularium factis in facultatibus audiendi confessiones non tenentur Regulares, & ibi quando dicentur fieri in fraudem.
42 Proponitur secunda difficultas An Episcopus possit habere aliquos casus incommunicabiles.
43 Magna est differentia inter Gratiam factam & faciendam.
44 Facultas absoluendi est Gratia facienda, & est late interpretanda.
45 Principale intentum semper est inspiciendum.
46 In gratijs licet causa mediata sit odiosa idest violatio legis sufficit quod immediata quæ est liberalitas Principis sit fauorabilis, & hæc regulariter attenditur.
47 Gratia facienda non extenditur, nisi ad casus adoptabiles

ptabiles casibus in facultate concessis.

Nec extenditur de casu ad casum non comprehensum sublata significatione verborum.

Fit tamen extensio huius facultatis ad consequtiua etiam separabilia in quibus est eadem, vel maior ratio.

Nisi esset inducta certa interpretatio in illa materia, quia tunc potestas est restringenda ratione talis consuetudinis.

48 *Potestas vel facultas concessa pœnitenti vt ipse eligat confessarium qui se absoluat, est Gratia facta, non enim aliud requirit quam exequtionem.*

Est adeo stricte interpretanda, vt si aliquid operetur, vlterius extendenda non sit.

49 *Extenditur tamen vsque ad propriam significationem verborum, quia hæc non est extensio.*

50 *Dicta sunt intelligenda de reseruatis in corpore iuris, non autem de reseruatis ab Episcopo, quia tunc data facultas est late interpretanda.*

51 *Si talis facultas esset concessa toti religioni, vel toti communitati esset late interpretanda.*

52 *Concessa toti cõmunitate in perpetuum æquantur legi, & habentur ac si essent inserta in corpore iuris.*

53 *Late facienda est interpretatio in casibus in quibus superior tenetur concedere subdito talem facultatem. Quia est fauor debitus causæ.*

54 *Facultas petita à confessario, & obtenta etiam tantum pro vno adhuc est late interpretanda quia adhuc est Gratia facienda. vel Priuilegium actiuum.*

55 *Si verò petatur nomine pœnitentis est stricte interpretanda.*

In dubio autem quando facultas est petita pro vno indefinite est reputanda in fauorem pœnitentis, ideò stricte interpretanda.

Item si vertatur in dubium an aliquis casus sub facultate contineatur. Si facultas est data Confessario absoluendi lata sit interpretatio. Si Pœnitenti, vt absoluatur stricte.

56 *Si facultas sit data Confessario absoluendi extenditur ad omnia peccata, quæ pœnitens tempore Confessionis habebit, nisi tamen post obtentam facultatem sint adeo multiplicata, vt merito sit iudicandum concedentem noluisse extendi, & nisi ad sola præterita eam restrinxerit concedens, si vero sit concessa Pœnitenti extenditur tantum ad præterita, quia nihil amplius expectat, quam exequtionem.*

57 *Enumerantur casus in quibus superior potest denegare, vel concedere facultatem, & item notatur quod aliquando tenetur ex charitate aliquando ex iustitia concedere.*

58 *Ponuntur casus in quibus ex iustitia tenetur superior concedere facultatem.*

59 *Subditur alius similis casus in quo tenetur.*

60 *His numeris traditur quando superior ex chari-*
61 *tate tenea*tur concedere dictam facultatem, & quando possit denegare, imo & quando debeat.*

62 *Non est facile præsumendum damnum proximi, vt ei propter hoc denegetur hæc facultas.*

63 *Superior non habens iustas causas denegandi hanc facultatem debet esse facilis in concedendo illam.*

64 *Episcopus, vel superior tenetur stare iudicio Confessarij in concedenda facultate absolutionis nisi vrgentes habeat contrarias rationes.*

65 *Confessarius debet summopere aduertere, ne ex petitione facultatis detegatur peccator, imo debet aduerte valde etiam aperire peccatum si periculum sit fractionis sigilli.*

66 *Superior non semper tenetur concedere facultatem petenti eligendi quem vult confessarium, sed potest limitare aliquos, quorum vnum eligat.*

67 *Potest & superior aliquibus peccatis pœnitentiam determinare, quam Confessarius teneatur iniungere.*

68 *An superior possit concedendo facultatem absoluendi iniungere Confessario, vt imponat pœnitenti onus comparendi coram se.*

69 *An hoc possit in absolutione ab excommunicatione.*

Sacerdos non accepit immediate à Christo potestatem absoluendi ab excommunicatione accipit autem pro peccatis, nec quidquam deest quam materiæ applicatio.

70 *An superior possit concedere facultatem absoluendi sub ista conditione, vt Confessarius virtute clauium imponat pœnitenti onus, quod superiori ipsi iterum confiteatur sua peccata.*

71 *An hoc possit Confessarius ipse & an possit iniungere onus certis temporibus confitendi.*

72 *Pœnitens obtenta facultate absolutionis à reseruatis si inualide confiteatur, potest deinde cui vult iterum valide confiteri.*

73 *Proponitur tertia difficultas an pœnitens, qui pro absolutione obtinenda nullo modo vult adire superiorem sit capax absolutionis.*

74 *Admonitio valde necessaria.*

Quomodo sint Intelligenda verba Concilij.

Debent superiores concedere dictas facultates.

75 *Quod si subsit publicum damnum, & eidem per alium non possit obuiam iri, nisi per ipsum superiorem resoluitur quid tali casu sit agendum.*

Debet esse faciles superiores in concedendis istis facultatibus, ne pœnitentes ad obstinationem adigant quia est res, valde periculosa.

76 *Si pœnitens in hanc obstinationem incidat duo debet Confessarius considerare.*

77 *Existente in statu obstinationis debet dari facultas, vt possit absolui.*

78 *Obtenta tali facultate traditur quomodo se gerere debent Confessarius in hoc casu.*

79 *Proponitur quarta difficultas. An Confessarius facultate pro vno obtenta possit vti pro alio.*

80 *Quid si facultas sit obtenta à pœnitente.*

81 *Quid si obtenta sit à Confessario?*

82 *Proponitur quinta difficultas an Confratres virtute suorum priuilegiorum possint absolui à reseruatis Episcopis.*

Hoc potest esse, vel quia habent priuilegium expressum, vel quia habeant implicite, quia scilicet habeant priuilegium, quo possunt absolui a reseruatis Papæ.

De primo, quid dicendum attento iure Concilij, & constitutione Clem. VIII. &, quid si alicubi non esset recepta.

83 *Proponuntur rationes probantes virtute Concilij tales Confratres non posse absolui.*

84 *Resoluitur per Concilium huiusmodi priuilegia non esse sublata.*

85 *Lex generaliter loquens non tollit priuilegium spetialiter concessum super & de quo lex generaliter loquitur.*

86 *Concilium intendens priuilegijs derogare id exprimit aperte.*

87 *Sacra Congregatio Concilij censuit Concilium non derogare priuilegijs Apostolicis nisi de istis expressa fiat mentio.*

88 *Neque tale priuilegium esset sublatum etiamsi*

emanasset

emanasset constitutio abrogans omnia priuilegia Concilio aduersantia.
Respondetur obiectis.
89 *Quid dicendum attenta constitutione Clementis VIII.*
90 *Quid si alicubi non esset recepta.*
91 *Ad sextum principale quaesitum an habens facultatem absoluendi à reseruatis Papae possit absoluere à reseruatis Episcopis. Summus Pontifex, vel concedit facultatem absoluendi à sibi reseruatis simpliciter, vel addita particula, etiam, vt etiam à nobis reseruatis.*
92 *Duae declarationes Sacrae Congregationis pro solutione difficultatis.*
93 *Proponitur septima difficultas an delegatus possit subdelegare.*
94 *Quid sit absolui directe & indirecte.*
95 *An habens reseruata, si confiteatur Sacerdoti non habenti necessariam facultatem pro absolutione teneatur confiteri etiam reseruata, an tantum non reseruata, deciditur.*
96 *Pugnantes sententiae referuntur.*
97 *Soluuntur quaedam obiectio.*
98 *Certi casus dantur praeter quos non licet indirecte absoluere.*
99 *Ad absoluendum directe requiritur ordinaria, vel delegato facultas.*
100 *Illius est soluere cuius & ligare.*
101 *Ordinariam hab.ns iurisdictionem non solum potest absoluere à censuris à se latis, sed etiam à latis à suo praedecessore, & successor reseruantis potest absoluere à casibus quos praedecessor reseruauit.*
102 *Capitulum sede vacante habet omnia, quae sunt iurisdictionis Episcopalis nisi quid exceptum sit in iure.*
Potest instituere Confessarium, qui absoluat à reseruatis.
103 *Hoc potest etiam quando Episcopus longe abest, nec patet aditus ad ipsum.*
Tempore absentiae Episcopi administratio pertinet ad Capitulum, non ad Archiepiscopum ac si sedes vacaret.
104 *A reseruatis Episcopo non absoluit eius Vicarius nisi ei spetialis facultas sit data.*
105 *Neque eius Poenitentiarius.*
106 *Delegatam iurisdictionem, qui habeant.*
107 *Delegatio aliquando fit à iure, aliquando ab homine.*
108 *Multis modis delegata iurisdictio datur.*
109 *Si exprimatur, quod iurisdictio datur tanquam sedis Apostolicae delegato est potestas delegata.*
110 *Soluitur quaedam obiectio.*
111 *Eadem potestas potest competere Episcopo & iure ordinario, & iure delegato.*
112 *Hoc contingit, quando in delegatione additur particula, etiam.*
113 *Etiam, haec particula vnum includit, & alium exprimit casum.*
114 *Facultas concessa sub his verbis non obstantibus priuilegijs, vel non obstantibus quibuscunque resoluitur.*
115 *Facultas concessa priuilegio perpetuo dignitati est ordinaria.*
116 *Reseruata principi in signum supremae dignitatis non delegantur. Fallit ibi.*
117 *Excipe nisi res sit tanti momenti, vt per alium expediri nequeat.*
118 *Ordinarius potest delegare, vtitur enim iure proprio.*
Delegatus non potest delegare, quia nihil habet proprium, sed tantum vsum aliena iurisdictionis nisi sit delegatus Principis.
119 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest subdelegare habetur enim ac si esse ordinarius.*
120 *Non tamen potest omnem suam potestatem, sed vnam vel alteram causam.*
121 *Quis sit delegatus ad vniuersitatem causarum traditur multis.*
122 *Et differentia inter vniuersitatem & generalitatem causarum.*
123 *Delegatus potest committere nudum ministerium vnius articuli non iurisdictionalis.*
124 *Quae sit commissio spetialis.*
125 *An delegatus inferioris à Principe possit delegare si ei ordinarius delegandi facultatem concessit.*
126 *Quando delegatus potest subdelegare sufficit licentia tacita, nec requiritur expressa.*
127 *Quae sit licentia tacita.*
128 *Nullus delegatus etiam Principis potest subdelegare cum facultate subdelegandi.*
129 *Ordinarius non potest inconsulto Principe totam suam facultatem delegare.*
130 *Parochus inconsulto Episcopo non potest demandare in perpetuam suam curam alteri.*
131 *Parochus non potest per vicarium deseruire suae Ecclesiae.*
132 *Potest ad breue tempus quale est spatium trium hebdomadarum delegare.*
Per longum tempus non potest.
Longum tempus est trium mensium.
133 *Dicta de delegatione sunt ex communi secundum Sanchez.*
134 *In proposito nostro, quid sit sentiendum traditur sequentibus.*
135 *Adnotatur, quid sit dicendum secundum Sanchez.*
136 *Auctor putat delegatum à Papa posse delegare hoc enim est illi spetialiter concessum.*
137 *Alij delegati si habeant iurisdictionem delegatam sine officio Vicario vel titulo cui competat non possunt delegare, possunt autem si habeant cum officio.*
138 *Deducitur Corolarium pro Regularibus.*
139 *Proponitur obiectio.*
140 *Quid possint poenitentiarij Religionum instituti secundum Constitutiones Clemens VIII.*
141 *Delegatus ratione industriae non potest subdelegare.*
142 *Tota difficultas opponitur, quando censeatur electa industria personae.*
143 *Ex grauitate causae praesumitur, quod delegatus non possit delegare.*
144 *Limitat hoc dictum Sanchez.*
145 *Item si alicui committatur factum variabile & indeterminatum.*
In facto non determinato datur arbitrium.
146 *Arbitrium alteri mandari non potest.*
147 *Item quando concurrit causae grauitas, & personarum excellentia in commissione non potest fieri delegatio.*
148 *Delegatio facta spetialiter non potest alteri delegari.*
149 *Clausula apposita commissioni. Quod ipse faciat indicet non posse subdelegari.*
Item quod suis manibus exequatur.
Item quod sua manu scribat.
Item quod per se ipsum cognoscat.
Quo casu neque admittitur consilium sapientis etiamsi ex statuto requiratur.

Item. Tu & nullus alius cognoscas.
Item. Tu personaliter cognoscas ex multis. Tu
cognoscas.
Item proprio iudicio decidat.
Item multum de tua Prudentia confidimus refe-
runtur aliqua alia.
150 *Item censetur electa industria persone quando*
mandatur factum, quod licet omnino non
cohæreat persona excellentia tamen persona hoc
arguit.
Si petatur, vt Excellentissimus Medicus visitet,
doctissimus scribat &c.
151 *An sit electa persone industria per clausulam*
super quo tuam conscientiam oneramus.
152 *Ponitur Corolarium ex dictis.*
153 *Soluitur vltima difficultas an habens facultatem*
delegatam absoluendi alios possit eandem alteri
pro se delegare.
154 *Quando possit subdelegare remissiue ad dicta.*
155 *Respondetur directa omnibus quæsitis & omnia*
soluuntur.

De casuum reseruatione Episcopi.

L X X V I.

1 CAmillus † Episcopus multos casus sibi reser-
uat, quorum aliquos appellat incommunica-
biles, quia eorum absolutionem ab alio, quam à se,
non vult impertiri, & si istorum absoluendorum
facultas petatur, eam absolute denegat, iniungen-
do Sacerdoti, vt talibus irretitis ad se pro absolu-
rione mittat.
Accedit Robertus, ad quendam Confessarinm,
vt ab illis absoluatur, aperit Roberto Confessarius
mentem Episcopi, qui aperte dicit, se potius non
confessurum peccata, quam Episcopum aditurum.
Recordatur Sacerdos paucis ante diebus alium
pœnitentem audiuisse eadem habentem peccata,
& ad Episcopum pro facultate accessisse, & obti-
nuisse, sed non esse postea reuersum pro absolutio-
ne, cogitat de modo applicandi huic pœnitenti
illam facultatem, at timet; ideo cum inter priuile-
gia cuiusdem societatis hoc etiam reperiatur; quod
confratres illius bis in anno possint sibi eligere con-
fessarium, qui eos ab omnibus casibus Papæ reser-
uatis absoluat, consulit viros doctos, an in hoc casu,
vti possit pęnitens dicto priuilegio, & cum dissen-
tientes aliquos reperiat, abstinet etiam ab isto,
audit præterea quendam ad istos esse delegatum,
ideo ab illo petit, vt in hoc particulari suam sibi
deleget auctoritatem, at dubitatur, an sit electa
industria personæ. Tandem ipse adit Episcopum,
& facultate absoluta ab eo obtenta absoluendi
omnes ad se accedentes, in hos eosdem casus inci-
det, & ipse Confessarius, ideo petit sequentia
2 † 1. An licite, & valide tot sibi reseruet casus Epis-
copus. 2. An possit istos habere incõmunicabiles &
possit cogere pęnitentes ad se accedere. 3. An pęni-
tens sit capax absolutionis, dũ hoc habet propositũ
non accedendi ad Episcopum pro absolutione, &
nolle prius confiteri quam accedere. 4. An possir
confessarius vti facultate ab vno pęnitente pro se
obtenta, pro alio absoluendo, & quid si obtenta sit
à Confessario pro vno, & velit vti pro alio. Præte-
rea addirur an post obtentam facultatem, si in alia
pęnirens labatur peccara, possit absolui. 5. An
virtute priuilegiorum confratrrnitatibus concesso-
rum possint confratres absolui à teseruatis Episco-
pis. 6. An in facultate concessa absolueudi à Reser-
uatis Papæ veniat facultas absoluendi à Rreseruatis
Episcopis. 7. An delegatus possit subdelegare.
8. Quando censeatur electa indnstria personæ. 9. An
habens facultatem delegatam possit ipse eadem vti
pro se ipso eligendo Confessarium, qui ab ijsdem se
absoluat.
3 Nunc temporis nemini dubinm esse debet, Epis-
copos posse in suis diæcesibus sibi casus reseruare,
esseque in Ecclesia potestatem istam reseruandi sibi
casus; est definitum in Tridentino sess. 14. cap. 7.
4 & 11. contra hæreticos. † Nihil autem est aliud
reseruatio, quam ablatio, vel non concessio iuris-
dictionis ad absoluendum ab aliquo peccato, licet
concedatur ab alijs quam nominis significationem
supponit Suarez ex communi omnium Doctorum
5 sententia in hac materia. † Idem possunt regulares,
& cæteri superiores iurisdictionem Episcopalem,
vel quasi habentes, quod verum est, siue asseratur
aliquibus inferioribus à Papa inesse iurisdictionem
à Christo immediate, siue à Sũmo Pontifice. Quia,
quæ à Deo sunt ordinata sunt, cum ergo ista reser-
uatio iudici superiori sit necessaria ad bonnm regi-
men Ecclesiæ, dicendum est à Deo esse, sed ista alijs
latius disputanda relinquimus nos propositis diffi-
cultatibus soluendis propius accedentes.
6 † Ad 1. An valide, & licite plures sibi reseruet
casus Episcopus. Respondendo dico traditum esse
modum, quo peccata à superioribus reseruentur,
& quidem primo in Concilio Tridentino sess. 14.
cap. 7. postea in decretis B. m. Sanctissimo Cle-
mente VIII. super hac re æditis, Episcopis regulas
reseruationis, regularibus casuum numerum præ-
scribens. Cum enim post decretum Concilij Epis-
copi plurimos casus, sibi reseruarent, & forte non
ad mentem eiusdem Concilij actum est Romæ, vt
ex multis partibus exemplaria casuum, quos sibi
Episcopi in suis Diæcesibus reseruabant, illuc trans-
mitterentur, vbi diligenter examinatis æditum est
decretum à S. Clemente VIII. quod infra expen-
demus, cum enim cognitum fuisset, multos irrepsisse
abusus in reseruationibus, & propter mulr itudinem
Prouinciarum, & casuum varietatem, & in illis
occurrentium, certi casus non possent dererminari
Episcopis reseruandi, tradiræ sunt regulæ, ad
quarum normam reseruationes essent faciendæ
Regularibus autem, expensis, quæ ad illorum
statum maxime conducere possent, determinatum
7 numerum casuum præscripserunt. † Regulæ, ergo
reseruationum sunt sequentes ex Concilio & ex
decreto citatis 1. Quod ad reseruationem facienda
adhibeantur viri pierate, & doctrina præstantes,
qui casus discutiant, & examinent, & ad normam
decreti Clementis reseruationem accommodent.
2. Quod redigant ad quam paucissimos, eosque
maxime necessarios, vbi notanda est ista maxima
restrictio, estque habeuda ratio locorum, & iuxta
exigentiam est facienda, non alio fine proposito,
quam salute animarum. 3. Non reseruenr casus in
Bulla Cœnæ, vel alias sedi Apostolicæ reseruatos.
4. Nec promiscue eos, quibus à iure annexa est
excommunicatio, cuius absolutio nemini est reser-
uata, quod si aliquando propter freqnentiam, scan-
dalum, aut aliam causam aliqui sunt reseruandi,
eos nominatim sibi reseruent. 5. Non casus, à qui-
bus non absoluitur, nisi facta restitutione, vel exe-
qutione. 6. Non eos, in quibus, licer adsit pecca-
tum mortale, versantur tamen circa res parui mo-
menti, & in quos frequenter incidere solenr idiotę,
vt damni dati, & similes. 7. Non possint modum
excedrre. 8. *Præcipue* in carnalibns, vbi adest
periculum

periculum ſcandalorum, vel vbi cadere poteſt aliquid ſuſpicionis propter frequentem reditum ad Epiſcopum. 9. Reſecent multitudinem. 10. Reſeruent attrociores tantum, & grauiores; vbi eſt obſeruandum, quod non quilibet caſus grauis, & atrox, ſed inter attroces, & graues, tantum attrociores: comparatio enim eſt de ſimilibus. 11. Reſeruent quos duxerint neceſſario reſeruandos ad retinendam diſciplinam, in ædificationem, non in deſtructionem. Ad animarum ſalutem, eos, quos iudicauerint expedire, diligenter conſiderata cuiuſque prouinciæ, & populorum moribus, natura, propenſione, pro cuiuſcunque diœceſis ſtatu, & qualitate. Hæ ſunt regulæ obſeruandæ in caſuum reſeruatione, ad præſcriptum Concilij, & conſtitutionis Clementis, vt obſeruat Quaranta verbo caſus reſeruatus vbi idem decretum refert.

8 † Solet autem reſeruatio fieri diuerſimode. Aliquando ſoli Epiſcopo, vt quando dicitur caſus nobis reſeruati. Aliquando dignitati, vt eſt iſta, Caſus ſedi Epiſcopali, vel Epiſcopo N. reſeruati aliquando reſeruantur Epiſcopo in iure communi ſi tamen aliqui ſunt hoc modo reſeruati aliquando reſeruati ſunt Epiſcopo in Synodis diœceſanis.

9 † Quocunque modo reſeruentur (nobis) reſeruatio expirat morte concedentis, quia eſt facta tali homini. Quotieſcumque autem reſeruantur Epiſcopo vel ſedi morte reſeruantis nō expirant quia adhuc ſedes permanet & eſt qui ſuccedat loco Epiſcopi. Vide Quarantam loco citato in fine. Reſeruatio facta N. Epiſcopo, expirat morte N. Nunc ad ſolutionem primæ difficultatis accedendo, quæ duas habet partes. An licite, quæ eſt prima, & An valide, quæ eſt ſecunda, ſibi reſeruet caſus Epiſcopus non ſeruatis regulis præſcriptis.

10 † Obſeruo primos duplicem eſſe reſeruationem generalem, quæ omnes comprehendit, & particularem, quæ aliquos tantum tangit, Generalis eſt illa, quæ exponitur in tabulis, in quibus digeritur ſeries reſeruatorum. Particularem voco reſeruationem, non conceſſionum facultatis abſoluendi, qua ſolent Epiſcopi aliquos adſtringere ſingulariter, vel ob defectum ſufficientiæ in examine, vel ob aliam cauſam, quæ rectius diceretur limitata approbatio, ſolent etiam aliqui Epiſcopi, pro ſola ſua lubentia aliquibus confeſſarijs limitatam concedere facultatem, inhibendo, ne ab aliquibus abſoluant.

11 † Noto 2. Triplex eſſe genus perſonarum, reſpectu quarum fieri poteſt reſeruatio Parochorum, Regularium & aliorum Confeſſariorum nec regularium, nec Parochorum.

12 † Noto 3. Reſeruationem poſſe fieri, vel à Summo Pontifice, vel ab Epiſcopo reſpectu dictorum.

13 † Noto 4. Parochos non habere iuriſdictionem ab Epiſcopo, ſed vel immediate à Deo, vel à S. Pontifice, & Regulares habere etiam ipſos non immediate ab Epiſcopo, ſed à S. Pontifice, vel à iure.

14 † Noto vltimo reſeruationem poſſe conſiderari, vel reſpectu confeſſariorum, vel reſpectu ſubditorum ſæcularium.

15 † Dico primo, ſi reſeruatio fiat caſuum etiam ſine cauſa, & conſideretur in ordine ad ſubditos, erit valida, quia Epiſcopus eſt Parochus totius Diœceſis, & poteſt reſpectu ſubditorum concedere, quam vult facultatem, & eandem ſibi reſeruare. Non tamen erit licita, quia eſt oneroſa ſubditis, & reddit confeſſionem difficilliorem, & in Tridentino aſſignantur rationes, ſecundum quas debet fieri reſeruatio, quarum vna eſt rationabilis cauſa, ergo ſine iſto requiſito erit illicita, licet valida.

16 † Dico ſecundo, quamcunq; reſeruationem factam à Summo Pontifice eſſe validam, quia apud ipſum reſidet poteſtas gubernandi totam, & vniuerſam Eccleſiam, ſiue enim Confeſſarij habeant ab ipſo iuriſdictionem, ſiue à Deo, quia, ſi ab ipſo, eandem poteſt, & dare moderatam, & datam vniuerſaliter, prout libuerit, reſtringere: Si verò à Deo, dicendum eſt penes ipſum eſſe auctoritatem eam moderandi, prout exigentia requiret, vt ea, quæ in Eccleſia ſunt, ordinata ſint, & hanc auctoritatem in ipſo reſidere dicendum eſt,
17 vt in Supremo Capite Eccleſiæ. † Si tamen dicamus Parochorum iuriſdictionem eſſe immediate à Deo requiret reſeruatio iuſtam cauſam. Nam, quotieſcumque aliquo modo facienda eſt immutatio in iure Diuino, requiritur cauſa, vnde diſpenſatio in voto ſine cauſa non ſolum eſt illicita, ſed nulla: Quod ſi ab ipſomet Summo Pontifice dicamus iuriſdictionem eſſe, etiam ſine cauſa erit valida, quia poteſt dare, & datum tollere, vel reſtringere, vide plura apud Suarez. de Pœnit. diſp. 29. ſect. 4. num. 6. Quod ſi reſeruatio fiat ab Epiſcopo, & conſideretur reſpectu Confeſſariorum.

18 † Dico 3. reſeruationem conſideratum reſpectu Confeſſariorum, quos pro ſua lubentia ad confeſſiones admittit, etiam ſine cauſa factam eſſe validam, & licitam, validam, quia, cùm in ſua ſit voluntate Confeſſarium admittere, & non admittere ad confeſſiones, eſt eodem modo in ſua libertate, quam vult tradere iuriſdictionem, ſiue limitatam, ſiue illimitatam, nec illis facit iniuriam; licitam, quia non apparet ratio inconuenientiæ. Non enim ſubditorum reſpectu, quia non veniunt in conſideratione in hac aſſertione, neq; reſpectu Confeſſarij, vt dictum eſt præterea neq; ſubditus poſſet iuſte dolere, quod huic Confeſſario limitate detur facultas, ſi alij adſint pro ſuis neceſſitatibus ſufficientes.

19 † Dico 4. Reſeruationem factam ſine cauſa reſpectu Parochorum eſſe illicitam, probatur quia repugnat decretis Concilij Tridentini, & Clemen-
20 tis VIII. ſupracitatis. † Et eſt valde probabile, eſſe nullam, quia Iuriſdictio Parochorum non pendet ab Epiſcopis, ſed vel immediate à Deo, vel à Summo Pontifice, & ideo, niſi delegentur à Summo Pontifice, nihil faciunt in auferenda eorum iuriſdictione, ſi abſque cauſa id faciant. Confirmatur ex Concilio ſeſs. 21. cap. 4. de reformatione, vbi nec decidere, nec mutare poſſunt Parochias, vel aliquod ſimile facere ſine facultate Summo Pontificis. Prętere a forma, quæ præſcribitur à Clemente, & à Tridentino pro reſeruatione caſuũ eſt, quod fiat cum cauſa reſeruentur tantum attrociores &c. cum ergo Epiſcopus nihil poſſit in conſulto Summo Pontifice circa iuriſdictionem Parochorum, nihil poterit etiam niſi ſeruata forma præſcripta pro reſeruatione forma enim conceſſionis eſt ad vnguem ſeruanda, ergo, ſi reſeruet ſine cauſa, cum non ſeruet præſcripta, nulliter reſeruabit. Quod Regulares.

21 † Ipſi non recipiunt iuriſdictionem ab Epiſcopis, ſed immediate à Papa, Alexander enim IV. circa annum Domini 1260. Primus conceſſit Religioſis, quod ſæcularium Confeſſiones poſſint excipere, cuius priuilegium poſtea confirmauit Vrbanus IV. & Clemens item IV. ex quibus occaſionem ſumens

Ioannes

Ioannes de Poliaco cæpit reclamare, & dicere, quod Confessiones factæ regularibus essent nullæ, quem tamen errorem, Romam venire compulsus, ibi conuictus reuocauit, postea Bonifacius VIII. in extrauaganti super cathedram de sepult. amplissimam facultatem fecit Regularibus, vt secularium Confessiones possent excipere, præcipit tamen, vt Prælati mendicantium, prius præsentent Episcopis illos Sacerdotes, quos idoneos reputant, quibus & Episcopi facultatem faciant Confessiones audiendi, & prædicandi, quod si facere renueant, ipse Summus Pontifex in illa extrauaganti concessi, vt idipsum eo non obstante possent præstare, Bonifacium subsequutus est Benedictus XI. qui alia sua extrauaganti, incipit. Inter cunctas de priuileg. reuocata moderatione Bonifacij amplissimam fecit facultatem prædicandi, & Confessiones audiendi nulla facta prçsentatione Regularium Episcopis, nec vlla ab eis petita licentia, quod Clemens V. indicans inconueniens in Concilio Viennensi in Clem. dudum, de sepultu. reuocauit decretum Benedicti, & renouauit illud Bonifacij. Ista olim vsque ad tempore Sacri Concilij Tridentini, in quo factum est decretum, quod legitur sess. 23. cap. 15. Hæc Miranda tom. 1. Manualis Prælat.
22 quæst. 45. art. 4. † Nec Episcopi circa hoc habent, aliud, quam nudum ministerium approbandi Regulares, Rodriquez tom. 1. quæst. reg. quæst. 59.
23 art. 1. §. 6. est notandum ad medium. † Et approbati ab ordinarijs Regulares habent eandem auctoritatem, quam Parochi, vt patet ex Clementina dudum, & semel approbati habentur pro curatis, Rodriquez loco cit. art. 4. & multi, inter quos est Cucchus apud eundem Rodriquez ibidē, asserunt habere ordinariam iurisdictionem, & dantur coadiutores propriorum Sacerdotum ex Clem. dudum apud eundem Roderiquez art. 5. §. Huic
24 argumento. † Admissi in vno Episcopatu, si inde descedant, & postea reuertantur, non sunt iterum examinandi ex concessione Eugenij IV. quę habet, fratres semel Episcopis præsentati, & admissi, licet ad tempus postea alio se transferant ad habitandum, si deinde reuertantur non esse necesse, quod iterum eisdem Episcopis se præsentent, quomodo est intelligendum etiam priuilegium Clementis septimi concedentis, quod Fratres Confessores Ordinis Minorum semel præsentati alicui Episcopo pro confessionibus audiendis, vt moris est, præsentari, post vnam præsentationem non teneantur amplius præsentari, etiamsi ad aliam transeant
25 Diecesim apud eundem Rodriquez art. 5. † Imo approbati ab aliquo Episcopo inter agentes, siue terra, siue mari, possint excipere confessiones iuxta priuilegium concessum Patribus Iesuitis à Gregorio XIII. cuius tenor est Confessarij Societatis Iesu, ac Prædicatores ab aliquo ordinario semel approbati, & à suis superioribus ad huiusmodi munera deputati, quandocunque siue in terra, siue in mari iter faciant, possunt, non repugnantibus Curatis Parochialium Ecclesiarum, verbum Dei prædicare, & quoruncunque Christi fidelium confessiones audire, dummodo id non faciunt in oppidis, aut locis in quibus ordinarij morentur, nisi eorum licentia desuper obtenta. Ex quo colliges quod illis patres, qui Constantinopolim, aut Hierosolimam petunt, dum mari iter agunt si à suis superioribus sunt deputati, & ab ordinarijs approbati; possunt, & debent verbum Dei prædicare & confessiones audire eorum, qui in nauibus commorantur, quod vide au siti reuocatum. Ad-
26 missi ab Episcopo possunt audire confessiones quorumcumque ad se accedentium, ex concessione Nicolai V. apud Mirandam to. 1. quæst. 45. art. 14. quæ talis est. Nicolaus V. concessit Fratribus Minoribus Obseruantiæ facultatem audiendi in confessionibus omnes quarumcumque diæcesum, & in illis extraneos, ac forenses absoluendi etiam à casibus, quos diæcesani locorum, in quibus fratres ad hoc deputati fuerint, duxerint committendos. Idem concessit Sixtus Quartus, & Leo Decimus, & alij apud Roderiquez quæst. 50. art. 6. &
27 Mirandam eadem quæst. 45. art. 14. † & Paulus III. concessit Patribus Societatis Iesu ab ordinarijs approbatis, vt existentes in diæcesibus, vbi sunt approbati possint quorumcumque fidelium ad eos decurrentium confessiones audire, & absolnere à casibus reseruatis Episcopis, & etiam Papæ. Aduerte tamen quod de casibus Episcopis & Papæ reseruatis extat decretum Clementis VIII. & Vr-
28 bani VIII. dicta priuilegia reuocans. † An autem per dictas concessiones Regulares à suis Prælatis expositi, & ab Episcopis approbati possint audire confessiones Religiosorum eiusdem ordinis, seu etiam aliorum vide Siluestrum verbo Confessor. 2. num. 6. vbi refert opinionem quorundam asserentium posse, quamuis ex statutis suorum ordinum habeantur decreta, quod non possint nisi à suis proprijs Prælatis, aut ab habentibus licentiam, & facultatem ab ipsis. Quia auctoritas Confessariorum à suis Prælatis expositorum, & ab Episcopis approbatorum est generalis, & prouisio eorum est respectu omnium sibi volentium confiteri, ac de plenitudine potestatis, quæ ab alijs non dependet statutis. Negatiuam tamen reputat veriorem Miranda loco cit. art. 14. cum Glossa Cardinali & Panormitano, quia licet fidelium nomine veniant, non solum sæculares, sed etiam regulares, tam exempti, quam non exempti, & quam maxime Ecclesiastici, Regulares tamen sunt de illo ordine fidelium, qui non habent liberum velle & nolle, sed præcipuis suarum Religionum statutis, & decretis ligantur, quibus non est credibile velle Summos Pontifices derogare, cum maxime pertineant
29 ab obseruantiam regularem. † Possent regulares audire confessiones generaliter omnium ad se accedentium, si tamen sint ab Episcopis approbati, non obstante quacunque curatorum contradictione, est expresse Siluestri, quam sequuntur Miranda loco citato, & Roderiq. pariter loco cit. neque vlla excommunicationis sententia quidquam valet ipso iure per extrauagantem Martini IV. insertam in rubr. de priuileg. quia priuilegia à sede Apostolica Regularibus concessa hoc expresse habent, & spetialiter concessit Alexander IV. & ratio est, quia iurisdictio Regularium iuxta Clementinam dudum Episcopis pręsentatorum habetur à Summo Pontifice, vnde nullo modo pendet à consensu vel dissensu Curatorum, circa, quod videndus est Henriquez lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 4. & Ro-
30 driquez quæst. 60. art. 4. † Quod verum puto etiamsi Episcopi inserant in litteris patentibus, quas tradunt Regularibus pro confessionibus, quod id non faciunt contradicentibus Parochis, quia est eadem ratio de omnibus. Omnia tamen dicta, & dicenda intelligo de iure, vel etiam alibi à me dicta in simili in alio meo responso nisi aliud sit à S. Pontifice, vel per se, vel per Sacram Congregationem dispositum, de dispositionibus tamen debet auctentice constare &c. prout decreuit San-
31 ctissimus Dominus noster Vrbanus VIII. † Qui

tamen

tamen non haberet priuilegium audiendi omnes,
& quoscunque quarumcunque diœcesum ad se recu-
rentes, non possit absoluere illos, qui sunt ex aliena
diœcesi, licet peccatum esset commissum in diœcesi
32 confessarij † quia licet in foro exteriori ratione
delicti reus sortiatur forum, vt communiter recep-
tum est, non tamen id verum est in foro conscien-
tiæ, & foro animæ, vt late comprobat Couarruuias,
quem sequitur Rodriquez quæst. 60. artic. 6.
33 † Possunt Regulares vti priuilegio audiendi
confessiones omnium, & quorumcunq; ad se acce-
dentium non solum in proprijs Ecclesijs, & con-
uentibus, sed vbique Quia, cum priuilegium possit
dari respectu loci, & personæ, vt adnotauit Panor-
mitanus, quem sequuntur Rodriquez loco cit. art.
7. & Miranda cit. artic. 14. conclus. 3. & priuilegiũ
locale respiciat locum, & alibi habeat suum effe-
ctum personale autem sequatur personam sir, quod
cum priuilegium istud sit personale, idest conces-
sum personis, eas quocunque sequatur, & illo vbiq;
possint vti, & tenent prædicti auctores.
34 † Quod si limitatio loci, temporis, personarum,
vel alia quæuis apponatur in concessionibus ab
Episcopis, videndum est, an id faciant cum causa,
vel sine causa, si enim regularis præsentatur Epis-
copis, & idoneus simpliciter reperiatur, debet
simpliciter admitti, nec vllam potest Episcopus
apponere limitationem, cum enim nudum habeat
ministerium approbandi, & reperiat simpliciter
idoneum, debet simpliciter idoneum repertum
simpliciter admittere: & si aliud agit excedit fines
suæ deputationis, & sicuti, cum à Summo Pontifice
committitur Episcopo collatio beneficij alicui
Sacerdoti facienda, si idoneus reperiatur, & idoneo
reperto infertur iniuria, nisi beneficium confera-
tur, item, si committatur dispensatio aliqua si
preces veritati nitantur, & constito de veritate
precum, nisi dispensetur, inique agitur: eadem
modo, cum Episcopis committatur, quod faculta-
tem faciant Regularibus audiendi confessiones, si
idonei reperiantur cum illis inique agitur, & eisdẽ
infertur iniuria, si repertis simpliciter idoneis non
tribuatur absoluta facultas, & sicut nullam possunt
Episcopi apponere limitationem in prædictis sibi
commissis, ita neque in istis, & si aliqua talis limi-
tatio apponatur non tenentur Regulares obedire,
vide auctores apud Rodriquez tom. 1. quæst. 59.
art. 8. pro hac materia extat declaratio Eminen:
Cardinalium data 5. Iulij 1587. quæ est huius-
modi.

REgulares, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter reperti approbati fuerint ab ordinarijs eorumque examinatoribus, generaliter quoque & indistincte, absque alia limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum admittantur in diœcesi propria. De cæteris vero, qui non adeo idonei sunt reperti, si petierint se admitti arbitrio ordinariorum relinquitur ipso cum limitata facultate, prout iisdem ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere, Qui autem in domibus laicorum confessiones ex causa audierint statim Parochum admonere teneantur, & fidem auditæ confessionis pro medico adueniente relinquere.

Fr. Michael Bonellus Card. Alexãd.

Gregorius Palearius Secret.

Restat ergo manifestum, non posse Episcopos li-
mitare facultates audiendi confessiones Regulari-
bus sine causa, quæ debet esse concernens ad Sacra-
mentum Pœnitentiæ, quod, si legitima subsit causa,
puto certum posse limitare, & restringere ita
communiter. De alijs vero Sacerdotibus sæculari-
bus, quos Episcopus pro suo libito admittit, non
dubito, quin possit & limitare, & ampliare eo
35 modo, quo vult eorum facultates. † Semel admissi
regulares, non possunt amplius ab eodem Episcopo
examinari, neque à Capitulo sede vacante sed
solum à successore pro maiori sua quiete Miranda
tom. 1. quæst. 45. art. 7. in conclus. ad finem
vbi refert Clementem IV. concessisse, vt quando
Episcopi, vel alij Ecclesiæ prælati dederint fratri-
bus minoribus facultatem audiendi confessiones
36 subditorum suorũ, & vota commutandi, † talibus
Prælatis decedentibus possint prædicti Fratres vti
libere prædicta facultate, donec viduatis Ecclesijs
prouisum fuerit de pastore, ergo successor expe-
ctandus.
37 † Confessores regulares etiamsi fuerint à suis
superioribus examinati, & ab Episcopis expositi,
iusta existente causa à suis superioribus, in aliqui-
bus casibus possunt interdici, & prohiberi à munere
excipiendi confessiones tam sæcularium, quam
regularium: est communis omnium Doctorum,
& habetur expresse in cap. Religiosi de Priuileg.
38 † Difficultas est stante dicta prohibitione, & in-
terdicto nihilominus, si regulares illi confessiones
excipiant, an hoc valide faciant, & respondendo
dico. Numquam licite fieri, patet, est enim hoc
expresse contra præceptum superiorum. An autem
valide, puto in hoc casu esse distinguendum. Vel
suspensio, aut prohibitio etiam cum causa facta à
Prælato, vel superiore, neque fuit iudicialis, neq.
manifesta, & notoria, vel fuit iuditialis, manifesta,
& notoria. In primo casu confessiones erunt vali-
dæ. Primò etiam excommunicato, suspenso, &
interdicto, qui tamen notorie non sit talis confes-
siones factæ sunt validæ, vt tenet Nauar. in manua.
cap. 9. num. 7. & probat text. extrauang. Martini
V. ad Euitandum, quia censuræ siue à iure, siue ab
homine, siue per sententiam, si sint occultæ, siue in
præterito, siue in præsenti non impediunt validita-
tem actus, qui ratione publici officij exercetur, nisi
fuerint notoriæ, vel publice denunciatæ cap. Ad
probandum de reg. iuris, & docent communiter
Doctores, & facit l. Barbarius de off. Prætoris, &
cap. 1. §. Demum 3. quæst. 7. Ex quo resoluitur
illa famosa quæstio, quam proponit Medina 1. par.
cap. 11. §. 3. suæ Summæ agendo de effectu excom-
39 municationis, † An videlicet sint validæ confes-
siones factæ regulari, qui apostata à religione,
Sacerdos tamen, impetrato beneficio parochiali ab
Episcopo, suorum parochianorum confessiones
audiuit, & licet acerrime de hoc disputatum
fuerit, multi tamen doctissimi viri tenuerunt esse
validas, quia occultum erat illum Sacerdotem esse
apostatam, cui sententiæ adhæret ipse Medina,
sequitur Miranda cit. quæst. 45. ar. 13. & Rodeti-
quez quæst. 60. art. 2. vbi multa habet docte, &
scitu digna de more suo. Quod si prohibitio, &
suspensio fuerit iuditialis, & notoria, Regularis
excipiens confessiones non solum peccat mortali-
ter; sed etiam confessiones illi factæ sunt inualidæ,
& nullæ, est item Nauar. loc. cit. num. 6. dicto §.
5. quia talis non habet iurisdictionem. Quod mul-
to fortius esset dicendum de Episcopis si ex aliqua
declaratione Summi Pontificis, vel Sacræ Congre-

gationis

gationis possent regulares à confessionibus suspendere, vel contra illos agere. Sed vt reuer-
40 tamur vnde digressi sumus. † Resoluendo an reseruationes factæ ab Episcopis casuum sine causa sint validæ respectu regularium, ad formam Clementinæ præsentatorum Miranda quæst. 45. art. 10. in 2. conclusione asserit probabilissimum non posse plures reseruari in fraudem Regularium, quam reseruentur respectu Parochorum, citat Siluestrum, Sotum, & alios, & idem tenet Roderiquez quæst. 59. art. 8. vbi citat etiam Ledesmam Palacium, & Felicium asserentes, non teneri regulares obedire tali restrictioni, & limitationi. Et ita probatur Episcopi respectu Parochorum non possunt reseruare sibi casus sine causa, & regulares non tenentur obedire reseruationi, nisi, quæ fit etiam respectu parochorum, ergo reseruationi factæ sine causa non tenentur obedire, & pro regularibus militant rationes probantes de parochis.

Dices nasceretur magna confusio inter confessarios super validitate reseruationum. Respondeo nullam orituram, si Episcopi casus sibi reseruent ad præscriptum. Præterea multæ aliæ sunt similes sententiarum varietates; multi enim vno modo censent de auctoritate absoluendi à reseruatis Papæ, & tamen non dicitur oriri confusio. Nunquam tamen reseruatio erit contemnenda: Sed quando reseruatio, aut nimia, aut irrationabilis appareret, plumbeo pede esset incidendum in determinando, & optimum esset ad superiores recurrere, & qui aliter faceret exponeret se magnis periculis in detrimentum animarum, præsertim cum in dubijs iuris in reseruatione facilis sit nullitas absolutionis.

41 † Vnum etiam addam ad explicationem Dictorum, Quod, si Episcopi limitarent facultates Regularium ad audiendas confessiones modo supradicto, non tenerentur regulares illis limitationibus obedire, quomodo autem possit cognosci, an id fiat in fraudem, facile erit, si obseruetur, an idem prestent cum alijs confessarijs sæcularibus eiusdem conditionis, & qualitatis, si enim hoc agant tantum cum regularibus, euidens signum erit, fieri in fraudem, si verò fiat etiam cum alijs, vt supra, cessabit illa præsumptio. Si tamen simpliciter reperiantur idonei, admittendi sunt simpliciter, vt dictum est, priorem cognoscendi modum tradit Miranda quæst. 45. art. 10. concl. 2. & ita expe-
42 dita est prima difficultas. † Ad secundam; An Episcopus aliquos casus possit habere incommunicabiles, quorum absolutionem nemini committat; sed cogat pænitentes ad se accedere pro absolutio-
43 ne. † Noto primo latam esse differentiam inter absoluendi facultatem factam ab Episcopo confessario, & obtentam à penitente, vt absoluatur, prima enim est Gratia facienda, secunda verò est gratia
44 facta † Potestas, vel facultas absoluendi commissa alicui est late interpretanda, tamquam fauorabilis, quæ dum conceditur, cum nulli fiet iniuria, nec præiuditium; nisi soli concedenti, quæ potestatem suam, vel totam, vel in partem communicat, tamquam principis beneficium, est late interpretanda.
45 Neq. fit præiuditium legi reseruationis, † quia principale intentum semper est inspiciendum, l. rogasti in prin. l. Si quis ff. si certum petatur Sanchez de matr. lib. 6. disp. 1. num. 11. & lib. 7. disp. 2. num. 1 cum ergo intentum principale concedentis facultatem sit fauore quodam, ac beneficio afficere eum, cui conceditur, dicendum erit non lædi legem, licet hoc veniat in consequentiam, &
46 hoc satis est, quia licet † causa mediata possit esse odiosa, satis est, vt immediata, idest liberalitas principis, sit fauorabilis, & hæc regulariter attenditur l. Socium qui in eo ff. pro Socio, l. Sed si plures §. in arrogato ff. de vulgari, & notat ibi Bartolus nu. 3. auctores pro nostro dicto vide apud Sanchez
47 lib. 7. disp. 2. nu. 1. ait. † Non extenditur tamen talis facultas, nisi ad casus adaptabiles casibus in potestate concessis. Feliu. cap. fin. num. 8. limit. 1. de Simon: Gambar. de potest. & Auct. legati lib. 10. num. 203. vbi recte infert non extendi de casu ad casum non comprehensum sub lata verborum significatione, & Felinus cap. Postulasti nu. 11. limit. 4. de rescript. bene ait extensionem huius potestatis fieri ad consequtina, etiam separabilia in quibus est eadem, vel maior ratio, vt ibi late probat. Nisi tamen consuetudine esset inducta certa interpretatio in ea materia, tunc enim est restringenda talis potestas ratione illius consuetudinis. Felinus cit. cap. postulasti num. 11. vers. quartus tamen effectus
48 de rescript. Gamb. loc. cit. num. 194. † Potestas verò concessa pęnitenti est gratia facta, quæ aliud non requirit, quam exequtionem, & ista est adeò stricte interpretanda, vt si aliquid operetur extendenda vlterius non sit cap. 1. §. Ille verò de filijs præsbyt. & 6. & ratio est, quia exorbitat à iure; ideò restringenda reg. Quæ à iure, de Reg. Iuris
49 in 6. † Extenditur tamen vsque ad propriam verborum significationem, ita vt in facultate veniant omnia, quæ sub proprietate verborum comprehenduntur, quia vere non dicitur extensio, quæ sub verborum proprietate clauditur notat Angelus, l. fin. col. 2. vers. item opponitur ff. de const. Princip. ad hoc est text. notab. quam ibi ponderat Aretin.
50 l. Cum leg. ff. de test. † Hæc tamen intellige quando facultas datur pro casibus reseruatis in corpore iuris si qui sunt; quod si reseruatio sit tantum facta ab ipsomet Episcopo tunc facultas concessa est late interpretanda, quia cum de iure subditus habeat ius ad absolutionem, talis concessio reducit reseruationem ad primæuum suum statum, nisi tamen velis dicere etiam reseruationes Episcopales pertinere ad ius commune reducendo ad decretum Concilij.

51 † Si tamen talis facultas esset concessa Religioni toti, vel toti communitati late esset interpretanda, quia summa est ratio, quæ facit pro Religione l. sunt personæ in fin. ff. de relig. sumpt. fun. &
52 † quia concessa toti communitati in perpetuum æquantur legi, ac proinde habentur, ac si essent inserta in corpore iuris, sunt enim constitutiones perpetuæ sic Oldr. cons. 300. num. 4. Henriquez alios referens in simili lib. 7. de indulg. cap. 22.
53 nu. 4. in fine. † Item in casibus, in quibus superior tenetur concedere subdito facultatem talis absolutionis, est late interpretanda tunc enim est fauor debitus causæ Gambar. de pot. legati lib. 10.
54 num. 274. † Quod si confessarius petat facultatem non exprimendo, quod hoc faciat nomine aliquorum, vt si dicat, vellem mihi impertiri facultatem absoluendi decem duodecim, vel viginti, vel etiam tantum vnum, adhuc est late interpretanda, quia adhuc est priuilegium actiuum, & concessum in fauorem absoluturi Alciatus l. 2. in prin. num. 50. vers. fallit. 2. ff. de verb. oblig. Puteus lib. 3. decis. 39. num. 2. Rota in nouissimis to. 3. lib. 1.
55 decis. 117. & lib. 2. decis. 700. † si vero petatur nomine pænitentis, est stricte interpretanda, vt si diceretur, Paulus pænitens, vel quidam meus

pænitens

pænitens vellet ſibi concedi facultatem, vt abſoluatur, quia cenſetur data in fauorem non abſoluturi, ſed abſoluendi, & eſt gratia facta, quæ nihil amplius expectat, quam exequtionem, aperte colligitur ex cap. ſi cui nulla, de præbend. in 6. in dubio autem, quando facultas eſt petita, pro vno indefinite in cuius fauorem ſit conceſſa, an abſoluendi, vel abſoluturi, reputandum eſt in abſoluendi fauorem eſſe datam, ideò ſtricte interpretanda eſt, eodem modo ſi vertatur in dubium, an in facultate conceſſa contineatur aliquis caſus, ſi eſt data fauore abſoluturi cenſendus eſt comprehendi quia interpretatio late eſt facienda, ſi vero eſt conceſſa in fauorem abſoluendi ſtricte, quia eſt gratia facta.

56 Ex quibus colligitur, quod, ſi facultas abſoluendi ſit conceſſa confeſſario, extendatur ad omnia quæ confitebitur penitens tempore confeſſionis niſi tamen confeſſio ſit adeo longum tempus in protracta, & peccata multiplicata, vt merito ſit iudicandum eam facultatem pro omnibus non fuiſſe conceſſurum Epiſcopum, & niſi ad præterita ſola reſtrinxerit, poſſe confeſſarium abſoluere, licet ſit gratia facienda, ideo extendenda, vt ſupra ſi verò ipſe penitens petierit facultatem aut confeſſario eius nomine fuerit conceſſa, non poterit, quia extenditur tantum ad præterita, eſtq. gratia facta, nihil amplius expectans, quam abſolutionem.

57 † Noto 2. nos poſſe quærere, an ſuperior teneatur dare facultatem ſubdito, vt à reſeruatis abſoluatur, ex iuſtitia, vel ex charitate, ſi ſubſit cauſa rationabilis, & extrinſeca, & quaſi per accidens, & ſpetialis, vel ſolum illa difficultas quaſi intrinſeca confeſſioni, vt erubeſcentia detegendi ſummo Prelato ſua peccata ſuſpicio amittendi bonam famam, & reputationem, & his ſimilia, ſi denegatio ſit futura in minorem vtilitatem, vel etiam in damnum pænitentis, ſi in vtilitatem publicam, vel conceſſio in damnum, & tandem ſi timeatur violatio ſecreti confeſſionis ex derogatione.

58 † Dico in aliquibus caſibus teneri ſuperiorem ex iuſtitia, concedere ſubdito petenti facultatē, vt abſoluatur à reſeruatis, vt v. g. ſi pænitens rationabiliter timeat ſuperiorem confeſſionem eſſe reuelaturum, aliquod graue damnum ſibi inferendum, ſi confeſſarius ille confeſſione ſit male vſurus, graues cum illo inimicitias geſturus, ſi non ſit idoneus ad ferendum iuditium de peccatis, vel quia eſt ignorans, vel quia iniquus, & ideo loco medicinæ ſit ſcandalum allaturus, quia ad aliquod peccatum ſit prouocaturus, vel aliquid ſimile ex confeſſione ſibi vel alijs rationabiliter timeat. Ratio eſt, quia denegando infert iniuriam, ergo ex iuſtitia tenetur concedere, ſibi autem imputet Confeſſarius ſuperior, vel Epiſcopus ſuam malitiam, & ſuam nequitiam, ex quibus amittit ius, quod alias haberet Suarez alios referens de pænit. diſput. 30. ſect. 4. concluſ. 1. eſtq; iſta rationabilis cauſa extrinſeca.

59 † Dico 2. etiam teneri concedere facultatem petitam, quando ex derogatione timetur aliquo modo detractio ſigilli, & detectio confeſſionis, habet enim ſubditus ius ad ſecretum ſuorū peccatorum, & ad conſeruationem propriæ famæ, nec poteſt cogi ad aliquid, ex quo publicentur, ſi alio modo poſſunt eſſe ſecreta peccata, & fama poteſt ſeruari ideo cum hoc periculo eum non poteſt ſuperior cogere ad talem confeſſionem.

60 Dico 3. ſi aliquod graue malum timeatur pænitenti ex denegatione facultatis, tenetur ſuperior eam illi tradere ex charitate, vel etiam ratione ſui officio, quo vitare tenetur malum ſui ſubditi, etiamſi nollet ſubditus ab eo confiteri ob ſolam verecundiam. Excipe tamen, niſi talis conceſſionis ceſſura eſſet in damnum & pernitiem aliorum, quia tali caſu non teneretur dare Epiſcopus, nec ſubditus poſſet iuſte conqueri, cum etiam ipſe teneatur alienum damnum vitare ſaltem ex charitate & ideo licet ſubditus vel omnino non eſſet confeſſurus, vel dimidiate non ideo ſuperior dāre tenetur, quia hoc eſſet ſcandalum Phariſaicum, & ideo quidquid ex hoc ſequeretur, ſubdito, non ſuperiori eſſet imputandum: tenetur enim bis caſibus ſubditus ſuo ſuperiori confiteri ad tollendum hoc malum, quod etiam ſuperior tenetur impedire, cum ergo teneatur ſubditus confiteri in his caſibus ſuo Prælato, & nolit, ſibi imputet quidquid
61 inde ſequitur non ſuperiori. † Si tamen timeatur graue damnum pænitenti, & vtilitas alijs, tunc facultas non eſſet deneganda, quia ſacramentum eſt per ſe ordinatum in bonum pænitentis, & ad eundem finem ordinatur reſeruatio, ergo non debet per hoc medium procurari aliorum vtilitas cum tanto damno pænitentis. Obſerua differen-
62 tiam inter vtilitatem, & damnum proximi. † Quod ſi ex conceſſione ſperetur maior vtilitas pænitentis, quam ex negatione, niſi aliunde timeantur grauiora incommoda eſt omnino concedenda talis facultas ratione ſupra tradita, quia reſeruatio eſt inſtituta in bonum ipſius pænitentis, ſi vero illa non ſperetur vtilitas nec tamen timeatur damnum licet ſuperior poſſit, non tamen tenetur, neq; ex charitate illam facultatem dare, quia nulla eſt ratio, & ſi ex conceſſione timeatur vel maius malum vel minor vtilitas tunc non ſolum non tenetur, ſed non debet dare. Vide Suarez ſupra citatum & Egidium de Koninch de ſacr. diſp. 8. d. 14. non eſt tamen facile præſumendum damnum, vel pernicies proximi, vt denegetur dicta facultas pænitenti ita idem Koninch ibidem.

63 Dico 4. quando ſuperior non habet iuſtas cauſas in contrarium, debet præbere ſe facilem valde in hac conceſſione. D. Th. in 4. diſt. 17. q. 3. ar. 3. q. 4. ad 6. vbi ita habet illi, qui ſunt nimis ſolliciti, vt conſcientias ſubditorum per confeſſiones ſciant multis laqueum damnationis inijciunt, & per conſequens ſibi ipſis. Duo ſunt maxime obſeruanda, vnum à ſuperiore concedente, alterum à confeſſore petente (raro enim petunt nunc pænitentes) facul-
64 tatem † ſuperior debet ſtare iuditio Confeſſarij petentis facultatem, an hic, & nunc expediat dari. Ex qualitate enim perſonæ, & caſus, vt plurimum cogniti, poteſt facilius iudicare, quam ſuperior, niſi tamen ſuperior haberet aliquas cauſas valde vrgentes in contrarium, vt quod nimis crebra eſſet petitio talis facultatis &c. quod maxime verum eſt in Religione.

65 † Obſeruandum autem à Confeſſario pro ſubdito ſummopere eſt, ne ſuperior vllo modo poſſit conijcere perſonam, pro qua petitur facultas. Imo addit Koninch loc. cit. etiam caſum ob quam petitur. Quia alias eſſet periculum frangendi ſecretum ſacramenti, ſi in confeſsione ſciret, vel natura ſi extra: ideo valde multum caute & pendente ſe gerere debet Confeſſarius.

66 † Aſſerit tandem Koninch, ſuperiorem non teneri, concedere ſubdito facultatem eligendi, quem vult Confeſſarium, ſed poſſe, aliquem, vel aliquos determinatè taxare. Non tamen expedit ſuperiorem in hac re multum eſſe difficilem ſi electa

67 persona ab ipso sufficiens iudicetur. † Subdit deinde, posse superiorem aliquas peccatis præscribere pænitentias, quod tamen non video, quomodo cohæreat cum eo, quod supradixit, nempe quoad petens facultatem non debet detegere peccatum, si ergo superior nescit peccatum, quomodo potest præscribere pænitentiam sed fortasse intelligit de aliqua præscriptione generali, quod puto verum, & conueniens, maximè si fiat cum consilio prudentum, & piorum DD.

68 † Disputant Doctores, an superior concedens facultatem absoluendi à reseruatis possit iniungere onus, quod pœnitens teneatur coram se comparare, tam pro commissis peccatis quam pro committendis idest, an superior concedens facultatem Confessario absoluendi aliquem à peccatis iam commissis tantum, possit præcipere, quod pænitenti hoc onus imponatur, & an eandem facultatem absolute committens etiam pro committendis, idem possit iubere. Late de hac Doctores Suarez disp. 30. sect. 5. per totam ex Koninch. disp. 8. dub. 15. Sanc. in sua disp. seelect. 12. Asserit hoc quidem posse fieri in concessione facultatis absoluendi ab excommunicationibus reseruatis, ratio-

69 nem subdit, † quia Sacerdotes omnes non accipiunt immediate à Christo potestatem absoluendi ab excommunicatione sed eam etiam iurisdictionem actiuam accipiunt à Supremis Pastoribus, quod ita non est in absolutione à peccatis, pro qua accipiunt in positione ordinis actiuam potestatem nec illis aliud decst, quam conueniens applicatio materiæ, quæ fit à superioribus, at respectu excommunicationis vtraque desideratur in omnibus Sacerdotibus. Fieri autem posse aliquo modo peccatorum tam commissorum quam committendorum omninò negat, & probatur apud ipsum.

70 Respuit etiam sententiam Suarij, & aliorum dicentium, posse sine dubio superiorem concedere facultatem absoluendi sub ista conditione, quod Sacerdos, quem pœnitens eligit imponat ipsi pœnitenti virtute clauium, quod iterum confiteatur sua peccata superiori, & ita teneri pœnitentem admonere Sacerdotem, quem eligit, quod ita faciat, subdit rationem, quia hoc esset mittere falcem in messem alienam, & in aliena iurisdictione iudicare, quia ipse supponit, quod solus minister audiens sit etiam solus minister pœnitentiæ iniungendæ cum sit etiam solus iudex peccatorum. Scio tamen alias à Sacris Canonibus præscriptas fuisse pœnitentias

71 peccatis, at dicet fortasse publicis: † Concedit tamen, quod Confessarius potest iniungere pœnitenti onus confitendi certis temporibus, & quod pœnitens teneatur dicere, se hoc onus habere iniunctum in confessione, & præterea posse etiam iniungere pœnitentiam, vt iterum eadem confiteatur, estque lata differentia, si hoc onus imponatur à Confessario, & si imponatur à superiore concedente facultatem absoluendi à reseruatis, quia in hoc 2. casu efficitur, quod peccata non maneant absoluta donec superiori aperiantur sacramentaliter; in primo autem non sic quia remanent vere absoluta, cum onere tamen illa iterum confitendi

72 hæc ille, † qui etiam ex dictis suis elicit, quod si pœnitens obtenta facultate à superiore pro absolutione, faciat confessionem inualidam, non ideo, non potest iterum eadem peccata cuicunque Sacerdoti etiam facultatem non habenti fateri, sed posse, quia non ideo ex confessione inualida extinguitur facultas obtenta, sed adhuc durat, & secundum eundem, qui facultatem obtinuit hoc anno, & non vtatur, poterit vti in futuro confitendo cuicunque superiori, nisi tamen facultas fuerit limitate concessa pro determinato tempore, & hæc quoad secundam difficultatem.

73 † Quoad 3. An subditus habens animum nullo modo accedendi ad superiorem pro absolutiont, cum tamen nullas habeat causas, ex quibus non debeat Episcopum aut alium superiorem adire an sit capax absolutionis.

74 Dico 1. Episcopum, & superiorem debere summe cauere, ne subditum adigat sua negatione ad hanc obstinationem, nisi habeat vrgentissimam causam; & Confessarius debet esse valde prudens in hoc vitando, licet enim superior non teneatur præbere huiusmodi facultates Confessarijs petentibus, sed Confessarij debeant mittere ipsas pænitentes ad superiores, vt aperte colligitur ex verbis concilij ibi sacerdote, cum nihil possint in casibus reseruatis, id vnum pænitentibus persuadere nitantur, vt ad superiores, & legitimos iudices pro beneficio absolutionis accedant, vbi Suarez maxime ponderat illud verbum, id vnum, attamen vtitur etiam verbis non præcepti, sed suasionis, iudicans fortasse, quod faciant quantum in se est, vt subditus ipse accedat, at, si illum valde difficilem reperiunt, non tamen ad dictam obstinationem reducant, sed ipsi, vt salutem animarum consequantur superiores adeant, & statum explicent, quo casu superiores debent concedere ne tam grauem malum subdito

75 sine causa contingat, † quod si causa subsit publici damni, nec per alium nisi per superiorem possit auerti, tunc non superiori, sed subdito eius durities erit imputanda, & in hoc casu satis erit erubescentia subditi ad mouendum Episcopum, vel superiorem. Imo puto se etiam debere præbere facilem, etiamsi nulla causa moueatur subditus ad non accedendum, quia cum superior nullam habeat causam cogendi, & si quam habet, possit per alium supplere, & subditus habeat ius ad absolutionem, & reseruatio sit inducta in eius bonum, profecto ex hoc illi non debet graue damnum aduenire. Debent ergo superiores esse faciles in his facultatibus concedendis, quod si ex nimia facilitate concessionis aliquid detrimenti patiatur christiana, vel regularis obseruantia alia adhibeant remedia, sed caueant valde ab hac pœnitentis obstinatione, quia si in illam incidit in magnum periculum incidit, quia debet conteri de præterito & se disponere in futurum. Valde autem difficile erit obstinatum proponere ad superiorem accedere, Quod si confessarius in hoc statu pœnitentem reperiat.

76 † Dico 2. Confessarium in hoc casu duo considerare debere. Perseuerantiam pænitentis in petenda hac facultate, vt possit absolui & obstinationem, qua nolit vllo modo ad superiorem accedere. In primo, pænitens non peccat petendo, non enim violat ius, quod habet Episcopus, vel superior cogendi subditum ad se accedere, & ideo quamuis instet, & vrgeat non peccat, imo potest honeste agere iuxta exigentiam causæ, & potest superior teneri concedere sicuti potest esse, quod debitor ex iustitia teneatur debitum soluere, cuius tamen remissionem ex charitate teneatur creditor indulgere. In 2. antem est in statu peccati mortalis, semper enim peccat habendo propositum sine causa extrinseca, vt supra, non confitendi suo superiori, violat enim ius, quod superior habet, & ideo nisi pœniteat, non est absoluendus, quia absolueretur existens in peccato mortali.

77 † Dico 3. etiam existenti in tali statu esse omnino

nondandum facultatem, vt remedium aliquod illi malo adhibeatur. Reseruatio enim inducta in salutem non debet conuerti in damnationem pœnitentis, & superior, vel Episcopus debet omnino saluti animarum suarum inuigilare, & earum perniciem auertere est enim data auctoritatis in ædificationē non in destructionem.

78 Dico 4. Confessarium in excipienda confessione istius pœnitentis debere omnino esse valde prudentem, debet ergo explorare diligenter, an pœnitens sit in bona fide, & credat, se non peccare persistendo in illa obstinatione, quia credat Episcopum teneri facultatem impartiri, vel alia ratione, & hoc casu nihil pœnitenti debet dicere, sed obtenta facultate absoluendi à reseruatis, quam superior debet concedere, illum absoluat iuxta alibi à nobis tradita cum de hoc agetemus. Si vero reperiat in mala fide, idest putantem vere, se grauiter peccare, & asserat item data simili occasione nullo modo esse pariturum, nisi resipiscat, & hoc formale propositum habeat, nullo modo debet absoluere. Quod si hoc formale propositum non habeat, debet diligenter cauere, ne ad illud eliciendum inducat, sed curet, vt de isto, sicut de cœteris peccatis doleat non descendendo, tamen ad particulare, ne illum absolutionis incapacem omnino reddat, sed in hoc se gerat iuxta regulas, quæ à DD. traduntur ad similes scropulos euitandos. Hæc ex Suarez & Emanuel loc. cit. & alijs etiam Doctorib. non singula ex singulis, sed omnia ex omnibus, plurima tamen ex Suarez.

79 Ad 4. difficultatem. An Confessarius possit vni pœnitenti facultatem concessa vti pro alio: Notandum hic agi de facultate obtenta ab ipso pœnitente

80 non de obtenta à Confessario. † Ideo dico facultate à pœnitente obtenta pro se ipso non potest Confessarius, vti pro alio. Quia censenda est concessa à superiore illi priuatiue quoad alios. 2. Ius illi est acquisitum, quod Confessarius non potest auferre. 3. Potest esse, quod licet pœnitens hactenus illa non sit vsus, sit illa in posterum vsurus.

81 † Quod si facultas est à Confessario ipsa obtenta, vel est obtenta expresso nomine illius, pro quo illam petit, vel non; rursus, etsi illam petijt non expresso nomine admonuit tamen illum, se facultatem pro illo absoluendo obtinuisse, vel tandem illam à superiore petijt pro indiuiduo vago, vt vellem mihi concedi facultatem pro absoluendo quodam pœnitente à tali peccato, si facultas est à Confessario obtenta pro vno expresso illius nomine, non potest pro alio vti, quia superior pro illo determinate concessit, & nominato acquisitum est ius illa fruendi; Si præterea non expresso nomine obtinuit, sed de illo pœnitentem certiorem reddidit, neq; in hoc casu puto pro alio posse vti, quia iam determinatæ personæ est applicata, quod si tandem pro indiuiduo vago petijt, nec quemquā de illa admonuit, puto pro alio posse vti, quia mens superioris non est cuiquam determinata, nec per Confessarium facta determinatio. Nec ad superiorem quidquam refert, quod magis iste, quam alius absoluatur. Dices facultatem concedi iuxta intentionem petentis. Respondeo hoc verum esse quoad qualitatem criminis, quoad personam illi quidem sed non priuatiue quoad alias, cum nulla subsit ratio ad hoc cogens de hoc alibi etiam fortasse.

An autem, si post impetratam absolutionem pœnitens labatur in alia similia peccata virtute præfatæ facultatis possit absolui. Respondeo ex dictis, vel facultas est obtenta à pœnitente, vel à Confessario. Si facultas est obtenta à pœnitente non potest absolui nisi à commissis vsq; ad impetratam facultatem, quia est gratia facta & solam exequtionem expectat. Si vero à Confessario, dico posse absolui, nisi tamen adsit aliqua superioris limitatio, quia est gratia facienda, intellige tamen iuxta superius tradita, nisi in fraudem differat pœnitens confessionem, vel aliunde colligatur restrictio mentis concedentis. Non enim censentur concessa, quæ non iudicantur fuisse concedenda si omnia superiori fuissent aperta & manifesta.

82 Ad quintam difficultatem. † An virtute priuilegiorum confraternitatibus concessorum possint confratres absolui à casibus Episcopis reseruatis, vt res tota plenius habeatur, supponendum, quod, vt à casibus istis possint absolui, vel debeot habere priuilegium, quod istud aperte concedat, vel debent habere, quod implicite contineat, vt est illud absoluendi à reseruatis Papæ: de hoc 2. nempe, an concesso priuilegio, quod confratres possint absolui à reseruatis Papę, intelligatur, quod etiam possint absolui à reseruatis Episcopis, infra dicemus Nunc tantum agendum de priuilegio expressam facultatem concedente: & tria quærenius primo, an tali priuilegio per Concilium sit derogatum. 2. Quid attenta constitutione Clementis VIII. ædita 24. Decembr. 1604. quam refert in sua summa, Quaranta verbo confraternitates & explicat Franciscus Leo in suo thesau. fori Ecclesi. vbi de confraternitatib. 3. Quid si alicubi non esset recepta,

83 Ad 1. quid dicendum attento iure Concilij videtur dicendum, non posse absolui dictos confratres, quia concilium manifeste habet sacerdotes, cum nihil possint in casibus reseruatis, id vnum pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad superiores, & legitimos iudices pro beneficio absolutionis accedant, in quo textu duo pondero. Vnum, quod confessarij nihil possunt in casibus reseruatis, ergo neq; quoad confratres 2. Pondero illa verba, id vnum pœniteotibus suadere nitantur, ergo cum hoc vnom debeant suadere non est aliud, ergo neq; priuilegiom confraternitatum. 3. Multę sunt declarationes sacræ Congregationis, quibus decernitur Regulares sua priuilegijs non posse absoluere à reseruatis Episcopis ergo signum est per Concilium illa esse sublata.

84 Attamen † puto dicendum virtute concilij tali priuilegio, si antea erat concessum, non fuisse

85 derogatum. † 1. Quia lex generaliter loquens, non tollit priuilegium particulare concessum, super eo de quo lex generalis loquitur Oldrad. cons. 266. Felin. cap. 1. de rescript. nu. 19. Iason. l. 1. no. 9. ff. solut. matr. Decius in reg. in toto iure num. 8. ff. de reg. iur. Milis. in repert. verb. priuilegium non infertum Gabriel de legib. concl. 1. num. 3. Mendos. reg. 4. Cancell. 7. nu. 5. Anast. Germon. de Indult. Card. §. per quæ sublatis nu. 69. & 73. Barbosa in l. 1. ff. solut. matr. p. 1. nu. 5. Cenedo collect. 14. ad Clem. nu. 5. Suarez de legib. lib. 8. cap. 39. nu. 2. Aldrete allegatione de omnimoda tegul. exempt. par. 1. cap. 8. num. 4.

86 2. † Quando Concilium vult priuilegijs derogare, id exprimit Germonius vbi supra Roderiq. to.

87 1. qq. reg. q. 8. art. 6. † & sacra congregatio Concilij censuit, Concilium non derogare priuilegijs Apostolicis, nisi de istis expressam faciat mentionem idem Germ. ibid. num. 68. & sequitur

Aldrete nu. 7. & 28. Suarez de legib. lib. 7. c. 18. numer. 17. & c. 14. numer. 6. Rota in Leodin. Canon. 11. Martij 1596. coram Blanchetto, quam refert Farin. cons. 68. numer. 20. quæ censuit, priuilegijs concessis vniuersitati Canarien, non fuisse derogatum per Concilium Trid. sess. 24. cap. 20. & ita attestatum fuisse Gregor. XIII. in sua confirmatione.

88 Neq; † illis priuilegijs esset derogatum, licet condita fuisset aliqua constitutio illa omnia abrogans priuilegia, quæ Concilij decretis aduersantur. Quia talia priuilegia non aduersantur Concilio, cum illa non tollit, nec quidquam de illis loquatur Aldrete vbi supra nu. 28. Quia priuilegia, quibus non durogatur in Concilijs, non sunt illis contraria.

Ad rationes in contrarium. Ad primam dico id esse verum raspectu Sacerdotum, nullũ priuilegium habentium, nec actiuum, nec passiuum, quod, si aliquid tale sit, possunt omnino.

Ad 2. item respondeo, Concilium loqui in eodem casu, & exprimere, quod maxime cupit, non tamen tollere, quin pænitens possit vti alijs remedijs competentibus, si subsint.

Ad Tertium, vel dic cum Garzia de benef. p. 3. cap. 2. num. 288. sacram congregationem non decernere priuilegia regularibus concessa pro simili absolutione per Concilium fuisse reuocata, sed quod regulares talia non habuerunt, & vide apud ipsum concordantiam eorum, quæ in hoc videntur sibi contraria, vel dic eandem sacram Congregat. decreuisse, non quod simpliciter quorumcunque suorum priuilegiorum virtute non possint regulares absoluere, sed non posse in vim eorum, quæ consideranda exposita fuerunt.

89 Ad † secundum dubium. Quid sit dicendum attenta constitutione Clementis VIII. Hic possumus inquirere de confraternitatibus ante illam vel post illam erectis, & de vtrisque dico, nisi habeant speciale priuilegium nouum, vel nisi antiquum legitimè sit innouatum iuxta antiquarum confraternitatum priuilegia non posse confratres absolui, nec pro absolutione Confessarium eligere, patet in ipsa constitutione §. decernimus insuper, qui per extensum talis est, Decernimus insuper, vt ijdem confratres cuiuscunque gradus, status, conditionis, & præeminentię etiam si speciali nota dignæ fuerint à casibus contentis in litteris quæ in die Cęnæ legi consueuerunt, nec non violationis immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, & clausuræ Monasteriorum Monialium, si siue necessaria, & vrgenti causa, ac sine superiorum licentia vel etiam si causa, & licentia concessa abutentes prædicta Monasteria ingressi fuerint, nec non violentæ manus iniectionis in clericum, & singularis certaminis, seu duelli, ac ab alijs etiam casibus tam à nobis, quam à prædicto nostro in Vrbe Vicario, & locorum ordinarijs respectiue, reseruatis, & pro tempore reseruandis, & etiam à quauis excommunicatione ab homine lata absoluere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu prouenientibus, quam occasione delicti contractis cum aliquo dispensare prætextu dictorum priuilegiorum nullo modo possint. Ex quo manifeste patet huiusmodi priuilegia esse sublata. Instituendæ enim confraternitates, iuxta hoc decretum sunt regulandæ, & institutæ iuxta idem sunt intra annum si sint in Europa, & alibi intra biennium reformandæ, alioquin ipso facto nullius sunt roboris, ac momenti, vt ex sequenti §. Franciscus Leo docet loco allegato numer. 182. & ideo manifeste sequitur, nullas, confraternitates talibus concessionibus posse vti, nisi denuo specialiter obtineant easdem facultates.

90 Ad 3. dubium † quid dicendum, posito quod alicubi dicta constitutio non sit recepta. Respondeo primo quidquid sit, an dicta constitutio possit non recipi, posita dicta constitutione, & scita nullo modo quemquam posse vti talibus priuilegijs. Quia casuum reseruatio, & demptio facultatis absoluendi non pendet ab aliorum acceptatione, & talia priuilegia possunt à Principe Superiore idest Summo Pontifice reuocari pro suo libito.

91 Ad 6. † principalem difficultatem, an concessa facultate absoluendi à reseruatis Papæ, censeatur concessa absoluendi à reseruatis Episcopis. Quidam asserunt, quidam negant, vt videre est apud Doctores & Barbosa pro vtraque parte rationes adducit de off. & potest. Episc. 3. p. alleg. 152. num. 7. Ego sequens Garziam de benef. lacte 3. c. 2. num. 300. distinguo, vel in concessione Summus Pontifex dat tantum facultatem absoluendi à sibi reseruatis sine particula, etiam, vel addita eadem particula. Si non additur particula, etiam, puto nullam aliam facultatem concedi præterquam absoluendi ab expressis, si vero addita sit particula, etiam, cum sit respectiua alicuius alterius, dico bene comprehendi, etiam casus Episcopo reseruatos, & ita intelligo

92 † duas declarationes Sacræ Cougreg. quas affert Garzia loco cit. quas ego hic ponam per extensum, quarum prima est. Omnes, qui audiunt confessiones, possunt absoluere à casibus Episcopis reseruatis virtute Bullæ Iubilei inducti à Summo Pontifice cum facultare absoluendi à quibuscunque enormibus peccatis reseruatis Apostolicæ sedi, etiam in Bulla Cęnæ Domini, sed non virtute priuilegiorum, & facultatum perpetuo concessarum, vt Rosarij, secunda vero est ista, secundum quam prima est intelligenda. An regulares virtute litterarum Iubilæi, & Indulgentiarum, & alij quicunque Confessarij possint absoluere à casibus reseruatis Episcopis, si in eisdem litteris tribuatur eis facultas absoluendi à quibusuis casibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis Sacra Congregatio censuit posse, & ita has duas sententias concilio.

93 Ad † septimam, an delegatus possit subdelegare. Pro solutione noto, aliquam posse absolui à reser-

94 uatis directe, vel indirecte: † Directe absoluitur, quis ab habente facultatem ordinariam, vel delegatam, indirecte à quocunque Sacerdote, sed cum obligatione iterum se præsentandi habenti faculta-

95 tem ordinariam, vel delegatam. † An autem habens reseruata, sed non habens copiam Sacerdotis habentis facultatem ordinariam, vel delegatam, possit confiteri tantum non reseruata, reticendo reseruata, an vero teneatur omnia fateri tam reseruata, quam non reseruata, vt directe à non reseruatis indirecte à reseruatis absoluatur, non conue-

96 niunt DD. † Affirmant posse dimidiate confiteri Alensis, maior, Soto apud Koninch de sacr. disp. 7. num. 85. negant D. Th. Gabriel, Palud. & alij apud eundem, & hanc dicit fere esse communem, ego puto vtrunque sententiam esse probabilem nimis enim durum est, cogere ad eadem peccata bis explicanda neque de primis, idest reseruatis, vt reseruatis, & absoluendis vllum fert, aut ferre potest iuditium, cum ad eius iuditium non pertineant,

97 cum de illis non possit ferre sententiam. † Quod vero possit dari casus, quo pęnitens ratione status sit incapax absolutionis, vt quia sit concubinarius, & concubinatus sit casus reseruatus, ideo nisi etiam

reseruata

reſeruata aperiantur non poteſt ferri iudicium
requiſitum facile reſpondetur Confeſſarium ſuis
generalibus interrogationibus poſſe ſatisfacere,
quod ſi negligat iſte, ſatisfaciet ille, qui audiet
reſeruata Interim pænitens fatetur ſua peccata,
reticet, v. g. concubinatum, ratione cuius eſt
incapax abſolutionis, ſi bona fide hoc ignotat
obtinet beneficium abſolutionis, ſi mala fide ſibi
98 imputet. † Aduerte tamen, quod, vt quis poſſit
indirecte abſolui, aſſignantur caſus ſpeciales, præ-
ter quos talis modus abſoluendi non licet, caſus
autem ſunt quando aliqua vrgens neceſſitas ſufficit
ad excuſandum ab integritate confeſſionis, aut ad
communicandum ſine confeſſione, de quibus vide
99 Koninch. dict. 8. citat. num. 105. remiſſiue. † Ad
abſoluendum directa requiritur ordinaria, vel de-
legata iuriſdictio, ordinariam iuriſdictionem
100 habent illi, qui poſſunt ſibi reſeruare. † Illius
enim eſt ſoluere cuius eſt & ligare l. 3. ff. de re iudic.
& Cap. verbum, de pœnit. diſt. 1. vbi definitur eſſe
par ius ſoluendi, & legandi, & ille, qui potuit
excommunicare poteſt, & abſoluere tradit Gloſſ.
verbo inferior Cap. inferior 21. diſt. probant tex-
tus in Cap. prudentiam §. inter de off. deleg. & in
101 Cap. ad exprimendum de off. ord. † & non ſolum
poteſt abſoluere à cenſuris à ſe latis, ſed etiam à
latis à ſuo prædeceſſore Barboſa de off. & poteſt.
Epiſcopi allegat. 52. p. 3. num. 1. & ſucceſſor reſer-
uantis ſibi caſus poteſt ab illis abſoluere Praxis
102 noua Epiſcopi p. 2. c. 3. num. 15. † Capitulum
ſede vacante, cum habeat omnia, quæ ſunt iuriſdi-
ctionis Epiſcopalis, niſi quid in iure contrarium ſit
expreſſum, vt text. in Cap. 2. ne ſede vacant. & re-
ſoluant Flam. de reſignat. lib. 7. quæſt. 23. à nu. 26.
& ſequitur Barboſ. loco cit. nu. 2. poteſt inſtituere
Confeſſarium, qui à reſeruatis abſoluat, Azorius
p. 2. lib. 3. cap. 27. apud eundem Barboſam ibidem,
103 † quod poteſt etiam ſi longo tempore abſit Epiſ-
copus, nec pateat aditus ad eum ex Cap. Epiſcopus
de ſupplend. neglig. Prælat. in 6. quo caſu non ad
Archiepiſcopum, ſed ad capitulum, ac ſi ſedes
vacaret, in temporalibus, & ſpiritualibus pertinet
104 adminiſtratio. † A reſeruatis Epiſcopis non po-
teſt abſoluere eius Vicarius, niſi ſpetialis facultas
ei tributa ſit ab Epiſcopo. Rebuffus, Vgolinus,
quos refert Barboſ. p. 3. alleg. 54. num. 116. de
105 off. & poteſt. Epiſc. † Neque Pœnitentiarius à
caſibus, quos ſibi expreſſe reſeruat Epiſcopus,
multos refert idem Barboſ. ibid. alleg. 55. nu. 23.
106 Delegatam † iuriſdictionem habent illi, qui-
bus, vel non competit, vel ſi alias competit iure
ſpetiali delegatur.
107 † Hæc delegatio, aliquando fit à iure, aliquan-
do ab homine à iure, aliquando illi, cui prius com-
petebat, vt quando Summus Pontifex condendo
aliquam legem, vel aliquod Concilium, tribuit
Epiſcopis aliquam facultatem, quæ alias etiam illis
competebat, ſed poſtea fuerit ſublata, & hoc ali-
quando fit addendo clauſulam tanquam Sedis Apo-
ſtolicæ delegatis, vel aliam ſimilem vel nullam,
aliquando mandatur eadem, vel ſimiles iuriſdictio,
cui prius non competebat.
108 † Demandatur etiam iuriſdictio ab homine, vel
ad vniuerſitatem cauſarum, vel ad vnam cauſam
tantum, vel ad vnum articulum ſolum vnius cauſæ.
Inter quos modos delegationis adeſt magna diffe-
rentia. Nec conueniunt inter ſe Doctores, quando
his modis demandata iuriſdictio ſit ordinaria, vel
delegata, ideo breuiter, quia valde refert aliqua
examinabimus, neque enim eſt animus omnia per-
ſequi, que de iſtis poſſent dici referam tamen aliqua
ex alijs, deinde, quid ego ſentiam ex Barboſa.
109 Dico † ergo, ſi à iure demandetur iuriſdictio
tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato, non eſſe hanc
ordinariam, ſed delegatam iuriſdictionem. Ratio
eſt, quia non iure officij, nec habita ratione ad
illud, ſed magis ex ſpetiali delegatione conceditur:
Doctores hoc ſentientes refert Barboſa de pot.
Epiſ. p. 3. alleg. 92. num. 3. & num. 4. ſoluit, quæ
in contrarium poſſent afferri.
110 Dices † Poteſtas compellendi hæredes, vel alios
ad exequendas fidelium voluntates competit capi-
tulo ſede vacanre, & tamen competit Epiſcopo iure
delegato Trident. ſeſs. 22. cap. 8. de refor. quod
non poſſet, niſi eſſet iuriſdictio ordinaria. Reſpon-
deo duplici iure hoc competere Epiſcopo iure dele-
gato, vt in cit. loco Trid. & iure ordinario c. 3. de te-
ſtam. ſuccedit ergo Capitulum in hoc ius tanquam
111 ordinarium, non delegatum, † poteſt enim eadem
res competere Epiſcopo, & iure delegato ſedis, &
iure ordinario Epiſcopi Sanch. de matr. lib. 8. diſp.
2. num. 10. & patet etiam ex ijs quæ tradit Garzias
relatus à Barboſa de pot. Epiſ. 3. p. alleg. 92.
112 num. 10. † vbi concludit, cum delegatio expri-
mitur ſub his, vel ſimilibus verbis, etiam, vt
ſedis Apoſtolicæ delegatus, aut, auctoritate etiam
noſtra, iuriſdictionem illam eſſe delegatam, &
113 ordinariam, ratione illius particulæ etiam; † quæ
vnum caſum exprimit, & alium includit Gloſſa
verbo Eccleſiæ iuncto text. in Clem. 2. de hæret.
ibi Barb. num. 11. & 12. & ita, cum ſimili clauſula
demandata iuriſdictio ſemper eſt delegata, poteſt
tamen etiam eſſe ordinaria, ſi aliquo iure prius
competebat, & de facto competit, quod ſi prius
tantum competebat, ſed nunc eſt ablata, tali clau-
ſula iterum conceſſa non ſit ordinaria, ſed tantum
delegata.
114 An autem † Iudex ordinarius ſit, vel delegatus,
cum procedendi facultas cōceditur ſub his verbis,
non obſtantibus priuilegijs, vel non obſtantibus
quibuſcunq; vt ſeſſ. 5 cap. 5. de reform. ibi quæ-
ſtores vero eleemoſinatij, qui etiam quæſtuarij &c.
priuilegijs quibuſcunq; non obſtantibus opportu-
nis remedijs omnino arceantur & ſeſs. 7. cap. 5.
ordinarijs locorum &c. appellationibus priuilegijs,
& exemptionib. quibuſcunq. &c. nemini ſuffragan-
tibus, & alijs ſimilibus Barboſa loco allegato num.
15. verius cenſet non conſtituti iudicem delega-
tum, ſed tantum excitari iuriſdictionem, quam
alias Epiſcopus habebat, videtur expreſſum in
Cap. Cum aliquibus §. ſi vero de reſcriptis. Ex
115 Sanch. † ſi priuilegio perpetuo iuriſdictio con-
cedatur dignitati non eſt delegata, ſed ordinaria,
& habet iura poteſtatis ordinariæ Sanch. de matr.
lib. 2. diſp. 40. num. 14. quamplurimos referens,
116 quod adeo verum putat, vt, quamuis † certum
ſit reſeruata ſpecialiter Principi in ſignum ſupremæ
iuriſdictionis delegari non poſſe fallat quando,
quis habet, ex officio, aut dignitate ius illa exer-
cendi, licet hoc ſit cauſa priuilegijs eidem digni-
tati conceſſi, tunc enim poterit delegare Couar. 3.
117 var. cap. 20. num. 10. † Excipe niſi res ſit tanti
momenti vt per alium expediri nequeat, qualis eſt
poteſtas conferendi beneficia, quam Epiſcopus
ſoli Vicario ſuo generali poteſt delegare. Conceſſa
ergo iuriſdictio dignitati in perpetuum nulla
addita clauſula ſed ſimpliciter, eſt ordinaria. Ad
118 † ſolutionem deueniendo Dico 1. ordinarium
poſſe delegare, cū iure proprio vtatur, & in ſe ipſo
habeat radicatam iuriſdictionem; delegatum
autem

autem non posse delegare, quia nihil habet proprium, sed vsum alienæ iurisdictionis, nisi tamen sit delegatus Principis supremi hęc conclusio habet tres partes prima, quod ordinarius possit delegare, & patet ex l. more ff. de iurisdict. omn. iud. & l. cognitio §. cum propriam ff. de off. eius & Cap. Cum Episcopus de off. ord. in 6. 2. quod delegatus non possit subdelegare, & patet ex l. fin. ff. de off. eius & l. à iudice C. de iud. 3. nisi sit delegatus Summi Principis & habetur Cap. Cum causam de appellat. & l. à iud. C. de iudicijs.

119 Dico 2. † Delegatus ad vniuersitatem causarum potest subdelegare, reputatur enim, quasi ordinarius probatur ex l. 1. §. ab eo ff. quis & à quo, vbi textus docens, quod quando delegatus subdelegauit est appellandum ad primum delegantem, manifeste supponit, delegatum posse subdelegare. Quis autem sit iste delegatus, qui potest subdelegare Glossa verbo, non ipse, & ab eo, explicat esse delegatum ad vniuersitatem causarum & idem tenet Gloss. l. à iudice verbo non habet C. de iud. &c. Cum causam de appell. verb. delegatus Hostiensis Io. Andreas Anton. Imo Felinus Abbas & alij apud Sanchez de matr. lib. 3. cap. 31. num. 2.

120 † Non tamen potest omnem sua facultatem subdelegare, sed tantum vnam, vel alteram causam, ita Glos. cap. cum causam verbo delegatus de appellat. & alij quos citat & sequitur Sanch. vbi

121 supra nu. 3. † Quod si petas, quis sit delegatus ad vniuersitatem causarum. Dico non solum esse illum, cui delegantur causæ, non solum sub genere generalissimo, sed etiam sub nomine collectiuo, quamuis sit subalternum, licet sit restrictum ad locum, vt, si committantur causæ vnius loci, vel quoad quantitatem, vt causæ certæ summæ, non maioris, vel quoad tempus, vt causæ tali anno, tali mense occurrantes, ita Bart. l. legatus num. 4. ff. de off. procons. sufficit enim, quod commissio sit generalis, quoad causas, licet restricta, quoad alias circumstantias; Bart. loco cit. l. select. nu. 1. Angel. num. 1. Alex. num. 9. ff. de iurisd. omn. iud. Item, quando indefinitæ committuntur causæ talis territorij, Salicet. l. à iudic. n. 3. C. de iudici. Item delegatio est ad vniuersitatem causarum, licet sit tantum ad vnum genus causarum, vt mutui cambij &c. dummodo sit vniuersalis respectu personarum, vt quod delegentur tales causæ in toto territorio &c. Causa enim mutui est genus multas sub se continens species. Item, quando delegatio est vniuersalis, quoad causas, & personas, licet non fiat mentio territorij, Sanchez vbi supra

122 num. 4. † Quod si delegatio sit generalis, quoad causas, & spetialis quoad personas, vt si committantur Paulo omnes causæ, quæ controuertuntur inter Titium & Sempronium verius est non esse delegationem, quoad vniuersitatem causarum, sed tantum, quoad generalitatem causarum ita Galiel. l. à iudice C. de iudic. vbi Bald. nu. 4. Salic. nu. 3. & alij, quo casu delegatus non potest subdelegare, neq; vnam causam, Angelus l. solet num. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. Salicet. l. à iudice nu. 4. C. de

123 iud. Henr. cap. fin. nu. 8. de off. deleg. † Poterit tamen committere nudum ministerium vnius articuli non iurisdictionalis Sanchez alios referens

124 nu. 10. † Commissio autem certarum causarum inter certas personas, vel etiam certarum causarum limitato numero in tali loco est spetialis, vt si delegentur decem causæ territorij Bergomensis &c. Bald. dict. l. solet numer. 5. quæst. 2. & ibi Angel. num. 1. Socin. l. more num. 42. & 43. ff. de iurisd. omn. iudic.

Disputant valde Doctores, vt apud Sanch. loc. cit. num. 5. & apud Garziam de benef. p. 5. c. 8. à

125 num. 148. † An delegatus inferioris à principe non ad vniuersitatem causarum possit subdelegare, si ordinarius delegans concessit illi facultatem subdelegandi affirmat simpliciter Sanch. Alij negant distinguit Garzias concedens posse, si delegatus sit ad actum iurisdictionis voluntariæ, negat de delegato ad actum iurisdictionis contentiosæ, contendens hoc secundum probari l. fin. ff. quis & à quo, vbi iudex datus à magistratibus ex auctoritate, seu iussu Principis, etiam nominatim iudicem declarantis, non tamen à Principe, sed à Magistratibus datus intelligitur, & ideo ipsi Magistratus appellabuntur, quo textu intendit destruere dictum Sanch. quod est, talem delegatum subdelegare non nomine proprio, sed ipsius delegantis, & consequentur contrarium adstruere de iurisdictione contentiosa, De primo autem, nempe delegatione ad actus iurisdictionis voluntariæ non videtur ab eodem Sanch.

126 discrepare, plura vide apud ipsos. † In eo tamen casu quo delegatus potest subdelegare sufficit licentia tacita delegantis, nec requiritur expressa Alex. Iason, & alij relati ab eadem Sanchez num. 7.

127 † Quæ tacita licentia est, cum ordinario sciente, & petente delegatus delegat similiter erit tacita licentia quando ex vsu, vel sufficientibus coniecturis apparet id velle ordinarium.

128 Dico 3. † Nullus delegatus potest subdelegare, etiamsi sit delegatus Principis cum facultate subdelegandi & in hoc differt delegatus ab ordinario, quod etiam minus ordinarius hoc potest, non autem summus delegatus, quamuis est Principis Sanch. num. 9. cum ab eo relatis.

129 Dico 4. † ordinarius non potest inconsulto Principe totam suam iurisdictionem delegare l. penult. cum ibi notat. ff de off. præsid. Alex. l. à iudice num. 8. C. de iudic. & ibi Ias. num. 8. Felin. c. super quæstionum, de off. deleg. §. si vero nu. 17.

130 † Vnde Parochus inconsulto Episcopo non potest

131 in perpetuum demandare curam alteri; † Non enim potest per Vicarium deseruire Ecclesiæ, vt eo §. si vero &c. cum ex eo, de elect. in 6. Episcopus dispensans, ne Parochus initietur Sacerdotio, priori septennio, ipse, non Parochus deputat Vica-

132 rios, à quibus animarum cura exerceatur. † Potest autem delegare ad breue tempus, quale est spatium trium hæbdomadarum Cap. si quis in clero 7. q. 1. probatur ex Trident. sess. 23. c. 1. de resid. vbi per longum spatium negatur Parocho assignare Vicarium, poterit ergo ad breue tempus. Longum autem tempus concilij est trium mensium, & ita sunt intelligendi Doctores, quod non ad longum, sed ad breue tempus possit deputare. Hæc

133 de delegatione in genere. † Quoad propositum nostrum de casibus reseruatis an delegatus possit subdelegare.

134 † Noto, quod nomine Principis Summi in rebus sacris intelligitur solus Summus Pontifex, patet ex Cap. Cum causam de appellat. & docet Koninch de sacr. disp. 8. dub. 4. num. 23.

135 Dico 1. † Qui vult sequi sententiam Sanchez, iam habet expressam, quid possit delegatus circa delegationem ex dictis, applicando enim generalia iurisdictionis delegatæ delegationi ad casus reseruatos facile resoluet omnes quæstiones, vt autem ego explicem quid sentiam.

136 Dico 2. † Delegatum à Papa posse alios subdelegare, patet ex dictis, hoc enim spetiale ei conceditur.

ceditur.

137 De † alijs vero delegatis. Dico 3. vel committitur tantum delegata iurisdictio sine officio vicario, vt quando alicui conceditur facultas absoluendi à reseruati audiendi Confessiones, sed nullum annexum est officium, vel simul est annexum officium, vt quando etiam ad tempus committitur alicui Vicarium officium alicui pastoris absentis, vt Vicaria gubernatio Vrbis, vel Episcopatus, si iurisdictio committitur primo modo, delegatus non potest subdelegare, etiamsi delegatus sit ad vniuersitatem causarum, & ita intelligo Cap. cum causam de appellat. & l. à iudice. C. de iudic. si vero iurisdictio demandata sit vnita officio, vel sit respectu officij, vel dignitatis, tunc delegatum dico posse delegare hoc probat l. legatus ff. de off. procons. vbi habetur legatis mandata sibi iurisdictione iudicis dandi ius habet, vbi videtur esse sermo de legato proconsulis non principis, & clarius probat lex cum prætor ff. de iudicijs vbi habetur. Is quoq; cui mandata est iurisdictio, iudicem dare potest Koninch. de sacr. disp. 8. dub. 4.

138 Ex † quo videtur manifeste sequi, Regulares non posse delegare facultatem absoluendi à reseruatis, si quam habent ratione suorum priuilegiorum, neq; audiendi confessiones, licet sint deputati ad excipiendas confessiones omnium, & quorumcunq; ad se accedentium, quia iurisdictio illis est nuda demandata non ratione officij, vel tituli adnexi concessioni.

139 Videtur † tamen valde vrgere, quod supradictum est saltem de casibus reseruatis, nempe, quod, cum priuilegium sit concessum toti Religioni, & in perpetuum, habetur, ac si esset lex vniuersalis, & est quasi potestas ordinaria. Attamen hoc limitatur à Koninch. loco cit. & à Layman. lib. 5. Theolog. moral. tract. 6. cap. 10. nu. 14. & recte per supracitatas leges.

140 Sed † quid dicendum de pœnitentiarijs, qui in vim Constitutiones Clementis VIII. eliguntur in singulis Monasterijs, & Conuentibus pro absolutione fratrum, & pro excipiendis eorum confessionibus. Respondeo, à iure nullam habere auctoritatem absoluendi à reseruatis, patet ex illa Clementina, vbi tantum habetur, eligantur confessarij &c. qui fratrum confessiones excipiant, & pro reseruatorum absolutione ad superiores recurrant, cum ergo à iure nullam habeant, superest, quod illam tantum habeant, quam eis tribuunt superiores. Nec quidquam releuat nomen pœnitentiarij, quia neq; Pœnitentiarius potest absoluere à reseruatis, nisi hac illi ab Episcopo concedatur superiores autem in Religione S. Francisci debent valde attente considerare illa verba pro illis casibus, de quibus conuentum fuerit, vt ad solos Ministros Prouinciales &c. & secundum illa eam facultatem tribuere, quam maxime in Domino expedire iudicabunt.

141 Dico † vltimo in quacunq; delegatione, quando habita est ratio industriæ personæ à delegante, nunquam potest subdelegari Cap. fin. §. Is autem de off. deleg. & cap. is cui eodem tit. in 6.

142 † Ad 8. difficultatem principalem, quando censeatur electa industria personæ ita, vt non possit fieri delegatio multi referuntur casus.

143 Primus est, quando causa grauis, & ardua delegata est, ex grauitate enim causæ, & difficultate sumitur coniectura, & præsumptio, quod delegatus non possit delegare: quia præsumitur electa industria personæ Cap. Is cui, de off. deleg. in 6. Iason. l. more num. 65. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi Caccialup. num. 3. & alij, quos citat & sequitur Menochius de arbitr. lib. 1. quæst. 54. num. 11.

144 & 12. & quæst. 68. nu. 15. † Hoc tamen limitat Sanch. de matr. lib. 3. disp. 7. num. 20. quando delegatio fit personæ determinatæ, & cognitæ, secus autem si fiat dignitati in perpetuum, vel personis incognitis, & indeterminatis, vt Episcopo Bergomensi in perpetuum, vel omnibus Episcopis, vt multa in Tridentino hoc modo reperiuntur delegata, hoc enim casu cessat præsumptio electionis industriæ personæ, cum non sit cognita, & ita docent Doctores, quos ibi affert Sanchez.

145 Idem dicendum est, quando certæ personæ committitur factum variabile, & indeterminatum ex cap. vlt. §. vlt. de off. delegat. & docuit Bart. in l. vlt. ff. de diuer. & temp. præscr. cum dixit Procuratorem non posse alium substituere, quando factum indeterminatum fuit ei commissum, ita in l. vnica §. non autem nu. 7. C. de caducit. tollen. etiam Bald. cum dixit in facto non determinato

146 censeri datum arbitrium illi mandatario † Arbitrium autem alteri mandari non potest l. in compromissis ff. de arbitr. Iason. cons. 89. num. 4. lib. 3. Natt. in cons. 163. num. 10. & Cons. 164.

147 num. 22. lib. 1. † Item quando magistratui committitur merum, & mixtum imperium, vel etiam tantum merum, quia concurrit causæ grauitas, & personarum Eccellentia, maxime, si in commissione esset addita particula spetialiter, & l. 1. de off. eius ibi quæcunque spetialiter, quod Alciatus lib. 2.

148 Parad. cap. 3. nu. 3. exponit nominatim, † Cum autem negotium alicui spetialiter demandatur censetur electæ personæ industria l. inter artifices, ibi spetialiter, ff. soluto matr.

149 Secundus † casus est, quando in commissione est positum, quod ipse faciat, hanc enim clausulam Bald. in l. vnic. §. Has autem num. 6. C. de caduc. tollen. censet esse formaliter insertam, idest pro forma. Item si dicatur, quod negotium suis manibus exequatur, quia his verbis videtur negotium commissum personaliter, & ideo, etiamsi delegatus Principis possit delegare, non tamen potest si istæ clausulæ in commissione inserantur; Menochius lib. 2. præsumpt. 21. num. 8. & ideo notarius sua manu iussus scribere, non potest per alium scribere. Item quando dicitur per te ipsum cognosce, neq; datur locus consilio sapientis, quando Princeps committit, vt iudex per se ipsum cognoscat, etiamsi consilium sapientis requireretur ex statuto in ea causæ cognitione. Pariter si dicatur tu & nullus alius cognoscas. Imo multi asserunt delegatum non posse delegare, quando in delegatione apposita sunt ista verba Tu cognosces. Item, quando dictum est. Tu personaliter cognoscas, & etiam, quando dicitur proprio iuditio. Item, quando in commissione additur multum de sua prudentia confidentes, pro quibus vide Menoch. lib. 2. præsumpt. 21. per totum præsumitur etiam electa industria personæ, quando factum ita cohæret personæ, cui committitur, vt ab ea seperari non possit, vt quando imponitur, quod aliquis studeat quod vxorem ducat &c. ita probat text. in l. vnica §. ne autem, ibi, quod si testator iusserit in locum abire, vel studere, vel vxorem ducere &c. & text. notab. in l. si statu libera §. si quis non dare ff. de statu liber. sunt tamen aliqua, quæ magis, & aliqua, quæ minus inhærent, vt ire Romam minus cohæret, quam studere, non possunt tamen

neq;

neq; illa per alium suppleri Bald. in l. vnica §. nu. 1. num. 3. & 4. C. de cadncit. tollend. Ita exequtores testamenti iussi visitare collegium à restatore erectum non possunt per alinm visitare.

150 Tertius † est casus, quaudo mandatur factum, quod sui natura non cohæret omnino personæ, sed excellentia personæ arguit electam esse industriam, ita probat l. 1. vers. credidit C. de off. præfect. prætor. & l. inter artifices ff. solut. matr. & ideo Bald. in l. vnica §. ne autem num. 5. C. de caduc. tollat. Bart. in l. nemo est, quia nesciat ff. de duob. reis Cæpolla in l. si quis sic num. 3. ff. de verb. signif. Gaspar Valasc. in l. Imperium num. 102. ff. de iurisd. omn. iud. & Andr. Gaill. lib. 1. obser. 97. num. 3. scripserunt iuris professorem eruditione singularem non posse satisfacere suo muneri per substitutum. Ita si cansa sit demandata cognoscenda, & definienda ab erudititissimo, & probatissimo Iureconsulto, is vices suas alteri delegare non poterit, & Bald. cons. 122. Renerendissime Pater colu. vlt. vers. Item industria lib. 5. asserit ob doctrinam singularis personæ censeri electam industriam.

151 An † autem sit censenda electa industria personæ, cum dicitur, super quo tuam oneramus Conscientiam, Menochius vbi supra asserit. Alij negant explicantes quod sit onerata conscientia in eligenda persona, apta, & idonea, ad definiendum negotium.

152 Ex dictis † facile colligi potest, quando etiam delegatus ad vniuersitatem causarum, vel delegatus à Principe non possit subdelegare, eo quod sit electa industria personæ. Si enim Episcopus committat alicui virò valde docto, & prudenti facultatem absolnendi ab omnibus reseruatis, non ideò poterit subdelegare, quia censetur electa industria personæ. Ita si in Religionibus committatur aliquod negotium per Capitulum, vel per Definitores expediendum, non poterit Capitulum vices suas vni delegare sed debet negotium per Capitulum expediri. Neque possunt definitores negotium committere soli Prouinciali, quia videtur electa industria, & sufficientia totius definitorij, & sic de cæteris.

Ad Nonam, & vltimam principalem difficulta-
153 tem. † An habens facultatem absoluendi à reseruatis possit suam auctoritatem alteri delegare, qui ab ijsdem illum absoluat? Hanc difficultatem tractae Suarez de pænit. disp. 30. sect. 2. num. 15. Sanchez de matr. lib. 8. disp. 3. nu. 19. Laymani Sum. Theolog. Mor. lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 17. Lucas Florenus de Casibus reser. par. 1. cap. 4. §. 4. vers. Secundo sublimita, & alij Respondeo breuiter in illis casibus, in quibus habent facultatem absolnendi potest subdelegare, pro alijs, poterit subdelegare etiam pro se ipso, quia non est maior ratio, quod possit pro alijs, & non pro se ipso; potest eligere sibi Confessarium, vt suppono, vel saltem haber qui se potest absoluere, & potest illi delegare facultatem, vt etiam suppono absoluendi à reseruatis illimitate pro quacumque personæ; ergo etiam pro se ipso.

154 Quandò † autem possit subdelegare patet ex dictis supra suo loco. Declarationem, quæ communiter adducitur à Sacra Congregatione, factam non adduco quia loquitur de Episcopo in casu habente spetialem difficultatem, ideò non puto extendendam ad alios. Negat tamen eum, qui habet facultatem subdelegandi posse pro se ipso subdelegare Barbosa de off. & pot. Episc. par. 3. elleg. 52. num. 11. ad finem.

155 Nunc † igitur respondendo directe toti difficultati. Dico Episcopum valide, & licite reseruare sibi quos vult casus respectu eorum Sacerdotum, qui ab ipso plenam recipiunt iurisdictionem, respectu subditorum reseruare sibi valide, sed non licite, nisi seruet ea, quæ habentur præscripta in Decreto Clementis VIII. & iuxta formam concilij respectu verò Parochorum, & Regularium, qui ab eo non recipiunt iurisdictionem, non licite, ac probabilissimum est etiam non valide nisi cum causa. Posse istorum aliquos habere incommunicabiles, sed non expedire nisi in casibus assignatis, & pænitentem non posse absolui si habeat formale propositum nullo modo, nullo casu accedendi ad ipsum pro absolutione. Confessarium posse vti facultate pro vno obtenta ad alium absoluendum, si sit gratia facienda, non facta, non posse autem si à pænitente sit obtenta modo explicato; & eodem modo se debet gerere in absolutione danda à commissis ante, vel post obtentum facultatem. Non posse absoluere à casibus reseruatis Confessarium confratres virtute Priuilegiorum, nisi sint concessa post constitutionem Clem. VIII. specifice, neque in facultate absoluendi à reseruatis Papæ venire facultatem absoluendi à reseruatis Episcopo. Delegatum posse subdelegare; quando ratione alicuius officij hoc illi competit non autem alio modo Delegatus potest pro se ipso delegare, quando potest pro alijs delegare. Industria personę censetur electa secundum tradita, & ita satisfactum est propositæ difficultanti; multa scitu digna sunt inserta quæ vide in tota responsione.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur facti species.*
2 *Quæ sint quæsita.*
3 *Multis modis solent fieri proscriptiones bonorum.*
4 *Actiones constituunt tertiam spetiem bonorum, distinctam à mobilibus, & immobilibus.*
5 *Dictio vniuersalis (omnis) non potest efficere quod comprehendantur res diuersæ speties.*
6 *Sub nomine Bonorum absque vllo addito veniunt etiam actiones.*
7 *An sententia confiscationis omnium Bonorum comprehendat bona condemnati a tempore delicti commissi vel sententiæ.*
8 *Fiscus succedens non dicitur proprie hæres nec repræsentat personam condemnati sed habetur tantum loco hæredis in aliquibus casibus.*
9 *Viuens non potest habere hæredem.*
10 *Fiscus non hæres sed est vniuersalis successor damnati.*
11 *Bona quæ non transeunt ad extraneos neque ad Fiscum transeunt.*
12 *Ista regula est vera negatiue non affirmatiue.*
13 *An nomine omnium bonorum veniant futura de iure Communi, & statutorum, idest quæ deferuntur post sententiam.*
14 *An acquisita post delictum vsque ad sententiam.*
15 *Proponitur, & expenditur lex. Eius qui ff. de test.*
16 *An legitima filij veniat confiscanda ab eius delictum.*
17 *Ius remotum quod habet filius ad legitimam non transfertur in fiscum.*
18 *Procedit etiamsi delictum sit patratum à filio, etiam viuente patre.*

19 Con-

19 *Confiscatio non trahitur ad iura futura, & conditionalia, & non delata tempore commissi delicti.*
20 *In his, quæ quæruntur post confiscationem non succedit fiscus sed alij hæredes.*
21 *Statuta decernentia ob delictum filij patrem esse compellendum dare legitimam fisco multi Doctores asseruerunt non esse seruanda.*
22 *Sed nunc adeò sunt in vsu, vt de illis non liceat dubitare, vt pote fundata in publica vtilitate.*
23 *Cynus asserit esse contra ius priuatum, crudelia, dura, & inhumana, odiosa, & ideò strictè interpretanda.*
24 *Quod si filius duo delicta commisit, alterum, quo à patre potest exhæredari, alterum, quo eius bona fisco addicuntur, poteritne pater exhæredare in præiuditium fisci? resoluitur.*
25 *Soluuntur proposita principales difficultates, & primo An fiscus succedat in dictis bonis.*
26 *Ad 2. An succedat dominus Ioseph.*
29 *Duo sunt genera commodorum quibus priuatur bannitus.*
30 *Bannitus ob graue delictum priuatur omnibus commodis, quæ in sententia, statutis, & iure communi sunt expressa.*
31 *Priuatur omnibus commodis, & beneficijs concessis per statuta loci ciuibus, & ibi commorantibus, & factione testamenti tam actiua quam passiua iuxta loci statuta.*
32 *Venetijs conceditur posse condi testamentum coram duobus testibus tantum.*
33 *Bannitus disponens siue de bonis existentibus intra territorium à quo est bannitus, vel extra non potest vti forma particulari illius loci.*
34 *Præsumitur priuatus non solum factione actiua sed etiam passiua testamenti, ideò si quis testetur more patrio, & hæredem instituat bannitum Bannitus ex testamento capere non potest.*
35 *Præsumitur priuatus successione ab intestato si qua conceditur per statuta loci.*
36 *Maxime si alio statuto sit probibitus petitione sui iuris.*
37 *Nemo præsumitur conferre beneficium in sibi odiosum. Hæc quoad statuta.*
38 *Quoad ius commune.*
39 *Princeps potest priuare bandiendo commodis à iure communi concessis.*
40 *Respectu tamen bonorum existentium in sua ditione.*
41 *Princeps non præsumitur voluisse priuare his commodis, nisi ex coniecturis hoc sit præsumendum. Si bannitus excludatur ab omni actu legitimo priuatur factione testamenti actiua, & passiua.*
42 *Si explicatur quod bannitus possit offendi personaliter censetur priuatus ijsdem commodis.*
43 *Si adimitur bannito omne auxilium.*
44 *Si fuit bannitus in ære, & persona.*
45 *Si fuit positus extra protectionem communis.*
46 *Si statutum bona banniti ipso iure confiscat.*
47 *Facilius tollitur ius quærendum quam quæsitum.*
48 *Si extet statutum quod forensis non possit acquirere immobilia tunc bannitus nec potest succedere nec alio modo quærere.*
49 *Castrensis asserit non posse esse forensem qui in loco natus est.*
50 *Habetur fictè pro forensi, qui non sustinet onera in loco.*
51 *Propriè desinit esse subditus qui desinit sustinere onera.*

52 *Bannitus cum pæna mortis, & publicatione bonorum habetur pro mortuo.*
53 *Donatio mariti facta vxori causa mortis habet effectum in præiuditium fisci si tali modo banniatur.*
54 *Resoluitur dominum Iosephum non posse succedere.*
55 *An succedant fratres.*
56 *Videtur quod succedant per ius accrescendi.*
57 *Resoluitur succedere filium.*
58 *Mortuo patre nepotes succedunt iure proprio, & ex propria persona occupant ius patris, & ideò eius incapacitas eis nocere non debet.*
59 *Proponitur obiectio, & soluitur, & probatur magis posita conclusio.*
60 *Ius accrescendi in hoc casu non venit considerandum, sed succedit filius Domini Iosephe.*
Filius representat personam patris; tam ex testamento, quam ab intestato a lege admittitur ad plenum ius tam iuris prætorij quam ciuiles.
Appellatione successionis venit tam illa, quæ est ab intestato quam quæ est ex testamento quando per legem defertur.
61 *Si daretur casus iuris accrescendi, intraret etiam filius cum patruis.*
62 *Filius non facit gradum, sed representat.*
63 *Colligitur breuiter solutio difficultatis proposita.*

Quis succedat in hæreditate Exulis filius an cohæredes.

LXXVII.

1 DOminus Scipio tres habens fratres Lelium,
Sempronium, & Iosephum anno 1618. condit
suum testamentum, in quo æquis portionibus
dictos fratres suos sibi instituit vniuersales heredes,
anno 1619. Ioseph, vnus ex dictis fratribus
proscribitur, & cogitur exulare ab omni terra, &
loco Serenissimi Dominij Veneti, cuius est subditus,
relinquit domi filium vnicum masculum
nomine Thebaldum, anno 1620. exule adhuc
existente Domino Iosepho, moritur Dominus
2 Sempronius. † Quæsitum est, quis succedat in ea
parte bonorum, quæ spectare potest ad Dominum
Iosephum, in bonis Domini Scipionis fratris. An
fiscus. An filius Iosephi. An fratres. An ipse
Dominus Iosephus.
3 Varijs † modis solent fieri proscriptiones bonorum.
Aliquando proscribuntur Bona mobilia, &
immobilia condemnati, & tunc non veniunt actio-
4 nes ipsi competentes. † Actiones enim constituunt
tertiam speciem bonorum distinctam à mobilibus,
& immobilibus, l. quam Tuberonis §. in peculio ff.
de Peculio l. A diuo Pio §. in venditione ff. de re
iudicat. & in pænis facienda est restrictio Reg. in
pænis, de reg. iur. in 6. & ita multos referens tenet
Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 7. num. 9.
Iulius Clarus in sua pract. lib. 5. §. fin. quæst. 78.
num. 9. Peregrin. de iure fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 49.
Farinac. in sua pract. in noua ædict. tom. 1. part. 1.
tit. de delict. & pænis quæst. 25. num. 109. & alij
5 † & idem etiam esset dicendum, licet in sententia
confiscationis, seu publicationis addita esset dictio
vniuersalis, omnium, dicendo, omnia bona mobilia,
& immobilia, quia dictio illa vniuersalis nequit
operari, quod compredantur bona diuersæ speciei
à nominatis; ita Tiraquel. loc. cit. num. 9. Iulius
Clarus num. 9. Farin. num. 109. & neque amplius

operarentur, si essent addita verba, etiam se mo-
uentia, vt cum Alexand. & Narta tradit Peregrin.
6 loco cit. † Quod si publicarentur Bona simpliciter
absque vllo addito, tunc censerentur publicatæ
etiam actiones, quia veniunt sub nomine bonorum
iura, & actiones, l. Si ademptis C. de sent. pass. l.
Bonorum ff. de verb. signif. & ita cum multis tradit
Peregrin. num. 5. Ex quibus clare constat omnia
7 bona condemnati deuolui fisco iuxta tradita; † sed
difficultas est, an talis sententia comprehendat
bona condemnati à tempore commissi delicti, an
verò à die sententiæ, & an comprehendat etiam
futura idest, an in tali sententia comprehendantur
tantum bona, quæ condemnatus habebat, quando
commisit delictum, an verò comprehendantur etiã
illa, si qua acquisiuit à tempore commissi delicti,
vsque ad sententiam. An tandem includantur
etiam illa, quæ ad illum deferenda essent, & defe-
rentur post sententiam. Pro omnibus dicendis
supponendum est, & mente retinendum.
8 Primò, † Fiscum succedentem in alicuius bona
non esse proprie hæredem, nec repræsentare perso-
nam condemnati, sed haberi loco hæredis in aliqui-
bus casibus spetialiter dispositis, & ratio est clara,
9 quia succedit damnato viuenti, † Viuens autem
non potest habere hæredem, ita Gloss. fin. commu-
niter recepta l. inter eos §. fin. ff. de fideiuss. Sur-
dus de alime. alias allegans tit. 8. Priuileg. 59. à
num. 1. vsque ad 5. Peregrin. de iure fisc. lib. 6.
tit. 1. num. 60. qui à num. 61. vsque ad 67. affert
sex casus in quibus differt fiscus ab hærede.
10 † Quamuis tamen non sit hæres, est tamen vniuer-
salis condemnati proprie successor Bossius in sua
pract. tit. de bonor. publi. nu. 13. Barbos. l. Si con-
stante §. fin. num. 7. ff. soluto matr.
11 Secundò † Bona, quæ ad extraneos hæredes non
transeunt, neque transire ad fiscum; ratio est,
quia, si non transeunt ad illos, qui vere sunt hære-
des, multo minus transibunt ad eos, qui tales non
sunt, qualis est fiscus, vt supra traditum est; & ita
docent Bart. l. Eum qui, statim in principio asse-
rens ita omnes tenere ff. de interdict. & relegat.
& multos referens Peregrin. loc. cit. numer. 68.
12 † Quæ regula, licet sit vera negatiue, idest non
transeunt bona ad hæredes extraneos, ergo neque
ad fiscum; non est tamen vera affirmatiue, tran-
seunt ad hæredes extraneos, ergo etiam ad fiscum,
quia non est vere hæres Peregr. num. 89.
13 Et † quoad bona futura, idest illa, quæ conde-
mnatus acquirit post sententiam; hoc potest quæri
de iure communi, vel de iure statutorum. De iure
statutorum vnusquisque consulat sua; in Serenissi-
mo Statu Veneto, nisi de futuris fiat expressa men-
tio, vt proscribuntur omnia bona tam præsentia,
quam futura; & qualitercumque, & quocumque
modo ad N. pertinentia, non censentur futura con-
fiscata nec illa posse capere fiscus, ita Practica
Criminalis Laurentij Prior. Venet. tit. della con-
fiscatione de beni; & ita etiam de iure communi
tradunt passim quam plurimi Doctores cum Glossa
l. Non ad ea verb. præsens ff. de Condit. & de-
monstr. & probant textus sequentes 1. cap. Fælicis.
vers. cum talis: de pænis in 6. ibi de postmodum
quæsitis repetitio non denegetur 2. l. Si mandauero
§. de cuius ff. mandati ibi. Publicatis bonis quid-
quid postea acquiritur non sequitur fiscum 3. l. Eius
qui §. 1. ff. de testam. ibi Bona quoq; quæ tunc ha-
buit cum damnaretur publicabuntur vbi textus
loquitur de eo, cui aqua, & igni interdictum est 4.
l. 1. ff. de pænis ibi. Sed eam causam sustinere,
quam sustinuisset, si eo tempore esset sententiam
passus, cum deliquisset.
14 Maior † difficultas est, an dicta sententia con-
fiscationis omnium bonorum includat tantum illa,
quæ habuit reus tempore commissi delicti, an verò
comprehendantur etiam acquisita post delictum
commissum vsque ad sententiam, si quæ acquisita
sunt. Dico tamen, quando bona sunt ipso iure ob
delictum fisco addicta venire sub nomine omnium
bonorum tantum acquisita vsque ad tempus com-
missi delicti, non verò acquisita post; probatur
clare ex text. supracit. l. 1. ff. de pænis sed eam
causam sustinere; quam sustinuisset, si eo tempore
esset sententiam passus, vbi vides legem constitue-
re pænam confiscationis eo puncto, quo delictum
committitur, & bona illius temporis publicantur,
nec aliud facit iudex, quam declarare effectum
legis, qui est vt à puncto commissi delicti bona sint
confiscata.
15 Dices † in citata l. Eius qui ff. de testamen. in
adlatis verbis videtur decidi publicari bona à reo
possessa, dum damnaretur, ergo non à tempore
commissi delicti, sed à tempore sententiæ bona
confiscantur. Respondeo verba legis esse ista Bona
quoque, quæ tunc habuit, cum damnaretur publi-
cabuntur; sed non damnatur tempore sententiæ,
sed tempore commissi delicti quia ipso iure bona
tunc sunt fisco adiudicata, nec iudex aliud facit,
quam ferre sententiam inimictæ pænæ; damnatio
ergo, cum sit tempore commissi delicti secundum
id tempus etiam erit facienda confiscatio.
16 An † legitima filij veniat confiscanda ab eius
delicto. Distingue, aut filius est maneipatus, &
venit confiscanda, si ei sit tradita, quia vere illius
effectus est dominus, si non sit tradit non venit
confiscanda, quia, viuente patre non debetur l. 1.
§. Si impuberi ff. de collat. bono.
17 Nec † ius illud remotum filij transfertur in fis-
cum, constat ex l. Si qua pæna ff. de his, qui sunt,
sui, vel alieni iuris, quia legitima non est debita
filio, nisi à die mortis patris; ita communiter Do-
ctores ad l. cit. Si qua pæna Decius cons. 438.
num. 9. Ruinus cons. 149. num. 13. lib. 2. Couarr.
variar. resolut. lib. 2. cap. 8. numer. 7. Farin. de
delictis cum alijs ab eo citat. quæst. 24. nu. 16. vbi
num. 17. & 18. ampliat etiam in criminibus atro-
cissimis.
18. Quod † procedit etiam, quando delictum est à
filio patratum viuente patre. Si enim postea con-
tingat patrem quandocumque mori, legitima non
confiscatur post eius mortem, sed ius succedendi
integraliter defertur sequentibus in gradu, & alijs
venientibus ab intestato Alex. cons. 37. colum.
antepenult. lib. 1. Socin. iun. cons. 51. lib. 1.
Couar. loco cit. num. 7. vers. Sic delinquente filio
cum alijs plene relatis per Farin. num. 19. & ratio-
19 nem assignat num. 20. † Quia confiscatio non
trahitur ad iura futura, & conditionalia, & non
delata tempore commissi delicti l. Si mandauero
tibi §. is, cuius bona ff. mand. Gomez variar. reso-
lut. tom. 3. tit. de confiscat. bono. numer. 1. cum
sequentibus, cui alium possumus addere, quæ est,
quod filius tempore delatæ successionis est incapax
cum sit condemnatus, & in eum proprio iure suc-
cessio non cadat, & ideò fiscus excluditur, vt etiam
in substitutionibus videmus fieri, quæ licet purifi-
centur in fauorem delinquentis, non tamen ad eius
filios, sed ad alios substitutos, vel ad venientes ab
20 intestato deferuntur, † In his enim, quæ quæruntur
post confiscationem succedunt alij hæredes, non

fiscus Socin. iun. cons. 3. num. 11. & 12. lib. 3.
cum alijs allegat: per Mang. in tract. de imput. &
detr. quæst. 4. num. 34. cum sequent. vers. sunt, &
alij &c.
21 Nota etiam, quod statuta, quæ decernunt ob
delictum filij patrem esse compellendum dare legi-
timam fisco, aliquibus Doctoribus, vt Cyno in l.
Si qua pœna ff. de his, qui sunt sui, vel aliam iur.
Iason. in §. Actiones num. 67. Instit. de act.
Fabia. in Auth. Nouissima num. 261. C. de inoff.
test. Surd. decis. 167. num. 15. & 16. visa fuisse
adeò dura, vt non dubitauerint affirmare, non esse
22 seruanda. † Sunt tamen nunc temporis adeo in
vsu, vt de illis non liceat amplius dubitare, quippe
quæ sint fundata in publica vtilitate; hoc enim
terrore arcentur filij ab atrocioribus criminibus, &
ideò Bald. & alij apud Farinac. de delict. & pœnis
23 quæst. 24. nu. 160. asserunt esse laudabilia. † Ne-
gari tamen non potest, quin sint huiusmodi statuta
strictissime intelligenda; Cynus asserit esse contra
ius priuatum, crudelia, dura, & inhumana, odiosa;
& ideò stricte interpretanda Salicet. in l. quisquis
C. ad leg. Iul. maiest. Barbat. cons. 66. no. 1. & 2.
apud Calcane. cons. Iason. in l. de quibus no. 57.
24 circa finem ff. de legib. & alij multi. † sed tenere-
turne pater soluere legitimam fisco, si filius aliquod
delictum commisisset, propter quod à patre exhæ-
redari posset. Ego puto distinguendum; vel deli-
ctum, propter quod potest exhæredari commisit
filius ante illud, propter quod bona veniunt con-
fiscanda, vel post. Si ante delictum, propter quod
bona veniunt confiscanda, puto patrem non
teneri, quia habet ius ad exhæredationem, quæ
potest fieri toto tempore vitæ patris; si autem post,
credo non posse; quia iam bona fisco ex statuto
sunt adiudicata; quod si ex lege, vel statuto non
essent adiudicata; sed tantum per sententiam,
puto sufficere, quod pater exhæredasset ante sen-
tentiam, licet delictum post illud esset commissum.
Nunc deueniendo ad solutionem propositarum
difficultatum. Quis succedat in dicta bona. Ex
25 primò An fiscus succedat. † Respondeo non suc-
cedere. Ratio deducitur ex dictis. Quia fiscus
non succedit, nisi in bonis acquisitis ante delictum
patratum, vt probant textus supracitati. Cum ergo
ista bona non sint ante acquisita, non solum enim,
non est adita; sed neque delata hæreditas, ergo &c.
Deinde extranei hæredes non possunt succedere in
ista bona, ergo neque fiscus.
26 Ad secundum † An succedat ipse Dominus Iose-
phus. Pro solutione notandum est, quibus bonis
29 priuetur bannitus. † Duo sunt genera commodo-
rum, quibus priuari potest bannitus, commoda
quibus gaudent sui conciues, & commoda, quibus
gaudere potest iure communi; multa enim com-
moda sunt, quibus fruuntur Ciues alicuius ciuita-
tis ratione statutorum; de vtriusque ergo, tam de
illis, quibus gaudet Ciuis ob statuta, & quibus
gaudet ob ius commune, est agendum.
30 Bannitus † ergo ob graue delictum est priuatus
omnibus commodis, quæ in sententia statutis, &
iure communi respectiue sunt expressa; quare præ-
31 sumitur primò † priuatus omnibus commodis, &
beneficijs per statuta loci, & ciuitatum ciuibus, &
ibi commorantibus concessis, vt factione testa-
menti tam actiua, quam passiua, ita vt, si statutis
loci sit concessa specialis facultas testandi; vt v. g.
minus solemnis, quam iure communi præscribatur,
ea vti non poterit bannitus; ita Bartol. in sua 1.
disput. num. 26. Castrens. l. 1. C. de hæred. instit.
com. cons. 55. num. 23. lib. 2. & manifestius Socin.
Seni. cons. 28. in fine lib. 3. Ripa l. ex facto §. ex
facto num. 17. vers. Item infertur, quod non habet
32 ff. ad Trebell. † Venetijs enim permissum est, posse
conficere testamentum coram duobus testibus
tantum, bannitus hoc modo non poterit testari;
bannitus enim à Ciuitate Venetiarum priuatus est
commodis per statuta eiusdem concessis, ita
respondit Anchar. in cap. 1. num. 17. & ibidem
Imola numer. 19. de test. & Crottus cons. 282.
num. 30. & Menochius cons. 492. num. 7. & 8. vbi
33 dixit † non valere tale testamentum, siue disponat
de bonis existentibus in ciuitate, à qua fuit ban-
nitus testator, siue de bonis alibi sitis, quia non
potuit vti forma, & modo particulari illius ciuita-
tis, huius sententiæ plures refert Honded. cons. 86.
num. 47. & sequent.
34 † Secundò Præsumitur etiam priuatus non solum
factione actiua, sed etiam passiua testamenti secun-
dum formam particularem concessam à statuto.
Ideò testator non bannitus non potest conficere
testamentum secundum formam statutorum, si
hæredem instituat bannitum; Bannitus enim
ex testamento capere non potest, ex quo bannitus
priuatus est beneficijs à statuto concessis, Menoch.
cons. 271. num. 15. & apertius cons. 492. num. 11.
idem sensit Ripa in d. §. Ex facto num. 17. post
Imolam ibidem, & primus omnium Bartolus vbi
35 supra. † Tertiò Præsumitur iste bannitus priuatus
successione ab intestato, si qua permittitur à statu-
to, Bart. in d. quæst. num 57. & clare, & manifesta
Nellus in tract. bannitorum in 1. p. secundi tempo-
ris quæst. 37. Crott. cons. 282. numer. 54. & alij;
36 † quod maxime verum est, quando bannitus alio
statuto prohibitus est à petitione sui iuris, & ideò
est exclusus ab audientia, quo casu sine contro-
uersia bannitus præsumitur exclusus, & priuatus
omnibus commodis, & beneficijs concessis à sta-
tutis illius ciuitatis; ita Bossius in tract. caus.
37 crimin. tit. Banniti quid amittant nu. 14. † Neque
enim quisquam præsumitur conferre beneficium in
sibi odiosum l. Lucius §. Lucius Titius. de legat. 2.
cum ergo bannitus sit odiosus ciuitati merito ciui-
tas præsumitur nolle conferre illi beneficium; &
ista quoad statuta.
38 Quoad † commoda verò, & beneficia iuris com-
munis, dubitatur, an bannitus à ciuitate, sit etiam
39 illis priuatus. Pro † quo supponendum est, Princi-
pem bannientem posse priuare, si velit, bannitum
commodis, & beneficijs à iure communi concessis
Castrens. & Imola l. 1. C. de hæred. instit. & hanc
sententiam dicit esse omnium Menoch. Præs. 45.
lib. 5. qui est videndus, quod verum est, non solum
de Principe superiore; sed etiam de inferiore,
modo dominus sit loci, à quo delinquens cogitur
exulare, & potuerit bannire eo graui damno, ita
post multos scripsit Menoch. cons. 492. num. 13.
40 lib. 5. † Intellige tamen respectu bonorum ciui-
tatis, & dominij, à quibus bannitur, non autem
aliorum, cum extra dominium, vel territorium
iurisdictio non extendatur; ita declarat Ripa loco
cit. num. 14. vers. Ista communis. Supposito ergo,
quod princeps possit priuare bannitum commodis,
& beneficijs iuris communis videndum est, quando
41 præsumatur id voluisse, & † primò Princeps his
commodis præsumitur noluisse priuare bannitum
Menochius d. cons. 492. num. 16. Nisi alijs conie-
cturis contrarium sit præsumendum, vt quando
princeps excludit bannitum ab omni actu legiti-
mo, tunc præsumitur auferre illi factionem testa-

menti actiuam,& paſſiuam à iure communi conceſ-
ſam ita Alex. conſ. 75. numer. 11. lib. 1. quam
ſequitur Menoch. d. conſ. 492. num. 18. Cornæus
conſ. 59. num. 1. lib. 1. Socin. Sen. conſ. 28. in
42 fin. lib. 3. Boſſi. loc. cit. num. 14. † Si in banno
explicetur, quod bannitus poſſit offendi perſona-
liter, & realiter, ſiue hoc caueatur à Principe, ſiue
lege eiuſdem principis, hoc caſu bannitus cenſetur
priuatus commodis, & beneficijs iuris communis.
Ruin. conſ. 49. col. 2. lib. 4. Riminaldus iuni.
conſ. 595. num. 56. in fin. lib. 5. quos ſequitur
Menoch. conſ. 492. num. 18. Boſſius loco allegato
num. 14. & alij; ſed diſſentit Angel. in addit. ad
Bart. in l. certa fama C. de iure fiſci. lib. 10.
43 & alij apud Menoch. cit. præſ. num. 17. † Item ſi
Princeps, vel eius ſtatutum adimit bannito omne
auxilium, tunc etiam dicitur bannito eſſe adem-
ptum omne beneficium iuris communis. Meno-
chius eodem conſ. 492. num. 18. vbi alios refert.
44 Præterea, † quando quis bannitus fuit in ære, &
45 perſona, ita Barbat. conſ. 14. col. vlt. lib. 3. † Si
bannitus poſitus eſt extra protectionem commu-
nis, præſumitur priuatus beneficio iuris communis
quoad bona exiſtentia in ipſa ciuitate, quam
traditionem memorię commendandam dixit Alex.
d. l. 1. nu. 4. verſ. limitat tamen hoc C. de hæred.
inſtit. & probant multi apud Menoch. num. 20.
46 † Item ſi ſtatutum ipſo iure confiſcat bona ban-
niti, præſumitur priuatus bannitus omni beneficio
iuris communis, & ideò non poteſt ſuccedere
neque in bonis, neq. in hæreditate ita Ludouicus
Catus conſ. 103. num. 6. Socinus Senior. conſ. 22.
num. 8. lib. 1. & rationem reddit, quia, ſi ſtatutum
priuat bannitum bonis iam quæſitis, multo magis
47 priuare voluit quærendis, † cum facilius tollatur
ius quærendum, quam quæſitum l. qui autem in
prin. ff. de his quæ in fraud. cred. & ibi Gloſſ. &
48 Doct. † Præterea bannitus præſumitur priuatus
beneficio iuris communis, quando extat ſtatutum
in ciuitate, quod forenſis non poſſit acquirere im-
mobilia; Tunc enim bannitus non poteſt cuiquam
ſuccedere in immobilibus, nec aliter acquirere
Caſtrenſis conſ. 212. colum. 1. lib. 2. quia bannitus
habetur pro forenſi, vide pro iſto dicto Menoch.
49 præſumpt. cit. nu. 23. vſque ad 32. † Vbi nu. 31.
refertur Caſtrenſis aſſerens, quod non poſſit eſſe
50 forenſis, qui in loco natus eſt, † habetur tamen
ficte pro forenſi, qui in loco onera non ſuſtinet
51 † Proprie tamen, & vere deſiuit eſſe ſubditus, qui
deſinit ſubire onera. Bannitus cum pœna mortis
52 naturalis, † & cum publicatione bonorum, habe-
tur pro mortuo. Alex. conſ. 23. num. 15. lib. 1.
& plures alij relati à Surdo conſ. 171. numer. 10.
53 lib. 2. † Ex quo reſpondit donationem cauſa
mortis factam à marito vxori habere effectum
etiam in præiuditium fiſci, ſi maritus prædicto
54 modo fuerit bannitus. † Ex quibus manifeſte
patet Dominum Ioſephum non poſſe ſuccedere
in prædicta hæreditate, cum enim ſit capitaliter
bannitus cum omnium bonorum confiſcatione,
ſequitur eſſe priuatum omnibus commodis tam
ſtatuti loci, quam iuris communis omni ſucceſſione
&c. ideò remanet excluſus à dicta hæreditate.
55 † Reſtat inquirendum. An ſuccedant fratres te-
ſtatoris, an filij banniti.
56 Videtur dicendum ſuccedere fratres. † Quia
in hæreditate datur ius accreſcendi, cum ergo
iſti fratres ſint re & nomine coniuncti in hære-
ditatis inſtitutione, vtique videtur dari in his
ius accreſcendi, & ideò fratres videntur debere
ſuccedere.
57 Dico debere † Succedere in partem patris ban-
niti eius filium, probo. 1. ex l. 1. §. fin. verſu
quidam habuit ff. de bonorum poſſeſſione contra
tabulas ibi. Quidam habuit filium, & ex eo nepo-
tem filius emancipatus, vel in poteſtate manens
deportatus eſt, quæritur an nepoti noceat, & verius
eſt in vtroq. caſu nepotem admittendum. Depor-
tatus enim mortuorum loco habendus eſt 2. Ex l.
Gall. §. & quid ſi tantum in fin. ff. de lib. & poſth.
ibi. Hæc omnia admittenda ſunt, vt ad ſimilitu-
dinem mortis cæteri caſus admittendi ſint, & ibi
58 notant omnes ſcribentes, & ratio eſt † quia mor-
tuo patre nepotes ſuccedunt iure proprio, & ex
propria perſona occupant ius patris, ac proinde
incapacitas patris eis nocere non debet.
59 Dices † citatos textus loqui tantum de ſucceſ-
ſione nepotum in bonis Aui, ideſt aſcendentis, non
autem fratris parentis filiorum, ideſt tranſuerſa-
lium; & fortaſſe etiam addes, loqui tantum de
ſucceſſionibus ab inteſtato, non autem ex teſta-
mento. Quibus poſſem facile reſpondere, quod
vbi eſt eadem ratio, eſt etiam eadem iuris diſpoſi-
tio, cum ergo ratio legis ſit, quod pater habendus
ſit pro mortuo, & ideò filijs non debeat nocere,
& vtrobique ſit eadem ratio, dicendum erit eſſe
etiam eandem iuris diſpoſitionem. Sed
Probo 3. ex text. §. Reliquum Auth. de hæred.
ab inteſt. venient vbi agitur de ſucceſſione nepo-
tum in bonis patrui, vt ibi ſcribit Angelus in 3.
notabili Bart. in Auth. Poſt fratres C. de ſuis, &
legit. Alex. conſ. 44. num. 19. lib. 5. Deci. conſ. 1.
num. 3. & conſ. 527. nu. 1. quos refert, & ſequitur
Menoch. præſumpt. 95. lib. 4. num. 8. & in ſucceſ-
ſionibus ex teſtamento in caſu tranſuerſalium
proximorum, vt patruorum, tradit eſſe communem
ſententiam Claud. de Sceiſel. l. Gallus §. Quidam
recte ff. de lib. & poſth. & ita intelligere Gloſſam in
l. Cum ita §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2. omnes
qui illam ſequuntur tradit Couar. Pract. quæſt.
cap. 38. num. 4. apud Michaelem Craſſum de
ſucceſs. §. fideicommiſſum, quæſt. 11. nu. 4. licet
aliter eſſet dicendum de alijs tranſuerſalibus re-
motioribus apud eundem Craſſum ibidem viden-
dus eſt Menochius citata præſumpt.
Succedit ergo in iſta hæreditate ſimul cū patruis.
60 † Nec obſtat ius accreſcendi quod non datur hoc
caſu, quia adeſt filius domini Ioſephi, qui repræ-
ſentat perſonam patris, vt dictum eſt, & cum à lege
admittatur ad ſucceſſionem, vocatus eſt inſolidum
vniuerſaliter tam ex teſtamento, quam ab inteſta-
to, & ad plenum ius, tam iuris prætorij, quam iuris
ciuilis. Doctor. in l. Centurio ff. de vulgari, &
pupillari, & dicit communiter receptum Roland. à
Vall. conſ. 72. art. vlt. nu. 59. vol. 1. & ſola ſucceſ-
ſionis appellatione comprehenditur tam ab inte-
ſtato, quam ex teſtamento, quando per legem
defertur l. fin. C. cum de legiti. licet contrarium
teneat Socin. conſ. 102. lib. 3. ſibi contrarius, iſtam
tamen eius ſententiam, communiter eſſe reproba-
tam aſſerit Vaſqui. de ſucceſs. creand. §. 1. nu. 19.
61 † Imò ſi daretur locus iuri accreſſendi poſtquam
filio hæreditas iſta debetur, intraret etiam ipſe, vt
alij, quia cum admittatur à lege ad hanc ſucceſſio-
nem dicitur legaliter coniunctus, text. l. 1. & ibi
notant Doctor. C. quando non per part. vt teſtatur
Bologn. num. 223. & quod cum Bart. tranſeant
omnes, refert Craſſus de ſucceſſ. lib. 1. §. Ius accreſ-
62 ſendi quæſt. 7. † Nec filius facit gradum ſed repræ-
ſentat.

63 Reſol-

63 Resoluendo † igitur dico Inspiciendam esse formam banni, & proscriptionis, & statuta secundum quæ dominus Iosephus est bannitus, & proscriptus, & secundum illa est iudicandum. Quod si iudicium sit ferendum secundum ius commune. Dico non succedere fiscum quia ista hæreditas neq; ad extraneos transmittitur. Nec succedere dominum Iosephum, quippe quia priuatus est omni commodo; neque eius fratres quia non datur ius accrescendi; sed eius filium, qui ad hæreditates patris admittitur, quippe qui eius personam repræsentat tam in causa testati, quam intestati. Nec patris crimen illi præiudicat, & sicut succederet si pater naturali morte obijsset, ita succedit morte ciuili interempto.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur casus discutiendus.*
2 *Aliud est legatum pro dote, vel nomine dotis, & pro maritandis. Vtrunque potest fieri à coniunctis, vel non coniunctis. Legatum potest peti diuersis temporibus; potest esse factum determinatæ numerice, vel tantum determinatæ specifice, vel generice. Potest etiam esse quod puella sit maritata.*
3 *An legatum pro dote, & pro maritandis sit purũ; vel conditionatum, & quid hoc importet, explicatur.*
4 *Quid sit legatum factum in diem.*
5 *Qualia sint legata facta sub his dictionibus. Si Cum. Pro.*
6 *Si, de sui natura importat conditionem.*
7 *Quandoque dispositio est pura, exequtio conditionalis.*
8 *Si, aliquando significat causam, & hanc aliquando incertam, aliquando certam.*
9 *Causa aliquando exprimitur per. Si, aliquando per. Quia, & quid inter se differant isti modi.*
10 *Si, appositum tempore præsenti, vel præterito non facit proprie conditionem.*
11 *Si; non facit proprie conditionem, etiamsi respiciat tempus futurum, si euentus sit certus omni certitudine.*
12 *Idem, quando conditio est impossibilis si euentus sit certus, sed tempus incertum facit conditionem.*
13 *Facit conditionem, quando euentus est omninò incertus.*
14 *Particula Cum aliquando habet vim copulæ, & non facit conditionem nisi contraria voluntas disponentis appareat.*
15 *Pro. sumitur tribus modis.*
16 *Relictum Pro. idest causa aut vice alicuius rei, assumit naturam rei, cuius loco relinquitur.*
17 *Responsum Vlpiani.*
18 *Dictum Angeli ex responso Vlpiani.*
19 *Relictum pro maritandis, quando, & quomodo possit peti, & dari.*
20 *Relictum pro dote, vel est à patre, vel ab extraneo. Si ab extraneo est conditionale.*
21 *Tempus certæ ætatis appositum in persona honorati inducit conditionem.*
22 *Relictum nomine dotis, vel pro dote est conditionale nisi alia sit mens disponentis.*
23 *Relictum pro dote à patre, vel est existente statuto, quod filia dotata non succedat stantibus masculis, vel nullo existente statuto.*
24 *Quid dicendum si nullum extet statutum. Relictũ pro dote regulariter habet in se hanc conditionem si nuptiæ sequantur & limitatur.*
25 *Relictum à patre filiæ pro dote stante dicto statuto quale sit, controuersum.*
26 *Duo proponuntur soluenda ex quibus pendet solutio nostri quæsiti.*
27 *Proponitur primum, & soluitur.*
28 *Sub nomine dotis de propria significatione venit etiam promissa.*
29 *Communiter solet dici pupillam habere bonam dotem, & secundum hunc modum loquendi statuta sunt interpretanda.*
30 *Proponitur secundum quæsitum, consideratur, & soluitur.*
31 *Pro solutione principalis quæsiti duo adhuc considerantur circa statutum proponitur primum, & respondetur.*
32 *Proponitur secundum, & soluitur.*
33 *Legatum factum determinatæ personæ, vel simpliciter respicit pietatem, & remedium animæ; vel respicit personam, & soluitur vtrumque.*
34 *Legatum si sit factum pro dotandis puellis potest dari etiam iam maritatæ si cum modica, vel insufficienti dote nupsit.*
35 *Si sit factum pro maritandis puellis in plurali, non potest dari iam maritatæ.*
36 *Si sit factum pro maritanda aliqua particulari nominatim debetur etiamsi nubat viuente testatore, soluatur eo mortuo: rationes horum vide suis locis.*
37 *Legatum de quo agimus principaliter, nempè factum illis de familia, an dominæ Camillæ nubenti illud ignara non petijt an debeatur, resoluitur deberi.*
38 *Hæres grauatus distribuere bona inter pauperes post mortem testatoris non satisfacit, si distribuat, dum viuit. Hinc desumitur obiectio, & soluitur.*

An legataria nupta possit consequi legatum pro maritandis.

LXXVIII.

1 Dominus † Marcus Antonius N. in suo vltimo testamento, institutis legitimis hæredibus, condit postea huiusmodi legatum. Item saluis prædictis volo, iubeo, & mando, dictos meos hæredes singulis annis in perpetuum teneri expendere quinquaginta aureos monetæ currentis in maritandis filijs pauperibus; quod si aliqua ex meis consanguineis nubat, volo ex illis quinquaginta triginta tradi illi, quæ præferatur omnibus alijs. Nunc domina Camilla vna ex consanguineis domini testatoris nupsit, &, quia de tali legato illi non constabat, illud non exegit, iam elapsis quinque annis, ex quo nupsit, petit sibi dari huiusmodi legatum, quod hoc anno est expendendum. Quæritur an debeatur.

2 Vt certa ab incertis secernamus. † Noto 1. Aliud esse legatum esse relictum pro maritandis puellis, aliud esse relictum pro dote, vel nomine dotis. Noto 2. Aut legatum est factum à coniunctis, vel ab extraneis. Noto 3. Aut legata huiusmodi pro dote, vel pro maritandis petuntur ante tempus matrimonij, vel ipso matrimonij tempore. Aut matrimonio iam contracto. Noto 4. Aut legatum est factum certæ personæ, vt Catharinæ, Paulæ &c. Aut indeterminatæ, vt fœminis, puellis, &c. Aut determinatis ex indeterminatis, vt puellis meis consanguineis &c. Noto 5. posse etiam fieri, quod puella, cui determinate legatur, vt Catharinæ Paulæ &c. tempore conditi testamenti fuerit maritata, ideò de omnibus illis est videndum. Noto vltimo valde distare legatum factum vni determinatæ

natæ puellæ, vt Paulæ Catarinæ, & legatum factum indeterminatis, vt pro puellis maritandis. Vel pro dote puellarum.

3 Nunc primò † quæro An legatum factum pro maritandis,& pro dote sit purum,vel conditionale. Valde autem refert hoc scire. Quia si est purum statim mortuo testatore cedit legatario,non tamen potest peti, nisi post aditam hæreditatem, nisi sic ad pias causas. Rei autem legatæ dominium, postquam adita est hæreditas, ipso iure transit ab eo, qui legauit, recta via ad legatarium l. A Titio ff. de furt. & notat Glossa in cap. Raynut.de test.& ideò ex tunc fructus rei legatæ pertinent ad legatarium Glossa in l. lege C. de vsuris l. A Titio ff. de furt. l. legatum la 2. ff. de leg. 2. & l. si tibi homo §. Cum Seruus ff. de leg. 1. Nisi tamen res legata sit aliena l. Cum alienam C. de legat. & l. non dubium ff. de leg. 3. & nisi legatum sit relictum in genere l. apud off. ff. de option.leg.& nisi sit legata res alternatine l. huiusmodi §. sticum ff. de leg. 1. & l. statu liber. §. stichum ff. de leg. 2. & etiam nisi legatum sit in diem, non enim transit nisi adueniente die l. Sempronius ff. de vsufruct. legato, & nisi hæres grauetur ad eam vendendam l. Vxorem ff. de leg. 3.

4 Aliquando † sit in diem; Vt lego centum Titio ad Natiuitatem Domini,& tunc,vel dies est omninò incerta, vt lego centum die, qua nauis redibit, quo casu legatum est conditionale l. dies ff. de cond. & demonst. & l.stipulatio ista §. Inter incertam ff. de verb. obligat. & notat Gloss. in l. Seius Saturninus ff. ad Trebell. vel est omninò certa, vt lego centum Seio in Pascsate futuro, vel certa in se licet incerta respectu subiecti,vt lego Sempronio quando annum aget vigesimum quintum; Certum est enim tempus, Incertum autem, an Sempronius futurus sit viuus eo tempore, tunc legatum, quoad transmissionem,statim à die mortis testatoris cedit legatario etiam ante illum diem, si enim legatarius moriatur post testatorem etiamsi moriatur ante illum diem, legatum nihilominus debetur hæredibus legatarij, patet ex l. vnic. §. Cum igitur C. de Capt. tollen.

5 † Potest etiam fieri legatum sub his particulis si cum,vel pro,vt lego centum si nupserit. Cum nupserit. Vel pro nuptijs.

6 Si † de propria significatione importat conditionem,vt promitto centum,si nauis ex Asia redierit l. Si itaque ff. si cert. pet. non tamen semper

7 inducit conditionem, † quandoque enim dispositio est pura, executio conditionalis; vt esset ista; esto Seius tutor, si satisdederit, sensus est enim. Seius sit statim tutor sed tutoris officio, ne fungatur,nisi prius satisdederit l. multos §. hanc autem ff. de

8 tutor. † Quandoque significat causam incertam,

9 quandoque certam. † Causa autem exprimitur, aliquando per si, vt lego Titio centum, si negotia mea gesserit; quo si falsa causa exprimatur vitiat; aliquando per Quia, & hoc casu, si exprimetur falsa non vitiat l. demonstrat ff. de condit. & demonstr.

10 † Hæc dictio, Si, apposita tempori præsenti, vel præterito non facit conditionem proprie l. Institutio talis in fin. ff. de cond. instit. & l. eas in princi. & l. si ita stipulatus fuero hanc summam ff. de verb. obligat. nec obstat l. si sic, ff. de leg. 1. quia impro-

11 prie loquitur † similiter non facit proprie conditionem, quando respicit euentum certum omni certitudine, etiamsi sit futuri temporis secundum doctrinam Bart. in l. 1. ff. de Condic. & demonstrat.

12 † & idem est,quando conditio est impossibilis l. 1. ff. de condit. instit. Quod si euentus sit certus, sed incertum est tempus, quo futurus est, vt mors tunc facit conditionem secundū eundem Bart. & Gloss. in l. In omnibus obligationibus ff. de Reg. iuris,

13 † & item facit conditionem, quando euentus est

14 omninò incertus. † Particula, Cum, aliquando habet vim copulæ l. Si enim illo ff. de vsufruct. leg. & tunc non facit conditionem nisi ex præmissis appareat voluntas disponentis, l.Si ita fuerit §.fin. ff. de test. mann. & l. si ancilla ff. de leg. 1. vide plura apud Siluestrum verbo legatum 1. numer. 4.

15 † Particula Pro.tribus modis sumi potest,aliquando significat idem, quod nomine, vt quod dicimus, se subscripsit pro Titio 1. nomine Titij Bartol. in l. fideicommissa §. Interdum nu. 2. de leg. 3. idem tradit Butr. & Imol. in cap. cum M. Ferrariensis colum. 1. & ibi Felin. nu. 1. de constit. Aliquando significat Idem, quod loco, vt lego centum pro vsusfructus idest loco vsusfructus. Tertio significat causam, & est idem dicere pro vsufructu, ac causa vsusfructus. Corn. cons. 32. nu. 6. lib. 4. & Paris.

16 cons. 49. num. 21. lib. 2. † Cum autem aliquid relinquitur, Pro, idest vice, vel causa alicuius rei legatum assumit naturam illius rei, cuius loco, & vice relinquitur, l. Cum ij §. Si in singulos vers. Ceterum ff. de transact. Vnde Angelus adductus responso Vlpiani l. Si habitatio §. 1. ff. de vsufruct.

17 vbi habet. † Quod si testator leget vsumfructum causa habitationis, sola habitatio legata censeatur.

18 † dixit quod si testator reliquit vsumfructum ad alimenta, idest vt ille interpretatur, causa alimentorum, sola ipsa alimenta censentur legata, &, ideò quod superest deductis alimentis, remanet hæredibus,& similε respondit. Romanus cons. 503. nu. 7. Menochius est videndus lib. 4. Præsumpt. 134. numer. 11. & 12. Nunc ad solutionem propositorum.

19 Dico, † si legatum sit pro maritandis puellis, non potest peti, antequam tempus instet nubilis ætatis, quia requiritur, quod causa propter quam legatum factum est, instet. Quando verò ad ætatem legitimam peruenerint, potest peti præstita cautione de nubendo, & hoc etiam antequam contrahant, quia simpliciter est relictum pro maritandis, & possunt fieri expensæ de necessitate ante contractum matrimonium, & tale legatum non habet in se tacitam conditionem matrimonij, sufficit enim quod expendatur pro maritandis,ita Barc. l. Titio §. Titio genero in fin. ff. de condit. & demonstrat. & sequuntur cæteri Doctores.

20 Si verò † legatum est pro dote,vel nomine dotis; tunc, vel est factum à patre, vel ab extraneo; si est factum ab extraneo Bart. in d.§. Titio genero vult esse conditionale, & hanc opinionē dicit Castrens. esse communem ibi, & magis communem fatetur Alex. cons. 42. num. 2. lib. 7. Corneus cons. 229. volum. 4. Bald. Nouell. in tract. de dot. 6. p. priuileg. 50. & priuileg. 76. addens esse verissimam Laur. à Palat. de stat. exclud. fœmin. colum. 39. Brun. eodem tract. art. 6. quæst. 3. & 7. & Bart. opinionem seruari de consuetudine testatur Bald. in l. non sine C. de bon. quæ libe. & quod omnes eam teneant dixit Paul. Parif. cons. 110. num. 7. volu. 4. & alij apud Crassum de success. §. legatum,

21 quæst. 48. numer. 3. † Sicuti enim tempus certæ ætatis appositum in persona honorati, inducit conditionem, est enim incertum, an adueniabit, ita hoc casu non potest negari conditionem indui, est

22 enim incertum, an filia nubet † Quod verum est, nisi expresse, vel ex coniecturis appareat legantem voluisse relictum pro dote, vel nomine dotis esse purum,

purum, & statim deberi, etiam ante matrimonium
contractum, ita Barto. d. §. Titio genero, & cæteri
sequuntur; hanc Craueta asserit communem cons.
101. Abbas cons. 92. lib. 2. quem refert Couar. extr.
de testa. cap. 3. vers. 8. & Socin. cons. 92. num. 8.
23 lib. 1. testator quod ita teneut communiter. † Si
verò legatum est factum à patre, vel hoc stante sta-
tuto, quod filia dotata stantibus masculis non suc-
cedat; vel nullo extante statuto.

24 † Nullo extante statuto, & pater alias legitimam
relinquere teneatur, tunc relictum pro dote est
purum, & transmittitur, sapit enim naturam insti-
tutionis, & pater alias relicturus, ideò tunc relin-
quens censetur relinquere sine grauamine; & illa
verba, pro dote, significant quandam monitionem,
se relinquere, vt inde possit nubere, tenet Barto.
d. §. Titio genero, & communem opinionem esse
dicit Anchar. cons. 323. Paul. Paris. cons. 25.
24 num. 68. † licet enim relictum pro dote habeat
regulariter in se hanc conditionem, si nuptiæ se-
quantur, hoc tamen casu conditio reijcitur de
dote, quæ loco legitimæ succedit, non secus quam
de ipsa legitima, ita communiter teneri asserit
Vasqu. de success. crean. §. 10. num. 265. & 432.
& esse conclusionem indubitatam fatetur Rod.
Suar. repetit. leg. quoniam in prioribus 15. ampliat.
25 † stante autem dicto statuto articulus est valde
controuersus, & in quo multum variant Doctores:
Ex duorum tamen elucidatione videtur pendere
26 solutio. † P. An quando pater relinquit filiæ mille
v. g. pro dote dicatur dotata, stante statuto, quod
existentibus masculis filia dotata non succedat.
27 2. An dos succedat loco legitimæ. † quoad primum
licet variè loquti sint Doctores, frequentiori ta-
men, & communiori calculo videtur receptum,
quod satisfactum sit statuto, & quod dos proprie
dici possit, ad effectum illam excludendi, ita Bart.
d. §. Titio genero Bald. nouell. tra. de dote par. 1.
nu. 20. vbi hanc dicit communem, & p. 6. priuileg.
17. part. 11. §. hactenus num. 22. Alb. Bru. tract.
super statut. exclus. femin. art. 6. quæst. 3. & quæst. 7.
vbi ait, quod, quamuis contraria opinio de stricto
iure forte sit verior, tamen ab hac non est receden-
dum in practica in iudicijs propter auctoritatem
eorum, qui illam sequuntur, & quia videtur appro-
bata, refert, & sequitur Fran. Berius cons. 103.
nu. 24. & art. 10. quæst. 7. & alij quos longa manu
refert Michel Crassus de success. §. legatum quæst.
48. num. 8. & ratio, qua omnes mouentur, est,
quia pater ita legando asseruit actum paternum
constituendi dotem filiæ, & dotem ipsam destina-
uit, itaque illud destinatum pro dote, quantum ad
exclusionem pro re ipsa accipi debet, & Rolandus
à Valle in tractatu de Lucro dot. quæst. 5. num. 14.
28 † affirmat nomine dotis de propria significatione
intelligi etiam promissum; quod maxime verum
esse videtur his nostris temporibus, quando com
munis vsus loquendi inualuit, vt dos, vel promissa,
vel legata pro vera dote accipiatur: Solet enim
29 † communiter dici pupillam habere bonã dotem,
secundum quem modum loquendi statuta sunt in-
terpretanda ita idem Crassus loco cit.

30 † Quoad secundam dubitationem, quæ non mi-
nus difficilis est, & controuersa; consideranda sunt
verba statuti, & bene ponderanda. Aut enim sta-
tutum simpliciter excludit filias feminas à succes-
sione existentibus masculis, vel excludit quidem
simpliciter, attamen vult ab hærede dotari, & his
duobus casibus dos à patre relicta in testamento
non succedit loco legitimæ, quia nullam partem est
habitura ab intestato, & ideò legitime, quæ intesta-
ti ratione dicitur, non potest ei deberi, & hanc
opinionem Decius cons. 296. num. 2. & cons. 299.
num. 3. dicit communem, & hanc etiam dicit in-
dubitatam Alber. Brut. d. tract. quod stantib. masc.
art. 11. quæst. 2. num. 18. & art. 13. nu. 34. & 41.
dicit magis communem. Aut statutum non exclu-
dit feminas simpliciter, sed cum qualitate dotis, vt
quia dicit filias dotatas non debere succedere in
hæreditate existentibus masculis, & tunc dos suc-
cedit loco legitimæ ita Bart. d. l. Titio centum §.
Titio genero ff. de condit. & demonst. Alber. l.
quoniam in prioribus in princ. C. de inoff. test. &
ibi Bald. dicit Doctores tenere communiter, &
Bald. l. Sancimus C. de nupt. Ripa l. 1. num. 54.
ff. solut. matr. testatur esse communem opinionem,
& quod Doctores communiter concordant, in hoc,
quod statutum tunc videatur velle, quod dicta dos
succedat loco cuiusdam legitimæ asserit Bald. no-
uellus in tract. de dote par. 6. num. 3. vers. quid
enim dicit; & cæteri.

31 † His ita positis, Dico Aut statutum loquitur
simpliciter, quod filia femina non succedat, sed
bene debet dotari à fratre, & tunc vera est opinio
Bart. in d. §. Titio genero, quod legatum sit con-
ditionale, quia femina excluditur non propter do-
tem, sed propter solam existentiam masculorum,
& sensus statuti est, quod dos dari debet non
propter successionem, sed propter matrimonium,
& ita conditionaliter, si nubat, & ideò nulla debe-
tur legitima, nec potest dici, quod dos succedat
loco legitimę; consequenter sicuti, si in testamento
dos non fuisset relicta, non posset petere dotari,
antequam nuberet, ita etiamsi in testamento relin-
quatur censetur relictum conditionale, sicuti ab
extraneo, nec debetur, antequam nubat, ita Paul.
de Castr. d. §. Titio genero, & in consil. 6. par. 2.
in nouis. consil. 25. p. 3. estque communis opinio,
vt testatur Vasq. de success. creat. §. 10. num. 432.
& quod secundum hanc opinionem Paul. de Castr.
& pleriq. modernorum consuluerint firmat Roder.
Suar. Reg. l. Quoniam in prioribus limit. 11. C. de
inoff. test.

32 † Aut statutum dicit, quod filia dotata non suc-
cedat, secundum quod loquitur Bart. & tunc opi-
nio contraria procedit, quia tunc relictum est purũ,
alias non diceretur dotata, & non esset exclusa ex
testamento, & tunc potest peti tale legatum, &
statim transmitti ad hæredes ita concordat Ca-
strens. d. cons. & d. §. Titio genero, & hæc videtur
communis opinio modernorum vt testatur Alb.
Brun. d. tract. quod stantibus mascul. art. 11. nu. 35.
& certe videtur verior, siquidem pater necessario
tenebatur relinquere dotem de suis bonis, vel de
suis substantijs, vel inter viuos, vel in vltima volun-
tate, quæ pariter loco legitimę succedit, ex quo
videtur voluisse pure relinquere, cum de tempore
dictum non sit, & hæc etiam videtur esse mens eo-
rum, qui statuta condiderunt, quod cum filia exclu-
sa dotem ex bonis paternis omninò habere debe-
ret, vti proprium patrimonium acciperet ad quod
etiam facit communis opinio, quod stante statuto,
quod filia sit tacita, & contenta quacunque quan-
titate sibi à patre relicta, si relictum esset sub con-
ditione, vel dilatione posset impugnare patris
voluntatem, quia licet statutum dispensaret in
quantitate, & titulo non tamen, videretur dispen-
sase cum læsione quæ prouenit ex dilatione, vel
conditione Vasq. de success. propr. §. 10. nu. 208.
& ita Crassus loco citato tota illa quæstione.

33 Dico

33 Dico † præterea, quando legatum est factum determinatæ personæ, vt Cæciliæ Paulæ &c. est considerandum, an sit factum intuitu personæ, vel respectu pietatis, idest in remedium animæ &c. Si est factum in fauorem animæ deficiente persona legataria legatum in simile opus idest pium est expendendum argumento l. legatum ff. de vsufruct. Si verò est factum intuitu personæ non habito respectu ad piam causam, deficiente legataria, legatum expirat, & remanet apud grauatum, l. 1. C. de caduc. tolle. §. si autem aliquod sub condit. In dubio autem, fauore piæ causæ legatum expenditur in aliquod opus pium.

34 Item † dico, si legatum sit relictum fæminis dotandis, & testator ita dixerit dentur centum ad puellas dotandas, puellæ etiam maritatæ illud legatum possunt consequi, si nupserint cum dote, vel cum modica dote, quando viri egestas non sufficit ad ferenda onera matrimonij, quia adhuc subest causa pia, quæ pertinet ad legatum, & onera matrimonij instant, quæ pertinent ad dotem, ideò vere est dotare ita Bald. Nouell. & Io. Lupus quos refert, & sequitur Sanchez de matr. lib. 7. disp. 91. num. 63.

35 † Si verò legatum est factum pro maritandis puellis in plurali, non alicui determinatæ, illud legatum non potest conferri iam maritatæ, quia vere non verificantur verba legati; est enim illa puella maritata, non maritanda ita Bald. Iason. & alij relati ab eodem Sanchez loco cit. num. 64.

36 Quod † si legatum sit factum pro maritanda aliqua puella in particulari, & tempore conditi testamenti erat maritata illa puella, maius est dubium, an debeatur, & relata, & reiecta sententia Manticę idem Sanchez num. 65. asserit legatum relictum certæ puellæ maritandæ, deberi etiamsi tempore conditi testamenti fuerit maritata, imò addit, licet Doctores hoc non explicent, deberi etiamsi nubat adhuc viuente testatore, & asserit, hoc ex eorum rationibus probari, & colligi; Ratio est, quia hoc legatum videtur factum ob spetialem affectionem illius personæ, quæ affectio, cum non extinguatur, licet nubat viuente testatore siue sciente, siue ignorante nuptias, dicendum est neque extingui legatum, sed potius stabiliri, ita Bald. Bart. Iason, & alij, quos refert, & sequitur idem Sanchez loco cit. num. 65. Neque puto contradicere Siluestrum verbo legatum quæst. 11. quia ibi loquitur de legato facto non determinatæ personæ propter spetialem affectionem, sed de alijs.

37 Ad † solutionem autem principalis quæsiti. An scilicet Domina Camilla, quæ nupsit post mortem testatoris, sed, quia nesciuit legatum, non petijt; legatum debeatur etsi non illi determinate sit factum, sed pro maritandis consanguineis idem Sanchez affirmat num. 66. deberi. Ratio est, quia, licet non deberetur, si ante mortem testatoris nupsisset, quia est legatum factum incertis personis, & illa puella vere non esset maritanda, est enim relictum pro maritandis. At in casu nostro legatum non est omninò incertum, sed quodammodo certum, est enim incertum relictum pro maritandis, sed aliquo modo certum pro maritandis consanguineis. 2. Habebat ius petendi, quando nupsit. 3. Adhuc militat ratio affectionis. 4. Nisi detur isti dabitur extraneæ; nisi enim dabitur illi, quæ iam nupsit, dabitur extraneæ, quæ hoc anno nubet, non est autem credibile testatorem voluisse ignorationem legati præiudicare suæ consanguineę ad exclusionem, & ita puto esse dicendum.

38 Sed † dices communiter notant Doctores in l. Post mortem C. de fideicomm. & Alex. in l. stipulatio ista §. Si quis dolum ff. de verb. oblig. & Fran. Viuius in suis commu. opin. littera T. vers. Testator iubens, quod hæres grauatus distribuere post mortem bona inter pauperes, si distribuat in vita, hoc non possit facere Rationem assignant, quia hoc esset in præiuditium pauperum, qui post eius mortem erunt, ita in casu nostro cum relictum sit pro maritandis puellis singulis annis, si legatum datur ei, quæ multo ante nupsit, infertur damnum illi, quæ deberet hoc anno nubere, & tollitur ius, quod ipsa habet. Respondeo primò. In nostro legato tempus esse appositum non pro illis, quæ nubunt, non enim dicit legatum detur illis, quæ nubunt tali anno; sed esse appositum pro circunstantia expensæ faciendę, nempe quod fiat tali anno Ita vt legatarius non possit cogi antea soluere, nec ipse possit diutius differre, at quod non detur iam maritatis nihil in hoc legato. 2. Respondeo in casu nostro cessare difficultates. Si enim aliquo anno non nubat aliqua ex consanguineis, legatum illud isti iam nuptæ attribuatur, quod si non datur casus, habeat etiam, quia datur ex mente testatoris, est enim eadem affectio omnium nullius singularis, & ista prior est.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur dubium.*
2 *Legata fiunt non solum verbis sed etiam nutibus.*
3. *Ad inducendam obligationem legatario sufficit quod habeatur intentio legantis.*
4 *Tota difficultas propositi quæsiti est in disquirendo, quid hoc casu significet. volo.*
5 *Intelligentia significationis verbi, volo, pendet ex connexione eorum, quibus adiungitur.*
6 *Volo adiunctũ verbis, quæ nõ indigent actu cuiuscunque alterius ad sui exequtionem, & quæ alieno actu indigent differt in significatione, & maxime refert hoc inuestigare Summa est enim virtus istius verbi.*
7 *In hoc verbo quod est voluntatis substantiuum resoluuntur omnia alia verba.*
8 *Volo positum sine adiuncto infinitiuo, importat dispositionem.*
9 *Adiunctum infinito importanti exequtionem, importat electionem, & dispositionem.*
10 *Ex eo, quod ei non apponitur suspensiuum satis indicatur voluntas disponendi.*
11 *Adiunctum infinito importante actum ab alio expediendum importat mandatum, & dispositionem.*
12 *Adiunctum infinito importante actum non expedibilem sola voluntate disponentis sed requirentem alienum factum, vel etiam proprium non importat dispositionem.*
13 *Adiunctum infinito importanti actum, qui requirit mutuum consensum, nisi talis consensus accedat, non disponit.*
14 *Verba sunt intelligenda secundum naturam contractus.*
15 *Adiunctum infinito importanti suspensionem in futurum, seu actum tempore futuro faciendum non importat dispositionem.*
Limitatur tamen, vt ibi.
16 *Additur alia limitatio.*
17 *Quid dicendum in proposito casu?*
18 *Verbum volo resoluitur in participium præsentis temporis Sum volens.*

19 *Resol-*

19 *Resolutur debere propositum legatum.*

20 *Mens disponentis coniecturata est seruanda, & magis attendenda, quã verborum proprietas, est enim domina, & regina quæ verbis dominatur.*

21 *Quotiescunque ex coniecturis mens legantis potest haberi licebit explicare verba eo modo, vt menti adaptentur.*

22 *Pro coniecturanda mente disponentis in casu nostro sequentia sunt attendenda.*

23 *1. Conditio personæ loquentis, in casu nostro maritus. Persona ignara statutorum, & subtilitatum iuris. Maritus in iure præsumptus adeò promptus ad donandum vxori, vt illi donare sit interdictum.*

24 *Ignari subtilitatum iuris persæpe exprimunt voluntates suas verbis valde improprijs.*

Explicatur, l. Pamphilo: §. Propositum de legat. 2.

25 *Miles tunc censetur priuilegiatus, quando constat de eius mente, non in dubio.*

26 *Ob imperitiam loquentis admittitur, quod verbum, volo, stet dispositiue.*

27 *Inter peritos admittitur aliqua differentia inter filios, & liberos, quæ non consideratur in idiota.*

28 *2. Locus venit considerandus, in casu nostro disponens est in loco, vbi nullus est notarius.*

29 *3. Tempus. In casu nostro est morti proximum, quod non admittit suspicionem ficti sermonis, vel dilatæ executionis.*

30 *Morbum ingrauescentem considerat in simili Ioannes Faber.*

31 *4. Modus loquendi.*

32 *5. Apud quas personas loquatur disponens in casu nostro loquitur cum muliere coram Parocho.*

33 *Aduocat notarium, quæ aduocatio est quadam præparatio plurimum iuuans.*

34 *Si testator dixisset vellem, Ruinus adhuc assereret in vltimis voluntatibus stare dispositiue. Quod tamen censet dubium Menochius, etiamsi additum esset, Pro certo: vt Pro certo vellem.*

35 *Pro certo additam, vellem, significat quidem magis enixam voluntatem, sed non perfectam dispositionem.*

36 *Quia significat verbum vellem tantum imperfectam voluntatem, & solum desiderium ideò non stat dispositiue.*

37 *Verbum vellem reperitur in triplici tempore, & semper stat intra fines desiderij.*

38 *Etiamsi præcedat interrogatio.*

39 *In hoc tamen multum est tribuendum arbitrio prudentis.*

40 *In casu nostro resoluitur deberi legatum.*

Maritus morti proximus vult relinquere vxor centum, vocat notarium, interim moritur.

LXXIX.

1 DOminus † Sebastianus morti proximus, adstante Parocho, vocat vxorem suam dominam Elisabetam, & ita eam affatur. Dilecta mulier. Ego volo tibi relinquere in signum meę dilectionis ducentum aureos, & in expressionem meæ deuotionis erga confraternitatem Sanctissimi Rosarij, quinquaginta; ideò accerse notarium, vt hæc mea voluntas codicillo remaneat expressa. His auditis mulier mittit domesticum seruum, qui notarium vocet, at quia spatio trium miliarium distat, dum ipse accedit, infirmus moritur. Fuit quæsitum, an

hoc legatum debeatur.

2 Certum est † quod legatum potest fieri non solum verbis, l. 2. comm. de leg. sed etiam nutibus;
3 vt communiter, † & sufficit, quod intentio habeatur legantis ad inducendam obligationem legatario, mens enim est attendenda in vltimis voluntatibus, est enim illa, quæ dominatur, & ista habita est omninò exequenda.

4 Difficultas † tota in casu nostro est circa voluntatem disponentis, an scilicet illis verbis, Volo relinquere, significet, quod actu relinquat, & dispositio sit perfecta per actione vltimæ voluntatis, an vero sensus illorum verborum sit, quod quidem tunc nolit relinquere actu, sed quod mens ipsius sit postea legare. Tota difficultas sita est in cogno-
5 scenda efficacia istius verbi. Volo, quod † pendet ex connexione eorum, quibus adiungitur.

6 Adiungitur † ergo hoc verbum volo aliquando. Verbis, quæ nullo alio actu, neque legantis, neque testantis, nec cuiusquam alterius indigent ad sui exequtionem. Aliquando adiungitur verbis, quæ alio actu indigent ad sui exequtionem; v. g. Testator dicit volo meum hæredem dare centum Caio, ad hoc, vt Caio centum debeantur, nullo alio actu opus est, si verò dicat volo confiteri, hoc non est confiteri; sed alius actus requiritur, vt illud volo habeat suum effectum. Maxime autem refert inuestigatio significationis istius verbi volo; summa enim illius est virtus, cum sit fons, & origo omnium dispositionum, vt scripsit Bald. in Authent. Et qui
7 iurat num. 17. C. de Bonis auct. iud. poss. † ait enim In hoc verbo, quod est voluntatis substantiuum, verba omnia resolui. Omnes autem Doctorum disputationes eo tendunt, vt inuestigent, quando stet dispositiue, & quando enunciatiue. Idem etiam potest quæri de Nolo. Pro elucidatione ergo, & resolutione.

8 P. Regula † sit verbum volo, positum sine infinitiuo, adiuncto importat dispositionem, & electionem, vt volo hanc rem, ita aperte, l. apud Aufidium ff. de opt. legat. ibi Si is dixisset, quæ vellet, mutare voluntatem non posset. Ripa l. Serui electione in prin. num. 18. & alios refert Doctissimus Zuntius in responso reddito pro vxore num. 373. Sanchez de matr. lib. 6. disp. 22. nu. 7. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 5. cas. 496. num. 7. & lib. 4. Præsumpt. 100. & ratio est, quia tunc nullus alius actus propriæ, vel alienæ voluntatis expectatur ad illius complementum, & perfectionem, ideò inducit dispositionem. Eodem modo, si quis dicat; volo esse hæres, statim dicitur adiuisse hæreditatem, l. iam dubitari vbi Glossa ff. de hæred. instit. Bald. in l. cunctos populos nu. 2. & ibidem Iason. in prima lectura num. 22. C. de Sum. Trinit. & fide Cathol. Ita, si quis dicat, volo bona mea maneant in familia, dicitur constituisse, & iniunxisse fideicommissum, &, quando testator dixit, volo, quod schedula meam manu scripta, & ad Caium missa sit meum testamentum, testator dicitur perfecte disposuisse, & quando dicitur, volo, te vxorem meam, vel volo, te esse vxorem meam, pariter censetur contractum matrimonium; Quia, cum huiusmodi loqutiones nullum cuiusuis alterius requirant factum ad exequtionem, dicuntur disponere non enunciare ita Menoch. de Arbitr. loc. cit. qui etiam Doctores adducit à num. 8. ad 12.

9 Pro † quibus est: Secunda Regula. Si verbum volo adiungatur infinito importanti exequtionem, & complementum, importat electionem, & dispo-

 sitionem,

10 sitionem, vt volo habere, † volo accipere. Ex eo enim, quod non apponitur verbum suspensiuum, satis aperte declaratur voluntas disponendi. Cum enim dicitur volo habere te in vxorem, satis aperte colligitur voluntas, quod illam accipiat, cum velit habere, & satis determinata voluntas eligendi, cum velit illam accipere. Ita citati Menoch. num. 28. & Sanchez num. 8. & Doctores ab ipsis relati.

11 Tertia regula. † Si verbum volo adiungatur infinito, importanti actum expediendum ab alio, & volens habeat tantum explicare suam voluntatem, importat mandatum, & dispositionem; vt, si quis dicat, volo, Titium gerere mea negotia: volo meum filium studere; satis est enim his casibus quod verbum, volo, explicet suum consensum, & expectetur tantum alienæ exequtio; ita Sanchez num. 9. & Menoch. num. 12. & 13. Hine quando prætor dixit, volo, te ire in possessione, dicitur interposuisse primum decretum; satis enim declarauit suam voluntatem, & ab eo nihil amplius expectatur, ita, quando dicitur, volo meam hæredem dare centum Paulo: vide Doct. apud citatos Sanch. & Menoc.

12 Quarta † Regula verbum volo, si adiungatur infinito importanti actum, non expedibilem sola voluntate; sed requirentem aliquod factum, non importat dispositionem, vt volo comedere, volo canere, volo confiteri: non enim importat, me ascendere, comedere &c. sed demonstrat voluntatem, & desiderium; Regula est per se manifesta, & eam tradunt Doctores apud Sanchez num. 10.

13 Quinta † Regula est verbum volo adiunctum infinito importanti actum, qui fieri nequit ex voluntate vnius, sed ad actum desideratur mutuus consensus, vt in emptione, in venditione; nisi vtriusque consensus accedat, non disponit. Ratio-

14 nem assignat Bart. † quia verba sunt intelligenda secundum naturam contractus, l. Si vno. ff. loca: l. si stipulatus ff. de vsur. vide eundem Sanchez lib. cit. num. 11.

15 Vltima † Regula si verbum volo adiungatur infinito importanti suspensionem in futurum, seu actum alium tempore futuro faciendum, non importat dispositionem. Vt volo eligere. Volo testari. Hæc enim important tantum voluntatem eligendi, testandi &c. Sanchez vbi supra, & Menoc. ab eodem relatus Hanc tamen regulam intellige, nisi illa verba, volo eligere &c. proferuntur ab aliquo, qui tempore præfixo ad aliquid agendum interroganti respondeat. Vt si, cui esset præfixum tempus ad respondendum, an velit eligere, & elapso tempore interrogaretur, an vellet; & ipse responderet, volo eligere, tunc vtiq. disponeret per l. sed & si alio. in 2. responso, & l. Omnes qui ff. ad Senatus consf. Trebelli. Sic Iason, & alij relati

16 à Sanchez, & Menochio locis citatis. † est etiam intelligenda ista regula, nisi interrogatio fieret à parte, cui interest. Si enim Interrogationi taliter facte respondeatur per volo, inducit dispositionem, vt si quis habens interesse in electione interrogat principalem, an velit eligere, & principalis respondeat volo eligere, tunc dicitur disponere, ita ijdem Doctores.

17 Quid † dicendum in casu nostro. Videtur asserendum non esse istam dispositionem; sed tantum enunciationem, & probatur. Quia volo est additum infinito requirenti alterum actum ad sui exequtionem. Nam volo relinquere significat tantum voluntatem relinquendi, ergo requiritur alius,

18 actus, quo relinquatur. † verbum enim volo resoluitur per participium præsentis temporis. Sum volens, & idem est dicere, volo relinquere, ac dicere sum volens relinquere, quod respicit futurum tempus Menoch. loc. cit. nu. 16. & dicta Præsumpt. num. 11. & verbum volo adiunctum infinito habet aliquam suspensionem, l. si quis stipulatus de verb. oblig.

19 Ceterum † puto legatum deberi. Cum enim legata quibuscumque verbis possint relinqui, l. cum

20 proponeretur, de legatis 2. † & mens disponentis coniecturata. Sit seruanda, & magis attendenda, quam proprietas sermonis. Dicitur enim regina, & domina, & dominatur verbis l. In conditionibus primum locum ff. de condit. & demonstr. Iason. l. 3. num. 1. C. de lib. præter. vbi multis comprobat: & Paris consf. 90. num. 11. & 14. lib. 2. multis exornat. Socinus Iunior in consf. 85. num. 7. lib. 2.

21 Crauet. consf. 221. num. 7. & alij plures. † quoticumque ergo ex coniecturis mentem legantis habere poterimus, licebit verba explicare eo modo, vt menti adaptentur. Alex. consf. 139. num. 5. lib. 6. & post Bartol. Corneus consf. 273. num. 6. l. 4. Socin. l. in ambiguo. col. vlt. vers. 2. conclus. ff. de rebus dub. & ad hoc vide Menoch. lib. 1. de præsumpt. quæst. 26. per totum Explicabimus ergo illa verba: volo relinquere, iuxta mentem testatoris dispositiue & dicemus, hunc esse sensum. Relinquo tibi centum, & vt mea ista dispositio possit in iuditio, at vbicumque probari, accersito notarium, qui in authenticam formam illam reducat; & quod ista sit mens dispositionis probatur coniecturis, ex quibus mens disponentium colligitur l. Si seruus plurium. §. vlt. de leg. 1.

22 Has coniecturas † pre oculis haberet Menochius (vt ipse afferit de Arbitr. lib. 2. cent. 5. casu 456.

23 num. 4.) si iudicis personam sustineret, † Consideraret primo conditionem personæ loquentis. 2. locum. 3. tempus. 4. modum loquendi. 5. Personas apud quas disponens loquitur. Has etiam, & nos considerabimus. Loquitur ergo, Maritus, Persona ignara subtilitatum iuris: Maritus, quia adeò promptus in iure præsumitur ad donandum vxori, vt illi sit interdicta donatio, ne omnib. suis bonis expolietur; Nec donationes valent nisi morte confirmentur, vt si pæniteat donasse, donationes possit reuocare. 2. Est persona nesciens subtilitates

24 iurium, † isti autem homines persæpe voluntates suas exprimunt verbis valde improprijs, vt sensit in spetit. Soci. iunior. consf. 179. num. 47. vers. 1. &c. lib. 2. apud Menoch. de Arbitr. loc. cit. num. 44. & prob. ex l. Pamphilio §. propositum de leg. 2. vbi dicitur si testator conuocatis amicis, & testibus dixit: volo relinquere; satis dicitur legasse; Vbi Scæuola non considerat personam ob militare priuilegium, cum vt recte considerat Ruinus l. Serui alectione col. 6. in fine vers. Non placet etiam; de leg. 1. tunc tantum sit priuilegiatus

25 miles, † quando constat, eum ita voluisse, non autem, quando dubitatur, an ita voluerit, vel non ita voluerit l. Diuus ff. de milit. test. eum ergo hic dubitetur, an miles disposuerit, non considerat Scæuola personam militis, vt priuilegiatam; sed considerat militem, vt litterarum imperitum, & ideò exprimentem voluntatem suam eo meliori

26 modo, quo scit. Ob † imperitiam ergo personæ admittitur, quod, volo relinquere, sit idem, quod

27 relinquo, & stat dispositiua eo modo quo, † etsi apud

apud peritos aliqua differentia constituitur inter dictiones, filios, & Liberos l. liberorum, de verb. signif. non tamen hæc differentia cadit in idiotam, sicuti docuit Gloss. in l. quod si nepotes ff. de test. tutel. & ibi declarat Bart. & similia congerunt Socinus Senior in conf. 37. num. 11. lib. 3. Barbat. conf. 34. col. 17. & in conf. 57. col. 3. lib. 2. Decius in conf. 316. in fine Curtius iun. in conf. 5. nu. 12. Alciat. in tract. Præsumpt. reg. 3. Præsumpt. 13. num. 3. Alba conf. 59. num. 7.

28 Secundò † venit considerandus locus, est enim disponens in loco, in quo non est notarius, qui statim possit excipere suam voluntatem, ad eam scripto firmandam; exprimit ergo, quod vult, & expectat tantum eum, qui dicto suo robur addat, vt in omni iuditio, quod vxori legat, eidem vbique adiudicetur.

29 Tertiò † considerandum est tempus, quod in casu nostro est morti proximum; in quo non cadit suspicio, quod hoc dicat infirmus, vt mulieri blandiatur, vel, quia velit significare, se quidem velle legare, sed in aliud tempus, non in præsenti,

30 quia vicinitas mortis has tollit coniecturas, † morbum autem ingrauescentem, & periculum mortis considerant Io. Faber. §. plane. vers. Ego credo instit. de milit. test. Fulgos. in conf. 30. Factum sic se habet Anthent. Veniens, col. vlt. vers. Ceterum Socin. iun. in conf. 179. nu. 65. lib. 1. Ruin. conf. 192. col. 2. vers. sed præd. lib. 2. & conf. 204. nu. 6. eodem lib. Cornæus conf. 77. nu. 9. lib. 4. Ruinus in d. l. Serui electione col. 6. vers. & primo quia de leg. 1.

31 Quartò † est considerandus modus loquendi. Accersit mulierem nihil minus cogitantem, quęque nunquam cum marito de tali re loquta est, loquitur infirmus morti proximus, ex quibus tollitur præsumptio, quod dicat, vel ad sedandam importunitatem vxoris, vel, vt sibi in infirmitate assistat, supponitur enim prosequens maritum omni charitatis officio.

32 Quintò Venit † considerandum apud quas personas loquatur, & statim reperies, quod loquitur vxori coram Parocho, vt aduocet notarium, quod

33 tollit suspicionem, quod non loquatur serio, † & aduocatio notarij est præparatio ad actum conficiendum, quæ præparatio plurimum prodest, vt in specie scripserunt. Gloss. in l. 1. §. Sin autem in verb. Lucius ff. de hæred. instit. Io. Fab. in §. Plane vers. Ego credo Instit. de milit. test. Socin. iun. in conf. 179. nu. 56. lib. 2. Zuntius in præalleg. resp. pro vxore num. 472.

34 Quod † si testator dixisset vellem relinquere. Ruinus conf. 204. num. 7. lib. 2. asserit in vltimis voluntatibus stare dispositiue, quando constat deliberate esse prolatum; sed hanc traditionem putat dubiam Menoch. de arbitr. loco cit. num. 59. & ipsemet Ruinus in l. Serui electione colu. 7. de leg. 1. aliter sentit; sicuti etiam idem Menoch. censet dubiam aliam traditionem eiusdem Ruini eodem conf. num. 6. quod scilicet verbum vellem stet dispositiue, quotiescumque additur aduerbium, pro certo. Vt dicatur pro certo vellem; ratio

35 autem Menochij est, quod illud, † pro certo, explicet quidem magis enixam voluntatem, qua desideratur aliquid facere, at nunquam exprimat rem ipsam perfectam.

36 Hoc † ergo verbum vellem significat tantum imperfectam voluntatem, & desiderium, & ideò dispositio erit imperfecta Gloss. in l. In ementis C. de contrahempt. & alij apud præcita. Menoch. num. 55.

37 † Aduertendum tamen, quod verbum vellem reperitur in præterito imperfecto subiunctiui, & in præsenti optatiui, etsi sumitur in præsenti optatiui clarum est significare tantum desiderium, licet Bald. Imola, & Arect. in l. vlt. ff. de test. videantur dissentire. Quod etiam est dicendum, si sumatur in imperfecto subiunctiui, adhuc enim significat rem imperfectam, sicut futurum, vt docuit Bartol. in l. centesimis. §. vlt. & l. si quis stipulatus sit

38 sthicum, de verb. oblig. † & verum est etiamsi præcedat interrogatio, & sequatur responsio, adhuc enim significat imperfectam dispositionem & significat solum modo desiderium, vt respondit Ruinus in dict. conf. 204. num. 5. & 7. lib. 2. Vbi hanc regulam statuit inter verbum volo, & vellem; quod verbum volo dispositionem inducit, vt dictum est, vellem autem semper stat iuxta fines desiderij, & solius voluntatis, quod etiam docuit Salicet. in d. l. in ementis. Licet contradicat Gallianula in l. 1. §. Si quis ita num. 7. de verb. obligat. qui scripsit verbum vellem, prolatam in responsionem alterius interrogantis stare dispositiue. Non admittit

39 Menochius. † Ego puto in hoc multum esse tribuendum arbitrio prudentis, qui consideratis considerandis iudicabit.

40 In † casu nostro puto deberi legatum, rationibus supra adductis, & consideratis, quibus firmatur verbum volo, in casu isto stare dispositiue.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.*
2 *Quid vocetur in quæstionem.*
3 *Quando culpa fuit in re, dolus in operatione, & communis error in operatione, sententia non est retractanda.*
4 *Sententia contra res prius iudicatas, nisi ab ea fuerit appellatum, est nulla.*
5 *Res iudicata pro veritate accipitur.*
6 *Res iudicata imponit finem liti, neque aduersus illam quis est audiendus.*
7 *Probationes vlterius non recipiuntur.*
8 *Etsi ordinetur, quod vlterius audiatur, est intelligendum ex iam deductis, non ex deducendis.*
9 *Ex sententia ius factum est inter partes.*
10 *Exceptio rei iudicatæ fuit inducta ad iuris rigorem conseruandum, & ad litium immortalitatem tollendam.*
11 *Habens intentionem percutiendi clericum cum opere subsequuto meretur pœnam.*
12 *Mortua prima vxore sacris initiatus si aliam ducat subit pœnam bigamiæ, licet vere non sit bigamus.*
13 *Subdiaconus, qui cum vidua contraxit item subit pœnas bigamiæ, licet re ipsa non sit bigamus.*
14 *Etiam in criminalibus nemo citra principem, neque per beneficium restitutionis potest rescindere sententiam ex eo quod constet de innocentia.*
15 *Idem dicendum etiam in ciuilibus.*
16 *Si ante exequutionem condemnati in carceribus constet de innocentia reus non potest absolui.*
17 *In criminalibus vnum singulare excipitur quod post conclusionem, & ante sententiam possunt recipi probationes per instrumenta, vel per testes, super articulis non directe contrarijs ad probandam innocentiam rei.*
18 *Explicatur l. Imperatores ff. de re iudic.*
19 *De iure communi iudex, qui pœnam imposuit, eam non potest amplius retractare.*

Bbb 2 20 Pro-

20 *Proponitur, & probatur quod sententiam sit retractanda.*
21 *Quando percussus non est monacus, vel clericus, neque percutiens est excommunicatus.*
22 *Ex eo quod non erat matrimonium, neque copula fuit adulterium.*
23 *Si nullum est matrimonium nulla etiam est dos.*
24 *Secunda sententia tollitur prima.*
25 *Prima sententia tollitur ex noua causa.*
26 *Propter probabilem errorem bene sententia retractatur.*
Detecto errore matrimonij lata sententia retractatur.
27 *Veritate comperta plerunq; sententia retractatur.*
28 *Pro solutio ne est consideranda, Pœna, & Excommunicatio.*
29 *Resoluitur hunc non esse excommunicatum.*
30 *Non punitur affectus, sed opus externum qualificatum. Nec ad rem facit affectus nisi coniungatur cum opere qualificato.*
31 *Glossa, & Hostiensis non adstruunt, vt dicitur, quandam excommunicationem temporalem, quæ adueniente scientia cesset explicantur, quidque sentiam exponitur.*
32 *Nulla opus est absolutione in hoc casu.*
33 *Neque opus est vlla reuocatione sententiæ.*
34 *Percutiens clericum ignorans inuincibiliter clericatum non incidit in excommunicationem.*
35 *Tam in temporalibus, quam in spiritualibus vbicumque imponitur pœna pro culpa quando ignorantia excusat à culpa liberat etiam a pœna.*
36 *Qui volens percutere Titium laicum errore percutit Seium, non fit excommunicatus. Quia non est in culpa respectu clericatus, dum illam qualitatem inuincibiliter ignorat.*
37 *Neque obstat quod dum percutit det operam rei illicitæ quia etiam percutiens Seium clericum dat operam rei illicitæ, & tamen non fit excommunicatus, vt numero præcedenti.*
38 *Dans operam rei illicitæ probibitæ propter periculum, si inde sequatur homicidium quacunque adhibita diligentia fit irregularis.*
39 *Percutiens clericum, quem vere putat laicum licet sit ita affectus, vt si cognosceret adhuc percuteret, non fit excommunicatus.*
40 *Non incurritur excommunicatio quando actio externa non procedit à malo affectu interno.*
41 *Semper est verum ignorantiam concomitantem excusare ab excommunicatione Irregularitate, & obligatione restituendi.*
42 *Qui volens percutere Titium clericum percutit Seium clericum fit excommunicatus, vere enim percutit clericum animo clericum percutiendi.*
43 *Non fieret excommunicatus qui ex fenestra proijciens lapidem, vt Seium clericum percuteret, si inuincibiliter ignorans percutiat Titium prætereuntem.*
44 *Assignatur ratio quare in hoc casu incurratur excommunicatio non in primo.*
45 *In criminalibus iudex post condemnationem potest tuta conscientia, & debet recipere probationes de euidenti innocentia rei, & post ea principem consulere.*
46 *Quomodo reus in dando, & iudex in recipiendo has probationes se gerere debeant.*
47 *Omnia dicta sunt facienda in criminalibus præcipue vbi agitur de vita. Vita omnibus bonis præferenda est.*
48 *Sententiam latam seruato iuris ordine iudex non potest reuocare est enim definitiua.*
49 *Potest reuocari lata ex iuditio peritorum in arte, si iudex à peritoribus doceatur prius responsum fuisse falsum.*
50 *Potest etiam reuocari sententia, quando falsis instrumentis circumuenta est religio iudicantis.*
51 *Item sententia ex non veris, sed priuilegiatis probationibus lata potest retractari, quia non transit in rem iudicatam.*
52 *Ideò sententia lata ex credulitate, vel de consilio sapientum non sortitur vim iudicati.*
53 *Sententiam latam seruato iuris ordine non potest iudex emendare, vel supplere.*
54 *Potest dictam sententiam interpretari.*
55 *Qui declarat nihil noui dat, sed datum confirmat, & explicat.*
56 *Resoluitur sententiam ex manifesto, & intolerabili errore latam esse retractandam.*
57 *Quod si error non sit manifestus non est retractanda.*
58 *Iudex functus officio suo nihil amplius potest circa sententiam à se latam.*
59 *Rota, & alia suprema tribunalia non attedunt res iudicatas, quoties constat de errore, vel Iniustitia.*
60 *Siue iniustitia sit notoria siue non Rota iudicat.*
61 *Res transit in iudicatum per tres sententias conformes, aliquando per duas si ita disponat statutum, vel non sit appellatum, & nisi infra terminum iuris redeatur pro Apostolis.*
62 *Intra terminum triginta dierum non rediens pro Apostolis videtur renunciare appellationi, ideò sententia transit in rem iudicatam.*
63 *Nec excusatur non rediens ob impedimentum.*
64 *Sufficit tamen si appellans fecerit causam committi intra terminum iuris.*
65 *Hoc tamen verum est, si post appellationem fuerunt petiti Apostoli alias non suffragatur commissio causæ.*
66 *Petitio Apostolorum est de substantia appellationis.*
67 *Præsentatio commissionis signata manu regentis probat diligentiam, & excusat à lapsu decem dierum ad committendum non autem à reditu pro Apostolis.*
68 *Quando iudex detulit appellationi appellans non tenetur amplius comparere coram eo ad petendum Apostolos.*

Percutiens non monacum reputatum monacum pœna à iudice mulctatur detegitur. error, quid.

L X X X.

1 CAius † suadente diabolo percussit, anno superiore, Sempronium, Religiosum in Conuentu S. Martini, ordinis S. N. Religiosum quidem; sed nundum Sacris initiatum; &, quia percussio fuit grauis, & publica, iudici fuit delatus, acta confecta, reus per sententiam denunciatus excommunicatus, & pœna pecuniaria multatus. At hoc anno Sempronius, Religiosus sistit se ante suum Superiorem, dicit de nullitate suæ professionis, & probatur; quare indicitur habitus dimissio proprios lares
2 domesticos repetit. † quare Caius hoc audito apud iudicem suæ excommunicationis agit, vt pœnæ tam spirituales, quam temporales nullæ declarentur, & sententia reuocetur, vtpote ex intolerabili errore lata. Quæsitum est à iudice quid in hoc casu sit agendum.

Quod

Quod ſententia non ſit reuocanda videntur ſua-
dere ſequentia iura, & rationes hoc probantia.
3 Primò Culpa † fuit in re ipſa, dolus in operatio-
ne, & communis error in qualitate, ergo ſententia
non debet retractari; ita additionator ad Abbat. in
cap. Suborta de ſent. & re iudic. in fine.
4 Secundò † Sententia contra res prius iudicatas,
niſi ab ea ſit appellatum, eſt nulla 2. quæſt. 6. cap.
Ei, qui appellat. §. Definitiua quoque ſententia.
5 Tertiò † Res iudicata pro veritate accipitur, l.
res iudicata ff. de re iud. & l. Cum putarem ff.
6 famil. hæreciſ. Et res iudicata imponit finem liti,
nec aduerſus illam, quis eſt audiendus, l. Cum
quæritur, cum duabus ſeq. de re iudic. Ludouiſ.
7 deciſ. 392. num. 3. † Imponit finem litibus, &
probationes vlterius non recipiuntur. Caputa
deciſ. 51. par. 3. Seraphin. deciſ. 1308. Rota deciſ.
406. ſub num. 2. par. 2. in recent. & fuit dictum in
Barchinon. legitimit. 4. febr. 1613. coram R.P.D.
Caualerio, & Coram Ludouiſio deciſ. 211. vbi fuit
8 dictum, † quod licet ſignatura ordinauerit, quod
quis etiam poſt rem iudicatam audiretur id intel-
ligi debet ex iam deductis, non autem, quod
9 admittantur ad nouas probationes. 4. † Ex ſen-
tentia ius factum eſt inter partes. cap. Cum inter
vos de re iudicata, l. 1. & duab. ſeq. ff. de lib.
agnoſc.
10 Quartò † Exceptio rei iudicatæ fuit inducta ad
iuria rigorem conſeruandum, & ad litium immor-
talitatem tollendam, vt notat Gloſſ. in l. Si qui
exceptionem ff. de Condit. indebit. cap. Paſto-
ralis §. quia verò de off. delegat. quod non ſe-
queretur, ſi daretur ſententiæ reuiſio, ex noua
cauſa.
11 Sextò Habuit † intentionem percutiendi cleri-
cum cum opere ſubſequto, ex quo pœnam meretur;
fecit enim quod potuit, vt religioſum offenderet.
12 cap. Nuper de Bigam. Vbi habetur, † quod, qui
mortua vxore Sacris initiatus cum ſecunda de fa-
cto contraxit, bigamiæ pœnam ſubit, licet re vera
non ſit bigamus propter affectum intentionis opere
ſubſequto, ita in fine capitis illius, & capit. vlt.
13 eodem tit. vbi habetur † ſubdiaconum, qui cum
vidua contraxit, item bigamiæ pœnam ſubire, licet
non ſit bigamus, & eadem redditur ratio, & l. Si
vxor §. 5. ff. de adulteris, & l. Diui. ff. de pœnis
14 dicitur, † quod etiam in criminali nemo poteſt
citra principem reſcindere ſententiam, etiam per
beneficium reſtitutionis in integrum, ex eo, quod
conſtet de innocentia rei, ſed ad ſolum principem
ſpectat, aut ſententiam reſcindere, aut beneficium
reſtitutionis concedere, & l. 1. §. fin. ff. de quæſt.
15 videtur manifeſte decidi † hoc idem eſſe tenen-
dum, tam in ciuili, quam in criminali, & in vtraq.
lege maxime exultat Bartol. putans ſe veritatem
16 adeptum eſſe, adeò, vt in d. l. 1. dicat ſi † aliquis
eſt condemnatus in carceribus, & ante exequ-
tionem ſententiæ conſtat de innocentia, condem-
nati, quod per illum textum poteſtas non poteſt
illum abſoluere, ſed ad ſolum principem ſpectat.
17 † Excipit tamen vnum ſingulare in cauſa crimi-
nali, quod poſt concluſionem, & ante ſententiam
poſſunt recipi probationes per inſtrumenta, vel
per teſtes ſuper articulis non directe contrarijs ad
probandam innocentiam rei, de qua re vide adno-
tata ad cap. Fraternitas de teſtib. & Fran. Aret.
conſ. 144. Alex. l. Si ab hoſtibus in prin. ff. ſolut.
matr. vbi ponit caſum mirabilem, in quo retracta-
tur ſententia in cauſa criminali; Alios etiam caſus
ponit Aret. in cap. de his de accuſat. & Felin. in
cap. Propoſuiſti de probatio.
18 Quod † ſi dicas, l. Imperatoris ff. de re iudicat. in
cauſa publica ſententiam retractari ex probatione
nouiter reperta. Reſp. Illud eſſe verum, non de
iure communi, ſed beneficio principis. Vide Abba-
tem in cap. Suborta de ſent. & re iudic. num. 12.
19 de iure enim communi iudex, qui pœnam impoſuit
non poteſt amplius eam rectratare, l. moris §. illæ
ff. de pœnis.
20 In † contrarium autem imo, quod ſententia ſit
reuocanda, videntur facere quæ ſequuntur iura,
& rationes.
21 P. Qui percutitur † vere non erat Monachus
ergo neque percutiens erit excommunicatus. An-
tecedens patet ex facto conſequentia probatur.
primo Ex cap. Fraternitatis de frig. & malef. in fin.
22 vbi habetur; quod † ex eo, quod non erat matri-
monium, neque copula fuit adulterium, ergo etiam
in caſu noſtro ex eo, quod non eſt monachus, non
23 erit excommunicatio. 2. † Ex quo nullum eſt ma-
trimonium, nulla eſt dos l. 1. C. de condit. ob cauſ.
dat. ergo vbi non erit ordo, vel monachatus, ibi
24 non erit excommunicatio. 3. Per † ſecundam
ſententiam tollitur prima cap. Inter monaſterium
25 de re iudic. † & prima ſententia tollitur ex noua
cauſa cap. Ex litteris de diuortijs, ergo ex ſuper-
ueniente notitia non monachatus debet retractari
26 ſententia excommunicationis. 4. Propter † pro-
babilem errorem; bene retractatur ſententia. cap.
Fraternitatis, de frigid. & malefic. vbi detecto
errore matrimonij, lata ſententia retractatur, &
27 idem aſſeritur 33. quæſt. 1. cap. 2. Quintò † Veri-
tate comperta plerumque retractatur ſententia
l. Si fullo ff. de condit. ſine cauſ. l. Auunculo ff. de
re iudic. l. vxori 2. ff. de vſufructu leg. Gloſſ. cap.
ſignificantibus verbo reſtituant. de vulga. purg.
ergo & detecto errore monacatus eſt retractanda
ſententia Excommunicationis. Quid pro ſolutio-
28 ne huius difficultatis dicendum? † Duo ſunt con-
ſideranda, Excommunicatio, & pœna pecuniaria
inflicta, de vtraque, & primo de excommunica-
tione.
29 Dico † hunc non eſſe excommunicatum. Ratio
eſt, quia vere non percuſſit monacum, ſed laicum,
& excommunicatio non incurritur, niſi à percu-
tiente clericum, vel monachum non autem ab eo,
30 qui putat ſe illos percutere. † Non enim punitur
affectus ſed opus externum; Hæc ad rem facit ille
affectus quantumuis prauus, niſi coniungatur cum
opere externo qualificato. Ex quibus fit Caium
non eſſe excommunicatum, & ita tenent Gloſſ. cap.
In audientia verb. Iniuriam. de ſent. excomm.
Abbas cap. Si verò el 2. de ſent. excom. num. 7.
vbi Anchara. num. 4. Federicus de Senis conſ. 13.
Aſtenſis 2. p. ſum. lib. 7. tit. 3. art. 2. quæſt. 30. &
32. D. Antonin. 3. p. tit. 24. cap. 1. §. 2. Angelus
Excommunicatio. 5. caſu 1. numer. 25. Silueſter
excommunicatio. 6. §. 6. notab. 2. verſ. 2. & alij
apud Sanchez de matrimonio lib. 9. diſp. 32. num.
28. vbi etiam habet male Couarruuiam attribuere
31 Gloſſæ, & Hoſtienſ. † quod ſtatuant quandam
excommunicationem temporalem, quę adueniente
tempore ſcientiæ abſolutione non indigeat, quaſi
voluerint percutientem, illum, quæ vere non eſt
clericus, quem tamen putat clericum, eſſe excom-
municatum, donec cognoſcat non eſſe clericum,
qua deinde poſita cognitione non eſſe opus abſolu-
tione, quippe qua non indigeat, quod eſt abſurdiſſi-
mum, nec id dicunt præcitati Doctores, ſed hoc
tantum habent, quod ille ob conſcientiam erro-
neam

ticani debet ſe reputare excommnnicatum, donec
conſtet de facto, de quo nemo dubitat.

32 Dico † Secundò nulla opus eſt abſolutione, ſed
ſtatim ac conſtat de non monacatu, ſimul etiam
conſtat non eſſe excommunicatum, nec alia indi-
gere abſolutione; patet ex dictis.

33 Dico Tertiò. † In foro Conſcientiæ nulla opus
eſt ſententiæ reuocatione. Ratio eſt, quia licet, qui
percuſſit non clericum, quem tamen putabat
clericum durante errore, teneatur ſe gerere, vt
excommunicatum, detecto tamen errore ad nihil
amplius tenetur, cum vere ſciat, ſe non eſſe ex-
communicatum, ideò poteſt, ſe gerere, vt non
excommunicatum, cum ceſſauerit error.

34 Quod † ſi quis percuſſerit clericum ignarus in-
uincibiliter clericatus, non incidet in excommuni-
cationem eadem ratione, quia excommunicatio
non infligitur ob percuſſionem, ſed cum ea qua-
litate, & circumſtantia, ac proinde ea ſublata
ratione ignorantiæ excuſantis, talis pœna non
incurritur, & habetur expreſſe cap. Si verò el 2. de
35 ſent. excom. & † verum eſt tam in temporalibus
quam in ſpiritualibus, quod vbicumque imponitur
pœna pro culpa, & ibi ignorantia à culpa excuſat;
liberat etiam à pœna, ita Couar. cap. Alma mater
par. 1. §. 10. num. 15. verſ. 11. reprobans Bart. l.
Diuus num. 3. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Laudatum
à Felin. eodem cap. Si verò ad finem; qui dicit, hoc
eſſe ſpeciale in ſpiritualibus, vbi inſpicitur affectus,
ſecus in temporalibus, vbi ſolus effectus conſidera-
tur.

36 Eodem † modo, ſi quis volens percutere Titium
laicum errore ductus percutiat Seium clericum, non
fit excommunicatus; quia talis non eſt in culpa
reſpectu clericatus, quam qualitatem inuincibiliter
37 ignorat. † Neque obſtat, quod det operam rei
illicitæ, quia etiam percutiens clericum, ſi ſit igna-
rus clericatus, non incurrit excommunicationem,
vt deciditur cit. cap. Si verò, & ita docent multi
contra alios, quos refert Sanchez de matr. lib. 9.
quæſt. 32. num. 24.

38 Incurreret † tamen Irregularitatem clericus
in hoc caſu ſpeciali, ex homicidio caſuali, ſi dans
operam alicui rei ſibi ſpecialiter interdictæ, ob
periculum homicidij, hominem interficeret, quia
licet ob quamcumque poſſibilem diligentiam
adhibitam excuſaretur à culpa ob inuincibilem
ignorantiam, non tamen excuſatur ab irregularite;
quia dat operam rei illicitæ ſibi ob periculum
homicidij interdictæ. Ius enim poſitiuum ſtatuit
hanc irregularitatem, vt arceat clericos à ſimi-
libus exercitijs plenis periculi; hoc dicit commune
Sanchez loco cit. num. 25.

39 Neque † erit excommunicatus percutiens cleri-
cum, quem re vera putat ſæcularem, vel laicum;
licet ſit ita animo effectus, vt etiam ſi ſciret eſſe
Clericum, adhuc percuteret, quia non incurrit
40 pœnam excommunicationis. † cum illud opus
41 externum non procedat ex tali effectu. † Et ſemper
verum eſt, quod ignorantia concomitans excuſat
ab excommunicatione, Irregularitate, & obligatio-
ne reſtituendi, quia iſta non inducuntur ob prauum
effectum; ſed ob actum externum qualificatum ita
idem Sanchez ibidem num. 56. vbi etiam explicat
D. Thomam.

42 Non † tamen euaderet excommunicationem,
qui volens cædere Titium Clericum, cæderet Seium
item Clericum, putans illum eſſe Titium animo
tamen percutiendi Clericum. Quia vere percutit
43 Clericum animo Clericum percutiendi. † Euadit
tamen excommunicationem, qui lapidem proicit
ex feneſtra, vt cædit Titium Clericum caſu cædit
Seium item Clericum, caſu illac tranſeuntem, ſi
44 inculpabiliter illum cædat, † eſtq; lata differentia
inter hunc, & primum caſum, quia antecedenter
caſu affectus, & operatio ſunt omnino mala, qui
enim cædit Seium putans eſſe Titium, illum cædit
animo cædendi Clericum, & ita effectus, & operatio
ſunt omnino mala, in ſecundo autem caſu, qui
cædit Clericum caſu prætereuntem non intendit
cædere illum, nec alium Clericum in perſona illius,
ſed tantum intendit cædere Titium ſolum, & non
alium Clericum, nec Laicum. Vide Sanchez loc.
cit. num. 27.

45 Quoad reuocationem ſententiæ pœnæ. † Scias in
criminalibus, quod iudex poſt condemnationem
poteſt & recta conſcientia debet, de euidenti
innocentia rei probationes recipere, & differre
exequtionem, & Principem conſulere per text. in
leg. 1. §. fin. in fin. ff. de quæſt. vbi late Hyppoliti
per multas quæſtiones num. 46. 48. 51. 52. 61. 63.
cum ſequent. vbi de probationibus priuilegiatis
46 ratione innocentiæ † quapropter accuſatus, ſi no-
uas probationes habet, poteſt non ſolum poſt pu-
blicationem teſtium, ſed etiam, poſt concluſionem,
ante ſententiam tamen definitiuam iudicis implo-
rare officium, & petere, vt teſtes illos ſuper priori-
bus articulis defenſionalibus, vel etiam nouos arti-
culos admitat, quam petitionem iudex cauſa co-
gnita, & examinatis articulis; an ſint releuantes,
hoc eſt an probari proſint ad abſolutionem iuxta
text. in leg. ſi duo patroni §. idem Iul. ff. de iur.
iur Bart. ibi num. 1. & in l. ad probationem la 2.
C. de appellat. & verum malitioſe hoc petant l. quo-
niam C. de appellat. recipere, & reſciſſa concluſione
ad probandum admittere debet, cum hoc etiam
ſæpe fiat in cauſis ciuilibus, quando poſt concluſio-
nem probationes de nouo emergunt Doct. in Cap.
Fraternitatis de teſtib. & in l. admonendi ff. de iur.
47 iur. ideo † multo magis fieri debet in criminalibus,
vbi agitur de vita hominis, quæ omnibus rebus
præferenda eſt text. in l. Sancimus C. de ſacroſ.
Eccleſijs. Difficultas eſt de ſententia iam lata, an
iſta poſſit reuocari.

48 † Et dico criminalem ſententiam latam iuridice,
& ſeruato iuris ordine & contra præſentem eſſe eſt
definitiuam, text. in l. infamiam ff. de public. iudic.
Franciſc. Mar. quæſt. 363. num. 2. ex quo fit iudi-
cem non poſſe illum reuocare. Vnde ſententiam
Banni lapſu decennij tranſire in rem iudicatam, vt
non poſſe amplius retractari Gaill. de pace public.
cap. 3. num. 5. afferimus.

49 Poteſt † tamen retractari ſententia lata ex rela-
tione peritorum in arte, ſi deinde iudex inſtructus
à peritioribus, edoctuſque ſit, prius reſponſum
fuiſſe falſum, vel non conſentaneum veræ peritiæ,
& diſciplinæ, & poterit reuocare ſententiam,
etiamſi ſit lapſum tempus conceſſum ad appellan-
dum ita Doctor. communiter in Cap. Propoſuiſti
de probat. Io. Andr. in addit. ad ſpeculat. de homi-
cidio §. 1. verſ. ſed pone Bald. in l. ab hoſtibus §. ſi
vir ff. ſolut. matr.

50 † Poteſt etiam retractari ſententia, quando fal-
ſis inſtrumentis circumuenta eſt religio iudicantis
l. admonendi de iur. iur. & l. vlt. & per totum tit.
51 C. ſi ex falſis inſtrum. † Retractatur etiam ſenten-
tia lata ex probationibus non veris, ſed priuilegia-
tis, non enim tranſit in rem iudicatam, ſed iudex
poteſt, quoquo tempore veritatem perſcrutari iux-
ta Innocent. Cap. tua nos verſ. ſed quod eſt mira-
bile,

Bile, de cohabit. Clerico, & mulier. Ang. in l. 1. C.
sent. rescin. non poss. l. sub spetie. C. de re indic.
Ex quibus Butrius in cap. Proposuisti, de prob.
52 † eleganter infert sententiam latam ex attestatio-
nibus de credulitate, vel ex Consilio Sapientis, non
sortir vim iudicati, sed semper posse retractari cui
subscribunt Ponta in l. Cum quidam §. quod dicitur
ff. de acquir. hær. & cons. 528. Alex. & d. l. ab
hostibus si vir. ff. solut. matr. nec obstat adducta
per Abbat. in Cap. Proposuisti citato, vt docte ob-
seruat Mysing. cent. 6. sing. obser. 35. vbi respon-
det illius rationibus.
53 † Sententiam tamen latam seruato iuris ordine,
& ex probationibus rite deductis, non potest
iudex emendare, vel supplere text. in l. 5. C. de
sent. ex breui recit. Bart. ibidem num. 4. Quia
iudex postquam semel pronunciauit functus est suo
officio text. in l. iudex ff. de re iudicata cum
54 similibus † poterit tamen eam interpretari text.
in l. ab exequtore ff. de appellat. Bart. ibidem
55 num. 5. & Doctores communiter; † quia qui
declarat, nihil noui dat, sed datum confirmat, &
explicat text. notab. in Cap. Cum delicta §. nuper
autem, de confirmat. vtil. vel inutil. & in Cap. Quia
intentionis de priuileg. text. in l. hæredes palam §.
1. ff. de test. & l. donatæ §. 1. ff. de donat. inter vir.
& vxor.

Doctorum placita circa hoc recenset speculator
ad quem se remittit Io. Andr. in Cap. suberta de
sent. & re indicata, quæ apud ipsos poteris videre.
Ego cum Gloss. Cap. significantibus §. Restituam
56 de vulgari pargat: † puto propter probabilem
errorem retractari sententiam patet manifeste ex
illo Cap. Hæc autem sunt verba Gloss. sed qualiter
hoc esse potest, idest quod sententia retractatur) à
qua non fuit appellatum, cum iam transierit in rem
iudicatam, licet veritas aliter se habeat, & iam ex
ipsa sententia ius factum sit quantum ad litigantes
Cap. Cum inter vos de re iudic. & per ea, quæ
postea emergunt, sententia non retractetur Cap.
Inter Monasterium eodem tit. & error detectus
sententiam non retractat l. cum putarem ff. familię
herciscs. & l. 1. C. de conditione indebiti: Ad hoc
dices, quod propter probabilem errorem bene
retractatur sententia Cap. Fraternitatis de frig. ac
malef. &c. & plerunq; veritate compertate tracta-
tur sententia l. si fallo ff. de condit. sine caus. &
etiam propter delict. t. aduersarij Cap. Ex litteris
de diuortijs & l. admonendi ff. de iure iur. & l. si ex
falsis C. de transact. sic ergo modo apparet, quod
sententia falso lata nulla fuit auctoritate nullius,
& reprobatæ probationis de vtroq; iure ergo
debuit merito retractari ita Gloss. ex quibus mani-
feste patet sententiam in casu nostro esse retra-
ctandum.
57 † Quod, si error non esset manifestus, non
deberet retractari, sed si aliquid esset innouandum
ad principem esset recurrendum, qui visis sumarie;
quæ pronuntur decerneret, an restitutio esset con-
58 cedenda, nec ne † Iudex autem functus officio suo
nihil amplius potest circa latam à se sententiam,
59 † Rota, & alia suprema tribunalia non attendunt
res iudicatas, quandocunq; appareat de errore, aut
iniustitia sententiarum Guido Papę decis. 215. sub
numer. 9. Puteus, Cæsar. de Grass. & alij apud
60 Ludouis. decis. 317. numer. 1. † Nec obstat,
quid dicitur, quod hac procedit quando iniustitia
est notoria, quia Grass. & Puteus loquuntur ex-
presse de iniustitia non notoria idem Ludouis.
ibidem.

61 Res † autem transit in rem indicatam per tres
sententias conformes, & aliquando etiam per duas,
si ita per statutum sit dispositum, vel quando à
sententia non est appellatum ita Ludouis. decis.
495. & etiam nisi infra terminum iuris redeatur
62 pro Apostolis Clem. quamuis de Appellat † Non
rediens enim infra terminum triginta dierum
videtur renunciare appellationi, & sententia tran-
sit in rem iudicatam late Scaccia de appellat. lib. 2.
63 quæst. 13. num. 24. & sequent. Adeunt † quod nec
propter impedimentum superueniens appellans
excusetur Rota decis. 144. num. 2. p. 2. diuers.
64 † sufficeret tamen, si appellans fecerit causam
committi intra terminum à iure præscriptum, tunc
enim sententia non transit in rem iudicatam,
etiamsi appellans non reuertatur pro Apostolis
Varall. decis. 38. p. 1. & decis. 135. p. 2. Rota
65 decis. 754. p. 4. in nouissimis, † quod verum est, si,
quando fuit interposita appellatio, fuerunt etiam
petiti Apostoli, quia si non fuerunt petiti, non
suffragatur commissio causæ infra terminum iuris,
vt dixit Rota in legis: Parochia. 1. Feb. 1589.
corā bonæ mem. Comitulo declarando decisionem
66 Varalli, & redditur ratio. † Quia petitio Aposto-
67 lorum est de substantia appellationis. † Non enim
sufficeret præsentatio commissionis signata manu
regentis, quia illa solum probat diligentiam, &
excusat à lapsu decem dierum ad committendum
causam appellationis, non autem à reditu pro Apo-
68 stolis. † Quando vero iudex detulit appellationi
appellans non tenetur amplius comparere coram
eo ad petendum Apostolus additionator ad decis.
573. Ludouis. num. 14.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur casus.*
2 *Quot, & quæ sint quæsita.*
3 *Duo sunt genera rescriptorum. Iustitiæ, & Gratiæ.*
4 *Hæc rescripta in multis conueniunt & in multis differunt.*
5 *Quid sit obreptio, & subreptio.*
6 *Quoad alios effectus, quam irritandi rescripta plus est vitium expressionis falsi, quam taciturnitatis veri.*
7 *Subreptio aliquando versatur circa causam finalem aliquando circa impulsiuam. Circa causam finalem vitiat rescriptum, circa impulsiuam est dubium.*
8 *Quæ sit causa finalis, & quæ impulsiua.*
9 *Referuntur dicta aliquorum Doctorum de dictis causis.*
10 *Quæ sit causa finalis, & quæ impulsiua ad effectum de quo agimus.*
11 *Quæ sint consideranda pro solutione primæ difficultatis initio proposita.*
12 *Subreptio non datur in ordinario, sed tantum procedit in Papa & legato ordinarius enim dicitur prouidere motu proprio, & Ecclesijs non personis.*
Hoc procedit non solum in gratijs beneficialibus, sed in quibuscunq; alijs ideo.
13 *Quælibet gratia obtenta ab ordinario per subreptionem est valida licet impetrans peccet decipiendo.*
14 *Qui iuditio prudentis habet sufficiens patrimonium, iuditio tam ex Episcopi non tale, si probet esse maius, non dicitur ordinatus sine licentia Episcopi.*

15 *Qui*

15 *Qui ficto patrimonio impetrat ordinationem non incurrit pœnas contra promotos sine licentia & reuerendis.*

16 *Obtinens absolutionem mendacio non spectante ad causam absolutionis, vt quod satisfecerit parti est absolutus non autem si spectet ad causam excommunicationis.*

17 *Falsi ergo expressio si versetur circa absolutionis impetrationem non vitiat, vitiat si circa rem à quo debet absolui, & hoc in impetrationibus ab Episcopo.*

18 *Quodlibet falsum expressum Papæ pro impetratione absolutionis vitiat ex Garzia.*

19 *An expressio, quod sit solus de familia sit causa finalis concessionis beneficij.*

20 *Falsa expressio causa finalis sola vitiat rescriptū.*

21 *Soluitur obiectio.*

22 *Apponitur quædam limitatio.*

23 *Additur nisi qualitas exprimatur causa taxationis.*

24 *Quid sit apponi qualitatem causa taxationis, vel causa demonstrationis.*

25 *Quando qualitas censeatur addita causa taxationis vel demonstrationis.*

26 *Modi, qui exprimuntur in legatis, dispensationibus & alijs dispositionibus.*

27 *Dictum Felini, quod expressum sub diuersis verborum conceptionibus sit causa demonstrationis sub eadem sit taxationis gratia.*

28 *Hanc regulam non admittit Berous.*

29 *Exponitur quid ipse sentiat.*

30 *An aliquid de iure considerandum noceat, quod maxima est faciendum in taciturnitate.*

31 *Qualitates, quæ principem à concessione amouere possunt, aliæ sunt extrinsecæ aliæ intrinsecæ, & quæ necessario explicandæ.*

32 *Magnis criminibus irretitus obtinet beneficium, quod non obtineret si ea exprimeret.*

33 *Obtinet quis beneficium reticens alium esse impetraturum, quod si exprimeret non obtineret, neque vitiatur gratia.*

34 *Donationes gratuitæ, & eleemosinæ non vitiantur ignorantia similium qualitatum, quæ sunt extrinsecæ.*

35 *Quod tradunt Doctores corruere gratiam Principis tacitis eis, quibus cognitis non concederet, est intelligendum de qualitatibus extrinsecis, & quibus cognitis remoueri Principem a concessione gratiæ esset conforme iuri, non quando moueretur ex affectu vel alia causa non considerabili ad gratiam despensationem &c.*

36 *Qualitates intrinsecæ quæ sint, & quando sunt exprimendæ.*

37 *Quomodo cognoscatur qualitates conducere ad gratiæ concessionem, & quid in dubio iudicandum.*

38 *Valori actus iura maxime fauent & in dubio valorem præsumunt.*

39 *Cui incumbat onus probandi.*

40 *Agenti, & aliquid deducenti an incumbat onus probandi.*

41 *Narrata semper sunt per impetrantem iustificanda.*

42 *Nec sufficit probare aliqua ex deductis sed debent probari omnia deducta per copulatiuam.*

43 *Quando opponitur falsitas, vel mendacium, non esse, onus probandi incumbit impetranti, non autem excipienti contra rescriptum gratiosum.*

44 *Ante litis contestationem excipiens tenetur summarie docere de exceptione mendaciorum, lite contestata tenetur qui impetrauit docere plene de veritate precum.*

45 *Negatiua, quod quis non sit vnicus est improbabilis.*

Obyciens non est obligandus ad impossibile.

46 *Excipiens contra rescriptum quod per mendaciū sit impetratum asserit dolum.*

47 *Sine dolo falsitas non potest committi.*

48 *Affertur alius textus.*

49 *Alleganti aliquid, per quod vires rescripti gratiosi eneruantur incumbit onus probandi.*

50 *Affertur sententia Butrij.*

51 *Sententia Abbatis.*

52 *Duplex idoneitas intrinseca & extrinseca, & quid sint: pertinentque ad excipiendum contra personam.*

De oppositionibus contra rescriptum affertur dictum Io. Andreæ.

53 *Garzias considerat duo genera executorum.*

Quales sint litteræ expeditæ in forma gratiosa.

54 *Proponitur quid sentiat Garzias.*

55 *Quid sit probandum parte opponente, quid parte non opponente.*

56 *Gratia impetrata cum errore nominis illius pro quo impetrata est, non vitiatur tali errore.*

57 *Gratia & priuilegium sunt intelligenda secundum verba posita in supplicatione.*

58 *Expenditur Cap. significante de rescript.*

59 *Gratia impetrata cum errore nominis facto à concedente adhuc valet.*

60 *Quotiescunque gratia etiam alteri esset concedenda error nominis non vitiat.*

61 *Princeps in concedendo respicit merita causæ non personam in ijs, quæ pertinent ad suum munus.*

62 *Certus de emissione voti castitatis petit dispensari sub dubio an emiserit: dispensatio non tenet.*

63 *Remissio debiti vere facta ex expositione, quod debitum sit dubium non valet.*

Impetrans beneficium asserit se vnicum de familia apponit ut, duo quærantur.

LXXXI.

1 IN † Ecclesia S. Vincentij vacat beneficium, quod ex dispositione fundatoris est conferendum vni de familia eiusdem testatoris. Hoc impetrat R. D. Melchior, qui quidem est de familia, sed in supplici libello expressit, se esse vnicum de familia, & insuper etiam, quod idem beneficium sit dignitas, cum vere talis non sit. Hoc viso opponit Reu. D. Constantinus asserens duo falsa esse in
2 concessione expressa. † Quæritur primo. An expressio illius falsitatis vitiet secundo cui incumbat onus probandi, an D. Melchiori, asserenti se esse vnicum, & beneficium esse dignitatem, an vero D. Constantino vtrunq; neganti.

3 Noto † 1. duo esse genera rescriptorum; vnum iustitiæ, hoc est ad lites, alterum gratiæ, idest ad beneficia & his similia. Rescriptorum Iustitiæ meminit text. in l. & si legibus C. si contra ius, vel vtilit. public. vbi Bart. & cæter. Cap. Pastoralis cap. sicitatus & capit. super litteris de rescript. Rescriptorum Gratiæ meminit item text. Cap. Gratia de rescript. in 6. & Clem. Gratiæ eodem tit. quam diuisionem post alias egregie facit Rebuffus in praxi benef. in tit. de diuis. rescript.

4 Noto 2. † Rescripta Iustitiæ, & rescripta Gratiæ in multis conuenire, & in multis differre, vt tradit Rebuffus

Rebuffus loco cit. in praxi benef. tit. de differentijs inter rescripta Gratiæ, & iustitia; vnam tantum hic adnotabo, quæ facit ad rem nostram, & est, quod rescripta Gratiæ facilius irritantur, quam rescripta Iustitiæ. Rescripta enim Gratiæ ob vitium obreptionis, & surreptionis ipso iure vitiantur, vt multorum auctoritatibus, late firmarunt Socin. Sen. conf. 13. col. 3. lib. 3. consil. 164. col. 2. conf. 169. in prin. lib. vlt. sed clarius & latius Felin. cap. ad audientiam el 2. num. 22. de Rescript. Socin. iun. conf. 77. numer. 83. & 84. lib. 1. Crauet. conf. 68. nu. 2. Parif. conf. 31. nu. 22. lib. 1. Rescripta vero Iustitiæ ob vitium subreptionis, vel obreptionis non ipso iure sunt irrita sed ope exceptionis irritantur, ita scripsit Iason l. præscriptione nu. 3. C. si contra ius vel vtili: publ. Parif. conf. 51. num. 27. lib. 4. Vant. tract. nullit. tit. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. nu. 60. qui alios plures refert. Rescripta etiam iustitiæ facilius, & verius præsumuntur concessa, quam rescripta Gratiæ Gemin. Cap. si cui nulla col. 1. de præben. in 6. & conf. 65. col. 6. vers. sed in contrarium videntur rationes huius dicti, & alios Doctores, vide apud Menochium de arbitr. lib. 2. cent. 3. cas. 201. a num. 1. ad 9.

5 Noto 3. † secundum magis receptam opinionem DD. vt refert idem Menoch. eodem loco num. 9. defferre inter se istas duo nomina obreptio, & subreptio. Obreptionem afferentes esse falsi expressionem, subreptionem autem veri taciturnitatem, seu confusam, ac perplexam narrationem, à quibus tamen dissentit ipse Menoch. loco cit. numer. 10. & sequitur Sanchez de matr. lib. 8. disput. 21. num. 2. dicens nullam esse differentiam inter ipsa, sed vnum pro alio indistincte à Doctoribus adhiberi, multos adducit, & textibus probat. 1. ex l. fideiussor §. si cum ff. mandat. vbi Vlpianus. Debuit debitor notum facere fideiussori iam se soluisse, ne forte creditor obrepat, & ignorantiam eius circumueniat, & excutiat ei summam in qua fideiussit, quo loco obripere sumitur pro petitione, quam facit creditor fideiussori, in qua creditor subticet, se à debitore solutionem fuisse consequutum, vt eam iterum à fideiussore consequatur 2. probatur l. Sed si hac §. patronum ff. de in ius vocand. vbi inquit Vlpianus. Patronum autem accipimus, etiamsi capite minutus sit, dum arrogatur per obreptionem, cum enim hoc ipso, quod arrogatur, celat conditionem suam, non id actum videtur, vt fieret ingenuus, vbi nota, quod appellat obreptionem, cum quis celat conditionem suam. 3. probatur l. 1. C. si nuptiæ ex rescript. peten. Postquam enim in principio obreptionem appellauit confictum illum consensum, quem impetrans nuptias à puella se habere falso asseuerat in §. 1. appellat subreptionem. Vbi vides indistincte sumi, & subreptionem dici facti narrationem atque ita idem est vitium, quoad rescripta Gratię, & iustitiæ.

6 † Quoad alios tamen effectus, quam irritandi rescripta, plus est vitium expressionis falsi, quam taciturnitatis veri, vt in pænis indicendis contra obripientes rescripta vide Menochium de arbit. cas. 314. & plus est in dispensationibus narrare falsum, quam verum tacere Abbas in Cap. Quia circa num. 5. de consan. & affin. & falsus valor beneficij expressus vitiat impetrationem, quod non facit eiusdem taciturnitatis Menoch. de arb. cas. 201. num. 8. & ad hoc facit text. in Cap. He quis 22. quæst. 2. vbi Turrecrem.

7 Noto 4. † Subreptionem aliquando versari circa causam finalem, aliquando circa impulsiuam subreptio circa causam finalem sine dubio vitiat rescriptum Dubium est autem an vitiet circa impulsiuam pro intelligentia sciendum, † quę sit causa finalis, & quæ impulsiua. Causa finalis proprie dicitur causa impulsiua autem improprie, & abusiue Cyn. in l. generaliter in 1. apposit. C. de Episc. & Cler. & ibi Bald. col. 2. in 2. opposit. vbi auctoritate Aristotelis causam finalem appellat causam aliarum causarum ex 2. Phis. & idem Bald. in l. Eam quam col. 1. vers. venio ad not. Cod. de fideicommiss. dicit, quod causa finalis est fons aliarum causarum, dicitur forma Tiraquel. in tract. cessante caus. limit. 1. num. 6. alios referens, dicitur primum principium intentionis, licet sit vltimum exequutionis. Impulsiua dicitur quoddam motiuum ad disponendum, vel contrahendum eodem num. 6. causa finalis optima, præcipua, ac potentissima, huius gratia efficientes faciunt, & huius ignorantia circa rem quamlibet efficit, vt cæteræ causæ ad eam pertinentes similiter ignorentur num. 7. Ex causa finali argumentum sumitur, vel extensio, non autẽ ex causa impulsiua num. 8. & 9.

8 (margin mark beside "pulsiuam pro intelligentia")

9 Noto 3. † Aliquando clare constare causam esse finalem aliquando esse dubium, an talis sit, ideo videndum quæ sit causa finalis, & quæ impulsiua, & dato quod hoc non constet, quæ sit præsumenda.

Causa ergo finalis secundum Accursium in leg. Cum tale §. ob falsam causam ff. de cond. & demonstr. est quæcunque apponitur in lege veluti ipsi legi coherens. Tiraquel vbi supra num. 21. Speculator asserit illam esse causam finalem, cum constitutio in fauorem ædita est, vt in fauorem condemnati statutum est, vt à grauamine possit appellare, grauamen est causa finalis, causam vero impulsiuam esse, cum aliquid in odium statuitur, vt propter garulitatem Calphurniæ statutum est, ne mulieres postulent num. 22. vbi etiam ista non probat, Bald. in l. 1. §. si parendi ff. de condit. caus. dat. vult multum referre an causa ponatur conditionaliter, an causaliter. Si enim ponatur primo modo dicit esse finalem si vero 2. distinguit vel ponitur de præterito vel de futuro, si ponitur de præterito videndum, an à sciente eam non esse veram, & præsumitur impulsiua l. diuortio ff. de verbor. obligat. Au ab errante & hoc casu, vel est error causæ obligationis, & præsumitur finalis, aut causæ non obligationis, quia etsi causa esset vera non resultaret verum debitum, & tunc pręsumitur impulsiua, vt not. in l. damus ff. de condit. indeb. quod verum est in contractibus. In vltimis autem voluntatibus si apponatur causa non præsumitur finalis, etiamsi existens vera, induceret verum debitum, quia vltima voluntas tendit ad lucrum l. Aurelius §. vlt. ff. de lib. leg. sed ex eodem Baldo in eodem §. parendi vbi magis diffuse de hac materia, quam alibi, post superius ex eo recensita ita subiungi vel dic, quod in l. Aurelius §. vltim. ff. de lib. lega. non constabat de errore testatoris, si enim constaret, non valeret legatum l. si pater C. de hæred. instit. & l. cum quam C. de fideicom. & confestim subdit, sed in illis legibus remouebat affectionem legantis argumento l. tale pactum §. vlt. ff. de pactis, sed quod error obstet probatur ex l. non idcirco C. de iur. & facti ignorant. & ista est ratio quare non valet legatum cum effectu, si testator leget ius suum, quod morte ipsius testatoris finitur, quia videtur errando putasse, se posse legare l. sticho ff. de vsufruct. legat. & ibi etiam potest esse alia ratio, quia finito iure

iure datoris, finitur ius acceptoris l. peto §. prædium ff. de leg. 2. & l. minor §. vlt. ff. de pericul. & com. rei vend. & l. si quis domum ff. locatio & Cap. vlt. ne Prælati vit. suas; si autem causa apponatur per modum causæ de futuro, refert, an insit vni parti tantum, & præsumitur impulsiua l. repetendi C. de condit. ob caus. an vtrique & iterum refert, an tradens sciat causam impossibilem, & præsumitur impulsiua l. 2. ff. de condit. ob caus. An vero credat possibilem, & hoc casu, vel continet incertum re, & genere, vt v. g. species remunerationis, & præsumitur impulsiua, neque ex ea vestitur obligatio l. quamquam ff. de condit ob caus. & tunc est quædam informis obligatio ad antidora, nec est proprie obligatio, quia nascitur ex causa impulsiua l. sed etsi lege §. consuluit ff. de petit. hæred. nec obstat lex si non sortem §. libertus ff. de cond. indeb. quia ibi obligatio ad antidora est firmata ex dispositione legali ad operas reuerentiales, ideo secus in alijs operis videlicet fabrilibus, in quibus non est formata obligatio, Aut causa continet quidpiam certum, & hoc casu, vel continet vtilitatem tradentis, & præsumitur finalis, vt in dict. §. si parendi; aut ipsius pietatem, & idem dicendum, quia ipsa pietas habetur pro causa immediata, & finali l. si ego ff. de iur. dot. l. cum is §. in ea ff. de condit. indeb. vel solius recipientis, & præsumitur impulsiua l. Titio ff. de condit. & demonstr. Tunc enim videtur potius consilium quam mandatum arg. l. 1. ff. mand. & l. generali in princ. ff. de vsufructu leg. vel continet commodum tertij, & præsumitur finalis l. nescius ff. de excus. tut. & l. si tibi homo ff. de leg. 1. & l. si hæres ff. de condit. ob caus. sed, & vbicunque modus, vel forma traditur nudo executori præsumitur finalis. In conditionibus vero, & si nullus commodum sentiat attamen habet vim causæ finalis l. Mæuius ff. de cond. & demonstr. & post ista paulo iusra subdit. Hæc sunt vera, quando causa apponitur ab homine, quod si apponitur à lege præsumitur causa, & ratio, & ipsa mens legis indicatur, vt not. & l. Cum tale §. penult. ff. de condit. & demonstr. nisi appareat, quod sit impulsiua, vt quia sit spetialis causa: constitutio vero generalis, vt in S.C. Macedon. & similibus Hæc ibi Bald. apud Tiraquel prima limit. n. 24. At in l. Senatorē ff. de Senat. hoc simpliciter dicit. Quod causa sententiæ semper intelligitur definitiua, siue finalis, licet in contractibus, & vltimis voluntatibus præsumatur impulsiua per leg. Cum enim ff. de suspect. tut. & l. Qui cum vno §. fin. ff. de re milit. & ibi nihil præterea. In lege damus ff. de condit. indeb. scribit causam conceptam de præterito esse impulsiuam de futuro finalem, v. g. do tibi, quia negotia mea gesisti, est impulsiua. Do tibi, quia hæres finalis, & reperitur causa non sequta fallit. tamen primo quando, quis alias non esset daturus, quia tunc dicitur causa finalis. Item quando si causa esset vera importaret verum debitum tunc etiam est finalis, & subdit, quod id, quod dixerat de causa de futuro intelligitur, quando eius impletio respicit commodum tradentis, vel Tertij, secus in solius accipientis, quia tunc præsumitur impulsiua num. 26. Idem Bald. in l. etsi post tres in 1. lect. col. 2. vers. causa autem ff. si quis caut. tradit ex Iacobo de Rauen. quod vera causa sit illa, quæ est fundamentum, & principium sui affectus l. 2. §. circa ff. de except. doli & in hac causa statuit regulam, quod si vera esset & importaret verum debitum tunc præsumeretur finalis, alias impulsiua, & postea subsit hanc esse suam opinionem; quod aut causa profertur à sciente, & non præsumitur finalis aut ab errante, & tunc vel est substantia obligationis, & præsumitur finalis, aut non est de substantia obligationis, sed facit tantum ad bene esse, vt ipse loquitur, & tunc regulariter impulsiua præsumitur. & in l. 1. col. penult. vers. adde quod illa causa ff. solut. matr. asserit eam causam præsumi finalem, quæ per se infert in quemlibet effectum inclusum sub dispositione illius, alias præsumi impulsiuam, quod tamen reputat obscurum Tiraquel nisi intelligatur, cum lex est generalior ratione, siue causa, quo casu tunc causa censetur impulsiua, non finalis vt tradit num. 62. ibidem num. 29. ex eodem Bald. l. Cum tale §. falsam causam ff. de condit. & demonst. dicit, quod causa, quæ inseritur in lege præsumitur finalis, & subdit eam solam causam cohærere dispositioni, quæ est finalis, dici autem cohærere, quando vnum non potest esse sine alio nu. 30. Ex Oldrado cons. 224. causa apposita à contrahentibus, vel à testatore censetur impulsiua, à lege vel à Principe finales num. 31. Ex Bald. l. si repetendi vers. quæro nunquid causa Cod. de condit. ob caus. si causa est de præterito, & talis, quod si vera esset induceret verum debitum, & præsumitur finalis, aut id non efficeret & præsumitur impulsiua. Si vero est de futuro, & tunc vel contractus habet in se relationem causæ, vt quatuor contractus innominati positi in l. naturalis ff. de præscript. verb. & causa præsumitur finalis, vel non habent in se rationem, vt contractus donationis, legatum libertas, & in dubio causa præsumitur impulsiua, nisi contineat interesse illius, qui causam apponit, vel nisi sit de essentia actus, idest, vt ea circumscripta actus non subsistat, l. sed si maritus §. vult. ff. de donat. inter virum & vxorem, vel nisi ex ea augeatur affectus num. 32. Ex eodem Bald. causa finalis illa est, qua posita in esse ponitur quoque in esse voluntates disponentis, & ea cessante cessat consensus sequentibus numeris refert multa valde obscura num. 36. Ex eodem Bald. Cap. quemadmodum col. 2. vers. porro causa finalis de iur. iur. causa finalis est, quæ cum vera est imponit necessitatem, impulsiua liberalitatem & fidem omnis causa est finalis, si disponentes id voluerint, & è diuerso impulsiua, etiamsi alias finalis esset alias semper pactum regit contractus num. 37. causa finalis dicitur cum disponens non erat alias facturus, impulsiua cum erat alias facturus sed ista traditio est inutilis nisi sciatur etiam quando disponens, non erat alias facturus de qua re vide Bart. in l. demostratio §. quid autem col. 3. ff. de condit. & demonstrat. num. 38. Ex alijs. Causa finalis est illa, propter quam immediate aliquid conceditur. Impulsiua, quæ occasione remota, quod est valde obscurum, nisi addas, quod occasio est causa iniusta, insufficiens, minime vera, ac propria idem Tiraquel alias referens loc. cit. limit. 13. num. 2. vbi nu. 4. causa impulsiua dicitur occasio, nempe quæ in veritate facti est falsa, sed exterius apparet colorate iusta nu. 3. rursus num. 4. causa sumitur pro ratione finali; occasio pro causa captata num. 5. aliud est causa, & occasio vt ex Cap. solitæ de maior. & obed. vbi omnes causam in iure, occasionem dicunt consistere in facto num. 6 differt causa & occasio, quod occasio dicitur omne id, quod ordinatur ad aliud per se, uel per accidens. Causa uero proprie dicitur id, quod ordinatur per se ad aliquid num. 7. occasio illa dicitur, quæ non est ordinata ad effectum, de quo agitur, sed accidentaliter, & fortuito contingit nu. 8. causam remotam dicunt

ibi

ibi citati Doctores occasionem num. 9. causa finalis est propter quam aliquid immediate conceditur, causa impulsiua quę occasionem remotam præstat, redeundo ad primam limitationem num. 39. quando causa continet aliquid fauorabile, vel pium præsumitur finalis, quando vero nihil tale continet, aut interest alterius quam donatarij, & præsumitur finalis, Aut nullius alterius interest, quam ipsius donatarij, & præsumitur impulsiua, vbi etiam dicitur, quod ea causa censetur finalis cuius sensus non est contrarius iuri communi, alias impulsiua, & adiecta dubitationis causa tantum num. 4. Ex Salyceto aut causa apposita concernit præteritum, & tunc dicendum, vt notant DD. in l. si damus ff. de cond. indeb. si futurum & tunc aut exponitur per modum conditionis, & dicitur finalis, aut in vim modi, & tunc, aut causa respicit commodum dantis, & dicitur finalis, & ideo in quatuor contractibus innominatis mutuam correlationem habentibus causa finalis inducitur, & idem dicendum, si commodum tertij concernit aut respicit commodum tantum recipientis; & hoc casu expressio illius causæ, vel necessario requiritur ad substantiam illius actus, qui geritur & iudicatur finalis vel non est necessaria, & iudicatur impulsiua nisi causa ob quam datur sit fauorabilis & pia, quia tunc præsumitur finalis num. 42. Ex Bart. l. 2. §. vlt. de donat. qui asserit, quod vbicunque datur ob causam fauorabilem, vel piam causa finalis præsumitur, vt si quis donet, vt nubas, vt captiuos redimas, deinde subdit, quod hæc tria conditio modus, & causa assumantur, vt causa in hac materia. Aut igitur causa apponitur per modum conditionis, & tunc haud dubie illa conditio est causa finalis, & illa cessante cessat dispositio, quandoque causa sumitur pro modo, vt in toto tit. de condit. ob causam, & in omnibus contractibus innominatis, vt do, vt facias &c. & tunc aut iste modus siue causa respicit, utilitatem alterius, vt do tibi centum, ut emas fundum Titio, & præsumitur finalis aut commodum eius, cui datur, & tunc aut causa requiritur de necessitate ad substantiam actus, & præsumitur finalis, vel non necessario requiritur, & tunc præsumitur impulsiua, nisi ille modus respiciat causam fauorabilem. Et in vltimis voluntatibus, si causa per modum modi adiecta cesset casu fortuito non potest repeti. In contractibus autem cessante causa datur repetitio. Aliquando causa proprie sumitur de præterito, & tunc est quędam causa legis, & præsumitur finalis: & inquit idem Bartol. ita dicitur communiter. Verum est autem, quod Glossa in §. falsum l. Cum tale ff. de cond. & demonstr. non loquitur de causa, sed ratione legis, quæ si habet locum habet etiam locum obseruatio legis ipsius, & est de futuro, vt leg. cum mulier ff. solut. matr. Causa autem proprie est de præterito, quæ etiamsi vera non sit, non vitiatur dispositio, quia impulsiua est num. 42. Imola & Romanus Bartolo omnino assentiuntur, nisi quod addunt ad id, quod ipse dixerat, causam præsumi finalem in his quæ conditionaliter proferuntur, vt procedat siue in contractu loquamur, siue in legato, siue ex legibus, & statutis, nisi vt subdit Imola aliud appareat expresse, vel ex coniecturis, quia sic intelligendo resultaret prauus, vel obscurus, vel rei contrarius intellectus num. 43. Ex eod. Bart. si lex noua est declaratiua antiquæ, eius ratio finalis colligi potest ex lege antiqua, quam hæc declarat, colligitur ex omnibus fere legibus iuris consultorum, & illa proprie dicitur ratio. Si vero est lex noui iuris inductiua, tunc ratio illius ex eadem colligitur, si sit expressa vel ex eiusdem prefatione & ista magis proprie appellatur causa finalis, quam ratio, & hac cessante cessat lex. Vbi ratio non apparet debemus stare propriæ significationi verborum. Hæc Bartol. quibus Imola, & Romanus addunt, quod, cum non apparet de ratione recurrendum est ad rationem naturalem, quæ ratio naturalis præsumitur finalis ita num. 44. num. autem 45. Ex Paulo Castrens. causa, quæ mouit legislatorem à parte ante, idest quæ illum impulit ad sic statuendum, vt fuit improbitas Calphurniæ, vel, vt alij legunt Afraniæ, & illa, nisi sit in lege expressa, non dicitur finalis, sed impulsiua. Causa autem propter quam mouetur legislator à parte post, idest propter cuius finem, & effectum fit, vt in citato loco legis Calphurniæ, est verecundia sexus muliebris, & ista censetur finalis, qualitercunque possit apparere de ea etiamsi non fuerit expressa. Quæ tamen auctor censet manca, nec illi satisfaciunt num. 46. causa finalis, est, quæ coheret dispositioni, quæ non cohæret impulsiua, quando autem dicatur causa cohærere ibidem remissiue ad Salic. l. 1. C. de ful. cau. adiecti lega. vbi & Bart. Bald. & alij nu. 47. In dubio præsumitur impulsiua causa per l. sed si mors ff. de donat. int. vir. & vxor. nisi factum esset indifferens ad expressionem istius, vel illius causæ, vt tunc videatur donans potius dirigere in quem vsum conuertat donatarius rem donatam, quam, vt necessitatem & imponat, alias non daturus, vt in l. 2. §. 2. ff. de donat. At vbi factum non est indifferens, sed limitatum ad vnum extremum per ius scriptum, vt in c. vlt. de hær. causa cessante, quæ fuit causa iuris communis mutandi, cessat ius spetiale, & reditur ad ius commune, cum spetiale tollens ius commune sit sublatum 48. Aliqui simpliciter dicunt causam impulsiuam præsumi, & non finalem, inter quos est Accursius. Ex quo infertur quod in dubio cessante causa, non cessat effectus, & qui dicit cessare, debet probare causam fuisse finalem 49. Alij affirmant in dubio causam præsumi, & præsumi finalem 50. Alij volunt, quod si causa sit expressa in dispositione semper præsumatur finalis, neque regula cessante causa cessat effectus, procedit, nisi causa sit expressa quod si sit tacita & in mente retenta non cessare eext. in l. si maiores C. de transact vbi transactio non rescinditur ob defectum causæ non exprese vt ibi notant Doctores, ad quod facit quod scripsit Bald. in l. vlt. in 2. opposit. ff. de hær. instit. quod si ratio statuti sit expressa in statuto debet attendi l. milites argu. ff. de re milit. secus si non est expressam, nec in lege scripta, tunc enim magis attendenda sunt verba, quam ratio pet. l. prospexit ff. qui & à quib. Idem Bald. in l. 1. col. 5. vers. an cessatio ff. solut. matr. dicit, quod cessante ratione legis in eadem lege scripta, cessat lex, si autem non sit scripta, non est perpetuum, quod tamen multis modis est limitandum 1. quantum ad contractus, vt procedat, quando causa fuit tantum considerata in mente promittentis aut donantis, prout illa inra textus l. si maiores Cod. de transact. & l. si repetendi ff. de condit. ob causam & l. 3. §. si quis quasi eodem tit. & l. quod quis ff. de cond. indeb. & l. cum in plures §. locator ff. locat. quod si causa fuit cognita ab vtroque tanquam finalis, & propter quam facta fuit promissio, aut donatio, tunc ea cessante cessat promissio vel donatio, licet expresse non fuerit adiecta, limitatur tamen hoc in contractibus, vt hoc procedat in foro fori, non autem in foro poli, per ea, quæ habet Adrianus, qui lib. 4.

ſent. iu mat. reſtit. in quæſt. incipit conſequenter quęro, aſſerit, ſi quidquam datum fuit propter aliquam cauſam, quæ tamen expreſſa non fuerit, eum cui datum eſt in foro animæ teneri reſtituere, ſi cauſa non ſubſit, quamuis lex repetitionē non concedat per l. repetendi, quam ipſe allegat. Nihil enim ait ipſe refert; quoad ius diuinū, & naturale, an cauſa tacita fuerit, vel expreſſa modo de ea vtriq; conſtiterit. Vbi tamen Tiraquel. in citat. tract. limit. 21. n. 6. aduertit, id non ſolū procedere in foro poli, ſed etiam in foro fori ſi Adrianus intelligit de cauſa ab vtroq; conſiderata modo de ea conſtiterit. At ſi intelligit de cauſa conſiderata à donante tantum, vt in caſu legis repetendi quam allegat, aſſerit Tiraquellus eſſe magnam, & notabilem limitationem, vt ille cui donatum eſt teneatur reddere quando ſi conſtiterit fuiſſe donatum ob cauſam conſideratam à donante quæ non ſubeat vel poſtea ceſſauit fatetur tamen ſe optime ſcire Deum Optimum Maximum non tam verba, quam animum conſiderare, vt ſi verba donantis, & cauſam exprimentis faciant locum repetitioni, faciat quoq; animus. Quando cauſa tacita, ſiue coniecturata, & non expreſſa eſt vnica, nec alia reddi poteſt, habetur pro expreſſa, & ab ea vel à ſimili, vel eadem, vel à ceſſante ipſa, vel alias argumentari poſſumus, in eo, quod pertinet ad leges, & conſtitutiones, & iſta non dicitur interpretatio extenſiua, ſed intellectiua, hoc procedit tam in teſtamentis quam in ſtatutis & Bald. in l. maximum vitium ſolu. 3. verſ. ſed Bart. C. de liber. præteri: expreſſe dicit, quod ex eo poteſt ſumi argumentum, vt ex cauſa finali. Vide auctores quos longa manu citat Tiraquel eadem limit. 21. num. 8. & 9. qui omnes firmant hanc concluſionem, quod ceſſante ratione conſtitutionis, quæ ſola reddi poteſt, licet non ſit expreſſa, ceſſet conſtitutio, quod volunt procedere etiam in correctorijs, & etiam in contractibus & vltimis voluntatibus. Addunt, tunc præſumi rationem ſiue cauſam finalem, cum non niſi vna eſſe poteſt, quod etiam aiunt procedere in correctorijs. Ea cenſentur expreſſa, quæ in vno tantum verificantur, licet aliter non ſint expreſſa, & id procedit, etiamſi aliquid expreſſum pro forma requiratur, etiamſi diſpoſitio loquatur numero multitudinis numero nono & decimo vbi numero 11. illud adnotat, de cauſa, vel ratione, quæ vnica eſt, non præſumi in dubio niſi probetur vnica, præſertim ad extenſionem conſtitutionis correctoriæ, & num. 13. docet multos eſſe, qui negent, ex tacita ratione etiam vnica debere fieri extenſionem in correctorijs num. 14. profert ſuam ſententiam, quæ eſt in dubio, an ratio, quæ redditur ſit ſola, & quod & aliæ reddi poſſint, ſine dubio non eſſe ab ea argumentandum. Quod ſi ille, qui contendit aliam eſſe rationem, & nullam adferre poteſt probabilem, qua reddatur dubium, illam, quæ adfertur eſſe omnino veriſſimilem, & probabilem, nec aliam adduci poſſe, ita vt ſit certum illam eſſe rationem ſtatuti, & illam vnicam, tunc & eo caſu poſſe ſumi argumentationem, vel ab extenſione vel alias æque, ac ſi expreſſa eſſet & numero 15. Recenſet Doctores diſputantes, an ratio ſtatuti excludentis fœminas ob maſculos, ſit ratio conſeruandæ familiæ & an ſola ſit, vide ibi in 21. limit. num. 5. primæ limitationis traditur inſpiciendam eſſe qualitatem perſonarum, & ſecundum eam eſſe iudicandum cauſam eſſe finalem, vel impulſiuam ideſt, vt præſumatur, an quis fuiſſet, vel non fuiſſet facturus, & certe eſt prope perpetuum in omni materia, vt ex qualitate perſonarum diſpoſitiones quaslibet metiamur ex dictis limit. 1. num. 52. colligit, quod, cum cauſa tendit ad commodum ſolius accipientis, præſumitur impulſiua, ſi ad commodum concedentis, vel alterius tertij, finalis num. 53. Neminem reperit dictis contradicere præter Baldum quantum ad id, quod pertinet ad commodum alterius tertij; vt enim cum alijs concordat in cauſis, quæ pertinent ad commodum accipientis, & concedentis, diſcrepat aſſerendo cauſas in ijs, quæ pertinent ad commodum tertij ſibi videri impulſiuas, niſi is tertius eſſet huiuſmodi, cui ſtipulari poſſimus, aut paciſci, cum ex ijs non ſurgat obligatio, ac ne quidem exceptio num. 54. Cauſa, quæ ad nullius vtilitatem reſpicit, veluti, ſi nauis venerit ex Aſia, præſumitur impulſiua auctoritate Gloſſæ in l. 1. in prin. in verbo ſequtum ff. de donat. Ex qua Gloſſa Imola ibi notat, quod conditio adiecta donationi, quæ non reſpicit commodum, vel affectionē donantis, ſed quandam facti contingentiam, non facit quominus donatio dicatur eſſe propria num. 55. limitat, quod ſupradixerat, de cauſa reſpiciente commodum accipientis, vt habeatur pro impulſiua primo niſi talis cauſa reſpiciens commodum ipſius recipientis, neceſſaria requiratur, quia tunc ſemper cauſa finalis præſumitur ad cuiuſcunq; commodum reſpiciat; ſecundo modo niſi ſit fauor dotis, aut alterius piæ cauſæ & fauorabilius, quia tunc ſemper erit accipienda pro finali. Nam & alias ſemper in omnia materia fauore piæ cauſæ, præſumitur cauſa finalis 3. Procedit, niſi cōmodum reipublicæ ſit coniunctum cum commodo accipientis, vt ſi donem mulieri, vt nubat, intereſt enim reipublicæ mulierem eſſe dotatam, vel ne ſit indotata, vel etiam, ſi alicui donem, vt domum reficiat, nam reipublicæ etiam intereſt domos refici, ne vrbes ruinis deformentur, his enim, & ſimilibus caſibus cauſa præſumitur finalis, & repeti poteſt, quod ob eam cauſam datum eſt, ſi cauſa non impleatur num. 60. colligit etiam ex dictis, quod ex diſpoſitione conditionali præſumitur cauſa finalis, quia conditio formam inducit, & ſolemnitatem non leuem, ideo illa eſt de ſubſtantia probationis, & debet ſeruari in ſpecifica forma num. 61. num. autem 62. deducit præterea ex dictis, quod, cum lex, vel diſpoſitio eſt generalior ratione, vel cauſa, ea cauſa eſt impulſiua numer. 63. conciliat quandam contradictionum reſultarem ex dictis hic & alibi numer. 64. habet, quod cauſa, quæ ſumitur ex proemio, ſiue præfatione præſumitur finalis & numer. 65. quod ex proemio maxime colligitur mens, & voluntas diſponentis num. 66. Ex præfatione præſumi cauſam finalem intelligit, non ex natura præfationis, ſed ex natura cauſæ expreſſæ in præfatione, ſi enim in præfatione exprimeretur cauſa, quæ ſine dubio ſua ipſius natura eſſet impulſiua, nec fieret, nec præſumeretur finalis ſimpliciter ergo verum eſt cauſam ſumptam ex præfatione finalem præſumi, niſi natura ipſius cauſæ repugnet num. 67. Ratio naturalis etiam non expreſſa in lege, vel in alia diſpoſitione facit præſumi cauſam eſſe finalem, & text. in leg. Cum ratio, in princip. ff. de boni. damnat. habet naturalem rationem eſſe quandam legem tacitam, & , quæ ſunt naturali ratione ſubnixa, debent intacta, & illibata perpetuo cuſtodiri, & ideo ad naturalem rationem eſt recurrendum, quę optimus eſt legis clipeus ex Baldo in leg. prima §. in primo ibi naturali ratione ſubnixa Codic. de caducitat. tollend. lex imitatur naturam, quantum poteſt, &

quod

quod apparet per rerum naturam, non indiget probatione, & naturalis ratio sufficit sine lege numero 73. & numero 74. Naturale,& rationabile dictum sine lege, ita debet mouere iudicem, vt ipsa lex. Et quærere legem, vel rationem vbi naturaliter sentimus, nihil est aliud, quam infirmitas mentis, vel intellectus numero 76. Ratio naturalis est potentissima statutorum interpretatio. Ratio naturalis est certa ratio, & in dubio habetur pro lege scripta numero 78. Cum deficit ius scriptum debemus recurrere ad rationem naturalem: Possumus argumentari à ratione naturali absque allegatione iurium numero 79. Gerundium facit semper præsumi causam finalem numero 80. Gerundium importat necessitatem num. 82. Dictio, quia denotat causam finalem. Imola contrarium tenuit, videlicet, quod causa expressa per dictionem, quia, tam in contractibus, quam in legatis non præsumitur finalis, nisi fuerit obligatoria, vel accessoria causæ obligationis, vel nisi ex ea speretur lucrum, vel euitatio damni, sed tu hic vide omnino Bartolum in leg. demonstratio §. quod autem columna secunda in secunda quæstione fere per totam, ff. de condit. & demonstrat. numero 83. Proferendo propriam sententiam dicit illam dictionem, quia, significare causam propriam, & sic finalem, quia nulla dictio est magis finalis, quam ista: Nisi tamen natura, siue subiecta materia, aut aliud quidpiam aliter suaderetur, semper enim naturam negotij, siue subiectam materiam inspicere debeamus numer. 84. Quia est dictio reddens causam, & secundum Baldum quando ponitur à lege, præsumitur finalis, quando vero ab homine, aut est necessaria, vt ratio, quæ redditur à teste, & tunc præsumitur finalis, aut est voluntaria, & præsumitur impulsiua num. 85. In gratijs & priuilegijs in dubio omnis causa præsumitur impulsiua potius quam finalis numer. 86. Veluti regulam ponit Socinus cons. 159. col. 6. lib. 2. quod causa quæ cohæret dispositioni, & quæ inspecta iuris dispositione inducit, & arctat ad ita disponendum, dicitur finalis num. 87. Causa impulsiua operatur, vt promissio non dicatur omnino nuda, & sine causa Bald. in l. generaliter col. 3. vers. 4. quæro C. de non numerata pecunia num. 88. Illud etiam operatur non contemnendum, quod præstat faciliorem causam dispensandi, vt ex Cap. Magnæ & Panor. ibi de voto, & idem voluerunt Antonius in Cap. ex parte tua de Conuers. Coniugi, quod maxime notandum est per ea, quæ dicuntur, & notantur in Cap. Circa de conf. & affinit.

10 Notandum † vlt. quod licet quod alios effectus grauissima sit controuersia, & valde inter se discrepent Doctores, vt visum est, quæ dicatur causa impulsiua, & quæ finalis, at quoad inducendam subreptionem in rescriptis, gratiæ, vel iustitiæ causa finalis ea dicitur, qua non existente Princeps gratiam non concessisset, vel qua expressa denegasset, quod petitur. Impulsiua est, quæ falso expressa Principem mouet ad facilius concedendum, & si vera esset & taceretur, quæ si non taceretur moueret ad difficilius concedendum, at re vera in vtroq; casu gratia concederetur ita Couar. lib. 1. var. cap. 20. num. 5. & causam finalem in rescriptis esse illam, qua non existente Princeps non concederet, & impulsiuam, quando concederet, sed non tam facile. Abbas in Cap. postulasti num. 1. not. 4. Alex. & alij apud Sanchez de matr. lib. 8. disp. 21. num. 8. similiter dicitur causa finalis ea, sine qua non concederetur priuilegium, seu gratia eo modo, quo concessa sunt, sed eidem concessioni quædam moderamina adhibita fuissent, ita quod vere possit dici causa, sine qua non concederetur gratia, si quidem non concederetur eo modo, quo concessa est; ita docet allegatis Bald. & Aymone Barbosa l. 1. §. 1. num. 81. ff. solut. matr.

11 Hunc † descendendo ad solutionem primæ difficultatis, quæ est. An expressio facta, quod impetrans beneficium sit solus de familia, & quid sit dignitas, cum neutrum verum sit, vitiet dispositionem; Dico hic duo consideranda esse 1. An ista talia sint, vel censenda sint causa finalis, vel impulsiua 2. An talis expressio noceat, quia in iure aliquid circa hoc sit dispositum.

12 Aduerte † subreptionem non dari in ordinario, sed tantum procedere in Papa, & Legato, ordinarius enim dicitur prouidere motu proprio, & Ecclesijs, non personis, & ita prouisio ordinarij non potest impugnari de surreptione Clem. 2. de off. ordin. & ibi Cardin. ad fin. Abbas in Cap. cum nostris num. 19. de concess. præben. & alij apud Garziam de Benef. par. 8. cap. 3. num. 3. quod etiam procedit non solum in gratia beneficiali, sed etiam in qualibet alia ordinarij, quæ non vitiantur surreptione, vt apparet ex traditis ab Emanuel Sà verb. Gratia num. 22. Ex quo infertur, quod
13 † qualibet licentia ab ordinario per surreptionem seu deceptionem obtenta erit valida; quamuis
14 illam obtinens peccet decipiendo. † Item eum, qui cum, re vera habet sufficiens patrimonium arbitrio prudentum, tamen ad satisfaciendum Episcopo, qui plus petebat, probauit habere maius, non posse dici ordinatum sine licentia Episcopi, & propterea suspensionem incurrisse, licet enim fuerit ordinatus cum falsa informatione maioris patrimonij, tamen fuit ordinatus cũ licentia Episcopi, & eodem modo
15 † qui ob fictum patrimonium sic ordinatur, non incurrit suspensionem latam contra eos, qui absq. licentia, & reuerendis proprijs Episcopi initiantur
16 apud Garziam 6. par. cap. 3. num. 8. & 9. † Infertur præterea, quod excommunicatus, si obtineat absolutionem ab ordinario, vel alio inferiori, extortam ex falsa causa, vt quia dixerit, se parti satisfecisse, vel alio mendacio, est valide absolutus, si tamen expressit falsam causam excommunicationis, quod videlicet, cum ob vnam causam sit excommunicatus, expresserit aliam, non erit
17 absolutus, † falsi ergo expressio in hoc casu non vitiat gratiam, si versetur circa impetrationem absolutionis, vitiat actum circa causam excommuni-
18 cationis ibidem nu. 10. 11. 12. † Quod si absolutio impetretur à Papa quocunq; mendacio expresso, non valet num. 15. ita ipse.

Posito ergo, quod gratia sit à Papa videndum, an expressio dictorum reddat eam inualidam, vt dico hanc expressionem non esse causam finalem concessionis, non enim ex eo, quod ista exprimuntur, conceditur beneficium, & si non exprimerentur non concederetur; sed adhuc siue expressis, siue non expressis, concederetur est igitur causa
19 impulsiua, sed dices † fortasse expressionem factam, quod sit solus de familia esse causam finalem, quia cum beneficium sit conferendum vni de familia, & iste supponatur solus necessarius illi est conferendum, quæ ratio potuit esse finalis causa, qua motus Papa beneficium illi contulit ergo expressio istius qualitatis vitiat rescriptum. Respondeo non ex hoc inferri gratiam & beneficium non fuisse conferendum, nisi ista qualitas fuisset expressa, licet enim necessario illi beneficium sit conferendum,

rendum, quia supposito, quod exprimitur esse solum alteri non posse conferri, potuisset tamen conferri eodem modo etiamsi tantum expressisset se esse vnum de familia, quod si constaret Summum Pontificem non illi esse collatutum si seiuisset non esse vnicum vtiq; en casu aliter esset dicendum, sed hoc non debet præsumi, quia solent huiusmodi beneficia concedi dummodo sint de familia nulla habita ratione singularitatis. Remanet ergo, quod sit causa impulsiua, & certe satis vehemens, quia cognito quod impetrans sit solus valde facilem se exhibebit Pontifex ad conferendum, & nunc intrat solemnis illa disputatio an causa impulsiua nisi verificetur vitiet concessionem pro qua vide Garziam de beneficijs par. 6. cap. 2. à numer. 161. ad 197. & sequ. & Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 21.

20 Dico † solam expressionem causæ finalis vitiare gratiam, non autem falsam expressionem causæ impulsiuæ, hanc sequitur Sanchez loco citato & auctores ab eo relati & probatur ab eodem; valet donatio facta ex causa impulsiua falsa, vt ipse nu. 33. habet ergo & collatio beneficij, cum in vtroq; casu requiratur eadem libertas, imo maior in donatione, beneficia enim sunt necessario alicui conferenda, non autem donatio facienda.

21 Neq; obstat, quod in rescriptis adsit clausula, † si preces veritate nitantur, quia ista est intelligenda in substantialibus, idest in ijs, ex quibus gratia

22 pendet, ita vt alias non concederetur. † Addit tamen ex Couarru. intelligendam hanc sententiam, quando causa impulsiua talis esset, vt, si Principi vere significaretur eodem modo gratiam concederet, quo concessit, secus autem, si non eodem modo, sed quibusdam adhibitis moderationibus, quia tunc non esset verum Principem eodem modo causa impulsiua explicata gratiam concessurum, quo casu illa causa esset finalis, vt optime probat

23 idem Sanchez nu. 8. † Addo præterea nisi qualitas dignitatis expressa in casu nostro esset per modum taxationis, quia tunc vitiaretur gratia ex Cap. cum non de sacerdotali de præben. in 6. & ex cap. susceptum de rescript. quarum decisionum alia ratio commodior asignari nequit, nisi designationem illam minoris valoris ad modi vacandi esse adiectam gratia taxationis, quod si esset adiecta per modum demonstrationis sustineretur leg. falsa ff. de conditione & demonstratione & Capit. Tua de

24 sponsalib. † Ratio autem diuersitatis est, quia, quando qualitas adijcitur causa demonstrationis, restringit quidem gratiam, sed re vera est animus conferendæ rei, vt est in se, quamuis falsa eius qualitas demonstretur; At, quando causa taxationis; limitatur gratia ad rem qualitate illa affectam, quare, si illa non afficiatur, deficit gratia defectu voluntatis concedentis. Gratia enim non potest trahi ad beneficium ea qualitate destitutum licet à Pontifice facilius concessum foret. Vide Doctores apud eundem. Sanchez num. 36.

25 Sed hic † remanet vlterius inquirendum, quando qualitas censeatur apposita causa demonstrationis, vel taxationis. Pro responsione multi multa dicunt, & varias regulas tradunt mihi placet illa, quam assignat Berous cap. super litteris num. 58. de rescript. & approbat Sanchez loco cit. num. 36. videlicet, quod quando adijcitur in eadem oratione non semper apponitur causa taxationis, sed quando præcessit generalis, vel indefinita dispositio de dando aut faciendo aliquid, & adijcitur locus seu materia super qua executio fieri debet; secus si quid adijciatur, tamquam qualitas rei, quia etiam in eadem oratione diceretur fieri demonstratiue.

26 † Pro intelligentia autem nota contractus, largata, Impetrationes Beneficiorum, dispensationes &c. solere exprimi sub diuersis verborum conceptionibus, vt in legato aliquando dicitur relinquo centum Titio, quæ soluet meus hæres ex redditibus mei fundi suburbani, aliquando autem exprimitur totum vnica tantum oratione. Vt lego Titio cen-

27 tum, quæ sunt in arca. † Felinus in cap. super litteris num. 4. de rescriptis hanc tradit regulam, quod aliquid censeatur apponi causa demonstrationis, quando sub diuersis verborum conceptionibus exprimitur; Taxationis autem gratia, quando sub vna verborum conceptione; & ideò in legatis, si præcedat dispositio testatoris significans, quid solui debeat, vt relinquo centum Titio, deinde subnectatur, vnde præstatio facienda sit, vt v. g. ista autè centum soluat meus hæres ex meo fundo suburbano, cum duæ sint orationes, asserit, poni demonstratiue; demonstrat enim vnde facilius solui possit, & ita quamuis demonstratio deficiat legatum debetur. Si verò legatum sub vna tantum oratione fiat; & eadem oratione exprimatur, quid, & quomodo solui debeat, vt lego centum, quæ sunt in arca; tunc vult stare taxatiue, & perire legatum, si taxatio non verificetur ver. gr. si centum non sunt in arca.

28 † Hanc tamen non admittit Berous, sed late impugnat tam in legatis, quam in dispensationibus &c. & vult, quod non semper ac aliquid adijcitur in eadem oratione, apponatur taxatiue; quia, si quid apponitur tamquam qualitas rei staret demonstratiue etiam in eadem oratione, vult autem stare taxatiue, quando præcedit generalis, & indefinita dispositio de dando aut faciendo aliquid, & postea adijcitur locus seu materia, super qua executio fieri debet, nisi tamen etiam hoc addatur tamquam qualitas rei. Addit præterea Berous

29 † ibidem dicendum esse stare demonstratiue, id quod expressum est, quando requiritur ad certitudinem, & valorem actus, demonstratio, & non est alia; tunc enim præsumptio valoris actus, quæ semper capienda est, l. quoties ff. de rebus dub.; efficiet, vt in eo dubio stet demonstratiue.

30 † Ad secundam partem istius difficultatis, an scilicet noceat si aliquid non exprimatur, quod de iure sit considerandum. Respondeo hanc considerationem maxime habere locum in taciturnitate veri, quia cum multa sint de iure exprimenda, quæ latè recenset Mcoochius de Arbitr. lib. 2. cent. 3. cas. 201. ideò si reticeantur, oritur disputatio, an impetratio sit valida, pro qua vide Sanchez, & Garziam locis citatis, quod attinet ad rem nostram.

Noto duplicis esse generis qualitates, quæ cognitæ à principe ipsum omninò auertere possunt à

31 concessione. † Quædam enim sunt extrinsecæ, quædam intrinsecæ. Extrinsecæ non sunt necessario explicandæ neque earum taciturnitas reddit gratiam subreptitiam, quamuis illis expressis Princeps non concederet. Istæ enim, non solum non possunt dici causæ finales, sed neque impulsiuæ, non enim sunt attinentes ad id, quod de iure est opus in

32 gratia, vel dispensatione, vt v. g. † Si quis magnis criminibus irretitus, quæ tamen non impedirent beneficij collationem, ijs tacitis obtineat benefi-

33 cium, quod illis expressis non obtineret. † Vel si quis obtineat beneficium, quod non obtineret, si exprimeret concedenti, v. gr. alium esse suum

valde

valde familiarem, qui illud expostulaturus est, hæc
enim, & similia non veniunt in considerationem,
34 quia nihil illis cum beneficio; † sicuti etiam eodem
modo donationes gratuitæ, & eleemosinæ non
vitiantur ignorantia qualitatis extrinsecæ, vt quod
pauper sit nequissimus, & quod eleemosinam sit
pessime impensurus, non ideò tollitur, quin sit
35 valida. † est ergo intelligendum, quod tradunt
Doctores, corruere gratiam tacita veritate, qua
cognita princeps non concessisset, esse verum,
quando tacentur illa ex quibus expressis, Princi-
pem remoueri à concessione, esset conforme iuri,
& Princeps procederet ex causa iusta, ac debita,
secus autem, quando procederet ex affectu, aut
alia causa non considerabili, ad dispensationem, vel
36 Gratiam † Aliæ autem sunt qualitates intrinsecæ,
quæ nimirum pertinent ad id, circa quod Gratia
est obtinenda, & has qualitates esse, vel non esse
necessario exprimendas pendet ex cognitione,
an pertineant ad causam finalem, vel impulsi-
uam. Si enim pertinent ad causam finalem sunt
exprimendæ, secus autem si ad impulsiuam, vt ex
traditis.
37 Quod † si petas, vnde dignosci possit, qualitates
conducere ad dispensationem, vel Gratiam, & eius
esse generis, vt eis expressis princeps illam non
esset concessurus. Respondeo quod quando non
constat neq. ex iure, nec ex stylo curiæ, nec ex prin-
cipis consuetudine, relinqui iudicandum arbitrio
prudentis viri, tradunt Abbas, & alij apud Sanchez
l. cap. num. 19. Quando autem attentis omnibus
circumstantijs adhuc remanet dubium, an causa
expressa falso, vel tacita sit finalis, idest talis, vt
sine illa Gratia non fuisset concessa, vel impulsiua
tantum, idest sine qua adhuc Gratia fuisset quidem
concessa, sed non tam facile, maxime controuerti-
tur. Quibusdam asserentibus præsumi finalem, alijs
impulsiuam. Sanch. l. cap. num. 20. asserit verius
esse non præsumi finalem, sed impulsiuam, ac
proinde esse præsumendum, quod etiam sine
illa Princeps gratiam vera fuisset concessurus,
38 ac proinde quod sit valida. † Quia valori actus
iura maxime fauent, & in dubio eum præsumunt
cap. Abbate de verb. signif. & l. quoties ff. de reb.
dub.
39 Ad secundam quæstionem principalem, Cui
incumbat onus probandi. An impetranti se esse
vnicum, & beneficium esse dignitatem, an oppo-
nenti: videtur respondendum incumbere impe-
40 tranti. † P. quia agenti, & aliquid deducendi
incumbit onus probandi l. actor quod ascendit ff.
de probatio. & videtur regula cōmuniter recepta,
41 & trita † quod narrata semper sunt per impetran-
tem iustificanda Io. And. & Gemin. in cap. 1. de
42 litis contest. in 6. 2. † Non sufficit probare aliqua
ex deductis in supplicatione iuxta text. in cap.
Olim ad fin. de rescrip. sed debent probari omnia
deducta per copulatiuam, quia omnia debent
adimpleri l. Is qui ducenta §. unum ff. de reb. dub.
& l. Si hæredi plures ff. de condit. & demonst. & per
doctrinam speculat. in tit de Exceptionibus §.
43 Nunc uidendum. Vbi habetur, † quod, quando
opponitur falsitas, uel mendacium in rescripto,
onus probandi, quod illud, quod opponitur, non sit
falsitas, uel mendacium, incumbit impetranti, non
autem excipienti contra rescriptum gratiosum 3.
44 † licet ante litis contestationem excipiens tenea-
tur summarie docere de exceptione mendaciorum
contra rescriptum, attamen lite contestata; qui
impetrauit tenetur plenarie docere de ueritate
precum. & eorum, quæ sunt expressa, quia hæc est
causæ suæ intentionis Bart. in l. præscriptione C.
45 quæ contra ius uel utilit. publ. 4. † Ista negatiua,
quod non sit unicus, est improbabilis & cap. Bonæ
el primo elect. & cap. Quoniam contra falsum de
probat. decernitur ad improbabile non esse obli-
gandum objicientem.
46 Sed in contrarium uidentur esse primo † quod
excipiens contra rescriptum, quod sit impetratum
47 per mendacium, asserit dolum, † sine quo falsitas
non potest committi l. 1. in prin. ff. ad l. Cornel.
de falsar. ideo excipiens probare debet l. quoties
§. qui dolo ff. de probat. & cap. 2. de renunc. in 6.
2. de hoc est casus in l. si quando C. de dilationib.
& 3. quæst. 3. Cap. Induciæ §. ei autem, illis verbis.
Illi vero, qui in iudicium vocatur, danda est dila-
tio ad probandum per eum mendacia.
48 3. Videtur clarum de mente litteræ l. etsi legib.
§. † & si nimia mentientis inueniatur improbitas.
C. si contra ius vel vtilit. publ. quæ pariter videtur
canonizata 25. quæst. 2. Cap. Dicent. 9. præscriptio-
49 ne mendaciorum opposita 4. † Alleganti aliquid,
per quod vires rescripti gratiosi eneruentur, in-
cumbit onus probandi. Gloss. notab. in Clem. fin.
de rescrip. & facit text. in Cap. constitutus item de
rescript. Cum ergo per obiectionem falsitatis ener-
uentur vires rescripti l. præscriptione C. si contra
ius &c. dicendum, quod excipienti incumbat onus
50 probandi. † Pro resolutione Butrius in repetit.
Cap. super litteras, de rescript. asserit onus pro-
bandi incumbere excipienti, quotiescunque quali-
tas expressa talis est, quæ non vitiet rescriptum,
neque concernat, vel pertineat ad negotiū, de quo
agitur idē videtur sentire Cynus in l. præscript. C. si
contra ius, vel vtil. publ. & quod rescriptum non
vitiatur, quando exprimitur aliqua causa, vel quali-
tas, qua etiam non expressa concessisset, tradunt
Innocent. Cap. ex part. el 1. de priuileg. & ibi Butr.
Abbas arg. Cap. super litteris de rescrip. quam
theoricam refert, & sequitur Archidiaco, & Baldo.
51 Abbas in Cap. dudum nu. 5. de præscrip. docet,
impetrantem non teneri probare omnia contenta
in rescripto, etiam si videantur expressa in forma
conditionis, si pro illis habeat fundatam intentio-
nem in iuris præsumptione, sed onus probandi
reijcit in negantem, vt simpliciter probatur dicto
Cap. dudum, & ita notat limitando Io. Andr.
in cap. 1. de litis contest. in 6. Pro intelligentia
autem illius dicti Abbatis notanda sunt, quę tradit
ibidem.
52 Duplex † est idoneitas intrinseca, & extrinseca:
intrinsecam appellat illam, cum qua homo nasci-
tur, vt quod sit castus sobrius &c. & ista præsumi-
tur, maxime post Baptismum, extrinsecam autem
vocat illam, quam supponimus acquisitam. Vt
quod aliquis sciat legare, cantare, quod sit Doctor,
ordinatus &c. Idoneitas intrinseca præsupponitur,
cum enim homo cum illa nascatur, debet probari
illam amisisse. Extrinseca autem, vel quis se
opponit, & non supponitur, vt si opponatur alicui
defectus scientiæ, subijcitur examini, vt est text.
& Gloss. in Cap. si forte de elect. in 6. Item si
objciatur in ætate probatur Cap. super inordinata
de præbend: sed qui se opponit, ipse tenetur pro-
bare, vt cap. 1. & cap. vt circa de elect. in 6. &
rationem assignat, quia excipiens excipiendo fit
actor. l. 1. ff. de exerc. vt nemo se opponit, &
tunc, qui debet prouidere, vel confirmare, tenetur
de omnibus inquirere, etiam de ijs, quæ præsu-
muntur de idoneitate intrinseca, vt in Cap. cum
diltctus

dilectus & Cap. cum nobis de elect. quæ inquisitio debet fieri, etsi non præcedat infamia, quia, non agitur ad pœnam, vt notatur in præalleg. iurib. & not. Innocent. & c. 1. dict. postulat. Prælat. Quæ dicta intelliguntur de oppositionibus facti contra personam de oppositionibus autem contra rescriptum Ioan. Andreas in dict. capit. 1. de lit. contest. in 6. vult, quod in expressis incumbat onus probandi impetranti, qui debet probare, quæ expressit in supplici libello iu tacitis autem, apponenti, quia excipiendo fit actor. De veritate istius propositionis, quod negatiua sit improbabilis Glossa remittit ad notata in Cap. Bone de elect. Et Abbas in d. Cap. dudum putat falsum, quod negatiua transferat onus probandi in aduersarium, in cuius persona resoluitur in affirmatiuam, & vult, quod, qui fundat se in negatiua illam teneatur probare ex c. t. de confess. in 6. & notat. Io. And. in reg. sine poss. de reg. iur. in 6. & si est mera negatiua poterit facere positiones, vt in d. c. 1. de confess.

53 † Garzias de beneficijs parte 6. cap. 1. num. 1. considerat duo genera exequutorum litterarum Apostolicarum super Beneficijs vacantibus, quorum alij dantur pro exequtione litterarum in forma gratiosa, idest quando collatio fit à Papa, & alteri non committitur facienda ad inducendum, seu immittendum prouisum in possessionem beneficij &c. quæ litteræ expeditæ in forma gratiosa habent cordas sericas rubri, & crocci coloris, & istis exequutoribus datur in alia Bulla separata, & distincta sub eadem data, quæ dicitur exequtoria, & habet cordes canapi, nisi fiat expeditio per cameram, quia tunc possunt poni gratiosa, & exequtoria simul in vna Bulla. Alij exequtores dantur pro exequtione litterarum in forma dignum, idest, quando collatio, seu prouisio non fit à Papa, sed remittitur facienda præuio examine, & litteræ istæ dicuntur etiam mandatum prouisionis, seu de prouidendo, quia prouisus non fuit Romæ examinatus, nec fuit missa approbatio ordinarij, & tunc expediuntur duę Bullę, & ambæ cum cordis canapi, quorum formulam ponit Paris. de resignat. Benef. lib. 8. quæst. 7. sub nu. 187.

54 † Exequutores litterarum in forma gratiosa ex eodem Garzia loco cit. num. 127. non tenentur aliquid verificare pro facienda exequtione, quia ad capiendam possessionem probatio non requiritur, quam ex Parisio dicit esse communem, & receptam sententiam, & stylo obseruatam, & dicit aliter esse seruandum in dispensationibus propter clausulam, vt de veritate precum se informent, quę non apponitur in litteris exequtorijs in forma gratiosa, de qua tamen clausula vide Sanchez de matr. lib. 8. disp. 31. nn. 15. quod Garzias limitat procedere, nisi alius sit in possessione beneficij, quia tunc debet citari, vel alias comparere legitimus contradictor, & tunc exequtor tenetur assumere partes iudicis, & impetrans verificare suam gratiam, & narrata in ea, maxime parte opponente, quia tunc subintelligitur clausula, si preces veritati nitantur, exceptis ijs, quæ iure præsumuntur. Vide Doctores apud eundem Garziam num. 109. & numer. 161. asserit impetrantem teneri iustificare in sua gratia exposita, quæ mouerunt Papam ad concedendum, vel ad facilius concedendum etiamsi non negentur, & parte non opponente, quia narrata sunt pars suæ gratiæ. Pro hac sua sententia refert Doctores, & decisiones & num. 163. respondens difficultati sibi ipsi obiectæ num. 162. dicit, quod impetrans parte non opponente, non tenetur verificare, nisi ea, quorum falsitas vitiat gratiam, quia alias impetrans esset inhabilis, (vt clericatum expressum, vel dispensationem) vel, quia sint fundamentum gratiæ, vt reseruationem, vel deuolutionem narratam, vel quia gratia facta fuit sub conditione, vt in pensione dummodo remaneant centum pro rectore, seu dummodo dimidiam non excedant. Vel quia alias Papa non concessisset omnino, & etiam ea, quorum expressio mouit Papam ad facilius concedendum licet alias concessisset, vt Doctoratum,

55 Bacalaureatum, vel familiaritatem. Parte vero opponente tenetur verificare omnia narrata, idest non solum dicta, sed etiam valorem Beneficij; & obtentorum narratum, quem non tenetur probare, nisi opponatur seu negetur, & qualitatem beneficij narratam, vt quod non requirat residentiam, diœcesim suam, seu ciuitatem narratam tenetur probare, si opponatur, alius non, vide ipsum. Exequtor vero litterarum in forma dignum, seu in forma commissaria tam prima, quam secunda datus in casu negligentiæ, non tenetur verificare, nisi illud, quod à Papa mandatur verificari, & si Gratia est per resignationem alicuius in sacris constituti, quod aliunde habeat, vnde commode viuere possit, hæc enim est forma commissionis. Disperationi tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si tibi constiterit; quod dictus N. resignans aliunde habeat, vnde commode viuere possit, vt prædicitur, ac per diligentem examinationem præfatum. A. ad hoc idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, beneficium prædictum eidem A. auctoritate nostra conferas, & assignes, quomodo autem debeant ista verificari, &. præcipue quomodo in Parochialibus, & quid debeant referre examinatores vide eundem Garziam num. 131. ad finem §. 2.

56 Ex doctrina Sanch. colliges † An gratia impetrata, sed errato nomine illius, cui impetratur, sit subreptitia, & dicendum non uitiati tali errore, probat ipse dict. lib. 8. disp. 21. numer. 37. Qua error nominis proprij non vitiat rescriptum, quando constat de corpore arg. l. si quis in fundo ff. de leg. 1. si quis in fundo vocabulo errauerit, & Cornelianum pro Semproniano nominauerit, debetur Sempronianus, & melius instit. de legat. §. si quis in nomine ibi, si quidem in nomine, prænomine, cognomine agnomine legatarij testator errauerit, si de persona constet, nihilominus valet legatum.

57 Quod si dicas, † Gratiam esse intelligendam, & priuilegium iuxta verba in supplicatione posita, vt optime Iason l. Gallus in 1. lect. §. idem credendum num. 10. ff. de lib. & posthu. Loarez mattim. Reges Angliæ dub. 5. nu. 2. Gutierez lib. 3. pract. quæst. 18. num. 42. Matien. lib. 5. recopilat. tit. 1. l. 1. Gloss. 2. num. 5. Respondetur, id esse verum de substantialibus expositis in supplicatione. Ita Hostien. Ant. Bart. Felin. apud eundem Sanch.

58 nu. 37. si & obijcias Cap. † significante de rescript. vbi deciditur rescriptum esse surreptitium ex eo quod fuerit petitum pro S. Remensis diæcesis, & constitit esse Leodiensis Resp. id esse, quia ex nullo adiecto poterat constare de persona, contra quam impetratum erat rescriptum, quod, si de ista constare potuisset, non obstante errore in diæcesi rescriptum adhuc valuisset.

59 2. † Quid dicendum, & est maior difficultas, si concedens gratiam notet personam pro, qua petitur gratia, & erret in nomine veri petentis, & respondet adhuc valere quando tamen non constaret ex alijs circumstantijs concedentem habuisse rationem

tionem tslis personæ, sed constat eodem modo
concessurum cuicumq; petenti: quæ ratio est valde
notanda, vtpote ad multa deseruiens, ut in peti-
tione faultatis absoluendi à reseruatis, impetra-
60 tionis &c. † Quotiescunque enim idem, quod tali
nomine expresso esset concessurus gratiam faciens
cuicunque alteri idem petenti, nisi constet conce-
dentem spetialiter habuisse rationem illius perso-
næ, error næminis non uitiat gratiam, sed sufficit
61 constare de substantialibus, & ratio est. † Quia in
omnibns spectantibus ad suum officium, Princeps
attendit merita iustæ causæ propositæ, & ideo licet
erratur in nomine, dirigit intentionem ad eam
personam, cui petitur. Quod fit etiam in omnibus
sacramentis excepto matrimonio.

62 3. † Quid dicendum, quando aliquid propo-
nitur sub dubio, cum sit certum, vt v.g. quis certus
est, se emisisse votum castitatis, & petit dispensa-
tionem hoc modo, dubito emisisse votum castita-
tis, ideo pero, ob animæ meæ tranquillitatem,
mecum dispensari. Pro responsione distinguo tres
casus, vel petitur facultas dispensandi hoc modo.
Quidam emisit votum castitatis, ideo petit &c.
& tunc certum est valere, vel hoc alio modo. Po-
test esse, quod N. emisserit votum castitatis, si
emisit peto facultatem &c. & hoc etiam casu valet
impetratio, quia in vtroque exprimitur uotum
certum, licet enim sub conditione sit, an sit emis-
sum si tamen vera erit conditionalis, votum erit
certum non dubium. Tertio modo. Dubitat N.
se emisisse votum castitatis, & ideo pro maiori ani-
mæ suæ rranquillitate petit secum dispensari, & de
hoc est difficultas, & videtur dicendum sufficere.
Quia pro validitate impetrationis sufficit verifi-
cari causam impetrationis, vt tradit Sanchez n. 44.
sed tamen resoluit, non sufficere, neque dispensa-
tionem valere, quod & ego puto verum. Aliud est
enim dispensare in voto dubio, aliud incerto, &
mens Pontificis non fertur in dispensationem voti
certi dum proponitur dubium, & in hoc casu est
error in substantia. Et Gratia intelligitur iuxta
63 verba in supplicatione posita. † Neque valeret
remissio debiti veri, facta à creditore, allegata per
debitorem vera paupertate, & falsa dubitatione
debiti, cum sit centum, vt si diceret dubito me
debere centum. vt nescio sum pauper nec soluere
valeo, condona, si debitum sit certum non valet
remissio Sanchez vbi supra num. 40.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.*
2 *In libello exponitur decennalis religiosi habitus delatio, & Papa respondet solum de quinquennali an rescriptum iuuet.*
3 *In claris non indigemus coniecturis.*
4 *Summus Pontifex semper se conformat stylo Curiæ.*
5 *Si stylus Curiæ prætermittitur litteræ redduntur suspecta.*
6 *Mens S. Pontificis in rescriptis est maxime consideranda.*
7 *Rescripta & priuilegia sunt intelligenda iuxta verba in supplicatione posita.*
8 *Rescripta sunt intelligenda, vt aliquid operentur, & ad hoc verba etiam sunt impropriandа potius quam permittere, quod nihil operentur.*
Quomodo sit explicandum quinquennium de quo Summus Pontifex rescribit.
9 *Rescriptum est intelligendum de tempore vtili non inutili.*
10 *Breue & rescriptum S. Pontificis semper debet aliquid operari, & indulgentia principis semper aliquid de nouo concedere.*
11 *Verba sunt intelligenda secundum materiam de qua agitur etiam contra proprietatem sermonis.*
12 *Est potius præsumendus error in scribente quam in considerantia, error, vel fraus in S. Pontifice. Isti enim defectus debent exulare ab illa Sancta sede.*
13 *Error potius est præsumendus in quolibet, quam fraus.*
14 *In dubio Apostolici rescripti recurrendum est ad eandem sedem pro elucidatione.*
15 *Idem dicendum de dubijs priuilegiorum.*
16 *Limitatur in dubio iuris. Nostrum autem de quo quærimus est dubium facti est enim dubium an notarius errauerit.*
17 *Quod remedium competat dicto Patri volenti reclamare.*
18 *Ponitur per extensum decretum Concilij.*
19 *Multa emanauerunt S. Pontificum constitutiones, vel decreta de hac re.*
20 *Prima Constitutio Sixti V.*
21 *Secunda Constitutio eiusdem.*
22 *Constitutio Gregorij XIII.*
23 *Duo Decreta Clementis VIII. de eadem re.*
24 *Duo alia Vrbani VIII. & ponitur primum quoad rem nostram.*
25 *Secundum ponitur per extensum.*
26 *Quoddam Responsum Sacræ Congregationis.*
27 *Quæ sint explicanda & quæ decidenda tam de iure Concilij quam Doctorum siue Constitutionum S. Pontificum.*
28 *Qua auctoritate agat Episcopus audiendo regulares coram se reclamantes virtute Concilij super nullitate suarum professionum an ordinaria vel delegata.*
29 *Iurisdictio ordinaria est generalis tam quoad causas quam quoad personas.*
30 *Delegatus ille est, qui alias ex officio suo ius non habet, sed illud acquirit per facultatem sibi concessam, ratione cuius, non subditus fit subditus ratione causæ commissæ.*
31 *Concilium solet apponere aliquod verbum significans delegationem quando intendit delegare.*
32 *Iurisdictio est ordinaria quoties à lege traditur in perpetuum non ad tempus.*
33 *Iurisdictio data a lege dignitati non personæ in perpetuum est ordinaria.*
34 *Soluitur quomodo limitatio temporis quinquennij non obstet quominus iurisdictio sit ordinaria in hoc casu.*
35 *Cum agitur de reditu ad ius commune interpretatio verborum est facienda latissime.*
36 *De facili res redeunt ad suam naturam.*
37 *Regulares erant subiectis Episcopis postea fuerunt exempti.*
38 *In spetie in articulo reclamationem super inualidite professionum.*
39 *Quotiescunq. conceditur Episcopis, vt procedant cognoscant &c. tamquam Sedis Apostolicæ delegati non ordinarij sed delegati constituuntur.*
40 *Nisi addatur particula etiam, quo casu, si talis iurisdictio prius competebat, & ordinaria, & delegata iurisdictione possunt agere.*
41 *Quæcunq; alia clausula, vt non obstantibus priuilegijs &c. non sit delegata.*
42 *Facultas data Episcopo non respectu personæ, sed*

dignitatis nulla addita clausula si concedatur in perpetuum est ordinaria iure quidem spetiali.
43 Ex dictis apparet quid dicendum in casu de quo loquimur.
44 Non consequenter loquuntur, qui asserunt Episcopum esse delegatum, tempus quinquenij esse praefixum ad finiendam iurisdictionē, & isto elapso captam tamen causam prosequi posse, per doctrinam Abbatis.
45 An quinquennium incipiat à die emissæ professionis vel a die scientia nullitatis.
46 Aliqui censent a die scientiæ.
47 Particula tantum est taxatiua, affirmat, quod ponit, & negat omnes alios casus præter expressos.
48 Repetitio dictionis in eadem dispositione significat misterium.
49 Tempus præfixum non in odium negligentis sed in fauorem alcerius currit etiam ignoranti.
50 Quando tempus præfigitur in odium negligentia apponitur aliquod verbum hoc significans.
51 Vsucapio non est inducta ad puniendam negligentiam illius, contra quem præscribitur, sed ad exterminandas lites ideo præscriptio, & vsucapio procedunt aduersus ignorantem & diligentissimum in procuranda re propria.
52 Præscriptio licet non currat contra habentem impedimentum iuris, denegantis actionem currit contra habentem impedimentum facti, cum beneficio restitutionis.
53 Resoluitur non currere hoc tempus à die professionis emissæ, sed die scientia impedimenti, nullitatis &c.
54 An decretum Concilij denegantis audientiam elapso quinquennio fundetur in præsumptione ratificata professionis an vero disponat.
55 Vbi id, de quo quæritur habet certam, & manifestam vel probationem, vel decisionem in iure, & nulla est ambignitas in verbis ibi nullus est locus coniecturis, & cessat omnis quæstio voluntatis.
56 Vbi est aliqua ambiguitas, duplex est via indagandæ veritatis, ex verbis & ex facti ipsis.
57 Ex verbis voluntas colligitur quatenus patitur propria verborum significatio.
Illud credibile est, quod propria verborum significatio demonstrat.
58 Propriam verborum significationem iugiter sequi debemus nisi manifestum sit disponentem aliud sensisse.
59 Verosimile non est, disponentem egisse de illis, quæ improprie tantum continentur sub verbis.
60 Nisi aliud suadeat communis vsus loquendi vel alia coniectura desumpta ex circumstantijs negotij.
Non verba sed mentem sequitur si de illa aliquo modo constet.
61 Ex rebus & factis aliquando sumitur probabilis coniectura.
Facta aliquando non minus quam verba exprimunt mentem, & voluntatem.
Ideo subscribentem scripturam dicimus illam approbare, & quæ in illa continentur, & illum, qui tacet consentire.
62 Cum neque ex factis neque ex verbis satis potest depræhendi voluntas disponentis recurritur ad circumstantias personarum locorum, temporis, negotij, antecedentium, & subsequentium.
63 Hæc & similia dicuntur præsumptiones idest præsumptiones, quia ante veras probationes, aliquid sumunt pro vero.
64 Quæ differentia sit inter præsumptionem indicium, coniecturam, signum, Adminiculum, & suspicionem, & explicatur.
65 Quid sit fictio, & quid differat à præsumptione.
66 Fictio nunquam conuenit cum veritate aliquando autem conuenit præsumptio.
67 Exemplum fictionis & præsumptionis.
68 Quomodo ex verbis cognoscatur fictio & præsumptio.
69 Triplex est præsumptio hominis iuris, & iuris & de iure, & explicatur.
70 Existente marito grauato ære alieno augmentum dotis in bonis immobilibus fruitur Priuilegio dotis, non autem in mobilibus, ob præsumptionem fraudis.
71 Resoluitur concilij dispositionem esse fundatam in præsumptione ratificata professione.
72 Concilium loquens tantum, quod forum externum & nullum verbum faciens de foro conscientia, de illo tantum est intelligendum leges aliquando obligant tantum in foro fori, non in foro anima.
73 Pubes vi profitens elapso anno nisi reclamet in clericatu permaneat.
74 Vidua, si velum professionis, quamuis non sacrum, sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem obtulerit, velit, nolit, sanctimoniæ habitum vlterius debet habere, licet Sacramento firmare velit eo tenore, velamen sibi imposuisse, vt deponere possit.
75 Quædam mulier habens vndecim annos innita fuit tradita viro in matrimonium, & tamen, quia per annum, & dimidium cum illo habitauit, cogitur redire ad ipsum.
76 Aliter intellectum hoc decretum esset nimis durum, & disponeret contra leges iure naturali innitentes, & explicatur.
Cogi manere perpetuo alicubi est contra leges.
Obligari ad perpetuam castitatem inuitum est contra textum cap. Integritas.
77 An ad præsumendam ratificationem professionis sit expectandus lapsus integri quinquennij, an aliud tempus.
78 Per cohabitationem anni, & dimidij præsumitur purgatus metus, quo matrimonium fuit contractum, & inducta ratificatio.
79 Inducitur tacita professio, per delationem habitus, & exercitium actuum professorum nulla expectata mora.
80 Resoluitur esse expectandū lapsum quinquennij.
81 Respondetur prima rationi in contrarium adducta num. 78.
82 Respondetur secunda rationi adducta num. 79.
83 Nauarrus asserit cum qui nundum professionem emisit censeri per exercitium actuum professorum velle profiteri, non autem iam professum.
84 Ex copula spontanea statim præsumitur ratificatio matrimonij, & quare.
85 Semper illa præsumptio capienda est, quæ excludit peccatum.
86 Obiectio contra principalem conclusionem.
87 Soluitur proposita obiectio notabile fundamento
88 ob commune bonum licet quis non possit cogi vouere potest tamen cogi permanere in monasterio cum animo profitendi.
89 An ordinarius elapso quinquennio possit audire reclamantes in iuditio ordinario.
90 Notantur varia genera impedimentorum.

91 An

91 An impedimenta inducta a Sixto V. sint perpetua.

92 Soluitur proposita difficultas, & vendicantur ra-
93 tiones Roderiquez ab impugnationibus, quæ possint fieri.

94 An receptio ad habitum sit impedimentum si fiat in loco non deputato.

95 Resoluitur receptionem ad habitum esse impedimentum.

96 Verba posita in dispositione sunt intelligenda. vt iacent.

97 Ex proemio legis sumitur interpretatio eiusdem legis.

98 Nulla debet agitari quæstio de voluntate Pontificis distincte in vno, & alio casu cum illam satis aperte significant verba Breuis.

99 Disputatio non admittitur vbi res verbis disponentis finita est.

100 Religiosus, qui sumpta occasione à dictis decretis reclamando exponit se fuisse receptũ in loco non designato nihil de Nouitiatu dicens satisfacit, & impetrans est tutus.

101 An hoc impedimentum sit perpetuum.

102 Duo sunt impedimenta respectu loci, alterum receptio ad habitum in loco non designato Alterum paractio nouitiatus item in loco non designato, & vtrumque est perpetuum.

103 Intentio legislatoris sumitur à rubrica, & ex ea sumitur validum argumentum.

104 A Proemio validum est argumentum generaliter.

105 Proemium ostendit causam finalem, & mentem loquentis.

106 Vna via non debet concedi quod alia est denegatum.

107 Lex non est ita interpretanda, vt non obtineat suum finem.

108 Lex ita est interpretanda, vt dispositio non reddatur elusoria.

109 Dictio. Quicumque omnia includit, & nihil excludit.

110 Dictio. Nec de sua natura continuat eandem materiam, & stat declaratiue ad præcedentia.

111 Ex illa dictione, Nec. censentur repetita antecedentia in sequentibus copulatis per ipsam dictionem. Nec.

112 Virtus dictionis. Etiam, est exprimere casum magis dubitabilem, & implicare minus dubitabilem.

113 Dictio. Etiamsi, est ampliatiua.

114 Proponuntur, & soluuntur aliqua obiectiones contra nostrum dictum.

115 Resoluendo an Episcopus vltra quinquenium possit audire in iudicio ordinario.

Dicitur Impeditum impedimento perpetuo posse semper reclamare, & via ordinaria semper esse audiendum.

Soluuntur aliquæ obiectiones contra hoc dictum Dictio. Quicunque ob suam generalitatem trahitur etiam ad casus improprias.

116 Laborantes perpetuo impedimẽto possunt absque alia causa cognitione discedere à Religione, nisi scandalum timeatur, quod si scandalum timeatur, possunt patefacto impedimento, & probato coram iudicibus à quibus possunt expelli, etiam petita venia dimitti.

117 Impedimenta, quæ irritant professionem toto illo tempore, quo durant non cadunt sub dispositione concilij: ideò semper possunt reclamare, & audiri in iuditio ordinario.

Soluentur aliqua obiecta.

118 An, si impedimenta cessent intra quinquennium, possit dare audientia.

119 Si impedimenta cessent intra quinquennium, & fuerunt nota, qui non reclamauit intra id tempus eo elapso non potest amplius audiri in iuditio ordinario.

120 Qui intra quinquennium reclamauit, & causas deduxit certum est audiri in iuditio ordinario.

Quod si reclamauit, & causas non deduxerit de hoc est difficultas.

121 Clausula, Non aliter, inducit formam Importat conditionem, conditione autem deficiente idem, est ac si nihil actum esset.

Particula, tunc, importat conditionem, & significat temporis extremitatem est ista particula, tunc, restrictiua dispositionis, ad tempus, & casum expressum, & prohibitiua extentionis ad alium omissum.

De quo tempore significet colligendum est ex verbis antecedentibus.

Respondetur propositæ difficultati; posse videlicet audiri qui reclamauit licet rationes non deduxerit, etiamsi iuridice non fuerit reclamatum.

Protestatio non iuridica prodest.

122 Actus protestantis aperiunt intentionem protestationis.

123 Religiosus qui ex malitia suorum superiorum toto quinquennio non potuis reclamare. Si coram patribus sit protestatus etiam elapso quinquennio auditur in iuditio ordinario.

124 Non volenti non currit tempus: quod licet sit verum solum quando tempus est affixum in odium negligentia. Verum est etiam, quod iniquitas vnius alteri non debet nocere.

125 Vt decretum Concily habeat locum quæ requirantur.

Allegans ignorantiam non admittitur quia aduersus illam est præsumptio iuris, & de iure.

Aduersus præsumptionem iuris, & de iure non admittitur directa sed indirecta probatio idest tollens fundamentum cui nititur præsumptio.

126 Cessante impedimento scienti religioso, & potenti, at non reclamanti elapso quinquennio, nullum superest remedium nisi beneficium restitutionis in integrum.

127 Hoc beneficium restitutionis est concedendum in casu de quo agimus.

Beneficium restitutionis conceditur aduersus præscriptionem longi temporis iure spetiali, & extra ordinario tam maioribus quam minoribus sed diuersimode, vt num. 141.

Aduersus præsumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in iuditio extraordinario.

Contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam succuritur ex causa idest per beneficium restitutionis.

Aduersus tres sententias conformes, pro quibus est præsumptio iuris, & de iure datur beneficium restitutionis, non solum minoribus sed etiam maioribus.

128 Pontifici intruso, licet denegetur audientia, conceditur in integrum restitutio.

Omnis spoliatus est restituendus exceptis casibus in iure expressis.

Licet vrgentissimis verbis lex vtatur, generale tamen illud, quod aduersus præscriptionem decem, vel viginti annorum detur etiam maioribus restitutio ex iusta causa extenditur à multis

ad quadragenariam illis legibus denegatam.

Beneficium restitutionis non censetur ademptum denegata quacunque actione.

Neque per verba generalia denegantia quodcumque remedium, siue verba sint legis siue statuti, nisi de illo fiat mentio expressa.

Neque tollitur, licet probibitum sit appellari, supplicari, reclamari, recurri, vel alio modo contrauenire.

Imo neque si additum sit, & omne aliud iuris remedium interdici.

Et etiam sit additum. Neque quopiam alio prætextu posse contrauenire.

Neque excluso omni generali auxilio, & inter remedia spetialiter probibita, interdicto etiam aliquo iure spetiali competente, & postea addita clausula generali probibente omnia alia remedia.

Dubitatur an hoc beneficium sit sublatum quando expressis omnibus alijs iuris remedijs, hoc solum superesset, adderetur clausula generalis, quæ nisi hoc excluderet videretur superfluere.

129 *In spiritualibus neque minoribus datur restitutio in integrum, intellige non ad dissoluendum, sed datur ad probandum non esse contracta, vel non obligare spiritualia habent quandam diuinam virtutem, qua ita adhærent ossibus, vt non possint auelli.*

130 *In spiritualibus fortius est subueniendum captis, & deceptis.*

131 *Non modica est læsio inuitum cogi ad perfectissimum statum religionis.*

132 *Status religionis requirit summam libertatem, & affectum erga ipsam religionem.*

133 *Proponitur prima obiectio, quod Concilium intendit imponere finem litibus, & respondetur.*

134 *2. Præsumptio obligat etiam in conscientia explicatur, & soluitur.*

135 *3. Quod vna via denegatur altera concederetur, soluitur etiam ista.*

136 *4. Nemo restituitur nisi læsus. Exponitur non professum lædi, si nolens cogatur permanere in religione.*

137 *Quod tempus concedatur maiori elapso quinquennio ad allegandam ignorantiam, vt ei detur restitutio.*

Refertur sententia Sanchez.

138 *Sententia Ferdinandi à Castropalao.*

139 *Respondet argumento Sanchez.*

140 *Casus in quo reputat veram sententiā Sanchez.*

141 *Beneficium restitutionis diuersimode conceditur maioribus, & minoribus.*

Qui sint maiores, & minores.

142 *Qui probabiliter ignorat non competere sibi ius ad rem dicitur iuste impeditus.*

Non iuuat ignorantia crassa, neque ignorantia iuris nisi sit valde reconditi; aut ignorans sit miles rusticus &c.

143 *Nemo inualide, siue bona fide, siue ex malitia professus tenetur ad vota Paupertatis Castitatis, & obedientiæ ideò neque tenetur illa seruare.*

144 *In professione duo considerantur.*

Traditio, & via, & explicantur.

145 *Inualide professus siue bona siue mala fide nullam habet obligationem ratificandi professionem.*

146 *Explicatur quomodo ille, qui volens vota emisit dicatur cogi, si in religione timeatur permanere.*

147 *Superior, cui constat de veritate nullitatis professionis, si taliter professum etiam elapso quinquennio dimittat non peccat.*

148 *Satisfit cuidam obiectioni contra dictum.*

149 *Religio non potest cogere nulliter professum ad ratificandam professionem, etiamsi tentauerit probare nullitatem, & non potuerit.*

150 *Religiosus nulliter professus, qui nec potest probare nullitatem nec potest fugere, an possit sumere alimenta, promoueri ad ordines, vti priuilegijs religioni concessis, eligere, & eligi.*

Refertur sententia Sanchez.

Subditur quid sentiat Castropalao.

151 *Inualide professus volens ratificare professionem quomodo se gerere debeat, vt habeatur rata.*

Refertur sententia Sanchez.

152 *Vt professio possit ratificari est prius amouendum impedimentum annullans.*

153 *Requiritur nouus consensus tam religionis quam religiosi, siue impedimentum se teneat ex parte religionis tantum siue religiosi tantum siue ex parte vtriusque.*

154 *Valet argumentum à matrimonio carnali ad spirituale.*

155 *Matrimonium carnale, quotiescunque à principio non tenet ob aliquod impedimentum, quod postea cesset, vt valeat necesse est omnia denuo poni de integro, quæ sunt de essentia matrimonij.*

156 *Ratificatio actus, nihil est quam nouus actus.*

157 *Neque possunt deseruire actus per prius.*

158 *Actus nullus, quatenus deficiunt substantialia non habet subiectum confirmabile.*

159 *Nihil est tantæ virtutis quod possit eradicare morbum perpetuum.*

160 *Confirmatio non est actus per se subsistens.*

161 *Quod ab initio non subsistit tractu temporis non validatur.*

162 *Factum à non iudice non conualescit licet incipiat esse iudex.*

163 *Ipso iure nullum tractu temporis etiam amoto impedimento nullitatis non potest confirmari: quod militat etiam fauore animæ.*

164 *Ad veram ratificationem professionis, & ad eius validitatē requiritur quod inualide professus ratificaturus sciat nullitatem suæ professionis, qua non cognita nunquam valida erit quacunque ratificatio.*

165 *Error tollit consensum.*

166 *Votum religionis nullum non cognita nullitate licet sæpius ratificetur, nunquam obligat.*

167 *Quædam adnotatio ad dicta.*

168 *Requiritur etiam in religione cognitio nullitatis.*

169 *Quod tempus requiratur ad præsumendam ratificationem, an quinquennium, vel aliud tempus.*

170 *Respondetur requiri delationem habitus per quinquennium.*

171 *Annali delatione habitus induci tacitam ratificationem, quomodo intelligendum.*

172 *Quomodo requiratur in religione scientia nullitatis, & quomodo in ratificante.*

173 *Ad validitatem ratificationis an sit repetendus annus nouitiatus.*

174 *Si nouitius, vel discessit à religione, vel eiectus fuit licet integrum annum nouitiatus peregerit, debet iterum nouitiatum agere.*

175 *Si nouitius integre, & valde annum peregerit, nec discessit à religione, non tenetur alium an-*

num

num nouitiatus præmittere.

176 *Si nouitiatus fuit inualidus ſiue non integer præmiſſus dummodo per annum ſteterit in religione, nec dum tenetur nouitiatum repetere.*

177 *De eſſentia nouitiatus eſt poſſe dimittere illum qui probatur ſi diſplicent eius mores.*

178 *Quid agere debeat ratificaturus ſi opinionem ſequatur quod nouitiatus ſit repetendus.*

179 *An tacite profeſſus poſſit frui illis priuilegijs, quibus fruuntur expreſſe profeſſi. Refertur ſententia Sanchez.*

180 *Exponitur quid ſentiat Caſtropalao.*

181 *Per decretum Vrbani VIII. nihil eſt innouatum quoad reclamationem in ijs quæ pertinent ad Concilium. Sed reclamationes perſiſtunt in ſuo eſſe ac ſi tale decretum non emanaſſet.*

182 *Decretum Vrbani agit tantum de decretis Clementis VIII. auocat ad Sacram Congregationem, cauſas nullitatum reſpectu dictorum decretorum Clementis.*

183 *Non annullat impedimenta; ſed adhuc perdurant, eorum cognitionem auocat ad Sacram Congregationem.*

184 *Decretum Vrbani diſponit tantum ſuper receptione facta, & ſuper nouitiatu non peracto in locis non deſignatis. Cæterum reliqua omnia remanent intacta.*

185 *Ex declarationibus Sacræ Congregationis habetur quod elapſo quinquennio nemo poſſit vlterius audiri; At ex alijs habetur quod audiantur, & de facto aliqui ſunt auditi.*

186 *Epilogantur omnia dicta in toto reſponſo.*

Exponente eo qui ſuper inualiditate ſuæ profeſſionis reclamat decennalem habitus delationem, & reſpondente Summo Pontifice ſuppoſita quinquennali quid agendum. Vbi de reclamatione, &c.

LXXXII.

1 FRater † Octauianus ex ordine N. detulit per integrum decennium habitum ſuæ religionis, numquam tamen toto illo tempore tacite, vel expreſſe vere profeſſus; poſtquam ſolemnem ſuam profeſſionem inualide emiſit, ſæpius coram ſuis ſuperioribus conqueſtus eſt, proteſtans, ſe nulliter fuiſſe profeſſum, nec vllo modo velle profiteri, & quia numquam ab illis fuit auditus S. P. Vrbano VIII. ſupplicem libellum hoc anno 1638. obtulit, in quo clare, & præciſe, expoſito, quod non ſolum per quinquennium, ſed per decennium integrum habitum ſuæ religionis, inualide emiſſa, & nunquã ratificata, nec per eum ratificenda profeſſione detulit petijt ſibi prouideri de opportuno remedio. Cui reſpondens S. Pontifex cauſam commiſit Epiſcopo N. & Superiori conuentus eiuſdem fratris Octauiani. Sed non pro decennali habitus delatione ſed tantum pro quinquennali, licet expreſſe pro decennali ſupplicauerit. Quo viſo Epiſcopus renuit illam cauſam cognoſcere vtpote in reſcripto ſibi directo non expreſſa decennali ſed tantum quinquennali habitus delatione dolet frater Octauianus ſe impetratis non poſſe gaudere, ideò petit, an poſſit aliquo modo dicto reſcripto frui, & quid ſibi in hoc ſit agendum.

Hæc eſt ſatis ampla materia, quippe quæ non complectitur tantum validitatem, vel inualiditatem reſcripti; ſed magis principales difficultates, quæ pertinent ad Reclamationem Regularium, ſuper validitate ſuarum Profeſſionum, cumque ſit frequens operæ pretium puto aliqua diligentia iſtas expedire.

2 Primum ergo, † quod poteſt quæri eſt; An hoc reſcriptum poſſit ſuffragari fratri Octauiano, qui re vera expoſuit decennalem delationem habitus in ſupplicatione, licet in reſcripto expreſſa ſit, tantum quinquennalis; & videtur reſpondendum
3 negatiue. P. † Quia, cum ſumus in claris non indigemus coniecturis; & vbi conſtat de mente, non eſt locus præſumptioni, l. ille aut ille §. Cum in verbis ff. de leg. 3. l. Non aliter ff. eodem l. continuus §. Cum ita ff. de verb. obligat. l. 2. C. de leg. Socin. conſ. 13. nu. 38. volu. 1. Roland. conſ. 80. num. 51. volu. 3. Menoch. lib. 1. præſump. 31. num. 4. Surd. conſ. 242. num. 9. Rota deciſ. 45. num. 5. & 21. num. 5. apud Farin. par. 1. recent. ſed clare loquitur reſcriptum de quinquennali delatione, ergo fruſtra ad aliam recurritur. 2. Portel. de dubijs Reg. & alij infracitandi aſſerunt de ſtilo curiæ neminem admitti ad audientiam ſuper reclamatione inualiditatis ſuæ profeſſionis neque in
4 primo quinquennio ſine reſcripto Papæ, † Pontifex autem ſemper iudicatur in reſpondendo ſe conformare ſtilo curiæ Gloſſ. in cap. Ad hæc de ſent. excom. text. in cap. Super his, de fide inſtr.
5 † & ſi prætermittitur, litteræ redduntur ſuſpectæ Gloſſ. in cit. cap. Ad hæc de ſent. excom. & in cap. Quam graui de crimine falſi, & in cap. Cauſam quæ de teſtib. allegatis ab eadem Gloſſ. eodem cap. Ad hæc Cum ergo ſtilus curiæ ſit non dare audientiam, niſi in primo quinquennio, non autem in ſecundò, & Papa ſe conformet ſtilo curiæ; dicendum videtur mentem ipſius eſſe non reſpondere de decennio;
6 ſed tantum de quinquennio. † mens autem S. Pontificis maxime eſt attendenda in reſcriptis Gloſſ. verbo intentionis in cap. Si propter de reſcript. in 6. Socin Sen. conſ. 59. num. 4. volum. 1. Surd. deciſ. 268. in fin. Octauian. Glorie. reſp. 6. num. 52. in fine.

7 Sed in contrarium videntur eſſe iſta. P. † Reſcripta, & Priuilegia ſunt intelligenda ſecundum verba in ſupplicatione poſita per Doctores allegatos à Sanchez de matr. lib. 8. diſput. 21. num. 37. Cum ergo in ſupplicatione expreſſa fuerit clare delatio decennalis habitus, & excluſa quinquennalis de decennalis reſcriptum erit intelligendum.

8 2. Reſcripta ſunt intelligenda, vt aliquid operentur, & ad hoc verba ſunt etiam improprianda, potius quam permittere, quod nihil operentur. l. Si tam anguſti vbi Ang. ff. de ſeruit. l. Si tibi vbi Bart. & Pert. ff. ſi certum pet. cap. ſi ſententia de ſent. excom. in 6. Roland. conſ. 61. num. 16. lib. 3. & conſ. 62. num. 31. & ſeq. eodem lib. Crauet. conſ. 294. num. 3. & 13. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 1. num. 39. Tuſcus littera S. concluſ. 895. num. 30., ergo hoc verbum. Quinquennium erit ita explicandum, vt aliquid operetur, nihil autem operaretur, ſi intelligeretur de primo quinquennio, ergo eſt intelligendum de ſecundo quinquennio. Primum quinquennium voco illud, intra quod poteſt regularis recurrere ad Epiſcopum pro audientia, vt illi conceditur per Tridentinum, vt infra, & ſi Papa reſcriberet de iſto nihil concederet, quia hoc iam competit religioſo ex Concilio, ſecundum ergo quinquennium voco illud, quod incipit elapſo primo, in quo Epiſcopus nihil poſſit, vt poteſt in primo, de iſto eſt intelligendum Breue Summi Pontificis, vt aliquid operetur, quia, ſi intelligeretur de primo, nihil

nihil concederet, cum iam sit concessum per Tri-
9 dentinum, & probatur † Quia rescriptum est intelligendum de tempore vtili non de inutili, quia, & probatur.

10 3. Breue † & rescriptum Summi Pontificis debet semper aliquid operari, & indulgentia principis aliquid de nouo semper concedere, textus quotidie allegatur. cap. In his de Priuil. & ibi obseruat. Abbas ergo istud est intelligendum de quinquennio modo explicato, vt aliquid de nouo concedat, quia aliter concederet concessam iam per Tridentinum.

11 4. † Verba sunt intelligenda secundum materiam, de qua agitur, etiam contra proprietatem sermonis Gemin. cons. 122. nu. 2. Alex. cons. 86. col. 2. vers. Nec obstat Calder. cons. 244. alias 23. de præbend. ergo de quinquennio modo, dicto vt secundum materiam, de qua agitur determinet Summus Pontifex, rescriptum est intelligendum, & probatur vltimo.

12 Est † potius præsumendus error in scribente, quam in considerantia, error, vel fraus in Summo Pontifice, isti enim defectus debent longe exulare ab illa Sancta Sede, argumento dist. 38. 39. & 40. & docet Abbas cap. Quærelam num. 7. de elect. & elect. potest, ex ijs, quæ ibi allegantur, ergo præsumendus est scribens errasse in scribendo non autem Summus Pontif. in respondendo; quod facile fieri potest, cum ibi habeat formulas consuetas, & facile fieri potuit, vt scribens nulla adhibita aduertentia, adhibuerit formulam, qua respondetur supplicantibus pro quinquennio, vtpote, qua frequentius vtuntur in curia Romana, licet enim regulares possint immediate recurrere ad Episcopos in primo quinquennio multi tamen scribuut etiam pro impetratione à Summo Pontifice haben-
13 da, & ideò facilis fuit error † qui semper potius est præsumendus, quam fraus in facto. Bart. in l. si librarius num. 7. ff. de reg. iur. Nenoch. lib. 5. præsumpt. 3. num. 35. multo magis in casu nostro, & puto Papam signasse supplicationem, sed scriptorem errasse in rescribendo. Neq. enim probabile est Summum Pontificem expositioni factæ de decennali habitus delatione, respondisse tantum de quinquennali, vel enim expositis annuisset, vel supplicationem reiecisset, cum ergo non reiecerit, signum euidens est respondisse.

Dices remanet dubium, an Summus Pontifex
14 responderit hoc modo † in dubio autem Apostolici rescripti, pro veritate recurrendum est ad eandem Sedem Apostolicam Abbas in cap. Ad hoc
15 nu. 9. de sequest. poss. & fruct. † & idem dicitur de dubio priuilegiorum cap. Cum venissent, de re iudic. & text. in cap. super litteris de rescript. cap. Per venerabilem. Qui filij sint. legit. cap. Maiores de Baptis. & apertissimus text. cap. Cum contingat de rescript. ibi. Quod si super hoc tibi merito fuerit dubitandum, ad exequendum secundum mandatum te procedere non opportet, donec iuxta eiusdem nostræ constitutionis tenorem inter eos huiusmodi concertatio sopiatur. Quia in dubio rescriptorum Apostolicorum nullam iurisdictionem habet Episcopus, cum ergo sit dubium hoc rescriptum pro veritatis elucidatione, ad Apostolicam
16 Sedem erit recurrendum. † Facile tamen responderi potest, ibi esse sermonem de dubijs iuris super quæ Episcopus nullam habet iurisdictionem, si enim à Sancta Sede aliquod emanet rescriptum; quod ad trutinam Doctorum expensum adhuc remaneat dubium, neque ex doctrinis per legum Doctores, vel Theologos traditis veritas possit haberi, eo vtique casu ad Sedem Apostolicam est recurrendum, pro elucidatione: In casu autem nostro est dubium facti, in quo potest recte præsumi error in scribente, & præterea habemus communem doctrinam, quod rescripta sunt intelligenda secundum verba in supplicatione posita; ideò facile possumus decernere, rescriptum esse intelligendum, vt faueat Fratri Octauiano, maxime cum agatur de expensa iam facta quinquaginta aureororũ auri de camera pro impetratis, & requiruntur totidem eiusdem valoris pro secunda impetratione impossibili fratri Octauiano.

Attamen, si quis contenderet, non posse vti hoc
17 rescripto dictum Fratrem Octauianum, † videamus, quod illi remedium suppetat de iure: ideò hic ponam per extensum Decretum Concilij Tridentini, & aliquas alias constitutiones ad rem istam facientia. Decretum ergo Tridentini cap. 19.
18 sess. 25. de regularibus tale est. † Quicunque regularis prætendat, se per vim, & metum ingressum religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere quacunque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia superiorum, non audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter nisi causas, quas prætenderit deduxerit coram superiore suo, & ordinario. Quod si antea habitum sponte dimiserit nullatenus ad allegandum quamcunque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur, interim verò nullo priuilegio suæ religionis iuuetur. Ita Concilium
19 quantum ad præsens. † Duas etiam edidit constitutiones Sixtus V. in quarum prima præscribit aliquas conditiones, quas debent habere religionem ingressuri; secunda postea magis explicat primam declarando aliqua dubia; Ambæ autem prædictæ constitutiones Sixti moderatæ fuerunt per Gregorium XIV. Duo similiter decreta adidit Clemens VIII. Super receptione nouitiorum admissione ad habitum, & professionem; quorum primum renouat, & ampliat secundum. Alia item decreta edidit Vrbanus VIII. in quibus omnibus, cum insit varietas rationum, quibus prætenditur, & negatur inualiditas professionum, puto necessarium eas partes referre, quæ ad rem istam spectare
20 mihi videntur: † Prima ergo Constitutio Sixti V. Incipit Cum de omnibus Ecclesiasticis. Dat. Romę 6. Kalend. Decembris 1578. In ista decernit S. Pontifex, quod illegitimi, procreati videlicet ex incestu, idest ex parentibus consanguinitate seu affinitate intra tertium gradum inuicem coniunctis; Vel ex sacrilegio, idest ex parentibus quorum alter castitatem Deo vouerit, non possint recipi, vel admitti ad habitum, vel professionem quorumcunque ordinum, etiamsi Apostolica, Imperiali, vel Regia auctoritate &c. fuerint legitimati aut notalibus restituti, &, si eorum quispiam habitum post publicationem dictæ constitutionis receperit, vel professionem posthac amiserit, decernit habitus susceptionem, & professionem & nunc prout ex tunc irritam, nullam & inualidam, nulliusq. roboris, vel momenti fore, ac nullum exinde, aut ex huiusmodi voto, penitus annullato, obligationis vinculum oriri posse, quinimmo illos habitu regulari, ad quem reassumendum perpetuo inhabiles esse vult, quam primum exucto ab ipsa religione eijci, & exterminari debere. Superiores admittentes ex incestu, vel sacrilegio procreatos ad professionem,

vel

vel recipientes ad habitum declarat ipso facto excommunicatos excommunicatione S. Pontifici reseruata. Alios autem ex quouis minus legitimo toro natos statuit, & ordinat non posse admitti ad religionem, nisi quibusdam præmissis, videlicet, nisi cognitis diligenter illorum vita, & moribus, & circumstantijs vniuersis, quæ circa idoneitatem personæ attendendæ erunt, consideratis: at de Religionis zelo, pietate, integritate, & doctrina fide dignis testimonijs adeò commendati fuerint, adeò bonam indolem, & specimen virtutis præseferant ac tot merita eis suffragentur, vt defectum natalium suppleant, eorumque receptio vniuersæ Religioni commodo, & vtilitati videatur profutura, & vult admitti ad habitum regularem habita matura consideratione super dictis in Generali, vel Prouinciali capitulo, & admittendos de vnanimi consensu Generalis, vel Prouincialis superioris, & definitorum. Et si quis illorum alias, quam vt præfertur recipiatur, professio similiter nulla sit, atq; ipsi habitu priuari, & à Religione eijci debeant, eorumque receptores excommunicatione, vt supra, innodati ipso facto existant. Statuit præterea auctoritate Apostolica, & ordinat perpetuo, iuuenes, aut viros adultos maiores sexdecim annis non aliter in aliqua religione recipi posse, nec debere, nisi prius de eorum parentibus, patria, deque ante acta vita, & moribus diligenter inquiratur, & ex accurata informatione, & fide digna relatione compertum, & exploratum sit, eos neque aliquorum criminum, qualia sunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia similia, aut graniora reos, vel suspectos existere, vt propter ea damnati sint, aut, ne damnentur, formident, neque ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum grauatos, vel reddendis ratiocinijs ita obnoxios, vt ex huiusmodi causa lis, vel molestia eis iam illata, vel timendum, ne inferatur. Nisi denique constet, ipsos non humana aliqua ratione, sed tantum deuotionis, & pietatis feruore vitam religiosam sponte, & ex animo elegisse; deque his omnibus in generali, vel Prouinciali capitulo, plena, & indubitata fide facta tam superioris Generalis, seu Prouincialis quam diffinitorum consensu approbati, & ad habitum regularem admissi fuerint. Omnes autem, & quoscumque criminosos, vel suspectos, vt dictum est, aut æri alieno, vel rationibus reddendis obligatos, ad religionem perpetuo declarat inhabiles, & si qui contra istam Constitutionem temere admittentur, tam susceptionem habitus, quam professionem, & inde secuta, ex nunc, prout ex tunc pari modo irritat, & annullat vitibusque, & effectu carere decernit, insuper iubet, eos, qui de facto recepti erunt, habitu spoliari, & à religione expelli, & si expulsi non fuerint nihilominus vult, & declarat habitus susceptionem, & professionem penitus nullam esse censeri, ac propter ea attenta nullitate habitus, & professionis licere quibuscumque iudicibus, curijs etiam sæcularibus contra eos vti iuris, & facti remedijs &c. Quoscumque Religiosos, & eorum superiores aliter recipientes voce actiua, & passiua, nec non officijs, & gradibus, honoribus, dignitatibus quibuscumque per eos obtentis eo ipso io perpetuum priuat, & inhabiles

21 &c. ✝ Hanc Constitutionem idem Sixtus declarauit alia sua Constitutione, incipit Ad Romanum Pontificem Sacrorum Canonum conditorem. Declarat autem hoc modo, vt illegitime nati ex ijs parentibus, inter quos tempore, quo ipsi geniti sunt, matrimonium rite consistere poterat, sequuto postea matrimonio legitimi effecti, sub dicta constitutione minime comprehendantur, & tam quoad emittendam professionem, quam quoad consequendos honores, & dignitates sui ordinis æquo iure cum illis, qui ex matrimonio legitimo, & constanti nati sunt, sint censendi, post multa redit ad rem nostram, & ita disponit, Quod autem pertinet ad professionem tam illegitimorum, quam eorum, qui post decimum sextum annum expletum regularem habitum susceperunt, quia tunc vere, & proptie religiosi affici dicuntur, cum professionem emittunt, Declaramus eos, qui ante prædictam nostram æditam Constitutionem habitum susceperint, & post ipsius promulgationem cupiunt profiteri, non alias ad professionem admittendos esse, quam facta inquisitione, & seruata forma in ipsa constitutione præscripta. Et eorum qui post dictam promulgationem etiam ignoranter non habita dicta inquisitione, & non seruata forma ad professionem admissi fuerint, professionem nullius esse valoris, & momenti. Et cum eadem sit ratio in tacita, & expressa professione, idem statuit in vtraque. Reliqua in prima constitutione contenta, & in ista non declarata vult perpetuo firma, & valida, & in suo robore permanere, & ab omnibus ad quos spectat inuiolabiliter obseruari.

22 Has constitutiones ✝ Gregorius XIV. alia sua constitutione incipit Circumspecta Romani Pontificis data 13. Martij 1590. moderatus est, & reduxit ad terminos iuris communis in ijs, quæ pertinent ad rem nostram ibi. Auctoritate Apostolica tenore præsentium ad terminos iuris communis reducimus, & moderamur, vult tamen aliquas inquisitiones fieri, vt ibi. Ita tamen, vt, cum de recipiendis quomodocunque illegitime natis ad habitum, & professionem ordinum quorumcunque agetur, ij ad quos huiusmodi receptio spectat præter alia de quibus ex dictarum constitutionum præscripto circa quoscumque etiam legitimos disquirere diligenter debeant, eorum vitam, & mores inquirant, & ita demum recipiant, si tamen bonam indolem, & virtutis specimen præseferant, ac tot eis merita suffragentur, vt Natalium suppleant defectum, eorumq; receptio Religionis commodo, & vtilitati profutura sit; & super hoc ipso ij, ad quos, vt dictum est, pertinet huiusmodi receptio matura deliberatione habita ita censuerint, & iudicauerint.

23 Postea Clemens ✝ VIII. duo alia edidit decreta. De Nouitijs ad habitum Regularem, & professionem non admittendis, nisi in conuentibus designandis, primum Dat. sub. 12. Martij 1596. secundum de nouitijs ad habitum Regularem non recipiendis nisi in monasterijs, & locis designandis, Dat. 2. Iunij 1599. In primo. Cum compertum sit afferre magnum impedimentum restitutioni regularis disciplinæ, quod in omnibus conuentibus, & in ijs præsertim, qui maiori indigent reformatione, singuli ad Religionem venientes passim recipiantur, &c. Cui malo occurrere volens statuit, & districte præcipit omnibus Generalibus Prouincialibus &c. Intra Italiæ, & Insularum adiacentium fines &c. vt de cætero neminem sub quouis prætextu, aut colore ad habitum regularem admittant, nisi in conuentibus auctoritate Apostolica propediem in vnaquaque prouincia designandis. Deinde sancit, vt quoad huiusmodi conuentus non fuerint per se ipsum deputati, omnes superiores omninò abstineant à receptione quorumcunque. Nouitiorum, siue ad habitum, siue ad professionem,

Addit

Addit pœnas superiori contra facienti, deinde subdit Receptiones vero, & professiones quaslibet eorum, qui contra huiusmodi decretum admissi fuerint nullas, & irritas esse ex nunc decernit, & declarat. Priuilegijs, statutis, & consuetudinibus in contrarium non obstantibus. In 2. Decreto vtitur eodem proemio, quo vsus est in primo, & quia intellexit multos esse admissos sub prætextu licentiarum, ac facultatum, quas dicit subreptas, ideò præcipit omnibus Generalibus &c. ne, sub cuiusuis licentiæ, & facultatis impetratæ, vel impetrandæ obtentu, nisi per litteras in forma Breuis dumtaxat, & non alias quemquam ad habitum regularem suscipiendum, nec etiam conuersos, nisi in conuentibus, monasterijs, & domibus auctoritate sua propediem in vnaquaque prouincia designandis recipere, aut receptos ad professionem admittere vllo modo audeant. Quinimmo contra primam prohibitionem sanctitatis suæ receptos, etiamsi imperfectum habitum, aut sine caputio gerunt post præsentis decreti publicationem omninò eijcere debeant. Addit pœnas superioribus, deinde subdit, Receptiones verò, & professiones quaslibet eorum, qui contra huiusmodi decretum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ad quemcunque affectum ex nunc decernit, & declarat.

24 Sunt, † & aliæ duæ constitutiones, vel decreta Vrbani VIII. quorum vnum incipit Religiosos viros. Dat. 2. Aprilis *1631*. in quo reperiuntur ista. Nos religiosos prædictos ex huius Sanctę Sedis benignitate spetialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, motu proprio, & ex certa scientia nostro Scipioni Episcopo Sabinensi Cardinali Burghesio, nuncupato maiori Pœnitentiario, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis cæterisque Ordinarijs locorum, in quibus eorundem Religiosorum Monasteria Domus Conuentus aliaue regularia loca consistunt, siue ipsorum religiosorum prefectis, vel superioribus Generalibus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus omnes, & singulos religiosos prædictos, qui ad habitum regularem alias canonice recepti annum probationis in monasterijs, seu domibus regularibus ad id designatis minime fecerunt, subindeque professionem nihilominus emiserunt, ad professionem denuo seruatis alias seruandis emittendam, quæ sic emissa illis, & eorum cuilibet tam in foro interiori, quam exteriori suffragari debet, absque nouo probationis anno, ex spetiali huius Sanctæ Sedis benignitate, auctoritate nostra Apostolica recipiant, & admittant. Cæterum similibus inposterum consultum esse volentes dilectis filijs ordinū Superioribus &c. per præsentes districte præcipimus, & mandamus quatenus visis præsentibus, loca monasteria, vel conuentus in quibus nouitij probationis annum agant, ac alia quæ dictus Clemens prædecessor noster super hac re obseruari voluit, obseruentur.

25 Alterum † Decretum eiusdem Vrbani Dat. 5. Ianuarij *1636*. incipit ad occurrendum motibus, ita se habet per extensam. Ad occurrendum motibus, qui possunt in Religionibus oriri occasione receptionis Nouitiorum, & professionis per eos emissæ in conuentibus non designatis contra formam Decretorū Sanctæ memoriæ Clementis VIII. de nouitijs ad habitum regularem, & professionem non admittendis, nisi in conuentibus designatis, audita super hac sententia Sacræ Congregationis Concilij declarauit, & decreuit huiusmodi receptos, & professos contra formam dictorum decretorum allegantes propterea nullitatem receptionis, & professionis non posse super huiusmodi nullitate post lapsum quinquennij quoquo modo audiri. Quod si aliqui contra formam præfatorum decretorum recepti, & professi, è religione exire infra quinquennium, vel superiores extra illam respectiue eos eijcere voluerint, eadem sanctitas sua decreuit, vt tam ipsi professi quam superiores respectiue teneantur iura, quæ sibi fauere visa fuerint prius deducere coram eadem Sacra Congregatione quæ ex spetiali etiam sanctitatis suæ facultate super hoc concessa prouidebit. Inhibendo propterea Primatibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & Prælatis inferioribus iurisdictionem exercentibus, & quibuscumque iudicibus ordinarijs, & delegatis, sedis Apostolicæ nuncijs, ne imposterū in hoc quoquomodo se ingerant absque spetiali eiusdem sanctitatis commissione sub pœna ipso facto incurenda &c. Si autem ijdem, vt supra recepti, & professi iuribus suis minime deductis coram Sacra Congregatione Concilij, & sine illius expressa licentia, è religione exire, vel superiores eos eijcere ausi fuerint, ipsi recepti, & professi, tamquam apostatæ puniantur, & pro talibus habeantur, nec non contra eosdem iuxta formam decreti de Regularibus apostatis, & eiectis eiusdem Sanctitatis suæ iussu ab eadem Sacra Congreg. sub die 22. Septembris *1634*. æditi procedatur, & superiores, qui eiecerint pœnis suspensionis à diuinis, nec non priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, & perpetuæ inhabilitatis ad ea in posterum obtinenda, vocisque actiuæ, & passiuæ ipso facto absque vlla declaratione incurrant. Romæ die 5. Ianuarij *1536*. Fr. Card. Verospius locus sigilli Franciscus Paulutius S. C. Secretarius.

Refert etiam Peyrinus quandam concessionem factam Ordini suo tenoris sequentis. Sacra Con-
26 gregatio Cardinalium, † negotijs Regularium præposita censuit petitam institutionem Nouitiatuum huiusmodi in singulis prouincijs esse concedendam, prout præsentis decreti virtute concedit, dummodo nouitij in eis recipiantur ad præscriptam S. D. N. super receptione, & educatione Nouitiorum vltimo loco æditi, nec non fœlicis recordationis Sixti V. & aliarum Constitutionum Apostolicarum, & decretorum, pariter similis memoriæ Clementis VIII. Institutionumque generalium super receptione, & educatione Nouitiorum eiusdem Clementis nec non S. Memoriæ Pauli V. auctoritate æditarum Dat. Romæ die 4. Maij *1633*. Fr. Antonius Card. S. Onuphrij.

27 His † præmissis duo principalia quæram quod remedium competat fratri Octauiano Virtute decreti Concilij 2. Quid operetur Constitutio Vrbani VIII. Pro elucidatione Decreti Tridentini Quæram. P. Qua auctoritate agat Episcopus ex hoc decreto an ordinaria, vel delegata. 2. Quia Concilium asserit Episcopum vel superiore debere audire intra quinquennium videbimus quando incipiat, & à die professionis factæ, an à die scientiæ. 3. An hoc decretum disponat ex præsumptione ratificate professionis. Quartò An ad præsumendam ratificationem professionis sit expectandus lapsus quinquennij. Quintò An ordinarius possit elapso quinquennio audire reclamantes in iuditio ordinario in aliquo casu ideò quærimus. Sextò De Impedimentis, & expenduntur impedimenta inducta à Sixto V. Septimò An receptio ad habitum in loco non designato, & peractio nouitiatus sint impedimenta, & an sint perpetua. Octauò An religiosus reclamans super inualiditate suæ professionis ex eo

quod

quod ſit receptns in loco non deſignato teneatur
exponere peregiſſe nouitiatum in loco deſignato.
Nonò An qui reclamauit ſed intra quinquennium
cauſas non deduxit poſſit audiri in iuditio ordina-
rio. Decimò An elapſo quinquennio Religioſo qui
non reclamauit, & ſciuit ſuum impedimentum,
quod intra id tempus ceſſauit detur reſtitutionis
beneficinm. 11. Quod tempus concedatur maiori
ad allegandam ignorantiam, vt ei detur reſtitutio
in integrum. 12. An inualide profeſſus teneatur
ſeruare Paupertatem, & Caſtitatem, & obedien-
tiam. 13. An aliquo caſu teneatur ratificare
profeſſionem inualidam. 14. An Superior poſſit
dimittere nolentem ratificare. 15. Religio an
poſſit cogere ad ratificandam profeſſionem. 16.
Nulliter profeſſus an poſſit ſumere alimenta pro-
moueri ad ordines &c. 17. Si inualide profeſſus
velit pro feſſionem ratificare, an requiratur nouus
conſenſus religioſi, & religionis, & cognitio
inualiditatis; & quomodo. 18. An pro ratificanda
profeſſione ſit iterandus nouitiatus. 19. An tacite
profeſſus poſſit vti illis priuilegijs, quibus vtuntur
profeſſi expreſſe. 20. Quid ſit innouatum per
decretum Vrbani Octaui.

28 Qua † auctoritate agat Epiſcopus, in reclama-
tionibus audiendis, virtute concilij, an ordinaria,
vel delegata. Quod delegata; videntur probare
29 quæ ſequuntur primò † quia iuriſdictio ordinaria,
generalis eſt reſpectu cauſæ, & perſonæ Gloſſa cap.
vt debitns honor verbo ſi dicat. De appellati iſta
autem eſt tantum, quoad regulares perſonas, &
quoad cauſas reclamationis, eſt etiam non gene-
ralis, quia eſt data ad tempus, nempe ad quin-
30 quennium. Secundò † Delegatus eſt ille, qui alias
ex officio ſuo ius non habet; ſed illud acquirit per
facultatem ſibi conceſſam, ratione cuius is, qui non
ſubditus, ſed erat exemptus, ſubditur reſpectu
cauſæ commiſſæ; ſed Epiſcopus eſt talis, cum
enim nullam habeat iuriſdictionem in regulares,
reſpectu cauſæ ſibi ex concillio commiſſæ, acquirit
hanc quoad reclamationem ergo eſt delegatus.
31 † Quod ſi dicas Concilium conſueuiſſe apponere
verbum aliquod ſignificans delegationem, quando
intendit poteſtatem tradere delegatam, vt cap. 2.
ſeſſ. 5. de refor. & ſeſſ. 6. de refor. cap. 2. 3. & 4.
& ſeſſ. 7. cap. 6. 8. & 14. & ſeſſ. 14. cap. 4. & ſeſſ.
21. cap. 5. 7. & 8. & ſeſſ. 22. cap. 3. 5. 6. 8. & 10. &
ſeſſ. 24. de refor. cap. 9. 10. 11. & 14. & ſeſſ. 25.
c. 8. & 9. & in Sacris Canonib. cap. ad abolendam
in fine de hæreti. cap. irrefragabili §. cæterum, de
off. ordinarij cap. 1. §. vltim. de ſtatu Reg. in 6.
Clemen. 2. de ſtatu Monachorum Clement. 1. de
Supplend. neglig. Prælat. Clemen. quia contingit
de religioſ. domib. & alij. Reſpondent etiam hic
ineſſe per tacitam clauſulam. Si dicas. Secundò
32 † quod iuriſdictio eſt ordinaria, quoties à lege
traditur, vt videtur probare text. in l. & quia, ibi.
Nec ipſa lex deſ:tt, argumento ducto à contrario
ſenſu ff. de iuriſd. omni. iudi. & notauit in ſpecie
Gloſſa 2. & citat. cap. irrefragabili §. Cæterum
quam ibidem multi ſequuntur Boroſ. pluribus
confirmens in rubric. de off. deleg. numer. 57.
Orian. in l. 1. num. 71. & ibi late Iacob. de Nigris
num. 37. cum duobus ſeq. ff. de off. eius. Reſ-
pondent hoc eſſe verum, quando eſt perpetua, non
vero quando eſt ad tempus, vt hic vbi eſt ad quin-
quennium.

33 In † contrarium tamen ſunt primò. Quod
iuriſdicto data à lege dignitati, non perſonæ, in
perpetuum eſt ordinaria, vt optime probat citata
lex, & quia ff. de iuriſd. omn. iudi cum ibi adductis;
ſed iſta iuriſdictio eſt à lege, cum ſit à Concilio
dignitari, nempè Epiſcopo, in perpetuum, quia
Epiſcopus ſemper poteſt audire reclamantes intra
quinquennium ergo eſt ordinaria non delegata.

34 † Neque obſtat, quod Epiſcopus non poſſit
audire cauſas, niſi intra quinquennium, quia hoc
non eſt limitare auctoritatem iudicis, alioquin
ſequeretur, quod nullus iudex eſſet ordinarius
reſpectu illarum rerum, quæ patiuntur præſcriptio-
nem, quia elapſo tempore præſcriptionis ipſi de
illis non poſſunt amplius iudicare. Declarat ergo
tempus quinquennij lapſum præſcriptionis, non
verò limitat iuriſdictionem, ſenſus ergo Concilij
eſt, quod regulares vltra quinquênium non poſſunt
reclamare, quia illis obſtat præſumpta præſcriptio,
non quia Epiſcopo ſit data limitata iuriſdicto; con-
ſideretur textus Concilij qui limitationem recla-
mantibus apponit, non Epiſcopis.

35 Secundò † Cum agitur de reditu ad ius com-
mune, cum ſit quid fauorabile, interpretatio ver-
36 borum eſt facienda latiſſime, † vt de facili res ad
ſuam naturam redeat. cap. Ab exordio diſt. 35. l.
Si vnus §. pactus ne peteret, vbi Iaſon num. 6. ff.
de pactis, late Felin. in cap. Cum omnes num. 8.
& cap. cum acceſſiſſent num. 5. verſ. Intellige hanc
37 declarationem; de Conſtit. Cum † ergo regulares
prius fuerint ſubiecti ordinarijs cap. 1. cap. Si quis
Abbas de reg. Nauar. Comm. 4. de regul. num.
22. & nemo de hoc dubitat, ideò enim dicuntur
exempti, quia ſubtracti ab ordinariorum iuriſ-
38 dictone, & † quod in ſpetie eſſent ſubiecti in arti-
culo reclamationis patet expreſſe c. 2. de Reg. ibi
Si quis ante annos legitimos tonſoratus eſt) idest vt
explicant Doctores monacus effectus) ſine conſen-
ſu parentum ſuorum, ſi parentes ipſius infra annum
non reclamauerint ad principem, aut proprium
Epiſcopum &c. in clericatu permaneat; certo di-
cendum erit, Concilium non delegatum concedere
ſed ordinariam excitare iuriſdictionem. Quid pro
ſolutione dicendum.

39 Primò In † omnibus caſibus, in quibus per ius
commune, ſeu Concilij, vel alio iure conceditur
Epiſcopis facultas, vt procedant, tamquam Sedis
Apoſtolicæ delegati, non ordinarij; ſed delegati
iudices conſtituuntur; quia talis iuriſdictio non
traditur ratione officij, vel habita ratione ad illud,
ſed potius ex ſpetiali commiſſione, ſignificatur
enim illis, vel ſimilibus verbis, legis mens, vt non
proprio, ſed delegato iure procedant, ita Gloſſa
vlt. in cap. Ad abolendam de hæret. & in cap. per
hoc, eodem tit. in 6. & eadem in verbo auctoritate
in cap. 1. de Cleri. ægrot. & ibi Doctores, quod
verum eſt etiamſi alias eadem iuriſdictio compete-
ret Epiſcopo iure ordinario, per adirectionem enim
illius clauſulæ iure delegato, tamquam delegatus
nomin Sedis &c. iuriſdictio, quæ erat ordinaria ſit
delegata, & hoc probat. regul. l. 1. verſ. omnia
enim C. de veter. iur. enucleand. iuncta l. 1. §. qui
mandatam & l. 3. ff. de off. eius, & in ſpetie text. in
cap. Cum aliquibus verſ. niſi, de reſcripr. in 6. ex
quo ita in terminis tradunt poſt Bartol. & alios
Menochius de arbitr. lib. 1. quæſt. 12. à num. 4. &
alij apud Barboſam de off. & poteſt. Epiſc. alleg. 92.
40 num. 8. † niſi tamen addita ſit particula, etiam, vt
ſi dicatur etiam tamquam Sedis Apoſtolicę delega-
tus, vel auctoritate etiam noſtra &c. procedas; quia
hoc caſu, ſi iuriſdictio talis prius Epiſcopo ex offi-
cio competebat, poterit, & tamquam ordinarius,
& tamquam delegatus procedere, ita enim eſt vis

illius particulæ, etiam, quæ vnum casum includit,
& alium exprimit. Glossa verbo Ecclesiæ, iuncto
text. Clem. 1. de hæret. cum similibus.
41 Dico secundò. † Si in concessione iurisdictio-
nis, siue facultatis non sit apposita clausula, tam-
quam Sedis Apostolicæ delegatus; vel auctoritate
nostra, vel alia similis sed ista alia, quæ sæpissime
solet apponi: Non obstantibus priuilegijs, vel
exemptionibus, iurisdictio virtute illius clausulæ
non sit delegata. Quia vel alias talis iurisdictio
competebat, vel non, si competebat, & fuit impe-
dita non potest dici alterari ex sola obicis remo-
tione, sed dicendum est excitari, quæ erat sopita.
Si verò non competebat, si reliqua concurrant ad
constituendam ordinariam, ordinaria, si ad delega-
ta erit dicenda, nec quidquam ad hoc facit propo-
sita clausula, talia sunt cap. 2. vers. Quæstores sess. 5.
Triden. de refer. & cap. 5. & 7. sess. 7. Clem. 1.
de testib. & alia plura similia capita.
42 Dico † Tertiò si aliqua iurisdictio, vel facultas tri-
buatur Episcopo, spetialiter, simpliciter tamen, &
nulla adiecta clausula, & detur non personæ, sed mu-
neri, seu dignitati in perpetuũ talis iurisdictio, vel
facultas dicetur ordinaria competens Episcopo,
iure spetiali quidam sed ordinario, iuxta Gloss. 1.
cap. vlt. de off. ordin. quam sequitur Sanchez plu-
rimos alios congerens de matrim. lib. 2. disp: 40.
num. 14. & lib. 8. disp. 2. num. 10.
43 Ex † quibus patet quod Episcopus virtute decre-
ti Conciliaris non delegata sed ordinaria potestate
44 procedit in causis reclamationum. † Neque video,
quomodo consequenter loquantur, qui dicunt,
Episcopum esse delegatum in hac causa; terminum
quinquennij esse præfixum ad finiendam iurisdi-
ctionem, & deinde, quod idem Episcopus potest
elapso quinquennio cęptam causam terminare; cum
solidissima sit doctrina Abbatis, & optimus text. in
cap. significasti de off. & potest. delegat. not. 2. &
num. 6. & Io. Andreæ in cap. de causis eodem tit.
quod, si terminus præfigatur expeditioni causę,
illa cępta, etiam elapso termino finitur, &, si præ-
figatur iurisdictioni finiendę, eodem elapso siue
integra, siue cępta sit causa, nihil amplius potest
iudex in illa.
Dicendum ergo Episcopum esse ordinarium in
causa reclamationis regularium, quia sopita exci-
tatur iurisdictio, & tempus non iurisdictioni
finiendæ, sed temporis protractioni pręfigitur, quia
vltra quinquennium non potest reclamaturus pro-
trahere tempus suum; modo tamen infra expli-
cando.
45 † Secundum, quod proponitur discutiendum,
est; An quinquennium præscriptum reclamaturis
incipiat à die professionis, vel à die scientiæ, ita vt,
qui inualide professus est; sed ignorauit inualidita-
tem suæ professionis, vel fuit aliquo impedimento
impeditus, vel impedimentum non cognouit; an
tempus præfixum ad reclamandum incipiat statim
emissa professionem, an vero tantum, quando co-
gnouit impedimentum, nullitatem &c.
46 Aliqui † censent currere à die professionis emis-
sæ, etiamsi nesciatur inualiditas, vel non cognos-
catur impedimentum, & videtur decisum in textu
ibi Non audiatur, nisi intra quinquennium tantum
à die professionis; patet enim tempus referri ad
47 actum; deinde illa † particula tantum, quæ est
taxatiua, & affirmat id, quod ponit, negans omnes
alios casus præter expressos l. ab eo C. de præd.
mino. & l. contractus ff. de reg. iur. cap. Ecclesia
suttiua de causa possess. & in hoc loco habet maio-
rem vim, quia, cum non sit necessaria, licet enim
Concilium eam non addidisset, dicendum die pro-
fessionis, satis explicasset suam mentem, addita est
quasi repetitio, & maior declaratio illius, quod
48 præscribitur. † Repetitio autem dictionis in
eadem dispositione significat, id esse factum cum
ministerio iuxta Glosam Clem. 1. verbo diæcesanis,
de iurepatron. quam vocat Memorabilem Nauar.
l. 5. in 1. ædit. tit. de sent. excommuni. cons. 56.
num. 3. & alij citatis tradit Decius cons. 64. nu. 5.
immediate ante vers. prædictis tamen volu. 1. 2.
49 † Hoc tempus non est præfixum in odium negli-
gentiæ, sed in fauorem religionis, & ideò currit,
etiam ignoranti Gloss. cap. statutum verb. nume-
randum de pręben. in 6. & ibi Archi. num. 2. versu,
vacauerint Io. Monachus Dominicus Francus, &
alij, quos citat, & sequitur Sanchez de matr. lib. 7.
50 disp. 37. num. 19. † Quod autem non sit in odium
negligentiæ, probatur primò, quia nec ver-
bum quidem fit in hoc decreto, de negligentia, vt
fit, quando illud in odium statuitur, vt cap. Quia
diuersitatem de concessio: præben. & cap. 1. de in
integ. restit. in 6. ideo Abbas cap. 1. num. fin. de
præscriptionibus, dicens id tempus non currere
ignoranti, pondera verba textus, & negligenter &c.
51 Secundo † Quia potissima ratio vsucapionis non
est punire negligentiam illius, contra quem præscri-
bitur, quia præscriptio, & vsucapio procedunt
aduersus ignorantem, & in re propria procuranda
diligentissimum; sed est exterminare lites è repu-
blica, & hoc totum docet Couar. reg. Possessor. 3.
par. §. 2. num. 3. & Bald. & alij apud eundem San-
chez loco cit. 3. principaliter probatur Quia non
imponeretur finis litibus, quod est illud quod Con-
52 cilium intendit. † Præterea ista præscriptio licet
non currat contra habentem impedimentum iuris
denegantis actionem, at bene currit contra haben-
tem impedimentum facti, cum beneficio restitutio-
nis, sed qui emisit professionem, cum impedimento
si omittit reclamare ob ignorantiam, non ex iure,
sed ex facto impeditur; ergo currit tempus.
53 Dicendum † tamen non currere à die professio-
nis emissæ, sed à die scientiæ. Ratio est, Quia,
licet tempus istud non esset præscriptum in odium
negligentiæ non reclamantis. Sed in fauorem reli-
gionis, nempe ob illius quietem, fundatur tamen
in præsumptione ratificatæ professionis, sed duran-
te impedimento eoque ignorato impossibilis est
ratificatio; ergo neque potest esse præsumptio pro
illo tempore, ergo neque præsumptio fundata in
tali præsumptione. Quod secus est in alijs præscrip-
tionibus à iure concessis ex potestate Reipub. &
independenter ab aliquo actu proprio illius, ad-
uersum, quem præscribitur, & ita probatur nostra
conclusio, & soluuntur contrariæ rationes aliquæ,
aliæ vero soluentur, si consideres, quod licet non
quælibet ignorantia impediat lapsum quinquennij,
nec possit allegari, vt quod nescieris tibi concedi
quinquennium ad reclamandum, quia posita hoc
ignorantia, non impeditur præsumptio ratificatæ
professionis; at si ignoras impedimentum, & illius
ignorantiam potes probare, quid impedit quomi-
nus illam possis allegare, cum ex illa impediatur
ratificatio professionis, ideò absque dubio tempus
quinquennij non curret. Ad illud autem quod di-
citur quinquennium incipere à die professionis,
quia ita statuit Concilium. Respondetur hoc esse
verum à die professionis cognitæ nullæ, vel à quo
cessat impedimentum. Tandem dices, & hoc est
argumentum, quo motus Sanchez contrariæ adhæ-

ret opinioni. Metus, & defectus ætatis non solent
cessare statim in ipso die professionis, sed aliquod
inrercurrit aliquando tempus, & tamen Concilium
de his agens disponit, quod à die professionis cur-
rat quinquenninm, ergo non à die quo cessat impe-
dimentum; aur cognitæ innalidæ professionis; sed
à die emissæ incipit currere dictum tempus. Huic
tamen argumento respondetur; hoc modo metus,
& defectus ætatis &c. tamen Concilium &c. conce-
do totum, ergo, negatur consequentia, Imo contra-
rium debet deduci hoc modo, Cum metus, & defe-
ctus ætatis non cessat statim ipso die emissæ pro-
fessionis, & impedimentum eodem die sæpe ne-
sciatur, neque potest præsumi ratificatio professio-
nis, quæ non potest esse, nisi à die scientiæ, vel ces-
santis impedimenti ergo de isto est intelligendum.
Si plura cupis vide Castrum Palaum in 3. parte sui
operis moralis tract. 16. disput. 2. punct. 7. vbi ex
principijs eiusdem Sanchez respondet huic argu-
mento.

54 Ad tertium † An istud decretum Concilij, dene-
gans audientiam professis, qui transacto quinquen-
nio reclamare volunt allegantes nullitatem profes-
sionis, fundetur in præsumptione ratificationis in-
ductæ per illud quinquennium, idest disponat, quod
vltra non audiantur, quia cum per quinquenninm
non reclamauerint præsumat ratificasse professio-
nem illam, quæ ab initio fuit inualida. An potius
in foro conscientiæ inducat veram dispositionem,
ita vt non disponat, quia præsumat professionem
ratificatam; sed disponat, quia quoquomodo res se
habeat velit ita seruari, ita vt innalide professio non
fit integrum, neque in foro Conscientiæ transacto
quinquennio à professione resilire, licet nunquam
professionem ratificauerit, vt est de præscriptione,
& vsocapione aliarum rerum: sed quia intelligentia
dicendorum pendet ex cognitione præsumptionis;
ideò aliquid de præsumptionibus erit præfandum.

55 Scias ergo † vbi id, de quo quæritur habet
certam, ac manifestam, vel probationem, vel
decisionem iuris, & nulla est ambiguitas in verbis,
ibi nullus pariter est locus coniecturis, & cessat
omnes quæstio voluntatis, l. ille aut ille §. final.
ff. de leg. 3. & l. continuus §. Cum ita ff. de verb.
56 obligat. † Vbi verò non plane constat, duplex
superest via, qua probabiliter indagare, & eruere
ram possimus, nimirum ex verbis, & rebus, idest ex
factis ipsis.

57 Ex verbis † voluntas colligitur, quatenus propria
verborum significatio patitur, l. labeo ff. de sub.
leg. Illud enim credibile est, quod demonstrat
propria significatio verborum, l. 1. §. Si is qui
58 nauem ff. de exercit. † quam ingiter sequi de-
bemus, nisi manifestum sit disponentem aliud
59 sensisse l. non aliter ff. de leg. 3. † Sicuti verosimile
non est, disponentem egisse de illis, quæ improprie
tantum continentur sub verbis l. 1. ff. de suis &
legit Bartol. l. Lucius §. quæsitum ff. de leg. 4.
60 † nisi aliud suadeat communis vsus loquendi l.
cum de lanionis §. asinam ff. de fund. instruct. † vel
alia coniectura desumpta ex circumstantijs nego-
tij, l. obligat. subst. §. fin. ff. de actio: & obligat.
† Non enim verba sequimur, sed mentem, si aliquo
61 modo de illa constat l. penult. ff. ad exhib. † Ex
rebus, & factis, aliquando sumitur probabilis
coniectura; facta enim aliquando non minus,
quam verba mentem exprimunt, & voluntatem l.
de quibus ff. de leg. cap. Sollicitudinem de appellat,
veluti † cum asserimus subscribentem scripturam
approbare, quæ in illa continentur l. Caius ff. de
pign. act. † Eum qui tacet consentire, l. qui tacet
62 ff. de reg. iuris, & similia. † Quod, si neque ex facto,
neque ex verbis satis potest deprehendi voluntas
disponentis, recurritur ad circumstatias persona-
rum locorum, temporis, & negotij, antecedentium,
& subsequentium, l. Si seruus plurium §. fin. ff. de
leg. 1. l. Titia §. idem respondit ff. de verb. obligat.
63 † Hæc, & similia dicuntur præsumptiones; idest
præsumptiones. † quia ante veras probationes
aliquid sumunt pro vero, ita Simancas apud
64 Menoch. de Præsumpt. lib. 1. quest. 7. nu. 4. † est
tamen differentia inter præsumptionem indicium,
coniecturam, signum, adminiculum, & suspicio-
nem. † Præsumptio est illa, quæ vel sumitur à
probabilibus, & tunc appellatur præsumptio iuris,
† vel hominis; † vel à necessarijs, & tunc appel-
latur præsumptio iuris, & de iure, † Inditium est
coniectura orta ex probabilibus, & non necessarijs,
à quibus potest quidem abesse veritas, sed non
verisimilitudo, vel est præsumptio minima hominis
boni, seu argumentum distans à spetie probationis
† quod præsumptio directe tangit factum proban-
dum, iuditium verò indirecte † estque duplex
indicium, semiplenum, idest dubitatiuum, &
plenum, seu indubitatum, definitque Baldus †
Indicium semiplenum, quod sit præsumptio forti-
ter mouens animum ad aliquid credendum, vel
discredendum l. Cum probatio ff. de probat. †
Plenum verò, quod sit demonstratio rei per signa
differentia, per quæ animus in aliquo tanquam
existente quiescit, & plus inuestigare non curat, l.
indicia C. de rei vendicat. diciturque indicium
ab indico, eo quod indicet, vel demonstret argu-
mentum habendæ veritatis, ita Curt. Senior in l.
admonendi num. 390. ff. de iure iur. † Coniectura
est rei latentis indicium, & est id, quod per ratio-
nes, & signa, & tempora, & huiusmodi conijcit,
idest cogitat, & colligit, & dicitur à coniecto,
coniectas frequentatiuo verbo. † Signum est, quod
sub aliquem sensum cadit, & quoddam significat,
quod videtur profectum ab ipso, quod aut ante
ipsum fuit, aut in ipso negotio, aut post sit conse-
quutum; Ex voce cognoscimus adesse amicum, ex
fumo ignem † Signum aliquando est necessarium,
& nihil differt à præsumptione iuris, & de iure
aliquando non est necessarium, & non distat à
præsumptione iuris, vel hominis. Signum ante
negotium, est mulierem habere lac, signum enim
est, quod pariet, in negotio fumus est, ignis est;
post negotium Cinis est, fuit ignis † Suspicio est
passio animi aliquid eligentis non firmiter, vel
cum D. Tho. est opinio male ex leuibus indicijs
procedens, & secundum Bart. in l. admonendi
num. 21. ff. de iure iu. Suspicio est, quæ animum
iudicis aliquo leni argumento in aliquam partem
inclinat, etsi non omnem excludat dubitationem.
† Tres autem gradus suspicionis constituuntur à
D. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 3. quod vt intelligas
† Scias iudicem tunc dici dubium cum nulla adest
causa, vel ratio qua magis in vnam quam in aliam
partem inclinet ita Gloss. in l. de statu ff. de test. &
in rubri. ff. de ignor. iur. & fact. Is enim dicitur
dubius, qui, cum duas habeat vias, nescit vtram
eligat; Iudex ergò dicitur dubius, cum non magis
applicat animum ad condemnandum, quam ad
absoluendum, quod si in isto statu leui aliquo
inditio, vel argumento animum suum flectat in
alteram partem, nec remouet à se dubitationem,
tunc oritur primus gradus suspitionis, quod si
indicia sint admodum leuia, suspcio, quæ ex illis

oritur, dicitur temeraria, & venit omnino reijcienda l. 1. §. Si suspicio ff. de incen. rui. & naufr. cap. tua, de ætate, & qualit. Tunc enim nullum facit probationis gradum, sicuti neque temeraria præsumptio, quomodo autem peccet suspicans, vide D. Thomam loco citat. Secundus gradus suspicionis est, cum iudici apparent fortiora argumenta, & incipit opinari, & adhærere vni parti, sed adhuc remanet aliquod modicum dubium, & dicitur opinio, quæ est motus animi aliquid cum hesitatione eligentis, vt dixit Ripa l. admonendi num. 91. ff. de iure iur. qui etiam subdit constituere secundum gradum probationis; differt à præsumptione, quia ex multis suspicionibus conficitur, & causatur vna præsumptio. Tertius gradus suspicionis est, quando iudici, qui iam opinionem concepit, alia superueniunt argumenta adeo vrgentia, vt constanter, & sine dubio adhæreat vni parti, & ista appellatur violenta suspicio, & causat credulitatem, & fidem, quæ credulitas, quoad effectum adhærendi, nihil differt à scientia, licet distet in modo; nam, qui credit, argumentis, adhæret, qui vero scit certa ratione, veroque sensu adhæret, l. 2. §. quod obseruari C. de iureiur. prop. calum. dand.

Adminiculum † est vehemens suppletio defectus probationis per se solam non operans, sed cum alia cooperatione cooperans cap. vlt. de successio. ab intest. si plura quæris adeas Menoch. de Præsumpt.
65 lib. 1. quæst. 7. per totam † est & aliud quiddam præsumptioni conterminum, quod dicitur fictio iuris. Sed differunt inter se; primo quod præsumptio semper versatur circa rem dubiam, quæ, & esse, & non esse potest, & versatur circa id, quod gestum est; sed ignoratur qualiter gestum sit. Fictio vero est in re certa eius, quod possibile est contra veritatem pro veritate à iure ficta assumptio, alias definitiones vide apud Menoch. loco citat. quæst. 8. in prin. An autem in definitione fictionis sit admittenda particula illa, quod possibile est. Vide Corasium de iure ciuili in art. redig. par. 3. c. 2. quamquam tamen in definiendo multum differant Doctores, in hoc tamen conueniunt naturam fictionis esse, vt fingatur esse quod re vera non est; præsumptio vero est super re dubia, quæ potest ita esse,
66 vt possit non esse. Vnde fictio † numquam conuenit cum veritate præsumptio vero sæpe; secundo differt fictio à præsumptione, quia fictio numquam admittit probationem contra se, quia fictio dicitur esse quædam legis prouisio, & dispositio constabilita, nec alia admittitur probatio contra illam, quam probando per indirectum, idest cessare æquitatem, super qua fictio fundatur: Præsumptio autem de sui natura semper admittit contrariam probationem: De præsumptione Iuris, & hominis res clara est, de præsumptione iuris, & de iure infra ad rem nostram. Tertia differentia; fictio numquam inducitur ab homine, l. Si forte ff. de Castr. pecul. & ideo fictio dicitur dispositio legis, cum non potest renunciari, Præsumptio vero ab homine potest introduci, vnde & dicitur in multis casibus hominis dispositio, multoties enim illam homo idest iudex excogitat, & inuenit, quæ etiam est magni effectus. Quarta differentia est, quod præsumptio vna alteri præsumptioni aduersari potest; ideo potentior tollit minus potentem, & eam perimit. l. diuus ff. de in integ. restit. Vna autem fictio non potest esse contra aliam l. 3. §. è contrario vbi Bart. Alex. & alij ff. de acquir. possess. Quinta Differentia Plures præsumptiones simul esse possunt, & simul concurrere; fictiones autem plures esse, & simul cumulari non possunt. Sexta Differentia duæ fictiones non possunt simul concurrere, cum sint duo, quædam spetialia, quæ simul esse non possunt, aut debent, l. 1. C. de dot. promiss. Præsumptio vero simul esse potest in vna spetialitate. Septima fictio denotat impropríetatem l. lege Cornelia, & ibi Bald. ff. de test. & ideo casus fictus non venit ex proprietate sermonis, sed per interpretationem extensiuam, & casus fictus non continetur sub dispositione statutorum; cum in illis verba proprie debeant intelligi l. 3. §. hæc verba ff. de neg. gest. Præsumptio significat proprietatem, & statutum disponens super casu vero locum etiam habet in præsumpto, ita Curt. iun. cons. 4. num. 16. & 17. Octaua differentia Præsumptio versatur circa ea, quæ sunt facti; Fictio versatur circa ea quę sunt facti, & iuris simul. Nona differentia Præsumptio mutari potest à principe in fictionem, & ratio est, quia præsumptio versatur circa ea, quæ possunt esse vera, & quæ vera sunt possunt fingi à principe non vera, cum hoc sit proprium fictionis. Fictio autem non potest mutari in pręsumptionem cum nulla ratione effici possit, vt sint vera, quæ sunt falsa. Decima Præsumptio extenditur de persona ad personam; Fictio autem non extenditur, ideo fictione legis Corneliæ annullatur testamentum principale, non autem pupillares tabulæ. Vndecima differentia. Præsumptio debet allegari, non autem fictio, quia fictio est de re clara,
67 † Exemplum autem fictionis, & præsumptionis esset huiusmodi. Quidam decessit relicto filio nato, & vxoris ventre prægnante, qui iam egressus est vterum matris, vere est natus; ille vero, qui adhuc est in vtero matris habetur pro nato, & ista est fictio, habentur autem ambo, vt nati, l. qui in vtero ff. de statu hominum. Aliquis fuit ab hostibus captus nunc est reuersus & per aliquot dies fuit in ciuitate modo dubitatur, an sit, præsumitur esse.
68 † Sed quomodo cognosces ex verbis aliquam esse præsumptionem, vel fictionem? & primo præsumptio significatur cum lex ait, quæstionem esse voluntatis, & deinde aliquid statuit, exemplum in casu leg. is qui ff. de leg. 3. in l. ex facto §. Si quis rogatus ff. ad Trebell. & egregium in l. iam hoc iure ff. de vulgar. & in l. quamuis ff. eodem, Huc spectat casus, quando lex aliquid subintelligit in dispositione hominis, ideo enim subintelligit quia præsumit hominem ita voluisse. 2. Præsumptio significatur verbo Videtur ita probat l. 2. ff. de pactis &c. Verum aliquando significat etiam fictionem, vt probat l. si tibi §. cum seruus ff. de leg. 1. & omnes scribunt in l. si is qui pro emptore ff. de vsucap. ideò Alber. in suo dictionar. admonet subiectam materiam esse spectandam, & aliquando significat interpretationem Alciat. in l. sciendum num. 3. ff. de verb. oblig. 3. Verbum, intelligitur, significat præsumptionem, l. Si pater familias Titiũ ff. de hæred. quod tamen sumendum est pro materia subiecta; annotat enim Albericus vbi supra in verbo videtur, aliquando significare fictionem l. ossa §. vlt. ff. de relig. & sumpt. fun. &c. 4. Verbum creditur significat pariter præsumptionem l. conficiuntur in prin. ff. de iure Codi. Non desunt, qui affirmant significare fictionem, Iason in l. Lecta num. 14. ff. si certum petat. post Bart. in l. si is qui pro emptore num. 34. ff. de vsucap. 5. Verbum existimo significat præsumptionem l. Diuus ff. de in integ. rest. &c. 6. faciunt præsumptionem ista verba, coniectura est, coniecturam facimus l. Hæredes palam §. sed & si notam ff. de test. 7. Demonstrant

pre-

præsumptionem verba ista, Præsumptum est, ita loquitur Vulpianus in l. quod si nolit §. qui mancipia ff. de ædil. edict. 8. Verbum Arbitror. l. si hominum in prin. ff. depos. 9. Dictio, proinde text. in §. si scriptum Instit. de inutil. stipul. 10. Dictio, forte, §. sancimus, & Auth. de hæred. & Falcid. 11. Ista verba. Voluntatis est quæstio l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupil. subst. Vide Menoch. loco citat. quæst. 7. & 8.

69 † Triplex est Præsumptio, vt iam dictum est. Hominis, quæ est coniectatio in animo iudicis, vel cuiusque hominis concepta ex varijs coniecturis, Iuris quæ est probabilis coniectura ex certo signo proueniens iure præscripto, quæ nisi contrarium probatur habetur pro veritate, & transfert onus probandi in aduersarium. Iuris, & de iure, quam lex inducit tamquam Ius firmum, quæ constant ex eodem Menochio loco cit. quæst. 3. à num. 16. & quæst. 4. à num. 3. & quæst. 5. à num. 15. Pro cognoscenda autem hac tertia præsumptione non est necesse, quod addatur iuris, & de iure, sed neque necesse est, quod addatur, non admittere probationem in contrarium, sed satis est, quod ita sua præsumptione innitatur, vt ex ea certum quid statuatur, vt aperte colligitur ex Auth. sed iam necesse C. de donat. ante nupt. iuncta Glossa Authent. de æqualitate dotis collat. 7. §. Aliud quoque verb. Priuilegium vnde desumpta est Auth. sed iam ne-
70 cesse, vbi textus determinans, † quod existente viro grauato ære alieno augmentum dotis in rebus immobilibus fruatur priuilegio dotis, secus in rebus mobilibus, fundatur in præsumptione fraudis, quæ posset fieri si in rebus mobilibus incrementum dotis eodem priuilegio gauderet; augmentum enim in immobilibus constare potest non autem in mobilibus, qui textus non excludit probationem in contrarium, & tamen est præsumptio iuris, & de iure eo, quod certum quid statuat super præsumptione fraudis, nimirum augmentum dotis non gaudere dotis priuilegio in bonis mobilibus, ideò ait Glossa in Verbo Priuilegium, non admitti probationem illius augmenti, sed esse præsumptionem iuris, & de iure, & ita hanc regulam tradit Glossa cap. fraternitatem verb. dicitur, dist. 54. idem Mascard. de probar. 1218. num. 4. Menoch. loco citat. quæst. 3. numer. 22. & alij apud Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 37. nu. 8. Si multa dictis contraria cupis videre adeas Corasium qui in suo tractato de iure Ciuil. in artem redigendo part. 3. vbi de fictione, & præsumptione multa tradit acute, an satis solide, tu videris. Nunc deueniendo ad solutionem quæsiti propositi.

71 Dico † Concilium non ita disponere, vt quoquomodo res se habeat suam dispositionem velit seruari, ita vt ille, qui intra quinquennium non reclamauit absque vllo remedio teneatur permanere in religione; sed eius decretum nititur præsumptione ratificatæ professionis, & ideo cedente præsumptione veritati, idest existente inualida vere illa professione, quæ præsumptione reputatur vera Religiosus, qui vere non est professus, & tamen non reclamauit intra quinquennium non ideo est verus religiosus in foro conscientiæ sed tantum præsumptus in foro fori. Aduerte quod hic quærimus tantum qualis sit dispositio concilij, non autem, an ista posita vltra quinquennium possit audiri, & quomodo, quia potest esse, quod in conscientia sit liber, & tamen in foro fori non audiatur. Quærimus ergo tantum an ille, qui professionem inualidam emisit, sed non reclamauit intra quinquennium in foro conscientiæ ex dispositione huius decreti teneatur permanere in religione; & sit verus religiosus, an non. Cætera inferius suo loco.

Probo ergo nostrum dictum primo ex eodem Concilio. 2. Alijs text. Canonicis. 3. Rationibus.

72 Primò ex † Concilio, vbi nullum verbum reperitur respiciens forum conscientiæ, sed tantum denegans audientiam in foro fori, patet ex illis verbis. Non audiatur, nisi intra quinquennium &c. Nullatenus ad allegandú quamcunque causam admittatur; ergo tantum de foro externo est intelligendum, non de foro Conscientiæ: Leges enim aliquando obligant tantum in foro fori; aliquando tantum in foro conscientiæ, aliquando in vtroq. vt de se patet, per ea, quæ traduntur in tractatu de legibus: & obligatio illarum colligitur præcipue ex verbis; cum ergo hic verba soluent tantum in foro fori, vlterius non erunt extendenda.

Secundò Ex alijs text. & primò ex cap. 2. de
73 regular. vbi habetur † puberem vi profitentem non posse elapso anno amplius resilire, imò sunt verba textus, in clericatu permaneat, vbi tamen Glossa verbo, permaneat, habet, quia ex mora tanti temporis præsumitur consensisse, & deinde subdit, si potuit reclamare; vult ergo iste canon, quod per vim professus, nisi infra annum, vel ipse, vel eius parentes reclamauerint ad principem idest Papam, vt de Consecrat. dist. 5. cap. Corpora, vel ad proprium Episcopum, vel ad missum Dominicum, idest Vicarium Episcopi transacto anno non possit amplius resilire; imò permaneat in clericatu, idest in monacatu; sicuti etiam tonsuratus intelligitur factus monachus, & tamen in hoc canone non statuitur, sed tantum inducitur præsumptio ratificatæ professionis, vt asserunt Glossa Innoce. Hostiens. Abbas Antonius & Cardinalis ibi; ergo multo magis præsumptioni dicendum est niti Tridentinum, cum eius verba sint multo minus vrgentia, quam verba canonis, vt patet. Non admittatur ad audientiam. Non audiatur; & permaneat in monacatu.

74 Secundò Ex cap. Vidua de regul. † Vidua, si, velum conuersionis, quamuis non sacrum sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit, nolit sanctimoniæ habitum vlterius debet habere, licet Sacramento firmare velit, eo tenore velamen sibi imposuisse, vt deponere possit, ecce quomodo loquitur iste textus, & tamen nemo dubitat initi præsumptioni tacitæ professionis, eo quod actibus professarum se inseruerit; ergo multo magis hoc erit dicendum de Tridentino, in quo nulla verba adeò significantia reperiuntur. Aduerte præterea textum illum disponere de muliere, quæ sponte velum, non per vim metum &c. suscepit; & tamen disponit secun-
75 dum præsumptionem. 3. cap. † Ad id de spons. quædam mulier habens vndecim annos inuita fuit tradita viro in matrimonium; attamen, quia postea per annum, & dimidium cum illo cohabitauit, decernitur, quod cogatur redire ad ipsum, & iste textus etiá nititur præsumptione consensus, patet ex illis verbis; Quia sibi cohabitans consensisse videtur, & cap. Is qui fidem de Spons. Coniuges coguntur stare matrimonio, & tamen nitebatur præsumptione matrimonij ex habita copula post sponsalia. Sicuti ergo omnes isti textus non obligant in conscientia, quippe qui nituntur præsumptione

ptione eodem modo non obligabit Tridentinum quia præsumptio cedit veritati, & veritate cognita nullus est locus præsumptioni.

76 Tertiò probatur ratione. † Si aliter esset intelligendum hoc decretum, esset nimis durum, & disponeret contra leges, quæ iuri naturali innituntur; esset nimis durum, quia obligaret non professum ad durissimum statum religionis; disponeret contra leges iure naturali dictantes, quia Innocens damnaretur fine remedio probandi suam innocentiam, multoties enim quis per metum professus est, nec per quinquennium inculpabiliter potuit reclamaret, & tamen non haberet remedium, sed teneretur ad arctissimum statum, quem non elegisset; ergo innocens grauissime puniretur; Innocenti denegarentur defensiones, & cogeretur subire onus libertati nimis aduersum, & manendum perpetuo alicubi contra leges vetantes huiusmodi perpetuas obligationes, iuxta rationem naturalem, cui tales leges innituntur l. Titio §. Titio centum ff. de condit. & demonstr. l. 1. §. quæ onerandæ, & l. 2. in fin. ff. quar. rer. act. & anoot. Bart. d. §. Titio centum; obligaretur ad perpetuam castitatem, qui vere non est obligatus contra cap. Integritas 32. quæst. 1. Sola est enim Verginitas, quæ suadere potest, imperari non potest, Res magis voti, quam præcepti est, &, si nemo fine causa inuitus potest cogi ad arctiorem vitam regularem, quamuis iam sit regularis, ergo multo minus ad simpliciter regularem, qui nullo modo est regularis; & ita tenent Sanchez, & Doctores quos ipse citat. d. disp. 37. num. 9.

77 Quæres, † an ad præsumendam ratificationem professionis sit expectandus lapsus integri quinquennij; An quoddam spatium arbitrio prudentis: & videtur quinquennium non esse expectandum.

78 Primò, quia cap. ad id, de sponsf. † per cohabitationem anni, & dimidij præsumitur purgatus metus, quo matrimonium fuit contractum, & inducta eius ratificatio; & tamen communis fere sententia habet, non esse expectandum illud tempus; sed quoddam tale, vt prudenter possit supponi habita occasio fugiendi, & reclamandi; vide Sanchez lib. 4. disp. 18. num. 6. ergo idem dicendum etiam in hoc decreto Concilij.

79 Secundò ex cap. Vidua de Regular. † inducitur tacita professio per delationem habitus, & exercitium actuum, qui sunt proprij professorum, nulla expectata mora temporis; ergo etiam in hoc decreto nullum tempus necessario erit expectandum.

80 Dicendum † tamen, ratificationem professionis non præsumi, nisi elapso quinquennio, ratio est, quia hoc præfigitur à Concilio, & cum non arceat ab audientia, nisi elapso quinquennio, signum est non præsumi ratificationem professionis, nisi eo elapso. Ad id autem quod obicitur.

81 Primò Respondeo, † In eo capite non præfigi tempus anni, & dimidij ad inducendam præsumptionem, sed tantum factum narrari, ideo cum nullum tempus à lege statuatur, Doctores suas exponunt sententias, & frequenter in illam itum est, vt prudentis iuditio remittatur; in casu autem nostro Tridentinum ipsum determinat tempus: quæ responsio colligitur ex ijs, quæ habet Abbas cap. 2. numer. 4. in fine de regula, vbi, cum definiatur per annuum gestationem habitus professorum induci præsumptionem tacitæ ratificationis, & aliqui Doctores sentirent non esse expectandum id tempus, sed citius esse reclamandum; Abbas eos reprobat dicens, quod, si hoc verum esset, frustra id tempus ab illo canone fuisset præscriptum.

82 Ad secundum. † Dico in illo cap. facilius præsumi tacitam professionem ex facto, quam præsumatur in nostro decreto, quia cum nullam autea emiserit professionem, facile præsumitur, quod assumendo habitum, & immiscendo se actibus professorum, velit profiteri Ar io eo, qui iam professus est, ista præsumptio non ita facile admittitur, quia supposito, quod iam sit emissa expressa professio, non ita facile præsumitur voluntas ratificandi, vt ex tunc professio incipiat valere, quod necessarium est, vt iostra. Adde quod in assumente habitum, & immiscente se in actibus professorum, nulla videtur subesse alia ratio, quare hoc faciat, nisi quia velit profiteri; In deferente vero habitum post emissam professionem subest ratio deferendi habitum, & non demittendi, vt possit audiri suo tempore in iuditio, iuxta sanctionem eiusdem Concilij. Quod si autea habitum sponte dimiserit nullatenus ad allegandum quamcunq. causam admittatur; ista ergo ratio præsumenda erit; quare habitum deferat, nempe vt possit reclamare, non autem, vt professionem ratificet; & ideo Nauar. lib. 6. cons. tit. de regul. in prima editio cons. 35. nu. 6. & 7. in 2.

83 edi. cons. 28. num. 6. & 7. † ait illum, qui nullam professionem facit, censeri tacite per illos actus profiteri; secus de eo, qui expresse professus est, & in cons. 89. nu. 4. tit. de Regula. in eadem 2. edit. asserit gestationem habitus communis nouitijs, & professis per annum non inducere professionem tacitam, nisi gestatio illa fiat ante professionem expressam.

84 Sed instabis. † Ex copula spontanea statim præsumitur ratificatio matrimonij, metu initi. Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 18. num. 4. Cum tamen ibi præcesserit matrimonium expressum, ergo etiam ex delatione spontanea habitus statim præsumetur ratificatio professionis, idest professio tacita, licet præcesserit expressa; sed Respondeo ibi præsumi ratificationem matrimonij, vt excludatur peccatum mortale; Cum enim illa copula sit præsumenda

85 facta affectu maritali, vel fornicatio; † semper illa præsumptio capienda est, quæ excludit peccatum; l. Merito ff. pro Socio. cap. Quod in dubijs &c. Quod, si cohabitatio non esset spontanea, non statim caperetur ista præsumptio, quia posset esse fine peccato; Cum ergo delatio habitus possit habere multas alias causas, si sequatur professionem expressam, vt quod habitum deferat, quia nesciat, se non esse professum, & possit reclamare, &c. non est fomenda præsumptio tacitæ professionis.

86 Sed objicies † contra principalem conclusionem, probando Concilium ita determinare, vt obliget in vtroque foro ad permanendum in religione. Terminus quinquennij præfixus ad reclamandum est terminus præfixus præscriptioni iuris reclamandi, & eo elapso religio præscribit contra professum. sicuti ergo possidens rem præscriptione redditur tutus in vtroque foro, ita vt illam vti dominus possideat, & ille, aduersus, quem præscribitur, priuatur dominio illius rei, & iure illam amplius compensatione recuperandi, vel vsurpandi, ne lites multiplicentur, ne dominia sint in incerto, & alijs de caussis, vt apud Couar. Regula Possessor. 3. par. §. 2. nu. 3. eodem modo, & religio elapso quinquennio acquirit ius, & dominium in professum, & ideò nequibit, se subducere ab obligatione reli-

87 religionis: † Respondeo. Hoc concedi, vbi præscriptio, non habet fundamentum in præsumptione, & vbi non est sola actionis præscriptio, nam vbi hæc sola est, non tribuit ius in foro Conscientiæ, constante veritate; vt patet in matrimonio præsumpto ex copula, & in stipendio famulis debito, quod, iuxta leges hispanicas, licet præscribatur triennio, & eo transacto famulis non supersit actio ad petendum; attamen in foro conscientiæ non amittitur à famulis, sed quia est præscriptio solius actionis, numquam amittitur ius ad illud petendum in foro Conscientiæ, vide Gutierez l. nemo potest num. 487. ff. de legat. 1. Respondeo 2. diuersum esse constituere præscriptionem in bonis, & in professione quia, licet ob bonum publicum, vel cõmune possit quidem lex priuare subditos rerum dominio, at nullo modo potest cogere emittere professionem cap. Integritas 32. quæst. 2. Votum
88 est Consilij, non opus coationis. † Quod, si dicas ob commune bonum, licet non possit cogi vouere, possit tamen cogi permanere in monasterio cum animo profitendi. Respondeo hoc in casu nostro esse nimis durum, & non esse aptum remedium ad tollendum inconueniens; esset nimis durum cogere hominem liberum ad perpetuam subiectionem, Castitatem, & paupertatem, vt tollatur occasio decidendi valorem suæ professionis; neq. enim tanta perturbatio esse potest in quolibet conuentu, vt hac pæna innocens sit multandus, vt euitetur; neque tolleretur inconueniens, quia, licet non agitaretur lis coram iudice super validitate professionis, orirentur tot perturbationes intra claustra, quod experientia docet oriri, cum aliqui huiusmodi religiosi degunt in claustris. Et de Innocentibus numquam hoc possem decernere.

89 Nunc † venio ad elucidationem quartæ quæstionis; quæ est; An ordinarius possit audire reclaman-
90 tem post quinquennium in iuditio ordinario. † Pro intelligentia sciendum impedimenta alia esse perpetua, alia esse ad tempus. Rursus impedimenta ad tempus, vel durant toto quinquennio, vel cessant intra quinquennium. Iterum, qui non reclamauit, vel sciuit impedimentum, vel nesciuit. Impedimenta perpetua, de quibus nulla est disputatio, sunt diuersitas sexuum. Non enim potest vir profiteri in monasterio monialium; Neque mulier in conuentu virorum, & iuxta Constit. Sixti V. latrocinia, furta, rapinæ, homicidia, aliaque his similia, aut grauiora; rei, vel de istis suspecti, vt propterea ob illa damnati sint, vel ne damnentur formident, & obnoxij reddendis rationibus &c. quæ tamen idem Sixtus moderauit, vt videre est in eiusdem Constitutionibus supra relatis; & hoc secundum Sanchez. Aliqua etiam impedimenta perpetua possunt esse ex statutis, & Constitutionibus religionum à Sede Apostolica approbatis, quia, nisi sint à Sede Apostolica approbatæ constitutiones illæ, impedimenta statuta non valent; vide Sanchez loco citat. disp. 37. nu. 30. Impedimenta non perpetua ac quæ reddunt inhabiles solum ad tempus, sunt metus, ætas, ignorantia, & cætera huiusmodi, quę possunt cessare intra quinquennium, & vltra protendi.

91 Dubitatur primò. † An impedimenta inducta à Sixto V. in sua Constit. Cum de omnibus &c. contra reos, vel suspectos de latrocinijs, furtis &c. sint perpetua, vel ad tempus; & breuiter.

92 Respondeo, † distinguendo; similia impedimenta pro ingressu sunt perpetua; itaut, si cognoscatur ante ingressum nullo modo possunt admitti. Post ingressum autem non sunt perpetua, nisi receptio temere facta fuerit; patet manifeste ex contextu ibi omnes autem, & quoscumque, vt dictum est, criminosos, vel suspectos &c. ad Religionem perpetuo inhabiles declaramus, (ecce decisa prima pars) &, qui eorum contra præsentem nostram constitutionem temere admittétur, tam susceptionem habitus, quam professionem, & inde sequta ex nunc, prout ex tunc pari modo irritamus &c. Ecce quomodo admissionem requirit temere factã; de prima parte nullam puto esse dubitationem; secundum prob. 1. Ex eodem contextu illis verbis. Quare volumus, vt cuiuscumque iuuenis &c. quare hoc vult, ne temere admittantur, ista enim particula reddit rationem antedictorum, vnde hic erit legitimus sensus; ne temere admittantur volumus &c. ergo dispositio erit intelligenda de admissis temere, idest non præmissis illis, quæ præmittenda præscribuntur à Summo Pontifice ibi.

Secundò probatur Quia punit acerrime temerarie recipientes; ergo debet subesse magna culpa quæ vtique est temeritas. 3. Adhibitis informationibus vult Summus Pontifex posse admitti exte-
93 ros, ergo excludit tantum temere admissos. † Addit Roderiquez 3. tom. quęst. 54. art. 1. Intentionem Summi Pontificis fuisse, reprimere temeritatem aliquorum Religiosorum, qui nimia charitate omnes ad se venientes ad habitum recipiebant; ideò temere receptos reddit inhabiles, non autem, qui consilio adhibito admittuntur. Sed dicet aliquis. Nullam esse præstantius remedium, ad reprimendam superiorum audaciam, quam reddere semper, & in omni casu inhabiles recipiendos. Respondeo hoc non esse reprimere audaciam, & temeritatem superiorum; sed priuare admittendos beneficio religionis, reprimere temeritatem est punire actionẽ sine consilio, sine prudentia factam; quod sufficit. Nec esset bonum consilium istud, ad abigendos mures è domo nullum præsentius remedium, quam domum comburere; ergo domus comburatur, neque enim id domino expediret, nec vicini paterentur, Ne verum haberet, quod vulgo circumfertur. Aliquid mali propter vicinum malum. Neque disputatio est, quod sit præsentius remedium, sed quale à Summo Pontifice sit præscriptum. Præterea hoc non esset remedium ad reprimendam temeritatem, quod asserit se intendere Summus Pontifex, sed ad excludendum omninò à religione. Pergit Roderiquez probando suam propositionem Quia huiusmodi receptis inferretur iniuria, si expellerentur; licet enim sint criminosi, dum ad nouitiatũ sunt admissi inferretur eis iniuria, si expellerentur; quia aliquod ius acquisiuerunt ad professionem ex admissione, quæ est veluti quidam contractus. Sed dices fortasse, hoc esse falsum; Sed puto, non esse falsum; fundatur enim in probabilissima sententia, quæ licet habeat contrariam, non est asperenda; quod scilicet admissus in religione non sit expellendus, nisi illam demeruerit. Dices nemo debet reportare commodum ex sua iniquitate. cap. Intelleximus. de iud. & mirum non est, si ille, qui facit, quod non debet recipit, quod non opportet, l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Sed hoc argumentum, supponit, quod petens admitti ad religionem teneatur prodere se ipsum, & sua delicta; quod est probandum maxime in re tam pia, qualis est, religionis statum assumere. Deinde supponitur esse delictum, non reuelare suum statum, quod non video probatum. Non tenetur ex natura rei, vt

patet

patet ex se, quia nemo tenetur prodere se ipsum ex celebri axiomate, Imò & interrogatus in iuditio nisi delictum sit adeò circumstantiatum, vt hanc obligationem inducat, nemo ex se est obligatus, ergo multo minus, vbi agitur de capescendo statu religioso. Neque enim in tota hac Constitutione apparet vllum verbum hanc obligationem importans. Dices præterea dictionem illam, temere, referri, tam ad ingredientem, quam ad admittentem, quia admittens, & admissus, vel admittendus sunt relatiua. Respondeo si intelligendum esse hoc dictum, quod relatiua in omnibus æquarentur, sequeretur, quod clericus percussus esset excommunicatus, quia percutiens est excommunicatus, sunt enim relatiua percutiens, & percussus, & alia similia darentur absurda. Sunt ergo ista intelligenda sano modo, & in casu nostro clarum est illud, temere, referri ad admittentes, non ad ingredientes, inquit enim constitutio; & qui temere admittentur, ergo à superioribus, ergo de istis non de ingredientibus debet intelligi. Tandem probat; quia ista Constitutio est correctiua iuris antiqui, & pœnalis, ergo intelligenda est, quod lædat quanto minus fieri potest ius antiquum. Si dicas, esse extendenda verba vsque ad proprietatem, & interpretationem esse sumendam, quoad extenduntur proprie sumpta. Respondeo quidquid sit de hoc; in casu nostro verba sumi in tota sua latitudine proprietatis. Qui enim alius esse potest sensus horum verborum; & qui temere admittentur; quam iste, quod illi sint inhabiles, qui recipiuntur temere? & nullum alium posse esse sensum istius constitutionis, colligitur manifeste ex ponderatione istius clausulæ: Tandem si diligentia adhibita, nihil appareat, quod eos impediat, habiles esse putandos; quę est in secunda Constitutione dum agit Summus Pontifex de ijs, qui longe absunt; ex qua sic argumentor, criminosi longe distantes, si debita adhibita diligentia, nihil contra, eos reperiatur, reputandi sunt habiles, ergo non tenentur se manifestare, alioqui numquam daretur iste casus, quod adhibita sufficienti diligentia inhabiles essent habiles, si ad sufficientem diligentiam, & ad tollendam temeritatem requireretur, quod recipiendus se manifestaret. Quod si dicas hoc esse intelligendum; non quod habilitentur ad habitum, & religionis professionem; sed quod admittentes eximantur à pœna. Vide quomodo hanc interpretationem admittant illa verba; habiles esse iudicandos, vide quomodo verba directa in recipiendos, eos excludant, & includunt tantum recipientes. Verum quidem est, quod hac clausula etiam recipientes eximuntur à pœnas, sed tantum consequtiue, quia isti, qui admittuntur sunt habiles, ideò, & admittentes sunt exempti à pœnis; sensus ergo germanus istius Constitutionis est, quod criminosi semper sunt inhabiles antequam recipiantur, Recepti verò nisi temere recipiantur sunt habiles, & recipientes omnes pœnas euadunt debitam adhibentes diligentiam.

94 Dubitatur 2. † An receptio ad habitum in loco non designato sit impedimentum. De nouitiatu facto in loco non designato, quod sit impedimentum, nulla est dubitatio, nimis clarum est, dubitatur de receptione ad habitum. Quæram ergo primo, an sit impedimentum; deinde, an sit perpetuum.

95 Ad primum, an sit impedimentum. † Dico esse impedimentum, patet ex verbis Constitutionum Clementis VIII. ibi Nemo enim de cetero sub quouis prætextu, aut colore ad habitum Regularem admittant, nisi in conuentibus auctoritate nostra designandis. Aliud est recipere ad habitum. Aliud est peragere nouitiatum; aliud emittere professionem. Quæ omnia non recte percipere Summum Pontificem non est ambigendum, ergo de admissione ad habitum, non de alijs est intelligendus. 2.

96 † Ista verba posita sunt dispositiue, ergo sunt intelligenda, vt iacent ad text. in cap. Si Papa

97 de priuileg. in 6. 3. † Ex prohemio legis sumitur interpretatio, quanto magis ergo ista de receptione ad habitum erit intelligenda, cum & prohemium, & dispositio idem indicent. In prohemio enim ita habetur. Regularis disciplinæ restitutioni illud in primis magnum impedimentum affert: quod in omnibus conuentibus, ijs præsertim, qui maiori indigent reformatione, singuli ad Religionem venientes passim recipiuntur. Ecce quomodo de receptione loquitur, & infra disponendo. Cui malo occurrere volentes præcipimus, vt de cætero neminem, &c. ad habitum regularem admittant, ecce prohibitam admissionem: malum oritur ex admissione, ergo, vt malum tollatur admissio est prohibenda. Explicare autem mentem Pontificis aliter quam verba clara sonent est contra illud

98 effectum † Quod nulla agitari debet quæstio de volontate Pontificis distincte in voo, & alio casu, com illam satis aperte Breuis verba significent; ad text. in l. ille aut ille, ad fin. ff. de leg. 3. Monald. cons. 116. num. 4. volum. 2. Gratian. discept. for.

99 cap. 757. † & disputatio non admittitor vbi res disponentis verbis finita est, iuxta verba text. in l. Continuus §. Cum ita stipulatus in fin. ff. de verb. oblig.

Confirmatur Ex Decreto Vrbani VIII. supra relato, ibi mandamus quatenus omnes, & singulos religiosos prædictos, qui ad habitum regularem alias canonice recepti, annum probationis &c. ergo in constitutionibus Pontificijs venit consideranda, non solum professio, & nouitiatus; sed etiam admissio ad habitum, quod fit canonice facta, ergo etiam in Constitutione Clementis erit consideranda, cum de illa manifeste loquator, ergo erit impedimentum. Dices nihil referre, quod magis recipiantur in vno quam in alio loco. Respondeo imò hoc esse illud, quod maxime referr, & ad quod præcipue respicit Summus Pontifex, & probatur ex inscriptione De nouitijs ad habitum regularem, & professionem non admittendis, nisi in conuentibus designandis. Hic profecto maxime facit ad rem argumentum illud, quod alibi nimis probat. Optimum remedium restaurandæ disciplinæ regularis, est, non solum annullare professiones; sed etiam receptiones, ergo etiam receptiones sunt censendæ annullatæ, nisi factæ sint in loco designato, vt instauretur regularis disciplina; præcipue cum de illa tam clare loquantur vniformiter, & consequenter supradicta decreta.

Dices Vrbanum VIII. dum agit de constitutione, vel Decreto Clementis videri decernere nullas professiones emissas, non præmisso anno nouitiatus in loco designato, non autem illas, quas non præcesset receptio in loco designato, cum facultatem concedat illas de nouo accipiendi, non autem istas. Respondeo Summum Pontificem Vrbanum nihil disponere super receptione ad habitum sed supponere esse factam legitime, cæterum eam relinquit in suo esse, patet ex eiosdem verbis. Dummodo alias canonice ad habitum recepti sint. Suppono ergo ibi esse receptus canonice. An autem ex hoc colligatur,

colligatur, receptionem non factam in loco deſignaro eſſe impedimentum perpetuum infra videbimus.

Dices præterea receptio non pertinet ad annum nouitiatus, vel probationis; ergo de illa non eſt lata lex, vel præceptum. Sed Reſpondetur, non ferri legem de receptione, quaſi habeat connexionem cum approbatione, ſed quia receptio ipſa maxime refert ad inſtaurationem diſciplinæ regularis.

Dices tandem peracto nouitiatu, ſi profeſſio fiat in alio conuentu, tenet; ergo etiam receptione facta in alio conuentu, profeſſio tenebit. Hoc & ſimilia argumenta nihil probane, nulla extat conſtitutio prohibens, profeſſionem poſſe fieri in alio conuentu, quam in eo, in quo peractus eſt nouiriatus, & nihil refert, ſed receptionem fieri in alio conuentu quam in deſignato prohibetur & fieri in deſignato maxime refert, vt aſſerit idem Summus Pontifex, ideò vnum licet, non vero aliud.

100 Hinc † colliges ſolutionem illius quæſtionis. An Religioſus, qui capta occaſione à præcitatis decretis; petit à Sede Apoſtolica audiri ſuper nullitate ſuæ profeſſionis, exponendo cauſam ſuæ petitionis, nempe, quod non fuerit receptus in conuentu deſignato, reticendo quod nouitiarum peregerit in loco deſignato, ſit tutus in conſcientia reſcripto obtento. Reſpondetur enim affirmatiue. Duo enim ſunt, quæ annullant profeſſionem, receptio ad habitum, & peractio nouitiatus in loco non deſignato, quæ adeo clara ſunt in Pontificijs decretis, vt niſi maxima vi in alium ſenſum poſſint torqueri. Aperriſſime enim Clemens VIII. loquitur, & Vrbanus item VIII. nullam dubitandi anſam reliquit, dum ait mandamus, quatenus omnes, & ſingulos religioſos prædictos, qui ad habitum regularem alias canonice recepri, annum probationis nihilominus &c. Ecce quomodo hic ita diſtincte numerantur receptio ad habitum, & peractio nouitiatus, vt impoſibile ſit non duo diſtincta eſſe. Vnum ſupponitur, quod eſt receprio ad habitum canonice facta. Aliud eſt peractio nouitiatus in loco deſignato, de quo diſponitur. Si ergo vnum ſupponitur, & de alio diſponitur, quomodo non duo eſſe poſſunt ſi ergo tam clare de receptione ad habitum canonice facta loquitur Vrbanus, certe de alia non loquerur, quam de illa, de qua ſuas conſtitutiones edidit Clemens VIII. eſt ergo receptio ad habitum impedimentum canonicum inducens nullitatem profeſſionis, qui ergo exponit, ſe velle audiri ſuper nullitate ſuæ profeſſionis, eo quod non fuerit receptus in loco deſignato, ſatisfaciet ſupplicando pro iſto. Nec quidquam aliud addere neceſſe erit.

101 An † hoc impedimentum loci ſit perpetuum, an ſolum impediens profeſſionem, ſed non reddens inhabiles ad confirmandum illam, vel ad ratum habendam, quod militat, ſiue hoc impedimentum ſit reſpectu receptionis ad habitum, quod ego puto clarum, ſeu ſit reſpectu nouitiatus peragendi, ita vt ſiue receptio, & admiſſio non fiat in loco deſignato, ſiue nouitiatus, non ſolum impediat profeſſionem, & nullam reddat, ſed etiam reddat inhabiles ad confirmandam eandem, qui ita ſunt admiſſi, vel peregerunt nouitiatum.

102 Dico † quod duo ſunt impedimenta annullantia profeſſionem, alterum receptio ad habitum, alterum peractio nouitiatus in locis non deſignatis, & vtrunq; dico eſſe impedimentum perpetuum, &
103 probo 1. † Intentio legislatoris ſumitur à rubri-
ca, & ex ea ſumitur validum argumentum Bart. in
1. ff. ſi certum petatur per text. ibi Euerard. in
topic. legal. loc. 45. Decian. & alij quos refert
Barboſa tract. de loc. com. arg. loco à rubrica &
104 † à proemio generaliter validum eſt argumen-
tum l. cum pater §. dulciſſimis ff. de leg. 2. l. vlt.
105 C. de hæred. inſtit. † Proemium enim oſtendit
cauſam finalem, & mentem loquentis l. 1. ff. ad
Macedon. leg. Cum hi, in princip. & ibi Bart. ff. de
tranſact. Alex. conſil. 7. num. 3. volu. 1. Crauet.
conſ. 192. numer. 21. & alij quos refert idem
Barboſ. de Axiomat. Axiom. 192. Proemium, cum
ergo in rubrica habeatur, Decreta Generalia ad
regularium reformationem, ac Nouitiorum rece-
ptionem, profeſſionem, & inſtitutionem ſpectantia;
& ibi iſta tria ponantur diſtincta, receptio, profeſ-
ſio, & inſtitutio, & aſſerat decreta illa eſſe de iſtis
tribus profecto ſequitur, quod diſtincte de omnibus
agetur de receprione ad habitum, de profeſſione, &
de inſtitutione, ideſt nouitiatu, & ne datetnr locus
interpretationi diſiungitur receptio ab inſtitutio-
ne, & interponitur profeſſio, quæ ordine ſeruato
rectius in fine collocaretur ne quis diceret rece-
ptione ad habitum, ideſt inſtitutione, vel pro-
batione in Nouitiatu. Ex pariter, cum in proemio
habeatur, quod S. Pontifex intendit amputare
radices, ex quibus oritur impedimentum prætenſæ,
& intentæ reformationis, quod experimento com-
pertum eſt, foueri ea receptione in omnibus con-
uentibus, & maxime in ijs, qui maiori indigent
reformatione, nec melius poſſint amputari radices,
quam nullas declarando receptiones ipſas, ſequitur
de iſtis eſſe intelligendum breue, & pariter ex
eodem proemio colligitur efficaciter impedimen-
tum eſſe perpetuum ex receptione Nouitiorum in
quocunque Monaſterio facta, & maxime in illis, in
quibus minor obſeruantia viget, oritur impedi-
mentum, quo reformatio intenta non finitur ha-
bere ſuum effectum, quia ex hoc fit, quod in dies de-
prauatæ, infructuoſæq; huiuſmodi nouiter profiten-
tium radices increſcant, ergo hoc impedimentum
debet eſſe perpetuum, probatur, quia ſi hoc impe-
dimentum non eſſet perpetuum, non tolleretur
prætenſum impedimentum, quia per ratificatio-
nem profeſſionis permanerent in religione illæ ra-
dices, quas annullando profeſſionem intendit Sum-
mus Pontifex è ſolo Regulari auellere, & confir-
106 matur, † quia vna via concederetur, quod alia
eſſet denegatum contra l. nec per ſe C. de hæred.
107 inſtit. Ioſeph de ſe ſe deciſ. Aragon. 28. nu. 11. †
& lex non obtineret ſuum finem, & careret effectu,
108 contra commune affatum, quod lex ita eſt † in-
terpretanda, vt diſpoſitio non reddatur eluſoria l.
3. ff. de milit. teſt. leg. ſi quando ff. de leg. 1. Mantic.
de tacit. lib. 2. tit. 12. nu. 30. Tuſchus tom. 4. litt.
I. conſ. 330. num. 22. & alij.

Probatur 1. Ex alia clauſula poſita in 2. decreto
receptiones vero, & profeſſiones quaslibet irritas
ad quemcunq. effectum declarat, ſi ad quemcunq;
effectum, ergo etiam ad effectum ratificationis
109 profeſſionis, quia dictio, † quicunq; omnia
includit, & nihil excludit l. à procuratore C.
manda. & in Cap. ſolitæ de maiorit. & obedien. not.
Gloſſa verbo quicunq; de ſent. excommunicat. in 6.
& alij apud Barboſ. Axiom. 317. maxime, cum hoc
decretum ſit in fauorem Religionis, videlicet, vt
inducatur reformatio.

3. Probatur ex eodem 2. decreto ibi; nunc denuo diſtricte præcipit, & mandat, ne ſub cuius vis

licentiæ, vel facultatis impetratæ, vel impetrandæ obtentu, nisi per litteras in forma breuis dumtaxat, & non alias quemquam ad habitum regularem suscipiendum, nec etiam in conuersos, nisi in Conuentibus Monasterijs, & Domibus auctoritate eiusdem S. D. N. propediem in vna quaque prouincia designandis, recipere, aut receptos ad professionem admittere vllo modo audeant. Ecce quomodo etiam hic loquitur de receptione, non de probatione, deinde subdit. Quinimmo contra primam prohibitionem sanctitatis suæ receptos etiamsi imperfectum habitum, aut sine caputio gerant, post præsentis decreti in Romana curia publicationem, omnino eijcere debeant, ex quo textu hanc elicio consequentiam ergo: est impedimentum perpetuum, & probo sunt taliter recepti omnino eijciendi, ergo excluditur quælibet ratificatio professionis, & omnino inhabilitantur, ergo impedimentum est perpetuum. Non enim ad impedimentum perpetuum constituendum requiritur, quod insit personæ, vt est diuersitas sexus, &cæt. sed sufficit, quod per Summum Pontificem reddatur impotens ad professionem persona, quæ tali impedimento præpeditur quocunq; modo, siue insit, siue circumstet.

Dices hanc clausulam intelligi tantum de illis,
qui imperfectum habitum, & sine caputio deferunt,
sed hoc effugium nullo modo est admittendum,
quia, neq; mens, neq; verba legis illud admittunt.
Non mens, quia vbi est eadem ratio eadem est iuris
dispositio, ratio istius decreti est inducere reformationem in religionibus, quæ magis spectatur
respectu aliorum quem eorum, qui deferunt habitum imperfectum, ergo si illi sunt expellendi ea
ratione, multo magis illi, Neq; verba, quia prohibet
Summus Pontifex, quempiam ad habitum admitti,
nisi in conuentibus designatis, deinde subdit, nec
110 etiam conuersos, † dictio, nec, de sua natura
continuat eandem materiam, & stat declaratiue
ad præcedentia l. hæc quidquam ff. de off. proconſ.
l. si quis stipulatus fuerit ff. de verb. signific. &
auctores vide apud Barbosam de dictione ista, quæ
111 est 208. vbi etiam habet, † quod ex ista censentur
repetita antecedentia in sequentibus copulatis per
112 hanc dictionem, † & virtus dictionis, etiam, est
exprimere casum magis dubitabilem, & implicare
minus dubitabilem l. etiam ff. de verb. signific. l.
conuenticula C. de Episcop. & Cler. l. etiam C. si
tutor & Curator vide Barbos. eodem tract. de hac
113 eadem dictione, † & dictio, etiamsi, est ampliatiua,
vide eundem in eodem tractatu, & loco; ergo sensus
illius constitutionis est, quod Summus Pontifex
prohibeat receptionem cuiuscunque, etiamsi sit
conuersus, & iubet omnes esse expellendos, etiamsi
habitum gerant sine caputio &c. & ita est intelligenda ista constitutio siue decretum, etiam in
inscriptione, quæ habet. Renouatio, & ampliatio
eiusdem decreti.

4. Probatur ex decreto Vrbani VIII. ibi nos Religiosos prodictos ex huius sanctæ sedis benignitate spetialibus sauoribus, & gratijs prosequi volentes, motu proprio, & ex certa scientia, nostro Scipioni &c. pet præsentes committimus, & mandamus, quatenus omnes, & singulos religiosos prædictos, qui ad habitum regularem alias canonicæ recepti, annum probationis in Monæsterijs seu Domibus Regularibus ad id designatis minime fecerunt, subinde professionem nihilominus emiserunt, ad professionem denuo, seruatis alias seruandis, emittendam, quæ sic &c. auctoritate nostra recipient, & admittant, ex qua clausula duas elicio consequentias, vnam ergo impedimentum receptionis, non factæ in loco designato est distinctum ab impedimento Nouitiatus, non peracti in eodem loco designato. Alteram ergo impedimentum est perpetuum, primam probo, qui supponit receptionem esse factam canonice, patet ex illis verbis; ad habitum regularem alius canonice recepti, & nouitiatum non peractum in loco deputato, ergo sunt distincta, secundam autem sic, qui professionem emiserunt non peracto nouitiatu in loco designato permittantur ex Apostolicæ Sedis benignitate, quæ eos spetialibus fauoribus prosequitur, denuo professionem emittere, & mandatur, vt ad eam admittautur, ergo prius ex se erant inhabiles, nec ab alijs poterant admitti, quod si eiusmodi defectus de Apostolicę Sedis benignitate non erant supplendi, quorsum illæ clausulæ tam prægnantes, cum in Apostolicis rescriptis, nec vnus apex debeat exuberare.

Dices in hoc decreto Vrbanum VIII. loqui tantum de Nouitiatu peracto in loco non designato, ergo signum est nullum aliud esse impedimentum; sufficeret huic argumento negare consequentiam, attamen subdam, verum esse in hac vltima dispositione, agere tantum de illo nouitiatu, & iubere remedium huic malo statim adhiberi, non quia nullum aliud esset impedimentum, sed quia de illo tantum fuerat requisitus, & ideo etiam de alio tantum disponit, & patet manifeste hic discursus, quia supponit alios ad habitum legitime fuisse admissos, sensus est ergo iste. Qui professionem emiserunt non peracto nouitiatu in loco designato, si tamen alias canonica fuerint recepti, de benignitate Sedis Apostolicæ &c. ad professionem denuo admittantur.

5. Probatur ex hoc eadem Breui Vrbani. De benignitate Appostolica vult illos, quos spetialibus fauoribus prosequitur, denuo emittere professionem, ergo prior erat inualida, & non simpliciter inualida, sed talis, quæ non poterat ratificari, hoc importat prosequtio illa spetialium fauorum, quia si posset ratificari; non esset opus fauoribus tam insignibus.

Dices hanc clausulam referri non ad professionem; sed ad alios fauores, sed hoc est contra rectam intelligentiam constitutionum, quia clausulæ non esset certa intelligentia, & esset diuinandum, ad quam partem referretur illa clausula, nisi referretur prius ad magis vicina hoc esset suo modo interpretari, non ex ordiue dispositionis seu decreti.

114 † Sed objicies contra dicta. Impedimentum perpetuum inhabilitans est illud, quod personæ inhæret, vti eius defectus continuo impediens, & habens tractum successiuum, & destruens professionem, ita quod retificari non posit. Respondeo duplex esse impedimentum perpetuum, vel natura ipsa dictante, vt sexus diuersitas &c. vel Pontificia constitutione, vel alia præscribente supradicta possent verificari de impedimentis natura dictante, non autem de secundis, ideo sufficit, quod constet Pontificem inhabilitare, vt facit declarando eiectionem professorum, qui prius non fuerunt admissi ad habitum in loco designato.

2. Annus Nouitiatus, & locus omnino æquiparantur cum sint inseparabile, non enim potest fieri nouitiatus extra locum designatum, neque locus deputatus de iure spectatur sine anno probationis in ordine ad quem, & non alias refertur, ergo eodem iure censendi sunt, sed defectus ex parte anni

probationis non est impedimentū perpetuo inhabilitatis, ergo neque impedimentum loci, multis possit dissolui, & impugnari hoc argumentum. Sed quia aliena carpere statui meo dissonum iudico, ideo pro veritate tantum respondens ita argumentum dissoluo. Quidquid sit de maiori propositione cum suis probationibus nego minorem, sed defectus contingens ex parte nouitiatus non est impedimentum &c. & dico esse impedimentum si iste annus non peragatur in loco designato; argumentum separat, quæ sunt consideranda coniunctim, debet totum hoc considerari annus in loco peractus non annus, & locus ita disponunt Decreta Pontificum.

Obijcies 3. Clemens VIII. dum asserit, esse expellendus loquitur tantum de receptis contra formam primi decreti,& serioo est de nundum professis. Sed respondeo ergo saltem receptio est impedimentum perpetuum facta contra formam primi decreti. Deinde quælibet receptio facta contra formam primi decreti est irrita ad omnem effectū, ergo etiam ad professionis validitatem,ergo,si hoc secundum decretum intelligitur de receptis contra formam primi decreti, intelligetur etiam de professis, quia taliter recepti sunt inhabiles ad profitendum, ideo sunt expellendi, ergo etiam professi, vtpote inhabiles ad profitendum. Cętera collige ex supradictis neque doctrina Sapientissimi Sanchez aptanda est decretis Vrbani &c. de quibus ipse non loquitur, sed sumenda est in casibus, de quibus disputat ipse.

Obijcies 4. Quando Papa vult constituere aliquod impedimentum perpetuum, apponit aliquam clausulam, vel tacite, vel expresse hoc significantem; Respondetur satis esse expressum, dum imperatur expulsio, & satis aperte declarari, dum de plenitudine potestatis conceditur, posse iterum professionem emitti &c.

Obijcies 5. Episcopi iudicant de anno nouitiatus, sed Episcopi non iudicant de impedimentis perpetuis, ergo annus nouitiatos non potest esse impedimentum perpetuum, sed, qui iudicat de anno, iudicet etiam de loco ergo &c. Respon. quidquid sit de tuto argumento Episcopos iudicare de anno, sed non, vt est peractus in loco non designato, ita & de receptione, argumentum procedit de separatis, & debet probare de coniunctis locus, & annus non sunt duo separata; sed coniuncta efficiunt vnum impedimentum, quod est nouitiatum non esse peractum in loco designato, receptionem item ad habitum non esse factam eodem modo. Negatur etiam, quod qui iudicet de anno, iudicet de loco, cum aliter dispositum sit.

Obijcies 5. In rescriptis, quæ conceduntur pro reclamationibus &c. additur clausula, dummodo non ratificauerint professionem, ergo signum est, posse ratificari. Respondeo aliqua poni in rescriptis de stilo Curiæ, sicuti etiam multa apponuntur à notarijs, quæ nullum pariunt effectum, talis est ista clausula, quæ apponebatur in rescriptis antiquis, quæ dabantur pro responsis eorum, qui reclamabant in terminis concilij, &, eadem forma immutata perseuerat.

Obijcies 6. Vrbanum VIII. edisse suum decretum ad tollendos scrupulos, sed est obiectio non concludens sunt enim nimis prægnantes clausulæ, quæ necessario aliquid maius exprimunt, & cum supra probatum sit esse impedimenta perpetua, vtique dicendum est, non esse æditam constitutionem illam ad sedandos scrupulos, sed animæ securitatem.

Obijcies 6. Probatio regularis disciplinæ est principale intentum S. Pontificis, & reformatio regularis, sed hæc possunt haberi, si nouitiatus peragatur in loco designato, nec ad quidquam refert receptio in loco, ergo hoc tantum est impedimentum. Respondeo duo intendere Summum Pontificem, vnum, vt Nouitij bonis, & reformatis moribus induantur, & hoc intendit, dum tradit institutiones seruandas, alterum ne intruducantur quicunque, & ideo vult tantum in locis designatis recipi, vt enim radices istæ omnino euellat, extirpat à principio, nempe à receptione, hic enim est verus modus amputandi, & euellando radices, radix enim status religiosi est receptio ad habitum, deinde nouitiatus, & professio. Neque euellarentur huiusmodi radices, si eijciendi essent tantum illi, qui professionem non emiserunt, non autem,qui eam emiserunt,non enim deessent modi eludendi prohibitionem,sed posita nullitate receptionis, tollitur omnis ansa.

Remanet ergo, quod receptio ad habitum in loco non deputato sit vnum impedimentum, & peractio nouitiatus pariter in loco non designato sit aliud, & vtrunque perpetuum, inhabilitans ad ratificandum emissam professionem, sed noua est emittenda ex concessione benigna Sedis Apostolicæ, quæ speti alibus fauoribus iu hoc prosequitur eos,qui nouitiatum in loco non designato peregerunt, dummodo alias canonice sint recepti, qualia sint impedimenta inducta à Sixto V. ex vi suæ constitutionis,visum est supra, an autem sint reuocata, vel moderata, patet ex supra recensitis constitutionibus Gregorij &c. & eiusdem Sixti V. de quo potes videre Roderiquez & alios.

115 Nunc tandem † venio ad solutionem propositi quæsiti, quod est, an ordinarius possit audire reclamantes in iuditio ordinario,etiam vltra quinquennium,& primo quæram de impeditis impedimentis perpetuis, & dico.

Impeditum impedimento perpetuo posse quocunque tempore reclamare, & via ordinaria semper esse audiendum, quia de illo nihil disponit concilium, & probatur 1. Quia concilium fundatur in præsumptione ratificatæ professionis, sed ista non potest intrare, vbi est impedimentum perpetuum, ergo de illi non disponit concilium 2. Sequeretur, quod inducta in fauorem religionis, nisi essent audiendi, verterentur in eius odium, & sequeretur absurda, quod elapso quinquennio vir non posset expelli à conuentu mulierum,& mulier à conuentu virorum, & alia. Ita Sanchez de matr. lib. 7. disp. 37. num. 30. & sequent.

Sed probando, quod elapso quinquennio non possunt laborantes, etiam impedimento perpetuo amplius audiri, dices primo concilium enumeratis duobus impedimentis non perpetuis, nempe metu, & defectu ætatis, addidit duas alias particulas, videlicet, Aut quid simile, & quacunque ex causa, non alia certe ratione, nisi, quia prima particula esclusit similia impedimenta non perpetua, quæ fuot similia iam enumeratis, secunda vero etiam perpetua, alioquin esset superflua, si tantum de non perpetuis intelligeretur cum per antecedentia satis expressa intelligantur, nihil autem debet esse superfluum, vt optime Sanch. de matr. lib. 3. disp. 26. num. 6.

Confirmatur ex dictionibus. Quacunque ex causa, quicunque enim per suam generalitatem trahitur etiam ad casus improprios, vt multis cit,

Fff 2 docet

docet Tiraq. de retract. lig. §. 1. Gloss. 7. nu. 20. & sequent. Imo istud verbum, quilibet, & quicunq; talis est naturæ, vt, si addatur dictioni, alius, quæ de sua natura implicat casus similes, & similes qualitates, facit eam complecti etiam dissimiles qualitates Sanchez lib. 7. citat. disp. 37. num. 21. confirmatur vlterius, quia verba generalia non restringuntur ad habiles, sed generaliter intelliguntur etiam de inhabilibus, si de fauore publico agatur leg. 3. §. verum vers. hic quoque in fin. ff. ad senat. cons. sill. vt docet Iason alijs relatis l. si filius familias num. 4. & seq. ff. si certum pet. Resp. Ad argumentum, verba non esse superflua, quoties sunt posita, vt clarius mens legislatoris habeatur, & magis exprimatur ita Sanchez nu. 35. Ad 1. confir. pariter respondeo illa verba quacunque ex causa esse intelligenda de habilibus ad profitendum, non autem de inabilibus, hanc enim patiuntur restrictionem, ne sequatur absonus intellectus, & ne inducatur iuris correctio Iason multa congerens l. 2. §. præter num. 3. ff. qui satisdare & num. 4. idem præterea, verba illa, si proferantur à lege recipiunt restrictionem ad habiles Curt. iun. cons. 1. nu. 3. & seq. Tuschus littera D, conclus. 355. numer. 10. Ad 2. confirmationem vbi dicitur ex Tusco loco citato, & Apostillatore ad Roman. cons. 31. Restrictionem illam non esse faciendam, vbi agitur de fauore publico. Respondeo pariter, hoc esse verum, quoties non sequitur iuris correctio, & absonus intellectus. Quod autem in casu nostro sequatur iuris correctio, patet, quia corrigerentur omnia iura reddentia aliquos inhabiles perpetuo ad profitendum, quia hoc supposito, elapso quinquennio, censerentur professi. Absurda aliqua iam in probatione nostri dicti adducta sunt, ita Sanchez loco citato.

Obijcies 2. Tempus quinquennij non solum præfigitur, quia censeatur ratificata professio, sed etiam ad finiendam iurisdictionem. Ad hoc iam supra responsum est, & respondeo. Quidquid sit de veritate propositionis, esse intelligendam omni casu de habilibus non ergo includuntur in dispositione concilij impedimenta perpetua.

116 Dico 2. laborantes perpetuo Impedimento posse absque vlla causæ cognitione discedere à Religione, & abire, nisi futurum sit scandalum, quod, si scandalum timeatur, possunt patefacto impedimento, & probato coram ijs iudicibus, qui possunt expellere, etiam petita venia dimitti, probatur, quia ista est quæstio quid facti, non quid iuris, sicuti enim possunt hoc cognoscere, vt expellant, ita possunt cognoscere, vt dimittant, & sicuti duoi agitur de quæstione quid facti circa impedimenta matrimonij potest Episcopus videre, an re vera subsit impedimentum, & reperto iubere, dicere matrimonium non tenere, ita & de professione; an alijs remedijs nulliter professus possit vti, alijs aperiendum relinquo mihi sufficit cum Sanchez, quod via ordinaria sit audiendus nulliter professus, vt aperte docet loco citato num. 33.

Nunc de impedimentis non perpetuis, & quia etiam ista vel durant toto quinquennio vel cessant intra illud ideo de vtriusque, & de impedimentis quæ durant toto quinquennio & similibus.

117 Dico † impedimenta, quæ irritant professionem, toto illo tempore, quo durant, non cadunt sub dispositione concilij, & reclamantes possunt semper audiri in iuditio ordinario, v. g. iuxta Bullam Sixti recepti sine informationibus, si hoc impedimentum adhuc viget, semper possint audiri, quoad vsque esset facta informatio, & ratio est manifesta. Quia concilium fundatur in præsumptione ratificatæ professionis, quæ tali impedimento posito nullo modo potest intrare ergo de istis non disponit. Non enim plus potest operari tacitum, quam expressum cætera vide apud Sanchez loco citat. num. 34.

Dices 1. Conceditur reclamatio intra quinquennium respectu cuiuslibet impedimenti, ergo eo elapso denegatur respectu cuiuslibet argumento ducto à contrario sensu, sed non video quomodo hoc argumentum probet, supposito modo dicendi concilij, quod ita se habet. Non audiatur, nisi intra quinquennium &c. Dispositio concilij non est composita affirmatiue, sed negatiue, & sensus concilij est, quod nemo audiatur nisi &c. vel quicunque prætendat per vim &c. non audiatur ergo non est hoc concedere directe, sed directe negare, & indirecte concedere vel potius limitare 2. Respond. Concilium nihil agere de istis impedimentis, neq; concedendo, neque negando, cum enim disponat supposita præsumptione ratificatæ professionis, & ista in similibus casibus non possit considerari, sequitur, quod Concilium de istis cum loquatur.

Dices 2. Concilium non tantum fundatur in præsumptione ratificatæ professionis; sed etiam intendit limitare tempus. Respondeo quidquid sit de hoc, de quo iam satis supra dictum est, etiamsi Concilium vtrumque intenderet dico, quod semper intenderet limitare iurisdictionem circa illa, de quibus agit, cum ergo de istis nullo modo agat, vt probatum est, sequitur, quod neque iurisdictionem limitet circa ista. Quod autem sit incredibile aliquod impedimentum durare, vel non, de hoc non disputamus, hoc solum adstruimus, quod dato, quod durent impedimenta sequitur, quod nos dicimus dari autem similia impedimenta quotidie experientia docet, vtinam non doceret; & ista de impedimentis quæ durant vltra quinquennium.

118 De impedimentis, quæ cessarunt intra quinquennium, & illis præpeditus intra terminum non reclamauit. Noto, quod, vel cognouit, vel non cognouit impedimentum, si cognouit, vel potuit, vel non potuit reclamare. Rursus, vel reclamauit tantum dicendo, se non esse professum, nec velle permanere in Religione non adducendo tamen rationes coram ordinario & superiore, vel reclamauit, sed non coram ordinario, & superiore iuridice, incipiendo actus legitimos, at protestatus est tamen de nullitate, & aliquas adduxit rationes sed extra iuditium.

119 Pro resolutione dico 1. Si impedimentum, impotentia &c. cessant intra quinquennium & fuerit cognita, in tali casu non potest dari audientia in iuditio ordinario, estque tali religioso per Concilium denegata, probatur. Quia Concilium disponit, quod elapso quinquennio denegetur audientia, quod licet fundetur in præsumptione non tamen obstat, quin vere intret; Cum enim cessauerit impedimentum, intrat statim præsumptio in foro fori, quod autem remedium supersit, infra dicetur.

120 Dico 2. Si reclamauit iuridice & causas deduxerit nulla est difficultas, quod intra quinquennium non audiatur, si vero reclamauit intra quinquennium instando, se non esse professum, ideò se velle dimitti, causas tamen non deduxerit nullitatis intra quinquennium, de hoc est difficultas, primum enim est clarum ex dispositione Concilio, de secundo videtur dicendum.

Non posse audiri elapso quinquennio, licet iuri-

dice reclamauerit, ſed intra quinquennium cauſas non deduxerit, & probatur primo Ex contextu Concilij. Non audiatur niſi intra quinquennium tantum à die profeſsionis, & tunc non aliter niſi cauſas, quas prætenderit deduxerit &c. Cum ergo requiratur, vt poſsit audiri, quod reclamet, & cauſas deducat, & alterum tantum præſtiterit,
121 ſequitur audientiam denegari, † quia clauſula illa non aliter inducit formam Boer. deciſ. 243. num. 11. poſt medium Lattet de re benef. lib. 1. quæſt. 41. num. 35. Varal. deciſ. 82. num. 4. Surd. conſ. 246. num. 20. & conditionem importat, qua deficiente, idem eſt ac ſi nihil actum eſſet Iaſon. l. fin. C. de iure emphit. num. 142. probatur 2. Ex illa particula, tunc, quæ denotat temporis extremitatem, & importat conditionem l. 4. §. fin. vbi Gloſſa & Bart. ff. de cond. & demon. & leg. Gallus in prin. vbi Gloſſa verbo tunc, & ibi notant omnes ff. de lib. & poſth. & prope infiniti quos adducit Barboſa in tract. var. de dict. Tunc eſtque reſtrictiua, & reſtringit diſpoſitionem ad tempus, & caſum expreſſum, & prohibet extenſionem ad alium omiſſum, Pariſ. conſ. 92. num. 10. lib. 3. Cephal. conſ. 269. num. 29. lib. 2. apud eundem Barboſ. loco citato de quo autem tempore ſignificet, colligendum eſt ex verbis antecedentibus l. in ſubſtitutione ff. de vulgar. Iacob. Mandel. conſ. 51. nu. 20. ex quibus manifeſte apparet cauſas eſſe deducendas intra idem quinquennium.

Aduerte autem, quod ſemper loquimur ſiſtendo in iure Concilij, niſi expreſſe de alijs conſtitutionibus fiat mentio, quid enim ſecundum illas dicendum ſit, infra definietur.

In contrarium videtur eſſe, quod poſita hac reclamatione, videtur ceſſare præſumptio ratificatæ profeſſionis & verba Concilij videntur denegare audientiam tantum non reclamanti.

Dico. Qui iuridice reclamauit, licet nullas cauſas ſuæ profeſſionis inualidæ adduxerit etiam intra quinquennium poteſt audiri in iuditio ordinario, quia adhoc, vt excludatur præſumptio, vel veræ, vel ratificatæ profeſſionis ſufficit, quod reclametur. Si enim reclamet ideſt aſſerat ſe non eſſe profeſſum, licet rationes non adducat præſumptio non intrat ratificatæ profeſſionis, & à fortiori ſi non ſolum reclamauit, ſed etiam cauſas nullitatis adduxerit at illas non potuit probare, tunc etiam elapſo quinquennio poterit cauſas probare, & erit expediendus in iuditio ordinario, patet, quia ſatisfecit diſpoſitioni concilij, quæ eſt, quod reclamet, & cauſas deducat non autem, quod probentur, iudex enim eſt ordinarius, quod ſi non eſſet ordinarius, ſed delegatus adhuc cępta iuriſdictione poſſe cauſam terminare, licet tempus ſit lapſum, iuxta ea, quę communiter traduntur à Doctoribus, cum tempus non ſit effixum iuriſdictioni.

Quod ſi iuridice non reclamauit ſed tamen ante lapſum quinquennij iudicibus dixit ſe non eſſe profeſſum tunc etiam puto eſſe audiendum, quia Concilium non adſtringit regularem, ad reclamandum iuridice, ſed tantum ad reclamandum, quod, cum præſtiterit debet audiri, quia hoc caſu ceſſat præſumptio emiſſæ vel ratificatæ profeſſionis, & proteſtatio prodeſt. Cap. conſulti iunctis Gloſſis in primo caſu, & in verbo proteſtetur & alia Gloſs. verbo per annum Cap. Ex parte de regul. & Gloſſ. alia Cap. perlatum verbo propoſuit vbi citatur multa concordantia, & tenet Roderiquez tom. 3. quæſt. 17. artic. 11. Sanchez in decalog. lib. 5. cap. 3. num. 35.

122 Dices † actus proteſtantis aperiunt animum, & intentionem proteſtationis ad tex. Cap. Cum M. Ferrarienſis §. verum vbi Gloſſa verbo ſine præiuditio. De conſtit. l. non ſolum §. morte ff. de noui oper. nunciat. Cap. perlatum el primo cum ibi notat de his quæ vi met. Cap. Lotharius §. Prætcrea vbi Gloſs. verbo innotuit 31. quæſt. 2. Nauar. conſil. 34. lib. 3. de reg. ſed cum iſte proteſtetur & poſt proteſtationem deſerat habitum dicendus eſt recedere à proteſtatione. Pro reſponſione ad hoc argumentum adeas Roderiquez loco citato, qui plene ſatisfacit in genere in ſpetie autem caſus noſtri nihil probat. Quia delatio habitus eſt neceſſaria vt reclamatio ſit valida, adeo vt, ſi habitus eſſet dimiſſus, eſſet reaſſumendus, vt audientia poſſit concedi, cum ergo delatio habeat cauſam manifeſtam, non eſt reducenda ad præſumptionem ratificatæ profeſſionis, ſed ad neceſſitatem obtinendæ audientiæ, ita enim loquitur concilium. Quod ſi habitum ſponte dimiſerit nullatenus ad allegandam quamcunque cauſam admittatur, ſed ad Monaſterium redire cogatur; & voluntas ſemel poſita præſumitur perdurare, niſi contrarium probetur argumento cap. 3. de Bapt. §. dormientes iuncta Gloſſa verbo perdurare.

123. Quod † ſi Religioſus non reclamauit coram iudice toto quinquennio, ex malitia, & iniquitate ſuorum ſuperiorum, ſit tamen proteſtatus coram partibus ſe non eſſe profeſſum, & libenter ſe deducturam, & probaturam ſuam cauſam, ſi facultas daretur, hoc caſu equidem puto eſſe audiendum
124 in iuditio ordinario, † quia non valenti non currit tempus. Quod ſi dicas hoc verum eſſe, quando tempus eſt effixum in odium negligentiæ tantum, non quando eſt limitatum in fauorem alterius. Reſpondetur pariter verum eſſe, quod iniquitas vnius non debet alteri nocere, cum ergo in caſu noſtro ſupponamus iniquitate ſuperiorum non poſſe ſubditum reclamare, ſequitur, quod ideo non amittit ius ſuum.

Quotieſcunque ergo non intrat pręſumptio ratificatæ profeſſionis, poteſt reclamans audiri in iuditio ordinario, quia Concilium, quod nititur præſumptione, nihil de eo diſponit. Ad tollendã autem præſumptionem ſufficit ignorantia, impotentia, &c. vel reclamatio, licet cauſa non ſit continuata.

125 Vt decretum Concilij habeat locum requiritur 1. Vt impedimentum nullam reddens profeſſionẽ ceſſauerit ante lapſum quinquennij, nam, ſi durauit toto quinquennio, reclamans poteſt audiri via ordinaria, quia non poteſt præſumi ratificaſſe profeſſionem Sanchez lib. 7. diſp. 37. num. 33. & 34. alios referens Leſſius lib. 2. cap. 41. dub. 7. nu. 64. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 4. nu. 6. apud Caſtropalao tom. 3. tract. 16. diſp. 2. punct. 8. num. 12. 2. Requiritur quod ſuæ profeſſionis nullitatem non ignorauerit, quia poſita ignorantia nunquam præſumitur ratificata profeſſio, Leſſius & Suarez vbi ſupra. Allegans tamen ignorantiam non admittitur, quia aduerſus illam eſt præſumptio iuris, & de iure, vt dixit Sanchez & ſequitur Caſtropalao loco cit. cum enim ius præſumat ratificatam profeſſionem, vtique præſumit ſcientiam nullitatis, vtpote de intrinſeca ratione ratificationis. Quod autem remedium ſuperſit, dicemus infra. Quod ſi impotentia reclamandi durauit toto quinquennio, poteſt audiri via ordinaria, quia ceſſat præſumptio profeſſionis ratificatæ, quod ſi dices admitti hoc modo probationem aduerſus præſumptionem

ptionem iuris, & de iure. Respondetur non admitti directam, sed indirectam, admittitur enim probatio tollens fundamentum, cui præsumptio innititur. Præsumptio enim ratificatæ professionis nitebatur in eo, quod sublato impedimento toto quinquennio sponte non reclamauerit, probato ergo impedimentum adfuisse, vel impotentiam reclamandi, tollitur fundamentum præsumptionis, eo modo, quo aduersus matrimonium præsumptum ex copula subsequenti, admittitur probatio concludens, copulam non interuenisse, aut sponsalia, vel esse dissoluta.

126 Sed dato, quod impedimentum cessauerit intra quinquennium, & nulla fuerit impotentia reclamandi, vel si fuit, non potest liquido probari, & Religiosus nullo modo vult professionem ratificare, quod remedium superest? Nullum, vt audiatur, nisi beneficium restitutionis in integrum. Quod an in præsenti casu possit dari, cum sit dubium, est discutiendum.

Pugnantes sententias refert Sanchez loco sępius allegaro numer. 21. vbi multa vide ipsum. Ego resoluendo.

127 Dico † in tali casu dari beneficium restitutionis, sicuti in alijs materijs, ita Nauar. com. 4. de regul. num. 71. vers. 3. & num. 76. vers. 2. & lib. 1. cons. tit. de his &c. cons. 7. num. 2. in vtraq; editio. & lib. 3. de regul. cons. 23. in 2. edit. Azor. part. 1. lib. 13. cap. 4. quæst. vlt. Sanchez late & optime probans loco cit. nu. 22. Lessius lib. 2. cap. 4. dub. 7. nu. 65. Barbosa de potest. Episc. alleg. 104. nu. 108. Riccius resolut. 550. num. 6. & alij quibus accedit Castropalao loco cit. num. 13. §. Cæterum, & probatur non repugnat dari ex natura rei, Nec Concilium denegat, ergo hoc remedium est concedendum.

Quod non repugnat ex natura rei, probatur. Quia hoc restitutionis beneficium aduersus præscriptionem longi temporis conceditur iure spetiali, & extraordinatio, tam maioribus, quam minoribus, diuersimode tamen, vt constat ex cap. 1. & 2. de in integ. restit. in 6. & ex l. 1. §. fin. ff. ex quibus caus. maiores & tradunt Doctores apud Sanchez, & in spetie Couarr. Reg. Possessor. 3. p. §. 3. ita licet contra præsumptionem iuris, & de iure non admittatur probatio in iuditio ordinario, datur tamen restitutio aduersus lapsum temporis, & probatio in iuditio extraordinario, vt docent Alex. l. si inter stipulantem §. 1. num. 3. ff. de verb. oblig. & l. si infanti num. 9. C. de iur. deliber. Ruinus cons. 68. num. 20. volu. 1. Mascard. de probat. in princ. quæst. 10. num. 67. Menoch. de præs. lib. 1. quæst. 70. num. 1. & 2. constat ex l. si mater in prin. ff. de recept. rei iud. vbi aduersus sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam succurritur ex causa, vbi Gloss. verbo ex causa ait, per restitutionem in integrum, & admittunt omnes, vt testatur Sfortius Oddus de restitut. in integ. p. 2. quæst. 172. toto art. 1. & toto artic. 4. probat aduersus tres sententias conformes idem beneficium restitutionis concedi, cum tamen constet pro tali sententia esse præsumptionem iuris, & de iure; adeo vt non admittatur probatio in contrarium l. sub spetie C. de sent. & re iudi. & hoc non solum minoribus sed, etiam maioribus conceditur vide Sanchez loco cit. num. 22.

128 Neq; † Concilium denegat hoc beneficium, quod probatur. Quia, licet dicat, non audiatur, non ideo tollit hoc beneficium 1. Pontifici intruso denegatur audientia cap. 1. dist. 23. ibi. Nec aliqua ei super hoc reseruetur audientia, & tamen Gloss. verbo audientia dicit omnem spoliatum esse restituendum, nisi in casibus iure expressis: Archidiacon: ibi ad finem vers. in Gloss. hic habes, & Bellamer. in eodem vers. nu. 14. & præpos. num. 23. dicunt, audiendum non esse, quia non est superior, coram quo petatur audientia, secus in alio, qui superiorem habet, ergo neq; in Concilio tollitur per verbum, non audiatur, 2. Lex fin. C. de fund. patr. lib. 11. vtitur his vrgentissimis verbis. Nullam pœnitus actionem, vel molestiam, aut quamlibet inquietudinem formidare (& paulo infra) Ita, vt in omnibus ad excludendam omnem quolibet modo ex publico mouendam quæstionem nuda, & quocunq; titulo, vel etiam sine titulo quadraginta annorum iugis possessionis exceptio possit sufficere, & l. omnes C. de præscript. trigint. vel quad. anno. ita habet, sit liber, & præsentis saluberrimæ legis plenissima mutatione securus attamen generale illud, quod aduersus præscriptionem decem vel viginti annorum, etiam maioribus detur restitutio in integrum ex causa iustæ, & probabilis ignorantiæ, ad eandem tam vrgentibus verbis denegatam legibus suprascriptis quadragenariam præscriptionem extendunt Tiraquel. de retract. lignag. §. 35. Gloss. 4. num. 37. Ceuallius pract. q. 48. num. 1. & 2. Bec. cons. 12. nu. 63. & seq. vol. 1. Sfortius Oddus loc. cit. p. 1. q. 15. art. 5. num. 43. & Latius p. 2. q. 90. art. 6. per totum, ergo multo minus censebitur ademptum hoc remedium per Concilium, quod vtitur verbis valde remissis. 3. In l. postquam liti, de pactis sunt inserta ista verba generalissima. Causam finitam instaurari posse nulla ratio permittit, & tamen Gloss. verbo nulla ait, communiter, secus, de spetiali. Ex quibus multi, ijq; doctissimi colligunt, nunquam censeri exclusum remedium restitutionis, denegata quacunq; actione, neq; per verba generalia denegantia quodcunq; remedium, siue sint legis, siue statuti, nisi de restitutione in integrum fiat spetialis mentio, quod alijs citatis docet Molin. de primogen. lib. 3. cap. 13. num. 65. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez loco cit. num. 22. Et Oddus loco cit. art. 6. à num. 44. ad 48. cum multis ibi citatis asserit, esse communem sententiam, remedium istud restitutionis non tolli licet prohibitum sit appellari, supplicari, reclamari, recurri, vel alio modo contrauenire, & ita multis enumeratis iuris remedijs & illis spetialiter prohibitis additum sit, & omne aliud iuris remedium interdici. Et ratio est, quia restitutionis beneficium est spetialiter à iure concessum, estq; valde fauorabile, vnde verbis generalibus non censetur exclusum, & ideo subdit mentem statuentis esse per illa verba generalia, tolli omnia remedia competentia iure communi, & clausulam generalem esse intelligendam de specificatis iure communi, & à nu. 50. vsq; ad 53. alijs relatis concludit, neq; censeri ablatum hoc remedium, etiamsi additum sit, neq; quopiam alio prætextu posse contrauenire. Imo, excluso omni generali auxilio, & inter remedia spetialiter prohibita interdicto etiam aliquo iure spetiali competente, & deinde addita clausula generali prohibente omnia alia remedia, asserit neq; hoc modo excludi, vel tolli hoc remedium, ratio est, quia beneficium restitutionis non tolli istis clausulis, non fundatur solum in eo, quod dispositio generalis non extendatur ad spetialiter concessa, sed etiam in hoc alio, quod restitutio in integrum, ob maximum eius fauorem, non censetur interdicta, nisi de ea fiat spetialis mentio, &

num.

num. 54. putat adeo difficile esse tolli hoc remedium, vt dubitet, an sit ablatum, quando expressis omnibus alijs iuris remedijs, & solum hoc superesset, & præterea addita esset clausula generalis, quæ nisi hoc excluderet, videretur superflua, & rationem reddit, quia hoc remedium, cum omnibus statuentibus sit notum, potest præsumi non enumeratum spetialiter, quia legislator noluerit illud tollere, ex quibus aperte colligitur, quanto minus censendum
129 sit ablatum per adeo leuia verba Concilij, & † quamuis neq; minoribus in spiritualibus detur in integrum restitutio, quia, vt Bald. ait rubr. de iud. in 1. lect. num. 7. ita adhærent ossibus, vt auelli nequeant, habent enim diuinam virtutem, non excluduntur tamen ab eo beneficio, quoties in matrimonio, & alijs spiritualibus læsi fuerint circa ea, quæ vel accidentia sunt, vel reparari possunt per restitutionem in integrum Couar. lib. 1. variar. cap. 5. num. 8. & Alex. cons. 80. per totum lib. 7. & alij apud Sanchez defendunt minorem restitui in spiritualibus, quando sumus in iuditialibus, & ratio est, quia tunc vere non restituitur quoad spiritualia, vt matrimonium, & professionem, vt vere contracta, & vt intendatur eorum vera dissolutio, sed tantum, quatenus intenditur eorum obligationem non esse contractam, quod Abbas Capit. Ex parte nu. 12. de restitut. spoliat. relata sententia Glossæ dicentis minorem in spiritualibus non posse restitui, dicit esse verum, quando matrimonium à principio tenuit, quia, quos Deus coniunxit homo
130 non separat, & numer. 16. subdit † fortius in spiritualibus subueniendum esse captis, & deceptis.
131 † Non modica autem læsio est aliquem cogi inui-
132 tum ad perfectissimum statum religionis, † qui summam libertatem, & affectum erga illam desiderat. Et quamuis etiam libere professus fuerit, nunc tamen ad professionem non tenetur, nec vult ratificare professionem, attamen, cum erit elapsum quinquennium, concessum ad reclamandum, cogetur nolens ferre iugum religionis, si per beneficium restitutionis ei non succurratur, quare ergo denegabitur ita Sanchez, Lessius & alij quos sequitur Castropalao loco item citato. Probatur 4. etiam ex modo loquendi ipsiusmet Concilij, non esse denegatum hoc beneficium, quod, dum agit de illis, qui demisso habitu intendunt reclamare, ita habet. Ad allegandam quamcunq; causam nullatenus audiatur, dum autem agit de illis, qui cum habitu intendunt reclamare, ait tantum, non audiantur, aliquid ergo amplius intendit in vno loco, quam intendat in alio, sed quid est istud, nisi quod in primo denegat omne auxilium, in secundo autem casu relinquit beneficium restitutionis, sed.
133 Obijcies 1. Concilium intendit imponere finem litibus, quod non assequeretur, si daretur hoc beneficium Respondeo etiam præscriptiones esse introductas, vt litibus finis imponatur, & tamen aduersus illas datur restitutio, & maius est inconueniens non professum cogi sustinere iugum religionis.
134 Ob. 2. Præscriptiones obligant etiam in conscientia Salon. 2. 2. quæst. 5. art. 7. concl. 2. Lopez. 1. par. cap. 133. Menoch. de retinen. remed. 5. nu. 84. Siluester verbo Præscriptio 1. nu. 13. & alij, ergo, cum religio elapso quinquennio præscripserit contra religiosum, tenetur illi stare in conscientia: Respondeo 1. Data præscriptione adhuc admitti restitutionis beneficium Lessius lib. 2. capit. 6. dub. 18. Respondeo 2. Præscriptionem procedere quando iuxta leges ad præscribendum non requiritur actus particularis illius, contra quem præscribitur, non autem, quando talis actus requiritur, quia non potest per legem suppleri. Ex Castropalao.
135 Ob. 3. Si daretur beneficium restitutionis, quod vna via denegatur, altera concederetur contra regul. 84. de reg. Respondeo quod vna via negatur, non esse alia concedendum in eodem iuditio, non autem in diuerso, audientia conceditur in iuditio ordinario. Restitutio in extraordinario.
136 Ob. 4. Nemo restituitur nisi læsus l. Nam & postea §. minor ff. de iur. iur. l. minoribus Cod. de in integ. restit. At qui cogitur stare in religione non læditur, sed in meliori statu sistitur leg. Deo nobis Codic. de Episcopis & Clericis ergo iste non restituitur. Respondet Sanchez, non lædi, qui volens permanet in religione, lædi autem, qui nolens: Religio enim est suaue iugum volenti, durissimum nolenti cæteris quæ possent obijci respondet Sanchez late & docte de more suo.
137 Si † petas, quod tempus concedatur elapso quinquennio maiori, vt possit allegare ignorantiam, vt ei detur restitutio respondet idem Sanch. loc. cit. num. 26. posse allegare toto tempore, quo ipsa ignorantia durat, etiamsi esset centum annorum, quia stante ignorantia eneruauatur præsumptio ratificatæ professionis, cessante vero ignorantia, & impotentia iure communi concedi quadriennium ex cap. 1. de in integ. restit. in 6. & l. fin. Cod. de temp. in integ. restit. quod non admittit in isto casu, quia eo ipso, quod sublatum est impedimentum, & datur scientia nullitatis, si quis se ingerit actibus professorum, censetur tacite profiteri, & nisi reclamet, elapso quinquennio ratificare professionem
136 factam, sed Castropalao † hanc doctrinam non admittit, at vult minoribus, iure communi, elapso quadriennio, à tempore finitæ præscriptionis non esse concedendam restitutionem, interueniente quacunq; ignorantia, & ratio illius est, quia, si tempus quadriennij concessum pro beneficio restitutionis computandum esset à tempore, quo quis cognoscit aduersum se præscribi, concedenda esset restitutio in præscriptione quadraginaria, & centenaria, quod à doctoribus communiter reprobatur, vt apud Couar. reg. Possessor punct. vlt. §. vlt. nu. 2. In casu autem de quo agimus distinguit. vel ignorantia est nullitatis professionis, vel est termini concessi ad reclamandum. Si ignorantia est nullitatis, quocunq; tempore ista duret semper potest reclamari, quia toto illo tempore non potest præsumi ratificasse, cessante vero ignorantia, vel impedimento incipit currere tempus quinquennij, intra quod iure ordinario potest reclamare. Si vero ignorantia est termini tantum, & adsit scientia nullitatis, vel impedimenti sublati, putat elapso quinquennio, quo maior potest via ordinaria reclamare, concedi eidem quadriennium via restitutionis, & ratio ipsius est, quia si hoc casu maioribus non concederetur restitutio, vt possent reclamare, nullus daretur casus, in quo illis necessarium esset vti beneficio restitutionis, stante enim ignorantia professionis, vel impedimento ad reclamandum, vel ad ratificandum non indigent beneficio restitutionis, sed via ordinaria possunt agere, non enim labitur quinquennium, quod sit habile ad ratificandum.
139 Ad argumentum Sanchez respondet, quod non inducitur vera, sed tantum præsumpta ratificatio,

&

& ideo potest dari quadriennium via restitutionis, vt examinetur, an præsumptio sit vera, alias neq; minoribus cognoscentibus nullitatem suæ professionis,& sublato impedimento, si gesten habitum, professorum actibus se immisceant esset danda restitutio.

140 Dictum vero Sanchez admittit in foro conscientiæ, quando maior intra quinquennium non ratificauit professioné, & interrogatur, an sciuerit suam professionem esse nullam, vel præterijsse tempus quinquennij, intra quod datur restitutio, vt possit negare se sciuisse subintellecta restrictione mentali, vt scilicet professionem ratificaret. Iudex enim intelligitur interrogare de scientia vtili,& fructuosa ratificatione, & non de alia.

141 Beneficium † autem restitutionis diuersimode conceditur maioribus, & minoribus. Nam minoribus, idest, qui nundum vigesimum quintum annum compleuerunt ex duplici causa conceditur, nempe ex causa minoris ætatis,quia, licet sciuerint suam professionem nullam,& potuerint reclamare, tamen hac restitutione eorum fragili naturæ intenditur fauere: & ex causa impotentiæ reclamandi, siue ex metu, siue ex ignorantia nullitas professionis prouenerit, quæ secunda causa est sufficiens,vt etiam maioribus concedatur. Et maioribus viginti quinq; annis conceditur tantum ex clausula, si mihi aliqua iusta causa &c. qualis est impotentia, ad

142 quam reducitur etiã probabilis ignorantia: † Qui enim probabiliter ignorat sibi competere ius ad rem, dicitur iuste impeditus, ne possit agere, ideo debet restitui leg. 1. §. vlt. ff. ex quib. caus. maior. & leg. 1. §.Si quis autem ff. de itin. actuq; priuileg. & alijs, quibus relatis ita docet Couar. supra. Debet autem ignorantia esse probabilis, & iusta, crassa enim, & supina, vtpote culpabilis nihil prodest ad effectum restitutionis, sicut neq; iuuat ignorantia iuris, nisi sit iuris valde reconditi, aut ignorans sit miles, rusticus, aut mulier, in quibus propter eorum conditionem ignorantia iuris facile solet præsumi Sanchez numero 27. Difficulter tamen hac in parte potest probari, cum ignorantia sit iuris, & aduersus illam detur iuris præsumptio Castropalao loco cit. numero 14. Sed dato, quod religiosus vere non sit professus, non possit tamen probare nullitatem, sitq; elapsum tempus omniq; remedio iuris destitutus, quid agere debet?

143 Dico † 1. Neminem inualide siue bona fide siue ex malitia professum teneri seruare castitatem, paupertatem & obedientiam. Ratio est, quia talis obligatio non potest oriri, nisi ex voto, cum ergo votum sit nullum, quia nulla professio, vtiq, nulla etiam erit obligatio,ita Sanchez nu. 38. & 39. & Castropalao eadem disput. 2. punct. 4. num. 1. & alij.

144 †Sed dices in professione duo sunt consideranda, traditio,& via. Traditio, qua ille, qui profitetur,se tradit religioni,vt ei inseruiat,& Deo obsequatur. Via, qua illud obsequium præstare debet, quæ est castitatem paupertatem, & obedientiam obseruando. Quod traditio sit nulla, potest quidem esse, vel quia à Religione non acceptetur, vel quia, qui profitetur sit incapax, at via semper à Deo acceptatur, ex quo fit, quod, licet qui professionem inualidam emisit, non teneatur religioni rationibus dictis, tenebitur saltem viæ, quæ à Deo acceptatur: confirmatur,quia Cap. quidam & Cap. placet de conuers. coniug. licet professio coniugati declaretur irrita, obligatur tamen ad debitum non petendum, & ad non contrahendum, si contingat coniugem, quam habet, mori, ergo eodem modo, licet professio sit irrita in casu nostro, & ideo traditio nulla manet tamen obligatio ad viam, & ideò ad vota. Respondeo ad argumentum concedendo, quod in professione interueniant illa duo, traditio videlicet, & via, sed dico præterea ista esse adeo inter se connexa, vt vno corruente necesse sit corruere, & alium, & existente nulla traditione, nulla euadant etiam vota nam, qui professionem emittit, in tantum intendit se obligare votis, in quantum intendit, se esse religiosum, & eodem modo est præsumendum,nisi constet de mente contraria, & ideo cessante traditione, cessat, & obligatio ad viam.

Ad Confirmationem. Respondeo illos textus ita decidere non virtute professionis emissæ quæ, cum nulla sit, illam non potest parere obligationem,sed ex præsumpta voluntate,præsumunt enim coniugatum, qui bona fide professionem emitrit, habere animum se obligandi ad castitatem ex parte sua, quantum commode potest, etiamsi professio sit nulla, cui præsumptioni standum est in foro fori, quamdiu de contraria voluntate non constet, quæ tamen præsumptio non est extendenda extra illum casum, quia est omnis rigorosa, & contra communem modum operandi, & nullum habet fundamentum in iure,imo oppositum pręsumitur probabilius, videlicet religiosos vouere eo animo, si in religione persistant, quod manifeste verum conuincitur, si consideretur, professionem coniugati non esse ipso iure naturæ nullam; sed tantum iure positiuo, quod ipsam irritat, vel non acceptat, quoad traditionem, acceptat vero quoad votum castitatis.

145 Dico † 2. Inualide professum sine bona fide, siue ex malitia nullam habere obligationem ratificandi professionem, ita Sanchez num. 38. & 39. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 7. numer. 65. Henriquez lib. 11. cap. 11. num. 11. Suarez de relig. tom. 3. lib. 7. cap. 7. à num. 6. quos citat, & sequitur Castropalao loco cit. numer. 3. Ratio est, quia professio est status adeo arduus, & difficilis, vt nemo illam suscipere contra propriam voluntatem sit obligatus,nec item inuitus ad eandem sit cogendus.

146 Dices † non cogi inuitum, sed illum, qui saltem in foro fori lubens vouit, dum enim professionem emisit, voluit profiteri, ergo potest cogi, quia non inuitus professus est. Respondeo illam voluntatem fuisse inefficacem, & nullius momenti, & effectus & ideo ex vi illius voluntatis, neq; ad obseruantiam rei promissæ, neq; ad denuo promittendum posse cogi, & licet in aliquo casu in foro externo fuerit efficax, & præsumatur habere effectum, quia tamen re vera in foro conscientiæ non habet, non potest cogi, sed tantum in foro fori.

Dico 3. † Inualide professum quocunq; modo,& in statu supradicto, quod non possit audiri, probare nullitatem &c. cessante scandalo posse quocunq; tempore fugere, quia vere non est religiosus, nec tenetur reclamare, vel deducere causas coram ordinario & superiore, nullo enim religionis vinculo tenetur Sanchez num. 11. apud Castropalao qui num. 9. distinguit hoc modo, vel facile probare potest nullitatem,& tenetur probare,vel non potest facile, & potest fugere, quocunq; tamen modo fugiat, asserit nunquam esse obligatum, redire ad monasterium, & subdit, raro posse contingere scandalum ex tali fuga, quia talis religiosus vtitur iure suo, & raro alij religiosi ex hoc sumunt occasionem

nem fugiendi sine iusta causa; ita ipse.

147 Dico † 4. Superiorem, cui constat de veritate nullitatis professionis, si elapso quinquennio hunc religiosum invalide professum dimittat non peccare, imo posse licite dimittere, quamuis in foro externo procedatur, siue ex officio, siue ad querelam partis contra eum, qui vult resilere, ita Sanchez num. 13. Ratio est, quia superiori illi, cui constat de nullitate professionis, constat etiam religionem nullum ius habere in illum religiosum: ergo dimittendo illum secreto nullam iniuriam facit religioni: quæ nullum habet ius, nisi ex præsumptione, non ex rei veritate, quod non suffragatur, Doctores hoc eradentes refert Sanchez loco citato.

148 Dices † Concilium iniungit superioribus, ne elapso quinquennio reclamantes audiant, ergo multo magis, ne dimittant: Respondeo dispositionem Concilij habere locum tantum in foro fori, non in foro conscientiæ.

149 Dico † 5. Religionem non posse cogere nulliter professum, qui tentauit probare nullitatem, & non potuit vere & ex animo ratificare professionem ita Nauarus, Lessius, & Sanchez apud Castropalao loc. cit. punct. 5. Ratio est, quia nullam maiorem potestatem habet religio in religiosum, quam ei votum tribuat, cum ergo votum non sit verum, sed tantum præsumptum, neq; potestas eum cogendi erit vera, sed tantum præsumpta, Præsumptio autem non obligat in foro animæ, præterea religiosus non intendit tradere se religioni, vt eum compellat profiteri, sed tantum, vt professum dirigat.

150 Magna † hic se offert difficultas nulliter professus, nullitatem non potest probare, neq; potest fugere, quia timet scandalum, & forte maius damnum, attamen, si perseuerat in religione, non religiosus ab ea recipit alimenta, vtitur illius priuilegijs, nim in suscipiendis ordinibus, tum in administrandis Sacramentis, & in illis recipiendis in dispensando vota in ferendis suffragis &c. quæ omnia tantum religiosis conceduntur, & tamen nollet professionem ratificare. Quod aget iste professus?

Respondet Castropalao loco citat. posse gerere se eamquam professum verum, quoties absque graui nota non potest vitare, quæ dicta sunt. Potest ergo sumere alimenta in compensationem ministerij, quod exhibet religioni, quod si æquale non sit, sumet cum animo compensandi, si quando dabitur facultas secundum id, quod deest. Potest ordines suscipere, neque obstat Ecclesiasticum præceptum, quod nemo ordinetur, nisi sit verus religiosus, vel habeat patrimonium, quia Ecclesiastica præcepta non obligant in casibus vrgentis necessitatis, vt in præcepto, ne quis excommunicatus, vel irregularis occultus sacramenta ministret, quod cessat, quando tales non possunt se excusare, nisi cum graui suo damno. Potest etiam ille religiosus, si sit sacerdos, administrare sacramenta, & dispensare in votis virtute priuilegiorum religionis, & absoluti, & dispensati manent vere absoluti, & dispensati iuxta, l. Barbarius ff. de off. Prætor. quia adest error communis, & titulus coloratus pro iurisdictione, & sacerdos exercetur ratione necessitatis. Nõ tamen potest ipse recipere sacramenta pœnitentiæ, nec dispensationem in votis virtute priuilegiorum religioni concessorum ab illis religiosis, qui habent facultatem absoluendi, & dispensandi solum quoad religiosos, non quoad sæculares Sanchez, num. 42. quia non est verus religiosus, & potest se excusare

absque vlla nota aperiendo suum statum in confessione suo confessario, qui in illo foro fidem adhibebit, vel poterit confiteri alijs religiosis deputatis etiam ad confessiones sæcularium: Potest ferre suffragia in electionibus actiuis, & consentire electioni passiuæ de se factæ, dum ei non occurrit via apta euadendi; In quibus omnibus consentiunt Nauar. lib. 3. Consi. de Regul. conf. 5. alias 26. Sanchez num. 38. Lessius num. 65. Suarez, & quos refert, & sequitur Castropalao, dicto punct. 4. num. 3. ad medium.

151 At, † si religiosus iste inualide professus, Deo inspirante, velit ratificare professionem, quomodo illam poterit ratam habere, & quomodo censebitur rata? Sanchez loco cit. num. 59. & seq. distinguit de nullitate, ita; Vel se tenet ex parte solius professi, vt est, si metus causa, vel dolo, vel ficte sit emissa professio, Vel ex parte solius religionis, vt, si superior non habens facultatem admisit, vel ficte consensit, vel ex parte professi, & religionis, vt si professio sit facta non expleto anno nouitiatus, vel aliquo alio impedimento annullante tam ex parte religionis, quam ex parte professi, & multus est in harum explicatione, ego breuiter sic statuo.

152 Primò. † Quodcumque impedimentum interueniat professionem annullans, antequam professio possit ratificari est amouendum, quia stante impedimento sicuti nulliter emittitur, ita nulliter ratificatur.

153 Secundò † Sublato impedimento requiratur nouus consensus tam religionis, quam professi, vt ratificatio valeat, & hoc siue impedimentum se teneat ex parte solius professi, siue ex parte solius religionis, ita Azorius lib. 12. cap. 4. quæst. 7. Basilius Poncius lib. 4. de Matrimonio disp. 32. num. 8. & pro isto dicto plures refert Sanchez siue se teneat ex parte vtriusque, nempè religionis, & professi, quod tradit etiam ipsemet Sanchez loco citat. num. 64. & Suarez de religione loco item citato cap. 1. à num. 16. & Lessius eodem cap. 41. num. dub. 7. versus finem nu. 67. & dictum nostrum tradit Castropalao loco citat. num. 1. punct. 5. & probatur. Quia, quod nullum est tractu temporis validari non potest, quod in casu nostro sic explicatur.

Demus consensum professi fuisse nullum eo quod ficte, metu, vel dolo consensit, dico hac nullitate posita consensum religionis pariter fuisse nullum, & ideò de nouo ponendum, quod fuerit nullus patet, quia non potest esse consensus acceptandi obligationem nullam, & quia non potest esse consensus obligandi se ad alendum, sustentandum, & regendum eum, qui religioni se non obligauit obsequeurum. Item, si ex parte religionis appositum fuit impedimentum, quia carens potestate acceptauit professionem, vel eam acceptauit ficte, aut ex. errore, consensus professi nullus est, quia non est censendus, velle se obligare, & tradere religioni, nisi religio se illi tradat obligatam ad retinendum alendum, & gubernandum, Professio enim est mutuus contractus ac proinde vltro citraque obligatio, ideò vitiata vna parte remanet vitiata, & altera & vna reparata debet reparari, & altera; ita

154 Castropalao. † deinde valet argumentum à matrimonio carnali ad spiritnale. Auth. nisi rogati C. ad Trebell. cap. pænult. & vlt. de translat. Prælat. cap. inter Canonicas de electio. Oldrad. conf. 67. Euerardus in topicis loco 33. & alij quos refert Barbosa in loco à Matrimonio; & Sanchez nu. 63. subdit minorem.

155 Sed † Matrimonium quotiescunque non tenet ab initio ob aliquod impedimentum, quod postea cesset, vt valeat, necesse est poni de integro omnia, quæ sunt de essentia Matrimonij, vt ex multis comprobat Victoria in suis relectio. de Matrim. in 2. par. 1. par. versu in contrarium, num. 9. Gutiere. Canoni. cap. 18. numer. 4. & tribus sequ. Nauar. de sponsali. consf. 14. & tenuit Sacra Congreg. & prius tenuit Rota in vna Toleta. Matrimonio in proprijs terminis coram Eminen. Seraphino, ergo etiam idem dicendum est de Professione.

156 Tertiò Ratificatio † actus nulli, nihil est aliud, quam nouus actus l. asse toto ff. de hæred. institut. l. obuenire solet ff. de verb. signifi. Socin. cons. 92. num. 11. lib. 3. Menoch. cons. 80. num. 66. ergo, quæ debent interuenire in actu, debent interuenire etiam in ratificatione ita Rota in vna Romana donationis 13. Iunij Coram Eminentissimo Sera-
157 phino, & in vna Cornetana Coram Platto. † Nec actus per prius possunt deseruire; vide decisionem 395. Sanctissimi Ludouisij, & Gaill. lib. 2. obseruat. 1. per multa.

Quartò Ratificatio habet tacitam conditionem, si actus alias sit validus Crauet. cons. 871. nu. 12. lib. 5. Calcan. cons. 57. nu. 6. Surd. cons. 28. nu. 29.
158 volu. 1. † Quia actus nullus, quatenus deficiunt substantialia, non habet subiectum confirmabile;
159 † nihil autem est tantæ virtutis, quod possit eradicare morbum perpetuum, vt sunt dicta impedimenta professionis, & ideò, stante radice infectionis, & morbi causa, conualescentia est impossibilis, ergo debent prius tolli impedimenta, & nouus poni consensus.

160 Quintò † Confirmatio non est actus per se subsistens, dicitur enim confirmatio, quasi cum alio firmatio. Bald. in l. nominatio nu. 2. C. de appell. & in l. falsus num. 3. C. de furtis vbi ergo non est confirmabile confirmatio non procedit. Decius in l. morte num. 3. ff. de iuris. omni iud. & in rubr. de confer. vtil. vel inut. num. 2. Riminal. cons. 5. num. 137. volu. 1. ergo requiritur ablatio impedimenti, & nouus consensus, & illud commune
161 affatum multum probat. † Quod ab initio non subsistit, tractu temporis non validatur. cap. Quod sicut de elect. cap. Non firmatur. de reg. iur. in 6. l. quod initio, & l. penult. ff. eodem tit. Oldrad.
162 cons. 306. vbi habet, † quod factum à non iudice non conualescit, licet incipiat esse iudex, & Lappus alleg. 1. à num. 5. multa ponit exempla, quibus ostendit, quod nullum est, non validari etiam cessante impedimento nullitatis, & actus inualidus defectu ætatis non validatur, licet ex tempore ætas compleatur. Zabarel. cons. 104. nu. 3. & Tiraquel. in l. Si vnquam, verbo reuertatur num. 414. C. de
163 reuoc. donat. docet, † quod ipso iure nullum tractu temporis, etiam amoto impedimento nullitatis, non potest confirmari, quod militat, etiam fauore animæ Francisc. Molina de ritu nupt. lib. 1. cap. 12. nu. 13. & quod ipso iure nullum est ratificari non potest Glossa vltim. in Cap. Cum nos de his quę fiunt à Prælatis Tiraq. dict. leg. Nunquam verbo reuertatur num. 415. Codic. de reuocan. donat. Calcan. cons. 16. nu. 56. Rota decis. 535. part. 1. recent. apud Farin.

164 Dico † 3. ad veram ratificationem professionis irritæ, & ad eius validitatem requiritur, quod professus ratificaturus sciat suam professionem fuisse nullam, & ad eam non obligari, deinde volens eam habeat ratam vt ex tunc sit efficax, & firma, vnde, quantocunq; tempore exerceret, quascunque actus professorum, & professionem ratificaret ignarus nullitatis, nunquam professio vires acquireret, nec ipse esset verus professus, colligitur ex Caiet. 2. 2. quæstion. 289. artic. 5. paulo post principium & docet Nauar. sum. cap. 12. nu. 71. & de regula. coni. 4. num. 74. §. aduertendum 4. & alibi sæpe cum alijs quos citat & sequitur Sanchez num. 59. &
165 probatur. 1. † Quia error tollit consensum leg. si per errorem ff. de iurisd. omn. iud. ergo si professio ratificetur ex errore, quo putatur valida, nihil agi-
166 tur, † quomodo etiam, si quis voueret religionem, & illud votum sit nullum, deinde ex ignorantia illud ratificet, non manebit obligatus, sed requiritur quod illud ratificet habita notitia prioris nullitatis Rosella Votum 2. nu. 12. Siluester Nauar. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 16. nu. 7. probatur 2. Ex Castropalao par. 5. cit. num. 3. Non potest haberi voluntas ratificandi professionem, nisi cognoscatur possibilis sibi ratificatio sed ratificatio possibilis non est, nisi professio nulla exstiterit, ergo non potest haberi voluntas
167 ratificādi, nisi professionis nullitas cognoscatur. † Annotat tamen Lessius loco cit. n. 60. ab hac regula esse excipiendū illum, qui vellet professionem suam ratam esse si forte à principio fuit inualida, in hoc enim casu, licet non cognoscat determinate professionem suam inualidam esse, tamen sub statu possibili, & sub ea conditione eam ratificare intendit, quod satis est ad ratificandam professionem inualidam.

168 Dico 4. † Ad validitatem ratificationis requiritur etiam in religione cognitio nullitatis professionis, & quod posita tali notitia, velit de nouo se obligare, ad alendum retinendum, & gubernandum professum, & velit acceptare eius consensum, & ratio est, quia, vt supra probatum est, requiritur nouus consensus professi, & religionis, & noua traditio professi, & acceptatio religionis, quæ omnia debent omnino esse libera, quæ non essent, nisi scientia nullitatis precederet, vel saltem aliquid ęquiualens, quod additur propter voluntatem illam, quasi conditionatam ratificandi professionem, si de facto nulla est, si plura cupis vide Palaum numero terzo.

169 † Sed quia professionis reualidatio inducitur non solum nouo expresso consensu sed etiam tacita professione nempe delatione habitus professorum, & eorum exercitijs, ijs enim signis positis ius præsumit professum post scientiam nullitatis suæ professionis, denuo consentire, ideo quærimus an hęc præsumptio possit niti annali delatione habitus post integrum nouitiatus annū, an vero requiratur
170 quinquennium. † Et dico requiri delationem per quinquennium, quia Trident. sess. 25. cit. concedit quinquennium ad reclamandum, ergo tali tempore
171 durante non præsumitur ratificatio. † Quod si dicas annali delatione habitus induci tacitam professionem: Respondeo hoc verum esse, quando non potest præsumi alius animus gestandi habitum professorum, nisi quod fiat ad emittendam professionem, in casu autem isto potest præsumi alius animus, nempe, non vt reputetur professus, sed vt dato tempore possit reclamare, quod illi interdicitur, si habitum deponat ita Castropalao num. 5.

172 Aduerte † tamen non eodem modo requiri scientiam nullitatis ex parte religionis, & ex parte professi, licet ex parte vtriusq; requiratur nouus consensus Nam ex parte religionis non requiritur deter-

determinata scientia nullitatis, quia illius consensus præstatur, quoties professus ratam habuerit suam professionem, quod colligitur ex Tridentino cap. 19. de quo agimus, quod dum præsumit professum ante legitimam ætatem, vel per vim, aut metum, transacto quinquennio, ratificasse suam professionem, de consensu religionis, vel eius ratificatione nihil statuit & in Cap. Ad nostram Cap. significatum de regula: & cap. 1. eodem tit. in 6. professus ante legitimam ætatem censetur ratificasse suam professionem per delationem habitus professorum, & eorum exercitijs, nulla facta mentione de acceptatione religionis, tunc enim Summus Pontifex, vt supremus religionum Prælatus media religione semper acceptat, suumq; consensum de facto præstat, quoties professus suum præstiterit, & religio non contradixerit expresse, ita Lessius, & Sanchez apud Castropalao eodem punct. 5. nu. 4. Ex parte vero professi requiritur expressa & determinata cognitio, & consensus, vt supra dictum est.

173 Superest † & alia difficultas, an scilicet ad reualidationem professionis requiratur repetitio integri anni nouitiatus, an vero sufficiat peractus; late hanc quæstionem examinet Sanchez num. 45. & alij ego breuiter sic statuo.

174 1. † Licet nouitiatus validus, & integer præmissus fuerit, attamen nouitius habitum dimiserit, vel eiectus fuerit, tenetur iterum repetere nouitiatum, etiamsi postea habitum iterum assumpserit, quia non verificantur requisita per concilium, nempe, quod nouitius post susceptionem habitus, quam professio subsequitur, extiterit in probatione per annum, dimissione enim habitus omnino fuit extincta prima susceptio.

175 2. † Si nouitius integre, & valde nouitiatum peregit, & habitum non dimisit ad validitatem professionis nullæ non requiritur præmissio alterius anni nouitiatus, sed sufficit peractus, hoc Sanchez num. 45. supponit tamquam certum. Quia Tridentinum ad valorem professionis solum, requirit, quod illam emittens post susceptum habitum per annum extiterit in probatione, quod in casu nostro verificatur.

176 3. † Si nouitiatus inualidus fuit, seu integer non præmissus, si tamen professus per annum extitit sub habitu religioso, & religionis obseruantia, puto neq; hoc casu nouitiatum esse repetendum pro ratificatione professionis, ita Castropalao eodem punct. 5. num. 7. & alij apud ipsum, & probatur, quia finis concilij statuendi annum nouitiatus est, vt religio experiatur mores nouitij, & nouitius austeritates Religionis, sed ista experientia habetur eodem modo prorsus, siue religiosus maneat sub titulo nouitij siue sub titulo professi persistat in religione, ergo sufficere debet, nec rigorosa probatio est requirenda, probatur 2. ex inconuenienti. Nam, si ad reualidationem professionis dicta repetitio necessaria esset, professurus deberet religioni manifestare nullitatem, vt eum retineret in probatione, cum annus nouitiatus sit datus tam in fauorem religionis, quam religiosi: Religio autem nequaquam illum, quia reputat professum, retinet

177 in probatione, † de cuius essentia est, posse dimittere probatum, si eius mores displicuerint, sed potius illum retinet; quia reputat rite professum, & nullam habere se potestatem dimittendi, hoc autem est, & difficillimum, & satis durum, & ideo absq; manifesta ratione, vel textu non admittendum, ratio autem manifesta, vel textus non est; ideo neq; est asserendum, nouitiatum eo casu esse

178 necessarium ad ratificandam professionem. † Qui tamen assereret necessarium esse, ratificationi professionis præmitti annum nouitiatus, teneretur pariter asserere, esse monendum Prælatum, qui habet facultatem recipiendi, vt eum tractet tamquam nouitium detecta prius nullitate professionis, sicq; non solum consensus Prælati, sed etiam Conuentus sit necessarius Sanchez num. 57. & 65. Monet, vt tacito nomine professi eiusdem conuentus postuletur, vel obtineatur à Summo Pontifice dispensatio nouitiatus. Non tamen opus est cæremonias, quæ ad ornatum tantum, & decorem spectant repetere, cum istæ ad essentiam professionis non spectent ita Castropalao eodem punct. 5. num. 7. & 8.

179 Quærit † hic Sanchez nu. 67. An tacite professus frui possit priuilegijs eodem modo, ac si eius expressa professio valida fuisset, & respondet frui posse, quoad res parui momenti, quales sunt primum locum tenere, primo loco ferre suffragium &c. non tamen, quoad res magnæ considerationis, qualis est electio actiua, & passiua prælati, in his enim vult dispensationem esse obtinendam, & interim ab officijs; & priuilegiorum vsu abstinendum, si absq;

180 nota posset. † Hoc tamen non placet Castropalao, sed aliter putat distinguendum, videlicet, aut professionis nullitas est secreta, aut publica. Si ita secreta est, vt nullus sit timor, quod possit probari in foro fori, credit probabile tacite professum posse exercere omnia munera, quæ possunt exercere etiam expresse professi, & ideo etiam eligi in prælatum, licet enim in Cap. Nullus de elect. prohibeatur non eligi in prælatum, nisi qui expresse fuerit professus, hic etiam ex benigna interpretatione reputandus est expresse professus, cum vere sit professus, & ab Ecclesia reputetur expressus. Si vero nullitas professionis manifesta est, vel facile manifestari potest, nullo modo sic tacite professum posse se ingerere in electionibus concessis tantum expresse professis eo tempore, quo dispositionem procurat, nisi forte excusetur ex graui nota, quia neque in re ipsa neq; in iuditio firmo Ecclesiæ existit professus expressus, ita Suarez tom. 3. de relig. lib. 7. cap. 1. nu. 36. & 37. quem sequitur Castropalao eodem punct. 5. num. 10.

Potest ergo detentus impedimento perpetuo semper reclamare in iuditio ordinario, item detentus impedimento ad tempus toto tempore, quo durat, & quinquennium Concilij est computandum à die, quo cessat impedimentum, inter impedimenta autem connumeratur, & ignorantia, quoad forum conscientiæ, licet in foro exteriori eius allegatio non admittatur, post lapsum vero quinquennij vtilis datur restitutio in integrum beneficio extraordinario, vt supra dictum est. Hac ad mentem Concilij, nunc videndum est, an aliquid sit innouatum per decretum Vrbani VIII. in principio per extensum relati, & videtur dicendum esse aliquid innouatum videlicet, quod ordinarij, neq; infra quinquennium possint, se ingerere in huiusmodi causis reclamationum, ex duabus clausulis in eo decreto insertis, quarum prima est. Receptos, & professos contra formam decretorum Clementis VIII. volentes exire è religione infra quinquennium, & superiores volentes eijcere vult sanctitas suas teneri deducere sua iura coram sacra Congregatione, quæ ex speciali facultate sanctitatis suæ prouidebit a. est inhibitio facta Patriarchis Archiepiscopis &c. ne in hoc quoquomodo se ingerant,

absq; spetialie sanctitatis suæ commissione sub pænis &c.

181 Dico 1. per hoc decretum nihil esse innouatum in eis, quæ per Tridentinum disposita sunt, ita vt non possint regulares reclamare, & ordinarij audire reclamantes secundum formam Concilij, patet manifeste, quia in hoc decreto, ne verbum quidem legitur de Concilio, Imo Summus Pontifex aperte, se explicat, tam in proemio, quam in narratione, seu dispositione, quod loquitur tantum de decretis Clementis VIII. patet in proemio ibi. Ad occurendum motibus, qui possunt in Religionibus oriri occasione receptionis nouitiorum, & professionis per eos emissæ in conuentibus non designatis contra formam decretorum Sanctæ Memoriæ Clementis VIII. de nouitijs &c. & in dispositione hæc item habeatur. Quod si aliqui contra formam præfatorũ decretorum recepti & professi è religione exire infra quinquennium &c. vbi nihil de Concilio, ergo eius dispositio manet in suo vigore.

182 Dico 2. Hoc decretum Vrbani auocat ab alijs & reducit ad Sacram Congregationem eas causas tantum, quæ possunt oriri super nullitatibus professionem respectu decretorum Clementis VIII. quæ sunt de receptione, & professione emissa in conuentibus non designatis, imo neminem vult posse exire, nec à religione eijci, nisi prius iura, quæ sibi fauere visa fuerint, deduxerint coram eadem Sacra Congregatione, patet ex ipsomet contextu.

183 Dico 3. Hoc decreto non annullari impedimenta posita in decretis eiusdem Clementis, nec quidquam super illis innouari, sed permanere in suo robore, ita vt professiones, quæ prius ex illis erant nullæ, nunc etiam remaneant, sed solum disponit, quod, non, vt prius huiusmodi nullitates ab ordinarijs cognoscantur, sed immediate ad Sacram Congregationem deferantur, patet quia si huiusmodi impedimenta tollerentur non auocaret Summus Pontifex cognitionem nullitatem ad se, cum ergo auocet, signum est adhuc perdurare.

184 Dico 4. Excepto impedimento receptionis, & nouitiatus facti in loco non dessignato, cætera omnia remaneat, vt prius iuxta dispositionem Concilij ab ordinario, & superiore loci cognoscenda, quia nihil de illis est dispositum, sed tantum de istis, qui ergo vi, metu &c. professionem nullam emiserit, vel alio modo præterquam enumeratis in dicto decreto, idest receptione ad habitum, & professione emissa in loco non designato, poterit audiri eo modo, quo poterat ante istud decretum, solo concilio statuente.

185 Dices ex declarationibus Sacræ Congregationie haberi elapso quinquennio nullum quotunq; modo admitti. Respondetur imo extare alias declarationes, quibus etism elapso quinquennio admittuntur reclamautes. Vnam affert Barbosa in Collectaneis ad 19. Capit. Concilij sess. 25. de Regularibus quam à se obtentam esse affirmat.

186 Ex dictis videtur plane esse satisfactum Patri Octauiano. Diximus enim statim in principio sistendo in iure obtentum breue illi posse suffragari. Quod tamen si quie negaret diximue relatis prius decreto Concilij & decretie Pontificum ordinarium agentem virtute Concilij agere potestate ordinaria non delegata num. 28. Quinquennium datum ad reclamandum incipere non à die emissæ professionis, sed cessantie vel cogniti impedimenti num. 45. Ad præsumendum ratificatam esse professionem esse expectandum Quinquennium num. 77. Vt elucidaremus an elapso quinquennio possit Episcopus adhuc agere via ordinaria examinauimus impedimenta inter quæ annumerauimus receptionem ad habitum & nouitiatum factum in locie non designatis, & asseruimus esse duo impedimeuta eaq; perpetua num. 94. & num. 101. Ideo supplicans super nullitate suæ professionis eo quod sit receptus in loco non designato nihil tenetur addere de nouitiatu nu. 100. soluendo propositam difficultatem diximue laborantem impedimento perpetuo posse quocunq; tempore audiri in iuditio ordinario num. 119. & impedimenta irritantia professionem, toto tempore quo durant non venire sub dispositione Concilij nu. 117. Quod si impedimenta cessent intra quinquennium & nullitas cognoscatur & non fuerit reclamatum elapso quinquennio non potest amplius dari audientia in iuditio ordinario num. 119. Quod si intra quinquennium reclamauerit, sed causas non deduxerit adhuc potest audiri non enim copulatiue ista requirit Concilium eodem tempore, sed tempus refertur tantum ad reclamationem num. 120. & si religiosus ex malitia sui superioris non fuit auditus debet audiri iuditio ordinario num. 123. Vt decretum Tridentini habeat locum requiruntur, vt impedimentum annullane cessaurrit ante lapsum quinquennij, & fuerit cognitum, vt possit præsumi ratificatio professionis. Allegans tamen ignorantiam non admittitur ob præsumptionem iuris & de iure & quia scientia est de intrinseca ratione reclamationis ibidem. In casu autem quo Tridentinum habet locum succuritur per beneficium restitutionis num. 127. Elapso quinquennio maior semper potest allegare ignorantiam nullitatis suæ professionis, non sic autem ignorantiam temporis, sed ad hanc datur quadriennium nu. 137. Beneficium autem restitutionis datur maioribus ex clausula. Si qua mihi causa; minoribus ex clausula, & ob imbecillitatem ætatis num. 141. Religiosus siue bona fide siue ex malitia nulliter professus non tenetur seruare castitatem, paupertatem, nec obedientiam. In professione duo considerantur traditio, & via; nullo modo tenetur inualide professus num. 143. Nec vllam habet obligationem ratificandi professionem num. 145. Imo potest cessante scandalo, quod raro est timendum fugere nu. 146. Et superior dimittens etiam si causa tractetur non peccat. 147. Neq; religio potest nulliter professum cogere ad professionem 148. Potest nulliter professus ob maius malum non valens fugere sumere alimenta vti priuilegijs religioni concessie donec detur occasio fugiendi & de priuilegijs, vt ibi num. 150. Si vero voluerit professionem ratificare prius tollendum est impedimentum debet constare de nullitate & superuenire nouus consensus tam religiosi quam religionie num. 152. Ad tacitam & validam ratificationem requiritur quinquennalis delatio habitus numer. 169. Scientia nullitatis diuersimode requiritur in religione, & in ratificaturo numer. 172. Ad ratificationem valide faciendam est repetendus annue nouitiatus si nouitius vel discessit, vel fuit eiectus, si permansit in religione per annum & habitum non dimisit, nec fuit eiectus siue validus, siue non, siue integer, siue non dummodo per annum steterit in religione, his casibus non est repetendus nu. 177. Tacite professus potest gaudere priuilegijs quibus vtuntur expresse, si certum sit non esse manifestandum 179. Per decretum Vrbani nihil aliud agitur quam reuocare ad Sacram Congregationem cognitionum

num: nullitatum professionum ex admissione ad habitum & nouitiatu non peracto in locis designatis.

S V M M A R I V M.

1 Proponitur casus.
2 Quæ sint quæsita.
3 Dictum pro vno modo soluendi difficultatem.
4 Sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima vice.
Quod verum est etiam in dispositionibus.
Vt in legato pitantiæ facto fratribus in die Sancti Francisci limitant aliqui de dispositione hominis non legis maxime si sit fauorabilis.
5 Vt legatum sit pium sufficit esse factum pauperi propter Deum, & redemptionem animæ.
6 Legata pia sunt interpretanda maxime fauorabiliter illi cui facta sunt.
7 Aliud dictum pro eadem solutione.
8 Ex qualitate legati colligitur qualitas obligationis exposita.
9 Tertium dictum pro eadem solutione.
10 Quartum dictum pro eadem solutione.
11 Pro vera solutione est consideranda qualitas legati, & qualitas hospitalis.
12 Quid dicendum si hospitale sit institutum ad recipiendos omnes infirmos.
13 Quid si institutum sit ad recipiendum infirmos certi & determinati loci.
14 Quid si hospitale sit pro debilibus infirmis & inhabilibus & recipiantur vsq; ad mortem.
15 Quid dicendum in casu proposito.
16 Sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima vice nisi coniectura aliud suadeant.
17 Vtilis est consideratio an hospitale sit legatarium vel habens tantum nudum ministerium.
18 Legatarium ad ipsum pertineret si quid superesset emolumentis imposito oneri, si nudum tantum ministerium habens quidquid superesset pertineret ad haredem non enim se ipsum, sed alium repræsentat.
19 Multum refert cognoscere cuius contemplatione legatum factum sit.
20 Ex tenore dispositionis colligitur an legata sit res, an purum ministerium.
Particula, Acciochè, denotat purum ministerium esse legatum.
Importat enim causam, secundum quam tota dispositio est regulanda.
Verba, pro hoc, æquipollent Acciochè.
Causa pia præsumitur finalis.
Si census sunt perpetuo affecti præstationi, legans videtur voluisse consulere præstationi.
21 Si in dispositione præcedat onus deinde sequatur assignatio vnde præstetur censetur datum purum ministerium.
22 Si Legatario detur facultas, quod possit disponere sine interuentu & licentia hæredis, videtur datū nudum ministerium & maxime si addatur quod non possit molestari.
23 Item si legatario non subrogauit eius hæredes, sed exequutores.
24 Item si legatario instituto substituuntur exequutores cum potestate, quod possint vendere, inuestire &c. vel aliquid aliud quod de iure spectaret ad hæredes legatarij.
25 Licet quis nominatur legatarius si substantia dispositionis suadeat esse solum ministrum minister est reputandus.
Magis est inspicienda substantia dispositionis quā denominatio.
26 Si dispositio sit concepta verbis dispositiuis erit legata res, si exequtiuis ministerium.
27 Non est inspiciendum cum quo, testator loquatur, sed in quem mens dirigitur.
28 Si constet de mente disponentis verba recipiunt interpretationem potius ex modo loquendi & solito sensu disponentis, quam secundum proprietatem.
29 Quando onera imposita possunt æque bene exequtioni demandari ab hæredibus ac possunt à legatario censetur legata res, si non eodem modo, ministerium.
30 Quomodo cognoscatur an melius sit exequuturus legatarius quam hæredes, traditur hic.
31 Secundum opinionem testatoris est intelligenda eius voluntas.
32 Pro vero est habendum, quod verum credidit testator.
33 Ex quibus colligatur opinio testatoris refertur opinio Bartol. & declaratur.
34 Alia consideranda pro habenda veritate an sit legata res, vel ministerium nudum.
35 Non obstat verbum. Lascio, relinquo, nec verbum lego quominus possit censeri relictum nudum ministerium.
36 Nudus minister dicitur dupliciter vel respectu tituli, & commodi vel respectu commodi non tituli.
37 Effectus resultantes ex eo, quod quis sit nudus minister, vel legatarius refert Simon de Pretis.

Legatum cum onere an intelligatur de prima vice.

L X X X I I I.

1 DOminus † Ioannes Baptista N. in suo testamento legauit Hospitali Sanctissimæ Trinitatis oppidi N. tercentos aureos aliquo modo inuestiendos, vt ex illis annualis redditus percipiatur cum hoc tamen onere, quod teneatur recipere vnum pauperem villæ N, qui non sit incurabilis.
2 † Nunc quæsitum est an dictum hospitale satisfaciat oneri suo recipiendo vnum pauperem pro vna vice tantum, an teneatur toto anni tempore retinere vnum, ita vt sanitati reddito vno teneatur alium recipere ægrotum, an tandem satisfaciat recipiendo vnum ægrotum singulis annis, & eo sanitati reddito alium eo anno non teneatur recipere, sed anno sequenti.

3 Quod † hospitale satisfaciat oneri sibi imposito recipiendo vnum pro vna vice tantum videtur
4 probari. primò, † Qui sermo simpliciter prolatus est intelligendus de prima vice tantum l. boues §. hoc sermone, vbi late Tiraquel. ff. de verb. signif. l. Cum pater §. pater el 1. ff. de leg. 1. quod verum est in dispositionibus late Iason in l. duobus §. Si et qui ff. de iure iur. Alex. cons. 16. Breuiter in casu, per totum. lib. 4. vt in legato pitantiæ fratribus in die Sancti Francisci. Cumanus cons. 14. versus finem, vbi intelligit de dispositione hominis, & secus in dispositione legis maxime fauorabilis. In casu autem nostro licet legatum, vt causa pia possit esse fauorabile, onus tamen impositum hospitali est quid odiosum. Hoc autem legatum est opus pium quia factum est in redemptionem animæ legantis. cap. conquestus de foro competenti, & cap. Pontifex 12. quæst. 3. & cap. Requisisti de testam.

Glossa,

Glossa,& Bart. in l.Si quis Titio ff. de leg. 2. Abbas
in rub. de test. Bald. in l. 1. C. de Sacrosa. Eccles.
Nec refert hospitale non esse fundatum de con-
5 sensu Episcopi, † quia ad hoc, vt legatum dicatur
pium sufficit esse factum pauperi propter Deum in
remedium animæ suæ Sanchez, de matr. lib. 1.
6 disp. 4. num. 9. † Legata autem pia esse interpre-
tanda maxime fauorabiliter loco cui facta sunt,
tradunt Bart. & DD. in l.Titia §. Scia ff. de ant. &
arg. legat. ergo istud interpretandum vt minus
granet hospitale, quam fieri possit.
Quod autem hospitale teneatur vnum pauperem
infirmum singulis annis recipere videtur item
7 probari, quia † mens testatoris legantis videtur
esse ista quæ omninò sequenda est in omni vltima
voluntate Rulandus à valle cons. 35. nu. 3. lib. 3.
vbi dicitur quod mens est regina in vltimis volun-
tatibus quæ obtinet primum locum, vt etiam alibi
scripsimus, & mens est potentior, verbis l. labeo
in fine ff. de supell. leg. l. hominis, & rei §. verbum
ff. de verb. significat. Scaccia de Appellat. quæst. 4.
num. 21. & verba trahuntur ad mentem, & ratio-
nem non è contra Oldrad. cons. 9. vers. item cum
iura dicant num. 3. & 4. Feder. de Senis. cons. 4.
nu. 5. vers. multum est. Iason. cons. 140. colum. 5.
8 lib. 2. mens autem legantis videtur esse ista, † quia
ex qualitate legati colligitur, qualitas obligationis,
cum ergo Dominus Ioannes Baptista relinquat
tercentos aureos inuestiendos, vt singulis annis
fructus percipiantur, videtur hoc disposuisse, vt
redditus expendantur in curando paupere illo
ęgroto cum enim legatum sit annuum, annua etiam
debet intelligi obligatio sicuti qui legaret centum
singulis annis, vt missa celebretur intelligendus
esset legasse missam annuam, & missa singulis
annis esset dicenda, nec sufficeret illam dicere
primo anno, ita, & in hoc casu dicendum est, cum
sint legati fructus annui, quod annua sit quoque
obligatio.
9 Tertiò † Teneri recipere vnum, & eo sanitati
reddito alium eo anno non teneri recipere videtur
probari, quia si vellet hospitale obligatum retinere
pauperem toto anno, non addidisset illam condi-
tionem, qui non sit incurabilis, quia si voluisset
locum toto anno grauare vtique non exclusisset
incurabiles, quia cum dispositio non sit magis
fauore vnius, quam alterius nihil ad legantem
quod magis non incurabilis, quam alius benefi-
cium istud consequeretur imò forte maius opus
charitatis fuisset. 2. Redditus suadent hanc non
fuisse mentē legantis quia legatū fuisset graue hos-
pitali, vt de se patet, quod non est admittendum.
10 Tandem † neque videtur mens legantis esse,
quod recepto vno paupere illoque sanitati reddito,
eo anno alium non teneatur recipere sed tantum
anno sequenti, quia fieri posset quod ægrotus
statim sanaretur, & hospitale nullum onus subiret.
Quid dicendum?
11 † Respondeo duo esse consideranda, qualitatem
hospitalis, & qualitatem legati. Hospitalis quali-
tatem, vt si hospitale recipiat omnes, si hospitale sit
pro infirmis, an pro pauperibus, vel nulla infirmi-
tate laborantibus, vel aliquos, qui tamen quo-
tidianis non egeant medicamentis, de quorum
numero reputantur valde senes iuxta illud. Sene-
ctus ipsa morbus est; qualitatem legati, vt si hospi-
tale sit institutum legatarium an vero solum mini-
strum legati. Soluendo ergo.
12 Dico primò. † Si hospitale sit ex illis quod
omnes recipit, vt hospitale magnum Sancti Marci
Bergomi, & legatum illi sit factum, vt recipiat
vnum de particulari loco puto esse dicendum
semper debere recipere vnum ægrotum de tali
loco qui non sit incurrabilis, probatur quia obli-
gatio recipiendi æqualis omnibus alijs iam est
acquisita etiam tali loco ergo legans intendit
acquirere in illo loco speciali speciale aliquod ius,
hoc autem non potest esse nisi quod ægrotus talis
loci non excludatur, frustra enim esset positum
istud onus, quod etiam videtur proportionatum
redditui.
13 Dico Secundò. † Si hospitale sit quidem insti-
tutum pro recipiendis infirmis sed non omnibus
indifferentur, at alicuius loci tantum particularis,
Mens legantis est, vt vnus singulis annis recipiatur,
qui non sit incurabilis, redditus enim videntur esse
sufficientes, & hoc videtur innuere obligatio quod
trecenti aurei inuestiantur, & fructus annui ex illis
percipiantur ad quid enim ista obligatio, nisi onera
expresso responderet.
14 Dico Tertiò, † Si hospitale sit ex illis in quibus
pauperes tantum, & debiles recipiuntur, suo
satisfacit oneri hospitale si vnum recipiat, & ratio
est quia redditus non sufficiunt pro vno alendo
toto anno maxime ad operandum inhabili, ex quo
sequeretur quod hospitale grauaretur non autem
ex legato caperet emolumentum, & ideò dispositio
non haberet effectum, quod est maxime vitandum
cum mens testatoris sit ita interpretanda, vt possit
habere effectum, etiamsi verba essent impropian-
da, vt communiter Doctores, est ergo inter-
pretanda modo dicto, vt habeat effectum. Sup-
pono autem hospitale non teneri tales recipere,
quod si tenetur puto dicendum, vt in prima pro-
positione.
15 Dico Quartò † in casu proposito hospitale tene-
ri semper habere vnum pauperem, vt suo satisfa-
ciat oneri, quia hæc est mens testatoris dum vult
legatum esse annum, & præterea etiam vult pau-
perem illum habere testimonium à fide dignis suæ
paupertatis, ad quid enim ista requisita si primo
actu obligatio terminaretur.
Ad ea quæ videntur facere incontrarium. Res-
pondetur verum quidem esse verba simpliciter
16 prolata intelligi de prima, & vnica vice, † nisi
tamen aliter suadeant vehementiores coniecturæ,
ex quibus colligatur verosimilis contraria mens
testatoris. Vide Tuscum littera, D. conclus. 486.
vbi inuenies limitationes &c.
Neque item obstat modicitas redditum, quia
in hospitali de quo agimus recipiuntur, vt dicunt
informantes, quoidam senes quidem, & aliqua
infirmitate laborantes, non tamen, ea, quæ
impediantur, à mendicatione cum mendicando
maiorem partem expensarum sibi acquirant, ita vt
re optime perpensa adhuc remaneat aliquos red-
ditus in vtilitatem hospitalis, datis ex eo alimentis
pauperi recepto.
Tandem redditus istius hospitalis expenduntur
in alendis huiusmodi pauperibus optime ergo infe-
timus nos Dominum Ioannem Baptistam tantum
determinare personas recipiendas non verò onus
recipiendi. Pro celebratione enim missarum, &
pro alijs necessitatibus alios habet redditus desi-
gnatus.
17 Sed quia † non referuntur ipsissima verba testa-
menti, sed tantu posita in temate nostri responsi, &
ex interrogationibus, & datis responsionibus puto
probabile, hospitale non esse institutum legata-
rium, sed tantum exequutorem, & ministrum legati,
ideò

ideò pro solutione istius difficultatis subuecto sequentia.

18 Primò † Hanc esse vtilissimam quæstionem. Quia si hospitale sit legatarium quidquid superest præstationi oneris impositi, ad ipsum spectat, vt verum dominum l. cum Titio ff. de furtis, & ideò in casu nostro quidquid superesset redditus trecentorum aureorum præstationi alimentorum pauperis ad illud pertineret. Si verò est electum tantum, vt minister, & vt habens solum nudum ministerium, de eo quod superesset nihil ad ipsum spectaret, l. Si quis Titio, & l. Lucius §. à te peto ff. de legat. 2. Bart. in l. pecuniæ nu. 1. ff. de adim. lega. & ratio est, quia minister non se representat, sed alium. Bald. in d. l. Si quis Titio num. 3.

19 Secundò † multum interest cognoscere cuius contemplatione legatum factum sit, vt dicit Iure consultus in l. fideicommissa §. Interdum ff. de leg. 3.

20 Tertiò † Ex tenore dispositionis colligitur an sit legatum, vel sit purum ministerium si enim dispositio sit concepta cum particula ista; accioche: censendum est esse consideratum purum ministerium; quia illud aduerbium, accioche, importat causam, à qua tota dispositio regulatur Socin. cons. 89. nu. 9. lib. 3. Aym. cons. 227. num. 6. & seq. quod confirmatur cit. §. à te peto in l. Lucius ff. de leg. 2. Nam verba ibi posita, pro hoc, æquipollent, verbo, accioche. Quod maxime verum est si præstatio sit facienda in vsus pios, causa enim quæ respicit pietatem præsumitur finalis Bart. Imola, & Romanus, l. 2. §. fin. de donat. & allegati per Tiraquel cessante causa limit. 1. num. 41. est etiam considerandum an legans voluerit census perpetuo esse affectos præstationi, & si quando contingeret aliquem cessare alium voluerit sufficî quia hoc casu videtur voluisse prospicere præstationi.

21 Quartò † Si prius in dispositione præcedat onus, & postea fiat assignatio pro illo præstando Castrens. in d. §. à te peto nu. 1. vbi etiam Cuman. vers. nec obstat argumentum Imola num. 2. Cuiac. ad lib. 2. Responsor. Scæuolæ in d. l. Lucius §. à te peto.

22 Quintò. † Si legatario detur auctoritas quod possit exequi onus iniunctum sine interuentu, & licentia hæredis, & maxime si accedat prohibitio quod hæredes non possint illum molestare super re legata quia vana esset hæc prohibitio, & liberatio, si vere esset legatarius, & consequenter dominus legati.

23 Sextò. † Si disponens ad exequtionem oneris impositi illi cui relinquit non subrogauit hæredes sed executores testamentarios signum est illum cui reliquit non esse legatarium sed nudum ministrum, ex eo enim quod non hæredes illius vocat sed exequutores nihil commodi ex dicta exequtione sperantes duo sequuntur alterum, quod cum non vocauerit hæredes illius cui legauit, qui si re vera fuisset legatarius successissent in bonis cum suo onere, videtur nihil legatario voluisse relinquere illi. Secundum, desumitur ex vi subrogationis, quæ ostendit illius naturæ esse subrogatum cuius ille, cui subrogatur. l. Si cum §. qui iniuriam ff. Si quis caut. ideò sicut executores haberent solum ministerium ita idem tantum habere etiam legatarium dicendum est.

24 Septimò. † Si instituto legatario substituuntur exequtores cum facultate vendendi, inuestiendi, vel aliquid aliud agendi quod de iure spectaret ad hæredes legatarij signum est legatario fuisse concessum nudum ministerium non verum institutum legatarium.

25 Octauò † merus minister non legatarius quis est censendus si substantia dispositionis id suadeat etiam si disponens illum nominet legatarium, quia magis est inspicienda substantia dispositionis quam denominatio per ea quæ tradit Tiraquel de retract. lig. §. 1. Gloss. 14. num. 81. quod etiam magis erit verum si iste qui vocatur legatarius, & creditur tantum exequtor à disponente alicubi vere sit institutus legatarius, vt si alicubi in testamento legasset illi centum &c. deinde alibi dixisset item relinquo legatario, vel, vt meus legatarius possit tali, & tali oneri satisfacere relinquo eidem legatario, &c. vel similibus clausulis sit vsus, quia tunc non constituit legatarium, sed quem ex legatarijs velit esse illius voluntatis exequutorum demonstrat, & inspiciendum est, an ex contextu dispositionis supponatur iam legatarius quia ante illam dispositionem sit iam constitutus, esset enim tunc dispositionis sensus, & quem iam constitui legatarium nunc volo esse exequutorem huius meæ voluntatis.

26 Nonò † Ex Bartol. elicitur satis commoda distinctio l. 1. ff. de alim. leg. Si testator vtitur verbis dispositiuis, vel exequtiuis, si vtitur verbis dispositiuis constituit legatarium, si verbis exequtiuis in legatarium directis constituit ministrum; & exequutorem, vt si ita disponeret, vt legatarius, vel, vt dominus N. possit exequi hanc meam voluntatem eidem centum relinquo, apparet enim ex illis relictum fuisse factum causa exequtionis. Non
27 enim inspiciendum † est cum quo testator loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur l. cum pater §. donationis ff. de leg. 2. Mantic. de Coniect. vlt. volu. lib. 3. tit. 9. post numerum 9. Obseruat tamen Imola l. Si quis Titio num. 1. ff. de lega. 2. quod diximus de verbis dispositiuis esse verum in dubio, & addit Ludouisius in decis. sua 544. num. 29. & 30. quod licet hoc verum esset de proprietate verbi, & secundum iuris interpretationem,

28 Si † tamen constaret de mente disponentis verba reciperent potius interpretationem ex consueto, & solito sensu, & modo loquendi disponentis quam secundum verborum proprietatem Castrens. l. quo loco §. 1. circa principium ff. de hæred. inst. & per alios ibi citatos vbi plene de hoc materia optimè examinata.

29 Decimò. † Vel onera possunt æque bene exequtioni demandari ab hæredibus ac possunt ab illo, cui relinquitur, vel non. Si possunt æque bene per hæredes exequtioni dimandari signum est non esse electum ministerium sed esse institutum legatarium, si verò non possunt non legatarius sed mini-
30 ster est censendus constitutus. † Quod autem melius sit præstiturus ille, cui relinquitur est iudicandum, vel ex opinione disponentis quæ satis est, quia videlicet disponens senserit hunc melius esse exequuturum, quam hæredes. Cumanus cons. 107. circa medium quem sequitur Curtius iunior. cons.
31 105. num. 22. & 23. † quia secundum opinionem testatoris est intelligenda eius voluntas Bartol. in l. vlt. §. 1. nu. 25. C. comm. de leg. & † pro verò est accipiendum quod testator credidit esse verum, l. Seruo manumisso, & ibi Iason num. 2. ff. de condit. indeb. & late firmat Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 10. & fuit dictum in vna Vrbeuetana legati 28. Maij, & 8. Iunij 1584. Coram Cardin. Seraphino.

33 Seraphino. † Opinio autem testatoris colligitur ex magna confidentia de tali persona. Quod alias res illi commiserit exequendas: Vel etiam est iudicandum ex natura rei, vt quod re vera magis sit idoneus, vel quia melius informatus, vel quia alia habeat requisita eum magis aptum constituentia.

Bartolus in l. Pamphilo §. duas ff. de legat. 3. considerat paritatem, vel imparitatem legati cum onere adiecto, vt conijciat an legatum sit factum gratia oneris, sed eius doctrina vera est quando sumus in terminis veri legati, & constat esse legatum, non verò quando dubitatur, & quæritur an sit factum legatum an verò datum purum, & nudum ministerium.

34 Vndecimò. † Considerandum est an onera sint omnia annua, vel sint partim annua partim non annua, & præcipue quid constet de mente disponentis. Item an ex relicto aliquid emolumenti possit aduenire illi cui relictum est, an verò de omnibus relictis testator dispośnerit. Præterea an testator declaret se id facere, vt ille cui relinquit beneficium consequatur, & an hoc beneficium possit consequi ex præstatione ipsa legati, an tantum ex re legata. Item an exequtio sit statim facienda, an verò aliquod intercurrat tempus, quo medio aliquod commodum sit percepturus. Vide decisionem 544. supracitatam. Sanctiss. Ludouisij vbi etiam habetur.

35 Quod † etiamsi dicatur (Lassio, relinquo) & ista verba sint concepta in ipsum cui relinquitur, adhuc potest esse institutus nudus minister. Hæc enim verba. Lascio, relinquo sunt facti. Lego autem iuris, quo tamen verbo iuris lego potest etiam constitui nudus minister. quod probatur l. Si quis Titio, supracit. ponderando illud verbum, nisi.

36 Nudus † minister potest dici dupliciter, vel respectu tituli, & commodi, vt cum verba dispositiua in eum non sunt relata, nec etiam habet commodum. Vel respectu commodi non tituli Imola in l. Si quis Titio, nu. 2. ff. de leg. 2. quam distinctionem facit etiam Bald. nu. 2. dicens nudum dici abstractum à commodo, & titulo, vel abstractum à commodo non titulo. Reliqua vide apud Beltraminum additionatorem ad præcitatam decisionem Sanctissimi Ludouisij.

37 Effectus † autem qui resultant ex eo quod quis sit nudus minister, vel legatarius vide apud Simonem de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 5. dub. 2. num. 46. & sequent.

SVMMARIVM.

1 *Factum propositum pro solutione.*
2 *Qua sint tractanda, & soluenda.*
3 *Considerando factum sine attestationibus videtur dicendum, donationem esse factam in fauorem non solius Ioannis Hieronimi, sed & aliorum filiorum Ioannis Baptistæ.*
4 *Verba generaliter prolata generaliter sunt intelligenda.*
5 *Verba intentioni, non intentio verbis debent deseruire.*
Verba pendent à mente non autem mens, à verbis.
6 *Verba se habent, vt corpus, & superficies ratio vero, & mens, vt spiritus, & anima.*
7 *Donatio facta patri, & filijs ex eo nascitur debet intelligi de omnibus tam primi quam secundi matrimonij.*
Donatio non est interpretanda ita vt pariat incomodum.
Primogenitura cobonostantur bono familiarum.
8 *Originalis causa contractus est attendenda.*
9 *Et magis attendendus primus contractus qui dedit causam secundo, quam secundus.*
10 *Magis attenditur causa actus quam actus ipse.*
11 *Contrahentes censentur velle prospicere suo, non alieno hæredi.*
12 *Spectandum est initium, & causa cuiuslibet contractus.*
13 *Quid de eadem donatione dicendum sit accedente dicto patris, & mulierum quæ donationem fecerunt.*
Tria ad hoc considerantur.
14 *Mente retenta nihil operantur in contractibus, & soluitur primum.*
15 *Contractus recipiunt interpretationem ex tacita mente contrahentium, & quomodo sit verum.*
16 *Contractus non debent operari vltra intentionem agentium.*
17 *Soluitur secundum propositum dubium.*
18 *Patrem posse testando plus relinquere aliquibus filijs quam alijs, controuersum.*
19 *Posse tamen plus relinquere filijs secundi matrimonij, quam primi, salua tamen eorum legitima amplexa est Rota.*
20 *Ad quid teneretur filius si patri contra se attestanti plenam fidem adhiberet. Testes requiruntur plures ad fidem faciendam, quæ si fiat sufficienter ab vno frustra plures requirit forum conscientiæ.*
Quid possit filius si legitima ratione patri dicenti non tenetur credere, nec aliunde constet de veritate.
21 *Quid præstandum pro veritate habenda.*
22 *Quid dicendum ad tertium.*
23 *Deponentis de facto proprio est credendum.*
24 *Mediatori deponenti de facto proprio sine dubio est credendum quando ad ipsum neque commodum, neque laus neque dedecus spectat.*
25 *Multi putant mediatorem quando deponit de facto proprio, nec ad illum commodum, vel incommodum laus, vel dedecus spectat, facere plenam fidem maxime si concurrant probabiles coniecturæ.*
26 *Depositio patris pro filijs videtur nulla posse laborare suspicione falsitatis.*
27 *Confessio mariti circa dotem receptam non admittitur in præiuditium filiorum primi matrimonij.*
28 *Potest enim abduci à veritate ab vxore viuente, &c.*
29 *Quid dicendum? Dictum domini Ioannis Baptistæ patris non probat quia in eodem facto non concordat cum dicto mulierum donantium.*
30 *Poter habitat cum filijs secundi matrimonij vxore adhuc superstite.*
31 *Inter patrem & filium multa intercesserunt affectum paternum diminuere valentia.*
32 *Testibus varijs non creditur.*
33 *Resoluitur quid sit dicendum Nempè in hoc dubio esse considerandum an domina Margarita tradita fuisset domino Ioanni Baptistæ absque alia donatione si tantum habuisset in bonis, quantum habet simul cum donatione nullo addito contractu priuilegiato in fauorem istius matrimonij; sed remanentibus bonis illis communibus omnibus filijs, tunc censenda est donatio facta in fauorem non huius matrimonij primi, sed, & secundi,

dij, & tertij si mutum fuisset si verò non fuisset tradita, sed aliquid spetiale fuisset requisitum in fauorem huius matrimonij donatio etiam erit censenda facta intuitu istius non aliorum.

34 *Contractus regulantur secundum loci consuetudinem.*

35 *Omnis dispositio siue legalis, siue vltimarum voluntatum, siue contractuum à consuetudine, & ab eo quod fieri solet recipiet interpretationem.*

36 *Epilogatur responsio.*
In hoc multum est tribuendum arbitrio boni viri, & iusti iudicis.

Donatio facta intui Matrimonij an intelligatur de primo tantum an etiam de alijs.

LXXXIV.

1 Dominus † Ioannes Baptista cupit matrimonium inire cum Domina Margarita quæ cum sit valde dicior quam ipse Ioannes Baptista renuunt Margaritæ consanguinei eam illi tradere, quod intelligentes. Dominæ Laura, & Antonia, Ioannis Baptistæ Auia, & matertera omnia sua bona, vt inæqualitatem æquent solemni donatione, tradunt Ioanni Baptistæ hoc tamen pacto, vt donata censeantur filijs ex eo nasciturís, contraitur matrimonium hac posita donatione. Ex matrimonio suscipitur filius, Ioannes Hieronimus, postea moritur Margarita, & Ioannes Baptista transit ad secunda vota, & plures suscipit filios, qui in legitima ætate constituti sunt omnes. Ioannes Hieronimus ex primo matrimonio natus nubit filios procreat petit à patre quod sibi potest competere vult enim non cum illo, & alijs fratribus conuiuere sed separatim cum sua vxore, & præcipue instat sibi assignari bona donationis supradictæ, renuit pater, & alij fratres contendunt æquis portionibus esse diuidendam. Lis contestatur asserunt prædictæ mulieres donationem se fecisse non intuitu tantum primi sed etiam secundi, & cuiuscunque alterius matrimonij, quod si notarius non addidit, erroris fuisse illius non suæ dispositionis; testatur pater ita fuisse conuentum. Negat Ioannes Hieronimus se his fidem adhibiturum quia contractus ille fuit factus in fauorem illius matrimonij ex quo ipse natus est, nec consanguineos matris suæ vnquam matrimonio fuisse consensuros, nisi hæc donatio in fauorem filiorum ex

2 eo procreandorum facta fuisset. † Quæritur quid in hoc casu dicendum, pro elucidatione videnda sunt sequentia. Primò quid ex vi contractus dicendum sit. Secundò quid suppositis attestationibus mulierum; & Patris Ioannis Hieronimi, & aliorum filiorum.

3 † Considerando igitur contractum sine attestationibus, donationem istam non deberi soli Ioanni Hieronimo sed etiam alijs filijs videntur suadere

4 sequentia. † Primò verba generaliter prolata generaliter sunt intelligenda l. 1. §. quod autem ff. de aleator. l. in fraudem, & ibi Bald. ff. de testa. milit. l. de pretio ff. de publ. in rem act. l. Si seruitus ff. de seruit. vrba. præd. l. regula §. vlt. ff. de iur. & facti ignorantia, l. fin. in fine ff. de dot. promiss. l. Si finita §. de cæteris, ff. de dem. infect. l. 1. §. generaliter ff. de leg. præst. Afflict. decis. 319. num. 3. Tiraquel. in l. Si vnquam in prin. nu. 118. C. de reuocand. donat. Hoied. de incompot. Benef. par. 1. cap. 14. num. 20. Surd. decis. 122. Tuscus littera V. conclus. 152. num. 1. & alij ergo ista verba generaliter prolata, nempè, ad filios ex eo nascituros, sunt etiam generaliter intelligenda, & ideò non solum de filijs primi; sed etiam secundi

5 matrimonij. Secundò † verba debent inseruire intentioni, non intentio verbis l. non aliter. ff. de leg. 3. l. 3. §. conditio ff. de alim. leg. cap. Sedulo. 38. distl. cap. 2. requiris de appellat. cap. intelligentia. de verb. signif. Tiraquel. in l. Si vnquam verbo libertis à num. 47. C. de reuocand. donat. Mant. de coniectur. lib. 3. tit. 3. num. 9. Verba enim pendent à mente, non autem mens à verbis Me-

6 nochius cons. 97. num. 44. † & verba se habeat, vt corpus, & superficies; ratio verò, & mens, vt Spiritus, & anima ita Gonzales ad 8. regul. Cancell. §. 48. num. 56. ergo etiam ista verba sunt intelligenda secundum mentem donantium; quæ vtique debuit ferri non solum in filios prioris matrimonij, sed etiam secundi cum in vtrisque reperiatur eadem ratio affectionis, qua moneantur ad donandum.

7 Tertiò. † Donatio est facta immediate non filijs, sed Ioanni Baptistæ patri, & ex eo nascituris sed ex Ioanne Baptista æque sunt nati filij primi, quam secundi matrimonij ergo de vtriusque matrimonij filijs donatio est intelligenda, quod si de filijs tantum dominæ Margaritæ fuisset intelligenda, verba donationis fuissent etiam dirigenda in filios dominæ Margaritæ videlicet, & in filios ex eo, & domina Margarita nascituros, sed cum sint directa tantum in filios ex Ioanne Baptista nascituros in filios vtriusque matrimonij videntur directa; & ideò etiam de omnibus intelligenda. Quartò Ex ista donatione reportaret incommodum Ioannes Baptista. Primò Quia inde orietur æmulatio & inuidia inter fratres primi, & secundi matrimonij, & ex inæqualitate vitæ, quod debuissent maxime vitare donantes. Neq. valet dicere quod sequeretur etiam in primogeniturís, quia ista cohonestantur ob illud bonum quod bona permaneant in familia, & quod in ea splendor auitæ nobilitatis eluceat, deinde facilius toleratur hoc in fratre vtrinque coniuncto propter maiorem affectum. Secundò Quia Ioannes Baptista non reperiret vxorem in secundis votis nisi inferiorem illa, quam habuisset in primis, quod ab auia &c. esset vitandum, quia licet aliquando contingat filios prioris matrimonij esse ditiores filijs secundi ob pinguiorem dotem matris, vel ob hæreditatem eidem delatam hoc iustum est; & æquum quia decet diuitias quæ ex matre fluunt in filios redundare sed quid ista inæqualitas ex consanguineis patris proficiscatur non est credendum, vel præsumendum his, & similibus rationibus non est dicendum donationem verti in odium Ioannis Baptistæ quia in fauorem concessa non sunt in odium retorquenda. Sed in contrarium facit.

8 † Primò Originalis causa contractus est atten-

9 denda † primus contractus qui dedit causam. & secundo, quam secundus Alex. cons. 215. num. 4. 5. lib. 6. decis. pedem. 167. nn. 25. Rota Ianuen. decis. 91. num. 8. Ludouis. decis. 502. num. 2. sed matrimonium Dominæ Margaritæ dedit causam donationi, ergo donatio est regulanda per matrimonium, ergo in fauorem filiorum ex Matrimonio

10 Margaritæ, & confirmatur † quia magis attenditur causa actus quam actus ipse Coccina decis. 134. nu. 1. ergo cum actus causa nempè donationis sit matrimonium, matrimonium est attendendum, ergo donatio erit interpretanda in fauorem Margaritæ,

garitæ, & consequenter filiorum eius Secundò.
11 † Contrahens censetur prospicere velle hæredi suo
Gaill. lib. 2. obser. 2. nu. 15. ergo, cum Margarita
egit, vt donatio fierer, vt nuberet Ioanni Baptistæ,
censenda est voluisse prospicere hæredibus suis, nó
alienis, idest suis filijs, non filijs alterius vxoris; sed
dices hoc argumentũ posse hoc modo retorqueri,
videlicet. Contrahens cẽsetur velle prospicere suis
hæredibus, ergo dominę donantes censentur velle
prospicere non solũ filijs susceptis ex domina Mar-
garita, sed etiam ex alijs; quia omnes sunt earum
hæredes. Sed respondetur non valere, quia dona-
tio est facta in fauorem matrimonij Dominæ Mar-
12 garitæ ergo ex eo sumit limitationem, † quia
vniuscuiusque contractus initium, & causa est
spectanda, l. Si procuratorẽ initio ff. mandati l. 1. §.
non solum ff. depositi, l. Si tamen ff. ad macedoni.
13 Hæc † faciunt difficultatem sistendo in ipsa dis-
positione donationis, sed accedit testimonium
patris, & mulierum donantium quæ asserunt, ita
fuisse inter partes conuentum, vt donatio cederes
in vtilitatem omnium filiorum, sed variant in
modo deponendi aliquando enim dicunt ita esse
inter partes conuentum, aliquando se ita intel-
lexisse ideò tria sunt videnda. Primò verum
aliquid operetur quod talis fuerit eorum intentio
sed parti non manifestata. Secundò quid si inter
partes sit conuentum sed conuentio ipsa in instru-
mento non inserta. Tertiò An dictum patris
Auiæ, & alterius donantis probet ita fuisse con-
uentum.

Ad primum facile respondetur nihil releuare,
14 quod ita intellexerint donantes nec ne, † quia
mente retenta in contractibus nihil operantur, &
ratio est quia contractus cum sit vltro citroque ob-
ligatio debet ab vtroque parte acceptari non po-
test autem acceptari quod non est manifestum, &
quod non constat ergo mente retentum non potest
operari.
15 Dices † contractus recipiunt interpretationem
ex tacita mente contrahentium l. in conuentio-
nibus ff. de verb. obl. & mens potius est attendenda
16 quam verba ergo mente retenta operantur. † Item
posset dici quod contractus non debent operari
vltra intentionem agentium l. non omnis ff. si
certum petatur l. in agris ff. de acquirend. rerum
domin. l. 2. ff. de his quæ in testam. delent, l. legata
inutiliter ff. de leg. 1. l. cum tale §. vlt. ff. de condit.
& demonstr. Respondeo ista esse intelligenda de
mente omnium contrahentium non vnius tantum
ita, vt eadem sit mens dantis, & recipientis donan-
tis, & donatarij, &c. & semper est verum in contra-
ctibus onerosis. Nemo enim plus potest grauari
quam intendat se esse grauatum.
17 Ad secundum. † Si ita re vera sit conuentum
sed non insertum in scriptura; vel constat vtrique
parti, vel non; si constat vtrique parti, in foro
Conscientiæ standum est rei veritati, quæ in foro
conscientiæ attenditur, & quæcunque sententia
fauorabili obtenta contra veritatem adhuc veri-
tas est exequenda, quod, si constes vni tantum parti
de veritate, & sententiam contrariam obtineat,
potest grauatus vti compensatione, quia sententia
nititur præsumptione quæ semper cedit veritati;
18 † & ita pater testando potest plus relinquere filijs
grauatis vsque ad compensationem, quod si dubi-
taret, testamentum quoad hanc partem non esse
sustinendum propter contrarietatem opinionum
de quibus late Thesaur. decis. 170. alio meliori
19 modo eis consulat. † Patrem tamen posse plus
relinquere filijs secundi matrimonij, quam primi
salua tamen istorum legitima amplexa est Rota
Coram Sanctissimo Ludouisio decis. 173. vide
20 ipsum † quod si pater hoc testaretur filio, & talis
esse pater, vt ei filius plenam fidem adhiberet in
foro conscientiæ eius dictis parere teneretur iuxta
ea, quæ à summistis, & Theologis traduntur in hac
materia, testes enim adhibentur ad faciendam
fidem, quæ si sufficienter ab vno fiat non est, cur
plures forum conscientiæ requirat. Si tamen con-
staret in instrumento, nec aliunde sciretur, nec
filius legitima ratione ductus patri fidem teneretur
adhiberet iuxta iudicata à iudice posset agere.
21 † Pro veritate habenda possent interrogari testes
adhibiti in instrumento Notarius ipse, & illi qui
de hoc egerunt veluti si superstites essent aliqui
consanguinei dominæ Margaritæ, vel aliqui alij
qui istis tractatibus, vel interfuissent, vel se im-
miscuissent, & adhibita diligenti inquisitione niti,
ex interrogationibus, & responsionibus eruere
veritatem, quæ si adhuc non posset haberi sequi-
tur videndum an Patri, & mulieribus sit creden-
dum.
22 Ad tertium † igitur respondendo videtur dicen-
dum dicto, & assertioni patris, & mulierum esse
23 standum Primò † quia deponunt de facto proprio;
mulieres enim donationem fecerunt, & Ioannes
Baptista illam recepit. Deponentibus autem de
facto proprio; magis credendum est Aymo cons.
99. num. 6. Gabriel de testib. conclus. 4. num. 20.
Ludouisi. decis. 349. num. 7. Secundò Mediatori
24 sine dubio † magis credendum est quando deponit
de facto proprio, & ad eum neque commodum
25 neque laus neq. dedecus spectat † Imò plerique
putant hunc facere plenam probationem maxime
si concurrant probabiles coniecturæ Riminal. Sen.
cons. 392. num. 13. Crauet. cons. 491. num. 11.
Capuctaq. decis. 267. & 271. lib. 3. Sed Ioannes
Baptista in hac parte deponit, vt mediator, quia
deponit de donatione, non quatenus ad ipsum
spectat sed, vt de illa agit in ordine ad filios, nec
commodum ad ipsum potest peruenire, quia in
vtilitatem filiorum cedit, neque Laus vlla ex ista
depositione si falsa esset posset reporrare sed potius
vituperium ergo quod asserit habendum est pro
26 veritate † Tertiò nulla videtur posse laborare su-
spicione falsitatis, qui deponit pro filijs suis.
27 † Sed in contrarium videtur esse, quod confes-
sioni mariti circa dotem receptam non statur in
præiuditium filiorum primi matrimonij. Ludouis.
decis. 173. nu. 8. ergo patris confessio, & depositio
potest esse suspecta respectu filiorum primi matri-
28 monij, & † optimè quia blanditijs mulieris potest
adduci ad sic deponendum.
29 In casu isto quid dicendum? Nec dictum Ioannis
Baptistæ nec mulierum quidquam probare quia
non concordant in depositione; mulieres enim
nolunt asserere ita fuisse conuentum, sed solum ita
se intellexisse. Ioannes autem Baptista asserit ita
fuisse conuentum, si autem ita fuisset conuentum
mulieribus præcipue hoc debuisset constare, quod
30 tamen nolunt asserere. † Pater autem simul habi-
31 tat cum filijs secundi matrimonij, † & cum Ioanne
Hieronimo præcesserunt multa affectum paternum
32 diminuere valentia † testibus varijs non est stan-
dum, & ideò depositio patris, & mulierum non
venit consideranda.
33 Quid pro solutione dicendum? † Vt quod sentio
libere proferam. Ego sic statuo. Vel donatio talis
est, vt addita bonis quæ antea habebat Ioannes
Baptista,

Baptista, Domina Margarita ei tradita fuisset in
vxorem sine speciali contractu respectu illius ma-
trimonij, vel donatio est talis, addita dictis bonis,
vt ei domina Margarita non fuisset tradita, nisi
aliquis specialis contractus fuisset initus in fauo-
rem istius matrimonij particulariter; si matrimo-
nium adhuc fuisset initum absque alio speciali con-
tractu fauorabili huic matrimonio, dico donatio-
nem in hoc dubio esse censendam factam intuitu
filiorum vtriusque matrimonij, si verò non fuisset
initum nisi addito aliquo contractu fauorabili dico
34 esse iudicandam factam intuitu istius solius, † ratio
est quia contractus regulantur secundum consuetu-
dinem loci text. in l. Si fundus ff. de euictione, &
in l. Si publicanus §. fin. ff. de publi. & vectig. l.
semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. & l. 1.
ff. de vsur. Bartol. in l. Cunctos populos, num.
14. cum seq. C. de Sum. Trin. & fid. Cathol.
Panormit. in cap. Certificati num. 2. de Sepult.
35 habet † quod omnis dispositio, siue legalis, siue
vltimarum voluntatum seu contractuum à consue-
tudine, & ab eo quod fieri solet, recipit interpre-
tationem.
36 Si † ergo iuxta consuetudinem loci dominus
Ioannes Baptista tantum habuisset in bonis, quantum habet cum donatione, & ei tradita fuisset domina Margarita absque alia donatione sicuti omnia illa bona fuissent omnibus communia, ita respectu omnium debet censeri facta donatio. Si vero matrimonium non fuisset initum nisi supposita donatione censenda erit in fauorem matrimonij. In hoc multum tribuendum est arbitrio boni iuri seu recti iudicis. Ita sentio.

S V M M A R I V M.

1 *Casus proponitur.*
2 *Quæ sint quærenda.*
3 *Episcopi non possunt admitti ad habitum, & professionem regularem, nisi de licentia Summi Pontificis.*
4 *Possunt inferiores Prælati, & Curati, imo, & Episcopi si prius Episcopatui renunciauerint.*
5 *Beneficium ingredientis religionem, nemini est conferendum nisi post emissam professionem.*
6 *Quid agendum de fructibus Beneficij qui colliguntur anno nouitiatus.*
7 *Durante nouitiatu Beneficium non vacat, & Nouitius est vere curatus.*
8 *An curatus effectus nouitius possit absoluere, & audire confessiones.*
9 *Nouitij prohibentur audire confessiones.*
10 *Nouitius prohibitus audire confessiones, an peccet si audiat.*
11 *An nouitius possit audire Confessiones omnium ad se accedentium.*
12 *Nouitij, an gaudeant omnibus priuilegijs quibus gaudent professi.*
13 *In fauorabilibus veniunt nomine religiosorum.*
14 *Priuilegia quibus gaudent nouitij recensentur.*
15 *A quo Episcopo debent ordinari nouitij.*
16 *Quis sit Episcopus nouitij an ille in cuius diæcesi situm est monasterium, an ille, in cuius diæcesi habet domum sæcularem.*
17 *Ad suscipiendos ordines nouitius non eget licentia superioris conuentus, recipiens tamen ordines sine licentia superioris posset expelli a religione, & esset causa sufficiens.*
18 *Quæ possit prælatus præcipere nouitio.*
19 *Nouitius violans castitatem non addit nouam malitiam secluso scandalo.*
20 *Non aliter potest præcipere prælatus religiosus nouitio, quam Ecclesiasticus suo clerico.*
21 *Quomodo prælatus possit punire Nouitium, & propter quæ crimina.*
22 *Nouitio non potest impediri liber egressus è religione.*
23 *An prælatus possit imponere nouitio pænitentiam exequendam post egressum, è religione, & ipse teneatur exequi.*
24 *Nouitij an ligentur casibus reseruatis.*
25 *Nouitij an possint absolui virtute Cruciatæ.*
26 *Nouitij an possint absolui ab Episcopo, & ab alijs sacerdotibus, à quibus possunt alij Christi fideles.*
27 *Quocunque tempore Parochus renunciet titulo sui beneficij non potest amplius audire confessiones.*
28 *Sacerdos approbatus ab ordinario ingrediens religionem an possit illa sola approbatione vti in confessionibus priuilegijs religionis.*
29 *An regulares necessario sint præsentandi ad formam Clementinæ Dudum.*
30 *An religiosus transiens de vna ad aliam religionem indigeat noua approbatione, vt possit vti Priuilegijs.*
31 *Episcopus admittens ad confessiones non seruata forma Clementinæ renunciat iuri suo, & approbatus potest omnia, ac si esset iuxta formam approbatus, intellige de regularibus.*
32 *Admissum an possit Episcopus suspendere.*
33 *Quid de illis, quos admittit pro sua lubentia.*
34 *Quid de illis, quos tenetur, vel approbare, vel reprobare.*
35 *Multæ sententiæ licet iniquæ sunt retractandæ.*
36 *Delegatio iurisdictionis expirat reuocatione mandati.*
37 *Multa facta tenent quæ fieri prohibentur quomodo intelligendum.*
38 *Approbationem datam etiam sine examine non potest sine causa Episcopus reuocare.*
39 *Nisi approbationem sub conditione dedisset.*
40 *Approbationem ex meritis datam neque cum causa potest Episcopus reuocare respectu regularium.*
41 *Priuilegium gratiosum potest ad libitum reuocari.*
42 *Valide excipiunt confessiones regulares etiam suspensi ab Episcopo.*
43 *An Episcopus possit suspendere non approbatum simpliciter.*
44 *Colliguntur aliqua antedicta.*
45 *Quid si Episcopus limitate approbet quem simpliciter debuisset approbare.*
46 *Declaratio sacræ Congregationis.*
47 *Quam iusta sit cautela aliquorum Episcoporum approbantium omnes regulares limitate.*
48 *An Clementina Dudum sit reuocata.*
49 *In scrinio pectoris Summi Pontificis sunt clausa omnia iura.*
50 *Probatur Concilium non disponere contrarie ad Clementinam Dudum.*
51 *Explicatur clausula eiusdem Concilij nisi aut Parochiale beneficium &c.*
52 *Non est recedendum à communi definitione approbationis.*
53 *Quid de facultate ab Episcopo concessa donec ipse viuat, quando expiret.*
54 *An Regularis legitime præsentatus à suo supe-*

riore possit reijci ab Episcopo.
55 *An Episcopus possit cogere Prælatum Regularem*
testari in scriptis cum iuramento de bonitate
morum, & sufficientia litteraturæ præsentati.
56 *An ad Episcopum, vel ad Prælatum spectet ap-*
probatio quoad mores regularium.
57 *Affertur quædam declaratio Sacræ Congregatio-*
nis.
58 *Exponitur quomodo sit intelligenda.*
59 *Iudici non creditur sine iuramento.*
60 *Colliguntur omnia dicta.*

Parochus factus Regularis quas confessiones audiat.

L X X X V.

1 NIcolaum † alias Sacerdotem Parochum, nunc
religionem Sancti N. ingressum, & adhuc
nouitium adeunt multi ex sua Paræcia, vt illi sua
peccata confiteantur, renuit ipse, quippe qui an-
num nouitiatus totum spiritualibus exercitijs, à
terrenis curis exemptum velit esse dicatum, elapso
nouitiatus anno, & professione emissa redeunt
ijdem, vt sua item peccata fateantur, dubitatur an
possit, ideò à suo superiore sistitur Ordinario
examinandus, quem reijcit Episcopus, Quæruntur
regulares, iterum sistunt eundem examinandum,
& approbandum, examinatur, optimè quæsitis
respondet, approbationem tamen non vult dare
Episcopus, immo asserit se nullum imposterum
examinaturum, nisi superioris scriptura recepta;
qua cum suo iuramento testetur de vita, & mori-
bus, nec non litterarum sufficientia examinandi,
immo, & pro ipsomet superiore locali exacturum
eundem fidem factam à maiori suo superiore,
2 † ideò quæruntur. 1. An Parochus tempore noui-
tiatus posset audire Confessiones omnium, &
quorumcunque ad se accedentium an verò tantum
suorum Parochianorum. 2. An idem possit emissa
professione. 3. An præsentatum potuerit Epis-
copus non examinare. 4. An examinatum tenea-
tur approbare, vel reprobare prout se gessit, ad-
dam. 5. An approbatum possit suspendere. 6. An
fidem illam possit exigere, & nisi exhibeatur possit
non examinare, & non approbare.
3 Præmittendum. † quod licet non possint Epis.
admitti ad Relig. habitum profitendum, nisi de
licentia S. Pont. ex cap. nisi cum pridem; de
4 renunc. † possunt tamen inferiores Prælati. Miran-
da tom. 1. q. 17. a. 3. Barb. de pot. Episc. alleg.
53. num. 23. S. Th. 2. 2. q. vlt. a. 7. Silu. Relig. 2.
q. 8. Nisi tamen Episcopus prius renunciauerit Epi-
scopatui. Suarez. to. 3. de Relig. lib. 1. cap. 19.
num. 13. Panorm. in cap. Quod Dei timorem de
statu Monach. & Præl. inferiores Epis. & ipsi Curati
possunt Relig. capessere, etiam inuito Epis. ita
Silu. ex D. Th. locis cit. debent tamen petere
licentiam, licet postea non obtineant. cap. licet
5 de Reg. † Beneficium tamen nemini erit confe-
rendum, nisi professione emissa, cap. Beneficium
6 de Regul. in 6. † Fructuum autem beneficij pars
erit assignanda alicui, qui inseruiat, reliqui verò
erunt eiusdem Nouitij, ne sit onerosus Relig. 16.
q. 6. cap. de lapsis. Nec propriè est Religiosus, cap.
Relig. de sent. excom. in 6. & ideò suo iure non
7 debet fraudari 17. q. 2. cap. Gonsaldus: † interim
remanet Curatus vt prius, nec beneficium vacat.
Vide Ang. v. Relig. nu. 12. & 13.
Nunc ad solutionem primæ difficultatis acce-
8 dendo. † Dico Sacerdotem Curatum effectum
Nouitium posse excipere confessiones omnium illo-
rum, quorum poterat etiam, quando erat in officio
suæ Curæ. Probatur. Quia per Tridentinum requi-
ritur examen si videbitur &c. Vel beneficium; hic
Nouitius verè adhuc habet beneficium, & est adhuc
vere Parochus, ergo potest excipere confessiones
omnium eorum, quorum poterat etiam ante in-
9 gressum Religionis. † Prohibentur tamen Nouitij
confessiones audire.
Sed tamen si audiant valida erit absolutio.
10 An † autem peccent ita absoluendo. Respondeo
videndum esse, quomodo sit prohibitum, & ex
modo prohibitionis sumendus est modus respon-
sionis. Habent .n. superiores iurisdictionem, &
potestatem præcipiendi iuxta ea, quæ tradit Sanch.
lib. 6. in Dec. c. 10.
11 An autem † possit validè audire confessiones
omnium ad se accedentium, & possit vti priuilegijs
concessis Confessoribus Religionis. Respondeo
non posse. Quia ad hoc, vt similibus priuilegijs
gaudeant Religiosi debent esse præsentati ad for-
mam Clementinæ dudum de sepulturis. Præterea
non habent probationem ab Episcopo pro omni-
bus, sed tantum ex titulo beneficijs pro suis, ergo
12 non possunt absoluere omnes. † Dices Nouitios
gaudere omnibus priuilegijs, quibus gaudent pro-
fessi; ergo etiam iste absoluendi, & alijs. Respon-
deo licet sit satis probabile gaudere priuilegijs
professorum, Castropalao. tract. 16. q. 1. punct. 11.
13 num. 1. † & in fauorabilibus veniant nomine Re-
ligiosorum. Verum est tamen etiam, quod debent
habere omnia requisita, vt illis frui possint, quæ
14 non habent in casu nostro. † Priuilegia autem,
quibus gaudent Nouitij recensentur à Castropalao
loco cit. Primò vt possint absoluere, & absolui à
peccatis reseruatis. Secundò vt possint dispensare,
& dispensari sicut alij Religiosi. Item in præceptis
ieiuniorum, & festiuitatum, vt alij Clerici sæculares
à suis Prælatis. In irregularitatibus, sicut & alij
Clerici à suis Prælatis. An autem possint dispen-
sari ex priuilegijs concessis alijs Religiosis, negat,
alias possent dispensari in ordinibus sumendis non
seruatis interstitijs, aut extra tempora. Tertiò
possunt lucrari indulgentias alijs Religiosis con-
cessas. Quartò gaudent priuilegio Canonis. Quintò
gaudent priuilegio fori, saltem dum perseuerant in
nouitiatu. Sextò possunt ordinib. sacris insigniri.
Neq; obstat cap. Monasterijs 19. q. 3. quod non de
receptione ordinum, sed loquitur de professione.
Imò Prælati illi regulares, qui habent potestatem
conferendi ordines minores, possunt eos Nouitijs
sui Conuentus conferre. cap. quoniam videmus 1.
15 dist. 69. A quo autem Prælato debeant ordinibus
sacris insigniri; Vel litteræ dimissoriæ ad ordines
confici, est dubium. Inspicienda sunt priuilegia
cuiuscunq; ordinis, quod si nullum extet; Prælatus
regularis de iure in hac parte nihil potest. Quia
regularis Prælatus nullam habet iurisdictionem in
Nouitios, nisi, quatenus ad bonum regimen in
via professionis, & ad finem probationis neces-
sarium est. Certum est, Nouitios posse ordinari
16 ab Episcopo originis, & domicilij. † Domicilij
autem Episcopus an sit ille, in cuius Diæcesi situm
est Monasterium, in quo residet Nouitius, an vbi
prius habitabat, Suarez. de Relig. tom. 3. lib. 5.
cap. 16. num. 17. & tom. 2. lib. 6. cap. 12. num. 9.
asserit illum, in cuius Diæcesi Nouitius habebat
domicilium ante ingressum nouitiatus, quia assum-
ptione habitus non mutauit domicilium, quia non
mutauit

mutauit statum; & quia animus Nouitij nouitia-
tum ingredientis non est ibi perpetuo manendi,
sed experiendi an possit manere, Sanchez. lib. 4.
sum. cap. 39. num. 20. & alij, quibus adhæret
Castropalao volunt esse illum, in cuius Diæcesi
situm est Monasterium, quia Nouitius ibi incipit
manere animo perseuerandi, nisi aliud contingat,
quod sufficit ad constituendum domicilium, hoc
amplectitur etiam Suarez. tom. 4. de Relig. tract.
17 8. lib. 2. cap. 17. numer. 14. & 15. † Neq; est
necessaria licentia Prælati pro ordinum susceptio-
ne; si tamen Nouitius sine illa ordinetur, est suf-
ficiens causa, vt è Religione à Prælato expelletur,
Sanchez. lib. 6. sum. cap. 10. num. 22. Quia in re
graui eius consensum contempserit; septimum pri-
uilegium asseritur exemptio à Gabellis, sed alij
contradicunt.

Sed pro intelligentia dicendorum necesse est vi-
dere, quæ possit Prælatus præcipere Nouitio, &
18 † Dico, variare DD. in hoc, Sarm. lib. 2. selec.
cap. 5. num. 9. vers. ex supradictis, Layman lib. 4.
summæ tract. 5. c. 4. q. 3. conc. 2. & alij affirmant,
posse Prælatum præcipere obseruantiam eorum,
quæ sunt de Regula, & Constitutione Religionis.
Quia regularibus Prælatis subditur gubernandus.
Alij, vt Azorius 1. p. lib. 12. cap. 2. q. 10. Suarez
de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 16. num. 18. Sanchez
qui alios refert lib. 6. sum. cap. 10. num. 7. quibus
adhæret Castropalao, verius censent, Nouitium
obligatum non esse per se, neq; aliquo Superioris
præcepto obligari posse ad seruandas regulas, &
constitutiones Religionis, sed solum ad sustinen-
dam pœnam, si qua infligetur ob earum transgres-
sionem. Quod non possit obligari, probant; Quia
non potest obligari ex speciali voto; neque ex statu
probationis assumpto. Ex voto non potest, quia
supponitur, nullum esse emissum, neque ex deuo-
tione. Si autem esset emissum, ex eo posset obli-
gari, sicuti potest obligari quilibet alius vouens
obediendi alicui Prælato in rebus licitis, & hone-
stis. Ex statu assumpto non tenetur, quia sufficit si
delinquat, quod possit corrigi; & ipse teneatur
pœnam pati. Quod teneatur pœnam pati oritur ex
eo, quod se tradidit gubernandum, & sub ea con-
ditione illum recepit Religio gubernandum, &
sustentandum, & quia iurisdictionem Religioni
tradit Summus Pontifex, vt Nouitius hoc modo
probari possit.

19 Ex † hac sententia deducitur, Nouitium vio-
lantem castitatem non addere peccato nouam
malitiam, secluso scandalo, idem dicendum de
paupertate, ita Suarez loco cit. numer. 3. & seq.
20 2. † Non posse Prælatum regularem aliter præci-
pere Nouitio, quam possit Prælatus Ecclesiasticus
Clericis sibi subditis, seruata proportione; Suarez
21 vbi supra num. 18. 3. † Nouitium delinquentem
posse puniri à Prælato regulari non solum si delin-
quat contra regulam, & constitutiones Religionis;
sed etiam, quando delinquit in rebus grauissimis,
& morte dignis; quia etiam in illos Nouitios habet
iurisdictionem in foro externo, quatenus sunt
membra Religionis ab omni alia iurisdictione
exempta, Suarez, & Sanchez locis cit. & Barbosa
de pot. Episc. 2. p. alleg. 12. num. 37. & alij apud
22 ipsos. † Neq; obstat, quod Nouitio non possit im-
pediri liber egressus è Religione per cap. statuimus
de Regula. & cap. Non solum eodem tit. in 6. quia
est intelligendum illud caput, non supposita culpa,
qua debeat puniri carcere, vel alio modo egressum
impediente; & datam sententiam potest Prælatus
cogere Nouitium subire sub præcepto, & censuris,
sicuti potest Prælatus Ecclesiasticus sibi subiectus.
Sanchez loco cit. num. 17.

23 An † autem Prælatus regularis possit imponere
pœnam exequendam à Nouitio post egressum è Re-
ligione. In hoc dubio distingue, vel pœna est
imposita per sententiam in iuditio emanatam, &
tenetur exequi, quia est ab habente iurisdictionem
puniendi, & in subiectum pro tempore, si verò est
imposita more religioso, non tenetur; quia cense-
retur imposita nouitio, vt membro religionis, ideò,
cum egressus non amplius sit talis, ad pœnitentiam
non tenebitur.

24 † Casus reseruati, an ligent nouitios, ita vt
non possint absolui nisi à confessarijs deputatis: ita
resoluit Castropalao num. 9. cum à se citatis. Vel
confessarij habent quidem iurisdictionem à S. Pon-
tifice, sed medijs superioribus religionis, vt in
Societate Iesu, & tunc possunt Prælati etiam res-
pectu nouitiorum ita limitatam concedere, vt non
possint. Vel recipiunt iurisdictionem immediatè
à S. Pontifice independenter à suis Prælatis, & eam
habent generalem ad audiendos omnes fideles, &
possunt absolui: Non enim manent excepti ex re-
seruatione casuum, cum vere religiosi non sint,
quod tamquam certum tradit Suarez tom. 4. de
25 religio. tract. 8. lib. 2. c. 17. num. 12. † Possunt
etiam absolui virtute Bullæ Cruciatæ, & aliorum
priuilegiorum, quæ conceduntur in fauorem præ-
cipue pœnitentium, sicuti, & alij sæculares, quia
huiusmodi priuilegia sunt generalia, & nouitij nul-
26 libi reperiuntur excepti. † An autem nouitius
possit absolui ab Episcopo, & alijs, sicuti alij fideles
in eadem diœcesi, non conueniunt Doctores. Ali-
qui affirmat hac ratione ducti, quia, licet nouitius
acquirat nouum domicilium, & subdatur prælatiæ
religionis, non amittit tamen antiquum; sed illud
etiam censetur conseruare. Alij negant, quia
Pontifex eximendo religiones à iurisdictione
Episcoporum, censetur eximere non solum pro-
fessos sed etiam nouitios. Hos enim omnes religio
comprehendit; & licet ista exceptio aliquo modo
præiudicet nouitijs, absolute tamen iudicant fauo-
rabilem Suar. ita expendit l. c. c. 17. numer. 15.
& 16.

27 Nunc redeundo vnde digressi sumus. † Addo,
quod iste sacerdos Parochus emissa professione,
& titulo renunciato, vel etiam renunciato ante
professionem non potest amplius audire confes-
siones cuiusquam, non parochianorum, quia
cessauit titulus, non aliorum, quia non est appro-
batus.

28 Maior † difficultas esset, si iste non esset Parochus,
sed simplex sacerdos examinatus tamen & admis-
sus pro tota diœcesi, vel etiamsi Parochus adhuc
tamen esset ab Episcopo delegatus pro omnib. vel
per examen, vel alio modo reputatus idoneus, an
professus posset absq. alio examine more religio-
sorum audire confessiones vtendo eorundem pri-
uilegijs, & dico posse absoluere omnes quos prius
poterat ante ingressum religionis, & etiam à reser-
uatis, Episcopo, si talem ante facultatem obtinuit.
Quia non apparet ratio, quare talem approbatio-
nem amiserit, vel quomodo dempta sit. Nec
obstat. l. licitatio §. fin. ff. de pub. quod mutatione
personæ amittitur priuilegium, quia intelligitur,
quando priuilegium est concessum respectu illius
status, vt priuilegium prælationis in bonis debito-
ris concessum minoribus &c. 2. quia approbatio ad
confessiones audiendas non est simplex priuile-
gium,

gium, sed aliquo modo actus iustitiæ, & respectu
regularium, est simpliciter actus iustitiæ, vt alias
dixi, & infra etiam. An possint absoluere, vt alij
religiosi, & vti priuilegijs religiosis concessis. Res-
pondeo: hoc non posse, quia ad hoc, vt istis possit
gaudere debet esse confessarius regularis; hic non
est confessarius regularis, idest præsentatus à suis
Prælatis, & ad ista admissus ab Episcopo; est ergo
iste quidem regularis, quia professionem emisit
solemnem in manu sui Prælati, & non est confessa-
rius regularis, qualis debet esse, vt talibus frui
possit; est Siluestri verbo Confessor. 2. q. 4. & 5. &
29 aliorum. † Dices an sit necesse, quod præsententur
ad formam Clementinæ Dudum de sepulturis, an
sufficiat qualibet præsentatio: Respondeo formam
illam esse inductam non tamquam necessario ser-
uandam, sed in fauorem Episcoporum, cui si renun-
cient, sufficit qualibet alia, si verò non renunciant,
vt priuilegijs frui possint confessarij secundú illam
debent præsentari, nisi tamen religio habeat priui-
legium, vt omnes, quos qualitercunq. præsentat,
censeantur præsentari ad dictam formam. Siluest.
l. c. q. 2. in fine. Vide Roderiq. tom. 1. qq. reg.
54. per totam, & alias. Debet ergo præsentari à
Religione, & ab Episcopo approbari, vt religiosus,
vt talibus possit frui.

30 Quid † si esset Religiosus transiens ad aliam
religionem? Vide, quam sententiam sequaris, in
illa quæstione. An omnes regulares gaudeant dicta
Clementina Dudum de sepulturis, An verò tantum
Dominicani, & Minores S. Francisci, & facilis
erit responsio. Si enim asseris omnes, gaudere,
cum iam sint præsentati ad formam illius, non est
necessaria alia præsentatio. Si verò negas, erit
31 necessaria. † Episcopi autem admittentes præ-
sentatos, non requirentes formam præscriptam in
Clementina, videntur renunciare iuri suo, & pro
illa admittere quamcunque aliam, qua regulares
vtantur.

Poterit ergo iste Parochus tempore nouitiatus
audire omnes, quos poterat, dum actu suum exer-
cebat officium. Professus non potest, nisi alias sit
ab Episcopo delegatus, vel aliter habeat iurisdi-
ctionem, secundum quam debet regulari. Priuile-
gijs tamen non gaudebit, nisi præsentatus à Reli-
gione, & ita soluta manent duo prima quæsita.

32 Ad 3. † An admissum possit suspendere Episcop.
Resp. sicuti alias memini me respondisse. Vel hoc
ex causa, vel sine causa. Rursus, vel pendet approba-
tio à sua libera voluntate, vel aliquo iure tenetur
dare. Vel admisit approbando per examen, vel sine
examine. His positis.

33 Dico † 1. quocunq. modo approbet Episcopus
quos pro sua lubentia approbat, approbationem
etiam potest pro sua lubentia reuocare, quia sub
tali conditione, videtur approbasse. Videat tamen
Episcopus, ne ex sua reuocatione aliqua nota infa-
miæ resultet sacerdoti illi, quia licet vtatur iure
suo; charitas proximi vrget.

34 Dico † 2. Si approbat alios, quorum approbatio
non pendet à sua libera voluntate, sed tenetur, vel
approbare iuxta sufficientiam, vel insufficientiam
expositi, quales sunt regulares, & eos approbet per
examen, istorum approbationem non potest am-
plius reuocare, vel suspendere, per ea quæ alibi
satis diffuse diximus, quia functus est officio suo,
nec regulares Episcopo subduntur, nisi quoad ap-
probationem non autem, quoad reuocationem,
ideò suam iurisdictionem non potest ad hanc ex-
tendere. Excipe tamen vnum casum, quando re-
gulares confessarij delinquunt circa administratio-
nem huius Sacramenti ex speciali decreto Sacræ
Congregationis quæ optime probat nostrum di-
ctum, quia si excipitur iste casus, in quo subijciuntur
regulares Episcopis ab omnimoda eorum exem-
ptione circa reuocationem, ergo in alijs remanent
exempti.

Dices 1. Nullam adesse efficacem rationem pro-
bantem hanc reuocationem esse nullam Respondeo
immo esse efficacissimam. Quia ad hanc nullam
Episcopus habet iurisdictionem, cum in hoc illi
non reperiantur subiecti regulares, & agens sine
iurisdictione nulliter agit, subduntur quoad appro-
bationem, non quoad reuocationem.

35 Dices † 2. multæ sententiæ, licet iniquæ retra-
ctantur, ergo supponuntur habuisse effectum. Res-
pondeo retractari sententias latas ab habente
iurisdictionem, quæ alias non essent retractandæ,
si processissent à iurisdictionem non habente:
Resp. 2. retractari quoad forum fori, non quoad
forum conscientiæ, nam sententiæ manifeste iniustę
nemo tenetur stare. Resp. 3. Illud non esse retra-
ctare proprie, sed declarare propriem nullam In
sententia excommunic. est peculiare, quod sit ti-
menda licet iniusta.

36 Dices 3. † Delegatio iurisdictionis expirat reuo-
catione mandati; sed approbatio delegatur ab
Episcopo ergo. Respondeo Iurisdictionem dari
immediate à Papa, vel à Canone, approbationem,
non delegari sed esse quid requisitum ad exerci-
tium iurisdictionis. Si ista doctrina esset vera
sequaretur, quod Episcopus cui data est facultas
cognoscendi, an preces veritati nitantur, datam
cognitionem posset reuocare, & approbationem
sufficientiæ causarum. Sequeretur secundo, quod
datum à superiore posset tollere inferior. Iuris-
dictionem enim dat Pontifex Summus, Episcopus
tolleret, ideò enim noluit concilium iurisdictionem
pendere ab Episcopo, ne illam posset auferre. Dat
ergo S. Pontifex iurisdictionem, sed quia sufficien-
tiam ipse non potest probare, committit illam
Episcopo, qui functus officio suo nihil amplius
potest; & semper supponitur posse Episcopum re-
uocare approbationem, quod est probandum aliquo
textu, quod tamen non fit, est tamen necessarium,
quia Regulares sunt in omnibus exempti, nisi pro-
bentur subiecti.

Remanet ergo, quod Episcopus non potest re-
uocare approbationem, quod videtur manifeste
decisum à Pio V. in sua Constitutione; incipit Ro-
mani Pontifici; quæ est 133. in nouo Bullario, vbi
dicitur approbationem semel factam non posse
37 reuocari, nisi à successore, † Quod si objicias ibi
non explicari, an reuocatio facta licite, vel non
licite teneat, supponendum est tenere quia multa
facta tenent, quæ tamen fieri prohibentur Respon-
deo dupliciter. Primò prohibita fieri si possunt
fieri propria auctoritate, non auctoritate conce-
dentis, facta possunt tenere; prohibita fieri, quæ
possunt fieri tantum ex auctoritate concedentis,
facta non tenent. Cum ergo Episcopis ex concilliari
dispositione competat approbatio, non ex propria
auctoritate, & prohibeatur reuocari, sequitur, quod
reuocatio sit nulla, ita ex quadam Glossa ad regulas
iuris, de qua alias etiam scripsi Respondeo 2. Illam
clausulam, nisi à successore, multum vrgere. Nam
dictio nisi de sui natura est exceptiua, & aduersatur
præcedentibus in effectu l. actione vbi Bartolus
Iason, & cæteri, C. de transactionibus, & patet
manifeste in Regula peccatum. Non remittitur

peccatum

peccatum nisi restituatur ablatum, & habet vim taxatiuæ de sui natura, l. consulta C. de testa. Non potest ergo Episcopus reuocare approbationem à se datã, sed tantum successor pro sua quiete poterit examinare.

38 Dico 3. † Approbationem datam sine examine sine causa non potest Episcopus reuocare respectu regularium, & probo Positam approbationem à concilio requisitam non potest amplius reuocare, vt supra dictum, & probatum est, ergo, neque istam, cum sit secundum concilium, ex qua ius regularibus est quæsitum.

39 Limitã † tamen, nisi hanc dedisset Episcopus tali conditione, vt posset quandocumque vellet semel examinare, quia tunc, cum electio modi pertineat ad Episcopum, potest quem vult sibi reseruare; factam tamen electionem semel non potest amplius mutare.

40 Dico. 3. † Neque ex superueniente causa eam potest reuocare, sicuti nec quamlibet aliam. Quia data approbatione functus est officio suo, nec probatur habere ius vlterius. Hæc dicta de iure communi. Quod si aliquæ adsint declarationes Sacræ Congreg. & de illis constet, vt constare debet, ab illis non est recedendum.

41 Dices † hoc esse priuilegium gratiosum ideò posse quandocumque libuerit reuocari. Respondeo 1. Hoc non esse priuilegium Episcopi ideò neque ab eo posse reuocari. 2. Dico approbationem non esse priuilegium, sed fortasse erit priuilegium, quod admittantur ad probationem, approbatio enim est quid requisitum ad exercitium iurisdictionis. Approbatio autem est actus iustitiæ debitus eo ipso, quod in examine ostendit se idoneum examinatus, Respondeo 3. Hoc non esse priuilegium gratiosum sed obtentum in contradictorio iuditio cum Parochis, & Episcopis; patet ex Clementina Dudum. Respondeo 4. Hoc non esse priuilegium purum, sed esse ius commune insertum in corpore iuris, quod explicatur, & declaratur, vt cætera iura communia. Antedicta omnia habentur ex Roderiq. to. 1. q. 59. Portel Miranda Siluestro, & alijs pluribus quos refert, & bene sequitur Bossius de Iubilæo sect. 3. casu. 2. Homobonus, & alij, quos isti referunt, & putat probabilem Suarez. tom. 4. in 3. p. d. 28. Faber, & alij quos refert Diana resol. 22.

42 Ex † quibus etiam manifeste habetur, quod confessarij ita suspensi possunt valide audire confessiones quia reuocatio est nulla.

43 Dico 4. † Non approbatum simpliciter cum causa posse Episcopum suspendere, ratio est, quia cùm ad Episcopum spectet cognoscere, an sit approbandus, & approbare secundum id, quod cognoscit, si cognosca t non simpliciter approbandum, potest limitate approbare, & consequenter datam approbationem suspendere.

44 Dico † quinto colligendo prædicta Episcopum posse approbationem à se datam reuocare, respectu eorum, quos approbat pro sua lubentia, respectu verò eorum, quibus tenetur dare, vt regularibus, si sint admissi, & approbati simpliciter, non potest reuocare, nisi delinquant circa administrationem eiusdem Sacramenti Pænitentiæ, si verò sint limitate admissi, potest reuocare, si limitatio sit iusta.

45 Sed † quid si limitatio sit iniusta, v. g. aliquis egularis se præsentat modo debito, exa mini subijcitur, iniuste reprobatur, vel limitate approbatur audiet ne valide, & licite confessiones. Respondeo posse; patet ex declaratione Sacræ Congregat.

46 † Regulares, qui ad audiendas confessiones idonei ab ordinarijs locorum, eorumue examinatoribus reperti, & probati fuerint, & generaliter quoque, & indistincte, absque vlla limitatione, temporis, certorum locorum, aut generis personarum admittantur in propria diœcesi. De cæteris verò, qui non adeò idonei reperientur, si petierint admitti, arbitrio ordinariorum relinquitur, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem ordinarijs magis videbitur expedire, probare, & admittere hanc referunt Roderiquez Miranda, & alij apud Barbosam ad cap. 11. sess. 23. Trident. Quæ declaratio cum sit à Sacra Congreg. Concilij est forma ab Episcopo seruanda in ijs, quæ illi ab eodem Concilio demandantur, non ergo poterit illam excedere, & si excedet, nihil faciet, & ita est decretum in Clementina Dudum, vbi clare habetur, præsentatos secundum formam ibi traditam, si reijciantur sine iusta causa, ipso iure censeri approbatos, & valide posse absoluere, ergo, & in iuste reprobatos, si enim sine causa non admissus potest audire confessiones, quia iniuste spoliatur iure suo eodem modo, si per sententiam iniuste spoliatur, quia militat

47 eadem ratio. † Ex quibus patet quam iusta sit cautela, qua vtuntur Episcopi approbando omnes limitate, & quam bene sibi caueant, cum illi nullo modo teneantur state regulares.

48 Dices † Clementinam esse reuocatam per Concilium. 1. Quia Summus Pontifex declarat se per constitutionem posteriorem derogare contrariæ licet de ista non fiat expressa mentio cap. 1. de

49 Constit. in 6. † & ratio redditur, quia in scrinio pectoris sui habet omnia iura, non autem consuetudines, & statuta particularia, quia cum sint, quid facti, possunt probabiliter ignorari, sed prædicta Clementina non est consuetudo, nec statutum, ergo non requiritur, quod in Concilio fiat expressa mentio de illa, sed sufficit, quod Concilium disponat illi contrariè. Quod autem Concilium disponat contrariè, probatur. Quia Clementina concedit iurisdictionem negata approbatione, quam negat Concilium. Et in hoc stat punctus contrarietatis. Respondeo primò non esse tam facile concedendum, vt asseritur, statuta esse quid facti; vt videtur supponere hoc argumentum. Nec ego tam facile concederem, si esset ad rem meam, sed dicerem statuta esse, quid iuris, sed particularis, quod facile potest ignorari, vt communiter Doctores. Respondeo 2. Constitutionibus ordinarijs non autem Conciliarijs derogari per constitutiones contrarias sine clausulis requisitis. 3. Clementina Dudum, quoad hanc partem, non est simplex constitutio, sed habet quandam vim sententiæ, auditis enim querelis partium pro concordia fuit stabilita, huiusmodi autem constitutionibus non derogatur 4. Erant in Concilio Eminentissimi Theologi, qui optimè callabant hanc quæstionem, vtpotè agitatissimam, quis ergo neget si voluissent omninò derogare, quod clausulas sufficientes addidissent? & S. Pontifex, cum in Scrinio pectoris sui habeat omnia iura, vt hanc dubietatem tolleret, apposuisset clausulam derogatoriam, vt multis alijs in locis factum legimus: S. Concilium Tridentinum est factum maxima consideratione, ergo si voluisset derogare clausulas apposuisset.

50 Deinde † non video, quomodo concilium loquatur contrariè ad Clementinam dictam. Concilium habet, quod nemo, siue regularis, siue sæcularis audiat confessiones, nisi reputetur idoneus, & pro-

probationem obtineat; quæso vbi sunt verba, quod etiamsi iniuste denegetur approbatio, nec dum possint regulares audire confessiones, quod necessarium esset, vt contrarie disponeret. Dicamus ergo, quod expedit iura iuribus concordare, & quod maxime vitanda est correctio iuris antiqui, & quod sufficit ius nouum aliquid operari, ne derogetur antiquo, ideò concordando dicimus concilium statuere, quod nullus potest audire confessiones, nisi approbatione obtenta, nisi iniuste denegetur, quod si iniuste denegetur ex dispositione Clementinæ adhuc possunt regulares audire confessiones, & ita punctus difficultatis erit solutus, quod clementina non est renocata. Cum enim ipsa concedat, quod, si Episcopus iniuste deneget approbationem, possint regulares audire confessiones, contrarie deberet disponere Tridentinum, etiamsi iniuste deneget approbationem Episcopus, non possint audire. Sed cum dicat, quod nullus possit audire confessiones nisi approbationem obtineat loquitur conformiter ad Clementinam quæ vult regulares præsentari, & approbari. Quod si iniuste denegetur, de hoc nihil concilium, sed relinquit sub dispositione Clementinæ; & ita iura iuribus concordantur, nec iura corriguntur.

51 Dices † hoc contineri in illa clausula, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem quæ gratis detur obtineat. Cum enim debeant obtinere, & nisi obtineant non sint reputandi idonei, sequitur, quod Clementinæ sit derogatum concedenti, quod non obtenta possint regularer audire confessiones, Respondeo sequelam non deduci, quia, cum agatur de correctione iuris, aperta debent esse verba contrarietatis, alioqui currit regula, quod verba eo modo sunt interpretanda, vt non sequatur iuris antiqui correctio; cum ergo Clementina dudum sit ius commune antiquum, verba Tridentini erunt explicanda eo modo, vt non corrigatur, erit ergo verus intellectus, non censeantur idonei, nisi obtentà, &c. si iniuste non denegetur, nec tam facile est admittenda correctio illius constitutionis æditæ in concilio generali, in iuditio contradictorio, pro pace, & quiete ordinis Ecclesiastici, & nostrum dictum est etiam conforme legi. Si Titius, ff. de condit. & demonst. & l. Nepos Proculo ff. de verb. signif. vbi habetur, quod conditio impedita per Tertium habetur pro impleta, cum ergo ex parte regularium impletum sit, quod ad ipsos spectat, quod est se præsentare, examini subijcere; & per Episcopum stet, quominus impleatur conditio approbationis, quæ per ipsum implenda est, sequitur, quod debeat censeri impleta est etiam conforme cap. licet de reg. iur. vbi definitur, quod licentia petita, habetur pro obtenta, si denegetur, Clementina autem est ædita in contradictorio iuditio in fauorem regularium, & in fauorem animarum, maximeque obseruandum est, denegari facultatem; quæ debetur. Concilium enim non tollit, quin remaneat Episcopis obligatio dandi approbationem, quæ illis est iniuncta in dicta Clementina.

52 Neque recedendum est à communi definitione approbationis, nempe quod sit iuditium, quo Episcopus declarat sacerdotem esse idoneum ministrum, & concilium nihil noui affert, dum ait, & approbationem, quæ gratis &c. illa enim particula, &, non stat copulatiuè iungendo diuersa, sed declaratiuè ad præcedentia iungendo similia, vt ex vulgaris iuribus.

53 Sed † quid si Episcopus concedat licentiam, & det facultatem audiendi confessiones donec ipse viuat, cessabitne morte Episcopi dicta facultas? Respondeo distinguendo, vel data est sæcularibus præsbiteris, quos pro sua voluntate approbat, vel data est regularibus, quos præsentatos tenetur approbare. Rursus, vel data est istis limitata, quia non simpliciter repertis idoneis, vel simpliciter repertis idoneis. De primis dicendum est, extingui & etiam de secundis, quia iure data fuit limitata, & tempus limitationis expirat. De tertijs dicendum non expirare: extat enim priuilegium, quod Regularium approbatio duret vsque ad successorem ideò non indigent alia probatione, & Episcopus repertum simpliciter idoneum debet simpliciter admittere, nec potest limitate approbare, vt super ostensum est, ergo durabit etiam potest eius mortem, non immoror in explicatione differentiæ, quæ est inter facultatem concessam ad beneplacitum nostrum, beneplacitum Sedis &c. quia scio me de istis alias egisse.

54 Ad † Aliud dubium propositum; nempè an præsentatos legitime à suis superioribus regulares possit reicere Episcopus. Respondeo distinguendo, vel sunt necessarij pro suo conuentu, & Ecclesia, Vel non. Si sunt necessarij tenetur admittere, vel reprobare iuxta quod idoneos repererit, vel non. Si non sunt necessarij non tenetur examinare. Sique oriatur quæstio super necessitate non est iudex Episcopus, nec superior Regularis. Sed alius, vt alias dixi nisi tamen velis dicere pertinere ad Superiorem Regularem determinare numerum confessariorum pro sua Ecclesia necessarium, & illi debere stare Episcopum, sicuti ad Regularem spectat determinare necessitatem dispensandi in interstitijs suorum subditorum ordinandorum, cui determinationi debet stare Episcopus, & posita talis determinatione debet dispensare Sicuti orta lite super quarta funerali ad eundem Regularem Superiorem spectat decidere, vt alias tradidi ex Miranda & sicuti sufficientiam eorum, qui ad confessiones sunt admittendi ex forma Clementinæ Dudum de sepulturis ad eundem spectat, qua posita Episcopus tenetur approbare, vt etiam alias dixi, eodem modo dicendum determinationem istius numeri ad eundem Regularem Superiorem pertinere, & illi debere Episcopum acquiescere. Ita me admonuit admodum Reuerendus Pater Don Benedictus Bassus Cleri. Reg. Teatinus cuius ego doctrinam morum integritatem, & prudentiam semper suspexi, admiratus sum, & admiror eximiam, & quem vnicum delegi meorum laborum censorem, & iudicem illius oculo maxime linceo summe fidens quemque sibi ex omnibus elegit in confessarium Illustriss. ac Reuerend. Io. Franciscus Maurocenus Venetæ Ecclesiæ Patriarca, & suæ Ecclesiæ examinatorem.

55 Ad vltimum propositum quæsitum. † An Episcopus possit cogere superiorem regularem testari cum iuramento in scriptis Sacerdotes à se præsentatos esse idoneos quoad sufficientiam literarum, & integritatem vitæ.

Dico 1. inscriptis hoc non teneri præstare Superiorem, quia nullo iure cauetur, nec sufficiens ratio potest ad ferri immo inique egit Episcopus cogendo illum hoc præstare, quia cogit, ad quod non tenetur.

Dico 2. tale iuramentum, nec in scriptis nec in voce, nec vllo modo teneri dictos superiores

præstare

præstare coram iisdem Episcopis, quia nullo iure cauetur, neque clementina dudum ad cuius formam præsentãtur dicti Religiosi Episcopis hanc facultatem concedit, nec religiosos adhoc cogit. Sed tantum superioribus ad quos spectat præsentare, iniungit, vt ipsi studeant eligere personas idoneas, vita probatas, discretas, modestas, atq. petitas ad tam salubre ministerium, & officium exequendum, & istos præsentatos vult Episcopum teneri approbare. Nec quidquam amplius conceditur per Tridentinum.

56 Sed dices † approbationem ad confessiones spectare ad Episcopum; maxime autem requirit in confessario probitatem vitæ ergo de hac inquirere, maxime spectat ad illum, vt possit probare Respondeo maxime requiri in confessoribus vitæ probitatem, sed hanc cognitionem ad Episcopum non spectare approbantem, sed ad Prælatum regularem eligentem; cui iniungitur per Clementinam, nec Episcopi in hoc se debent ingerere.

Dices 2. Episcopo saltem debet constare dictos confessarios regulares esse præsentatos ad formam dictæ Clementinæ: Dico neq. hoc præscribi in dicta clementina; præterea satis constat si asserat superior Religiosus se illos ad dictam formam præsentare. Et Doctores qui formulam tradunt quæ Episcopis in scriptis pro tali præsentatione debet exhiberi, hoc non requirunt, vide Roderiq. to. 1. quæst. 59. art. 3. qui formulas necessarias describit, vltra quas aliquid requirere, est regularium iura lacerare.

57 Dices † ex decreti Sacræ Congregat. habetur quod Episcopi possunt suspendere Regulares confessarios publicè, & scandalosè viuentes, ergo etiam ad ipsos spectat cognoscere de eorum vita, illius
58† est enim cognoscere, cuius est iudicare. Respondeo, 1. me loqui de iure communi, 2. Si adsunt declarationes debent exhiberi autenticæ, vt illis credatur, adeò enim circumferuntur sibi contrarię, vt merito S. Vrbanus VIII. statuerit non esse credendum nisi autenticis exhibitis. 3. Dato etiam, quod adessent nihil noui adferunt, Regulares enim extra claustra scandalosè degentes puniuntur ab ordinario, præmissis tamen prius præmittendis. 4. Aliud est punire publice scandalosum aliud non admittere, qui non sit scandalosus, primum potest punire Episcopus, vt diffamatum, de secundo; nihil ad ipsum.

Ista igitur declaratio si exhibeatur autentica ita est intelligenda, vt concedat Episcopis posse suspendere regulares à confessionibus, si publicè delinquant, quod prius non poterant, licet enim possint punire alijs pænis, non tamen poterant pæna suspensionis quia semel admissos non possunt amplius priuare, vt supra probatum est, ideò in hoc casu hoc illis permittit, quod comprobat etiam nostrum dictum nempè in alijs casibus non posse, Quia si possent frustra hoc concederetur, & solius istius casus concessio firmat, in alijs non posse quidquam.

59 Dices † 4. Neque iudici credi sine iuramento. Respondeo esto hoc sit. Non creditur, quando tenetur fidem facere; sed superiores regularium hanc fidem non tenentur facere. Immo Episcopus tenetur reputare bonos, qui à suo superiore electi præsentantur, cum quilibet debeat præsumi præstitisse, quæ spectant ad suum officium; cum ergo spectet ad superiorem regularem eligere idoneos, hoc debet supponere Episcopus, quod si aliter concilium voluisset subijcere regulares Episcopis, alio modo, quam per examen, id certe expressisset; cum ergo eorum examini subijciat, & nullã aliam cognitionem eis tribuat, remanet intacta dispositio dictæ Clementinæ, quod talis cognitio pertineat ad regulares superiores.

60 Remanet † ergo, quod Sacerdos Parochus tempore nouitiatus potest excipere confessiones eorum, quos poterat ante ingressum, & emissa professione non potest quod si facultate delegata gaudeat, eadem potest frui. Gaudere autem priuilegijs, quibus gaudent confessarij alij præsentati à superioribus, non potest. De religioso approbato in vna religione transeunte ad aliam, videndum, an gaudeat Clementinæ priuilegijs. Approbationem datam simpliciter, siue per examen, siue alio modo non potest reuocare Episcopus potest tamen datam limitare cum causa. Neque tenentur regulares stare limitationibus, si simplicitèr sint admissi & si examinati idonei fuerint reperti, & nolit eos Episcopus approbare; vel præsentatos nolit examinare, audient validè confessiones. Regulares superiores non tenentur fidem facere cum iuramento Episcopis de idoneitate quoad mores &c. religiosorum quos præsentat.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur casus.*
2 *Quot, & quæ sint disquirenda.*
3 *Clementis VIII. extat Decretum de reseruatione casuum, quoad regulares.*
4 *An aliquid sit innouatum per illud decretum in Regula Sancti Patris Francisci.*
5 *An Prælatus localis possit sibi reseruare casus.*
6 *Triplex dictum pro resolutione.*
7 *Respondetur primæ obiectioni.*
8 *Respondetur secundæ.*
9 *Respondetur Tertiæ.*
10 *Probatur secundum dictum.*
11 *Probatur Tertium dictum.*
12 *Quot liget reseruatio, primo de Apostasia.*
13 *Quid sit apostasia à religione.*
14 *Qui recedit à religione animo non redeundi licet pænitentia ductus statim redeat est vere apostata.*
15 *Est etiam apostata qui statuit recessum animo non redeundi, sed est tantum mentalis.*
16 *Nouitij non includuntur seu hac reseruatione.*
17 *Apostata quid distinguatur à fugitiuo.*
18 *Quid veniat nomine Monasterij seu Conuentus.*
19 *Ecclesia licet non veniat aliquando nomine monasterij includitur saltem intra septa.*
20 *Quid intelligendum per septa monasterij.*
21 *An nomine monasterij veniant hospitia.*
22 *In foro Conscientiæ quilibet egressus sufficit ad incurrendam reseruationem, & alias pænas.*
23 *In foro fori non punitur quia non præsumitur apostata, in quo etiam foro aliquando innocens in foro conscientiæ punitur regitur enim probationibus &c.*
24 *Qui paruo tempore abfuit non dicitur recessisse.*
25 *Apostasia quæ est peccatum mortale, vt apostasia est casus reseruatus.*
26 *Reseruatio casus non est pæna spectans ad forum exterius*
27 *Quæ egressio, è monasterio sufficiat ad apostasiam.*
28 *Egressio quando compleatur.*
29 *Quomodo reseruatio sit pæna.*
30 *Difficultas obtinendi absolutionem non venit con-*

sideranda, vt reseruatio dicatur pænu comparata vtilitati, quæ ex illa percipitur.

31 *Pænitens non habet ius ad absolutionem à reseruatis Papa est Parochus in toto orbe terrarum & potest sibi reseruare casus siue Parochi habeant ab ipso siue immediate à Deo iurisdictionem.*

Potestas reseruandi casus spectat ad Summum Pontificem potestate ordinariu ideò illam potest delegare Episcopis.

Episcopi possunt propriu auctoritate reseruare sibi casus.

32 *Reseruatio nullam supponit culpam, vel defectum in confessarijs, &c.*

Reseruatio ideò fit, vt peccans ex difficultate obtinendi absolutionem cognoscat peccati grauitatem. Si tot sint confessarij qui à reseruatis absoluere possint, vt sufficiant necessitati populi populus non potest conqueri.

Reseruatio non est pæna nisi improprie.

Denominatio fit à principali fine intento à legislatore.

Reseruatio est interpretanda non ampliando, vel restringendo, sed secundum proprietatem verborum.

33 *Reseruatio est nulla facta à non habente potestatem reseruandi.*

34 *Causa finalis expressa in lege est illa, quæ ampliat restringit, & declarat legem ad sui limites.*

35 *Clausula in fine posita refertur etiam ad præcedentia.*

36 *Clausula si quid aliud &c. est implicatiua similium, & facit positionem eiusdem qualitatis cum præcedentibus.*

37 *In reseruatione casum duo sunt consideranda, Primò An casus sit reseruabilis. Secundò An hic, & nunc expediat reseruare. Primum requirit profundam disquisitionem. Secundum longe minorem.*

38 *Clausulu in fine posita non semper refertur ad antecedentia, & respondetur secundæ obiectioni factæ.*

39 *Respondetur tertiæ obiectioni quomodo dicta Clausula implicet similitudinem.*

40 *Quomodo seruetur mens, & soluitur. 4. obiectio.*

41 *Quomodo limitetur iurisdictio superiorum, & respondetur quintæ obiectioni.*

42 *Sensus Decreti Clementis VIII. de reseruatione Casuum exponitur. Superiores nempe posse sibi reseruare quos volunt casus ex præscriptis, vltru præscriptas autem, si qui sunt reseruandi, requiri discussionem Capituli Generalis, vel Prouincialis respectiue.*

43 *An superiores possint declarare ampliare, & restringere casus, & quomodo.*

44 *Quas pænas incurrat apostata remissiue.*

45 *Incipit explicatio Primi casus nempè Lapsus carnis, & ponitur forma reseruationis.*

46 *Sub Lapsu carnis venit omnis actus cuiuscumque spetiæ luxuriæ.*

47 *Quomodo raptus veniat in reseruatione.*

48 *Vt est reseruatus spectat ad aliquam spetiem luxuriæ secundum qualitatem personæ raptæ.*

49 *Quid sit Lapsus carnis opere consumatus.*

50 *Facultatem habens absoluendi à pollutione voluntaria an possit absoluere, qui cæpit actum intra vas, sed perfecit extra.*

51 *An patiens, si ipse non seminat. seminante agente incidat in reseruatum.*

52 *An pati aliquem pollui circa se sit casus reseruatus.*

53 *An copula cum fæminu in vase præpostero sit reseruata.*

54 *Patiens licet non incidat in reseruatum semper tamen peccat mortaliter. An incidat in reseruatum agens licet non patiens, ibi.*

55 *Pollutio causata ex aspectu, ex cogitatione sed non opere procurata an sit reseruatu. Quid ex decreto Clementis VIII. sit dicendum.*

56 *An distillatio sit peccatum mortale. An sit reseruata.*

57 *An sit reseruata distillatio opere procuratu quando non potest dici pollutio.*

58 *An tactus oscula &c. veniant in reseruatione.*

Quid dicendum attento decreto de quo est sermo.

59 *Quid attentis reseruationibus Episcoporum.*

60 *Inspicienda sunt tabellæ reseruationum.*

61 *Quid intelligatur cum dicitur. Lapsus voluntarius.*

62 *Explicatur casus secundo loco propositus qui est de Furto, & proprietate, & ponitur forma qua reseruatur vterque casus.*

63 *Quid sit religiosa paupertas.*

64 *Quid sit proprietus.*

65 *Quid sit Furtum.*

66 *Quis dicatur proprietarius.*

67 *Ad proprietatem requiritur quod aliquid detineatur occulte, & contra superioris voluntutem.*

68 *Aliquid potest occultari duplici de causa.*

69 *Monacus recipiens aliquod, vel acquirens ab extraneis quod sit notabile peccat mortuliter.*

70 *Si res sit, sit notabilis, sed mediocris valoris etiamsi alteri tradatur, vel commutetur non est mortale.*

71 *Vt aliquid possit occultari, quæ dispositio requiratur in occultante. Et quæ occultatio non dicatur proprietaria.*

72 *Quid sit proprium.*

73 *Proprietas aliquando, est mortalis, aliquando venialis.*

74 *In proprietate datur puruitas materiæ.*

75 *An in paupertate possit dispensare. S. Pontifex.*

76 *Quæ administratio rerum possit esse siue proprietate, & dominio.*

In casu dispensationis tam puupertatis quam castitatis monacus definit esse monachus.

77 *Monacus acquirens aliquid animo illud retinendi toto tempore vitæ suæ, & post mortem quod remaneat religioni, si id à superiore petatur, & monacus renuat dare, eritne tutus posito quod acquisiuerit de licentia superioris? Negatiue resoluitur.*

78 *Quid si superior aliquid monaco concesserit habendum toto vitæ suæ tempore deinde, vel ipse, vel alius reuocet, subditus reddere denegans an sit tutus.*

Quid si concessio esset facta de consensu Capituli.

79 *Quid si esset iurata.*

Fideicommissa non possunt distrahi.

Ille vere habet possessionem rei, qui habet ius insistendi rei.

Similes contractus non possunt fieri inter subditum, & superiorem religiosum.

80 *Dicta probantur ex cap. Cum ad monasterium §. tales, de stat. Monachi.*

81 *Quid sit dominium.*

82 *De ratione dominij non est posse rem quouismodo distrahi, sed possidere libere, & independenter*

ab

ob alterius voluntate.

83 *Proprietas est non solum rei pecuniariæ sed etiam pecunia. æstimabilis.*

84 *Vsus nec vsusfructus potest haberi independenter à superioris voluntate, neque professio, vt est ius insistendi rei.*

85 *Superior concedit subdito aliquid possidendum ad aliquod determinatum tempus. v. g. triennium &c. subditus retinens est ne tutus, & superior ita concedens, vel alias potestne reuocare, si addidit promissionem non reuocandi?*

86 *Quid si nullam promissionem addidit non reuocandi.*

87 *Dato quod oriatur obligatio inter subditum, & superiorem reuocante superiore concessionem, an subditus possit appellare ad maiorem superiorem.*

88 *Nulla potest excogitari cautela qua subditus etiam in licitissimos vsus possit expendere absque licentia reuocabili à superiore.*

89 *Quomodo religiosi possint habere annuos redditus. superflua non possunt concedi.*

90 *Quomodo possint habere peculium.*

91 *Expenditur an habens facultatem insumendi in vsus illicitos sit proprietarius insumendo.*

Non insumet inuito domino ergo non proprietarius.

Administratoris licentia excusat ab iniustitia.

Superior est administrator rei conuentus.

Beneficiarius est tantum administrator, & tamen expendendo fructus non peccat.

Expenduntur omnia antedicta & declarantur respectu Superiorum Religionis.

92 *Explicatur quomodo beneficiarius sit administrator, & quomodo Dominus.*

93 *Religiosus retinens superflua status reuocabiliter etiam ad nutum superioris an sit tutus.*

94 *Pro solutioni ponitur primum dictum.*

95 *Ponitur secundum dictum.*

96 *Ponitur tertium dictum.*

97 *Aduertentia necessaria pro dictorum intelligentia.*

98 *Quid sit peccare contra votum paupertatis quid sit esse proprietarium.*

Licentia superioris non potest eximere ab obligatione voti.

99 *Quæ materiæ quantitas sufficiat ad constituendum peccatum mortale contra paupertatem.*

Nulla licentia superioris excusat in pretio vel in excessu.

Quando licentia excusare potest sufficit tacita vel expressa.

Ad effugiendas pœnas proprietarij sufficit res non occultare, sed retinere in loco patenti & si occultentur præcessisse licentiam retinendi.

Qui occultat rem acquisitam cum licentia non est proprietarius.

100 *Quid sit proprium.*

102 *Materia proprietatis vel est pecunia ipsa vel res pecunia æstimabilis.*

103 *Nullius rei quamuis minimæ, nec imagunculæ quidem, Diurni &c. potest religiosus habere Dominium.*

104 *Subditus aliquid retinens in loco patenti, & superiori renuens tradere an sit proprietarius.*

105 *Religiosus pingens propria manu imagines vel tecas reliquiarum conficiens licet ex materia non preciosa, sed ob artem valde pretiosa an possit illa donare vel retinere, quid de superiore.*

106 *Quomodò imagines istæ & tecæ reliquiarum non sint, vel sint superflua statui religiosi.*

107 *Quid dicendum de Fratre Reformato.*

108 *Ad furtum requiritur quantitas sufficiens ad mortale.*

109 *Quæ quantitas sufficiat ad mortale furti.*

110 *Quid sit furtum religiosi.*

111 *Quando religiosus dicatur fur.*

112 *Religiosus donans extra conuentum aliqua ex sibi concessis in incidat in reseruatum.*

113 *An Religiosus Minorita Franciscanus aliquid recipiens ab extraneo de licentia eiusdem tantum dantis possit acceptum alteri donare extra religionem.*

114 *Aliqui casus in quibus incurritur reseruatio adnotantur.*

115 *Traditur differentia inter violationem simplicem paupertatis, proprietatem, & furtum.*

116 *Regulariter, qui peccat contra paupertatem peccat etiam peccato furti.*

117 *In materia paupertatis potest aliquandò esse duplex malitia duplici titulo confitenda.*

118 *Quare distinxerit auctor violationem paupertatis a proprietate.*

119 *Traditur quos liget reseruatio.*

An ligantur nouitij.

An ligentur qui vere non sunt religiosi.

120 *Quis possit a reseruatis absoluere.*

121 *Existente in conuentu Generali & Prouinciali, ad quem sit recurrendum pro absolutione à reseruatis attento decreto Clementis VIII.*

Quid attenta regula Sancti Francisci.

122 *Sensus decreti Clementis VIII.*

123 *In religione Sancti Francisci an illud decretum obliget.*

124 *Superiores an teneantur concedere facultatem absoluendi a reseruatis, quoties fuerint requisiti.*

125 *Superior incidens in reseruatos casus an possit sibi eligere, quam voluerit confessarium.*

126 *Quid si deputatio Confessariorum fiat in Capitulis.*

Quid de Prouinciali.

Et quid de Guardianis attenta regula.

Quid de istis attenta consuetudine.

127 *Habens facultatem ordinariam vel delegatam possit absoluere extra conuentum in quo est deputatus.*

128 *Pœnitentiarius ad vnum Conuentum electus transiens ad alium ob aliquod negotium an possit absoluere ibi existentes.*

129 *Grauitas & leuitas peccati violationis paupertatis an sit determinanda ex materia necessaria ad furtum an ex violatione fidelitatis.*

130 *Ex præcedenti dicto soluuntur difficultates.*

131 *Differentia inter casum proprietatis & inter casum furti.*

De reseruatione, vinculo, & absolutione à reseruatis quoad regulares.

LXXXVI.

1 IN † Religione S. N. Superior localis reseruauit sibi ex casibus, quos Clemens VIII. præscripsit reseruabiles, Apostasiam à religione, proprietatem contra votum paupertatis, & lapsum carnis, & omnes istos in terminis illius decreti, reseruauit tamen ipse superior sine consensu, vel consilio

2 cuiusquam. † Quæsitum fuit 1. An reseruatio teneat, 2. quos liget 3. à quibus tam ordinaria quam delegata potestate possint absolui, illi, qui reseruatione tenentur.

3 Quoad † primum. Noto 1. exstare decretum Clementis VIII. omnibus notum, secundum quod sequentia tradentur. Nam tradere quid possint superiores de iure communi, vel statutorum, est superfluum: cum reseruatio sit facienda secundum istud, derogatis omnibus alijs iuribus &c. est manifestum in clausula derogatoria in illo inserta non obstantibus &c.

4 Hic † tamen oritur non inutilis dubitatio. An per hoc decretum sit aliquid innouatum quoad regulam Sancti Francisci, quoad reseruationem casuum, De illis casibus de quibus ordinatum fuerit inter Fratres, vt ad solos ministros Prouinciales, &c.) & dico nihil esse innouatum, probatur hac vnica ratione, quia S. Pontifex non derogat regulis fundatorum, sed tantum regulis in Generalibus, seu Prouincialibus capitulis æditis, ergo non regulis à fundatore traditis,& præcipue regulę Diui Francisci, quæ digito Dei, vt ita dicam, conscripta est, Deo enim dictante eam conscripsit Beatus Pater. Cum enim deroget alijs regulis in capitulis æditis, non à Fundatoribus traditis, sequitur istam adhuc in suo robore permanere.

5 Quoad illos ergo, de quibus non disponit regula, & quoad alias religiones, quæ nihil singulare habent, respondendo quæsito principali, distinguendum puto, vel superior localis reseruat sibi aliquos ex præscriptis reseruabilibus ex Clemente, vel aliquos ex non præscriptis, si ex præscriptis reseruat, dico valide, & licite reseruare. Si non præscriptos, nulliter, sed, vt valide reseruentur, necessario requiritur, quod reseruatio fiat, pro tota religione in Capitulo Generali pro sola Prouincia in Prouinciali, & consequenter iste superior Con-

6 uentus valide sibi reseruauit. † Tria sunt dicta. Primum, quod valide sibi reseruauerit iste superior localis aliquos ex præscriptis, & probo ex ipso decreto ibi. Nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis ijs, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum vtilitati expedire prudenter in domino iudicauerint, ergo quilibet superior potest reseruare quos vult ex præscriptis. Nemo potest alios, ergo quilibet potest istos, exceptio enim firmat regulam. Quilibet superior respectu suorum subditorum potest sibi reseruare casus, ergo, & superior Domus, vel Conuentus respectu suorum subditorum, quod autem iste sit sensus huius decreti, patet, quia superior Domus potest excommunicare, & alia similia exercere ergo etiam casus reseruare & probatur.; quia ad capitula spectat reseruatio casuum non enumeratorum, ergo ad alios superiores reseruatio præscriptorum. Veniunt enim omnes isti nomine superiorum: nec ad reseruationem istorum opus est longa discussione an sint reseruabiles, quia iam hoc iuditio S. Pontificis est discussum, sed tantum an hic & nunc expediat reseruare, quod melius, quam alij, cognoscit superior localis. Nec dicendum est nomine superiorum venire tantum Prouinciales, quia S. Pontifices istos exprimunt quando de illis volunt intelligi & ita practicatur in Illustris. Religione Patrum Theatinorum, quæ multis doctissimis viris decoratur. Et quidquid contra obijcitur hac ratione tollitur, quia Summ. Pontifex fecit reseruabiles, reseruationem actualem remittendo cuilibet Superiori.

7 Dices, † stante decreto Clementis, soli Generales, & Prouinciales possunt sibi reseruare casus, ergo non illis inferiores. Respondeo, hoc non haberi in decreto, sed tantum, quod Capitulum Generale, & Prouinciale respectiue ad totam Religionem, & Prouinciam possunt reseruare casus non expressos, sed expressos posse omnes superiores respectu suorum subditorum.

8 Dices † 2. Superiores locales non posse sibi reseruare casus. Respondeo imo posse ex Alexandri VI. constit. intelleximus, quam refert Confectius, & vtriq; cui conceditur, quod est maius conceditur & minus ergo concessa facultate excommunicandi multo magis censenda est concessa reseruandi.

9 Dices † 3. Solum illos, qui possunt congregare capitula, posse etiam casus reseruare ex Decreto Clementis. Respondeo, non haberi hoc in toto illi decreto, sed tantum, quod reseruatio non præscriptorum pertineat ad Capitula Generalia, & Prouincialia, præscriptorum autem ad omnes respectu suorum subditorum.

10 Secundum † dictum erat, quod respectu casuum non præscriptorum reseruatio non possit fieri, nisi à Capitulis respectiue, probatur ex eodem decreto ibi: Si quod aliud peccatum graue, pro religionis conseruatione &c. vbi hanc facultatem istis tantum attribuit, imo rectius ad hos tantum restringit.

11 Tertium † meum dictum est, quod reseruatio aliter facta sit nulla, patet manifeste, quia, cum regulares habeant potestatem reseruandi ex statutis, iure, consuetudine &c. & istis omnibus derogetur, sequitur, quod non seruata forma præscripta, aliter gestum sit nullum.

12 Ad † secundum dubium quos ligent. 1. videbimus de Apostasia, & primo referemus verba decreti, in cuius terminis est facta reseruatio, & sunt ista Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo peruenit, vt extra claustra Monasterij, seu conuentus fiat egressio. Pro cuius casus intelligentia, aliqua sunt elucidanda, &c.

13 1. † Quid sit Apostasia, & dico, quod Apostasia, alia est à fide, alia à Religione; de prima quoad præsens institutum nihil ad nos, secunda ita definitur, est recessus à religione, animo deserendi statū religiosum, cum intentione non redeundi ad religionem. Ex qua definitione tradita à Doctoribus, quos refert, & sequitur Bonac. de clausur. quæst. 2.

14 p. 11. §. 1. † sequitur illum esse Apostatam in vtroq; foro, qui discessit à religione animo deserendi religionem, licet pœnitentia ductus statim reuertatur, si de delicto constet in foro fori, enim enim recedens à religione animo non redeundi &c. fit Apostata, sequitur, quod iste, licet statim reuertatur, sit vere apostata, cum actus sit vere

15 consumatus in ratione Apostasiæ: † est etiam apostata, qui firmat animo egressum &c. non punitur autem pœnis Ecclesiasticis, quia, pro istis actibus mere internis, Ecclesia non solet pœnas statuere, nec cadit sub hac reseruatione, quia requirit egressum à Monasterio &c. non addidi in definitione religiosi professi, quia satis exprimitur in illis verbis, animo deserendi statum, non enim potest deserere statum religionis, qui non sit religiosus, &

16 professus, † ideo excluduntur nouitij, qui licet fugiant animo &cet. non tamen sunt apostatæ, quia non relinquunt statum, & idem dicendum de omnibus alijs, siue viris, siue mulieribus, etiam aliqua

aliqua vota, sed non solemnia emittentibus, quia non assumpserunt statum dixi statum religiosum, quo excluduntur, qui recedunt à religione, quam professi sunt, animo ingrediendi aliam religionem, licet laxiorem, non enim isti habent animum deserendi statum, neq; requiritur dimissio habitus, quia hoc nihil facit ad rationem apostasiæ, quæ consumatur in recessu à statu, animo non redeundi, ita communiter Doctores apud Roderiq. to. 2. quæst. 30. art. 1. Mirand. tom. 1. quæst. 51. art. 1. Sanchez lib. 6. sum. cap. 81. Dixi animo non
17 redeundi, per quod distinguitur † apostata à fugitiuo, quia fugitiuus recedit ad tempus, apostata animo amplius non redeundi, ita communiter cum D. Tho. 2. 2. quæst. 12. art. 1. Roderiq. loco cit. Mirand. ibidem Sanchez eodem loco, & alijs. Qui sint censendi fugitiui & apostatæ, vt recte resoluat vnusquisq; consulat statuta suæ religionis, vel consuetudines, istæ enim sunt optimæ legum interpretes, quod si petenda est solutio à iure adeatur Menoch. de arbitr. cent. 6. cas. 546.

18 Sequitur † videndum, quid veniat nomine Monasterij, seu Conuentus: nomine Monasterij veniunt loca, vbi manent Monaci, qui ad vitam solitariam se ipsos dicauerunt agendam, nomine Conuentus loca, vbi manent alij religiosi tali instituto non addicti, vt cæteri regulares. Nec obstat, quod aliquæ religiones suas habitationes vocent collegia, quia idem significat collegium, ac conuentus, idest habitationem multorum simul viuentium, vtitur autem S. Pontifex vocabulis in iure vsitatis, & Conuentus est veluti genus ad alia loca religiosorum solitudini non addictorum, nam istorum loca proprio vocabulo dicuntur Monasteria.

19 Ad rem nostram spectat intelligere, quid veniat, sub illis verbis, septa Monasterij, seu Conuentus. Septum igitur dicitur illud, quod sæpit, seu circundat Monastorium seu Conuentum; si enim Summus Pontifex voluisset intelligere tantum Monasterium, vel Conuentum, satis fuisset dicere, dummodo extra conuentum, seu Monasterium fiat egressio, dum ergo addit septa non solum includit conuentum & Monasterium, sed extendit ad omne illud, quod circundatur septo, seu sepe circumposita; potest autem hoc intelligi, vel de iure, vel de consuetudine, de iure est id quod septo circumuallatur, consuetudine quidquid à superioribus præscribitur, vltra quod sine eorum licentia non licet progredi.

20 Nec † obstat quod Ecclesia non veniat in aliquibus casibus sub nomine monasterij, quia sufficit quod includatur intra septa.

21 An autem † nomine Monasterij, seu conuentus veniant hospitia: Respondeo, vel sunt talia, vt in illis sedem sint collocaturi religiosi, vel, quæ ad hospitandum tantum ad tempus construuntur vel constructa sunt, prima veniunt sub nomine conuentus, & monasterij, quia vere sunt domus religiosorum, non vero secunda, & ita intelligenda est constitutio quælibet Pontificia denegans facultatem ædificandi conuentus; & monasteria, nisi positis aliquibus requisitis, & facultatibus, quod si hospitia secundo modo sunt erigenda in conuentus, certe requiruntur per decreta requisita, alioqui omnes possent sine debitis requisitis erigere hospitia, deinde mutare in monasteria & ita legi illuderetur; lex autem non ita explicanda est, vt possit eludi.

22 Ad † incurrendum reseruatum excommunicationem, & pœnam, & præcipue ad constituendum mortale sufficit quilibet egressus extra claustra, vel septa, monasterij, seu conuentus modo explicato in foro conscientiæ, quia de recta explicatione verborum sine ampliatione tamen vere dicitur egressus extra septa monasterij qui etiam tantum ad duos passus egressus est animo deserendi, & non reuertendi, ergo incurret pœnas censuras & reseruationem, neq; video quare lex certa debeat reddi dubia, certo enim ipsa loquitur asserendo, quando eo peruenerit, ecce quomodo statuit terminum, qui terminus est, vt egressio fiat extra septa &c. quare ergo nos intelligemus de aliquo egressu etiã vltra speta, cum de tali spatio non possit dari certa regula, maneant ergo verba etiam interpretata secundum suam totam latitudinem, vt ita dicam
23 restrictiuam. † In foro tamen fori non punitur, vt apostata si reperiatur etiam extra septa, quia potest præsumi alio fine egressus, vel vagandi, vel alio simili fine animo deserendi religionem, loquor secundum subiectam materiam, nam ex constitutionibus, vel statutis aliud potest esse præsumendum, & fieri potest, quod quis vere non sit talis in foro conscientiæ, & tamen punietur, vt talis, quia præsumptus in foro fori.

24 Dices breui reuersurus seu reuersus non dicitur recessisse ex vulgatis iuribus. Resp. 1. leges illas fundari in præsumptione, quod non recesserit animo amplius non redeundi, ex eo enim, quod cito reuertitur, qui fugit, optime hoc potest colligi 2. Si hoc ita in casu nostro esset intelligendum, qui animo apostatandi discessit, si spatio, trium vel quatuor horarum extra septa maneat, & fortasse etiam longiori tempore & redeat, non esset apostata, quia egressus è carceribus, si intra id tempus redeat habetur ac si non recessisset, deinde leges illæ non respiciunt actum, qui compleatur in voluntate, & indigeat solo egressu ad pœnam, sed totus completur in egressu, qui supponitur factus, vt se à pæna, vel retentione subducat, quæ præsumptio tollitur eo reditu cito, in foro autem conscientiæ non datur locus istis præsumptionibus, sed statut rei veritati: cum ergo vere egressus sit extra claustra animo non amplius redeundi, certe
25 erit vera apostasia, & ideo casus reseruatus. † Neq; video dato, quod apostasia sit consumata in ratione apostasiæ constituentis peccatum mortale apostasiæ, quando non sit etiam casus reseruatus coram
26 Deo, licet præsumptiue aliter esse possit. † Neq; puto verum reseruationem casus esse pænam pertinentem ad forum exterius, cum pertineat ad Sacramentum Pœnitentiæ, neq; circa istam detur actio, & pertinear immediate ad bonum interius animæ sicuti absolutio, pertinet enim ad istam.

27 Dices 2. † Non sufficit quæcunq; egressio à monasteria, sed extra monasterium; quod significat iter factum extra monasterium, sed hoc tam facile negatur, quam assumitur, nam statim ac relinquuntur septa monasterij verum est dicere esse extra monasterium præterea verba reseruationis explicant optime, quando eo peruenerit, vt extra septa
28 monasterij seu conuentus fiat egressio, † cum enim, statim ac relicta sunt septa, sit facta egressio, vtiq; dicendum erit esse completam apostasiam, eo enim peruenerit, quo præscriptum est.

29 Dices 3. † Reseruatio est pœna, ergo restringenda: Respondeo primo, esse restringendam ad verborum proprietatem per ea, quæ traduntur à Doctoribus secundo dico non esse proprie pænam.

Pro

Pro qua responsione, distinguo, vt alias etiam me distinxisse recordor. Reseruatio, vel fit respectu eorum, qui habent ius ad absoluendum, vt sunt Parochi, quibus ex officio, & titulo competit, iuxta alibi dicta, vel regularium, quibus ex iure competit æqualis potestas, ac competit Parochis vel respectu aliorum Sacerdotum, qui nullum ius habent, nisi ex beneplacito Episcopi. Reseruatio facta respectu Parochorum, & Regularium, si alias sint idonei, quoad hanc partem est pœna, quod si idonei non sint, vel ob nimiam facilitatem in absoluendo, vel ob insufficientiam, vel quoad litteraturam, vel quoad prudentiam, non video quomodo sit pœna cum nulli fiat iniuria, & Episcopus vtatur iure suo, &, qui vtitur iure suo, nemini facit iniuriam: deinde finis principaliter intentus in reseruatione casuum non est demptio facultatis in Confessario, sed fauor animæ fidelis populi; reseruatio est veluti medium, quo tenditur ad finem, ideo enim reseruantur peccata, vt fideles non tam facile in ea labantur, non est ergo simpliciter pœna. Quod si consideretur respectu pœnitentium est potius dicenda fauor, quam pœna, quia est in salu-
30 tem animarum, † nec illa difficultas obtinendæ absolutionis venit consideranda, si comparetur
31 cum vtilitate, quæ ex hoc aduenit animæ. † Neq; verum est simpliciter, quod pœnitens habeat ius ad absolutionem obtinendam à reseruatis. Quia cum S. Pontifex sit Parochus in toto orbe terrarum potest, prout magis libet, restringere facultatem suorum coadiutorum, si sequamur sententiam asserentium Parochorum iurisdictionem pendere ab eo, si vero immediate à Deo habere dicamus, adhuc potest ratione ordinis, qui debet esse in Ecclesia, vt alius diximus, quod cum illi competat potestate ordinaria, potest hoc communicare etiam Episcopis, sed dicito posse Episcopos immediate se ipsis reseruare saltem respectu aliquorum.

32 Dices † hoc supponere in Confessario culpam saltem materialem. Respondeo hoc inde non sequi necessario, quia potest esse, quod fiat, vt ex difficultate in impetranda absolutione deterreantur homines à committendis grauioribus criminibus. Deinde reseruatio ingerit magis apertam cognitionem grauitatis peccati, multi enim abstinent ab huiusmodi peccatis ex hoc maxime, quia sunt reseruata. Solent enim dicere hoc est reseruatum: nolo hoc patrare. Præterea, si nullus alius esset Sacerdos, quam ille, qui esset deputatus, iure pœnitens aliam non posset exposcere, sufficit ergo, quod tot sint, qui sufficiant pœnitentium necessitati, stat ergo, quod non sit pœna proprie, sed valde improprie, & per accidens, denominatio autem legis sit à fine principali intento à ferente, & qui debet ex natura legis resultare. Quis enim dicat esse pœnalem, legem prohibentem euenti alienare sua bona, vel pupillo prohibentem aliquos contractus, & similes? Sunt ergo reseruationes interpretandæ non ampliando neq; restringendo, sed secundum verborum proprietatem.

33 Dices † vltimo, saltem ista reseruatio est nulla, vtpote facta à non habente potestatem. Nulla enim reseruatio est quorumcunq; casuum, tam expressorum, quam non expressorum, quæ non fiat in Capitulo Generali, seu Prouincialis quod proba-
34 tur. 1. quia † causa finalis in lege expressa est illa, quæ ampliat, restringit, & declarat legem ad sui limites per ea, quæ traduntur à Doctoribus, causa autem finalis huius decreti est, ne regularium conscientiæ laqueentur indiscreta casuum reseruatione, ergo, vt habeat locum iste finis, debet semper fieri cum matura discussione, & cum consensu capituli.
35 2. † Quia clausula in fine posita refertur etiam ad
36 præcedentia. 3. † Clausula si quod aliud est implicatiua similium, & facit positionem eiusdem qualitatis cum præcedentibus, ergo illa verba si quid aliud &c. implicant etiam casus expressos, vt sint eodem modo reseruandi 4. Nisi hoc modo decretum intelligeretur eluderetur mens disponentis 5. Per hoc decretum limitatur iurisdictio superiorum, quæ consistit in numero, & qualitate casuum, & modo illos reseruandi. Respondeo immo hanc reseruationem esse validam, nec rationes vrgere contra tam manifestum textum.

Ad primò ergo respondeo illud argumentum probare contrarium positioni, pro qua adducitur; cum enim ampliet leges ad limites finis legis, sequitur decretum non esse intelligendum, nisi modo à nobis exposito, nam limites decreti sunt, quod expressi casus possint reseruari, prout prudenter indicauerint superiores expedire, in domino: Ecce præscripta forma, quoad casus expressos, & optime
37 disposuit hoc modo decretum, quia duo in † reseruatione casuum sunt consideranda, Primò An casus sit reseruabilis ex suo genere, an bono religionis, & animarum saluti expediat reseruatio. Secundò An, posita de hoc determinatione, hic, & nunc expediat reseruare; pro prima cognitione non reputatur sufficiens prudentia vniuscuiusque superioris, requirit enim ista determinatio altiorem indaginem; pro 2. verò an hic, & nunc debeat reseruari, supposito quod in religione expediat reseruatio, vtpote cognitio requirens multo minorem discussionem relinquitur prudentiæ cuiusque superioris; & isti sunt limites decreti; vltra quos non est extendendum.

38 Ad Secundò. † Dico non semper clausulam in fine positam referri ad antecedentia, maxime in casu nostro, in quo eius ralatio manifestè excluditur, cum duæ sint dispositiones omninò diuersæ, & pro vna detur forma agendi diuersa ab alia.

39 Ad Tertiò † Respondeo implicare similitudinem in hoc, quod peccatum debet esse graue vtile &c. sicuti præscripta, non autem implicare modum, refertur ad casum reseruabilem, non ad modum.

40 Ad Quartum. † Imò dico hoc modo seruari mentem disponentis, qui prudenter in casu grauiori maiorem requirit discussionem, in leuiori minorem. Requirere autem in vtraque parem, est nimis durum.

41 Ad Quintum † Satis limitatur iurisdictio, cum determinetur ad aliquos certos casus, vt non possit extendi pro libito ad quoslibet, licet enormes: sed quilibet superior teneatur ad præscripta, & non alia peccata reseruandum, nec alia possit, propter illa reseruatum nec decernere reseruabilia nisi in capitulis respectiue, ex quibus apparet non ita facile esse recedendum à communi sententia, præcipue, cum textui inferatur manifesta vis: sensus
42 enim illius constitutionis, vel decreti est. † Nullus superior possit sibi reseruare casus, nisi præscriptos, hos autem possint sibi reseruare prudenter prout indicauerint expedire in domino, quod si alios necessitas vrgeat reseruare, id ne fiat, nisi in Capitulo Generali, vel Prouinciali re optimè discussa; & ratio est, quia Summus Pontifex visis, & consideratis casibus, qui solebant in religionibus reseruari,

reseruari, præscriptos indicauit optimè reseruari, cæteros verò, vt non prudenter reseruandos reiecit; Attamen quia fieri potest, quod aliquando aliqui etiam alij sint de necessitate reseruandi, quia consideratis, quæ tunc proponebantur, fuit indicatum alios non esse reseruabiles, voluit ideò optimè perpendi, an quæ de nouo emergunt sine talia, vt sufficiant ad indicendam reseruationem; præsumptio enim stat pro non reseruatione; ideò consultationem Capitulorum respectiue requirit. Loquor in terminis huius decreti, nam si quid aliud habeat regula fundatoris, vel aliquod aliud particulare priuilegium à Summo Pontifice emanatum est sufficienter tollens istud, de istis non loquor; vnusquisque sua consulat.

43 An autem † possint superiores declarare restringere, & ampliare casus prædictos: Respondeo posse restringere, quia hoc est in fauorem pænitentium regularium pro quorum libertate decretum est conditum ampliare autem, vel declarare iuridice ita vt faciat legem declaratio eorum, puto non posse, quia illius est declarare cuius est condere, condidit Papa ergo ad ipsum spectat, possunt tamen, vt Doctores, vt quilibet alius. Ampliare non possunt quia est restricta eorum auctoritas ad illos prout iacent, est enim forma data reseruandi in fauorem subditorum, quæ non admittit ampliationẽ contra ipsos. Possunt tamen in Capitulis respectiue

44 Quas † alias pænas incurrat Apostata, & fugitiuus siue sit apostata à religione siue ab obedientia &c. vide Sanchez lib. 6. sum. cap. 8. & alios. Nobis satis sunt ista quoad reseruationem.

45 Tertius † casus, quem superior sibi reseruauit est lapsus carnis consumatus, qui sub his verbis proponitur. Lapsus carnis voluntarius opere consumatus. Pro cuius explicatione Supponendum est.
46 quod traditur communiter, † sub lapsu Carnis venire omnes actus cuiuscumque speciei, luxuriæ; & lapsus carnis dicitur quicumq. actus Pollutionis, fornicationis, stupri, Adulterij, Incestus, Sacrilegij,
47 & Sodomiæ, & Bestialitatis. † Raptus non venit in reseruatione, vt formaliter est raptus, sed tantum
48 quatenus interuenit copula, † & tunc spectat ad aliquam ex enumeratis speciebus secundum qualitatem personæ raptæ.

49 † Dicitur lapsus carnis opere consumato, ad indicandum, non esse reseruatum casum, quoties non est seminis effusio, pro elucidatione istius aliquas difficultates subnectam.

50 † Primò An habens facultatem absoluendi à sola voluntaria pollutione possit absoluere illum qui cœpta copula intra vas fæmineum, vel masculinum extra vas illam perficit; & respondeo distinguendo, vel habet facultatem absoluendi à pollutione etiam cum complice, vel tantum ab ea, quæ est sine complice. In primò casu potest non autem in secundò. In primò potest, quia non est Sodomia opere completa, quod requiritur ad reseruationem, & remanet solum voluntaria pollutio cum complice, non potest in secundo, quia eius facultas ad hunc se non extendit, tenetur tamen confiteri de abusu illius partis, tamquam de re graui, vtpotè graui deordinatione.

51 † Secundò An patiens, & non seminans includatur in reseruato, & pariter puto destinguendum; vel loquimur de Sodomia, & de hac puto nullam esse difficultatem est enim lapsus carnis opere completus in genere suo. De alij verò actibus luxuriæ qui requirunt seminationem, ex vtraque parte, aliqui affirmant aliqui negant incurrere.

52 † Tertiò An pati aliquem pollui circa se sine abusu alieni vasis, sit casus reseruatus, videtur esse maior difficultas, quia iste est actus carnis opere completus in suo esse, nec vllam requirit seminationem. Attamen sunt etiam in hoc qui negent, & affirment.

53 † Quartò An copula carnalis cum fæmina in vase præpostero sit Sodomia. Hoc pariter est controuersum. Sed puto dicendum non esse casum reseruatur, quia Sodomia in rigore est copula duorum eiusdem Sexus.

54 † Aduerte, tamen quod licet talia patiens non ligetur reseruatione, peccat tamen semper mortaliter, & agens ligatur, si reseruata sit pollutio voluntaria, vel reseruatio sit in terminis nostri decreti.

55 † Quintò An pollutio nullo opere externo causata, nec motu corporis, nec partium agitationi cadat sub reseruatione? Si nihil esset additum in reseruatione; sed reseruando ita simpliciter fuisset dictum; quilibet actus, vel lapsus carnis completus, non dubitarem esse asserendum cadere sub reseruatione, sed quia est additum verbum, opere completus, puto satis probabilem opinionem Coriolani asserentis non esse reseruatum ea ratione ductus, quia debet esse opere complectus, hic autem lapsus est quidem completus sed non opere, & ita ex vi huius reseruationis taliter labentes nõ ligantur; vt qui ex vehementi aspectu, cogitatione, &c. polluuntur, peccant quidem, sed non reseruato peccato, quia deest requisitum, quod sit opere, idest externo, consumatum.

56 † Sextò An distillatio seminis sit reseruata Aliud est quærere an sit peccatum mortale; aliud an sit reseruata. Certum est, quando non attingit mortale, vel ob paucitatem, vel alia de causa, quod non est reseruata, dubium esse possit, quando peruenit ad mortale, sed dicendum nec esse reseruata, non enim est lapsus carnis opere consumatus, non lapsus carnis perfectus, quod requiritur ad reseruationem, non opere consumatus, quod necessarium est ad hunc casum, & hoc intellige
57 etiam si sit voluntaria. † Addo præterea neq; esse casum reseruatum, etiam aliquo tactu causatam, dummodo non sit perfectus lapsus carnis, ratione dicta.

58 † 7. An sub hac casu comprehenduntur oscula, tactus, amplexus, manuum fricationes, digitorum vellicationes &c. huiusmodi. Respondeo non comprehendi, quia non sunt lapsus carnis, nec possunt reseruati, quia in tota latitudine lapsus carnis non veniunt.

59 Quando autem excludantur in reseruationibus Episcoporum. Certum est non includi, quando non
60 sunt mortalia. † Ad reliqua recte decidenda sunt inspiciendæ tabellæ reseruationum, si reseruatio fiat, vt olim fiebat ab Eminentiss. Magalotto, nunquam satis laudato, sub his verbis, quælibet obscænitas, puto habere respectum ad tactus partium obscænarum, quod si ex istis tactibus, vel amplexibus causetur seminis emissio, erit reseruata, est enim lapsus carnis opere completus.

61 † Dices requiri præterea, quod sit lapsus carnis voluntarius, quod videtur innuere, quod sit lapsus ipse volitus, non autem in causa, licet enim sufficiat ad peccatum, non tamen videtur sufficere ad hanc speciem reseruationis. Respondeo sufficere, quod etiam in causa sit volitus lapsus, est enim verè voluntarius, nec hoc est additum ad diminuendum,

sed

ſed ad exprimendum magis.

62 Supereſt explicandus ſecundus caſus in tertium
locum reiectus, vtpote qui indiget longiori expli-
catione,& alium etiam,ad maiorem ſui elucidatio-
nem, includit, nempe furtum, ſub his ergo verbis
vterq; caſus reſeruatur. Proprietas contra votum
paupertatis, quæ ſit peccatum mortale, & furtum
de rebus Monaſterij, ſeu conuentus in ea quanti-
tate, quæ ſit peccatum mortale veniendo ad expli-
cationem vtriuſq;

63 † Noto primo,quod paupertas religioſa eſt vltro-
nea, & voluntaria rerum temporalium abdicatio,
per quam religioſus eorum proprietate priuatur,
64 † & proprietas eſt facultas poſſidendi, & vtendi
aliqua re ad libitum S. Thomas 2. 2. quæſt. 186.
art. 3. Azorius tom. 1. lib. 12. cap. 6.

65 † Furtum vero ex D. Thoma 2. 2. quæſt. 66, eſt
acceptio occulta rei alienæ, accipiendo tamen
furtum in magis lata ſignificatione, vt ad rem
noſtram, eſt contractatio rei alienæ fraudoloſa
inuito domino cauſa lucrifaciendi eandem rem,
ſiue vſum ſiue poſſeſſionem rei l. 1. ff. de furtis 1
66 † Proprietarius dicitur Monachus, qui aliquid
retinet occulte, vel contra voluntatem ſuperioris
ita Io: Andreas communiter receptus in Cap. cum
ad Monaſterium, vbi eſt ſedes huius materiæ de
ſtatu monachi & probat Nauar. lib. 3. conſ. 75. de
67 regula: † Duo ergo requiruntur, vt aliquis ſit pro-
prietarius, primum, vt aliquid detineat occulte 2.
68 Contra ſui ſuperioris voluntatem. † Aduerte
tamen, quod duplici de cauſa poteſt aliquid occul-
tari 1. ne id, quod occultatur auferatur à ſupe-
riore 2. ne ab eodem reprehendatur, prima occul-
tatio requiritur ad conſtituendum proprietarium,
quia non retinet rem dependenter à ſuperioris
voluntate, ſecundum conſtituit ſolum inobedien-
tem, primus occultat, quia iure & merito putat
ſibi rem auferendam, ideo peccat mortaliter pec-
cato proprietatis, ſecundus occultat non quia
putet, ſe tali re ſpoliandum, ſed ſolum, quia timet
reprehenſionem ſui Prælati, quia illo inconſulto
retinet, & hic non eſt condemnandus peccati mor-
talis, ſi paratus ſit rem tradere ſuperiori, quoties
cognoſcat ſe retinere eo inuito.

69 † Quod, ſi Monachus acquirat, vel recipiat
aliquid notabile ſine licentia ſuperioris, peccat
mortaliter, ita Doctores, quos citat & ſequitur
70 Coriolanus ad caſum iſtum. † Si vero res eſſet
mediocris valoris quam ſuſcipit ab extraneis, &
alteri tradit, aut commutat cum alio non peccat
mortaliter,quia non præiudicat Monaſterio in ma-
teria graui,& pro certo habet,ſi peteret licentiam,
quod obtineret illam.

71 † Ad hoc tamen, vt aliquid poſſit occultari ſine
vitio proprietatis, licet occultatio diſpliceret,
debet occultans eſſe animo prompto, & ita diſpoſi-
tio, vt quoties Prælatus exigerat rem illam ac-
ceptam retentam, vel permutatam eſſet paratus
detegere, & manifeſtare non occultare, deinde
quod talis detentio, aut permutatio non ſit inter-
dicta virtute regulæ, ſtatuti, conſtitutionis, vel
aliqua prohibitione ſuperioris in virtute ſanctæ
obedientiæ, vel aliquo ſimili modo, quo percipiatur
rem talem, & modum omnino prohiberi, ſed cum
tali prohibitione poſſit ſtare, quod ſubditus occul-
tans poſſit ſupponere in Prælato ſaltem interpre-
tatiuum conſenſum, his concurrentibus, licet oc-
cultatio futura ſit moleſta ſuperiori, non erit
72 tamen proprietaria. † Proprium enim ex Cardi-
nali de Turrecremata in Cap. Non dicatis quæſt. 1.
num. 8. eſt omne illud, quod non eſt reſignatum in
manu Prælati actu, vel ſaltem animi præparatione
cum interpretatiua ſaltem licentia, & non admi-
niſtratur in communem vtilitatem Monaſterij,
73 nec eſt ſub communi cuſtodia reſeruatum. † Po-
teſt autem proprietas eſſe, & mortale, & veniale
74 peccatum iuxta quantitatem rei. † Neq; enim in
ea ſum ſententia, vt quidquid acceptatur, retine-
tur, vel permutatur ſine licentia Prælati ſit pro-
prietas conſtituens mortale, ſed quod aliquando,
ſicuti, & in furto detur paruitas materiæ excuſans,
erit quidem proprietas quælibet contractatio rei
pretio æſtimabilis ſine licentia neceſſaria, ſed non
75 mortalis. † An Summus Pontifex poſſit diſpenſare
in voto paupertatis, ſicut & caſtitatis, dicito, quod
poteſt, ſi tamen detur cauſa ſufficiens in paupertate
ſicut in caſtitate, quia adminiſtrando videtur poſſe
ſuppleri ſine Dominio, quod non poteſt in caſtitate
76 ſecundum communem ſenſum. † Ego tamen puto,
quod ratione tranſmiſſionis hæreditatis, vel Regni
Principatus &c. ſit neceſſarium Dominium, & ideo
diſpenſatio. In vtroq; tamen caſu diſpenſationis,
tam quoad matrimonium, quam quoad proprieta-
tem monachus deſinit eſſe monachus, quia non
poteſt eſſe proprietarius, & non caſtus caſtitate
voti, & eſſe monachus, & ideo neq; hoc poteſt
efficere Summus Pontifex.

77 Dices ſtante hoc, quod neq; Summus Pontifex
poſſit facere, quod monachus ſit proprietarius,
ideſt habens aliquid non dependenter à ſuperioris
voluntate, quod verum eſt tam in acquirendo,
quam in retinendo, ita vt, ſi monachus aliquid
licite acquireret animo illud retinendi toto tem-
pore vitæ, & poſtea, quod remaneat religioni,
attamen ſi intra id tempus à ſuperiore expoſcere-
tur res illa, vel nollet omnino reddere, vel ſaltem
niſi coactus monachus, iſte eſſetne tutus in con-
ſcientia 1. Poſſet aliquis dicere eſſe tutum, quia
iſtas res poſſidet dependenter à voluntate ſupe-
rioris, conſenſit enim, quando acceptauit.

Reſpondeo tamen ſine difficultate, hunc mona-
chum, vel quemcunq; talem regularem eſſe vere
proprietarium, poſſidet enim independenter à
ſuperioris voluntate. Ad rationem dico non fuiſſe
quidem proprietarium in recipiendo, eſſe tamen in
retinendo, quia ſicuti requiritur ſuperioris facul-
tas, vt licite acceptetur, quam ſi denegat ſuperior,
ſine contradictione debet ſubditus acquieſcere, ita
& eadem facultas requiritur ad licite detinendum,
quam ſi reuocet ſuperior ſubditus cum omni humi-
78 litate debet ei acquieſcere, & parere. † Quod
verum eſt etiamſi vnus ſuperior cum conſenſu
conuentus rem illam tali ſubdito conceſſiſſet pro
tempore ſuæ vitæ & additum eſſet iuramentum,
quia adhuc, ſi res illa repetatur, debet reſignari,
quia ſuperior nec etiam cum conuentu poteſt face-
re, quod monachus poſſideat, & retineat indepen-
denter.

79 † Dices Monachum retinere cum conſenſu ſupe-
rioris, quia illi rem illam conceſſerit, & ſuperiorem
non poſſe reuocare ſtante promiſſione iurata. Reſ-
pondeo ſuperiorem neq; cum conuentu poſſe hanc
promiſſionem facere, nec iuramentum valere, quia
eſt de re illicita nunquam enim poterit dici retine-
re dependenter ex ſuperioris voluntate, niſi res illa
poſſit auferri. Alioqui ſequeretur, quod religioſus
haberet poſſeſſionem quod eſt ius retinendi, &
inſiſtendi. Quotieſcunq; ergo aliquis retinet cum
iure inſiſtendi habebit poſſeſſionem. Dices non
poteſt diſtrahere. Reſpondeo neq; fideicommiſſa

poſſunt

possint distrahi. Neq; similes contractus possunt
80 fieri inter superiorem & subditum. † Et videtur
manifeste colligi ex Cap. Cum ad monasterium §.
tales, de statu monach. vbi dicitur, nec alicui aliqua
committatur obedientia perpetuo possidenda,
tamquam in sua sibi vita locetur, sed cum oportuerit
amoueri sine contradictione qualibet reuocetur,
vt optime Sanchez lib. 7. cap. 18. num. 5.
81 † quia Dominium est ius, vel facultas vtendi
rebus, siue in omnem vsum, si Dominium sit generale,
& illimitatum, siue in vsum determinatum, si
Dominium sit limitatum, at vtrouis modo concessum
est independens à voluntate alterius illatum
Dominium ita vt non liceat amplius hoc re-
82 uocare, † ex quibus infertur de ratione Dominij,
non esse, posse rem quouis modo destruere, sed
possidere libere, & independenter ab alio, & in
terminis, quod talis religiosus non sit tutus tenet
Coriolanus ad casum istum num. 10.

83 † Proprietas autem est non solum rei pecuniariæ,
idest pecuniæ numeratæ, verum & cuiuscunq;
rei pecunia æstimabilis, & ideo quilibet religiosus
est incapax iuris, & Dominij cuiuscunq; rei pecuniæ
numeratæ, vel non numeratæ, paruæ, & magnæ,
vt non possit habere Dominium neq; vnius paruæ
imaginis, non tamen semper peccat mortaliter, sed
84 iuxta quantitatem, & rei æstimationem. † Neq;
potest habere vsum, neq; vsumfructum, nisi cum
eadem dependentia à superioris arbitrio & voluntate,
neq; possessionem, vt est ius insistendi rei, vt
alias diximus ex Nauar. de reg.

85 † Sed quid, si concessio sit facta ad tempus,
v. g. Prælatus concessit aliquam rem suo subdito
ad triennium, ad quadriennium, potestne monachus
tali tempore rem illam retinere, & poteritne
superior talem concessionem reuocare?
Respondeo vel promisit tantum non reuocare vel
promissioni addidit iuramentum non reuocandi,
deinde vel reuocatio fit ab eodem, vel ab alio
superiore.

Dico 1. Subditum licite retinere, quia retentio
est dependenter à superioris voluntate, nec
est irreuocabilis quocunq; modo Prælatus concedat,
dummodo sit paratus subditus reuocanti
parere.

86 Dico 2. Posita quacunq; concessione, & promissione
non reuocandi, reuocationem tenere etiamsi
statuto conuentus talis concessio esset iuramento
firmata ita Sanchez lib. 7. cap. 17. num. 32. Quia
non potest superior concedere sine tali dependentia.

Dico 3. si sequamur opinionem multorum Doctorum
asserentium, neq; naturalem obligationem
posse oriri inter subditum & Prælatum, quæ non
est falsa, manifeste sequitur posse quandocunq;
libuerit reuocare, si vero sequamur aliam, quam
sequitur Sanchez, & quos ipse sequitur loco cit.
non potest licite reuocare, & si reuocet erit reus
fractæ fidei & si addidit promissioni iuramentum
erit periurus, licite tamen semper reuocabit, si alio
modo consulatur necessitati religiosi illius, cui talis
concessio facta fuerat, vt verbi gratia conuentus
non subministrat necessaria religioso in supplementum
defectus assignantur ei aliqui redditus
cum iuramento non reuocandi assignationem, tunc
si alio modo eidem necessitati intra moderationem
tamen status religiosi consulatur, reuocatio
omnino tenebit, nec erit superior fractor fidei, vel
violator iuramenti, quia alio modo non potest se
obligare, dato etiam quod possit suo subdito se
obligare & quando promissio de non reuocando
non intercessit, sed fuit simplex concessio, sine
dubio potest semper reuocari.

87 † Petes sequendo sententiam asserentium valere
promissionem inter superiorem, & subditum de
non reuocando, posito quod superior tali casu
reuocet concessionem, an subditus possit coram
superiore maiori conqueri, & reclamare de iniusta
reuocatione: Concedit Nauar. lib. 3. cons. 20.
num. 13. & 14. cit. de regula in 1. editio. & in 2.
cons. 14. nu. 13. & 14. de stat. monach. & sequitur
Sanchez lib. 7. cap. 17. num. 33. vbi nu. 35. subdit
88 † nullam cautelam excogitari posse, vt monacho
permissum sit aliqua posse expendere in vsus quantumuis
licitos absque licentia reuocabili à superiore.

89 † Possunt ergo religiosi habere etiam annuos
redditus de licentia sui superioris, semper tamen
reuocabili, quod si licentia non sit reuocabilis sine
controuersia nec possunt haberi, nec facultas retinendi
concedi, & idem dicendum, si aliquid concedatur
ad quoscunq; vsus siue licitos, siue illicitos,
nulla enim est concessio, & pariter, si sit ad vsus
honestos & pios, sed sine causa iusta, de primo
ratio est, quia nullus Prælatus potest concedere
vsum superfluum alicuius rei, sed solum honestum
& pium, de secundo est, quod, cum talis concessio
sit quoddam genus proprietatis, & aliquo modo
dedecens paupertatem religiosam, indiget aliqua
iusta causa pro sui cohonestate.

90 † Possunt ergo regulares habere peculium reuocabile
ad vsus honestos & ad pios cum causa. Neq;
circa hoc per Concilium Tridentinum sess. 25.
cap. 2. de reg. quidquam innouatum est Sanchez
lib. 7. sum. cap. 22. à num. 1. ad 13.

91 † Dices probando superioribus concedentibus
facultatem expendendi etiam in illicitis, subditum
expendendo non peccare contra paupertatem, peccare
quidem, quia abutitur rebus in vsus profanos,
non tamen contra paupertatem. 1. Quia non expendit
sine voluntate, & licentia superioris, nec
lædit iustitiam, cum re aliena non abutatur inuito
Domino 2. superior est administrator, licentia
autem administratoris sufficit, vt peccatum non sit
contra iustitiam, licet enim administratoris peccatum
sit contra fidelitatem, quia tenetur recte
administrare res monasterij, non est tamen
contra iustitiam, quia habet administrationem
Dominij. 3. Confirmatur, quia sicuti beneficiarius,
est tantum administrstor & tamen si expendat
redditus beneficij in vanos vsus non obligatur ad
restitutionem ex sententia probatorum Doctorum
ita &c.

Ad primum respondeo expendere quidem de
licentia administratoris, sed non veri Domini,
quia Dominus est monasterium, est implicat supeciorem
religiosum esse quocunq; modo Dominū 2.
expendere quidem religiosum de licentia administratoris
at non solum infidelis, sed etiam iniusti,
quia violat fidelitatem permittendo contra iustitiam
expendi. Ad id quod dicitur non violari iustitiam:
Respondeo imo violari, quia contra voluntatem
veri domini, quod est monasterium res illa
alienatur.

Ad secundum, dico superiorem nullam ampliorem
habere administrationem, quam quilibet
alius administrator rerum pupilli, sicuti ergo
talis administrator non potest similes facultates
concedere, neq; potest superior, & similes facultates
sunt contra iustitiam, deinde dato etiam,

quod esset administrator dominij, quidquid hoc sit, necdum est dominus rei, vt autem rei distractio posit concedi requiritur, quod concedens sit Dominus.

92 † Ad 3. Dico id esse valde controuersum, posito tamen, quod sit verum beneficiarium expendentem in profanos vsus non teneri ad restitutionem, dico hoc inde sequi, quia est verus Dominus fructuum, est enim verus vsufructuarius, & ideo cum fructuum beneficij habeat verum dominium, licet non bonorum, potest de fructibus non de bonis disponere non sic autem religiosus, qui nullo modo potest esse vsufructuarius, sed tantum vsuarius, vt dicit quid facti, & ita his rationibus non est recedendum à sanissima & communissima sententia, quam Sanchez dicit esse sine controuersia.

93 † An autem religiosus retinens superflua statui, vt sunt vasa argentea, coclearia argentea, picturas, & alia huiusmodi reuocabilia tamen ad nutum superioris, sit tutus in conscientia. Pro responsione; Noto quod vel loquimur de peccato contra paupertatem voti, vel de proprietate, vel loquimur de licentia superioris, vel posita consuetudine his positis.

94 † Dico loquendo de peccato contra votum paupertatis, quod superior non potest talem dare facultatem, & subditus illa vtens non est tutus, vtpote iniusta, hanc tenet Sanchez, & quos ipse sequitur libro 7. capit. 19. nnmer. 20. & probatur, quia administratoris auctoritas non extenditur ad potentiam concedendi huiusmodi facultates, nec subditus ex suo statu illius est capax.

95 † Dico 2. Si loquamur posita consuetudine legitime introducta non peccare talia retinentes, sed peccasse consuetudinem inducentes, qui posita consuetudine cessat prior lex, posse autem huiusmodi consuetudines introduci satis fuse alibi probauimus. Non tamen est sufficiens licentia superioris, quia est iniusta adhuc lege vigente.

96 † Dico 3. loquendo de proprietate, qui talia retinet peccato proprietatis non peccat, quia ad hoc, vt sit proprietarius, actus, debet esse absque vlla licentia, ita idem Sanchez num. 25. ideo neq; pœnas contra proprietarios incurret.

97 † Aduertendum tamen, quod omnia tradita, & tradenda sunt ad iuris limites. Cæterum vnusquisque consideret statum suum Franciscani enim Reformati, & Capucini, Theatini, Iesuitæ, Barnabitæ &c. qui strictori paupertate tenentur, ex suis regulis, & statutis petant solutiones.

98 † Sed ne diutius in his immorer. Aduertendum, aliud esse, quod attinet ad præsens institutum, peccare contra votum paupertatis, aliud esse proprietarium, ad violandum votum paupertatis sufficit rem contractare sine licentia superioris in ea quantitate, quæ constituat mortale, vel etiam eandem rem, quæ satis sit ad mortale contra paupertatem contractare, etiam de licentia superioris. Numquam enim licentia superioris satis est ad eximendum ab obligatione voti. Ad constituendum vero proprietarium requiritur, & quod res sit talis, quæ mortale constituat, quod retineatur contra voluntatem superioris, & quod occultetur, ne eam superior auferat, quod si alio fine Religiosus occultet, certus tamen quod superior non auferret, non erit proprietarius, at pro effugiendis pœnis contra proprietarios inflictas sufficit quælibet licentia; ad non violandam paupertatem debet esse iusta.

99 † Quæ quantitas rei sufficiat ad mortale constituendum. Multi multa dicunt, ego puto non eandem esse statuendum pro omnibus religionibus, in aliquibus enim inducta est consuetudo qualificatiua paupertatis, in alijs stat in suo rigore, in illis attendenda est consuetudo legitime introducta, in istis maxime cauendum est ne relaxetur rigor paupertatis, & idem dico de retentione aliquarum rerum superfluarum, quæ iuxta consuetudinem cum non potest reformari est toleranda, nunquam tamen est permittendum augeri, nec quælibet licentia superioris vel in pretio vel in excessu excusat, sufficit autem licentia expressa, vel tacita, & ad effugiendas pœnas proprietarij, res non occultare, sed retinere in loco patenti, vel habere animum resignandi, si petantur, vel si occultantur, præcesserit licentia superioris res illas habendi, siue licentia sit iusta, siue iniusta, qui enim occultat res cum licentia habita, non est proprietarius, & ex qualitatibus proprijs colliges
100 manifestius, quis sit proprietarius. † Proprium
ergo est, quod non est resignatum in manu Prælati.
non administratur in communem vtilitatem
fratrum, nec est reseruatum sub communi custodia
ita Turrecrem. in cap. non dicatis 12. quæst. 1.
ista ex Patre Sanchez ex Coriolano & alijs. Hic vno
intuitu sub oculis posita habes, lector, apud ipsas
dispersa. Ex quibus acumine tui ingenij colliges
solutionem casuum ad rem hanc spectantium, si hoc
101 etiam addidero † quod res proprietatem consti-
tuentes sunt pecunia numerata, vel res pecunia
102 æstimabiles. † Nullius enim rei potest habere
Dominium Religiosus, nec vestis, nec Breuiarij, nec
103 cuiusquam alterius rei minimæ, † peccabit tamen
iuxta quantitatem, vel valorem rei mortaliter, aut
venialiter.

104 Addam tamen duo dubia primum. An religiosus retinens apud se aliquid in loco patenti, si à superiore id exigatur, & ipse renuat tradere sit proprietarius, & breuiter respondeo. Non esse proprietarium quod pœnas incurrendas, ad quod requiritur, & quod occultet, & sine licentia possideat; hic autem non occultat, cum retineat in loco patenti, peccabit tamen contra paupertatem, quia retinet sine licentia, & erit inobediens, quia requisitus non vult tradere, & retinet non paratus resignare ad beneplacitum superioris.

105 † Secundum dubium est. An religiosus, qui propria manu pingit aliquas telas, vel imagines aliquo modo effingit arte excellenti, vt magni æstimentur, licite ista retineat, & sine peccato alteri tradat idem dico de quibusdam tecis reliquiarum, quæ dicuntur reliquiaria, & alijs similibus, & etiam huic reiectis rationibus dubitandi Respondeo, non esse contra institutum regularem talia facere, ita enim explicat consuetudo omnium religionum. Illa autem retinere sine licentia superiorum, vel facere non licet. Licet quidem imo sanctum est reliquias, & res sacras habere, sed nimis sumptuosas capsas quibus includantur habere hoc non est permittendum. Ita igitur statuo iuxta superius dicta, vel in religione est introducta consuetudo talia retinendi donandi &c. & tunc de licentia superioris potest fieri, vel non est introducta & neq; permittendum est introducei, retinere autem vbi non est introducta consuetudo, neque de licentia superiorum possunt, sunt enim de illis rebus quæ ad statum sunt superfluæ, donare potest permittere superior, expedit enim religioni hoc facere erga personas religioni deditas. Quod si subditus inuito

superiore

superiore hoc præstet erit violator paupertatis, & proprietarius secundum actum iudicandus, sunt enim istæ res prætio æstimabiles, & sicuti adamas qui nil aliud est quam quidam lapis constituit violatorem paupertatis, quia est ex hominum æstimatione pretio æstimabilis, ita & ista quæ eodem modo sunt pretio æstimabilia. Poterit autem ex legitimo fine superior concedere quod donentur, quia hoc illi ex vsu censetur concessum, non autem poterit permittere, quod retineantur, nisi existente consuetudine, quia non conueniunt statui.

106 † Dices talia non esse superflua, quia sanctorum imaginis, & reliquiæ ornantur. Respondeo, non solum hoc esse spectandum, sed quod statui conuenit, & sicut quidam dixit magis gaudere Deum, quod in vase fictili eius sanguinis consecretur, & summo effectu sumatur, quam in aureo, & argenteo sed parua deuotione, ita nos dicimus, in casu nostro magis gaudent Sancti veneratione nostræ paupertatis, quam ornamentis illi repugnantibus, suppleat ergo ornamentis nostra deuotio. In hoc autem debent summe inuigilare superiores, ne prætextu pietatis inducatur relaxatio paupertatis, & dono alia oriantur inconuenientia. Inuigilent superiores, quia de alienis ratio ab illis rigorosè exigetur.

107 † Frater autem Reformatus, vel Capucinus, qui talia facit, & alijs rebus, vt libris &cæt. commutat, est vere & realiter violator paupertatis, & de hoc

108 nullam puto esse difficultatem; nunc † quoad peccatum furti, supposita definitione tradita, ad incurrendum reseruatum requiruntur duo, quod sit furtum, & quod in quantitate sufficiente ad constituendum mortale.

109 † Dices quę quantitas requiratur ad constituendum furtum peccatum mortale; respondeo vt supra hoc relinqui iuditio prudentis viri, qui attenta loci, & personarum circumstantijs iudicabit. Pro clariori intelligentia aliquas subijciam dubitationes cum solutionibus.

110 † Furtum ergo, vt facit ad rem nostram, est ablatio rei Monasterij rationabiliter inuito supe-

111 riore; ideo si quæras, † an Religiosus vsurpans aliquid Monasterij sine expressa licentia superioris; non tamen contra eius voluntatem incurrat reseruatum, & vere dicatur fur? Respondeo, vel res illa, quam vsurpat, est tantæ quantitatis, vt de illa possit facultatem concedere superior, vel non, & in eos vsus vsurpat, vt pariter superior possit assentiri vsurpationi, vel non; in primo casu non erit fur, in secundo erit, quia non adest iusta licentia iuxta tradita in superiori casu de proprietate, imo neque superior ipse tali casu est tutus, cum sit solum ad-

112 ministrator. Secundò † an Religiosus disponens de sibi concessis pro suis necessitatibus alijs extra Monasterium donando incidat; Respondeo incidere, quia est tantum vsuarius; vsuarius autem non potest rebus vti; nisi ad suum vsum, neque licentia superioris se extendit ad donandum, sed tantum ad vtendum, & donans sine licentia res Monasterij, vere dat res inuito domino rationa-

113 biliter. Tertiò † an Minor Sancti Francisci recipiens aliquid ab amico possit illud donare de licentia dantis tantum irrequisito superiore; & videtur posse, quia dominium semper remanet apud dantem, donec res in vsum conuertatur. Respondeo quod vel rem illam, acceptauit frater ille, vel non acceptauit, si acceptauit, & res illa est de illis, quæ possunt acceptari, dominium statim transit in Sedem Apostolicam, & de illa non potest disponere; si non acceptauit, & illam tradit nomine dantis, non peccat peccato furti, quia non disponit de re aliena inuito domino, suppono enim domini consensum illa tali modo dari; erit tamen reus peccati inobedientiæ, si id faciat contra voluntatem superioris.

114 † Quotiescunque Religiosus surripit aliquas res, siue sint ad vsum communem Conuentus, siue alicuius particularis, siue sint res sacræ, vel non sacræ, siue mobiles, siue immobiles, dummodo sint Conuentus, vel Monasterij sine legitima superioris licentia erit fur, & tenebitur reseruatione. Excipe tamen, si necessaria statui denegentur, quia tunc poterit ad necessitatem suam subleuandam rebus Monasterij vti, etiam superiore inuito, quia non est rationabiliter inuitus, ideò superiores debent maxime inuigilare, ne subditi necessitatibus præmantur, ne relaxatio paupertatis inducatur sub specie paupertatis.

115 † Quæras quæ differentia est inter simplicem violationem paupertatis, proprietatem, & furtum: Hæc differentia ad multa deseruit, ideò illã trademus distinctè tam pro cognoscendo, quando incurratur reseruatio, quam ad alios effectus. Peccatum erit contra votũ paupertatis, quando Religiosus aliquid sibi appropriat sine licentia sui superioris, vt cum aliquis sæcularis dat aliquid Religioso ea lege, vt non acquiratur Monasterio, si Monachus, vel Religiosus id sibi appropriat peccabit contra paupertatem, quia aliquid sibi appropriat sine iusta licentia superioris, non erit furtum, quia non illud accipit, vel retinet inuito domino, quia sæcularis dat libere, Monasterium non est dominus ex suppositione, quod ea lege detur, ne dominium transeat in Monasterium. Erit furtum si aliquid à Monasterio surripiat non animo illud sibi applicandi, sed animo dandi alicui alteri, vt alicui sæculari; erit furtum, quia inuito domino, qui est Monasterium id surripit, non peccabit contra paupertatem, quia nihil sibi appropriat, nec erit proprietas, vt constituit peccatum reseruatum, quia in nullo casu quidquam sibi appropriat sine debita licentia illud occultando, quod diximus requiri ad hoc consti-

116 tuendum; † Regulariter tamen loquendo, quando peccatur contra votum paupertatis, peccatur etiam peccato furti, quia appropriaas sibi res Conuentus sine licentia peccat contra paupertatem, & accipiendo, vel retinendo inuito domino, qui est Monasterium, peccat peccato furti, & ita erit reus

117 furti, & violatæ paupertatis; † Et potest, esse, quod aliquando sit duplex malitia necessariò explicanda in confessione duplici titulo, v. g. si quis aliquid accipiat de rebus Monasterij, vel etiam à sæculari, qui non protestetur, se nolle Monasterium acquirere dominium illius rei, & Monasterium sit capax acquirendi, & hoc sine licentia accipiat, & postea sine licentia distribuat, erit duplex malitia furti, & duplex proprietatis; Prior in acceptione, quia accipiendo sibi appropriat sine licentia superioris, & peccatum est violatæ paupertatis, & furti, quia detinet rem Monasterij inuito eodem Monasterio domino, quidquid enim acquirit Monachus, acquirit Monasterio; ideò peccat ita retinendo peccato furti; Posterior in distribuendo, cum hoc fiat sine licentia superioris quo violatur paupertas, inuito Monasterio domino, quo furtum constituitur; & ita erit duplex malitia contra paupertatem, & duplex furti, sicuti qui voto Religionis adstrictus contrahit matrimonium, & consumat duplici culpa reus est, & matrimonij contra votum contracti, & prima

prima vice consumando, ita Sanchez lib. 7. cap. 20. num. 7. 8. 9. & 10.

118 † Ex his apertè habes quando violatio voti paupertatis sit simplex proprietas, quando proprietas reseruata, & quando furtum. Scias tamen me non distinxisse violationem paupertatis à proprietate eo quod insinuem violationem paupertatis non esse proprietatem; sed vt distinguerem ab ea, quæ constituit reseruatum illis terminis vsum fuisse. Multa alia ad paupertatem, & furtum pertinentia sicuti etiam pœnas indictas facile ex Sanchez, & alijs potest colligere.

Nunc deueniendo ad secundum principale quæ-

119 situm, quod est; † Quos reseruatio liget.

Dico ligari omnes Religiosos professos, est per se clara. Sunt enim vere Religiosi.

Dico secundò non ligantur Nouitij ex traditis satis ad rem supra ex Castropalao modo dicto.

Dico tertiò neque ligantur alij, qui vere non sunt regulares, patet, quia ista reseruatio est ædita pro regularibus, vt patet ex toto decreto, ergo, qui non sunt regulares, non ligantur. Neque huiusmodi constitutiones sunt ampliatiue explicandæ, vt plures includant, quam ferat verborum proprietas. Neque sunt vere Religiosi.

120 Ad tertium, quis possit absoluere. Dico omnes, qui habent facultatem, seu iurisdictionem ordinariam, vel delegatam; est communis, & sine difficultate transit.

121 Dices, an existente in Conuentu Prouinciali, & Generali, sit ad ipsos recurrendum, an sit liberum vnicuique recurrere, ad quem vnusquisque voluerit. Respondeo quod sistendo in Decreto Clementis liberum est recurrere ad quos magis libuerit, quia ex illorum præsentia alij non amittunt ius suum, idest quod illis est attributum. In Religione autem Sancti Francisci, in qua nihil est innouatum videndum an aliquos sibi specialiter reser-

122 uauerint, quos alijs nolint committere. † Ex Decreto enim Clementis, si ritè seruetur, sunt eligendi à superioribus aliqui Confessarij, qui omnium Religiosorum peccata audiant, & præter illos nulli alteri licet; istis tamen ita electis non committitur facultas absoluta absoluendi quoscunque à reseruatis, sed isti tenentur toties quoties se se offert occasio accedere ad superiorem, & ab eo necessariâ petere facultatem, qui tunc tenetur concedere, & petita, & non obtenta adhuc regularis regulares absoluit.

123 † In religione tamen S. Francisci cuius regulæ non est derogatum, possunt superiores sibi reseruare casus, & pro illis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt ad solos ministros prouinciales pertineat absolutio, ad illos subditi debent recurrere.

124 Dices 2. An superiores teneantur dare facultatem toties, quoties sunt requisiti: Respondeo teneri (loquor de regularibus, nam, quid sentiam de sæcularibus, alias late tradidi) quotiescunque id confessarius, cui credere debet superior, expedire iudicauerit, patet manifeste ex eodem decreto §. superiores in singulis domibus &c., & si denegent, potest Confessarius petita, vt iniuste denegata facultate absoluere.

125 † Dices 3. An superiores pro reseruatis, si in illos incidant, teneantur confiteri Confessarijs deputatis, an possint, quem maluerint eligere. Respondeo posse, quem maluerint eligere, ratio est, quia superior, qui sibi reseruat casus, primo ipse non incidit 2. Si casus sunt ex illis, qui reseruantur in Capitulis adhuc concessio facultatis absoluendi pertinet ad ipsos, ergo possunt delegare, cui voluerint, quia est potestas ordinaria, & deputatio Confessariorum videtur esse facta pro subditis, non pro superioribus. In illis religionibus in quibus superiores locales deputant Confessarios sine Capitulo Prouinciali, nulla est difficultas quam etiam puto esse leuem etiam in alijs, quia semper superior

126 est ordinarius, & praxis est ista. † Cæterum si approbatio Confessariorum pro religiosis fieret in Capitulis, & solus Prouincialis non posset se solo approbare, esset maior difficultas, sed de his non est vlterius inquirendum, cum sit consuetudine inductum, vt sibi eligant, quem magis volunt, & tenet posse etiam Coriolanus p. 1. sect. 1. art. 21. de superioribus localibus. De Guardianis Religionis Sancti Francisci puto certum non posse eligere confessarium, qui absoluat se ipsos à reseruatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt ad solos Ministros Prouinciales recurratur, de alijs dicito, vt in simili alias dixi in alio responso de reseruatis. Nisi aliud consuetudo habeat etiam in Religione Sancti Francisci.

127 † Dices 4. An superior habens iurisdictionem ordinariam, vel delegatam possit absoluere suum subditum etiam extra suum Conuentum, & Prouinciam. Resp. posse, quia iurisdictio non contentiosa qualis est ista potest exerceri etiam in aliena diœcesi, quæ ratio militat etiam in delegato.

128 † Dices 5. An pœnitentiarius vnius Conuentus, si transeat ad alium ob aliquod negotium, possit absoluere à reseruatis fratres illius Conuentus. Dico non posse, ratio est, quia electus tantum ad personas illius Conuentus, in quo commoratur commensalis, non vero pro illo, in quo reperitur aduena, & ideo illi religiosi talis conuentus non sunt illi subditi.

129 † Pro coronide huius responsi, quia supra non determinaui, quid explicitè sentiam de quantitate sufficiente ad violationem paupertatis, sed illud remisi iuditio prudentis viri, nunc, vt vir prudens possit determinare, dico, quod licet communis sententia sit, quod grauitas, & leuitas huius peccati sit desumenda ex materia furti seclusis tamen circumstantijs, ita vt illa sit grauis materia violationis paupertatis, graueque peccatum proprietatis constituat, quæ ex se est grauis materia furti, & illa sit leuis, quæ est leuis in materia furti, & dico ex se, exclusis circumstantijs personæ, à qua surripitur, quia licet furtum sit aliquando graue peccatum respectu personæ, quod secundum se non esset tale furtum, non tamen ista consideratio ponderanda est in materia paupertatis, quæ non respicit iustitiam, sed votum, & ideò non damnum emergens, sed res ipsa ablata, Attamen licet verum sit quod quotiescunque grauis est materia furti secundum se, grauis sit etiam violatio paupertatis, non inde sequitur quod, quando leuis est materia furti, leuis sit etiam violatio paupertatis, sed est aliquando illa leuis & ista grauis. Nam maior læsio requiretur ad læsionem iustitiæ, quam ad læsionem paupertatis. Illa enim desumitur ex læsione proximo facta in bonis externis ad vsum vitę necessarijs, quę latiorem habet viam, quam læsio paupertatis, quæ desumitur ex infidelitate quæ in Deum exercetur dum promissa non præstantur, quæ infidelitas vtpote quæ est diuini cultus omissio ad sui grauitatem minorem materiam requirit, & hoc probatur ex voto erogandi in pauperes duos vel tres iulios vel argenteos, cuius transgressio grauis est censenda,

& pec-

& peccatum mortale ob notabilem diminutionem diuini cultus, cum tamen in materia furti duo vel tres iulij reputentur materia leuis secundum multos, & præcipue Castropalao. Statuo ergo ex voto eleemosinæ esse desumendam grauitatem vel lenitatem violationis voti paupertatis, & dicendū illam esse materiam grauem, aut leuem in paupertate, quæ est grauis, vel leuis in materia voti eleemosinæ, Cum ergo in materia voti eleemosinæ minor materia quam duo vel tres argentei sit grauis. eorum etiam detentio vel dispositio erit grauis in voto paupertatis ita Castropalao tract. 16. disput. terza punct. 20. vbi refert Suarez tom. 3. de religione lib. 8. cap. 6. num. 9.

130 † Ex qua solidissima doctrina facile soluuntur fundamenta aliquorum dictorum contra communem sententiam quorum rationes his suppositis nihil probant cum non ex iustitiæ fontibus, sed ex fidelitate sint petendæ.

131 Ex qua etiam patet differentia inter hunc casum proprietatis & casum furti. Huius enim materiæ grauitas pensatur ex fidelitate, & voto, illius autem, desumitur ex læsione, & damno dato.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur casus.*
2 *Quæ sint quærenda pro solutione.*
3 *Forma reseruationis primi casus.*
4 *Quid sit veneficium.*
5 *Quid sit incantatio.*
6 *Quid sit sortilegium quoad quid nominis, & quoad quid rei.*
7 *Sortilegium est triplex diuisorium, consultorium, & diuinatorium & quid sit vnumquodq;*
8 *Sortibus quando liceat vel non liceat vti.*
9 *Quid nomine sortilegij veniat in hoc casu.*
10 *Astrologia iudiciaria Chiromantia &c. huiusmodi ad hunc casum reducuntur.*
11 *Sortilegia sunt collectiones futurorum non ex rerum natura, sed sorte.*
12 *Non est ita facile recedendum à proprietate verborum maxime vbi agitur de salute animæ.*
13 *Regula pro cognoscendo sortilegio reseruato vel non reseruato.*
14 *Vtens veneficijs ligatur reseruatione etiamsi non sequatur effectus.*
15 *Forma reseruationis secundi casus.*
16 *Reseruatur procuratio abortus, non abortus & quid distet inter istas reseruationes.*
17 *Aliud est procurare abortum aliud procurare sterilitatem.*
Vtraque procuratio est maximum peccatum.
Quid sit vtraque procuratio.
18 *Pro solutione istius secundi casus quot quærenda.*
19 *Quid sit procurare.*
20 *Tripliciter potest aliquid procurari.*
21 *Modus procurationis abortus sub hac reseruatione non comprehensus.*
22 *Duo modi sub reseruatione comprahensi.*
23 *Ex reseruationis forma colligitur reseruatio casus*
24 *Quæ sit procuratio studiosa.*
25 *Mandans procurationem an includatur in reseruatione.*
26 *Si prohiberetur percussio mandans non ligaretur reseruatione.*
27 *Dubitans an fœtus sit animatus an reseruatione ligetur.*
28 *Incidit etiam qui lædit fœtum animatum licet putet non animatum,*
An possit excusari in prædicto casu si debitam adhibuisset diligentiam.
29 *Petrum percutiens dubitans percutere Clericum sit excommunicatus.*
30 *Procurans abortum non incidit in casum reseruatum homicidij.*
Fœtus nundum est homo completus.
31 *Procurans abortum pro vita, honore, vel fama tuenda an incidat in reseruatum.*
32 *Quid supposita sententia asserentium reseruationem esse pœnam.*
33 *Non intendens abortum non ligatur reseruatione.*
34 *Quid de consulente, & quid sit consilium duobus modis potest dari consilium.*
35 *Quid dicendum de suadente abortum, si ex consilio procuretur abortus, at non sequatur supposito decreto Clementis de quo agimus.*
36 *Quid si reseruetur consilium ad abortum, & non addatur effectu non sequto, si detur consilium sed executioni non mandetur & quid si executioni mandetur consilium, at effectum non sortiatur.*
37 *Resoluitur proposita dubitatio.*
38 *Verba cum effectu sunt intelligenda, & quomodo verificetur in casu nostro.*
39 *Consilium dans non tenetur furti nisi furto sequto.*
40 *Explicatur prædicta propositio & traditur quomodo intelligenda.*
41 *Consilium dans si eo modo reuocet quo dedit non ligatur reseruatione. Neq; si erat dispositus.*
42 *Quid sit auxilium dare, & quando dans auxilium incidat in reseruatum, etiamsi in reseruatione non sit additum effectu non sequto.*
43 *Qualibet dispositio etiam odiosa, & pænalis includit omnia quæ verba proprie significant.*
44 *Tertius casus explicandus, qui est apertio litterarum vel retardatio, & ponitur forma reseruationis.*
45 *Ad incurrendum casum sufficit qualibet dictarum, actionum distributiua non collectiuè.*
Debet tamen esse malitiosa.
46 *Quæ veniant nomine detentionis vel impedimenti litterarum.*
47 *Quomodo distinguatur retardatio à detentione.*
48 *Quid dicat de formali apertio litterarum.*
49 *Quid requiratur, vt apertio litterarum dicatur reseruata.*
50 *Litteræ debent esse alicuius momenti.*
Non requiritur quod fiat in damnum tertij.
51 *Excusatur si detineat vel retardet, ne aliquod damnum patiatur contra iustitiam.*
Item ne alter iniuste patiatur.
Item ex inaduertentia.
Istæ actiones non sunt malitiosæ.
52 *Debet tamen certo scire tale quid contineri quia si solum dubitatur, non excusatur.*
53 *Quartus casus qui est egressus nocturnus, & ponitur forma reseruationis.*
Videnda sunt tradita de apostasia.
54 *Tria requiruntur, vt iste casus sit reseruatus. Primum iam est explicatum cum de apostasia agebatur.*
55 *Quæ sit nocturna egressio.*
56 *Qua sit furtiua egressio.*
57 *Quando egressio è Monasterio sit mortalis.*
58 *Superior sine legitima causa non potest dare facultatem exeundi è Conuentu temporibus prohibitis a regula vel ex statuto.*
59 *Paruitas materia non admittitur vbi tota actio in illa*

illa consumatur.

60 *Fugiens ob nimiam sæuitiam superioris, vel vt appellet, & recurrat ad maiorem superiorem non incurrere probabiliter defenditur.*

Incurret alias pœnas, si quæ sunt inflictæ ob similem egressum.

61 *Quintus casus est falsificatio manus &c. apponitur forma reseruationis.*

62 *Quid sit falsificare manum & quid falsificare litteras.*

Quid requiratur in casu nostro de rigore.

63 *Quid ex vsu.*

64 *Quid sit falsificare sigillum.*

Requiritur quod fiat dolo, vel fraude.

65 *Quid intelligatur nomine officialis Conuentus.*

66 *Sextum quærendum est casus falsi iuramenti apponitur forma reseruationis.*

67 *Quid sit falsum iuramentum, vt spectat ad casum reseruatum de quo agimus.*

68 *Quis incidat in reseruationem.*

69 *Qui non incidat.*

70 *An æquiuocans in iuditio regulari incidat in præsentem casum.*

Interrogatus in iuditio legitimo tenetur respondere ad mentem interrogantis.

Iudex habet ius expiscandi verum in iuditio legitimo.

Neq; opus est iurare mendacium sed sufficit falsum.

Nouitij subduntur iuditio regulari quoad se non quoad alios. Iuditium tamen non est regulare.

71 *Falsum dicens in iuditio arbitrario reseruatione ligatur, est enim vere iuditium regulare.*

72 *Mandans rogans &c. an incidat in reseruatum.*

73 *Septimus casus est vulneratio &c. ponitur forma reseruationis.*

Quæ reseruentur.

Homicidium indirecte volitum an reseruetur.

74 *Religiosus aggressus, quia alias non possit à periculo se eripere nisi alium lædendo vel occidendo an incidat.*

75 *Quid sit intelligendum cum dicitur reseruationem esse solum de grauioribus vel grauissimis criminibus.*

Quomodo debeant esse voluntaria, reseruata.

76 *Debita adhibita diligentia si sequatur homicidium ad sui defensionem non erit reseruatum.*

Quando sit adhibita debita diligentia remittitur iuditio prudentis viri, vel Confessarij.

77 *Quid sit vulneratio.*

Quid requiratur, vt sit reseruata.

78 *Sufficit grauis incisio non grauis vulneratio debet esse iniuriosa.*

79 *Quid sit percussio.*

Quæ sit grauis remittitur iudicio prudentis.

80 *Hic non venit consideranda qualitas personæ, sed percussionis.*

81 *Quæ sit grauis remittitur iuditio prudentis, qui in dubio arbitrabitur non esse grauem.*

Religiosus percutiens alterum ligatur reseruata excommunicatione Canonis. Si quis suadente &c.

82 *Qui venena propinat non incurrit casum percussionis.*

83 *Mandans percutere non incidit in reseruationem.*

Casus ficti non includuntur in casuum reseruatione.

84 *Alij casus, vt non necessarij ad præsens nostrum institutum omittuntur.*

De Casibus resetuatis pro Regulatibus

LXXXVII.

1 FRater N. accusatus, quod magicis artibus procurasset abortum fætus, videns aliquas litteras maiori superiori directas, putansq; de rebus suis agere, illas retinuit, & aperuit, nec falsus opinione sua ex illis intelligens, futurum, vt puniatur, sub initium surgentis auroræ fugam arripuit, & parum elongatus à Monasterio comprehensus est, & in carcerem ductus, vbi varijs medijs egit, vt duo amici sui falsum testimonium in inditio dicerent, manusque & sigillum superioris localis pro sua defensione falsificauit, tandem carceribus effractis fugiens obuiam habuit Fratrem, B. hominem perditis moribus & summe malignum, cui tribus lætalibus inflictis vulneribus iterum aufugit, Nunc tactus dolore cordis intrinsecus petit absolui. Quærit ideo, quæ ex suis actionibus sint peccata reseruata ad præscriptum decreti Clementis VIII.

2 † Pro solutione videnda sunt sequentia 1. An magicæ artes cadant sub resetuatione, 2. Quid de abortu. 3. Quid de retentione & aperitione litterarum. 4. Quid de egressu à monasterio. 5. Quid de falsificatione manus, & sigiili. 6. Quid de falso testimonio. 7. Quid de vulneratione.

3 Ad primum Noto prius † verba reseruationis esse ista Veneficia Incantationes sortilegia. Videndum ergo an Ars magica sub his contineatur. ideo.

4 Noto 1. † Quod veneficium est vana obseruatio, qua quis intendit nocere proximo in persona, vel in bonis, & hoc ope dæmonis; ad hoc reducuntur omnia mala, vt infermitates, passiones, amoris, odij, &c. arte dæmonis excitatæ tempestates, & similia.

5 † Incantatio est item vana obseruatio, qua ope dęmonis mediante fiunt mirabilia; Apparet cælum horridum procellis sonantibus: Palatia, amænissima viridaria, item desertæ solitudines, serpentes &c. Aliquando incantatio est maleficium reddens aliquem stolidum, & insensatum, incantationis meminit text. cap. illud. 26. q. 5. & multis alijs in locis, consistit incantatio in moliendo aliquid portentosum, siue solis verbis, siue etiam rebus fiat.

6 Sortilegium, si vim nominis species, est collectio per sortes; cum aliqua veritas, vel definitio alicuius
7 rei per sortes colligitur. † Sortilegium est triplex ex Ang. v. sors nu. 1. diuisorium, quo innotescit quid vnicuiq; tribuendum sit pro dirimendis controuersijs, vel in distribuendis beneficijs sæcularibus tamen, quia in Ecclesiasticis vetitum est, illud autem non est vetitum si fiat rectè, vt apud Doctores. Secundum dicitur consultorium, quod est, cum per sortes inquiritur quid sit agendum, & neq; istud ex sui natura est malum; sed propter periculum mali prohibitum 26. q. 5. §. His ita. Tertium est diuinatorium, quod in eo consistit, quod futura diuinantur arte, vel modo damnatis, quod semper sonat in malum sicut prophetia in bonum.

8 Sortibus nunquam licet vti, cum aliquo modo illicito exercentur, vt dæmonis inuocatione, vel aliqua superstitiosa obseruatione. An autem aliquando liceant etiam sine vana obseruatione, vel pacto dæmonis inuocatione &c. Dic quod diuisorijs licet vti in rebus temporalibus, non autem in spiritualibus, vel Ecclesiasticis Consultorijs licet

in

in caſu neceſſitatis,nam quando adhibitis humanis
medijs nullum ex illis ſupereſt, ad diuinum poſſu-
mus recurrere auxilium, vt ſciamus per ſortes,
quid ſit agendum, quos autem comites debeant
habere Angelus 4. aſſignat. Primò quod fiant de
rebus temporalibus. Secundò quod careant omni
ſuperſtitione. Tertiò quod euentus expectetur à
Deo. Quartò quod oratio humilis, & deuota præ-
mittatur.

9 Dices quæ includuntur in hoc caſu nomine
ſortilegij. Reſpondeo quidquid ſorte colligitur,
ſiue illud ſit dæmonis ope, vel ſine; dummodo arte
vana colligatur; ita communiter Doctores, dum-
modo ſit peccatum mortale iuxta communes regu-
las reſeruationis, quib. docemur, licet poſſint
reſeruari venialia, non tamen de facto reſeruari.
Omnes modi, quibus ope dæmonis, ſiue tacitè, ſiue
expreſsè inuocati, ſiue vana ſuperſtitione nocetur,
vel aliquid agitur; vel non vera ſcientia, ſed vana
prædicitur, vel veritas exquiritur, omnes compre-
henduntur in hoc caſu; & ratio eſt quia ſub his
nominibus veneficij, incantationis, & ſortilegij
10 comprehenduntur; quibus etiam † Aſtrologia
iudiciaria, vt pertinet ad liberos actus, Chiroman-
tia &c. ſimiles artes rectè adnectuntur; quia eorum
prædictiones, vel ſunt arte dæmonis, vel ſorte ex
eis veritas exquiritur, quocunq; modo ſint ſub illis
11 continentur, † ſunt enim ſortilegia; ideſt non ex
natura artis, ſed ſorte collecta, ideò rectè Docto-
res dicunt, potius ſub iſtis includi, quam extenſio-
12 ne trahi. † Neq; puto ita facile eſſe recedendum à
communi ſenſu in verborum interpretatione, ma-
xime vbi agitur de ſalute animæ per ea quæ habet
Iaſon cum alijs ab eo citatis in Auth. Quæ actiones
nu. 25. de Sacroſ. Eccl. accedente etiam tit. Cod.
qui eſt de malefic. & mathemat. Includuntur ergo
omnes ſpecies illorum trium prohibitorum. Nec
eſt recedendum à communi.

13 † Pro praxi autem hanc regulam ex D.Tho.2.2.
q. 96. a. 2. ad 3. ſume. Quotieſcunq; res, quæ
adhibetur, talis eſt, vt naturaliter poſſit effectum
producere, aut cauſare, talis vſus non erit re-
ſeruatus, ſin autem, erit reſeruatus, quia non vt
cauſa, ſed vt ſignum operatur, quando autem ſit
peccatum mortale, dic quod ſemper eſt quoties
interuenit pactum tacitum, vel expreſſum, de reli-
quis dicito vt communiter apud Doctoress, & nos
infra latius trademus de reſeruat. Epiſc.

14 † Ex quibus colliges hunc Religioſum reſerua-
tionem veneficij incurriſſe, cum tali arte malum
procurauerit, quod intellige, etiamſi non ſit ſequu-
tus effectus abortus, quia adhuc malum molitus eſt
arte dæmonis, vel aliqua alia vana ſuperſtitione,
quod ſufficit ad hoc peccatum, in hoc enim conſu-
matur.

15 Quo ad ſecundum quærendum, † quod eſt de
abortu: hic caſus ſub his verbis reſeruatur Procu-
ratio. Auxilium, ſeu conſilium ad abortum facien-
dum poſt animatum fœtum etiam effectu non
ſequto.

16 † Pro intelligentia aduerte hic non reſeruari
ſimpliciter abortum, ſed procurationem, auxilium
& conſilium ad abortum, latum autē eſt diſcrimen
inter iſta, nam ſi reſeruaretur abortus, nunquam
reſeruatio incurretur poſita quacunq; procuratio-
ne, auxilio, vel conſilio, ſed requireretur actualis
abortus, in ſecundo autem caſu ſufficit procuratio
auxilium, vel conſilium, etiam abortu non ſequto.

17 † Aduerte pariter, aliud eſſe procurare abortum,
aliud procurare ſterilitatem, procurare abortum
eſt procurare, vt fœtus perdatur procurare ſterili-
tatem, eſt procurare ne fœtus concipiatur, vtrunq;
eſt maximum peccatum Deum, & naturam offen-
dens, non tamen de vtroq; eſt eadem ratio, quia
abortus dicit perditionem vel hominis efformati,
vel in fieri ad efformationem, quod non dicit ſteri-
litas, ideò vno reſeruato, non eſt alia reſeruata,
& vice verſa de abortu alias aliqua diximus, & quia
non eſt ad rem noſtram plura non adiungemus,
ſed tantum quæ ſunt ad præſens inſtitutum diſqui-
remus.

18 † Tria ergo ſunt inueſtiganda, vt neceſſaria
cognitio de prepoſito caſu habeatur & primo, quid
ſit procuratio, deinde quid ſit conſilium, tandem
quid ſit auxilium.

19 † Procurare, eſt ſtudioſe agere ex animo, &
voluntarie, per ſe, vel per alium, vt effectus ſe-
quatur, etſi poſtea non ſequatur, ideo ille dicitur
procurare abortum, qui ſtudioſe ex voluntate, & ex
animo aliquid agit, per ſe, vel per alium, vt abor-
20 tus ſequatur etiamſi non ſequatur. † Tres autem
modos procurationis abortus aliqui aſſignant,
primum impediendo, ne fœtus concipiatur, quem
tamen ego puto non eſſe ad præſens inſtitutum,
21 † quia abortus eſt eiectio fœtus immaturi, ſiue
animati, ſiue inanimati, cum ergo hic non ſit
procuratio eiectionis fœtus animati vel inanimati,
conſequenter non erit procuratio abortus. Secun-
dum, vt conceptus non animatus excludatur. Ter-
tium, vt animatus eodem modo expellatur, & hos
duos ad præſentem, & ſimiles caſus puto pertinere.
22 † Procuratio autem, quocunq; modo fiat, dummo-
do ſit ordinata ad abortum, ſiue medicamentis, ſiue
ſaltationibus, ſiue percuſſionibus &c. ſemper erit
reſeruata.

23 † Solet autem reſeruatio interdum fieri fœtus
tantum animati, interdum effectu ſequto &c. quæ
formæ reſeruationum ſunt attendendæ, quod ſi
reſeruatio fiat fœtus tantum, nihil vltro addito,
puto includi etiam abortum inanimati, quia adhuc
eſt expulſio fœtus immaturi, & eſt completus actus
in ſuo eſſe. Idem dico etiamſi fœtus eiectus aqua
baptiſmali luſtretur. Imo etiamſi ſuperuiuat, quia
adhuc eſt eiectio fœtus immaturi, neq; reſeruatur
homicidium, ſed abortus.

24 † Procuratio autē debet eſſe ſtudioſa, quia ſi ſit
accidentalis, licet aliunde poſsit eſſe graue pecca-
tum, etiamſi ſit ex actu alias licito, vt ex nimia
copula cum marito, illicita tamen ex nimietate,
25 non tamen erit reſeruata; † Includitur etiam
mandans, quia adhuc dicitur procurare abortum,
26 cum aliquid agat, vt abortus ſequatur. † Si tamen
prohiberetur percuſsio, qua ſequitur abortus
mandans non includeretur, ſed cum prohibeatur
procuratio, vtiq; etiam ad mandantem extenditur,
quia adhuc procurat medio mandatario, ſufficit
27 enim, quod procuret. † Incidit in reſeruatum
dubitans an fœtus ſit animatus, etiamſi prohi-
bitio ſit facta fœtus tantum animati; quia in dubio
melior eſt conditio poſſidentis fœtus autem poſ-
ſidet ius ad vitam, ideo pro illo eſt iudicandum,
& nullum ius habet ad talem actionem abortum
procurans.

28 † Incidit etiam, qui fœtum animatum lædit,
licet putet inanimatum, quia vere procurat ſtu-
dioſe & ex animo abortum talis fœtus, poſſet tamen
excuſari in vtroq; caſu, ſi debita adhibita diligen-
tia, veritatem non potuiſſet inuenire, ego tamen
difficile excuſarem, quia dum cognoſcit ſe facere
actionem malam contra iuſtitiam, intentio non
excuſat,

excusat, excusaret fortasse si actio esset indifferens, & illud non intenderet, quod sequitur. At hic intendit abortum, ergo cum suis qualitatibus, nec
29 contraria intentio releuat. † Neq; verum est dubitantem percutere Petrum Clericum, si Clericum percutiat, non affici excommunicatione, quia vere percutit Clericum & qui amat periculum tectum est, vt lege puniatur, quando non habet ius ad actionem illam.

30 † Procurans tamen abortum non ligatur alio casu homicidij, quia nundum est homo complete si ergo esset reseruatum solum homicidium, procurans, vel abortum faciens non ligaretur reseruatione.

31 † An autem incurrat reseruatum, qui pro tuenda vita, vel honore abortum procurat certum est peccare mortaliter, si fœtus sit animatus, & ego puto certum, etiamsi sit inanimatus, per ea quæ tradit Sanchez & communiter, si vero non procuretur abortus, sed vita matris infirmitate laborantis, & fœtus non sit animatus, puto non esse mortale, sed directe procurare abortum puto semper mortale.

32 † De reseruatione supposita sententia, quod reseruatio sit pœna non puto improbabile, non esse reseruatum; alias incurret, quia talis reseruatio est in fauorem partus illius, & fœtus, cuius perditio procuratur.

33 † Non incidit tamen in reseruatum, qui non habet intentionem, vt abortus fiat, licet sequatur, quia studiose & ex animo illum non procurat, si plura quæris, vide Floronum de casibus reseruatis p. a. casu 5. vbi etiam Doctores, & auctoritates probantes reperes.

34 † Sequitur videndum de consilio, & consilium dare nihil est aliud quam suadere monere instigare, & suggerere aliquid esse faciendum, vel qua ratione, & modo sit faciendum ita colligitur ex l. in furtis §. Concilium ff. de furt. & in simili Siluester verbo excommunicatio. 6. nu. 5. vers. quartum & alij. Duobus ergo modis potest fieri, quod consilium detur, vel vt res fiat, quod tunc est quando quis verbis & rationibus mouere aliquem nititur, vt res illa fiat, & posse rem illam fieri, vel docendo modum, quo res possit fieri, vt admonendo docendo instruendo quomodo sine periculo magis caute &c. possit fieri.

In casum de quo agimus incidit, qui dat consilium modo aliquo ex supradictis ad disperdendum fœtum animatum, siue effectus sequatur siue non.

35 † Dices, si quis suadeat furtum, abortum &c. & suasus tenet furtum, vel abortum, sed non sequatur, eritne suadens ligatus reseruatione? Respondeo in casu nostro esse sine dubio, quia ita se explicat S. Pontifex illis verbis etiam effectu non sequto.

36 † Maior esset difficultas, si reseruaretur consilium datum ad abortum faciendum, sine addito effectu non sequto, an nihilominus consulens incideret, si ille, cui consilium dedit, vel consilium exequtioni non mandet, vel si mandet, effectus non sequatur, de hoc secundo ego puto certum
37 incidere, † etiam si in reseruatione additum esset, efficax consilium, quia vere fuit efficax, peperit enim suum effectum, cum ille, cui consilium fuit datum, consilium fit exequtus: de primo potest esse difficultas, & sistendo in vi verborum, dico adhuc comprehendi, si consilium fuit rationibus efficacibus ad persuadendum confirmatum, quia adhuc est consilium datum efficaciter, efficaciæ enim consilij in hoc sita est, vt apposite sit datum ad suadendum, sine tenetur postea effectus, siue non, adhuc consilium est constitutum in esse suæ efficaciæ, & ideo dicitur consilium efficax, & multo magis casus erit reseruatus, si exprimatur tantum
38 consilium non addito, efficax, † Dices verba cum effectu sunt intelligenda per vulgata iura. Respondeo effectum consilij esse apposite esse datum ad consulendum, & tunc cum effectu consilium dicitur efficax cum appositis rationibus sufficiens
39 est ad effectum producendum. † Dices 2. Consilium dans non tenetur furti, nisi furtum sequatur l. Si quis vxori, §. neq; verbo ff. de furt. & leg.
40 sæpe in fine ff. de verbor. signific. † Respondeo aliud esse teneri furti, aliud incidere in reseruatum, ad obligationem furti nemo tenetur, nisi furtum sequatur in incurrendam reseruationem sufficit peccatum esse in sua malitia completum, & consilium dans, licet non teneatur pœna debita furto, non euadet tamen pœnam debitam malis Consilij. Deinde alio modo proceditur pœnis in foro exteriori, alijs in interiori. Forum enim exterius præsumit non esse datum consilium, nisi sequatur effectus, & tandem pœna furti implicat obligationem refactionis damni, & ideò tali pœna non puuitur; In foro animæ nihil horum attenditur, sed tantum consilium datum. Non desunt tamen, qui contrarium sentiant.

41 † Non incurret tamen reseruationem, qui consilium dedit si eo modo, quo dedit, eodem etiam reuocet, nempe rationibus eodem modo validis, tunc enim, licet sequatur homicidium, abortus &c. non incurret reseruatum. Neque incurret, si ille cui datum est consilium eodem modo erat dispositus ad agendum; quia suo consilio, nec suadet, nec instruit &c.

42 † Tertium quærendum erat, quid sit auxilium dare; estque opem ferre ad abortum faciendum; quocunq; ergo modo quis adiuuet opem ferat &c. incidit in reseruatum, & in casu nostro certum est non requiri, quod effectus sequatur, quia clare loquitur textus etiam effectu non sequto. At puto etiam incidere etiamsi non esset additum, quia
43 adhuc diceretur opem tulisse ad abortum. † Dispositio enim quantumlibet odiosa, & pœnalis includit omnia, quæ verba proprie significant l. Cum lege, adiuncta Glossa, & doctrina Aretini communiter recepta ff. de testam.

44 † Tertium principale dubium est de apertione litterarum; quæ sub his verbis reseruatur malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum à superioribus ad inferiores, & ab infe-
45 rioribus ad superiores. † Ad Quem casum incurrendum sufficit quælibet recensitarum actionum, nec est necesse, quod singulæ simul conueniant, indicat istud illa particula, aut, disiunctiua ita tamen, quod quælibet illarum sit malitiosa, Nisi ergo fiat malitiose non erit reseruata.

46 † Primum est impedimentum litterarum, quod est detentio, vel interceptio, vel quilibet alius modo, quo efficitur, ne litteræ perueniat ad superiorem, vel ad inferiorem respectiue reseruatur ergo retardatio, detentioque litterarum, ne debito
47 tempore perueniant; † In hoc casu distinguitur impedimentum à retardatione, quod impedimentum includit, quod numquam perueniant litteræ, retardatio verò, quod debito tempore non per-
48 ueniant. † Apertio litterarum de suo formali dicit tantum fractionem sigilli, ille enim formaliter dicitur

dicitur aperire litteras, qui earum clausuram frangit. Quod si Summus Pontifex voluisset significare lectionem sciuisset illam ponere, cum ergo dicat apertionem de apertione est intelligendus, iuxta iura vulgata: deinde si de lectione esset intelligendus daretur facile casus quo dispositio eluderetur. Nam sciat Caius inferiorem scribere ad superiorem litteras contra Seium carissimum suum amicum, has litteras aperiat, nec legat, reponat tamen in loco, in quo facile eas reperiat Seius, qui eas legat nemo incidet in reseruatum non aperiens, quia non legit, non legens, quia nec aperuit, nec apertionis fuit complex; ergo neuter incidet, & sic dispositio eludetur maneat ergo quod sufficit
49 † malitiosa apertio, quæ grauem irrogat iniuriam
50 mittenti, & recepturo, dum fit malitiose.† Litteræ debent esse alicuius momenti, ita vt eius apertio iure reputetur peccatum mortale; non tamen necesse est quod fiat in damnum tertij, sed sufficit quod sint de re graui.
51 † Excusaretur à reseruatione, qui litteras huiusmodi impediret retardaret &c. Si certus esset in illis contineri aliquid falsum in sui præiudicium, ita vt contra iustitiam aliquod damnum esset passurus, quando ex in aduertentia aperiuntur, quando bono fine reterdantur etiam ne altri contra iustitiam aliquod malum inferatur, quia istæ non sunt actiones malitiosæ. Neque credendum est Summum Pontificem velle suis decretis souere in-
52 iustias. † Dixi tamen, dummodo sciatur tale quid in illis litteris contineri, quia in dubio non concederem, quia superior, vel inferior habet ius certum, ne suæ litteræ aperiantur, quod non est æquum tolli isto dubio.
53 † Quartum principale dubium est de egressu nocturno, qui casus sub his verbis reseruatur. Nocturna, & furtiua è monasterio, seu conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta. Pro cuius solutione videnda sunt, quę supra diximus de Apostatis, quoad monasterium, & conuentum.
54 De reliquis; † Dico tria requiri, vt casus iste sit reseruatus, quod egressio sit extra conuentum, vel monasterium. 2. Quod sit nocturna. 3. Quod sit furtiua. Non addo, quod sit peccatum mortale, quia hoc est commune omnibus reseruatis. De primò
55 iam supra dictum est; de secundò, † noturna egressio est illa, quæ fit ab ortu stellæ vespertinæ vsque ad ortum auroræ, ille enim est principium noctis, iste diei.
56 † Furtiua egressio dicitur illa, quæ est sine superioris licentia, nec puto referre quod sit occulta, vel publica, quia adhoc, vt quid sit furtiuum, non requiritur, quod sit occultum, sed quod sit factum verò domino inuito, sicuti enim res ablata, siue meridi ana luce omnibus videntibus, siue media nocte nullo spectatore, si inuito domino surripiatur est furtum ita & egressio erit furtiua si fiat inuito superiore.

Quotiescumque ergo Religiosus egredietur è monasterio furtiue idest sine licentia superioris, & de nocte idest ab ortu Hesperis vsque ad ortum surgentis auroræ (quæ tempora non dicuntur nox) etiamsi egrediatur animo non apostatandi, incidet in reseruatum.

57 Quando † autem talis egressus sit peccatum mortale, non potest dari certa regula, quia iuxta veritas religionum constitutiones, & consuetudines varia sunt peccata, ideò secundum ea est indicandum.

58 † Nundum tamen introducta consuetudine, non potest superior valide dare licentias exeundi tem-
59 poribus prohibitis, nisi iusta causa existente. † Nec, paruitas egressus admittitur, quando opus in illa integrum perficitur, præcipue in illis quæ sunt in fauorem animæ, & religionis.
60 † Fugiens tamen è monasterio ob nimiam sæuitiam superioris, vel, vt appellet, & recurrat ad maiorem superiorem probabiliter dicitur non incurrere, quia hoc ex solita legum interpretatione videtur exclusum vide Coriolanum ad hunc casum, & leges Papæ explicandæ sunt vniformiter in pari casu. Incurret tamen alias pœnas. si quæ ex statutis, & Constitutionibus religionum erunt inflictæ.
61 † Quintum quærendum est de manus falsificatione; quæ sub his verbis reseruatur. Falsificatio manus, aut sigilli officialium conuentus, aut mona-
62 sterij. Noto pro intelligentia † aliud esse falsificare litteras, aliud falsificare manum, ille enim litteras falsificat, qui litteras iam expeditas in aliqua parte vitiat, non enim amplius sunt veræ, sed falsæ litteræ, manum autem falsificat, qui fingit manum illius, cuius non est, in casu nostro sufficit quod immutetur veritas manus, idest quod scriptura, vel non sit illius, cuius fingitur, vel non sit eadem, & hoc fiat dolo, vel fraude, his igitur modis quotiescumque fingitur scriptura, vel immutatur erit casus reseruatus; quia est falsificatio
63 manus; † vsus tamen obtinuit, vt falsificare litteras dicatur etiam ille, qui nouas falsas facit, de rigore tamen hoc non venit, quia vt falsificentur supponi debent iam factæ: vere tamen in rigore dicitur falsificare manum, qui manum fingendo etiam nouas litteras facit.
64 † Falsificare sigillum dicitur ille, qui fingit rem illam, qua littera obsignatur aliquo signo indicante, cuius sit Falsificatur autem sigillum appositione non sigilli eiusdem officialis, sed alterius ad similitudinem illius effecti, vel etiam appositione eiusdem, sed sine officialis assensu, hoc enim modo dicitur falsificatum sigillum, quia sicuti debet vere significare assensum apponentis, falso id significat, & hoc vetum est tam in litteris veris, quam in litteris falsis; dicitur etiam falsificare sigillum, qui sigillum à vera scriptura remouet; vide de hac materia cap. licet regimen; de crimine falsi, & multa apud scribentes in Bullam Cænæ excomm. 6. Requiritur tamen quod fiat dolo, vel fraude, & sufficit etiamsi non fit in damnum tertij.
65 † Nomine officialis monasterij veniunt omnes de conuentu, qui alicui officio cum superioritate præsunt, qui autem sint, hoc vnusquisq; debet petere à proprio instituto, & videre qui dicantur officiales: & tunc aperte colliget qui sint illi, qui falsificantes litteras, vel sigillum officialis incidant in reseruatum.
66 † Sextum ex propositis quærendum est de falso iuramento, quod sub his verbis reseruatur iuramentum falsum in iuditio regulari, seu legitimo. Suppono hic definitionem iuramenti, & cognitionem iuditij legitimi ex quæ alijs de illis longos tractatus conficientibus est petenda.
67 Quod est ad rem nostram. † Iuramentum falsum est inuocatio rei Sacræ in confirmationem alicuius dicti, vel facti, non veri, animo falsum dicendi, in iudicio regulari, seu legitimo dixi in iudicio regulari, seu legitimo idest facto à superioribus regularibus, seu Papa vel Sacra Congregatione, vel ab alijs de eorum mandato.
68 † Ligatur ergo hoc casu quisquis sciens falsum firmat

firmat suo iuramento in dictis iudicijs.

69 † Non incidit autem qui à iudice incompetente, vel non seruato iuris ordine debito iurat, quia, cum non possit tali modo interrogari, neque tenetur respondere, & si respondeat non respondet in legitimo iuditio. Neque incidit, qui debita adhibita diligentia falsum iurat putans se dicere verum. Quod si debita non adhibita diligentia falsum iurat, & aliquam habuit aduertentiam omissæ diligentiæ, quæ sufficiat ad mortale, incidit, quia adhuc volens voluntate sufficiente ad constituendum falsum iuramentum, iurat.

70 † Quæres primò. An æquiuocans in dicto iuditio regulari, incidat in reseruatum: Respondeo si legitimum non sit iudicium, vel iuris ordo non seruetur, non est periurus, quia iuramentum debet esse præstitum in iuditio legitimo, nec iudici, vel iudicio facit iniuriam. Si verò iuditium sit legitimum, & iuris ordo seruatus, puto esse periurum æquiuocantem, quia tenetur respondere ad mentem interrogantis, non secundum propriam, & dum non se conformat menti interrogantis iurat falsum, cum iudex habeat ius expiscandi verum ex responsione interrogati. Quod si verum esset æquiuocantem non teneri respondere, hic casus nullus esset; posset enim quilibet interrogatus vti æquiuocatione, & sic eluderetur ista dispositio. Neque in hoc iuditio necesse est iurare mendacium, sed sufficit volentem iurare falsum, hoc autem est falsum, licet non sit contra mentem iurantis, & in reseruatione est appositum verbum falsum, non mendax iuramentum, verba autem sunt sumenda in sua significatione si enim Pontifex voluisset dicere mendax, non falsum, vtique sciuisset. An incidant in hunc casum nouitij dic, vt supra dictum est, in alijs casibus, non enim quoad illos iuditium est regulare, cum vere non sint religiosi, licet sint subiecti iuditio Prælatorum.

71 † Quæres secundò. An falsum dicens in iuditio arbitrario ligetur reseruatione. Respondeo ligari Ratio est quia adhuc est iuditium, & arbiter dicitur iudex, nec est ratio sufficiens, qua eximatur; Nec refert, quod vnum iuditium ab alio distinguatur quoad aliqua, adhuc enim est iuditium, & militat eadem ratio, ergo, & eadem dispositio, & est legitimum iuditium.

72 † Quæres tertiò. An mandans rogans, vel alio modo efficiens, vt ab alio falsum iuretur incidat in reseruationem. Respondeo non incurrere, quia in reseruatione isti non exprimuntur. Ex quibus colliges in casu nostro non compræhendi fratrem qui rogauit, vt falsum testimonium diceretur, & in alijs, quando falsum iurans incurratur.

73 † Septimum quæsitum est de vulneratione. Reseruatur autem hoc modo. Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiuscunque personæ. Tria reseruantur, occisio, vulneratio, seu grauis percussio. Quid sit occisio, omnibus patet. Potest autem homicidium esse voluntarium directe, vel indirecte, vel casuale; quorum cognitionem suppono ex alijs. Homicidium directe volitum certe includitur Indirecte volitum an sit reseruatum; pro elucidatione, dubitatur primò.

74 † An religiosus aggressus ab aliquo, & ad necem impetitus, si alio modo non possit eripere se ipsum à periculo, nisi inuadentem occidendo, vel alium lædendo, vt v. g. quia equo insidens non potest fugere nisi iacentem in via offendat, & lædat, si quid huiusmodi faciat, incidat in reseruatum.

Pro responsione, dico aliud esse reseruare simpliciter homicidium, aliud reseruare homicidium voluntarium, licet enim nullum homicidium reseruetur, quod non sit voluntarium, & ideò appositione illius vocis, voluntarium, nihil videatur addi re tamen vera additur quid valde considerabile; ideò

75 accipe sequentia † Ad hoc, vt reseruatio sit de crimine graui, vel etiam grauissimo, non est necesse quod sit de grauissimo in eadem specie, sed sufficit quod in se graue sit, v. g. quando reseruatur blasfemia, non est necesse, quod reseruatio sit tantum de grauissima, vt est hæreticalis, sed sufficit quod sit blasfemia grauis, & de qualibet blasfemia intelligitur reseruatio, quæ fit sub nomine blasfæmiæ, & numquam restringitur nisi restrictio in reseruatione explicetur. Deinde quodlibet homicidum, dummodo sit mortale, maxime dedecet religiosum, & magnis pœnis afficitur, vtpotè irregularitate, quod si homicidium aliqua ratione cohonestetur, vt excludat omnimodam volnntatem, irregularitas quæ ob tale homicidium incurritur, dispensatione tollitur, quod si plene sit volitum, & simpliciter dicatur voluntarium irregularitas quæ ex illo prouenit, nisi maxime interueniente causa non tollitur, & de similli dispensatione requisitus Clemens ille Pontifex vere maximus, dico VIII. ita respondit Virum Sanguinum, & dolosum abominatur dominus; est ergo homicidium quocumque modo voluntarium in Religioso delictum graue, & atrox nisi aliqua ratione cohonestetur. Ex quibus infero ad reseruationem homicidij non requiri quod sit cum illa qualitate voluntarij atrox, sed sufficere atrocitatem quam ex sui natura habet. Et ergo homicidium dupliciter voluntarium. Primò Ea voluntate, qua ex sua natura est atrox delictum. Secundò Ea voluntate, qua ex legislatoris dispositione qualificatur; Reseruationi, quæ sub his vocibus fit, homicidium, vulneratio &c. vt in casu nostro sufficit, quod sit voluntarium voluntate quæ sufficit atrocitati ex rei natura. Ad reseruationem autem homicidij facti sub his verbis homicidium voluntarium, requiritur quod sit voluntarium secundum mentem disponentis. Sed dices quod est vtrumque istud voluntarium? Respondeo. Ad constituendum homicidium voluntarium ex natura actus: sufficit, quod sit volitum aliquo modo mortaliter peccaminoso, qui autem isti modi sint, vide benigne lector apud Doctores, qui ad saturitatem de hac re agunt. Mihi sufficit ad propositum adnotare non omnes illos modos constituere homicidium graue in genere homicidij, vt v. g. fugiens in casu proposito offendit iacentem in via potest quidem fieri quod ex eo quod non omnem adhibuit diligentiam in euitanda illius offensione peccet mortaliter, item ab inimico eggressus, aggressorem lædit, & in hoc casu potest quidem fieri quod non seruando omnimode moderamen inculpatæ tutelæ, & quidem mortaliter, attamen talis læsio, vel homicidium, quia vestitur circumstantia necessariæ defensionis, non erit atrox in ratione homicidij: At, si sacerdos dans operam rei illicitæ, vt venationi, iaculationi saggitarum ad scopum, si nulla adhibita diligentia, & orta sufficienti suspicione ad constituendum mortale hominem interficiat, cum talis actio nulla circumstantia cohonestetur, certe hoc erit homicidium graue, & sufficienter atrox ad pœnas, & ideò satis erit voluntarium, quod sufficit ad reseruationem cum simpliciter reseruatur homicidium nullo alio addito.

additio. Cum vero additur voluntarium aliqua alia qualitas videtur addita quæ autem sit ista: ita explico. Voluntarium est illud quod dolo, & malo animo seu intentione occidendi fit, l. 1. ff. de sicari cap. Sicut dignum, de homicid. cum ergo additur voluntarium additur ista qualitas, cum dolo, & intentione occidendi. Si verò non addatur adhuc remanet sufficienter voluntarium, & graue pro reseruatione.

76 † Non erit autem reseruatum cum debita adhibita diligentia sequitur, licet detur opera rei illicitæ quia satis cohonestatur sufficienti diligentia, quæ etiam excusat à peccato. Quando autem sit adhibita, vel non sufficiens diligentia, remittitur iuditio prudentis confessarij. Ex istis facile solues fere omnes difficultates, quæ circa reseruationem istam possunt accidere.

77 † Sequitur vulneratio: quæ est carnis non qualisqualis, sed grauis incisio. Ad reseruationem autem incurrendam requiritur quod sit grauis, & iniuriosa incisio carnis hominis viuentis.

78 Requiritur quod sit grauis incisio non autem grauis vulneratio, quia grauis incisio quę constituit vulnerationem sufficit pro reseruatione, & videtur colligi ex ipso textu qui grauitatem requirit in percussione non autem in vulneratione, & tamen facile fuisset, illud adiectiuum, grauis anteponere ambobus, quod cum non sit factum dicendum est in vno requiri non autem in alio, quia primum in suo esse constitutum, est satis de se graue, non verò secundum; dicitur iniuriosa, quia, nisi sit talis, nec est mortaliter peccaminosa, quod diximus sæpius requiri ad reseruationem.

79 Percussio est ictus inflictio sine sanguinis effusione. Quoad præsens debet esse grauis. Quæ autem sit grauis remittitur inditio prudentis viri, & hic possunt applicari multa quæ dicuntur de percussio-
80 ne clerici, † dixi quædam quia hic non venit consideranda qualitas personæ, sed tantum qualitas ictus, quæ tamen venit consideranda in Clerici percussione, cum sit inducta talis excommunicatio ob excellentiam personæ.

81 † In dubio an percussio sit grauis, vel non arbitrabitur vir prudens non esse grauem quia adhoc, vt sit reseruata debet esse perfecta actio in suo esse, cum ergo debeat esse grauis, & sit tantum dubia, sequitur, quod non sit iudicanda reseruata.

Dicitur cuiuscumque personæ, quibus verbis comprehenduntur homines vtriusque sexus cuiuscuis status conditionis ac religionis: Quando tamen vnus religiosus percutit alium ligatur excommunicatione. Si quis suadente &c.

82 † Qui venena propinat non incurrit hanc reseruationem, quæ terminatur ad occasionem, vulnerationem, vel grauem percussionem cum iniuria corporis. Incurreret fortasse in excommunicationem Canonis qua prohibetur quælibet actio iniuriosa quomodolibet.

83 † An autem mandans percutere vulnerare, vel occidere incurrat hanc reseruationem. Respondeo non incurrere, quia dicitur tantum ficte facere mandans, & fictio non reseruatur.

84 Aliquas † alias dubitationes, verb. gratia, an intendens solum percutere si ex percussione sequatur mors, in reseruationem homicidij &c. huiusmodi volens prætermitto quia similes disputationes ad propositum non puto necessarias, cum ipsamet vulneratio, vel percussio sit reseruata, & ideò quocumque modo sequatur homicidium actio illa erit reseruata. Quoad alios effectus non est hæc sedes illarum disputationum, cum agamus solum de reseruatione.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur casus.*
2 *Ex quibus oriatur difficultas.*
3 *Referuntur aliqua ad hoc ex Gellio, & Macrobio valde pulchra.*
4 *Adferuntur aliqui textus.*
5 *Obligatio præbendi lac filijs iure naturæ matribus est imposita.*
Non peccant lac non præbentes si id iusta aliqua de causa non præstent.
6 *Quæ sint causa matres excusantes.*
7 *Matres sine causa lac non præbentes suis filijs an peccent, & quomodo.*
8 *Parentes proprios filios hospitalibus exponentes an peccent.*
9 *Exponens filium legitimum hospitali, quia aliter non potest illum alere non peccat.*
10 *Exponens proprium filium hospitali, vt filios magnatum lactet, non excusatur à peccato, nisi graui causa intercedente.*
11 *Exponens filium legitimum hospitali, vt lucretur peccat mortaliter.*
12 *Exponens filium legitimum hospitali an teneatur hospitali de expensis.*
13 *Mittentes filios illegittimos ad Hospitale, an peccent.*
14 *An exponentes illegitimos teneantur hospitali de expensis.*
15 *Legitimos filios tenetur alere pater mater tenetur illis præbere lac.*
Non tenetur facere alias expensas.
16 *Illegitimos tenetur lactare mater, vel suis sumptibus curare, vt lactentur primo triennio.*
17 *Elapso triennio tenetur pater ad expensas illegitimi donec possit se ipso ali.*
18 *In defectu patris alere prolem spectat ad auum paternum, deficiente patre, & auo obligatio deuoluitur ad matrem.*
19 *Deficiente etiam matre tenetur auus maternus, vel alij ascendentes donec proles possit sibi ipsi consulere.*
Hospitali ex quadam æquitate semper tenetur pater; de rigore iuris non apparet, quare non teneatur etiam mater pro eo tempore, quo tenetur per se, vel per aliam lactare.
20 *Resoluitur totum dubium.*

De Matre lac non præbente filio, & de alia exponente lactandum hospitali.

L X X X V I I I.

1 DVæ † Matres, vna nobilitate, altera paupertate se excusant ab obligatione præbendi lac proprijs filijs ideò vtraque petit an nobilis excusetur à mortali tradendo proprios filios nutricibus, pauper an excusetur hospitali exponendo. Vtrumq; videbitur.

2 † Excitatur ista difficultas, quia tam apud profanos quam apud Religiosos viros matres leguntur obligatæ iure naturæ præbere lac proprijs filijs, & videntur obligari vrgentibus verbis quæ possunt
3 reputari sufficientia ad inducendum mortale. † Et primo apud profanos Macrobius lib. 5. cap. 11. Satur. ex Azorio ita habet. Hinc est quod prouidentia naturæ facit cum partu alimoniæ copiam

 nasci.

nasci. Nam postquam sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus efformauit, atq; aluit, aduentante iam partus tempore idem ad superna corporis materni conscendens in materiam lactis albescit vt recens natis idem fit altor, qui fuerat fabricator; & Plutarcus in opusculo de liberis educandis ait. Ideo duo data sunt vbera matribus, vt si mater vno partu gemellos edidisset, vterque haberet sui alimenti fontem: Rationes autem optime explicat Phauorinus apud Gelium lib. 12. Noct. Artic. cap. 1. ex eodem Azorio dum suadens cuidam nobilissimæ fœminæ, vt per se ipsam suis filijs lac præberet ita fatur. Quod est hoc contra naturam matrum imperfectum, ac dimidiatum matris genus? peperisse, ac statim abs se abiecisse, aluisse in vtero nescio quid, quod non videret, non alere nunc suo lacte, quod videt iam viuentem, iam hominem, iam matris officia implorantem? An tu quoq; putas naturam fœminis mammarum vbera tanquam quosdam næuulos venustiores non liberorum alendorum; sed ornandi pectoris gratia dedisse? Sic enim quod à nobis scilicet abest pleræq; istę prodigiosę mulieres fontem illum sanctissimum corporis humani educatorem arefacere, & extinguere, cum periculo quoq; auersi, corruptiq; lactis laborant tamquam pulchritudinis sibi insignia deuenustet; quantulum hinc abest, iam perfectum, iam genitum, iam filium proprij atq; consueti, atq; cogniti sanguinis alimonia priuare? Sed nihil interest (hoc enim dicitur) dum alatur, & viuat, cuius id lacte fiat: Cur igitur iste, qui hoc dicit, si in capescendis naturæ sensibus tam absurduit, non id quoq; nihil interesse putat in corpore cuiusque ex sanguine concretus homo, & coalitus sit? An quia calore, & spiritu multo exalbuit, non idem sanguis nunc est in vbetibus, qui in vtero fuit? Nonne hac quoq; in re solettia naturæ euidens est, quod posteaquam sanguis ille opifex in penetralibus suis corpus hominis finxit, adueniente iam partus tempore in supernas se partes profert, & ad foueuda vitæ, atq; lucis rudimenta præsto est, & recens natis notum, & familiarem victum offert. Quamobrem non frustra creditum est sicuti valeat ad fingendas animi, atq; corporis similitudines vis, & natura seminis, non secus ad eandem rem lactis quoq; & proprietates valere. Neq; in hominibus id solum, sed in pecudibus quoq; animaduersum. Nam si ouium lacte hædi, aut capratum agni alerentur constat firmè in his lanam duriorem, in illis capillū gigni teneriotem. In arbotibus etiam, & frugibus maior plerumq; vis, & potestas est, ad earum indolem vel detrectandam, vel augendam aquarum, atq; tetrarum, quæ alunt, quam ipsius, quod iacitur seminis: Ac sæpè videas arborem lætam, & nitentem in locum alium transpositam deterioris terræ succo deperijsse. Quæ (malum) igitur ratio est nobilitatem istam nati modo hominis, corpusq; & animum benignè ingenitis primordijs inchoatum insitiuo degenereq; alimento lactis alieni corrumpere? præsertim si ista, quam ad præbendum lac tunc adhibebitis aut serua, aut serualis, & vt plerumq; solet externæ atq; barbaræ nationis, si improba, si informis, si tumulenta est. Nam plerumq; sine discrimine quæcunque id temporis lactens est adhiberi solet. Patiemurne igitur infantem hunc nostrum perniciosio contagio infici, & spiritum ducere in animum, atq; in corpus suum, ex corpore, & animo deterrimo? Idipsum est, quod sæpenumero miramur quosdam pudicarum mulierum liberos parentum suorum neque corporibus, neq; animis similes existere, qunniam videlicet in moribus exolescendis magnam fere partem ingenium altricis, & natura lactis tenet, quæ iam à principio imbuta paterni seminis concretione ex matris etiam corpore, & animo recentem indolem configurat. Et præter hæc, quis illud etiam negligere aspernarique possit, quod quæ patres suos deserunt ablegantque à se se, & alijs nutriendos dedunt vinculum illud, coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filijs natura consociat, interscindunt aut certe quidem diluunt deteruntque. Nam vbi infantis aliorsum dati facta ex oculis amotio est, vigor ille maternæ fragrantiæ sensim atque paulatim restringitur, omnisque impatientissimæ solicitudinis strepitus consilescit. Neq; multo minor amandati ad nutricem aliam filij, quam morte amissi, obliuio est; ipsius quoq; infantis affectio animi, amoris, consuetudinis in ea sola, vnde alitur, occupatur. Et proinde (vt in expositis vsuuenit) matris, quæ genuit, neque sensum vllum, neque desiderium capit, ac propterea obliteratis, & abolitis natiuæ pietatis alimentis quidquid ita educati liberi amare patrem atq; matrem vident magnam fere partem, nunquam naturalis ille amor, sed ciuilis, & opinabilis, ita Phaorinus, ex quibus patet obligationem esse naturalem, & in re graui.

4 Huic iuri naturali videntur niti leges decernentes matrem teneri alere filium per triennium à natiuitate, ita tamen vt si alias expensas præter requisitas ad alendum faciant pro filio possit repetere à marito, l. Nec filium Cod. de Patr. posth. quod videtur manifestè demonstrare obligationem præbendi lac: quæ obligatio ex Greg. allegato à Grat. cap. Ad eius dist. 5. videtur esse grauis ex illis verbis: Praua autem consuetudo in coniugatorum moribus irrepsit, vt filios suos quos gignunt nutrire mulieres contemnant eosque ad nutriendum alijs mulieribus tradant, quod videlicet ex sola carnis incontinentia videtur fuisse inuentum, quia dum se continere nolunt despiciunt lactare quos gignunt. Cum ergo mater iure naturæ teneatur lac per se ipsam filijs suis præbere, & consuetudo aliter faciendi dicatur à Gregorio praua, quod innuit magnam deformitatem videtur sequi obligationem esse sub mortali. Quando enim consuetudo dicitur praua indicatur, quod non possit induci: Si ergo non potest induci talis consuetudo, obligatio alendi proprio lacte debet esse grauis. De hac obligatione latè Tiraquel. de nobilit. cap. 26. num. 76. Pro solutione difficultatis.

5 † Dico primo obligationem matrum lactandi filios esse quidem de iure naturali; patet ex supradictis, & ipsa natura videtur dictare matres debere nutrire quos genuere.

Dico tamen secundò matres cum causa non præbentes lac proprijs filijs nullo modo peccare: Quia excusantur ab obligatione mediante causa honesta.

6 † Dico tertiò causas excusantes matres à nutriendis proprijs filijs proprio lacte esse; Cum matres adeo sunt imbecilles natura, vt vix sine vitæ dispendio, vel periculo lac filijs præbere queant, Nauar. in manual, cap. 14. num. 17. Couar. in epit. p. 2. cap. 8. §. 6. num. 13. ex Azone Bald. Paul. Bart. Abbate, & Præpos. Cum mater adeo est inops, vt aliunde sibi victum quærere non possit, Nauar. ibidem. Item cum mater est adeo nobilis, atque illustris, vt eam non deceat filios proprio lacte nutrire; quod intelligunt Azo. Bart. Bald. Abbas,

Abbas, & Præpositus, vt citat Couar. loco cit. in ijs locis verum habere, vbi consuetudine inductum est, vt fœminæ illustri loco natæ filios proprio lacte non nutriant, quod admittit etiam Azorius tom. 2. lib. 2. cap. 4. q. 4. dummodo non sit recens, sed antiqua consuetudo, acsi Gregorius esset intelligendus de abusu, vt contradistinguitur à legitima consuetudine, non vt illam omninò neget posse introduci. Quartò teste Abbate in cap. cum haberet, de eo qui duxit &c. Quando mortuo viro, vel diuórtio facto mulier est ingressa Monasterium, vt vitæ religiosæ studeat. Quintò quando sine dedecore, & infamia filium lactare non potest. His non concurrentibus, vel aliquo istorum matres peccant proprio lacte non alendo, quia tunc est abusus, qui à Gregorio reprehenditur.

7 Dico 4. † matres sine causa proprios filios lacte proprio non nutrientes necdum temere, & facile esse damnandas culpæ læthalis, ita Azorius loco cit. §. si tamen quæras; dummodo eos tradant alendos mulieribus bonæ vitæ ac morigeratis, à quibus diligenter alantur; & tales matres peccati mortalis non damnat, neque Nauar. quia charitas, vel pietas debita filio grauiter non læditur, subdit tamen Azorius esse culpam venialem, non leuem, nec paruam videatur Nauar. loco cit. Clauis regia lib. 7. cap. 7. Azor. loco cit. Reginal. lib. 20. num. 22. Sanchez de matr. lib. 4. disp. 26. Hortantur autem matres etiam nobilissimas ad lac per se ipsas proprijs filijs præbendum per ea quæ ex Phaorino apud Gelium adducta sunt digna certe quæ sæpissime legantur.

8 † Quoad secundum difficultatem. An parentes pauperes exponentes proprios filios hospitalibus peccent? Respondeo vel exponunt necessitate pressi quia alias sibi, & filijs non possunt consulere; vel rogati à magnatibus, vt proprios filios exponant, vt lactentur eorundem magnatorum filij; vel exponunt nulla necessitate ducti, sed sola auiditate lucri. Et quoniam in hanc materiam incidimus aliqua tam de expositione legitimorum quam illegitimorum trademus. Quoad legitimos ergo.

9 † Dico 1. Qui filium legitimum hospitali exponit, quia aliter filio, vel sibi non potest consulere, non peccat: probatur, quia necessitate excusatur à præstatione debiti officij filio; & hospitale non læditur, quia est locus charitatis ad tales necessitates subleuandas erectus; vt patet ex communi vsu, & consuetudine.

10 † Dico 2. Parentes exponentes proprios filios, vt filios magnatum lactent, non excusantur à peccato, nisi aliqua subsit vrgens ratio, & causa, non qualiscunque, sed grauis excusat: Ratio est quia obligatio erga suos filios est naturalis, à qua, vt excusentur, debet grauis causa intercedere, & non est leuis iniuria, quæ infertur exposito.

11 † Dico 3. Si hoc faciant tantum, vt lucrentur, peccant mortaliter, ita Nauar. loc. cit. Reginald. Couar. & alij, Siluester verbo Adulterium quæst. 5. Tolet. lib. 5. cap. 1. num. 11. Sà verbo Parentes num. 3. & ratio est supra expressa, quia obligationem suam naturalem contemnunt, & filio magnum dedecus inurunt, nulla legitima causa excusante.

12 † Dico 4. Exponentes filios suos legitimos hospitali ob necessitatem, non tenentur hospitali pro expensis, ratio est quia necessitas excusat; Si tamen necessitas non est adeo grauis, quin possint aliqua ex parte satisfacere puto ad id teneri, quia hospitalia pro legitimis non sunt erecta, nisi tamen sint talia, quæ etiam pauperes legitimos recipiat tali enim casu non adeo rigorosè procederem, cum verè expositus sit pauper.

13 † De filijs illegitimis. Dico 1. Parentes eos mittentes ad hospitale non peccant, quia filijs nullam inferunt iniuriam cum enim sint ex illicito modo geniti parum refert à quibus lac recipiant. Inhonesta enim mater non est melior nutricibus hospitalis.

14 † Dico 2. Si hospitale est ex illis quæ ad similes partus suscipiendos sunt erecta, nec ad aliquid tribuendum parentes sunt obligandi: ratio est, quia piæ fidelium eleemosinæ, & legata satisfaciunt, & ita vsu receptum est. Sin autem hospitalia ex ijs sunt; sed consuetudo, vel eorum institutio est, vt aliquid soluatur, tenentur parentes iuxta vsitatum morem satisfacere.

Sed dices cui incumbit onus alendi filios legitimos, & illegitimos, & cui incumbit onus soluendi expensas hospitali, sicubi sunt soluendæ.

15 † Dico 1. Legitimos filios alere absolute tenetur pater, nec quidquam spectat ad matrem nisi lac præbere, ad alias expensas non tenetur. Vide Layman lib. 5. tract. 10. par. 3. c. 8. Lac tenetur præbere mater naturaliter, natura enim id ei attribuit. Alias expensas tenetur pater imo etiam ad eas quæ fiunt in lactando si lac matris non sufficiat: ad hoc enim dotem recipit, vt onera matrimonij sustineat. Faber Instit. de iure nat. gent. & ciuil. apud Layman loco cit.

16 † Dico 2. Alere illegitimos primo triennio lac præbendo, vel suis sumptibus ab alijs curando ali spectat ad matrem l. Nec filium C. de patr. pot. & cap. fin. de Conuer. infidel. Less. de iust. lib. 2. c. 19. dub. 6. Molin. tract. 2. disp. 108.

17 † Dico 3. Post triennium tenetur pater vsque dum proles propria arte, industria, vel labore possit sibi consulere, dicta, l. Nec filium cum Gloss. C. de Patr. pot. Expensas tamen, si quas faciat maiores mater, potest repetere à patre, vt supra.

18 † Dico 4. In defectu patris, auus paternus prolem alere tenetur, Deficientibus verò istis obligatio ad matrem deuoluitur, l. Si quis à liberis §. solent. ff. de lib agnosc.

19 † Dico 5. Deficiente etiam matre tenentur Auus, alijque ascendentes materni, vsquequo possit filius sua arte, labore, vel industria sibi ipsi alimenta acquirere.

Hospitali tamen semper tenetur pater satisfacere secundum quandam æquitatem, quia videtur inconueniens matrem obligare: Cæterum de rigore iuris non apparet quare non teneatur satisfacere hospitali pro eo tempore, quo tenetur etiam, vel per se, vel per aliam lac præbere.

20 † Ex quibus soluta videtur difficultas si dicamus matrem iure naturæ teneri lactare proprium filium, & peccare cum sine causa renuit id præstare: Exponentem verò hospitali, si id necessitate faciant non peccare: peccare autem si id faciat sine graui, & vrgenti causa, & si hospitale sit tale quod pro legitimis non sit erectum teneri satisfacere, cætera dic, vt suo loco.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Quæ & quot sint discutienda.*
3 *Notandum pro dicendis.*

4 *Vbi*

4 *Vbi sita sit difficultas ostenditur.*
5 *Quid sit peccare peccato gulæ, & quid fractione ieiunij.*
Quid sit gulæ idest peccatum gulæ.
Quinque modis peccatur peccato gulæ.
Aliæ species circumstantiarum contra quas in ieiunio peccatur, vt sunt contra alias virtutes ita constituunt diuersa peccata, comedere ante sumptionem Eucharistiæ erit sacrilegium non peccatum gulæ.
6 *Gula potest esse peccatum mortale, & veniale.*
7 *Quando sit peccatum mortale, & explicatur primus modus.*
8 *Explicatur tertius modus quomodo peccatum gulæ sit mortale.*
9 *Colligitur quod est dictum supra.*
10 *Ebrietas non est peccatum gulæ.*
In quo consistat ebrietas.
11 *Quid sit ebrietas quoad quid nominis.*
12 *Dupliciter sumitur ebrietas.*
13 *Priuatio vsus rationis dupliciter fit naturaliter, et violēter, explicatur quomodo fiat naturaliter*
14 *Explicatur modus violentus.*
15 *Ebrietas de sui natura est mortale.*
16 *Non est adeo intrinsece mala, quin aliquando possit permitti.*
17 *Peccat mortaliter, qui est causa inebriationis.*
18 *Adeundo Mediolanum, vt carnes edat non peccat peccato gulæ mortaliter, an venialiter traditur Regula ad dignoscendum.*
19 *Existens extra patriam, non seruans præceptum ieiunij, quod viget in patria, non peccat.*
20 *Non tenetur legibus patriæ existens extra patriam.*
21 *Summus Pontifex sua lege vniuersali non intendit tollere particulares consuetudines, vel priuilegia locorum ex cap. 1. de Constit.*
22 *Cum fueris Romæ Romano viuito more &c.*
23 *Proponitur obiectio contra dictam propositionem & soluitur.*
24 *Proponitur secunda obiectio, & soluitur.*
25 *Proponitur tertia obiectio, & soluitur.*
26 *Ex capit. illa probatur nostrum dictum.*
27 *Priuilegium locale omnes complectitur.*
Vsus explicat, quod omnes accedentes Mediolanum non in fraudem legis possint vti consuetudine ibi vsitata comedendi carnes dictis diebus.
Ex dictis colligitur verus intellectus illius propositionis cum fueris Romæ &c.
28 *Contra conclusionem obijcitur. 1. Petrus non tenetur legibus loci in quo est moraturus ad breue tempus tenebitur ergo patrijs alioqui nullis teneretur. Soluitur, & ostenditur insufficiens.*
29 *Religiosi Mediolani commorantes non vtuntur tali consuetudine, ergo signum est neque aduenas posse vti, quæ est. 2. obiectio. Demonstratur omninò inepta.*
30 *Obiectio 3. Licet consuetudo neminem excludat non includit, qui anteriori, & antiquiori obligatione tenetur. Ostenditur implicare, & futiliter concludere.*
Magis roboratur dictum cum fueris Romæ &c.
31 *Obiectio 4. Discedens à patria videtur quantum in se est nolle extare præceptum ieiunij. Soluitur ostendendo sequelam impossibilem.*
32 *Obiectio 5. discedens in fraudem legis non potest gaudere priuilegio legis. Respondetur non esse ad propositum, sed suo loco ponetur.*
33 *Debens Caio centum soluenda die Sancti Martini si pergat ad locum in quo tali die nemo potest cogi soluere debitum adhuc tenetur soluere. Respondetur, & soluitur diuersimode.*
34 *Obijcitur 7. cap. 19. Concilij salgunt. Explicatur non esse ad rem.*
35 *Obijcitur 8. cap. Ieiunium de consc. dist. 4. Explicatur, & ostenditur non esse ad rem.*
36 *Aduenæ non tenentur ieiunare diebus quibus tenentur incolæ, ergo neque possunt vti consuetudine comedendi carnes, quia qui sentit commodum debet sentire, & incommodum. Respondetur obiectioni assignando quare non concludat, & explicando illud axioma quomodo sit intelligendum.*
37 *Obijcitur 10. Per breuem moram nemo fit subiectus nec acquirit iurisdictionem. Respondetur & ostenditur nihil probare.*
38 *Obijcitur 11. comedere carnes &c. sunt licita Mediolani ratione consuetudinis ob penuriam olei, & piscium; vel ratione priuilegij commutantis quadragesimale ieiunium in ieiunium rogationum: Respondetur demonstrando inuolere falsitatem, & non intelligentiam consuetudinis, & Priuilegij.*
39 *Non alio fine quam non ieiunandi, & comedendi carnes pergens Mediolanum non potest vti consuetudine recepta Mediolani.*
40 *Fraus, & dolus nemini debet patrocinari.*
Fodiens in agro in quo habet ius fodiendi, si fodiat in fraudem vicini, probibetur fodere, nec potest vti iure suo in fraudem vicini.
41 *Proponitur prima obiectio, & soluitur simul cum quadam confirmatione.*
42 *Proponitur secunda obiectio, & soluitur.*
43 *Proponitur tertio obiectio, & soluitur. Ex quibus patet quid sit vti iure suo, & facere in fraudem.*
44 *Totius difficultatis summaria resolutio.*

Existens extra patriam an teneatur lege ieiunij in ea indicti, quæ in loco vbi existit contraria consuetudine, vel priuilegio locali est sublata.

LXXXIX.

1 Petrus † Venetijs in patria sua audiens Mediolani non initiari ieiunium quadragesimale, cum Venetijs sumit principium, nempè non die mercurij, sed sub sequenti die Dominico, non alio fine, nec alio negotio impellente, sed ideò tantum ne ieiunet, & lacticinijs, & carnibus vescatur Mediolanum petit, non ieiunat comedit lacticinia, & carnes. Quæretur an mortaliter peccauerit.

2 † Vt clare, & dilucide procedamus. Noto 1. Duplicem de hoc posse agitari quæstionem. 1. An Petrus peccauerit peccato Gulæ. 2. An peccauerit peccato inobedientiæ contra præceptum ieiunij ab Ecclesia indicti quod in sua patria est in viridi obseruantia: Rursus ista secunda quæstio potest dupliciter tractari. 1. quærendo. An Petrus peccauerit, quia, licet existat extra patriam, adhuc teneatur præcepto ieiunij quod viget in patria, & ideò illud violans peccet. 2. Dato quod existens extra patriam patria lege non teneatur, quia tamen animo fraudolenti discedit nempè, vt se ab obligatione legis subducat, non possit tali priuilegio frui, & de omnibus agemus.

3 † Secundò Nihil referre ad præsentem dubitationem,

tionem, an Petrus peccet discedendo à patria, vel
peccet accedendo Mediolanum, quia potest esse,
quod, & accedendo, & recedendo peccet, & tamen
possit vti priuilegio, imo potest esse quod etiam
peccet contra legem, & tamen possit eodem priui-
4 legio frui, vt ex dicendis constabit. † Cardo ergo
difficultatis circa ista vertitur tantum. An priuile-
gio non possit vti quia etiam existens extra pa-
triam patria lege teneatur, vel quia fraude vtitur
contra legem; & hoc secundum videtur esse quod
in proposito facto exprimitur.

5 † Tertiò Aliud esse quærere, an Petrus peccet
peccato Gulæ, & aliud an peccet peccato contra
præceptum ieiunij; potest enim esse, quod peccet
peccato Gulæ, & tamen ieiunet, vt qui in vnica
commestione nimium cibum sumit, ieiunat enim,
sed ob nimietatem peccat peccato Gulæ, & potest
non ieiunare, & tamen non peccare peccato Gulæ;
vt si tempore ieiunij comedat carnes; sed moderata
sumptione, & moderato affectu; franget ieiunium,
non autem peccat peccato gulæ. Gula enim est
virium in appetitione, & vsu delectationis cibi, &
potus debitum modum, idest rationis præscriptum
excedens, quod vt D. Thomas pulchre ex D. Græg.
lib. 30. mortal. cap. 27. docet, quinque modis po-
test esse, qui hoc versiculo comprehenduntur. Præ-
propere, laute, nimia ardenter, studiose, quæ ex
eodem D. Græg. intelliges ita dicente. Quinq.
modis nos gulæ vitium tentat, aliquando enim
indigentiæ tempus præuenit, aliquando lautiores
cibos quærit, aliquando, quæ sumenda sunt, accu-
ratius præparari appetit, aliquando in ipsa quanti-
tate sumenda, mensuram refectionis excedit, ali-
quando ipso æstu immensi desiderij aliquis peccat.
Nec aliæ species gulæ reperiuntur; circumstantiæ
vero, quæ inducunt alias inordinationes, vt sunt
contra alias virtutes, ita constituunt alia vitia.
Vnde in fractione ieiunij non peccatur peccato
gulæ comedendo carnis, quia talis comestio ratio-
ne substantiæ conuenit, potest tamen in ieiunio
peccari comedendo, vel nimia præpropere, vel
nimis lautæ, & hoc erit peccatum gulæ nec erit
peccatum gulæ comedere ante sumptionem
Eucharistiæ; sed potius sacrilegij, Neque item est
peccatum gulæ nimio cibo vti ex quo præuideatur
damnum graue corpori secuturum sed potius est
6 contra charitatem propriam sui ipsius. † Gulla
autem potest esse peccatum mortale, & tunc est;
quando quis in illa delectatione constituit vlti-
7 mum finem, quod potest esse tripliciter. † 1. Ex-
presse seu in actu signato, vt cum quis iudicat illam
voluptatem esse summum bonum, vt illi de quibus
dicitur quorum Deus venter est. 2. implicite, cum
quidem explicite hoc non iudicat, tamen erga
illam delectationem ita afficitur, vt paratus sit
propter illam humana, & diuina iura omnia vio-
lare. 3. Interpretatiue, vt cum quis affectu gulæ
paratus est non quidem quoduis, sed aliquod mor-
tale peccatum admittere, differt autem hic tertius
modus à secundo in hoc quod hoc modo peccans
minus perfecte, & proprie ponit vltimum finem
in voluptate ciborum; secundo autem modo delin-
8 quens omnia ad illam refert. † Hic autem tertius
modus in multis casibus locum habet. 1. Cum quis
propter gulam furatur, vel facit iniquos contractus.
2. Cum debita non soluit, vt nimis laute viuat, &
semper ac omittit aliquid ad quod ex iure diuino
tenetur. 3. Quando violat præcepta Ecclesiæ ex
gula. 4. Quando ex eadem infert grauem noxam
valetudini aduertens, vel saltem suspicans id
euenturum. 5. Si cum scandalo proximi. 6. Quando
probabiliter timet aliquod peccatum mortiferum
ex quantitate, vel qualitate cibi, vt si experientia
doctus esset ijs excitari ad peccata, & consentire,
Quod si putaret se esse satis firmum ad resistendum
licet gulæ indulgeret non esset mortale, sicuti
neque esset mortale ob delectationem gulæ vti
cibo ex quo putat se nocturnam pollutionem pas-
surum, dummodo eo fine non faciat, & non sit
periculum consensus in delectationem. Vide
Lessium de Inst. lib. 4. cap. 3. dub. 1. & D. Thom.
quo discipulus didicit. 2. 2. quæst. 148.

9 † Ex dictis colliges quando nimius vsus cibo-
rum, vel nimia delectatio sit peccatum mortale, &
fractionem ieiunij non esse peccatum gulæ; licet
fractio illa possit esse à gula tamquam impellente,
quo casu tunc gula erit peccatum mortale, quia
interpretatiue ponit constituitque finem in esu, vel
potu, vt dictum est.

10 † De ebrietate nihil dixi in præcedentibus, quia
ebrietas non est peccatum gulæ, quia gula consistit
in excessu cibi, & potus non inebriante: Ebrietas
verò in excessu vini, & potus inebriante. Dicitur
11 autem † ebrietas, quasi extra briam quia excedit
mensuram vini, & potus sumendi debito modo.
Sumitur autem dupliciter ex D. Tho. quæst. 150.
12 art. 1. † primò pro defectu vsus rationis inducto
nimio potu, quomodo non est peccatum, sed effe-
ctus peccati. 2. pro ipsa inordinata potatione, & hoc
modo est peccatum: primo modo sumpta potest
definiri quod sit violenta rationis interceptio per
nimium potum assumptum. 2. verò Quod sit exces-
sus in potando causa voluptatis, vsque ad violen-
tam vsus rationis priuationem.

13 † Dixi vsque ad violentam vsus rationis priua-
tionem, Quia priuatio vsus rationis dupliciter con-
tingere potest naturali, & violento modo: naturali
modo fit per somnum spiritibus animantibus in
centrum retractis, & neruis sensorijs, qui in sen-
suum externorum organa terminantur vapore
quodam frigido occupatis Qui modus est à natura
institutus ad spirituum, & consequenter ad virium
instaurationem, nam per quietem nulla fit dissipa-
tio, sed copiosa nouorum spirituum generatio:
14 † Violento modo fit quando tanta vaporum copia
cerebrum implet, vt etiam in vigilia vsus rationis
impediatur. Idem aliquando accidit, vel ex nimio
spirituum feruore, vt in phrenitide, vel ex humore
maligno cerebrum per idiopathiam assidue occu-
pante, vt in malancholia primaria, vel ex vapore
noxio cerebrum per interualla petente, vt in ma-
15 lancholia hypochondriaca. † Ebrietas est de sui
natura peccatum mortale ita D. Thomas loc. citat.
art. 2. quem cæteri omnes sequuntur, & est volun-
taria directe, & indirecte, directe quando quis
nimio potu intendit se inebriare, indirecte quando
quidem expresse non intendit se inebriare; at-
tamen bibit quantum potest non curans sequatur
ebrietas an non. Item quando aduertit se inebri-
andum si pergat potare, & tamen non desistit.
16 † Non est tamen ideò intrinsece mala, quin ob
grauem causam aliquando possit permitti, sicuti ex
magna causa potest permitti pollutio, non tamen
procurari Caietanus Verb. Ebrietas num. 4. De
ebrietate vide Lessium lib. 4. cap. 3. dub. 3. per
totum vbi, & recte probat esse mortale respondet
obiectis, eius turpitudinem, & damna recenset, &
multa habet digna quæ à confessarijs diligenter
legantur, ad tollendos horum nostrum temporum
17 abusus, & mores corrigendos: † Aduertant etiam

Confessarij

Confessarij peccare mortaliter eos, qui sunt causa, vt alij inebrientur.

18 † Sed vt reuertamur, vnde digressi sumus, respondendo propositæ difficultati: An scilicet Petrus peccet peccato gulæ eundo Mediolanum, vt carnes edat &c. Respondeo ad hoc, vt recta responsio possit dari, esse considerandam qualitatem personæ modum quo vtitur in cibo sumendo, & complacentiam in delectatione ex his enim facile decidetur, an eundo, & comedendo peccauerit peccato gulæ. Certum tamen est non peccare mortaliter ex eo præcise, quod Mediolanum petat, vt carnibus vescatur patet ex supra dictis. Aduerte me dixisse non peccare eundo Mediolanum præcise, quia an peccauerit mortaliter peccato gulæ quia soluerit præceptum ieiunij, nunc non quæro, sed constabit ex dicendis, si enim concludemus Petrum existentem etiam ad breue tempus Mediolani teneri præcepto ieiuni, & ideò illud frangendo peccare concludemus etiam peccati gulæ esse reum mortaliter, si eum ab illa obligatione soluemus pariter à mortali peccato gulæ; ideò accedendo ad solutionem secundæ principalis difficultatis. An scilicet Petrus peccet violatione præcepti ieiunij: quam item subdiuisimus, sumendo primam partem. An scilicet Petrus peccet contra preceptum ieiunij, eo quod licet sit extra patriam teneatur tamen patrijs legibus.

19 † Dico Petrum soluendo ieiunium, & carnes comedendo non peccare; & probo 1. statuta loci,

20 & leges † iuris communis quæ vigent in patria non obligant existentem ad breue tempus extra patriam cum in loco vbi existit non seruantur sed consuetudine priuilegio, vel alia de causa ibi non sunt in viridi obseruantia ita Doctores quos citat & sequitur Bonacina, de lege. disp. 1. quæst. 1. par. 6. num. 59. & 61. ergo Petrus non ieiunando carnes edendo &c. non peccat quia lege ieiunij non tenetur, & confirmatur ex cap. 1. de constit.

21 in 6. † vbi Summus Pontifex declarat sua lege vniuersali non intendere tollere statuta, & consuetudines particulares, ergo lex communis, quæ seruatur in patria Petri non se extendit ad consuetudines particulares loci, in quo moratur ergo illis potest frui, quia cum ad illum locum non se extendat lex ibi illa non tenetur Petrus. Secundò pro-

22 batur ex illo communi dicto † Cum fueris Romæ Romano viuito more, Cum fueris alibi viuito sicut ibi, ergo Petrus existens in patria tenetur viuere iuxta leges ibi receptas, Mediolani verò iuxta consuetudines legitime præscripta, & priuilegia:

23 † Sed dices illud axioma esse intelligendum cum grano salis, habere scilicet verum, cum existens ibi non tenetur alio obligatione: Sed ista instantia, vel loquitur de obligatione personali, & non est ad rem, nam si quis accedit Mediolanum adstrictus voto ieiunandi diebus illis quibus Mediolanenses non ieiunat, certe ipse tenebitur ieiunare, vel loquitur de obligatione legali, & tunc est omninò inepta, cum enim axioma dicat existentem Romæ debere viuere sicuti ibi eum vero existit alibi debere viuere secuti ibi, quomodo poterit dici viuere sicuti ibi si patrijs legibus adhuc tenetur, dicetur potius viuere sicuti in patria quam viuere sicut ibi, non ergo est ad rem ista responsio, sed axioma, vt sit verum debet intelligi existentem extra patriam posse viuere iuxta leges loci licet contrariæ leges in patria seruentur, vt possit dici viuere sicuti ibi.

24 † Dices secundò. Leges patrias esse seruandas ne offensio proximo præbeatur sed hoc pariter est præter rem, non enim quærimus an debeat seruare leges Petrus ne scandalum præbeat sed an teneatur vi coactiua legis, ex hoc etiam deducitur cessante scandalo non teneri.

25 † Dices tertiò. Ambrosium relatum cap. illa dist. 12. asserere consuetudinem esse seruandam ad quamcunque Ecclesiam quis accesserit. Sed respondeo textum fraudolenter ad ferri. Habet enim ibi Ambrosius traditiones Apostolicas esse deferendas ad quascunque Ecclesias. Alias verò obseruantias esse liberas. Legatur textus qui male ad latus est, qui si recte expendatur nostrum probat dictum maxima est differentia inter traditiones Apostolicas, & particulares consuetudines, quæ si recte cognoscatur hic textus profectò, vt ad latus est, omninò tolletur ex adducta scriptura.

26 † Audi verba Augustini ex Ambrosio in eodem cap. Illa inserta, & sunt ista formalissima. Mater mea Mediolanum me sequta inuenit Ecclesiam sabbato non ieiunantem cæpit fluctuare quid ageret, tunc ego consului de hac re beatissimæ memoriæ Ambrosium; At ille ait, eum Romam venio sabbato ieiuno, cum Mediolani sum, non ieiuno; sic & tu, ad quamcumque forte Ecclesiam veneris, eius morem serua; &c. Vide lector quam apposite nobis obijciatur hic textus, quem si ad rem nostram effingere voluissemus non aptius conscripsissemus. Miror miror alioqui eruditum tam misere esse

27 lapsum. Tertiò probatur. Hoc † priuilegium est locale, ergo illo possunt vti omnes accedentes. Quartò Ita hoc priuilegium interpretatur consuetudo, vt accedentes Mediolanum, enim accessus non est in fraudem legis, hoc priuilegio possint vti tenet Pater Pasqualigus vir summæ eruditionis, & acutissimi ingenij ex Illustris. Theatina Religione qui vnus est pro multis, in suo tract. de ieiunio resolut. 208. & omnes illi quos secum ducit, & probabitur magis ex solutione eorum quæ obijciuntur.

28 † Obijcitur ergo. Primò Aduena ad breue tempus moratus cum loci legibus non teneatur, tenebitur patrijs, ne sequatur absurdum quod nullis legibus teneatur ergo Petrus commorans ad breue tempus Mediolani tenebitur lege ieiunij quæ seruantur in patria. Respondeo negando antecedens, & dico nec teneri legibus loci, nec legibus patriæ cum in eodem loco non sunt in viridi obseruantia Item nego sequellam, quod nullis videlicet teneatur legibus Petrus, & dico non esse sufficientem ad inferendum id quod deducitur factam enumerationem, licet enim Petrus nec teneatur legibus loci, nec legibus patriæ, quæ in loco non obseruantur non sequitur, quod nullis legibus teneatur; tenetur enim legibus iuris communis, quæ in loco obseruantur quod satis est ad tollendum quodcumque absurdum.

29 † Obijcitur secundò Religiosi Mediolani commorantes illis diebus abstinent ab esu carnium, & ieiunant ergo signum est quod tali priuilegio non possunt, frui; ergo neque alij. Respondeo concedendo totum argumentum sed nego illationem ex argumento, Religiosi enim si non possunt frui tali priuilegio, vel consuetudine est ideò, vel quia illa non acceptarunt, vel illis renunciatum, vel quia illis est vetitum proprijs statutis. Cæteri verò, qui nullo tali impedimento detinentur, sine dubio illis vtentur.

30 † Obijcitur tertiò. Quamuis consuetudo aut priuilegium Mediolanense neminem excludat, non tamen

tamen potest includere, eum, qui antiquiori, & principaliori iure dicitur exclusus in plus enim se extendit lex patria quam consuetudo, & priuilegium Mediolanense, ideo religiosi Mediolani commorantes non possunt eo vti quia proprijs legibus tenentur, ergo neque ille qui lege patria tenetur poterit gaudere Mediolani priuilegio, quo vtuntur Mediolanenses: sed hoc argumentum in multis claudicat. Primò asserit priuilegium Mediolanense neminem excludere deinde excipit eos qui contraria lege tenentur; sed omnes tenentur contraria lege præter Mediolanenses, quomodo ergo verificatur, vel potest verificari quod neminem excludat, cum omnes excludat dices nisi contraria lege tenerentur includeret, sed quæ responsio est ista; non includeret priuilegium, sed aliunde gauderent tali beneficio; in sensu adlato ab obijcientes propositio hoc modo formanda est Priuilegium Mediolanense includit tantum Mediolanenses, & excludit omnes alios, si enim alia lege non excluderentur, non includerentur beneficio illius priuilegij, sed illo beneficio possent vti sine tali priuilegio. Secundò assumit quod directè negatur nempe aduenam teneri patrijs legibus, cuius contrarium probat textus etiam ab obijciente allatus cap. illa dist. 12. in terminis de ieiunio, & aliæ rationes supra adlatæ Priuilegio ergo, vel consuetudine locali in loco in quo viget, gaudent etiam aduenæ licet in patria sua contraria lex vigeat. Ad illud quod adducitur de religiosis satis responsum est, ideò non gaudere quia legibus proprijs ita se obligarunt, Nec valet argumentari à legibus quas religiosi sibi ipsis imponunt ad leges quæ feruntur à Principe, legibus proprijs obligantur vbiq; secundum modum, quo præscribuntur; & propria statuta derogant alijs priuilegijs, quia illis renunciant.

31 † Obijcitur quartò. Discedens à patria, ne ieiunet videtur, quantum in se est, nolle quod extet præceptum ieiunij, ergo non potest gaudere priuilegio, vel consuetudine non ieiunandi, quæ viget Mediolani. Respondeo 1. negando sequelam, quomodo enim deducitur nolle extare præceptum? deducitur quidem cupere non ieiunare, ideò quærit modum quo se ab obligatione subducat, cæterum præceptum ieiunij putat Sanctissimum, & dato quod illo teneatur, illud adimplet. Quod si displicentia ieiunij, & cupere non ieiunare esset mortale expediret non esse præceptum ieiunij, quamplurimi enim sunt, qui tali displicentia afficiuntur, imo forte pauci sunt, qui ieiunare non renuant, nec ieiunarent, nisi præcepto tenerentur. Respondeo 2. neque tenere consequentiam, ex eo enim quod quis peccat accedendo ad locum, vel à loco recedendo non sequitur quod non possit, vti priuilegijs loci ad quem accedit. Peccat qui contra præceptum principis discedit à patria, & tamen si licet in loco quem petit deferre arma prohibita in patria, quis talis priuilegij vsum in illo loco illi denegabit; peccat qui occidit, & tamen si occidens ad Ecclesiam confugiat gaudebit immunitate, peccat ingrediens monasterium monialium, & tamen postquam est ingressus iuxta probabilissimam sententiam potest monasterium lustrare, & his similia eludunt consequentiam.

32 † Obijcitur quintò. Saltem discedens in fraudem legis non potest gaudere priuilegijs contrarijs legi fraudatæ Respondeo hoc argumentum nihil probare in præsenti quæstione in qua hoc solum quæritur an aduena ideò non possit gaudere priuilegijs loci in quo commoratur, quia adhuc remaneat obligatus legibus patrijs, An autem propter fraudem in legem hoc beneficio priuetur infra discutietur cum soluemus secundam partem propositæ difficultatis.

33 † Obijcitur sextò. Qui debet centum Caio soluenda die Sancti Martini, si pergat ad locum in quo ex statuto, vel consuetudine commorantes, tali tempore non tenentur soluere ipse tamen adhuc tenebitur statuto tempore soluere, ergo, & qui tenetur in patria ieiunare, tenebitur etiamsi alio se transferat vbi non ieiunatur. Respondeo quidquid sit de antecedente quod non expendo, vt non faciens ad rem meam, nego consequentiam, & ratio negationis, est disparitas obligationis, qui enim debet centum creditori, tenetur vbique soluere, quia obligatio est personalis, & realis, tenetur ideo ipse soluere quocumque eat, & creditor habet actionem contra bona debitoris. Obligatio autem legalis non est personalis, & ideo non currit paritas rationis sicuti supra diximus de voto quod obligat vbique quia eius vinculum personam vbique constringit, quia obligatio est personalis.

34 † Obijcitur septimò. Ex Capitul. 19. Concilium Salgun. sub Benedicto VIII. Nullus pænitens, dum carenam suam ieiunat de loco ad locum migeret; sed ibi permaneat, vbi suam receperit pænitentiam, quod si propter hostiles insidias ibi ieiunare non possit suus sacerdos commendet eum alicubi vbi pacifice possit ieiunare, ex quo duæ eruuntur consequentiæ. Primò ergo qui tenetur ieiunare in loco non potest ab eo discedere nisi magna de causa, vt sunt hostiles insidiæ. Secundò ergo etiam ibi, quo pergit, tenetur etiam ieiunare, vt ex textu apparet. Sed hoc argumentum nihil probat, laborat enim eodem morbo quo laborat sextum, fit enim transitus ab obligatione personali ad legalem. In eo capite agitur de illis qui publicas pænitentias peragunt, ideò sicut publice peccando scandalum dederunt, publice pænitendo idem tollere debent, qua ratione è loco non possunt discedere, tenentur autem etiam ieiunare, quia ieiunium est in pænitentiam indictum, quapropter vbique tenetur, sed quid hoc ad præceptum Ecclesiasticum ieiunij? commendatur etiam, ne molestia illi inferatur, & etiam vt ille, cui commendatus est ferat testimonium de ieiunio peracto, vt Ecclesiæ suæ penitens tale testimonium referat, ne molestetur iterum super eodem ieiunio, quia vt publice est impositum ita de exequtione debet constare.

35 † Obijcitur 8. In cap. Ieiunia, de consecrat. dist. 5. habetur. Ieiunia in Ecclesia à Sacerdotibus instituta sine necessitate rationabili non soluantur, vbi Turrecremata ex D. Thom. addit quod homines debent peregrinationes differre, vt ieiunium seruent, si commode fieri potest: sed non video quid ad rem nostram probet iste textus qui solum habet ieiunia non esse frangenda sine rationabili causa, quod omnes concedunt, an autem obligent extra propriam Ecclesiam, quod est, quod quæritur, nihil de hoc; Nec quidquam releuat dictum Turrecrematæ, quia est tantum consilium, imo potius contrarium deducitur, quod si peregrinatio commode differri non possit, possit sumi, ergo existente causa ad ieiunia non tenentur. Præterea, dato, & non concesso, quod tempore ieiuniorum à propria Ecclesia discedentes peccarent, nec tamen sequitur, quod non possint, vti priuilegio loci ad quem se transferunt, vt supra probatum est,

est, nisi tamen discessus fiat in fraudem legis, de quo infra.

36 † Obijcitur 9. Aduenæ non tenentur ieiunare diebus, quibus ieiunant incolæ, ergo neque possunt frui priuilegio non ieiunandi, quo ijdem incolæ gaudent, quia qui sentit commodum debet sentire etiam incommodum. Sed hoc argumentum recte non procedit, ex illo enim axiomate qui sentit commodum debet sentire etiam incommodum non deducitur, quod adducitur; sed potius istud, ergo si gaudent priuilegio non ieiunandi tenebuntur etiam lege ieiunandi, vt verificetur quod qui sentit commodum debeat sentire etiam incommodum, hoc est quod deducitur si recte expendatur; quod tamen neque recte deduceretur quia illud dictum intelligitur de incommodis necessario connexis commodo, verb. grat. qui vult esse ciuis, & gaudere priuilegijs ciuilitatis debet subire, & sentire etiam incommoda ad ciuilitatem necessario consequentia, & cætera similia. Dices argumentum vrgere à contrario sensu: Sed respondeo neque tunc quidquam valere, quia neque à contrario sensu probat, nisi in necessario connexis, deinde neque concludit ob disparitatem rationis adhoc enim, vt quis obligetur legibus loci requiritur, quod sit subditus loci sit, incola, vel originarius, quod non requiritur, vt possit gaudere loci priuilegijs, & consuetudinibus quæ repugnant legibus patrijs.

37 † Obijcitur 10. Per breuem moram non fit quis subiectus, nec iurisdictionem acquirit l. Hæres absens §. proinde ff. de iudit. cum ergo aduena non teneatur legibus loci in quo moratur tenebitur legibus patrijs; sed huic argumento patet responsio ex dictis teneri legibus iuris communis vsu recepris in loco, vbi moratur, nec requiri subiectionem, vel iurisdictionem, vt quis possit gaudere priuilegijs; illa requiruntur ad obligationem seruandæ legis non ad priuilegijs gaudendi beneficium Requiritur iurisdictio ad exercendos actus cum figura, & strepitu inditij, quare Episcopus potest absoluere excommunicatum etiam extra territorium &c.

38 † Obijcitur 11. Comedere carnes, & non ieiunare licita Mediolani, vel sunt licita ratione consuetudinis propter pænuriam olei, & piscium, vel ratione priuilegij non relaxantis sed commutantis quadragesimale ieiunium illorum quattuor dierum in aliud nempè dierum Rogationum quibus Mediolanenses ieiunant, non autem Veneti; sed Petrus discedit Venetijs vbi est abundantia olei, & pissium, & vbi non ieiunatur tempore Rogationem ergo non debet, nec potest vti illa consuetudine, vel priuilegio. Non priuilegio commutante, quia non ieiunabit tempore Rogationem, in quod sit commutatio; non consuetudine quia qui voluntarie se præcipitat, non meretur subleuari, & qui amat periculum peribit in illo, ergo si voluntarie discedit ab abundantia, & pergit, vbi est penuria pereat in illa: sub his ipsis verbis proponitur hoc argumentum: Sed hoc ipsum argumentum, vel supponit ignorantiam priuilegij, & consuetudinis, vel nihil probat. Si enim aliquid debet probare, debet supponere priuilegium non posse concedi nisi ob commutationem, & consuetudinem non esse legitimam, nisi inducatur ob causam necessariam, quod arguit ignorantiam naturæ consuetudinis, & priuilegij; quia licet concessio priuilegij quo derogatur iuri communi debeat, non vt valeat, sed vt licite concedatur habere causam, sine causa enim adhuc est validum, non tamen requirit, quod obligatio supra quam cadit lex à qua eximit priuilegium in aliã similẽ cõmutetur, Priuilegium enim assimilatur dispensationi non commutationi licet à dispensatione differat ob alias rationes, vt videre est apud Doctores vtriusque iuris, & dilucide apud Castropalaum tract. 3. disp. 4. punct. 1. num. 5. sufficit ergo quod subsit causa concedendi priuilegium non autem requiritur trasmutatio, vel commutatio obligationis, sufficit autem causa concedendi priuilegium quæ arbitrio concedentis sit sufficiens ad concessionem; Consuetudo autem sufficit quod sit rationabilis etiam introducta contra legem, vt autem sit rationabilis, quod sit de re non fouente peccatum. Nec refert quod consuetudo foueat peccatum toto tempore, quo non est legitime inducta, & præscribit contra legem, quia sufficit quod sit talis cessante lege post legitimam præscriptionem ita Doctores communiter videatur idem Castropalao eodem tract. 3. disp. 3. pun. 2. §. 1. cum ergo in priuilegio non requiratur commutatio, & in consuetudine causa, colligitur ignorantia naturæ priuilegij, & consuetudinis quæ nisi supponatur argumentum nihil probat, cum deficiant rationes quibus nititur. Sed expendamus etiam argumentum. Supponit ergo consuetudinem esse licitam, ob penuriam olei, & pissium sed quomodo ex hoc potest deduci, ergo aduena tali consuetudine non potest vti? potius contrarium esset deducendum, ergo sicuti ob penuriam est licita ratione incolarum ita erit licita respectu aduenarum, nec obstat, quod voluntarie se conijciat in illud periculum frangendi ieiunium, Primò quia non exponit se periculo, cum iam supra probatum sit licere non ieiunare, & vesci carnibus. Secundò dato etiam quod se exponeret periculo, & exponendo se peccaret, non tamen sequeretur peccare peccato fractionis ieiunij, quia ex suppositione, quam debet habere argumentum, Petrus ob inopiam ciborum non potest ieiunare, alioquin si posset non exponeret se periculo, si ergo non potest, ergo neq; peccat, quia impossibilium nulla est obligatio, imo secundum probabilissimam sententiam, qui potest aliquod opus facere hodie, quod cum ieiunio non compatitur, si illud in sequentem diem sciens transferat, vt non ieiunet non peccat, quia causa legitima excusatur, ergo, & qui potest ieiunare in patria, & Mediolanum se transfert, vt non ieiunet non peccabit eadem legitima causa nempè inopia excusante. Secundò Supponit esse hoc concessum Mediolanensi Ciuitati ob penuriam; sed quæro ego quomodo ob pẽnuriam remittitur relaxatio ieiunij illis quattuor diebus, cum reliquum tempus quadragesimæ exactissime peragatur? Tertiò Hoc argumentum non probat, quod intendit probare, sed quid aliud valde diuersum; debet enim probare, quod ex eo quod discedit Venetijs peccet comedendo carnes Mediolani, & probat eo quod peccet comedendo carnes Mediolani peccare etiam conijciendo se in periculum. Supponit enim quod est probandum, vt illud probet, quod genus probationis est nouum, & mirabile supponere probandum, vt probetur. Ne mireris lector me in horum solutione fuisse immoratum, ita enim necesse fuit cum enim meam supradictam, & infra explicandam protulissem sententiam, quidam Sacræ Theologiæ magistri has machinas adduxerunt, vt illam arietarent, & funditus euerterent, ideò licuit, eam in libertatem vindicare, & ne ictus videat declinare, coactus sum

funt illos t'andere.

Nunc superest soluenda secunda pars secundæ difficultatis. Posito videlicet quod Petrus non peccet comedendo carnes, & non ieiunando, quia legibus patrijs non tenetur, an saltem non possit gaudere tali priuilegio quia discedit à patria, vt se subducat ab obligatione legis, ideò peccet non ieiunando, & carnes comedendo.

39 † Dico Petrum euntem Mediolanum non alio fine quam non ieiunandi, & comedendi carnes illis diebus quibus in patria ieiunatur non posse gaudere priuilegio Mediolanensi, & illo vtendo, vel potius abutendo mortaliter peccare contra præceptum ieiunij, ita Medina 1. 2. quæst. 66. articul. 5. Ledesma de matrim. quæst. 45. articul. 5. part. 3. dub. vltim. conclus. 1. & 3. Roderiquez tom. 1. summ. cap. 219. nu. 2. Rebellus de obligat. part. 2. lib. 2. quæst. 7. sect. 3. num. 16. & in hanc valde inclinat Salas de leg. disput. 14. sect. 5. nu. 63. & Sayr. in clau. Reg. lib. 7. cap. 3. nu. 12. & aperte Vasq. in 3. par. quæst. 93. art. 2. dum agit de eo qui ne confiteatur proprio sacerdoti, alio se transfert, & alij quos citat Castrop. tract. 3. disp. 1. par. 24. §. 5. & probatur.

40 † Primò Quia fraus, & dolus nemini debet patrocinari, l. itaque fullo ff. de furt. cap. dictum 30. quæst. 1. cap. intelleximus de iudic. cap. tuæ de Cleric. non resid. cap. Sedes, & cap. ex tenore de rescript. cap. 2. de dolo cap. 2. de cognat. spiri. cap. 1. de collus. deteg. cap. tuas de vsuris, & tradunt Oldrad. cons. 257, num. 41. Crauet. cons. 764. nu. 6. Bald. cons. 76. in fin. lib. 1. Menochios de arbitra. lib. 2. casu. 182. num. 13. Couarr. lib. 1. varia. capit. 18. nu. 5. Tiraquel. de retract. ligni. §. 1. Glossa 9. num. 67. & alij, ergo Petrus è patria dissedens, ne ieiunet, & carnes comedat contra præceptum ieiunij quod in patria viget, non poterit gaudere priuilegio non ieiunandi; alioqui fraus, & dolus ei patrocinaretur.

Secundò Fodiens in agro in quo habet ius fodiendi si fodiat in fraudem vicini non potest fodere, & illi prohibitum est nec in fraudem vicini potest vti iure suo, l. 1. §. ijdem aiunt ff. de aqu. plue. arcend. ergo, & discedens è patria in fraudem legis, vel præcepti indicentis ieiunium amittit ius quod haberet alibi non ieiunandi: & Lessius qui putat satis probabilem sententiam quam supra tradidimus non teneri videlicet Petrum ieiunare ex eo quod lege patria non obligatur, & asserit secundum aliquos esse veriorem; excipit tamen quando accessus ad locum est in fraudem, & ita habet de Iust. lib. 4. cap. 2. dub. 8. num. 60. Hæc sententia (nempe quod aduena possit se conformare consuetudinibus loci) videtur satis probabilis, si loquamur de ijs, qui non in fraudem ieiunij, sed bona fide negotiorum causa locum mutant: Ex quo apparet falso esse citatum ab aliquibus pro contraria sententia quod scilicet simpliciter asserat non licere, cum hoc teneat tantum in casu fraudis.

41 † Dices omnes possunt vti iure suo; sed Mediolani, vt probatum est non tenetur legibus patrijs; ergo Mediolani vtens priuilegio, comedendi carnes vtitur iure suo; & Confirmatur exemplo sicuti vir nobilis potest ducere vxorem, & illa vti ad reprimendos motus carnis, imò, vt suæ satisfaciat voluptati; ita, & poterit accedere Mediolanum, vt suo desiderio comedendi satisfaciat. Hoc argumentum non ita fuit propositum sed hoc alio modo. Omnis qui vtitur iure suo non peccat mortaliter, sed accedens Mediolanum, vt comedat carnes vtitur iure suo ergo &c. probat minorem, quia accessus Mediolanum non est prohibitus, & ibi licet commestio carnium ergo &c. volui referre propria verba ne dicerer immutasse; Respondeo Ad argumentum licere cuiquam vti iure suo modo licito tamen, & nisi actus qui fit vtendo iure suo fit in fraudem, quia si in fraudem fiat actus non licet vti iure suo, vt iam probatum est.

Ad confirmationem. Respondeo, quod si vir ille siue nobilis, siue ignobilis intendit nuptias ad sedandas carnis tentationes nullo modo peccat, dummodo tamen non excludat finem principalem, qui est generatio prolis, tunc enim vtitur iure suo licito modo, nam etiam iste est finis matrimonij licet minus principalis; Si verò contrahat fine explendi suam libidinem peccat saltem venialiter, quia non vtitur iure suo modo licito; sed non video quid probet contra nos cum asseramus tantum non licere vti priuilegio Mediolani concesso ob fraudem quæ adhibetur contra legem. Argumentum hoc probat primum dictum huius secundæ partis.

43 † Dices Secundò probando in hoc casu non intercedere fraudem. Ibi proprie est fraus, vbi est obligatio legis sed in accessu, & commestione non est obligatio legis, vt supponimus ergo neque est fraus; Respondeo minorem non habere sufficientem partium enumerationem, debet addi sed fraus non committitur neque in discessu à patria, nec in accessu Mediolanum, nec in commestione carnium, quod tunc erit sufficiens & tunc respondebimus negando minorem, quidquid sit de maiori, Fraus enim in legem, vel committitur discedendo, vel initiatur discedendo, & perficitur comedendo, qua posita resultat quod fraudans non possit vti priuilegio, quo posset gaudere Mediolani si fraus non intercederet.

43 Dices Tertiò. † Qui petit Mediolanum non fraudem legis intendit, sed tantum suo appetitui indulgere cum ergo fraudem non intendat neque debet asseri, ergò neque debet priuari iure comedendi carnes quod illi etiam nos concedimus cessante fraude, dicetur hoc potius fuga obligationis quam fraus in legem.

Respondeo illam fugam principaliter intentam esse ipsammet fraudem, non esset autem fraus si alio fine honestaretur, sed cum nullus alius finis hic supponatur, nisi se subtrahendi ab obligatione legis, ista est fraus. Neque prodest effugium quod intendat comedere carnes, & vti cibis nec ieiunare, quia hoc supponit fraudem nempè discessum à patria, vt patriam legem effugiat.

44 † Stat ergo Petrum discedentem Venetijs, & Mediolanum pergentem, vt carnes edat non peccare mortali peccato Gulæ an autem, & quomodo peccet veniali esse desumendum ex inordinato affectu, quo desiderat carnibus vesci, non autem peccare peccato gulæ etiamsi inuoluatur transgressio præcepti Ecclesiæ de ieiunando. Secundò neque item peccare non ieiunando Mediolani, quia ibi patrijs legibus non tenetur; Posse ideò quemcumque, qui ex aliqua causa illuc se transfert vti illo priuilegio. Tertiò Peccare mortaliter illum qui in fraudem legis eo pergit quia fraus nemini debet patrocinari, ideò non potest vti consuetudine, vel priuilegio illius loci, quo sublato remanet obligatio vniuersalis præcepti ieiunij, quam violans peccat mortaliter.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur factum.*
2 *Quæ sint quærenda.*
3 *Ex tacita licentia consuetudine inducta homines vnius paræciæ confitentur Sacerdoti alterius Paræciæ.*
4 *Ad præbendam iurisdictionem non sufficit communis error sed titulus coloratus etiam requiritur, & quid sit vterque.*
5 *An qui semel acquisiuit titulum coloratum, & postea amisit adhuc possit vti iurisdictione.*
6 *Facultas delegata audiendi confessiones aliquando datur illimitata aliquando limitata.*
Ex qualitate facultatis concessæ colligitur qualitas tituli colorati.
7 *Capellanus dictus, nec validè, nec licitè potuit absoluere.*
8 *Particula. De, importat conditionem.*
Expenditur quædam obiectio.
Approbando confessarium Episcopus non dat iurisdictionem.
Expenditur §. Si quis autem in cap. Omnis vtriusque sexus.
10 *Nemo censetur velle iuri tertij quæsito derogare.*
11 *Episcopus numquam est censendus corrigere ius commune, nec in eo dispensare, quia non potest.*
12 *Episcopus relinquit sub dispositione iuris communis illa, de quibus non disponit.*
Capellanum ab Episcopo approbatum, sine licentia parochi inualidè confessiones audire multi tenent in terminis, nec alij contrarium possunt sentire.
13 *Expenditur cap. Placuit de pænit. dist. 6.*
14 *Nemo potest tribuere maiorem facultatem, ea quam ipse habet.*
Quod in hoc possit eror communis, & titulus coloratus, & quomodo in hoc casu possit esse.
15 *An Capellanus iste peccauerit ita absoluendo.*
16 *Ignorantia, & error iuris non præsumitur.*
17 *Lata culpa est ignorare id, quod quisque scire tenetur per se, vel per alium.*
18 *Culpa, quæ est delictum non præsumitur difficile est probare ignorantiam, vel errorem iuris saltem cum peritiores possunt consuli.*
19 *Hæc præsumptio maxime habet locum in actu geminato.*
Actus geminatus ostendit voluntatem magis deliberatam, & ideò arguit non esse factum per ignorantiam, vel errorem.
Quod maxime verum est in ijs, quæ spectant ad proprium officium.
20 *Ignorantia in Doctore æquiparatur dolo.*
21 *Differentia inter errorem, & ignorantiam.*
22 *Resoluitur quædam obiectio.*
23 *Resoluitur altera obiectio.*
24 *An iste Capellanus absoluendo peccauerit.*
25 *An incurrerit aliquas censuras.*
26 *An pænitens sit absolutus.*
27 *Duæ obiectiones soluuntur.*
28 *Breuis resolutio totius quæsiti.*

Capellanus excipit confessiones inuito Parocho, an validè.

L X X X X.

1 STephanus † simplex Capellanus obtinuit facultatem audiendi confessiones cum hac tamen clausula. De licentia Rectoris loci, & ista obtenta de licentia Camilli Parochi Ecclesiæ S. Bartholomæi in eius paræcia audit confessiones; sed nescio qua de causa legitima tamen non solum Comillus demittit Stephanum à sua Ecclesia, sed amplius strictè prohibet ne quocumque loco se transferat audeat excipere confessiones suorum Parochianorum, qua non obstante prohibitione Stefanus transit ad Ecclesiam S. Martini, & de licentia Matthæi ibi Parochi audit confessiones hominum non solum illius paræciæ; sed etiam paræciæ Camilli licet districtè prohibitus fuerit ne faceret, & expresserit Camillus esse contra mentem suam, ideò quæsitum fuit.

1. An Capellanus iste potuerit excipere confessiones stante tali prohibitione.) Potuit sed non rectè.
2. An peccauerit. ——) Examinandus est ipsemet.
3. An aliqua censura sit obstrictus.) Non puto.
4. An Pænitens sit absolutus. — Quidni.

Ita à quodam fuit responsum.

Sed quia ista responsio visa est nimis magistralis, & cui credendum est solum quia ipse dixit quæsitum est à me vt quid sentiam exponerem, & simul sententiam meam comprobarem, ideò pro maiori claritate antequam accedam ad solutionem; vide omninò responsum, 93. totum &.

3 † Noto 1. In multis locis consuetudine esse inductum, quod ex tacita licentia Parochorum homines vnius paræciæ possint confiteri Parocho alterius, & raro Parochi mentem contrariam explicant sed permittunt suos parochianos accedere ad quoscumque sibi bene visum fuerit.

4 † Noto 2. Errorem communem, & titulum coloratum præbere iurisdictionem: l. Barbarius ff. de off. Prætoris ibi. Si seruus quamdiu latuit dignitate prætoria functus sit, quid dicemus? An quæ dixit, decreuit nullius fore momenti? an fore? propter vtilitatem eorum qui apud eum egerunt, & vnum puto nihil eorum reprobari, hoc enim humanius est, cum Populus Romanus etiam seruo potuisset decernere hanc potestatem, cum quo textu concordat, l. 2. C. de sent. & inter loq. & cap. Infamis 3. quæst. 7. ibi. Veruntamen si seruus dum putaretur liber ex delegatione sententiam daret, quamuis postea in seruitutem depulsus sit sententia ab eo dicta rei iudicatæ firmitatem tenet. Error ergo communis, & titulus coloratus dant iurisdictionem. Sed quid error communis? & quid titulus coloratus? Respondeo Communem errorem esse illum quo aliquis putatur esse qui non est, vt Iudex quis putatur, qui vere non est, putatur Parochus, qui vere non est. Nec sufficit hunc errorem communem esse supinum, & crassum, sed oportet esse probabilem, quia talis error æquiparatur scientiæ cap. 2. de constit. in 6. sufficit autem si sit communis in eo loco vbi actus gestus est, quia impedimentum ibi est occultum licet alibi sit publicum, & ideò error adhuc est probabilis, non est autem talis, si error est vnius tantum, vel etiam alterius. Ex quo colligitur non sufficere errorem solius etiam Principis concedentis titulum, & existimantis illum cui titulum concedit esse habilem, vide Sanchez de matr. lib. 3. disp. 22. à num. 3. ad num. 9. Respondeo etiam titulum coloratum, esse titulum à superiore collatum quamuis sit inualidus ob aliquod occultum impedimentum. Sed hic aduerte multos tenore ad validitatem actuum non

requiri

requiri hunc titulum coloratum, sed sufficere communem errorem, itant qui potest aliquid facere, & ad faciendum nihil ei desit nisi titulus coloratus putent hunc noo esse necessarium sed sufficere quod putetur habere titulum. Suppone tamen semper istum debere esse habilem ad iurisdictionem recipieodam, nisi enim ad hanc sit habiles error communis illam non ttibuit, ideò non sacerdos, quocnmque posito errote numquam valide absoloet quia illi deest potestas ordinis, quę constitnit habilem ad potestatem iurisdictionis. Auctores hnius sententiæ vide apud Sanchez loco citat. num. 48. hanc tamen sententiam Sanchez putat non esse probabilem, sed asserit, vt gesta sint valida tequiri præter communem errorem titnlum etiam coloratum, & aliter gesta esse omninò inualida io vtroque foro, & Abbas cap. nihil de elect. nu. 11. dicit hoc esse indnbitatum, & hanc sententiam sequuntur multi quos longa manu refert Sanchez on. 49. Titulus ergo præterea requiritur; sufficit tamen coloratus idest à legitimo superiore collatus licet inualide ob aliquod impedimentum, dixi à legitimo superiore, quia si superior oon sit legitimus, idest potens conferre acta eruot nulla, quia cum vere conferens nullam habeat potestatem, nullum etiam titulum potest conferre, ideò gesta per delegatum ab eo qui vere non erat Prælatns nulla sunt; vide eundem Sanchez num. 50. & 51.

5 † Maior est difficnltas de eo qui semel vere acquisiuit titulum sed postea illum amittit: qnod potest esse, vel quia commisit aliquod delictum per quod titulo priuatur, vel quia moritur qui concessit, cuius morte cessat etiam titulus, vt accidit in confessario approbato ab Episcopo dum Episcopus ipse vinit, vel tantum ad annum nam elapso anno. & cessante vita Episcopi cessat etiam titulus, aut tandem potest esse per sententiam, qua delinqueos priuatur titulo quem prins habebat, & de duobns primis casibus videtur esse minor difficultas, quia licet vere amittatur titulus non tamen amittitur possessio tetinetur enim adhuc ins facti, & ideò remanet titulus coloratus. Grauior est de sententia, per quam non solum videtur priuari titulo inris sed etiam possessione, & ideò nihil remanet iuris quo actio possit reddi valida, tenet tamen idem Sanchez num. 58. vt magis probabile acta valere si concnrrat communis error, & Doctores hoc idem sentientes adducit. Ex quibus Henriquez lib. 6. de pænit. cap. 6. num. 2. in comment. litt. E. ait non satis esse, vt confessio valeat errorem pænitentis aut vulgi, nisi concurrat titulus coloratus, vt quia quis habetur pro Parocho, vel prius approbatus fuerat ab Episcopo, neque postea scitur eius reuocatio, & num. 3. ait approbatum ad annnm elapso anno, non teputari idonenm, & approbatum, & in com. litr. I. addit si communi errore vulgi censetur adhuc approbatus valere absolntionem. Et cap. 7. nu. 2. in comm, litt. G. inquit valete absolutionem, si quis per Bullam, quæ in eo oppido ignoratur reuocata, eligat confessarium, & lib. 5. de Penit. cap. 14. nn. 4. asserit; dum ignoratur an Pontifex reuocauerit gratiam bullarum, aut Episcopus licentiam, qua approbauit quosdam idoneos, valere confessiones virtnte Bullæ, aut talis licentiæ factas. Nec attenditur scientia priuata sed communis, vode etiamsi sciat confessarius se amisisse verum titulum adhuc valide absoluat quia durat titulus coloratus, & error communis idem Sanchez num. 59. in fine.

6 † Noto 3. Facultatem exeipiendi confessiones posse dari conditionatam, & liberam. Libera vt si Episcopns eam concedat illimitatam respectu personæ, loci &c. limitatam, vt si concedatur tantum pro vno loco, pto certis personis, eum dependentia ab alterius voluntate, vt si concedatur respectu tantum hominum, non mulierum respectu certorum hominnm non aliorum, in vno tantum loco non in alio; Cum dependentia à voluntate Rectoris Ecclesiæ, vel Curati &c. vel aliquo alio simili modo, quod intelligo semper respectu eorum, qui non solum apptobationem, sed & iurisdictionem ab Episcopo recipiunt. Primi confessarij sicuti vere valide, & licite possunt semper. & vbique excipere confessiones, talis etiam perseuerat in illis titulus coloratus; cęteri verò sicuti numquam possunt licite excipete confessiones, ita neque ampliarem titulum coloratum possunt habere infra hoc latius probabitur. Interim satis sit, quod sicut titulus verus nullus potest esse, oisi fuerit collatus, ita neque potest esse coloratus nisi secundum quod præcesserit collatus. Cum enim nemo possit habere maiorem iurisdictionem, quam illi intendatur conferri ab eo ad quem spectat conferre, nec etiam maiorem titulnm coloratum potest habere eo qui intenditur conferri. Quibus ita prænotatis soluendo propositam difficultatem primo loco.

7 † Dico Capellanum illum non potuisse absolnere, & probo non solum non potuisse recte sed nec etiam valide. 2

Primo Absolnit sine iurisdictione, & sine titulo colorato, ergo inualide etiam, & non solum illicite absoluit. Quod absolnerit sine iurisdictione probo. Non habebat ordinatiam nec delegatam ergo nullam habebat; ergo sine iurisdictione. Quod ordinariam non habuerit puto clarum, nam iurisdictio ordinaria illa est quam quis exercet ratione proprij officij, quæ à lege descendit estque perpetua, vnlgatis iuribus; neqne delegata, quia eius delegatio est tantum quod possit excipere confessiones de licentia Parochi, quæ est conditio quædā apposita, & consequenter sine cuius adimpletiooe actus est nullus ergo oeque potest ex delegata iurisdictione omnia ista ex sequentibus magis plana fient.

Facultas ista est conditionalis, & probo, dicitur enim, quod possit excipere confessiones de licentia
8 Parochi, † sed illa particula, De, importat conditionem vt per Achillem de Grassis decis. 6. de rescriptis num. 2. non seruata autem forma tradita in agendo resnltat nnlitas actus per iura communia ergo ista facultas est conditionalis, & ea non seruata resultat nullitas actus.

Dices esse conditionatam tantum ratione illius Parochi in cuins Ecclesia confessiones est excepturus non autem respectu aliorum Parochorum, quorum subditi ad eum possunt confluere. Sed contra, quia non est maior ratio quod requiratur licentia vnius, quam licentia alterius, ideò enim apposita est ista conditio ne lædatur ius Parochi, sed eodem modo læditur ius Parochi illius in cuius Ecclesia non audit confessiones, & tamen audit suorum Parochianorum confessiones sine sua licentia ac illius in cuius Ecclesia audit ergo si licentia vnius requiritur requiretur etiam licentia alterius. Dices Episcopum concedere illis Capellanis iurisdictionem audiendi confessiones omnium, & quorumcunque ad se accedentium, nec à Parocho aliam esse expectandam licentiam quam audiendi in Ecclesia ceterum posse audire. Sed hoc est falsum qnia sequeretur quod talis posset andire confessiones

siones secularium etiam inuito parocho in Ecclesijs regularium. 2. Maior illi esset attributa auctoritas in oues quæ non sunt suæ, quam habeant proprij pastores, quia Pastores non possunt alter inuito altero andire confessiones propriorum parochianorum, posset autem iste simplex Capellanus, ergo dicendum dare qnidem approbationem Episcopum; sed iurisdictionem dependere ab assensu Parochi respectu ouium maxime quia particula, De, semper regulatur secundum subiectam materiam ex adductis per Gratia: discept. forens. cap. 116. num. 17. sed in subiecta materia Capellanus confessarius nihil potest quoad absolutionem respectu parochianorum sine licentia Parochi ergo hoc etiam importat dictio. De, posita in facultate concessa ab Episcopo, quod nihil possit confessarius circa confessiones sine licentia Parochi, & si absoluat absolutionem esse nullam probatur, & simul posita conclusio.

9 † Secundò ex cap. Omnes vtriusque sexus, de pænit. & remiss. vbi sic habetur. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet, & obtineat à proprio Sacerdote cum aliter illum non possit, absoluere vel ligare, de licentia, ergo non solum dicit quod sit obtinenda licentia excipiendi confessiones in loco, sed etiam & multo magis quoad subditos.

10 † 3. Nemo censetur velle iuri tertio quæsito derogare; imo hoc non facit, neq. Summus Princeps nisi ex magna causa, neq; hoc censetur facere nisi aperte exprimat, etiam in priuilegijs, & quando facit concessio præiudicans est stricte interpretanda ergo etiam Episcopus concedens licentiam Capellano audiendi confessiones est intelligendus quod hoc non faciat in præiuditium Parochorum quibus est ius quæsitum ne quis audiat confessiones suorum subditorum sine licentia ab ijs obtenta.

11 4. Numquam censendum est corrigi ius commune, nec Episcopum disponere contra illud, sed de iure communi Capellanus non potest audire confessiones, nisi de licentia Parochorum ergo disponendo Episcopus non est censendus derogare iuri communi. Cum ergo rationes istæ militent de omnibus Parochis quoad omnes etiam sunt intelligendæ.

12 † 5. Si verum est Episcopum requirere in spetie licentiam Parochi tantum quod locum, verum erit etiam quod reliqua relinquat sub dispositione iuris communis, illa enim de quibus specialiter non disponitur sub iuris communis dispositione censentur relicta, ergo circa facultatem audiendi confessiones Parochianorum cum nihil disponat Episcopus totum hoc iudicandum erit iuxta dispositionem iuris communis, quod cum sit, ne Capellanus valide audiat confessiones sine Parochi licentia, dicendus erit sine illa inualide audire & ita sentiunt Alensis 4. p. quæst. 78. memb. 1. art. 2. Sotus dist. 18. quæst. 4. art. 2. Medin. quæst. 30. Llamas p. 1. cap. 6. §. 1. Philiarcus tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 24. Petrus Nauar. lib. 2. de rest. cap. 4. num. 269. nec video alios contra sentientes nisi in casu necessitatis, qui enim putant aliquem sine licentia proprij Parochi alteri sacerdoti posse sua peccata confiteri, hoc illi permittunt ob aliquam magnam causam Layman autem lib. 5. tract. 6. cap. 13. num. 3. §. Prior sententia, asserit nostrum dictum esse probabilius & verum etiam posita magna causa quia subditi extero sacerdoti non possint confiteri, nisi facultate obtenta & certe verum est, quia tota vis argumenti, & rationis contrariæ
13 sententiæ fundatur † in Cap. Placuit de Pænit. dist. 6. Quod tamen secundum Suarez est intelligendum de pænitentia publica ita tom. 4. disp. 27. sect. 2. in fine, & in casu, nostro in quo non agimus de illo qui magna necessitate pressus exterũ sacerdotem inquirit, sed agimus de eo qui sponte & sine magna causa alteri confitetur sine licentia proprij, optime pro nobis facit ita enim habet. Placuit, vt deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum ad pænitentiam, suscipere sine eius consensu cui se commisit, nisi pro ignorantia illius, cui pænitens prius confessus est. Qui vero contra hic statuta facere temptauerit gradus sui periculo subiacebit, ergo non potest nisi in casu ignorantiæ, neq; est facienda extensio ad alios casus, quia in casu ignorantiæ maxime versatur fauor animæ, vt possit alter quæri, ne pænitens decipiatur, male absoluatur &cæt. quæ rationes non militant in alijs causis.

14 † 6. Probo dictum Parochi licentia requiritur quæ maior non potest alteri quoad alienas oues ob eo tribui quam ipse habeat cum ergo ipse habeat tantum facultatem excipiendi confessiones eorum, de quibus tacite præbet assensum alter Parochus neq; maiorem ipse poterit tribuere, & si repugnet alter Parochus nihil potest, ergo neq; facultatem in simili casu alteri poterit concedere.

Dices fortasse posse ex communi errore & titulo colorato, sed respondeo nunquam habuisse titulum absolutum, sed tantum conditionatum idest dependenter à facultate Parochi, quæ cum cesset, & ab Ecclesia discedat cessat etiam omnis titulus coloratus esset siquidem titulus coloratus si adhuc in eadem Ecclesia resideret, & Curatus vel Episcopus reuocaret facultatem, sed cum inde discedat & ad aliam Ecclesiam se transferat ibi non potest habere titulum coloratum quia illi nunquam fuit concessa facultas ea intentione, vt inuito Parocho posset confessiones audire, imo potius de contraria mente constat, quod si hic esset titulus coloratus sequeretur etiam, quod expositus pro audiendis confessionibus tantum, sine facultate absoluendi à reseruatis valde tamen absolueret. Non potest ergo dari titulus coloratus quia nunquam sufficiens iurisdictio ad illum constituendum fuit in illo confessario, Ex quibus patet nec licite, nec valide istum sacerdotem, absoluisse, quia nec ordinariam, nec delegatam habebat iurisdictionem, nec titulum coloratum, quibus posset licite, & valide absoluere. Non enim sufficit communis error, alioqui valide absolueret etiam à reseruatis.

15 † Ad secundum quæsitum quod est; An Capellanus iste peccauerit. Respondeo quod vel hoc quærimus in foro fori ad pænam, vel in foro conscientiæ ad culpam. Si in foro fori ad pænam.

Peccasse potest probari. 1. Absoluit quem non potuit ergo est culpabilis ista absolutio ergo pæna multanda. Dices excusari ignorantia sed contra, & probatur.

16 † Secundò Regula est quod ignorantia, vel error iuris non præsumitur Bartol. in l. sed etsi §. scire num. 3. ff. de pet. hæred. & in l. non fatetur num. 13. ff. de confess. Alex. cons. 121. nu. 14. lib. 4. Corn. cons. 17. nu. 5. & cons. 226. col. pen. lib. 1. Socin. Sen. cons. 59. nu. 17. vers. præterea lib. 3.
17 cuius dicti illa est ratio, † quod sit lata culpa ignorare iuris dispositionem, quam omnes scire debent per se, vel per alios quos possunt consulere, l. leges

Sacra-

Sacratissimæ ff. de leg. & in spetie scripserunt Bart. in l. iuste in fine ff. de acquirenda poss. Alex. cons. 43. colum. vlt. lib. 6. Socin. Sen. cons. 108. nu. 12. vers. & licet iuris ignorantia lib. 1. & Craueta cons. 671. nu. 11. dicentes errorem, & ignorantiam, iuris latæ culpæ adscribi.

18 † Culpa autem, quæ est delictum, non præsumitur secundum, l. merito ff. pro Socio, ex quibus fit ignorantiam iuris non præsumi: Imò Angel. in l. sed. etsi lege §. scire ff. de petit. hæred. reliquit scriptum, esse difficile probare hanc ignorantiam iuris, & errorem eum saltem peritiores consuli potuerint. Angelum sequtus est Socin. Alex. & aliqui alij, præcipue Ruinus cons. 128. num. 13.
19 lib. 2. † quæ præsumptio maxime locum habet in actu geminato, qui dum voluntatem magis deliberatam ostendit, arguit non per errorem, vel ignorantiam esse factum Ruinus d. cons. 128. num. 13. volu: 2. Decius cons. 185. num. 13. & hoc etiam maxime verum est in ijs, quæ spectant ad suum
20 officium. † Ignorantia enim in Doctore, æquiparatur dolo. Bald. §. iudices in tit. de pact. in fin. Alex. in l. Si quis id quod ff. de iurisd. omn. iud.

21 † Aduerte autem quod licet ignorantia, & error distinguatur, est enim ignorare, nescire, quod sciendum est, Errare verò est credere rem esse aliter, quam sit ita Azo. in sum. C. de iur. & fact. ignor. num. 1. & 2. qui primus egregie hoc obseruauit quem postea sequti sunt Archid. in cap. in quibus 25. quæst. 2. Albericus in l. error num. 1. Cod. de iuris, & fact. ignor: accedit D. Tho. in 4. dist. 30. art. 1. D. August. cap. Relatum 38. dist. vbi Præposit. & Turrecrem. neutra tamen præsumitur. Neque iste Cappellanus potest prætendere inaduertentiam, quia à Parocho est admonitus, ne dictarum personarum confessiones audiret.

22 † Dicetur fortasse excusari hunc Capellanum ex necessitate, quam habent pænitentes, & ex eo quod nolunt proprio sacerdoti confiteri, sed quam inepte. Non ne requiritur saltem quod facultas petatur, imo, & quod obtineatur. Si hoc argumentum valeret ad nihil valerent reseruationes; Et sequeretur quemlibet priuatum in ijs quæ sunt iurisdictionis posse sibi ius dicere: ineptiæ sunt istæ.

23 † Dices 2. Excusari ex eo, quod inter Parochum, cuius Ecclesiæ iste Capellanus inseruit, & Parochum, cuius Paræciæ sunt personæ, quarum confessiones excepit intercedit iste tacitus consensus, vt vterque vtriusque subditas personas possit in confessione audire: sed quid inde, ergo idem tacitus assensus qui est respectu Curati erit necessario inferendus respectu Capellani? ergo iste Curatus qui habet iurisdictionem ex tacito consensu quodammodo delegatã quæ ratione tituli nullo modo neq; delegato illi competir potest alteri delegare? Sed demus ex consuetudine id fieri posse, quomodo ex tacito consensu sibi competentem iurisdictionem potest Parochus ad eum extendere Capellanum, cui à Parocho proprio personarum illi denegata sit omnis facultas suos subditos absoluendi? vanitates sunt istæ: Non ergo potest supponi Episcopum concessisse, nec potest facultatem concedere Parochus cui Capellanus inseruit nec potest præsumi ignorantia, ergo puniendus.

24 An peccauerit Capellanus iste in foro conscientiæ. Si quis sequatur sententiam asserentium neque in foro conscientiæ dari ignorantiam circa ea, quæ pertinent ad proprium officium, facile respondebit difficultati, quod si admittat, cum in foro conscientiæ pænitenti pro se, & contra se standum sit, erit iste diligenter examinandus, an aliquem motum dubitationis in se ipso senserit, & cætera erunt examinanda quæ alibi, & ego tradidi, & communiter tradunt Doctores ad cognoscendum an ignorantia excuset.

25. † Ad 3. principale quæsitum. An scilicet aliquas censuras incurrerit dictus Cappellanus Respondeo esse inspicienda statuta synodalia, & Prouincialia. Cæterum de iure communi puto nullas incurrisse.

26 † Ad 4. An scilicet pænitens sit absolutus Responsum est quidni? Ego dico non esse absolutum. Ad illud quidni? Dico quia Capellanus non habuit iurisdictionem nec ordinariam nec delegatam, neque titulum coloratum: ideò absolutio est inualida, & iteranda confessio.

27 † Instabis posse excusari Capellanum ex eo quod potuit præsumere Parochum denegantem facultatem absoluendi suos subditos voluisse intelligere tantum dum permaneret in propria paræcia, dum autem alibi existeret nihil determinare. Respondeo tamen in foro fori in nullo modo posse præsumi; prohibitio enim est facta respectu personarum non respectu loci. In foro conscientiæ respondeo, vt supradictum est. Non enim sufficit putare posse, sed requiritur fundamentum.

Instabis 2. posse excusari ex concessione facta ab Ordinario excipiendi confessiones illimitate: sed respondeo concessionem non esse illimitatam dum asserit de licentia Parochi; quo nomine venit intelligendus, & Parochus loci, & Parochus personæ. Imo etiamsi additum esset de licentia Parochi loci nec dum posset absoluere, quia licentia Parochi illius cuius subditi confessiones sunt audiendæ, necessario est requirenda ex canone, cui numquam censetur derogatum nisi exprese derogatio ponatur, cum sit in præiuditium tertij. Potest autem Episcopus, vt Parochus Parochorum.

28. † Non ergo potuit Capellanus dictus valide, vel licite confessiones audire. In foro fori est puniendus. In foro Conscientiæ examinandus. Excommunicationes puto non incurrisse de iure communi de particulari Synodalia, & Prouincialia decreta sunt inspicienda. Confessio fuit nulla.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur quæsitum.*
2 *Quæ & quot difficultates soluendæ.*
3 *Parochus, vt residens an teneatur facere officium in hebdomada sua sicut cæteri residentes quid de iure, & quid in proposito casu.*
4 *Vna persona potest censeri duplicis iuris. Iura plurium deuenientia in vnam personam omnia retinent suam naturam.*
5 *Qui habens plura iura eligitur ad vnum, illius tantum iura potest exercere.*
6 *Dispositionis verba sunt attendenda ob varietatem sensuum, quam possunt facere ex varietate dispositionis.*
Duplici honore honoratus duplici onere est censendus oneratus maxime in diuersis dispositionibus.
Disposita in fundationibus beneficiorum etiamsi sint contra ius sunt seruanda.
Inclusio vnius est exclusio alterius.
7 *Ad quem spectet apponore candelas horis Vespertinis, & Completorijs ad Parochum, an ad residentiam*

Pro-

Proponitur quadam obiectio, & soluitur.
8 *Proponitur, & soluitur altera obiectio.*
A præminentijs ad onera non bene infertur.
9 *Eleemosina eroganda pro interessentia officijs mortuorum an Parochorum, & aliorum residentium debeat esse equalis.*
Quis potest interesse choro duplici titulo.
10 *In qua capsa sit reponenda cera, quæ superest ex funeralibus.*
Considerantur varij modi legatorum.
11 *Soluitur quædam obiectio.*
12 *An officia mortuorum legata celebranda à residentia possint celebrari in alia Ecclesia quam in Parochiali.*
13 *Soluitur quædam obiectio.*
14 *Ad quem spectet decidere lites, & controuersias huius residentiæ.*
Explicatur statutum eiusdem residentiæ.
15 *Proponitur vltima difficultas, an possit fieri compromissum.*
Laicus licet non possit, vt iudex, potest, vt compromissarius cognoscere de rebus Clerici, & laudum contra Clericum latum erit validum.
Limitatur si compromissum fiat in laicum non, vt arbitrum sed, vt arbitratorem.
Quo casu sententia valet in vim pacti.
Si quæstio sit de facto non de iure sæcularis est index competens.
De bonis temporalibus tam Ecclesiæ quam sui patrimonij posse clericum pro libito compromittere tenent aliqui. Alij dubitant de bonis Ecclesiæ, & volunt posse solum in clericum compromitti. De spiritualibus solum in clericum compromittitur.
Prohibita alienatione censetur prohibitum etiam compromissum, cum veniat sub illa, limitatur in compromisso necessario.
16 *Quid dicendum in casu proposito Quæ alienatio sit prohibita.*
Nundum acquisita Ecclesiæ possunt renunciari ideo, & de illis compromitti.
Aliqui asserunt posse fieri compromissum, etiam negata alienatione.
Aliqui etiam asserunt de licentia Episcopi posse fieri compromissum inter clericum, & laicum super spiritualibus.

De obligationibus Parochi, & aliorum in residentia.

X C I.

1 IN Ecclesia Parochiali Oppidi N. erecta est residentia duodecim Sacerdotum annumeratis duob. Parochus Rectoribus Ecclesiæ. Huius statuta Parochis primas decernunt, voluntque haberi pro præsentibus in Choro quotiescunq; contigerit eos abesse pro exequendis illis, quæ ad officium suæ Curæ pertinent, eisdemque Curatis iniungunt onus faciendi officium, Missasque cantandi diebus festis: Cæterum omnes indiscriminatim obligant matutinis, nocturnis, diurnisq; horis interesse, nullaque habita distinctione graduum, vel personarum æquis portionibus distributiones diuidendas. Hæc sunt præcipua residentiæ statuta, circa quæ sequentes oriuntur difficultates.

2 † Primò an Parochi teneantur facere suam hebdomadam in Choro in girum, sicut & cæteri residentes. Secundò an diebus festis teneantur ijdem Parochi horis Vespertinis, & Completorijs accendere candelas ex proprijs, an desumendæ sint ex capsa residentiæ. Tertiò cum à multis ex hac vita decedentibus legetur hoc modò. Lascio cento scudi acciò del reddito mi sia fatto vn officio dalla residenza, quando persoluuntur officia an æquales debeant esse eleemosinæ quæ residentibus distribuuntur, cum illis Parochorum, an verò maiores quæ dantur Parochis. Quartò an cera, quæ ex illis funeralibus superest debeatur Curatis an residentiæ, & in qua capsa sit reponenda Parochorum an residentium. Quintò an prædicta officia, seu anniuersaria relicta celebranda per residentes possint à Sacerdotibus residentibus celebrari alibi quam in Ecclesia Parochiali, in qua erecta est residentia, etiam non vocatis imò inuitis Parochis. Sextò ad quem spectet dirimere istas lites, cum hoc speciale à fundatore statutum sit, vt omnes controuersiæ, differentiæ, seu lites, quæ in residentia oriri possent ad Episcopum deferantur, & eius decisioni sit omninò quiescendum, ex quo sequitur, an Vicarius Episcopi possit in his se ingerere, & an residentes possint compromittere in alios, an verò necessario teneantur adire Episcopum.

3 † Ad primam de iure esset respondendum teneri rectores ad omnia onera quibus tenentur etiam cæteri residentes at ex dispositione fundatoris puto non teneri. Primam partem probo. Primò,

4 † quia eadem persona potest censeri duplicis iuris ob duplicem respectum, l. miles §. pro parte ff. de leg. 2. Glossa in cap. quæritur 2. quæst. 7. Abbas in cap. sane, & ibidem Dec. in 3. not. de off. Relig. & alij plures, quos adducit Menochius de recuper. remed. 1. num. 36. & ratio est, quia iura plurium denenientia in vnam personam retinent omnia suam naturam, Parochus ergo poterit censeri duplicis iuris nempe Parochiæ, & residentiæ, & vnumquodque retinebit suam naturam cum interesit residentiæ censebitur iuris residentialis, & tenebitur ad omnia illius onera, cum verò parochiale officium exercebit censebitur iuris parochialis, & ad parochialia onera tenebitur.

5 † Confirmatur, quia quando vnus qui duo iura habet eligitur ad vnum illorum illius tantum iura potest exercere ad quod eligitur, nec consideratur, vt sustinens iura alterius, ergo etiam Parochus electus ad iura residentiæ, non considerabitur vt Parochus, sed vt residens, nec consideratur, vt habens iura parochialia, ergo ad omnia tenetur absque vllo respectu ad quæ tenentur cæteri residentes. Ita quando quis est Episcopus, & simul Canonicus quando Choro assistit vt Canonicus nullo modo consideratur dignitas Episcopalis. Neguf. in suis respons. & dispur. cap. 349. eodem modo dicendum de Curato. 2. Ratione diuersorum percipiunt Parochi duplex stipendium, ergo ad duplex onus tenentur.

6 Secundam partem antequam probem aduerto diligenter esse considerandam formam statutorum residentiæ, ne id quod putatur taxatiuum sit ampliatiuum, cum enim ad persoluendum diuinum officium diebus festis, & ad Missam cantandam teneantur Parochi in proprijs Ecclesijs, potest esse, quod fundans residentiam, & obligans omnes eodem modo ad pensum diuini officij, ne Parochi ex hoc statuto putarent onus, quod illis solis incumbebat, per hanc dispositionem, sibi cum alijs effectum esse commune disponeret, declarando se hoc non intendere, sed mentem suam esse, quod sicuti duplici honore sunt honorati, ita duplici

onere sint onerati; potest etiam esse quod voluerit hunc fauorem illis concedere, vt maius onus ex residentia illis non adderetur quoad faciendum officium, quam antea illis incumberet, quod potest facere essetq; seruandum, quia quæ disponuntur in fundationibus, ea sunt seruanda, etiamsi sint contra ius commune. Lotherius de re benef. lib. 2. quæst. 32. Cæterum si hoc onus imponatur Parochis à fundatore nullo habito respectu ad præcedentem obligationem dicendum est ad aliud non teneri illa tritissima regula. Inclusio vnius exclusio est alterius, l. cum prætor ff. de iudic. l. cum maritus C. de procurat. l. quamuis C. de pignor. l. ait prætor §. sed quid Papiuio ff. de minor. c. Nonne de præsumpt. quod verum esse in consuetudine, priuilegio, seruitute, præscriptione, & in omni dispositione tradit Ruinus cons. 112. circa princip. num. 3. lib. 5. Ang. cons. 375. & verum habere in statutis Dynus cons. 16. num. 11. vers. præterea, & cons. 17. circa finem nu. 5. asserit statutum imponens aliquod onus magnatibus censeri eximere ab alijs. Considerandа ergo sunt optimè verba statuti, quod ego facere non possum, quia non est exhibitum.

7 Ad secundam difficultatem respondeo ceram esse apponendam ex capsa residentiæ non Parochorum, & probo, quia qui obligat ad aliquid faciendum, obligat etiam ad ea omnia sine quibus obligatio non potest perfici, cum ergo institutor residentiæ obligauerit ad horas persoluendas etiam diebus festis, obligauit residentes etiam ad ceram apponendam.

Dices primò Parochi ante institutionem residentiæ tenebantur ipsi Vespertinas preces persoluere &c. & ceras apponere, ergo etiam nunc tenebuntur cum non appareat extinctio istius obligationis. Respondeo imò constare de extinctione istius obligationis, quia Ecclesia est effecta iuris residentialis, in qua cum teneatur residentia psallere, tenebitur etiam ceram apponere.

8 Dices secundò etsi Ecclesia sit effecta iuris residentialis, attamen Parochi si vellent ipsi solli officium facere diebus festis, & Missas cantare possent ipsi priuatiue quoad alios ista exercere, ergo signum est quod adhuc retinent iura parochialia, ergo tenebuntur etiam ad onera. Respondeo non bene inferri à præeminentijs ad onera, nunquam enim putantur Parochi renunciare iuribus suis, sed voluisse tantum addere suæ Ecclesiæ decorem residentiæ cui cum sit adnexum onus persoluendi diuina officia est iniunctum etiam onus apponendi ceram, cum ergo intersunt vt Parochi quod possunt, cum iuris parochialis sint in eadem Ecclesia suas præeminentias sibi assumunt, quia verò tenentur residentes ex iustitia interesse, tenentur etiam ad omnia consequentia. Præeminentiæ ergo remanent in Parochis etiam in residentia, in qua vt Parochi interueniunt, onera verò pertinent ad residentiam, quia Ecclesia est effecta residentialis, quod est idem ac dicere, iure residentiali ibi diuina sunt persoluenda, in illa autem interuenit Parochus vt Parochus, ideò sua iura exercet. Nec enim Curatus tenetur ad dicta persoluenda, nisi quatenus alio titulo non sunt persoluenda, cum igitur adsit titulus residentiæ cessat obligatio Parochi, ista enim præstare nunc spectat ad residentiam, quibus æque bene satisfit necessitati populi, quod intendit testator fundando residentiam.

9 Ad tertiam respondeo deberi eleemosinam funeralium vt Parocho, & vt residenti, iura parochialia non potest auferre priuata persona, quod alibi diximus, ideo si quis disponat in associando suo funere solos Regulares esse vocandos non ideo censeri exclusum Parochum, ergo multo minus cum legantur officia esse persoluenda per residentiam; Imò etiamsi dicatur lego residentiæ decem aureos vt Officium mortuorum cantet, (intelligo per Officium Missam cantatam) adhuc residentia tales Missas sine Parocho non potest celebrare. Neq; dicendum fundatorē voluisse hoc iure priuare Parochum, quia hoc non præsumitur nisi sit expressum, cum ergo Parochus intersit vt Parochus, & vt residens duplicem etiam eleemosinam percipiet.

Dices non posse satisfieri duplici oneri, quorum vtrumque requirat præsentiam vnica interessentia, sed quid de iure sit dicendum vide Abbatem in cap. cum olim de sent. & re iud. qui dicit non esse nouum quod quis in Choro intersit duplici titulo, apud quem multa habes. In casu nostro puto nō esse dubitandum, quia cum interessentia Parochi sit ex dispositione fundatoris, vocantis ad residentiam Parochos, nec constet quod aliquod ius illis voluerit adimere, dicendum vocare ad suam residentiam cum omnibus præeminentijs. Neq; obstat dispositio, quod fructus æquis portionibus diuidantur, quia hoc est intelligendum de illis, qui Parochis competunt quando solo titulo ad residentiam interueniunt; In funeralibus autem interueniunt vt residentes, & vt Parochi, ideò duplex eleemosina illis debetur.

10 † Ad quartam. In qua capsa sit reponenda cera quæ superest de dictis officijs, vel funaralibus. Aduerto duplicem modum significari, quo huiusmodi legata fiunt, aliquando enim dicitur: Lascio trecento scudi acciò del reddito di essi mi si facci celebrar vn Officio dalla Residenza. Aliquando autem: Lascio trecento scudi alla Residenza, acciò mi celebri vn Officio ogni anno, vel etiam: Lascio trecento scudi con obligo che mi celebri vn Officio. Videtur autem inter istos modos aliquam intercedere differentiam. In primo enim nullum acquisitum est ius residentiæ, in secundo autem est acquisitum ius. Præterea videtur differentia aliqua etiam in secundo si his verbis componatur: Lascio trecento scudi acciò mi celebri vn Officio, videntur enim hoc casu in celebratione Officij totum redditum esse insumendum, non autem cum dicitur con obligo di far celebrar vn Officio, quia licet non totum redditum insumat in celebrationē satisfacit obligationi, & quod superest videtur legatum in beneficium residentiæ.

Quocunq; modo legatum fiat cera apposita tumulo debetur Parochis, & in capsa eorum est reponenda, quia ista spectat ad eorum iura, quibus non sunt censendi priuati per istas dispositiones, quæ ita sunt intelligendæ, vt Officia sint celebranda more consueto vocatis tamen residentibus; Vel quod ad residentiam spectet facere celebrare illa Officia more item consueto, iura parochialia quæ nunquā censentur ablata per hominis dispositionē.

11 † Dices legatis factis similibus Regularibus totum pertinet ad Regulares nihil ad Parochos, ergo etiam idem erit dicendum de Residentia. Respondeo non currere paritatem; Regularibus enim nihil cum Parochis. Exempti sunt enim vulgatis iuribus à simili obligatione, neque in Officijs illorum interueniunt Parochi, nec in Parochorum Ecclesijs celebrantur.

12 † Ad quintam an Officia hoc modo legata possint celebrari in alia Ecclesia, quam in illa, in qua

est erecta residentia. Respondeo siue hoc fiat in fraudem Parochorum, siue non, sed alio fine, non posse ratio est, quia non verificarentur verba testatoris, qui dum vult celebrari à residentibus videtur innuere, quod celebrent in Ecclesia suæ residentiæ, quia si alibi celebrarent ibi non celebrarent Residentes, sed vt simplices Sacerdotes. Quæ enim sunt ab aliquo facienda, vt talem personam representat sunt facienda in loco suæ representationis, si autem celebrent in loco non suæ representationis non celebrant vt tales, sicuti si diuinum officium celebrarent in alia Ecclesia non satisfacerent, quia non celebrarent vt representantes.

13 † Dices Capitulum multa facere vt Capitulum etiam extra propriam Ecclesiam, ergo etiam residentes poterunt celebrare extra Ecclesiam suæ residentiæ. Respondeo antecedens indigere longa declaratione quæ ad præsens meum institutum non facit, quoad rem nostram dico actum celebrationis nunquam dici factum per residentes nisi fiat in Ecclesia residentiæ, quia ibi tantum sunt residentes, ita etiam Capitulum nunquam dicetur capitulariter celebrare persoluere diuina officia nisi in propria Ecclesia, quia est obligatio loco affixa. Non ergo residentes celebrant extra Ecclesiam, sed vt Sacerdotes, sed tenentur celebrare vt residentes ergo in Ecclesia residentiæ.

14 † Ad sextam difficultatem, quæ est cum in erectione residentiæ sit statutum quod omnes differentiæ deferantur ad Episcopum & nulla sit facta mentio de Vicario, an Vicarius ex generali mandato possit in difficultatib. istius residentiæ se immiscere, an requiratur speciale mandatum & vltimo an nullo modo possit in istis se impedire, & videtur dicendum non competere Vicario, nec ab Episcopo posse delegari, quia videtur ista esse mens erigentis residentiam; cognitionem enim harum causarum voluit prius esse in quodam Canonico, quo mortuo, illam voluit postea transferri in Episcopum ergo videtur electa dignitas Episcopalis præcise & priuatiue quod alias, quod potuit quia in fundationibus beneficiorum disposita etiam contra iura sunt omnino seruanda, potest enim fundator quas vult conditiones apponere in fundatione, vt supra diximus ex Lotherio & alijs quos ipse adducit.

Sed dico Vicarium posse ex generali mandato cognoscere, & decernere de litibus & controuersijs omnibus istius residentiæ, quia talis cognitio pertinet ad Episcopum iure ordinario quæ autem pertinent ad Episcopum iure ordinario censentur concessa Vicario eiusdem ex generali mandato imo secundum Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 29. iurisdictione ordinaria illi competunt. Competit autem Episcopo iure ordinario non speciali cognitio harum causarum ideo siue ex generali mandato siue ex potestate ordinaria competunt etiam Vicario.

Nec obstat statutum residentiæ, quia explicat tantum quod de iure inest, cum enim dictarum causarum cognitionem voluisset prius pertinere ad nominatum Canonicum, mortuo illo vult deuolui ad Episcopum prout de iure. Nisi dicas & fortasse verius voluisse erectorem residentiæ pertinere ad Canonicum ea quæ possent esse dubia circa fundationem, erectionem, & gubernationem, vel bonum regimen residentiæ, non autem ea, quæ cum alijs possunt esse controuersa extra residentiam, illis enim qui sunt extra residentiam non potest dare leges, nec statuere decreta erigens residentiam, si enim aliquæ oriantur lites inter hæredes testatoris & residentiam super aliquo legato, non potest residentiam erigens determinare Iudices, sed deuoluuntur ad eos quibus de iure spectat. Cum ergo lites Ecclesiarum dirimere spectet ad Episcopum, hoc ius non censebitur ademptum per dispositionem erigentis residentiam, vel statutum eiusdem residentiæ, imo neque valeret si esset confirmatum per Episcopum, quia sicuti non potest statuere contra ius commune ita neque potest statuta contra idem confirmare, cum inferior nihil possit in legem superioris. Cum ergo Parochus habeat de iure suum iudicem Episcopum ad alium non potest trahi nec illa possunt constitui ab inferiori potestate ipso canone. Quin neq; ipse Parochus posset tali deputationi consentire, cum non possit cedere iuribus suæ Ecclesiæ nisi requisitis solemnitatibus, & certis casibus.

15 † Ad vltimam difficultatem an possit super dictis iuribus & controuersijs fieri compromissum.

Dico 1. quod licet iudex laicus non possit cognoscere de causa Clerici, vt iudex, potest tamen; vt compromissarius, quia videlicet clericus aliquam causam in illum compromittit: & laudum contra eum latum validum erit cap. cum contingit de foro competenti Ballamer. in repetit. Cap. Romana num. 6. de foro compet. quod tamen limitat Gaill. lib. 1. obser. 37. in fine si fiat compromissum in laicum, vt arbitratorem non vt in arbitrum vbi dicit quod sententia tunc valet in vim pacti Dec. in Cap. at si clerici num. 2. de iudic. qui testatur de communi Farin. in tract. criminal. quæst. 8. num. 24. limit. 1. Scaccia in tract. de iud. p. 1. cap. 11. num. 37. quod si quæstio sit de facto non de iure sæcularis iudex est competens vide Gaill. lib. 1. obs. 38. dum agit de decimis de bonis temporalibus tam Ecclesiæ quam sui patrimonij posse clericos pro suo libito compromittere, de spiritualibus vero solum in clericum & personam Ecclesiasticam probatur cap. contingit à contrario sensu & cap. per suas de arbitr. vbi Doctores communiter & præcipue Abbas & Berous num. 26. qui testatur de communi licet ipse satis dubitet de rebus temporalibus Ecclesiæ, & quod tale compromissum non possit fieri tenent Doctores apud Carolum de Graffis de effect. cler. effectu 1. nu. 861. Prohibita enim alienatione censetur prohibitum etiam compromissum cum sub illa veniat Iason in l. fin. num. 129. C. de iure emphit. & reliqui quos citat Barbosa tract. de appellat. verbor. appellat. 14. num. 17. vbi etiam limitatur in compromisso necessario & in terminis Quaranta in Bulla verbo alienatio num. 46.

16 † Sed quidquid sit de istis de quibus possunt videri Summistæ verbo compromissum, vt Angelus, & alij agentes de alienatione bonorum Ecclesiasticorum, in casu nostro puto facilem esse responsionem, & dico posse fieri compromissum super litibus quæ oriuntur inter dictos Parochos & Residentes, quia hic non agitur de alienatione bonorum Ecclesiasticorum, quia nec dum Ecclesiæ est acquisitum ius, sed adhuc agitur an ius sit acquisitum, & cui competat. 2. In Paulina ambitiosę prohibetur alienatio facta ad profanos vsus, hic autem nulla est alienatio ad profanos vsus. 3. Ex isto compromisso nulla sequitur alienatio 4. Ea de quibus est concertatio non sunt immobilia sed sunt veluti quidam fructus ergo super illis potest fieri compromissum.

Angelus

Angelus verbo compromissum ad finem.

Non desunt qui asserunt negata alienatione non esse negatum compromissum, & posse fieri compromissum super spiritualibus de licentia Episcopi in Clericum & Laicum coniunctim, sentientes refert de Graffis loco cit. num. 860. Ex quibus patet solutio ad omnes propositas difficultates.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur quaesitum.*
2 *Quae sint soluenda.*
3 *Poena est imponenda secundum quantitatem, & qualitatem delicti.*
4 *Poena debet esse minor delicto.*
5 *Poena solita infligi ab Ecclesia sunt suspensio depositio & degradatio.*
Quid sit vnaquaque.
6 *Quomodo degradatio differat a depositione.*
7 *Depositus & triremi destinatus potest sine incursu excommunicationis verberari a magistro triremium ex illis causis, quae spectant ad suum officium, non vero alijs de causis.*
8 *Traditur quadam regula infligendi dictas poenas quae infra expenditur numero sequenti.*
9 *Quid sit infamia iuris, & quid infamia facti.*
Infamia facti tollitur per famam contrariam.
Expenditur supra tradita regula, vt insufficiens.
Infamia facti debetur poena suspensionis.
Factum tamen debet parere non leue scandalum.
Infamis infamia facti tamdiu est suspendendus donec infamiam purget.
Potest iudex in infamia facti procedere etiam per inquisitionem.
Nisi probetur delictum iudex potest indicere canonicam purgationem.
10 *Eadem poena suspensionis non depositionis debetur infamia iuris.*
11 *Ex dictis sequitur quod tradita regula non sit sufficiens.*
Certior regula est quod iudex ex lectione & consideratione sacrorum canonum debet informare animum suum, & vel secundum ea, quae in illis reperit disposita, vel ad eorum similitudinem, iudicare.
Mitius debet agere Iudex cum procedit per inquisitionem, quam per depositionem.
12 *Laborare infamia iuris dicitur, qui condemnatus est de delicto infamiam inducente sequta sententia.*
13 *Sententia resultat, & producitur vel ex rei confessione, vel ex probationibus.*
14 *Confessus non dicitur conuictus.*
15 *Quod est obseruandum ad intelligentiam statutorum loquentium de conuictis, quae non includunt confessos.*
16 *Rei conuincuntur testibus, & scripturis.*
17 *Glossa asserit duos testes sufficere etiam contra Papam de crimine.*
18 *In iuditio agitur eadem poena contra confessum ac contra conuictum, si confessio fiat coacte non autem sponte in iuditio.*
19 *Minora crimina multoties grauius puniuntur quam maiora, vt vxoricidium grauius puniatur matricidio.*
20 *Depositio debetur de iuris rigore omni delicto, & crimini mortali.*
21 *De aequitate tamen & misericordia non infligitur nisi delictum sit qualificatum aliqua circumstantia, vt incorrigibilitate &c. vt ibi.*
22 *An propter fornicationem quis sit deponendus arbitrabitur iudex, vt ibi.*
23 *Caueat iudex ne sua indulgentia foueat delicta.*
24 *Liberum est iudici quas vult infligere poenas, cum non determinatas sed varias reperit constitutas.*
25 *Aliae regulae traduntur, & expenduntur.*
26 *Depositus non est curiae saeculari tradendus, quia iudex Ecclesiasticus sufficienti poena punit.*
27 *Quando sit procedendum ad degradationem.*
28 *Degradatio alia actualis, alia verbalis, verbalis item est duplex altera in qua sistit iudex, vtpote functus officio suo: altera quae est via ad degradationem actualem & ista priuat omni priuilegio clericali, & de iure antiquo in crimine haeresis ad illam irrogandam requirebatur consensus Praelatorum, in alijs criminibus consensus Episcoporum.*
De iure nouo Concilij sufficit adesse Abbates vel Praelatos.
29 *Actualis degradatio item est duplex actualis realis, actualis iuris fictione, & vnaquae est executio degradationis verbalis.*
30 *Realem posse fieri sine requisito numero.*
31 *Episcoporum tenuit Geminianus non autem verbalem.*
32 *Actualis realis quae sit, traditur & simul, quae sit degradatio iuris fictione.*
33 *Antequam deueniatur ad degradationem iuris fictione inductam traduntur seruanda.*
34 *Item traduntur seruanda in degradatione actuali reali.*
35 *Quare inducta sit degradatio iuris fictione.*
36 *Ob qua delicta sit deueniendum ad realem degradationem traditur regula.*
37 *Homicidio proposito in casu nostro debetur realis degradatio iuris fictione.*
38 *Traditur modus seruandus.*
39 *Suspensio est maior poena depositione, excommunicatio maior suspensione, excommunicatione maior degradatio, & assignatur ratio.*
40 *Degradatus nunquam amittit characterem ideo semper valide consecraret etiam degradatus.*
41 *An reus citatus depositus suspensus, & excommunicatus statim sit custodus traditus curiae saecularis, an requiratur aliquis actus iudicis Ecclesiastici quo denuncietur degradatus.*
Afferuntur quae faciunt difficultatem, & resoluitur dubium.
42 *Mens, & sententia auctoris in hoc.*
43 *Resoluitur quid agendum in proposito casu.*

De Poenis Clerico infligendis, & de degradatione absentis Curiae saeculari tradendi.

XCII.

1 QVidam † Sacerdos perdite amans quandam mulierem, vt ea libere possit frui in agro illius virum interficit, & in eodem agro sepelit, timens ne crimen detegatur aufugit, & mulierem illam secum abducit detegitur facinus istius scelestissimi, acta conficiuntur scelera aperte proban-
2 tur, quaeritur † qua paena sit multandus, an brachio saeculari tradendus, & quomodo, quae omnia breuiter a me expedientur.

3 † Quoad primum ergo quaesitum qua poena sit puniendus. Respondeo paenam esse imponendam secundum quantitatem, & qualitatem delicti Glossa in Cap. At si Clerici & ibi textus de iudic. & cap.

4 non offeramus 24. q. 1. † vbi dicitur quod potius
debet eſſe minor pœna quam delictum Pœnæ ſolitę
5 infligi ſunt † ſuſpenſio, depoſitio, degradatio Ab-
bas in cap. cit. At ſi Clerici nom. 2. de iudic. ſu-
ſpenſio eſt remotio ab altaris miniſterio ad tem-
pus, Depoſitio eſt remotio ab altaris miniſterio
perpetua, Degradatio vero eſt pæna Eccleſiaſtica
qua perſona item Eccleſiaſtica priuatur omni be-
neficio, officio, & priuilegio clericali in perpetuum
6 abſque vlla ſpe. † Differt à degradatione, quia
licet ſit perpetua non eſt tamen ſine ſpe reſtitutio-
nis, & quia degradatus amittit omnia priuilegia
fori, & canonis quæ non amittit depoſitus ita, vt
depoſitum percutiens ſit excommunicatus, non
autem degradatum, nec Iudex ſæcularis quidquam
poteſt in depoſitum, poteſt autem omnia in degra-
7 datum. † Verum tamen eſt, quod ſi depoſitus
triremibus deſtinetur illum verberans triremis
magiſter non incurrit excõmunicationem ſi illum
ex officio verberet, ſecus autem quacunque alia ex
cauſa, deſtinatus enim triremi cenſetur deſtinatus
ad pænas triremis Nanar. in ſum. cap. 27. numer.
81. Scio alias eſſe pœnas, vt exilij &c. Sed iſtæ tres
ſunt quæ frequentèr in ſacris canonibus infliguun-
tur.
8 Cui autem delicto vnaquæque pæna debeatur
ſolet ab aliquibus tradi iſta regula, quod infamia
iuris inducit, vel depoſitionem, vel facultatem de-
9 ponendi, & infamia facti ſuſpenſionem. † Infamia
iuris eſt quæ oritur ex ſententia condemnatoria de
crimine, l. 1. ff. de ijs qui not. infam. Infamia verò
facti eſt illa, quæ oritur ex communi hominum ob-
loquutione quæ non tollitur, niſi per bonam famam
contrariam, Abbas in c. cum te de re iudicat., ſed
illa regula non videtur verificari, licet enim infa-
miæ facti deberi pænam ſuſpenſionis probetur ex
cap. Presbyter ſi à plebe 2. q. 5. cap. 2. de purgat.
canon., quod crimen tamen debet eſſe tale, quod
pariat ſcandalum, Antonin. in cap. At ſi Clerici de
iud., quo caſu poſtea tamdiù quis eſt ſuſpenden-
dus, donec infamiam purget Gloſa eodem cap. At
ſi Clerici. Et poteſt iudex procedere etiam per in-
quiſitionem, & niſi probetur delictum indicere
purgationem canonicam, Abbas eodem c. At ſi
10 Clerici, † eadem tamen pænam ſuſpenſionis non
depoſitionis deberi etiam infamiæ iuris probatur
ex eodem cap. At ſi Clerici, cap. ſicut, & cap. Cle-
ricos de cohabit. Cler., & mulier. cap. Presbyter
32. diſt., cap. nullus de iureiur., & cap. 1. eodem tit.
in 6., & cap. cum medicinalis de ſent. excomm. in
11 6., qui textus allegantur adhoc à Doctoribus †
Cum ergò non poſſit dari certa regula iudex ex ijs
quæ ſunt diſpoſita in Sacris Canonibus informabit
animum ſuum, arg. l. non poteſt ff. de leg. & conſtit.,
& vel ſecundum illa, vel ad eorum ſimilitudinem
ſe conformando iudicabit, mitius tamen agendo
quando procedit per inquiſitionem, quam per ac-
cuſationem, cap. qualiter, & quando de iudit., &
ibi not. Vnde ſi delictum mereatur depoſitionem
ad depoſitionem procedet, ſi verò tantum ſuſpen-
ſionem ad ſuſpenſionem ex qualitate delictorum
quam colliget à ſimili ex ijs quæ in Sacris Canoni-
bus inſerta reperiuntur. At quia pænam depoſi-
tionis deberi infamiæ iuris diximus ſaltem certis
aliquibus in caſibus non abs re erit aliqua tradere
de iſta.
12 † Quotieſcumque aliquis eſt condemnatus de
delicto infamiam inducente, & condemnatio ſit
ſequuta ex ſententia, taliter condemnatus dicitur
laborare infamia iuris, nunquam autem dicetur
13 talis niſi ſequuta ſententia. † Sententia autem
reſultat, & producitur, vel ex confeſſione rei, vel
ex probationibus patet ex cit. cap. At ſi Clerici illis
verbis conuicti, vel confeſſi. Ex quo textu notat
14 Abbas ibi, † quod confeſſus non dicitur conuictus
propriè, quia ibi iſta duo ponuntur diſtincta, & ha-
bent nomina diuerſa, arg. l. ſi idem C. de compen.
15 conſitendo enim videtur ſe prodere, † quod facit
ad intelligentiam ſtatutorum loquentium de con-
16 uictis, non enim iſta includunt confeſſos, † con-
uincuntur autem rei teſtibus, & ſcripturis, quod
non comprehendantur confeſſi in ſtatutis loquen-
tibus de conuictis facit l. cum qui ff. de iureiur., &
quod not. in l. fin. C. de comp., & l. penult. aliàs vlti-
ma ff. de rei vendi. cap. non dicatis 12. q. 1., & l. quiſ-
quis C. ad l. Iul. maieſt. Quod delictum probetur
ſcripturis text. in cap. vlt. de iureiur. in 6., & plenè
per Io. Andr. in Reg. ſemper malus, & per teſtes
cap. is, 52. q. 4., & cap. Præſul 2. q. 4. Gloſſa notabi-
17 lis, & ſingularis aſſerit, † quod etiam contra Pa-
18 pam de crimine ſufficiunt duo teſtes. † In iuditio
agitur eadem pæna contra confeſſum, ac contra
conuictum ſi confeſſio fiat coactè in iuditio, non au-
tem ſponte 1. q. 1. cap. Non dicatis, & l. quiſquis C.
19 ad l. Iul. maieſt. † multoties etiam acrius puniuntur
minora crimina vt coerceatur inſolentia, vel tollā-
tur abuſus, ideò grauius punitur vxoricidiũ matri-
cidio, & tamen hoc eſt grauius illo, facile enim ino-
leret vſus occidendi mulieres ſi tale crimen acerri-
mè non puniretur, tex. in l. aut facta in fin. ff. de pœn.
20 † Depoſitio de rigore debetur omni delicto, & cri-
mini mortali, cap. ſi Epiſcopus 50. diſt., & cap. ſi
21 Diaconus 81. diſt. † de æquitate tamen, & miſeri-
cordia iuris non infligitur niſi delictum habeat
aliquam qualitatem aggrauantem, vt eſt, 1. omne
delictum cum incorrigibilitate, vt in c. cum non
ab homine de indic. ſed non ſufficit prima contu-
macia indiſtinctè, vt notauit Gloſſa cap. t 81. diſt. 2.
delictum cum irregularitate cap. niſi cum pridem
§. propter conſcientiam de renunciat. 3. delictum
publicum, & ſcandaloſum 30. q. 1. c. non debet.
4. delictum diu continuatum cap. Presbyter 81.
diſt. & Gloſſ. 1. in cap. 1. de Cler. percuſſ. 5. deli-
ctum habens enormitatem annexam c. tuæ de
22 pœnis 6. ſi habeat infamiam iuris. † An propter
fornicationem quis ſit deponendus non poteſt ex
Sacris Canonibus formari certum iuditium, quia
variè loquuntur diuerſas pęnas imponendo, ideò
iudex arbitrabitur, & conſideratis circumſtantijs,
ſcandalo, & conſuetudine apponet aliquando pę-
nam ſuſpenſionis, aliquando depoſitionis, aliquan-
do priuationis beneficij, aliquando monebit.
23 † Aduertat tamẽ iudex ne ſua indulgentia delictũ
24 foueat. Liberum quidem erit illi † quam maluerit
pęnam delicto infligere, cum varias non determi-
natas reperiet iuxta not. per Gloſſ. in cap. frater-
nitatis 34. diſt. & in c. de crapula de vit. & honeſt.
Cler. & cap. in ſum. 21. q. 2. & per notata per Ho-
25 ſtien. in c. 2. de Cler. non reſid. † Quod ſi quæras
regulam generalem, tres magis principales repe-
riuntur ex Gloſſ. in decreto 1. eſt. cap. 1. diſt. 81.
& 2. eſt. 15. qu. 8. in ſum. quæ duæ Gloſſæ duas
pariunt opiniones quarum vna eſt. Quod omne
crimen exigat depoſitionem niſi caſus ſit io iure
exceptus; altera dicit omninò contrarium, quod
videlicet nullum crimen exigat depoſitionem niſi
ſit in iure expreſſum, & iſta videtur ſatis rationi
conformis ſi addatur crimini expreſſo etiam con-
tumacia. 3. dicit neminem eſſe deponendum, niſi
pro maximo crimine, & probat ex cap. fin. 1. q. 5.
&

& adimuatur ex c. tuæ, de pæn. & alio text. cap. inuentum 16. q. 7. vbi singulariter habetur, quod neque beneficio quis est priuandus nisi pro graui crimine. In har varietate puto verum quod ad depositionem requiratur enorme crimen videtur hoc colligi ex qualitatibus requisitis iu supracit. cap. Quomodo autem sit rognoscenda ista requisita enormitas, puto iudicem debere informare animum suum ex ijs, quæ in iure sunt expressa, deinde procedere ad sententiam; iuuabitur etiam ex text. cum Glossa in l. 1. C. de requir. reis &
26 Gloss. in l. ad ea ff. de reg. iur. † Depositus autem non est Curiæ sæculari tradendus, quia iudex functus est officio suo, & sufficienti pœna delictum puniuit; traditur autem degradatus, quia cum Eccl. non habeat pœnas proportionatas delicto Clericum expoliat priuilegijs, quibus potestas sæcularis impeditur, vt ipsa debitas reo possit infligere pœnas.
27 Nunc videndum pro quo delicto proredatur ad degradationem. Et ne quis labatur, & mitetur, vt olim mirabatur quidam amicissimus meus, quia dixerim absentem pœna degradationis esse mul-
28 ctandum, noto. † Degradationem aliam esse verbalem, aliam actualem. Verbalis rursus est duplex, Altera io qua sistit iudex vtpote sufficienter delictum punitum, & ideo illa inflicta vlterius non procedit, & ista est eadem cum depositione, de qua sup. dictum est. Altera io qua non sistit index, sed est via qua petuenitur ad degradationem actualem, & ista degradatio priuat omni priuil. clericali, & in ea de iure antiquo in crimine hæresis requirebatur consensus Prælatorum ex c. quoniam de Hæret. in 6. In alijs criminib. consensus Episcoporum c. degradatio de pœnis, de iure verò nouo Trid. sess. 13. de refor. c. 4. sufficit
29 adesse Abbates, vel Prælatos. † Actualis item est duplex actualis realis, actualis iuris fictione vtraq; est exequtio degradationis verbalis, quæ est via ad istam realem, Gemin. in cap. degradatio in princ. in verbo Quæro an in degradat. de pœnis in 6.
30 † & istam realem posse fieri sine requisito numero Episcoporum tenet Gemin. vbi sup. quia est tan-
31 tum exequtio verbalis, † non autem verbalem,
32 quæ est præparatio ad actualem. Actualis realis est illa quæ exercetur in reum præsentem quibusdam ceremonijs à Sacris Canonib. institutis, degradatio verò realis iuris fictione est illa quam fingit ius esse exequtioni mandatam licet verè in præsentia illæ ceremoniæ non fuerint adhibitæ. Antequam autem petueniatur ad degradationem inductam iuris fictione ista sunt præmittenda ex Canone
33 † Clericus in quocunque ordine constitutus deprehensus in furto, vel homiridio, vel periurio, seu alio crimine, & conuictus ab Ecclesiast. indire deponendus est, si depositus incorrigibilis fuerit debet excommunicari, deinde crescente contu-
34 maria anathematis mucrone feriri, † Actualis verò realis tunc infligitur cum reus in iuditio confessus, vel conuictus ob criminis enormitatem debitis solemnitatib. exuitur omni Ecclesiast. priuilegio, & Curiæ sæculari traditur puniendus.
35 † Degradatio iuris fictione inducta est, ne absentes remanerent impuniti, & ne ex fuga, & securitate daretur eis occasio perseuerandi in suis scele-
36 rib. † Pro quibus autem scelerib. degradandus sit Clericus, dico statuendo hanc regulam, quod ob crimen damnabile, & damnosum, & pro quo puniendo sufficientem pœnam non habet Ecclesia est deuenit odum ad degradationes, vt debita pœna delictum puniatur sumitur ex duob. cap. nempe cum non ab homine, & cap. nouimus infrarit. & videtur valde conforme misericordiæ religiosæ, quod Ecclesia suis correctionibus, & punitionibus suos filios puniat, & rorrigat, & à se non abijciat nisi incorrigibiles, & ob scelera quib. corrigendis, & puniendis oon sit ipsa habilis ob defectum pœnarum à se licite infligendarum.
37 Homicidio ergo in casu nostro expresso debetur omnino degradatio, & quia actualis realis in istum reum non potest exerceri cum sit absens iuris fictione degradabitur, ad quod deuenietur hoc
38 modo. † Proclamabitur reus, quod si non compareat verbaliter est deponendus, si existit incorrigibilis est suspendendus, si creuerit contumacia excommunicandus, & tandem si in profundum malorum venerit tradendus est brachio sæculari, quia censetur iuris fictione degradatus, vt possit in illum vt in exutum omni Ecclesiastiro priuilegio exercere suam potestatem, & meritas reddere
39 pœnas. † Ex quibus rolliges suspensionem esse maiorem pœnam depositione, quia suspensio est censura ad quam sequitur irregularitas non verò ad depositionem, Excommunicationem maiorem suspensione, quia priuat partiripatione actiua, & passiua in bonis Erelesiæ, Excommuniratione verò maiorem degradationem, quia priuat omni priuil. Clericali, & reddit illum mere lairum efficitur
40 enim fori laicalis. † Aduerte tamen quod ounquam amittit ordines, semper .n. remanet character indelebilis, & ideo etiam degradatus si consecret, valide consecrat Aug. verb. degradatus &c.
41 Sed hic oritur difficultas an citato reo, & non comparente deposito, suspenso, & excommunicatus censeatur statim traditus Curiæ sæculari, an verò requiratur aliquis actus iudicis Ecclesiastiri quo reum derlaret degradatum, & denuntiet iudici særulari. Huic dubitationi præbuerunt occasionem duo supracitati textus quos hic teferemus per extensum. Primus est. cap. cum non ab homine de iudic. in quo requisitus Celestinus III. an liceat Regi, vel alicui sæculari personæ iudicare Clericos cuiuscunq; ordinis siue in furto, siue in homicidio, vel periurio, seu quibuscunq; fuerint criminib. deprehensi: ita respondit. Si Clerirus in quocunq; ordine constitutus in furto, vel homicidio, vel periurio, seu alio crimine fuerit deprehensus legitimè, atq; ronnictus ab Ecclesiastiro iudice deponendus est. Qui si depositus incorrigibilis fuerit excommunicari debet, deinde contumatia rrescente anathematis mucrone feriri; postmodum verò si in profundum malorum veniens contempserit, Ecclesia, cum non habeat vltra quid faciat, ne possit esse vltra perditio plurimorum per sæcularem comprimendus est potestatem. Ex quo textu videtur nulla requiri derlaratio, positis eoim aliquibus enumeratis subdit Ecclesia cum non habeat vltra quid faciat, concluditur, ergo neque debet derlarare. Alter verò textus est cap. nouimus de verbor. signif. in quo ita habetur. Degradatio est celebranda sæculari potestate præsente, ac pronunriandum eidem cum fuerit celebrata, vt in suum forum recipiat degradatum, & sir intelligitur tradi Curiæ sæculari, pro quo tamen debet Ecclesia efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum circa ipsum sententia moderetur. Ex quo apparet omnino necessaria declaratio, & denunciatio. Ex quorum textuum diuersitate orta est inter Doctores diuersitas sententiarum vide Menorh. de arbitr.

arbitr. lib. 2. cas. 415. & Barbosam de pot. Episc.
42 alleg. 110. & alios per ipsos relatos. † Ego puto esse conformius Sacris Sanctionibus, quod declaretur degradatus, & iudici sæculari denuncietur, quia licet cap. nouimus vere loquatur de actuali degradatione reali, est tamen eadem ratio etiam de degradatione iuris fictione, ideo debet esse eadem dispositio, Et verba cap. cum non ab homine sunt intelligenda, quod Ecclesiæ nihil amplius remaneat vltra quid agat puniendo; quia alias non habet pœnas ab ea licite infligendas, non quod non habeat aliud declarando, & denunciando, quia ista habere patet ex alio cap. nouimus, per quod suppletur quod deest priori.
43 † In casu ergo nostro Clericus est proclamandus, si non compareat deponendus, si fuerit incorrigibilis est excommunicandus, idest, vt Glossa ibi exponit suspendendus, crescente contumacia excommunicandus, quod si in profundum malorum venerit cum aliud non habeat genus pœnæ quam in ipsum infligat est declarandus incorrigibilis, & tradendus Curiæ sæculari ei denunciando illum degradatum.

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur.*
2 *Parochus diebus Dominicis, & festis tenetur Missam dicere, vt populus suo oneri satisfaciat audiendi.*
3 *Parochum teneri celebrare quid importet.*
4 *Si populus sit ita numerosus vt sola parochi Missa satis non sit pro omnibus potest cogi sibi adiungere Capellanum qui suppleat, & hoc per Episcopum.*
5 *Tenentur Parochi Missam celebrare diebus festiuis in suis Ecclesiis, nec possunt etiamsi populus, & Episcopus consentiat alio se transferre.*
6 *Populus non tenetur in parochiali sua Missas audire, sed potest vbi vult, & satisfacit, neq; Parochi possunt populum compellere audire Missas in Ecclesiis parochialibus.*
7 *Parochum non sufficientem per se ipsum satisfacere necessitati sui populi potest cogere Episcopus adiungere sibi socium, sed non potest erigere coadiutoriam.*
8 *Parochus, imo nec Episcopus potest prohibere quin Regulares pulsent campanas antequam pulsentur in illorum Ecclesiis, excepto Sabbato sancto in Ecclesia Episcopali, nec quin celebrent ante Parochum.*
9 *Sententia aliquorum asserentium teneri Parochum applicare pro suo populo Sacrificium quoties tenetur Missam celebrare, & aliorum id permittentium decidi iuditio prudentis viri.*
10 *Sententia auctoris, non teneri.*
11 *Refellitur secunda sententia.*
12 *Neq; potest Episcopus decernere quando teneatur Parochus celebrare, sed admonere vt celebret.*
13 *Posito quod Parochus non teneatur applicare iis diebus quibus tenetur celebrare, an possit accipere stipendium pro applicatione.*
14 *Declarationes Sacræ Congregationis.*
15 *Sententia auctoris posse donec illud clarius decernatur.*
16 *Parochus non teneri applicare, & non posse stipendium recipere videtur durum.*
17 *Parochus qui reperit suum prædecessorem solitum pro suo populo applicare Sacrificium an talem vsum teneatur sequi.*
18 *Soluitur difficultas.*
19 *Parochus se solo non potest nouam imponere obligationem suo successori.*
20 *Ex facto alieno nemo obligatur.*
21 *Obligatio sine claris probationibus non est præsumenda, & soluitur 2. pars dubitationis.*
22 *Obligatio particularis imposita an ad id compellere t.*
23 *Soluitur 3. pars dubitationis.*
24 *An tribuens eleemosinam certo tempore teneatur semper dare.*
25 *Quædam vtilis admonitio pro solutione difficultatis.*

Parochus an teneatur sequi consuetudinem sui prædecessoris applicandi Sacrificium.

XCIII.

1 PAulus Parochus reperit suum prædecessorem certis diebus hebdomadæ consueuisse celebrare, & Sacrificium pro concreditis sibi ouibus applicare, idem & ipse aliquo tempore seruauit, nunc intelligens secundum probabilem sententiam teneri quidem Parochum celebrare ad populi commoditatem, non tamen teneri ad applicationem Sacrificij, quærit an aliqua specialis obligatio sit iniuncta suo beneficio, & cum nullam inueniat petit an teneatur seruare consuetudinem sui prædecessoris.
2 † Certum est Parochum teneri celebrare dieb. Dominicis, & festis solemnibus, & alijs diebus ita frequenter, vt muneri suo satisfaciat ex Trid. sess. 23. de refor. cap. 1. & per illum textum tradunt Nauar. in manual. cap. 25. num. 135. Rodriq. in sum. tom. 1. cap. 252. num. 1. Spino in specul. test. Gloss. 3. num. 63. Posseuinus, & alij apud Barbos.
3 de pot. Paroch. cap. 11. num. 5. † & illud frequenter explicatur, quod sit intelligendum de diebus Dominicis, & festis, quibus populus tenetur audire Missam, & hoc per se, vel per alium, si ipse fuerit legitima causa impeditus, Siluius in 3. p. quæst. 83. a. 1. q. 17. Piasec. in Praxi Episc. p. 2. cap. 3. nu. 20.
4 & alij; † etsi populus sit ita numerosus, vt vna Missa non possit eius necessitati satisfieri, potest ab Episcopo cogi Parochus sibi tot adiungere Sacerdotes, quot sufficiant ad Diuinum cultum ex
5 Trident. sess. 21. cap. 4. † Teneturque Parochus in propria Ecclesia celebrare, nec potest in alia Missam dicere; Vnde Sacra Congreg. in vna Lucana 15. Sept. 1629. censuit onus iniunctum Parocho Tempagnani transferendi se diebus festiuis ad aliam Ecclesiam Parochialem Antroccoli, ibiq; Missam celebrandi esse abrogandum, Et iterum in eadem Sacra Congreg. proposito dubio. An Parochi terræ Vrecani Fanens. diœcesis, soliti à tempore forte immemoriali ad celebrandam Missam in quadam Ecclesia eiusdem loci, in qua aliqui dies festi per annum solemniaantur, relicta sine Missa propria Ecclesia, quod fit iuxta intentionem dantis eleemosinam, & absque vllo populi incommodo, sine vllius reclamatione, & ex tolerantia Episcopi, Eadem inquam Sacra Congreg. die 17. Nouemb. 1629. censuit consuetudinem illam secundum ea, quæ proponuntur non esse admittendam, sed diebus festiuis esse in propria Ecclesia celebrandum. Et in dicta causa Lucana, cum Rector Parochialis Ecclesiæ Tempagnani esset obligatus octo diebus festis

festis cum toto suo populo ad celebrandum in Ecclesia Antroccoli remanente diebus festis fine Missa propria Ecclesia Tempagnani Sacra Cong. sub die 15. Septemb. 1629. dixit huiusmodi onus eundi ad illam Ecclesiam esse tollendum. Hæc omnia refert Barb. de pot. Parochi loc. cit. nu. 3.

6 †Non tamen ex hoc sequitur, quod sicut tenentur Parochi Missas celebrare in propria Ecclesia, ita teneantur etiam parochiani illas in eadem audire diebus festis, imo istis liberum est vbicumq; voluerint andire, neq; possunt Parochi eos compellere, vt in dictis suis Ecclesijs Missam audiant, possunt quidem monere; sed non compellere ex Trid. in decreto de obseruand. & euitand. in celebr. miss. sess. 22. declarauit Sacra Congreg. vt refert Barbosa de pot. Epis. par. 2. alleg. 24. num. 17. & Hier. Roderiq. in Comp. quæst. Reg. Resolut. 25. num. 5. & extat declaratio Leonis X. quam refert idem Barbosa de pot. Paroch. loc. cit. num. 15.

7 † Dictis ergo diebus tenetur Parochus celebrare, &, si per se ipsum non possit satisfacere necessitati sui populi, potest eogi ad assumendos tot Sacerdotes, qui sufficiant: At oon potest eo casu Episcopus erigere coadiutoriam Rota decis. 484. num. 5.

8 par. 1. Recentio: † Neq; potest Parochus, vel Episcopus prohibere, quin regulares pulsent campanas, antequam pulsentur à Parocho, nec quin missas celebrent antequam parochus celebret, vt respondit S. Cong. Concilij in vna nullius prouinc. Rauennaten. Sub die 15. Semp. 1629.

An autem Parochus, sicut tenetur missam celebrare, vt suus populus præcepto audiendi missam satisfaciat, teneatur etiam ijsdem diebus pro eo sacrificium applicare, oon conueniunt Doctores.

9 Aliqui, † quos refert Suarez suppresso tamen nomine disp. 86. sect. 1. senserunt Parochos teneri applicare pro suis omnibus sacrificium, quoties pro sui muneris obligatione tenentur sacrum facere, quorum ratio potest esse decretum Concilij sess. 23. de Refor. cap. 1. vbi habetur. Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre &c. ex quo videtur colligi obligatio applicandi Sacrificium, id enim videntur innuere, & significare illa verba, sacrificium offerre pro illis.

Bonacina tenet non esse obligatum Parochum applicare toties quoties tenetur celebrare, vt populus sibi concreditus satisfaciat suæ obligationi; sed hoc arbitrio boni viri esse determinandum, quam sententiam sequitur Barbosa de potest. Parochi cap. 11. oum. 10. ex eodem textu Concilij

10 motus. † Ego tamen puto non teneri, nec vllam obligationem illi ad hoc incumbere. Probo Quia officium parochi est pascere oues suas, & ea præstare, ad quæ ex officio suo tenetur, vt populus suis obligationibus satisfaciat; sed ad hoc officium non spectat applicare sacrificium, vt de se patet, ergo ad hoc non tenetur; Neque Concilium hoc iniungit, quia Concilium determinat parochum teneri iure diuino, nullibi autem est hoc ius diuinum, quo teneatur sacrificium applicare Parochus, ergo neq; hoc onus illi est iniunctum, nec iniungendum, quod autem mens Concilij non sit obligare Parochum ad applicationem, patet ex alio cap. nempe 14. eiusdem sess. 23. vbi sic habetur. Curet Episcopus, vt ij (ideft Sacerdotes,) saltem diebus Dominicis, & festis solemnibus, si autem curam animarum habuerint, tam frequenter, vt suo muneri satisfaciant, celebrent, Ecce quomodo concilium explicans onus quod curato incumbit, & ad quod est admonendus, est celebrare, non autem offerre sacrificium, iura autem iuribus expedit concordare, nec noua obligatio est inducenda, nisi de ea manifeste constet, cum ergo curato non incumbat onus celebrandi ex officio suo, neque debet per concilium censeri impositum, maxime cum in textu non reperiatur expressum, imo potius contrarium colligatur, vt patet.

11 † Neque video, quomodo possit dici Parochum virtute horum decretorum arbitrio prudentis viri esse obligandum, nam vel Parochus ex vi istiorum decretorum tenetur applicare, & nemo potest limitare, ex quo sequitur quod semper teneatur, vel ex vi istorum non tenetur, & à nullo potest obligari, nec video hoc arbitrium concedi. Cum ergo Concilium decernat Curatum teneri missam celebrare, vt suo muneri satisfaciat, si ex vi istius tenetur applicare, semper tenebitur, si non obligatur ex istis, neque in hoc quidquam potest arbitrium boni, vel prudentis viri. Sed cum satis probatum sit ex vi istorum decretorum simpliciter noo teneri applicare vtique etiam dicendum erit neque arbitrio posse cogi ad applicandum aliquoties. Parochum non teneri applicare docent Nauar. cap. 25. num. 92. Regin. lib. 23. nu. 238. Coninch. quæst. 83. art. 1. dub. 11. conclus. 3. Suarez disp. 86. sect. 1. Vasquez 3. par. disp. 234. art. 6. cap. 6. & alij quos refert Bonac. de Sacr. disp. 4. quæst. vlt. par. 7. nu. 5. §. Quare licet Parochus &c. & Fraxinellus de oblig. Sacerd. sect. 3. Prænot. 1. §. 2.

12 † Neque puto ex vi istorum decretorum posse Episcopum decidere, quibus diebus teneatur Parochus celebrare, quia verba concilij sunt ista; Curent, vt tam frequenter celebrent, vt suo muneri satisfaciant, in quibus, vt aperte constat, non datur facultas decernendi, quod sit munus Parochorum; sed curandi, vt satisfaciant suo muneri; supponitur ergo munus, cui vt satisfiat, curat Episc.

13 Posito, † quod Parochi non teneantur applicare sacrificium, sed teneatur tantum celebrare pro sui populi necessitate, venit quærendum, an ijs diebus quibus tenentur celebrare, sed non applicare possint recipere eleemosinam pro applicatione. Negat Barbosa loco citat. ductus duabus declarationibus S. Congreg. ad decretum de Celebrat. missa. cuius

14 verba sunt. † Ad 4. respondetur sacerdotes, quibus diebus tenentur missas celebrare ratione beneficij, seu Capellæ aut Salarij, si eleemosinas etiam pro alijs missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa vtrique obligationi satisfacere, & ista est prima. Secunda fuit; Proposito dubio an Parochi terræ Vrceani Fanens. diæces. quibus diebus ex proprio officio, & obligatione tenentur Missas celebrare, possint pro eadem Missa in propria, vel aliena Ecclesia celebranda, manuales eleemosinas recipere, & Sacra Congreg. die 1. Septembris 1629. respondit, quibus diebus Parochi tenentur Missas celebrare, non posse manualem eleemosinam recipere. Ego tamen puto posse, donec aliud

15 decretum magis clarum habeatur. † Quia prima declaratio non vrget, patet enim manifeste ibi esse sermonem de applicationis sacrificij obligatione, hoc enim importat beneficium Capellania, Salarium, & eleemosina, vel etiam si manis dicere decernitur ibi ratione eiusdem titulj, quo datur vna eleemosina, non posse recipi aliam ratione eiusdem, non tamen ratione diuersi; Si enim datur

eleemosina

eleemosina pro applicatione, non potest recipi alia pro applicatione eadē, si datur ratione celebrationis localis vna non potest item recipi alia, quia vult vnicę obligationi deberi satisfieri vnica eleemosina. At si vna datur pro applicatione non negatur, quia possit recipi altera pro locali celebratione, & ita è conuerso. Neque vrget secunda, quæ magis expresse loquitur; aperte enim habet Parochum obligatum ex proprio officio, ecce obligationem localem, & obligatione, ecce alium titulum, qui non potest esse nisi applicatio, ex quibus fit Parochum, qui tenetur ex proprio officio, & debito, cum alium titulum nō habeat alterius eleemosinæ, neque posse satisfacere nouæ obligationi, si quam suscipiat, cum iam sit debita celebratio localis ex officio, & applicatio ratione obligationis. Puto tamen optimè facturos, si à talibus eleemosinis abstineant, vt effugiant suspicionem turpis lucri,
16 quod maxime est vitandum. † Et mihi videtur difficile concedere, Parochos, non teneri applicare sacrificium, & ex vi horum decretorum negare, quod pro applicatione non possint saltem valide pro applicatione, quam habent liberam, nouam recipere eleemosinam, cum in illis habeatur non posse Parochum satisfacere vtrique obligationi; ergo supponunt iam esse obligationem inductam quoad totum illud, de quo decernitur; quia, vt debito ex iustitia non possit satisfieri aliqua re, debet illa res esse alio titulo obligata, alioquin illa saltem valide satisfiet, licet talis satisfactio ex alio Capite possit non esse licita, quia prohibita; cum ergo Sacra Congregatio decernat non satisfieri, dicendum est esse intelligendam quando adest totalis obligatio, non enim prohibet sed declarat; non satisfieri ergo re, quæ alias sit debita, quod si non est debita satisfiet, nec prohibitio se extendit ad rem, nisi quatenus est debita. His positis deueniendo ad solutionem propositæ difficultatis, quæ est.

17 An † Parochus teneatur sequi vsum sui prædecessoris. Respondeo, Aut iste Parochus reperit tantum suum prædecessorem ita egisse, & anteriores non eundem vsum seruasse. Aut reperit non solum prædecessorem immediatum, sed alios etiam ab immemorabili hoc idem præstitisse, vel reperit id præstitisse prædecessorem immediatum, & non constat, quid egerint alij. Si reperit tantum suum prædecessorem id egisse & antecessores non præstitisse, nec in tabulis suæ Ecclesiæ talem obligationem inueniat extare, puto omninò ad applicationem non teneri. Obligatio enim non præsumitur nisi probetur; & in casu nostro Parochus immediate antecedens potest præsumi id præstitisse, quia sequeretur sententiam, quod teneretur applicare; si reperit non solum antecessorum immediatum id egisse; sed etiam alios ab immemorabili idem fecisse.

18 Dico 1. † Ex eo, quod ab omnibus antecessoribus idem sit præstitum, non ex hoc posse colligi, quod sit inducta obligatio, quæ vere non existit respectu successorum, quia nemo potest sua actione
19 alium obligare, nisi habeat ius id faciendi, † Nec Parochus poterit se solo imponere onus suo beneficio respectu successorum propria auctoritate.
20 † Ex facto enim alieno nemo obligatur; sed quærendum est, an ex ista successiua serie modi agendi sit præsumendum extare obligationem, & in hoc casu etiam.

21 Dico 2. † Neq; ex hoc posse præsumi obligationem extare, vel extitisse, quia obligatio sine claris probationibus non est inducenda Poseuimus de off. Curati cap. 2. num. 4. quem refert, & sequitur Fraxinellus de oblig. Sacerdotum sect. 3. Prænot. 1. num. 5. in 2. §. Maxime in casu nostro in quo potest reddi ratio alia, nempe, quod antecessores id præstiterint ex eo, quod putauerint sequendo aliam sententiam, ex officio suo teneri. An autem extante eo vsu peccet curatus aliter faciendo, idem Fraxinellus asserit non peccare mortaliter, sed ego puto nullo modo peccare, quia cum non constet de eius obligatione nec possit per alium obligari, non seruando talem vsum, vtitur iure suo

22 Verum † tamen est, quod si Curatus inuestiretur beneficio hac expressa conditione, vt teneretur omnia præstare, sicuti præstita sunt à suis prædecessoribus, quod ex tali pacto teneretur ad applicationem; si ab alijs ita factum fuisset: Si tamen immediate antecedens solus id egisset non autem alij, puto tali casu non teneri, quia obligatur ad id non, quod vnus, sed quod antecessores fecerunt, nec immemorialis quidquam confert in hoc casu, quia supponimus posse dari aliam causam actus, nec obligationem ex actuum frequentia per tales personas posse induci, & obligationem non esse præsumendam, nisi claris probationibus demonstretur. Ex quibus.

23 Dico 3. † Multo minus teneri Parochum, quando reperit prædecessorem applicasse Sacrificium & non constat, quid cæteri egerint, quia in dubio nemo est obligandus, & proxime antecedens potest præsumi id egisse, quia senserit ex officio se esse obligatum.

24 Dices † dantem eleemosinam per certum spatium temporis teneri semper dare, ergo & iste parochus tenebitur applicare, cum tanto tempore sit consuetum idem fieri. Respondeo de antecedente me satis alibi dixisse, nunc, quod ad præsens facit, dico illum teneri dare eleemosinam, quia præsumitur voluisse se obligare, si dedit ex aliqua causa, hic autem non potest præsumi Parochum prędecessorem voluisse obligare successores, quia hoc non potest, nec apparet causa quare voluerit hanc obligationem inducere, & ex mere libertatis actibus, non est præsumenda restrictio liberæ facultatis, quotiescumq; enim non constat aliquid, quod ex mera libertate fit, fieri ad necessitatem inducendam, neque est præsumendum tali intentione esse factum.

Cęterum optime facerent Curati si aliquibus saltem diebus pro concredito sibi populo sacrifficium applicarent, maxime, cum beneficia sunt valde pinguia.

25 † Monuerim etiam diligenter esse spectandam, si fieri potest, fundationem beneficij, vt ex tali inspectione colligant, an talis fundatio sit facta ex legatis habentibus annexum onus celebrationis. An ex aliqua Capellania eodem onere grauata, & ex istis colligere suam obligationem, & si reperiat aliquid tale subesse, considerare an in tali fundatione sit talibus oneribus derogatum à potestatem habente, an vero sint confirmata, vt possit sibi consulere, & quieti animæ suæ quantum fieri potest prospicere.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur factum.*
2 *Quæ sunt quærenda.*
3 *Tam proprius quam alienus Parochus est minister sacramenti*

sacramenti baptismi imo quilibet habens vsum rationis volens & sciens proferre formam.

4 Non solum valide sed etiam licite in casu necessitatis omnes supradicti baptizant.

Quæ sit necessitas baptizandi.

5 Si reperiantur plures præsentes, quis ordo inter illos sit seruandus in baptizando, & illum non seruando, an peccent, & quomodo.

6 Minister solemnitatis baptismi est sacerdos.

7 An Diaconus saltem de licentia Episcopi.

8 Sacerdos extra necessitatem solemniter baptizans non suum subditum peccat mortaliter, nullam tamen pænam incurrit; Clericus autem irregularitatem.

9 Soluitur propositum quæsitum.

10 Proponitur & soluitur quædam difficultas.

11 Filius patris exulis natus in loco vbi pater habitat sed vbi non habitat mater & cæteri de domo exulis à quo parocho sit baptizandus.

12 Subditi vnius Parochi aliquando inualide aliquando illicite sumunt sacramenta ab alio.

13 Nullus parochus valide potest excipere confessiones hominum alterius parochi nisi de illius vel Episcopi licentia.

14 Neq; in casu summa ignorantiæ proprij parochi, quo casu debet saltem peti licentia.

15 Subditus vnius parochi peccans in paræcia alterius parochi non potest absolui ab illo parocho in cuius paræcia peccauit.

16 Neq; Archiepiscopus potest absoluere subditos Episcopi sui comprouincialis nisi tēpore visitationis.

17 Regulares possunt audire confessiones omnium & quorumcunq; ad se accedentium, & eos possunt absoluere iuxta facultates quas habent.

18 Debent tamen esse approbati ab Episcopo alioqui.

19 Inualide absoluerent.

20 Approbandum esse confessarium aliqui asserunt ab Episcopo pænitentis aliqui ab Episcopo confessarij.

21 Afferuntur pro hac secunda sententia duæ declarationes sacræ Congregationis.

Ex his declarationibus deducitur quod Episcopus approbans ad audiendas confessiones de licentia parochi non dat iurisdictionem, sed parochus.

22 Ex consuetudine per tacitum consensum acquiritur iurisdictio.

23 Peregrini aduenæ vagi &c. optime faciunt si confiteantur regularibus.

24 Iurisdictio audiendi confessiones non acquiritur per consuetudinem ex actibus factis ijs inscijs ad quos spectat illum dare.

25 Quia potius acquiritur ex consensu quam ex actuum frequentia.

26 Ista tamen consuetudo semper pendet ex voluntate illius ex cuius consensu est introducta.

27 Colligitur ex dictis optime fuisse responsum in resp. 89. Capellanum habentem facultatem ab Episcopo audiendi confessiones in sua diœcesi de licentia parochi eo contradicente non posse absoluere.

28 Approbatus ab Episcopo, v.g. Bergomensi non a Brixiensi, valide absoluit, si a parocho Brixiensi illi conferatur iurisdictio.

29 Aliqua ita spectant ad parochum, vt tamen si ab alio fiant, fiant valide, alia, non.

30 Proponitur casus cuius parochi sit subditus filius natus in loco vbi habitat pater bannitus.

31 Filius non dicitur originarius illius loci in quo nascitur per accidens, sed illius, in quo pater habitat, fingitur à lege esse.

32 Mulier quæ parit in vno loco cum animo ibi non permanendi sed animo alio reuertendi dicitur parere in loco ad quem reuersura est.

33 Nec referre videtur domum esse apertam etiam in loco, vbi filius nascitur si pater ab eo exulat.

Mulier tenetur sequi virum exulem.

34 Pater proscriptus emittit iura originis vide num. 39.

35 Exul habetur, vt mortuus.

36 Origo non tribuit ius ad sacramenta vide nu. 40.

37 Ad domicilium contrahendum non sufficit habitare alicubi, sed requiritur animus ibi permanendi.

38 Maritus exul aliquando habet diuersum domicilium ab vxore, & vxor diuersum à marito.

39 Quomodo proscriptus dicatur amittere ius domicilij originis.

40 Originis domicilium sufficere ad sacramenta percipienda videtur decisum.

41 Soluitur proposita difficultas quoad primam partem.

42 Domicilium & habitatio differunt.

43 Domicilium tripliciter acquiritur.

44 Quod sit vnumquodq;

45 Iurisdictio amittitur mutatione domicilij mutatione domicilij non amitti iura originis deperdi tamen eius commoda afferunt aliqui.

46 Quid sit domicilium accidentale.

47 Quis sit incola.

48 Domicilium accidentale amittitur pro arbitrio voluntatis.

49 Domicilium commune quod sit.

50 Ad sacramentum ordinis certum est sufficere domicilium originis, domicilij, vel habitationis.

51 An domicilium originis sufficiat ad alia sacramenta percipienda.

52 Proponuntur duo quærenda.

53 Magis attenditur causa naturalis quam accidentalis, naturalia enim prævalent.

54 Domicilium originis est potentius quolibet alio.

55 Subditus originarius non amittit originis subiectionem translatione domicilij.

56 Sacramentum pænitentiæ &c. ministrare pertinet ad proprium sacerdotem vide num. 61.

Proprius sacerdos dicitur ille in cuius loco habetur domicilium habitationis vide num. 61.

57 Non origo sed habitatio constituit parochianum vide num. 61.

Quarta parochialis debetur parocho habitationis non originis, vide num. 61.

58 Vagi dicuntur domicilio destituti, vide num. 61.

59 Qui habet duplex domicilium non potest pro libito sumere sacramenta in vtroque sed tantum in illo habitationis.

60 Sanchez respondet argumentis primæ opinionis quibus videlicet probatur sufficere originis domicilium ad percipienda sacramenta.

61 Respondetur argumentis Sanchez pro tuenda contraria, nempe sufficere.

62 Soluitur secunda difficultas nempe posse haberi duplex domicilium.

63 Quale debeat esse hoc domicilium.

64 Habens duplex domicilium potest vtrobique pro libito sumere sacramenta etiamsi in vno actu non inhabitet sed in alio.

55 Qui ruri commoratur animi gratia, Peregrinus, & quilibet alius ad tempus extra patriam degens non potest sumere sacramenta sine

proprij parochi licentia, vel tacita, vel expressa.

66 *Resoluitur tota difficultas.*

Subditus quando quis ad Sacramenta percipienda.

XCIV.

1 Exulat † Constantius à patrio solo, attamen in loco suæ originis adhuc retinet domum apertam, in qua habitat eius vxor multo tempore anni, & actu agitur de liberando Constantio, & patriæ restituendo. Interim tamen ipse domum conduxit in alio opido, vbi habitat permanenter, & vxor eius grauida dum, modo moratur in domo à marito conducta, vbi exulat, modo in domo originis, factum est, vt pariat in loco originis, & filius ibidem à Parocho loci baptizetur; Conquestus est Parochus loci, in quo habitat maritus de Parocho, qui filium baptizauit, quia illum baptizauit nulla petita licentia ab ipso, asserens ad se spectare, non ad illum, quæsitum fuit, an recte doleat, & ratio-

2 nabiliter, ideò decidendum. 1. Quid esset dicendum in eodem casu si Constantius non exularet. 2. Quid dum exulat, ex quibus facile colligetur, quæ subiectio requiratur quoad perceptionem Sacramentorum, & quid possit proibere Parochus suo Parochiano.

3 Noto 1. † Nullam esse difficultatem de validitate Sacramenti, quia quilibet est minister Baptismi, tam alienus, quam proprius Sacerdus, imo omnis homo, habens vsum rationis, potens & sciens proferre debitam formam, & materiam applicate D. Th. 3. p. quæst. 66. art. 3. Vasq. ibidem art. 5. disp. 145. cap. 1. & 5. Henriq. lib. 1. cap. 18. num. 1. & alij, & etiam Femina cap. super quibus 3. quæst. 3. ideò obstetrices sunt obligandæ scire formam necessariam, vt interueniente necessitate possit filios baptizare Nauar. cap. 22. nu. 6. Sà verb. Baptismus num. 10. Suarez disp. 31. sect. 5. & alij.

4 Noto 2. Non solum valide, sed etiam licite baptizare in casu necessitatis omnes supradictos. Necessitas autem est absentia Parochi, vel imminens periculum, vel si proprius Parochus non possit facile haberi. Imo tali casu Sacerdos alienus baptizans infantem alterius paræciæ, etiam solemniter, non peccat, licet id faciat sine licentia proprij Parochi, quia quilibet est institutus minister in his casibus. Sa loco cit. num. 7. Valent. tom. 4. disp. 4. quæst. 2. pat. 1. & alij, hoc enim Sacramentum, cum sit maximæ necessitatis, merito Christus voluit omnes esse ministros, nec apices iurisdictionis esse seruandos.

5 Noto 3. † Etiam in casu necessitatis in baptizando esse seruandum ordinem inter personas. Si enim sint præsentes proprius Parochus, Sacerdos simplex, vel alienus Parochus, Diaconus, Subdiaconus, homo, vel fæmina, baptizare sine dubio pertinet primo loco ad proprium Parochum, illi enim incumbit hoc ex officio, absente proprio Parocho, Sacerdos, in defectum Sacerdotis, Diaconus, postea subdiaconus deinde vir, vltimo fæmina. Præsente propriu Parocho, si alius baptizet, peccat mortaliter, quia alienum officium in re graui sibi assumit, posset tamen excusare ignorantia, vel necessitas, quia videlicet periculum vrgeret, & proprius Parochus noller baptizare Sà loco cit. Suarez disp. 31. sect. 4. Henriq. loc. cit. Coninch. quæst. 67. dub. 2. & alij, qui etiam addunt, si baptizetur ab alijs non seruato dicto ordine nun peccari mortaliter, quia ad nullum eorum spetialiter spectat. Imo potest dari casus, quod etiam præsente Parocho alij teneantur baptizare, vt instante necessitate, si Parochus nolit ipse officium suum exequi, quia tenentur subuenire indigenti maxime in isto casu Henriq. cit. cap. 18. & Suarez loco cit. qui etiam optime obseruat, Parochum peccare mortaliter, quia in re graui deficit in suo officio tunc necessario exequendo.

6 Noto † 4. ministrum solemnitatis, & ex officio esse solum sacerdotem ita habetur in Concilio Florentino in instructione Armenorum & c. constat de consecrat. dist. 4. vbi habetur constat baptisma à solis sacerdotibus esse tractandum, eiusq; ministrrium nec ipsis diaconibus explere esse licitum absq; Episcopo, vel Præsbitero, nisi his procul absentibus vltima languoris necessitas cogat, quod & Laicis fidelibus plerunque permittitur, ratio est, quia, cum sacerdos sit institutus ad administrandam Eucharistiam par est, vt possit illa administrare, quæ sunt necessaria, vt possit Eucharistia percipi, ad quod requiritur baptismus D. Tho. 3. p. q. 67. a. 2. Nugnus ibi Kouinch ibi dub. 1. Suarez d. 31. Henriq. loc. cit. nu. 1. & alij apud istos. Ex quo sequitur alios solemniter baptizantes id

7 agere illicite. † An autem possit Diaconus saltem ex licentia Episcopi, vel Parochi Koninch asserit posse loc. cit. cum illis, quos ipse adducit, sed nunc non videtur vsu receptum, cum adest copia sacerdotum Suarez disp. 26. sect. 2. Sotus 4. dist. 4. quæst. vnica artic. 1. & alij.

8 Noto. † 5. Sacerdotem solemniter baptizantem nullam incurrere excommunicationem, vel irregularitatem, etiamsi baptizet extra necessitatem, quia nullibi id videtur expressum, peccat tamen mortaliter, quia actum alienæ iurisdictionis sibi assumit, non peccaret tamen, si in necessitate hoc ageret Suarez disp. 23. sect. 2. & disp. 32. sect. 4. & alij. Clerico autem, si solemniter baptizet, est indicta irregularitas ex Cap. de Clerico non ordinato administrante.

9 Ex † quibus facilis redditur responsio proposito quęsito: respondendum est enim, Parochum optime fecisse baptizando filium natum in sua paręcia, quæ distat ab alia paræcia alterius Parochis ad sex miliaria. Non enim æquum fuerat deferre infantem tam longe, vt baptizaretur, sed illius baptismi proprius est reputandus sacerdos talis Parochus, non enim commode poterat alter haberi, & cum in hoc casu ad ipsum spectat baptizare, immerito conqueritur ille alter Parochus, sed ve rem altius etiam perscrutemur, videamus, an Pa-

10 rochus iste qui baptizauit etiam extra necessitatem potuerit idem præstare solemniter. † Et quidem quod valide patet ex dictis, an licite, & absq; peccato.

Posset probari etiam licite, quia, cum Sacerdoti ex officio competat ministrare sacramentum baptismi, nulli videtur inferre iniuriam quocunq; casu baptizet, ergo etiam licite baptizat.

Sed dicendum non posse licite, quia licet ex ordine habeat posse baptizare valide, non habet tamen licite, quia deest actualis iurisdictio, quæ cum alteri Parocho competat istam sibi assumens infert iniuriam in re graui proprio sacerdoti Nugn. in 3. p. q. 67. art. 2. Reginald. lib. 27. cap. 6. num. 37. Valentia loco cit. & alij.

Dices si non habet iurisdictionem ergo inualide agit,

agit, quod si valide agit ergo habet iurisdictionem,
quo casu dicendum erit nullo modo peccare. Res-
pondeo 1. habere iurisdictionem ad valide bapti-
zandum, non ad solemniter baptizandum 2. Posse
duos habere iurisdictionem ad aliquid agendum
valide, ita vt actum ab vtroq; valeat, non tamen
sequi inde facere licite quia talis iurisdictio alteri
competit ex officio, ideo quia, quod alteri ex
officio proprio competit sibi assumit, illi infert
iniuriam, & peccat; iurisdictio quoad baptizan-
dum etiam solemniter valide competit quidem
omnibus sacerdotibus, sed proprio Parocho præ-
cipue vt licite.

11 Nunc † videamus in rigore iuris, ad quem
horum Parochorum spectat baptizare istum filium,
de quo agimus præscindendo ab omni casu neces-
sitatis, vel alio per quam posset concedi non solum
valide, sed etiam licite, videamus ergo ad quem
spectet ratione subiectionis, cuius namq; iurisdi-
ctioni sit censendus subditus, & cuius pareciæ
sit dicendus, & primo stante, quod pater exu-
let, & alibi habaat domicilium, licet etiam in
patria, à qua exulat habeat domum apertam, in
qua multo anni tempore habitet vxor cum filijs,
quod est primum quæsitum. Pro intelligentia di-
cendorum.

12 Noto 1. † Hanc disputationem inter hos Paro-
chos fundari in eo communi dicto, quod subditi
vnius parœciæ non debent sumere sacramenta, nisi
ab illo Parocho, qui est proprius, vel de eius, vel
Episcopi licentia, quod adeo verum est, vt si ho-
mines vnius parœciæ à Parocho alterius suscipiant,
aliquando inualide aliquando illicite saltem
suscipiant, nisi in expressis quibusdam casibus, vt
13 extremæ necessitatis &c. estq; adeo verum, † vt
nullus sacerdos, nisi de expressa, vel tacita licentia
sui Parochi, vel Episcopi possit valide excipere
confessiones, & subditi vnius Parochi, qui eo
inconsulto, vel non petita, & obtenta ab eodem
licentia alteri confitendi, de facto confitentur non
recipiant absolutionem, & confessio sit inualida,
ita habetur expresse in Cap. omnis vtriusq; sexus
de pænit. & remiss. ibi si quis autem alieno sacer-
doti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata,
licentiam prius postulet, & obtineat, cum alias
14 ipsum non possit absoluere. † Solum posset esse
quæstio, an in casu aliquo, vt summæ ignorantiæ
proprij Parochi possit subditus eligere alium à quo
absoluatur, & quæstio fundatur in Cap. Placuit de
pænit. in 6. & Koninch de sacr. disput. 8. dub. 8.
num. 64. dicit positis quibusdam limitationibus
non esse improbabilem ob auctoritatem Docto-
rum, at nullo niti fundamento solido, cum illud
caput intelligatur non de sacramento pænitentiæ,
15 sed de pænitentijs solemnibus. † Imo dub. 3. nu.
22. addit esse omnino improbabile, etiam subdi-
tum vnius pareciæ peccantem in aliena posse ab-
solui sine licentia proprij à Parocho illius pareciæ,
in qua peccauit, nec ignorantia, vel bona fides
potest efficere, quod talis confessio sit valida, quia
non potest dare iurisdictionem idem Koninch
16 disp. 14. dub. 5. num. 27. in fine, † Ex quibus fit,
quod neq; Archiepiscopus possit excipere confes-
siones subditorum sui Suffraganei, nisi tempore
Visitationis, idem Koninch disp. 8. dub. 3. nu. 21.
17 6. nota † excipe tamen à dictis regulares, qui
possunt audire confessiones omnium ad se acce-
dentium, etiam inuitis Parochis, & eos absoluere,
quia habent iurisdictionem à Summo Pontifice
18 absolutam, & illimitatam; neq; † Sacerdos, dum
approbantur ab Episcopo ad confessiones audien-
das, aliquam acquirit iurisdictionem, sed tantum
autenticum testimonium suæ sufficientiæ, quo de-
claratur idoneus, cui committatur munus audiendi
19 confessiones, † sine tali tamen approbatione
inualide audiret patet ex Trid. sess. 23. cap. 15.
decernit sancta Synodus nullum etiam regularem
posse confessiones sæcularium, etiam sacerdotum
audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut paro-
chiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si
illis videbitur necessarium, aut alias idoneus iudi-
cetur, & approbationem, quæ gratis detur, obti-
neat, & fuse probat Sanchez de matr. lib. 6. disp.
38. num. 20. & expresse declarauit sacra Congre-
gatio Koninch de sacr. disp. 8. dub. 7. num. 49.
20 † quam approbationem esse faciendam aliqui
tenent ab Episcopo pænitentis, alij ab Episcopo
loci confessarij, cum quibus transit etiam Koninch
num. 50. ad quod probandum duas affert declara-
21 tiones sacræ Cong. † 1. S. D. N. audita resolu-
sione congregationis declarauit Episcopum vigore
priuilegij de quo in cap. final. de pænit. & remiss.
non posse sibi eligere Sacerdotem sibi non subdi-
tum, qui à proprio ordinario non fuerit adhuc ad
formam huius decreti admissus, siue approbatus ad
audiendas confessiones. Secunda S. D. N. decla-
rauit tempore iubilei posse omnes regulares con-
fiteri peccata sua sacerdotibus approbatis ab or-
dinario ad audiendas confessiones, in Bulla enim
non fit mentio nisi de ordinario eorum qui audiunt
confessiones non autem de ordinario pæniten-
tium, ita ille. Ex dictis aperte colligitur, quod
dum Episcopus concedit facultatem alieni con-
fessario audiendi confessiones in sua diœcesi de
licentia Parochi, non aliud agit, quam præbere
autenticum testimonium idoneitatis, cæterum
iurisdictionem esse dandam per consensum Paro-
chi cuius subditorum confessiones ille Sacerdos est
excepturus.

22 Noto † 2. Aliquando ex consuetudine acquiri
iurisdictionem, tacito enim consensu videtur dari
facultas, vt patet in Parochis, quibus Episcopi
nullum Sacerdotem ad confitendum videntur præ-
scribere. Sa verb. Confessor num. 1. & Suarez
disp. 27. sect. 3. num. 2. & 4. extendit ad omnes
sacerdotes. Idem eodem modo videtur concessum
peregrinis, vt possint confiteri ijs Parochis, &
Parochorum vicarijs, in quorum parœcijs pro tem-
pore commorantur. Siluest. verb. Confessor. 1.
quæst. 11. qui limitat ad eos, qui habent licentiam
peregrinandi Sot. dist. 18. quæst. 4. art. 2. ad 1.
obiect. Caiet. tamen in sum. verb. absolutio ex
parte absoluentis §. licentia dupliciter: dicit hoc
ab Eugenio IV. etiam pro confessione, & commu-
nione annua statutum esse. Subdit tamen Koninch
disp. 8. dub. 8. num. 61. in fine hoc verum esse, nisi
fiat in fraudem legis, ea videlicet sola de causa, vt
23 possent alijs confiteri. † Optime faciunt aduenæ,
peregrini, & vagi, si ad tollendas omnes dubietates
confiteantur Regularibus, quia in eis cessat omnis
dubitatio, cum possint omnes audire, & omnium
ad se accedentium confessiones excipere, & omnes
absoluere.

24 Noto 3. † Consuetudinem non dare iurisdictio-
nem, quando vsurpatur inscijs illis, qui eam dare
possunt, quia nemo potest accipere iurisditionem,
nisi aliquis eam valide det, maxime in his casibus,
in quibus est potius præscriptio, quam consuetudo,
25 † & ista facultas acquiritur potius ex consensu
illius, ad quem spectat dare, quam ex actuum

frequentatione , qui nnmquam ſnnt ſufficientes
iuducere conſuetudinem ſine tali conſenſu , cum
26 ſine illo ſemper ſint inualidi ; † Semper tamen
iſta conſuetudo pendet à voluntate illius , cnius ex
conſenſu introducitur , ita vt , ſi quis Sacerdos, vel
Parochus ex conſuetudine acquiſiuerit ſufficien-
tem iuriſdictionem excipiendi confeſſiones ſubdi-
torum alterius Parochi , illa ſemper pendeat à vo-
luntste illius , euius conſenſus requiritur , quare
ſemper tam ille , cnins conſenſu eſt introducta,
quam eius ſucceſſor poteſt illam reuocare . Ko-
27 ninch dicta diſp. 8. dub. 5. num. 37. & ſeq. † Ex
quibus vides , me recte reſpondiſſe alias , Capella-
num habentem ab Epiſcopo facultatem excipiendi
confeſſiones in diœceſi de licentia Parochi , exi-
ſtentem in vna Parochia non poſſe vslide excipere
confeſſiones ſubditorum alterius Parochi , ſi illi
fuerit à tali Parocho interdictum , quia Epiſcopus
tali facultate declarat tantum idoueum , quam
declarationem dat in ſcriptis , ſed nullam dat iu-
riſdictionem , vt patet pariter ex dictis ; ſed illam
dat Parochus, quam cum non poſſit dare maiorem,
qnam velit proprius Parochus ſuper alienas ones,
ſequitur , quod cnm alienus tali Capellano interdi-
cat audire confeſſioues ſuorum ſubditorum , ſi eas
audiat , inualide audiat defectu iuriſdictionis ſibi
28 denegatæ : † Quod etiam confirmatur , quia ap-
probatus ab vno Epiſcopo v. g. Bergomenſi, poteſt
aſſumi à Parocho Brixienſi ad audiendas confeſ-
ſiones ſuorũ ſubditorum abſque alia approbatione
Epiſcopi Brixienſis , quia approbatio Epiſcopi
nihil eſt aliud , quam teſtimonium ſufficientiæ,
iuriſdictionem autem dat Parochus , neq; Conci-
lium requirit duas , ſed tantum vnam approbatio-
nem , quæ cum vbique maneat , approbatus poteſt
vbique aſſumi ad confeſſiones audiendas Henri-
quez lib. 7. de Sacra. ſiue de Indulg. cap. 12. vbi
aſſerit eſſe plurimorum , & ſequitur Koninch de
Sacr. diſp. 8. dub. 7. num. 52. Si ergo talis appro-
batio nullam dat iuriſdictionem , vt idem Koninch
repetit num. 53. teſtat , quod ſit danda per Paro-
chum , quæ ſi denegetur , remanet Capellanus cum
ſola approbatione ſine iuriſdictione ; ideò inualide
abſoluit .

Noto 3. Explicando ſecundam partem propoſiti
notandi ſuperius quæ (explicata illa parte iuriſdi-
ctionis ſpectante ad validitatem actus) eſt de illis,
quæ fiunt valide , ſed non licite .

29 Dico † aliqua pertinere ad Parochum , quæ
tamen ſi fiant ab alieno Sacerdote, fiunt valide ſed
non licite, quia habet quidem poteſtatem illa exer-
cendi , ſed non tali loco , & tempore , vt eſt bapti-
zare , oleo extremæ vnctionis inungere &c. quæ
facere ſpectat quidem ad omnes Præsbyteros, ideò
valide fiunt , in tali loco tamen , & tempore non
licite fiant , quia cum illis circumſtantijs ſunt alio-
rum propria , & ideò aliena iuriſdictio quoad mo-
dum vſurpatur , quare infertur iniuria illi , cui ſpe-
tialiter competunt , & ideò fiunt illicite. Ex quibus
omnibus reſultat in quo ſita ſit iſta difficultas pro-
poſita; in eo videlicet. An Parochus qui baptizauit
habeat iuriſdictionem baptizandi ratione ſubie-
ctionis , ſemoto quocumque alio reſpectu , & vide-
tur dicendum .

30 Filium † natum non poſſe eſſe ſubditum illius
Parochi , in cuius parœcia naſcitur , ſed illins , in
cuius parœcia actu habitat pater proſcriptus , vel
bannitus; & probatur ex l. Filios C. de municip. &
31 l. Ciuca in fine C. de Incolis lib. 10. † vbi decidi-
tur filium non dici originarium illius loci , in quo
naſcitur per accidens , ſed illius , in quo habitat
pater , à lege fingitur eſſe . Cum ergo pater non
in loco in quo filius naſcitur habitet , ſed in alio,
vtique dicetur ſubditus iſtius non illius parochi 2.
32 Ex l. retro ff. de Capt. † quæ fingit mulierem
parientem in vno loco cum animo tamen non ibi
permanendi , ſed alio reuertendi , peperiſſe in loco,
ad quem reuerſura eſt , & ita tenet Abbas in cap.
Rodulphus num. 9. de reſcript. Felinus ibi nu. 14.
Ripa tract. de peſte. 2. par. Priuileg. 8. & multi
alij , quos refert , & ſequitur , Salcedo ad practicam
Diaz cap. 75. num. 25. & Bartolus d. l. filios
num. 4. licet ſubditus : ergo cum mulier ſit reuer-
ſura ad maritum , dicetur filius natus in loco , vbi
33 eſt maritus. † Nec refert habere apertam domum
etiam in loco , in quo naſcitur filius , quod vide-
tur arguere duplex domicilium , quia hoc non
poteſt eſſe reſpectu mariti, qui, cum ſit proſcriptus,
non poteſt habere domicilium in loco , à quo
eſt proſcriptus , nec reſpectu vxoris , quæ tenetur
ſeqni virum etiam proſcriptum , cum exulet non
ob aſſaſinia , non ob furta , ſed ob cauſas , quas
mundus iudicat ſecundum mundi honorem iu-
ſtas . Nec videtur ibi eſſe aperta domus ad habi-
tandum ſed potius commoditatis gratia negotian-
dum .

34 † Nec quidqnam releuat dicere patrem etiam
proſcriptum adhuc retinere iura originis , quia
proſcriptus etiam iſta amittit , quando eſt proſcri-
ptus cum pœna capitis , & bonorum proſcriptione,
vt late defendit Menochius lib. 5. præſumpt. 45.
35 † quia reputatur , vt mortuus ; & licet retineat iura
originis ; quia naturalia ſunt immutabilia , nullos
tamen parit effectus , dum eſt proſcriptus , cum
36 habeatur , vt mortuus ; † Prætcrea origo non
tribuit ius ad ſacramenta per ea quæ latiſſime tra-
dit Sanchez multos congerens lib. 3. de Matrim.
diſp. 23. à num. 6.

37 In contrarium videtur eſſe. 1. † Quia pater non
poteſt dici habere domicilium , in quo habitat
tantum ad tempus ſine animo ibi perpetuo manen-
di , vna enim ex præcipuis conditionibus requiſitis
ad acquirendum domicilium in vno loco eſt , quod
prius deſeratur animo non amplius reuertendi , &
quod alibi figatur animo nõ amplius diſcedendi ?
Sanchez loco cit. num. 2. & 3. aſſerens non ſatis
eſſe actualem habitationem ad domicilium con-
trahendum , ſed requiri animum non diſcedendi .
Cum ergo pater non habeat animum ibi perma-
nendi , imò diſcedendi , cum actu agat de ſua libe-
ratione , qua expedita ſtatim ad patriam eſt reuer-
ſurus, nec poterit dici ibi habere domicilium ; ideo
38 neq; filius alibi natus . † Poteſt mater , & filij
habere vnum domicilium , & aliud poteſt habere
pater , vt patet quotidiana experientia maxime in
proſcriptis , ſolent enim vxores in patria cum filijs
morari , domos proprias incolentes , & patrem
39 alibi degere. † 3. Iura ſanguinis , & originis ſunt
immutabilia , & licet leges fingant proſcriptum iſta
amittere , hoc eſt , quia cum non ſuſtineant onera
Ciuitatis , à qua ſunt proſcripti , ideo neq; poſſunt
gaudere priuilegijs eiuſdem Ciuitatis , in hoc enim
caſu loquitur Menochius , nec ſimpliciter negat
40 retinere iura originis proſcriptum . † 4. Videtur
deciſum quo ad Sacramenta ſufficere originem , vt
in loco originis habeatur ius illa percipiendi , cap.
Nullus de tempore ord. in 6. tandem probatur. 5.
Quia vnus poteſt habere duplex domicilium , &
in vtroqne ſumere Sacramenta , ſi in vtroq; habitet
pro dimidia parte anni , patet ex cap. 2. de ſepult.

in

in 6. ibi. Cum ab eo, qui duo habet domicilia in
vtroq; se collocans equaliter &c. & l. Senatores ff.
de Senat. ibi Senatores licet in vrbe domicilium
habere videantur, tamen & ibi vnde oriundi sunt
41 domicilium habere videnenr. † Quid dicendum?
Duo supta proposuimus. Alterum quod est de patre
existente proscripto; Alterum de eodem non pro-
scripto, alibi tamen habitante, ideo.

Dico filium natum in domo paterna eaistente
patre proscripto, & alibi habitante, siue habitet
ibi ipse animo perpetuo morandi, siue ad tempus
esse baptizandum à Parocho loci, in quo natus est,
quia illud est verum domicilium filij: ibi enim filij
habent suum domicilium originis, & habitationis,
&, si quando ttansfert se mater, & filij ad locum,
in quo pater, & maritus commoratur, hoc non est
animo ibi habirandi; sed tantum patria inuisendi,
nec refert, quod pater amiserit, vel non sua iura,
qnia sufficit filium retinere, Imo, etsi pater con-
stituisset domicilium firmum in aliquo loco animo
ibi perpetuo manendi, & filij alibi haberent domi-
cilium, essent in loco domicilij baptizandi, etsi
nascerentur in loco, in quo pater habitat, quia
filius à lege fingitur natus in loco, ad quem te-
uersurus est, ergo est Subditus illius Parochi, in
quo habet domicilium habitationis, & originis,
ideo ab illo baptizandus. Quoad secundum. Pro
solutione.

42 Noto 1. † domicilium, & habitationem inter
se differre, Nam domicilium ille dicitur habere,
qui animo perpetuo commorandi in aliquo loco
habitat; Habitationem verò habere dicitur, qui
non animo perpetuo habitandi, sed ad tempus
aliqua ex causa, vt litis, studiorum &c. commora-
tur; ita probat l. 1. §. habitare ff. de his qui deie-
cerunt, vel effuderunt, vbi Albericus annotauit, &
Glossa l. absens §. 1. in vetbo domicilium ff. de ind.
Bartol. l. 4. §. prætor ait nu. 9. ff. de dam. infect.
Ruinus cons. 88. nu. 1. lib. 5. Menoch. lib. 6. præ-
sumpt. 42. num. 2.

43 Noto † 2. domicilium tripliciter acquiri ex Iu-
risperitorum sententia, natura, legis dispositione,
& animo, & voluntate incolæ, Socin. sen. cap. vlt.
colum. 7. vers. 6. principaliter quæro de foto com-
pet. Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 86. num. 1.
Qui de præsump. lib. 6. præsump. 42. num. 3. idem
domicilium distinguit in naturale, accidentale, &
commune, ex Socin. sen. cap. licet ratione nu. 11.
de foro compet. quem etiam sequti sunt Alciat. in
l. Prouinciales num. 2. ff. de verb. signif. & Gaill.
44 lib. 2. obs. 36. num. 3. † Naturale est illud, inquit
Socinus, quod ex ipsa natura naturaliter venit, seu
nascitur, vt natiuitatis propriæ, seu etiam patris,
l. Ciues vbi Glossa C. de incolis, & hoc domicilium
mutari non potest, l. assumprio in princ. Alea. ff.
ad municipale, & scripserunt Bartol. d. l. assumptio
in princ. Alca. cons. 34. num. 4. lib. 5. & alij apud
Gaill. loc. cit. quod ex Menoch. num. 5. intelligen-
dum est, quoad munera, & honores, & sic quoad
onera personalia, secus quoad iurisdictionem,
45 † quia iurisdictio amittitur mutatione domicilij
Gaill. nu. 6. qui etiam subdit domicilium originis
non posse quidem mutari, sed desertione posse
perdi eius commoda, quod & supra diaimus; &
ideo priuilegium concessum Ciuibus originarijs
non competit ijs, qui à Ciuitate, & loco suæ origi-
nis recesserunt; Doctores in rub. ff. solut. matr. &
multos congerit Natta in cons. 139. nu. 14. lib. 1.
46 † Domicilium accidentale est illud, quod compa-
ratur assumptione, & vocatur domicilium habita-
tionis, & facit incolas, Gaill. alios referens loco
47 cit. nu. 3. & secundum eundem Gaill. † Ille dicitur
verus incola, qui in aliquam regionem domicilium
suum contulit, l. domicilium ff. ad municip. & l.
48 pupillus §. incola ff. de verb. signif. † Hoc acciden-
tale domicilium amittitur pro voluntatis arbitrio,
Bartol. in d. l. assumptio in princ. ff. ad munic.
Bald. in rub. C. si à non compet. iud. & alij quos
49 refert Menoch. loco cit. num. 11. † Domicilium
commune dicitur, vt Roma, quæ dicitur commu-
nis patria, l. Roma ff. ad municip. ita Marian.
Socin. in d. cap. licet ratione num. 11. & Gaill.
d. obser. 36. numer. 3. Qui dixit Imperium esse
commune domicilium omnium, qni sunt sub ipso
Imperio, Menoch. loc. cit. num. 15. putat dici
commune, quia contrahitur non solum origine, sed
etiam habitatione longa, & ideo num. 16. subdit
amitti ijs modis, quib. amittitur naturale, & acci-
dentale.

50 Noto 3. † Certum esse sufficete ad Sacramentum
Ordinis domicilium otiginis, habirationis, & etiam
beneficij, idest vbi habetut beneficium, it aut
proprius Episcopus ordinandi sit ille, de cuius diæ-
cesi est oriundus, vel beneficinm obtinet, vel habet
domicilium habitationis ordinandus, ita habetur
c. nullus de tempor. ordin. in 6. & hoc est cettum,
51 † quod in dubium reuocatur est, an sicut domici-
lium originis sufficit ad suscipiendos ordiues, ita
sufficiat ad suscipienda alia Sacramenra, quod est
52 idem ac quærere, † an domicilium originis suffici-
at ad percipienda Sacramenta, an verò requiratur
habitationis, quibus addam quale istud habitatio-
nis, & an quis possit habere duplea, & quale etiam
istud debeat esse.

Sanch. de matr. lib. 3. disp. 23. à nu. 26. disputat
in vtramq; partem, An sicut domicilium originis
sufficit pro Sacramento Ordinis conferendo, qua-
muis promouendus habeat alibi domicilium habi-
tationis, ita etiam sufficiat pro Sacramento pæni-
tentiæ, & matrimonij ad validè suscipiendum, &
pro alijs ad licite, & affirmatiuam partem ptobat.
53 1. † Quia magis est attendenda causa naturalis,
quam accidentalis, quia naturalia præualent, l. qui
habet in princ. vbi Doctores quos adducit Tiraq.
de retract. ligna. §. 30. Gloss. 1. nu. 26. qua ratio-
ne Peralta l. vnum de familia §. si de Falcidia nu.
54 13. ff. de leg. 2. cum Ang. ab eo relato docet, † do-
micilium originis esse potentius quolibet alio, si
ergo sufficit domicilium habitarionis, multo magis
sufficit originis. 2. domicilium originis nunquam
deperditur; sed vna cum domicilio habirationis
55 retinetur supracit. l. Senatores ff. de Sen. † 3. Sub-
ditus ratione originis, quamuis domicilium habi-
tationis transferat non desinit esse Subditus domi-
cilij originis. Negatiuam autem quam ipse tuetur,
56 & dicit esse tenendam probat. 1. † Quia ista Sa-
cramenta ministrare pertinet ad proprium Sacer-
dotem, vel proprium Parochum, & quoad Sacra-
mentum pænitentiæ patet ex cap. omnis vtriusq;
sexus de pænit. & quoad matr. ea Trid. sess. 24.
cap. 1. de matr. vbi requiritur assistentia proprij
Parochi ad valorem matrimonij. Illa autem dicitur
ptopria Parochia, & diæcesis alicuius, in qua habet
domicilium habitationis, & ideo in dubio nomine
domicilij nou venit illud originis, sed habitationis
vt Doctores apud eundem Sanchez, & confirmatur
ex cap. nullus de tempore ordinationum vbi habe-
tur sufficere ordinandum esse originarium, ergo
ptius non sufficiebat; prætetea inclusio vnius est
exlusio alterius cum ergo dettermineetur in hoc casu
sufficete

57 sufficere videtur excludi in alijs. 2. probatur † Non oligo, sed habitatio constituit aliquem parochianum, & ideò canonica portio, quæ est ius quoddam parochiale non datur parochiæ originis; sed habitationis, nec valet dicere quartam dari ob labores, & sollicitudinem Parochi in administratione Sacramentorum &c. quis si quis etiam nullis receptis Sacramentis; sed parua interiecta mora, ex quo parochiam intrauit, moriatur quarta non Sacerdoti prioris habitationis à quo recepit Sacramenta, sed secundo debetur, ergo non respectu
58 laborum &c. 3. † Vagi dicuntur domicilio destituti, quod non esset verum si iu administratione Sacramentorum curaretur de domicilio originis.
59 3. † Quia ex communissima sententia, qui habet duplex domicilium non potest pro libito sumere Sacramenta iu vtroque; sed tenetur sumere in ea paræcia, in qua actu reperitur; ergo secundum istos Doctores, qui hanc sententiam tenentur ille solus est vere parochus, in cuius paræcia actu moratur, qui habet duplex domicilium.

Respondet argumentis pro contraria sententia.
60 † Ad primum Verum esse magis attendendam causam naturalem, quam accidentalem, quando vere naturalis est causa, & confert aliquid, at in casu isto nihil confert, quia ad constituendam parochiam impertineus est originis domicilium, nisi adsit, & habitatio. Ad 2. Negat consequentiam quia ad recipienda Sacramenta nihil confert originis domicilium Ad 3. Respondet domicilium origines amitti translatione domicilij habitationis.

Qui tamen vellet sequi priorem sententiam
61 argumentis contrarijs posset respondere. † Ad primum ministrare ista Sacramenta pertinere quidem ad proprium Sacerdotem, vel parochum, sed hunc esse non solum illum domicilij habitationis; sed etiam originis; & negando proprie parochum dici solum illum domicilij, & quidquid sit de illa doctrina, quod in dubio quis nomine proprij parochi veniat an originis, vel domicilij, respondetur non inde sequi, quod inrenditur, quia non sumus in dubio, sed in claris vtrumq; venire, imo, eum naturalia præualeant, domicilium originis, vt causa naturalis debet præualere. Ad id quod dicitur domicilium originis esse impertinens ad administrationem Sacramentorum respondetur hoc esse probandum, quia cum ius administrandi Sacramenta acquiratur ex subiectione, & subiectio originis non possit deperdi, vt leges clare loquentur, sequitur quod semper originarius remaneat subditus parocho originis, & ideò habeat ius ab eo recipiendi Sacramenta, nec apparet maior ratio, quare iste non sit verus parochus, cum habeat iura subiectionis, imo naturalia, ille accidentalia. Ad Caput Nullus Respondetur ibi fuisse determinatum quid iuris in Sacramento ordinis sed non fuisse negatum de alijs, imo, cum in hoc casu qui potest esse magis controuersus, liceat, vtique dicendum erit magis licere in alijs, &, si quid habet speciale, est quia ibi declaratur sufficere etiam in diœcesi habere beneficium; Nec secundum argumentum est fortius primo; stat enim canonicam portionem dari ratione laborum, & administrationis Sacramentorum, nec refert, quod illa præcesserint, vel non, quia non fundatur hoc in actuali præstatione; sed in obligatione, quam habet Parochus illa præstandi, & subditus illa recipiendi; statim ergo ac quis ingreditur paræciam alicuius, quia acquirit ius habendi sacramenta ab illo parocho, statim etiam parochus acquirit ius ad canonicam portionem, & hoc ita disponente canone non ex eo quod negatur posse dari alium parochum; sed ad tollendas lites, quod patet, quia secundum probabilissimam sententiam etiam ab ipso Sanchez probatam potest quis habere duplex domicilium habitationis, & consequenter duos parochos, & ab vtroque potest indifferenter sumere Sacramenta, & si moriatur quarta debetur parocho in cuius paræcia moritur, ergo non debetur ratione subiectionis, quod si hoc potest habere aliquam contradictionem certe si quis in vna Ecclesia solet recipere Sacramenta in alia audire diuina officia quarta debetur Ecclesiæ in qua recipiebat Sacramenta cap. 1. de sepult. Roderiquez. & alij citati à Barbosa de pot. paroch. cap. 25. num. 24. & si vtraque habet ius tumulandi datur præuentio, ergo quarta debetur ratione administrationis Sacramentorum, & quartam deberi ex causa onerosa tenent Vbald. de sepult. 2. par. cap. 8. num. 14. in fine Abbas in cap. Certificati num. 11. de sepult. quos refert Barbo. num. 25. ergo non ratione simplicis subiectionis; sed ratione obligationis ministrandi Sacramenta. Sed demus, quod fortasse verius est, quartam deberi Parocho ab illo, qui habet domicilium iu sua paræcia eo quod teneatur illi ministrare sacramenta, at ex hoc non concluditur alium non posse esse parochum, qui eadem Sacramenta possit ministrare, esset probandum alium non esse proprium parochum simpliciter; est proprius parochus respectu quartæ, ergo proprius parochus simpliciter nec alius potest esse non tenet, neque ex hoc coueluditur ob varias rationes, ob quas quarta adiudicatur, quæ non militant in administratione Sacramentorum, ad quam sufficit subiectio, quæ cum adhuc perseueret ratione originis, dicendum est sufficere ad sacramenta. Nec video quid potentius habeat habere domum, in qua actu non habitat, quo possit suscipere Sacramenta, & non possit quia originem aliunde traxit licet ibi non habitet. Ad 3. Respondetur item communem esse sententiam quam etiam ipse Sanchez putat magis probabilem posse habentem duplex domicilium vtrobique pro libito sumere sacramenta. Ad illud autem quod dicitur domicilium originis amitti translatione domicilij habitationis; Respondetur non vere amitti, sed fingi à lege ad aliquos effectus, vt quia non est æquum, qui non sustinet onera ciuitatis, gandere priuilegijs, quæ non militant in casu nostro, posset igitur defendi adhuc retineri ius ad Sacramenta, quæ nullum haberet ad ista respectum.

62 Ad aliud dubium, † An quis possit habere duplex domicilium, & dicendum posse, & posse vtrobiq; contrahere matrimonium, & sumere Sacramenta probatur ex cap. 2. de Sepult. in 6. ibi Cum ab eo, qui habet domicilium se collocar equaliter in vtroque, & l. Assumptio §. filius, & l. eius qui manu-
63 misit §. Celsus ff. ad municip. † Quale autem debeat esse hoc domicilium. Respondeo debere esse cum animo habitandi, & actuali habitatione æqualiter in vtroque, ita vt hieme in vno, æstate iu alio commoretur, non est tamen matematice ista æqualitas Mensuranda; sed sufficit moralis nec puto esse necessarium habitare continua habitatione; sed sufficere, quod sit ad sex menses, vel circiter quia etiam eo modo habitans dicetur habitare media parte anni, ex hoc tamen non sequitur statim, quod, qui habet duplex domicilium, possit in vtroque pro sua lubentia sumere Sacramenta, nisi

pro

pro tempore quo inhabitat, imo communis sententia fert, qui duplex habet domicilium non posse sumere nisi ab eo parocho in cuius paræcia actu habitat non autem ab eo in cuius quidem paræcia habet domicilium sed actu non habitat ideò.

64 Dico † habentem duo domicilia in quorum vnoquoque inhabitat media parte anni posse vtrobiq; ab vtroque parocho indifferenter, sumere Sacramenta etiamsi actu non habitet in illa paræcia, in qua illa sumit sed in alia; hanc sententiam, vt magis probabilem amplectitur Sanchez loc. cit. disp. 24. n. 4. & probat ex cap. 2. de sepult. in 6. vbi expresse habetur, aliquem posse habere duo Domicilia, & in casu ibi expresso canonicam portionem esse diuidendam, idest quando vtrobiq; habitat equaliter, ergo habet duplicem parochiam ergo in vtraq; potest sumere sacramenta si canonica portio est diuidenda Canonica enim portio ac Sacramentorum receptio æque pertinet ad iura parochialia Nauar. cap. Placuit nu. 78. de pænit. in 6. Henriq. lib. 6. de pænit. cap. 7. num. 2. Et sicuti, cum duo parochi eidem præsunt paræciæ, alter altero inuito potest sacramenta ministrare, quia par in parem non habet imperium cap. innotuit de elect. & l. ille à quo §. intempestiuum ff. ad Trebell. ita & isti, cum eiusdem met vterque sit parochus, poterit altero inconsulto etiam inuito eidem Sacramenta præbere.

65 Ex † quibus collige, qui ruri recreationis gratia commoratur, qui peregrinatur, qui alicubi negotiorum causa existit &c. si animum habeat proprios lares repetere non posse sine proprij parochi licentia, vbi reperitur Sacramenta sumere. Cæterum nunc temporis ex tacito assensu, longa consuetudine, & vsu comprobato vnumquemq; sumere sacramenta in loco in quo moratur videtur à proprijs parochis tacite concedi.

66 Resoluendo † propositam difficultatem dico Parochum, qui baptizauit, licite baptizasse; ad ipsum enim potius, quam ad alium, qui conqueritur, de iure spectat, cum in paræcia illius vere habeat domicilium, non vbi pater moratur.

S V M M A R I V M.

1 *Proponuntur aliqui casus qui solent reseruari ab Episcopis.*
2 *Modi sub quibus solet reseruari Blasphemia.*
3 *Quid sit Blasphemia.*
4 *Verba Blasphemia possunt esse prolata corde, ore, & scripto, quibus modis potest contingere loquutio contumeliosa contra Deum sicuti potest laus.*
5 *Blasphemia contingit in dictis non in factis.*
6 *Blasphemiam in actu signato continere falsitatem non est necesse, an in actu exercito; vide Vbi deciditur quid tenendum.*
7 *Ille dicitur blasphemus qui verba contumeliosa in Deum profere licet non habeat animum dehonorandi Deum.*
8 *Hæresis à Blasphemia quomodo distinguatur.*
9 *Sancti dupliciter possunt honorari, ex quo colligitur an sit blasphemia contra sanctos.*
10 *Dehonoratio sanctorum, ut non sunt quid Dei cedit in opprobium Dei tantum indirecte, & remoto ideò non apponitur latria sed tantum dulia.*
11 *Blasphemia non sunt actiones contra Deum, & Sanctos Blaspemus est qui verba contumeliosa in Deum profert licet non intendat illum dehonorare Balsphemus est qui verba contumeliosa in Sanctus profert, ut sunt quid Dei, non autem contra eorum excellentias.*
12 *Blasphemia in Sanctos communiter non censentur reseruata.*
13 *Blasphemia apponitur Religioni.*
14 *Blasphemia ioco, vel ex leuitate prolata an sint peccatum mortale, sententia Suarez.*
15 *Distinguit Sanchez, & bene ibi.*
16 *Blasphemia est peccatum distinctum ab odio Dei à desperatione, & infidelitate.*
17 *In confessione est explicandum ex qua passione procedat blasphemia an ex odio Dei ex desperatione &c.*
18 *Omnes blasphemia in ratione blasphemia sunt eiusdem spetici, quid ex hoc deducatur vide ibi.*
19 *Blasphemia in Sanctos an distinguatur spetia à blasphemia in Deum.*
20 *Quid seruandum in confessione quoad praxim à blasphemante.*
21 *Semper est explicandum an processerit ex expressa voluntate inhonorandi Deum, an ex tacita.*
22 *Blasphemia alia hareticalis, alia non hareticalis.*
23 *Quæ sit blasphimia hareticalis.*
24 *Quæ non hareticalis.*
25 *Blasphemia haretitalis aliquid tribuens Deo quod illi non competit & quæ sit.*
26 *An sit blasphemia hareticalis dicere denego Crucem denego Euangelia &c. expenditur.*
27 *Non est blasphemia haretitalis dicere Negarem crucem, negarem Euangelia.*
28 *An sit blasphemia hareticalis dicere. Hoc est ita verum, ut verum est Euangelium &c.*
29 *An sit blasphemia hareticalis renego Sanctum Petrum, vel Sanctum Paulum, vel Sanctum Franciscum &c.*
30 *An istæ sint propositiones, & blasphemia hereticales reseruata.*
31 *Blasphemia non hereticales ad duo capita reducuntur, vel quibus aliquod malum Deo, vel Sanctis imprecatur, vel quibus aliquid indecore, vel inhoneste de Deo, vel de Sanctis nominatur.*
32 *An iuramenta per vitam Dei, vel Sanctorum sint blasphemia.*
33 *An sint blasphemia dicere. Pentasi mal habbia, sia maladetto &c. absque eo tamen quod addatur. Deo, vel sanctis.*
34 *An sit blaspemia maledicere creaturis ut maledictus aer, Petrus, Paulus &c. bos, asinus.*
35 *Quæ sint blasphemiæ quibus indecore aliquid Dei, vel Sanctorum nominatur, & si quis irrisorie diceret Deum iustum &c. Iuramenta per pudenda Dei, vel Sanctorum.*
36 *Quid de iuramentis per membra honesta.*
37 *Quid de iuramento per intemeratam Virginitatem Sanctissima Matris Maria.*
38 *An omne iuramentum falsum sit blasphemia.*
39 *Blasphemia est nominare Deum, vel aliquid de sanctis dicere, vel aliquid sanctorum inhoneste, indecore, contumeliose nominare.*
40 *Aduertenda pro confessario absoluturo pænitentem à blasphemijs.*
41 *Blasphemus consuetudinarius alias admonitus an sit absoluendus.*
42 *An aliquando sit differenda absolutio blasphemo consuetudinario.*

43 An

43 *An audiens blasphemantem satisfaciat suo muneri si illum corrigat fraterne an vero teneatur illum acriter obiurgare.*

44 *Audientem blasphemare teneri denunciare certum est; an verò præmittere teneatur correctionem resoluitur ibi.*

45 *Nullus casus censetur reseruatus, nisi sit peccatum mortale.*

46 *Reseruatio intelligitur tantum de actu externo, non autem de interno.*

47 *Quid de accessu ad monasteria monialium.*

48 *Quid si accedens bona fide putet esse reseruatum solum accessum ad malum finem.*

49 *Verba non sufficientia ad constituendam blasphemiam licet animus sit blasphemandi non est blasphemia reseruata.*

50 *Actus dicitur completus quatenus nihil illi deest ad sui complementum sub illa ratione sub qua est reseruatus.*

51 *An mandans ligetur reseruatione.*

52 *Reseruatio est demptio facultatis absoluendi actiue, facta confessario.*

Committens peccatum non reseruatum si postea reseruatur non potest absolui à non habente facultatem habens reseruata in propria diecesi potest absolui in alia vbi non sunt reseruata.

53 *Regula, vnusquisque est absoluendus secundum ritum illius diecesi in qua confitetur.*

54 *Aduertentia pro intelligentia cuiusdam Doctoris rationem quandam tradentis.*

55 *Discedens à propria diecesi in fraudem, non potest secundum aliquos à reseruatis absolui.*

56 *Pœnitens accedens cum reseruatis ad confessarium non habentem facultatem absoluendi, & non possit non cōmunicare ob vrgentes rationes quid agere debeat.*

57 *Peccatum reseruatum si ob aliquam circumstantiam desinat esse mortale desinit etiam esse reseruatum.*

58 *Primus modus reseruandi blasphemiam, v.g. si in reseruatione apponeretur tantum Blasphemia quid intelligatur.*

59 *Quid si addita esset aliqua vniuersalis, vt omnis blasphemia.*

60 *Quid intelligatur per blasphemiam in Deum, & in Sanctos in Beatam Mariam &c.*

61 *Reseruatio blasphemiæ hæreticalis quomodo intelligenda.*

62 *Quædam aduertentia.*

63 *Etiam blasphemia occulta est reseruata.*

64 *Blasphemia sapiens hæresim manifestam quæ sit.*

Quid si aliqua sit dubitatio an censenda reseruata.

Qui dubitat de fide est hæreticus.

65 *Aliqui alij modi quibus blasphemia solet reseruari.*

66 *Quæ sit blasphemia consuetudinaria.*

67 *Quæ sit blasphemia publice, notorie &c. prolata remissiue.*

68 *Quid intelligatur per nefariam consuetudinem ex aliorum placito.*

69 *Sententia auctoris.*

Quando possit confessarius sine facultate Inquisitoris; sed cum sola Episcopi absoluere à blasphemia.

70 *Quid sit superstitio.*

71 *Vanus cultus aliquando superfluus aliquando falsus.*

72 *Quid sit cultus superfluus.*

73 *Qui sit cultus falsus.*

Falsus cultus potest esse ex parte medij, & ex parte colentis.

Falsus cultus ex parte colentis qui sit.

74 *Falsus cultus ex parte medij qui sit.*

75 *Falsus cultus aliquando versatur circa Deum aliquando circa Creaturas.*

Circa Deum ibi.

76 *Circa creaturas tripliciter ibi.*

77 *Superstitio ex parte colensis est peccatum mortale.*

Vana superstitio aliquando veniale aliquando mortale peccatum est.

78 *Ieiunare die dominico an sit peccatum.*

79 *Ex tribus speciebus superstitionis incipit agere auctor de Idolatria.*

80 *Quid sit idolatria.*

81 *Duplex idolatria.*

82 *Vtraque grauissimum peccatum.*

83 *Secunda species superstitionis diuinatio.*

84 *Varijs modis dæmones docent homines.*

85 *Quid sit diuinatio.*

86 *Prædictio potest procurari per tacitam, & per expressam dæmonis innocationem.*

87 *Quid dicat vanum in proposito.*

88 *Quid sit tacita innocatio.*

89 *An iuuet renunciare omni pacto.*

90 *Vtraque inuocatio tacita, & expressa est grauissimum peccatum.*

Paruitas materiæ non excusat.

Eius malitia in eo sita est quod pactum volens vult amicitiam cum iniquissimo hoste.

91 *Cum ioco queritur prædictio futurorum an sit mortale, aliorum placitum.*

92 *Sententia quam sequitur auctor.*

93 *Obseruare somnia augnria &c. vna, vel altera vice, an sit mortale.*

94 *Dubius de somno à quo sit, sit ab aliqua actione quæ non sit percepta abstineat an peccet.*

95 *Inire pactum, vt qui prior moritur alteri superstiti appareat si ita Deo placitum fuerit an sit peccatum.*

96 *Innocatio Dæmonum tacita, & expressa sit multipliciter.*

Exprimendum est in confessione an inuocatio sit tacita, vel expressa.

97 *Diuinatio omnis tam futurorum quam contingentium an sit superstitio.*

98 *Diuinatio procedens ex pacto expresso, vt plurimum pluras continet malitias.*

99 *An diuinatio per astra sit licita.*

100 *Qua probabilitate per astra aliquid prædicatur.*

101 *Pronunciare actus pendentes ex libera voluntate certo futuros est superstitio.*

102 *Item prædicere adeo occulta, vt humana industria non possint sciri.*

103 *Non iuuat dicere quod astra significent ex diuina institutione.*

104 *An saltem probabiliter ex astris possint prædici euentus pendentes ex libera voluntate.*

105 *Explicatur motus proprius Sixti V.*

106 *Somniorum quattuor sunt causæ duæ corporales, & duæ spirituales.*

107 *Explicantur corporales.*

108 *Explicantur spirituales.*

109 *Ex somnijs prædicere temperamentum est licitum, & vtile præcipue medicis.*

110 *Licitum est inuestigare an somnium sit à corporis dispositione, à Deo, vel a Dæmone.*

111 *Difficillimum est cognoscere à quo sint somnia*

Aliqua obseruanda pro ista cognitione.

112 *Non est sufficiens signum somnium esse à Deo quod*

quod effectum sortiatur.

113 *Sumere pranationem alicuius futuri euentus.*

114 *Componere se aliquo modo ad somnum, vt babeatur pranotio alicuius euentus futuri occulti est grauissimum peccatum superstitionis.*

115 *Credere, vel timere aliquid propter somnium non est graue peccatum.*

116 *Licet aliquando aliquid omittere quod non sit præceptum propter somnium, sed raro.*

117 *Quid sit sors.*

118 *Triplex est sors, diuisoria, consultoria, & diuinatoria, & quid vnaquaque sit.*

119 *Hæreditas, legata, &c. dantur sorte, vt lites dirimantur, & aliquando cogit iudex ad sortes mittendas. Quomodo sorte Dominium transferatur.*

120 *Quomodo sint licita.*

121 *Quomodo possint esse illicita.*

122 *An sint licita ob honestam animi relaxationem non licet vti libris sacris.*

Licent ad faciendas electiones ad officia, ciuilia etiam ad dirimendas lites beneficiales non tamen in electionibus Ecclesiasticis.

123 *Sortes consultoria sunt licita.*

124 *Debent habere tres comites.*

125 *Sortes diuinatoria nec possunt quidquam causare nec significare, ideò sunt superstitiosa.*

126 *His sortibus solent esse coniuncta grauissima peccata.*

127 *Ex elementorum multatione ex volatu ex cantu auium an aliquid possit pradici.*

128 *An ex istis possint coniectari bella, rixæ &c.*

129 *Petere à cingaris, vulgo dicitur la buona ventura an liceat.*

130 *Ex occursu animalis, vel furis, vel ex fractione corrigia aliquid mali, vel boni coniectare item ex sternuatione, ex offensione in lapidem &c. an sit superstitio, & an à peccato excusetur.*

131 *Aliquos dies putare felices alias infelices, &*

132 *ideò nolle quid agere ijs diebus an superstitiosum, & an excusetur aliquando.*

133 *Vana abseruatio consistit in hoc quod effectus speretur ex medijs ad illum inutilibus, dicitur magia.*

134 *Diuinatio à magia quomodo differat.*

135 *Magia est superstitio quia vtitur medijs inutilibus; estque grauissimum peccatum, quia semper habet coniunctum tacitum, vel expressum pactum.*

In ea non datur paruitas materia.

136 *Non licet illa vti; etiamsi omni pacto renuncietur.*

137 *Renunciare omni pacto, & dirigere mentem in Deum vtendo illis magicis medijs, vt magica vanitas cognoscatur, non est laudabile.*

138 *Magicarum vsus an aliquando sit tantum veniale ex ignorantia videlicet inaduertentia &c.*

139 *Ex ioco vti magicis aliqui putant veniale item leuitate, vel curiositate.*

140 *Difficile putat auctor hoc posse concedi.*

141 *Magia peccatum alia secum trahit, & grauissima.*

142 *Magus tria solet intendere, acquirere sibi, vel altere subitam scientiam, sibi vel alteri bona fortuna Proximo damnum inferre.*

143 *Ex hac triplici diuisione non oritur specifica distinctio, sed est vna tantum species.*

144 *Superstitio proprie constat in deferendo dæmoni honorem Deo proprium, & naturalem.*

Hic honor ex multorum sententia non defertur dæmoni, quando ab eo petitur quod potest facere, & ideò ex eorum sententia non est proprie superstitia talia petere.

145 *Quæ possit facere dæmon.*

146 *Sagas, & striges interesse suis conuentibus proprijs corporibus experientia conuincit.*

147 *Modus cognoscendi an effectus sit à magia, vel à natura traditur.*

148 *Effectus magicus aliquando est à rebus sacris illicite tamen, quia a Deo non sunt ad illum effectum instituta.*

149 *In dubio an effectus sit à magia, vel à natura præsumitur a natura.*

150 *In dubio an sit à Deo, vel à dæmone præsumitur à dæmone.*

151 *An Dæmon possit breuissimo tempore infundere scientiam.*

152 *Magica superstitio qua quaritur scientia quomodo distinguatur à diuinatione.*

153 *Etsi non liceat arte dæmonis scientiam acquirere, illa tamen acquisita licet vti.*

154 *Regula. Quotiescumque medijs à Deo non ordinatis, bona corporis procurantur, à dæmone procurantur, estque magica superstitio, & peccatum mortale.*

155 *Huiusmodi sunt deferre aliqua signa, vel characteres incognitos quorum delatione quis putet se fore tutum à subitanea morte, ab incursiona inimicarum, &c.*

Idem esset si ad eundem effectum deferrentur verba sacra, siue admixta, siue non alijs profanis.

156 *Licet tamen deferre verba sacra si speretur ex diuina misericordia euasio à periculis, non infallibiliter ex illa delatione.*

157 *Dicere aliquas orationes cum aliquibus circumstantijs vanis si putentur necessario addendæ tales circumstantia ad habendum effectum, vt in ortu solis, in ortu talis syderis, tot candelis &c.*

158 *Non erit superstitio apponere tot candelas, si talis numerus referatur ad honorem Dei.*

159 *Animalia ad templum tali Die, adducere vel curare an superstitio.*

160 *Non est superstitio colligere herbas in die Sancti Ioannis, si fiat in honorem talis Sancti.*

161 *Sunt tamen instruendi simplices quod ista faciant in honorem Sancti, nec illis tribuant infallibilitatem effectus.*

162 *Vti ad sanitatem tuendam, & pericula euadenda imaginibus astronomicis est mortale.*

163 *An qui ludit mutans locum, vt fortuna mutetur sit superstitiosus.*

164 *Consulere astrologos qua hora ludendum sit, deferre secum nodum &c. est peccatum mortale superstitionis.*

165 *Proponuntur dua grauissima difficultates.*

166 *Prima quæ est an sit superstiosa curatio illa quam faciunt aliqui sanando aliquas infirmitates etiam incurabiles solo contactu, soluitur.*

167 *Secunda quæ est de curatione vulneris facta in distans cum petijs è sanguine qui primus fluxit è vulnere, rationibus adductis remittitur sententia sanctissima Inquisitionis.*

168 *Quid dicendum de vana superstitione qua media vana assumuntur ad damnum proximi.*

169 *An acquisita bona arte dæmonis confessarius possit permittere pænitenti, vt illa retineat.*

170 *Quid de diuitijs.*

171 *Effectus nocini au qui arte dæmouit illos produxit teneatur auferre, & quomodo.*

172 *Quid aget confessarius cum illo qui apposita statua, vel aliquo alio signo pactum iuijt cum dæmone, vt tamdiu aliquem torqueat, quam diu illa statua in illo loco cousistet.*

Et quid si præterea additum sit pactum, vt quotiescumq; amota fuerit statua teneatur desistere, vel cessare à damno inferendo; & resoluitur debere confessarium imperare ablationem.

173 *Imo tenetur qui signum posuit illud auferre.*

174 *Et iudex tenetur cogere illum ad auferendum ex obligatione proprij offitij, licet ex tali ablatioue timeatur damuum tertio.*

175 *Non solum teuetur magus destruere signum appositum sed etiam apponere aliud, quo dæmon se obligauit cessare à maleficio, dummodo signum sit bouum, vel saltem indifferens.*

176 *Quid si dubium sit an signum apponendum sit superstitiosum.*

Quid dicendum de iudicibus qui iubent magos tondi, radi, &c. vt possint torqueri.

177 *Au liceat petere à malefico, vt maleficium alio maleficio tollat. An liceat cogere minis.*

178 *Iudices male faciunt cogentes maleficos tollere maleficia etiam solo signo Crucis.*

Quid si dubitetur an maleficus ad tollendum maleficium sit vsurus maleficio.

179 *Quid si certo sciatur meleficum scire media licita ad tollendum maleficinm, sed dubitetur an vsurus sit licitis, vel illicitis.*

180 *Quæ requirantur, vt casus supradictus sit licitus.*

181 *An dæmon ipse possit rogari, vt maleficium dissoluat.*

182 *An saltem possit cogi præcepto.*

183 *Colligitur ex dictis quando superstitio sit reseruata, nec ne.*

184 *Quotiescumque superstitio est cum errore in intellectu non Episcopo sed Inquisitioui semper est reseruata.*

185 *Quid intelligeudum quando in reseruatione apponitur tautum. Superstitioues.*

186 *Quid intelligatur quaudo reseruatur. Sortilegium.*

187 *Quid Intelligatur cum iu reseruatione dicitur. Qui artes magicas, Venesicia &c. exercuerint.*

188 *Quid si dicatur; operam dautes.*

189 *Quid intelligatur cum reseruatur abusus Sacramentorum, sacramentalium, & rerum sacrarum. Quid sit abusus.*

190 *Quis dicatur sacramentis sacramentalibus &c. abuti.*

191 *Quæ sint sacramentalia.*

192 *Quid sint res Sacræ.*

193 *Ex dictis rebus sacris, quæ veniant in reseruatione.*

194 *Modus quo reseruatio solet fieri iste abusus explicatur.*

195 *An detur ordo grauitatis peccati in abusu rerum Sacrarum, & quis sit.*

196 *Aliquaudo reseruantur incantationes cum abusu rerum sacrarum, & sacramentalium, quid eo casu intelligatur per res sacras.*

197 *Quid intelligendum cum reseruatur insignis contumelia in Deum, & in Sanctos.*

198 *Quid intelligendum hic per contumeliam.*

199 *Quid per verbum Insignis.*

200 *Quid sit falsum testimonium.*

201 *Falsum testimouium contiugere potest, cum asseritur, quod scitur falsum, vt verum; cum dubitat an sit verum quod asseric tameu asserit verum: cum putat verum quod asserit tamen est falsum cum putat falsum quod asserit, tamen est verum. Falsum testimonium aliquando deponitur iu iuditio aliquando extra iuditium.*

202 *Iuramentum aliud assertorium, aliud promissorium aliud commiuatorium aliud execratorium, & quid sit vnumquodque.*

Quid sit iuramentum solemne, & quæ requirantur ad illud.

Quid sit non solemne.

203 *Quid intelligeudum cum reseruatur solemne iuramentum.*

Quid si reseruetur tautum periurium.

204 *Quid, Si reseruetur periurium in damnum tertij, & quis falsum iurat ad subleuandum reum. & ex illo iuramento reus liberatur, sed pars læsa à reo patitur damnum.*

205 *Proponitur quædam obiectio, & soluitur.*

206 *Quid si ex falso iuramento non damnum parti læsa à reo, sed illis quibus applicata fuisset multa, sequitur.*

207 *Quid de illo qui iurat falsum sed putat iurare verum.*

Et quid de illo, qui dubitat.

208 *Quid de illo qui putat, vel dubitat se iurare falsum, & re vera iurat verum.*

209 *Quid de illo qui interrogatus non legitime iurat falsum.*

210 *Quid de illo qui ex metu iurat falsum.*

De Quibusdam casibus reseruatis Episcopis.

XCV.

1 SÆpius † à me postulata fuit solutio aliquorum dubiorum, quæ in dies emergunt circa casus Episcopis reseruatos; ideò, quæ diuersis dedi responsa, hoc, & sequenti collegens ad communem vtilitatem breuiter decreui comprehendere methodo; explicando varios modos, sub quibus fræquentius solent reseruari, ideò hic elucidamus, quæ pertinent ad Blasphemiam, superstitiones, Dæmonum inuocationes, Abusu sacramentorum, & Sacramentalium, & ad falsum testimonium.

2 † Et quod primum, idest Blasphemiam, solet diuersimodi reseruari hic casus. Aliquando simpliciter Basphemia. Aliquando Blasphemia in Deum, & Sanctos. Aliquando Blasphemia hæreticalis. Aliquando blasphemia consuetudinaria. Aliquando tot vicibus prolata, vt ter, quater &c. Aliquando blasphemia ex nefaria consuetudine. Aliqnando blasphemia publica, & notoria. Aliquando blasphemia coram quinque, vel sex personis; & aliquando blasphemia publice, & notorie prolata. Aliquando etiam reseruantur blasphemiæ, quando manifestam non sapiunt hæresim. Aliquando blasphemia in Deum B. Virginem, & Sanctos; hi sunt modi quos frequentiores potui colligere ex diuersis Episcoporum tabellis. Pro elucidatione.

Noto 1. Blasphemiam Ex D. August. lib. 1. de
3 moribus Manichæor. cap. 11. † esse mala verba dicere de Deo, mala verba, idest contumeliosa; in hoc omnes conueniunt, vt videre est in D. Tho. eiusque interpretibus 2. 2. quæst. 13. Sanchez lib. 2. in decalog. cap. 32. num. 1. & 2. Barbosa de pot. Episc. 3. par. allegat. 50. à num. 86. Castropal.

tract.

4 tract. 17. quæst. 2. par. 5. §. 1. num. 2. † Ita verba
contumeliosa possunt proferri corde, ore, & scri-
ptura his enim omnibus modis potest contingere
loqutio contumeliosa; sicut, & his omnibus modis
potest contingere Laus Dei, & honoratio, cui
blasphemia apponitur. D. Thomas loco cit. art.
1. quem omnes sequi testatur Sanchez numer. 4.
5 † Consistit autem blasphemia in dictis, non in
factis, si enim quis factis Deum dehonoret, qua-
liter iudæi Christum conspuentes flagellantes &c.
non blasphemiam, sed sacrilegium committit,
alias idolatria, aliaque vitia, quibus Deus deho-
noratur, essent blasphemiæ, quod esset confundere
species irreligiositatis Sanchez d. cap. 25. nu. 5.
Suarez de relig. tom. 1. tract. 3. cap. 4. num. 5. &
6 alij † Blasphemia de sui ratione non includit falsi-
tatem in actu signato, sufficit enim ad rationem
blasphemiæ, quod dictum sit contumeliosum,
etiamsi non contineat in actu signato falsitatem, vt
contingit quando quis aliquod malum Deo impre-
catur, membra Christi irreuerenter nominat, in
his enim nulla est falsitas; An verò falsitas requira-
tur saltem in actu exercito, hoc est, quod dictum
ex modo prolationis falsum contineat, vt si dicatur
vtinam Deus non esset iustus, quod dictum, licet in
se non contineat aliquam falsitatem; attamen, quia
id quod imprecatur Deo, non potest illi compete-
re, consequenter est falsum, item si membra
Christi Domini contumeliose nominentur, videtur
enim innui esse contemptibilia, quod est falsum,
hæc est quæstio magis ad exercendum ingenium
7 apta, quam vtilis ad praxim; † tu tene blasphe-
miam esse quotiescumq; verba sunt in Deum con-
tumeliosa. Nec ad rationem blasphemiæ requiri-
tur, quod verba contumeliosa in actu signato
inhonorent Deum, vt quod proferantur animo in-
honorandi Deum, sed sufficit, quod in actu exer-
cito Deum inhonorent, idest, quod prolata
inhonorent Deum, licet non adsit animus illum
inhonorandi, sicuti enim verbis infamatur homo,
etiam prolatis sine animo infamandi; ita inhono-
ratur, & blasphematur Deus; & communiter dici-
tur ille blasphemare Deum, qui verba contume-
liosa contra eum profert, licet non habeat animum
8 inhonorandi Castropalao loco cit. num. 3. † Di-
stinguitur autem hæresis à blasphemia, quod bla-
sphemia est sine errore intellectus, hæresis cum
errore intellectus; blasphemia profertur per mo-
dum conuicij non autem hæresis, etsi hæresis
proferatur per modum conuitij est blasphemia,
hæresis quatenus est propositio contra fidem; bla-
sphemia, quatenus contumeliose profertur, ideò
blasphemia hæreticalis. Sed oritur difficultas, quia
certum est verba contumeliosa prolata in Sanctos
esse blasphemias † & supra dictum est, sola verba
contumeliose in Deum prolata esse blasphemias;
quod verba contumeliosa in Sanctos sine blasphe-
miæ † patet ex cap. 2. de maled. & tradit D. Tho.
2. 2. quæst. 13. communiter receptus; quomodo
9 ista conueniant. † Notandum Sanctos dupliceꝛ
honorari posse, & quatenus aliquid Dei sunt verb.
grat. Dei amici, & familiares; & quatenus habent
aliquas excellentias, & prærogatiuas, ab quas sunt
digni speciali honore absque expresso respectu,
quod sint amici, & familiares Dei, si hoc secundò
modo colantur non latria, sed dulia coluntur, ita
& eodem modo possunt dehonorari; si dehono-
rentur, quatenus sunt quid Dei, est blasphemia
quia Deus censetur tali modo dehonorari, at si alio
modo nempe attendendo eorum excellentias, non
erit blasphemia, quia Deus non censetur dehono-
rari grauissimum tamen erit peccatum; sed non
erit proprie blasphemia Sanchez lib. 2. citat. cap.
10 32. num. 7. & 27. Castropalao num. 4. † Neque
obstat quod dehonoratio Sanctorum etiam secun-
dum eorum excellentias cedat in opprobrium Dei;
quia est tantum indirecte, & remote, quod non
videtur sufficere ad blasphemiam oppositam reli-
gioni; sicuti non sufficit, vt pertineat ad Religio-
nem laus Sancti ob eius excellentiam, sed pertinet
ad duliam, ita à contrario blasphemia non dicetur
opponi religioni, quatenus est contumeliosa Sanctis
ob eorum excellentias, sed duliæ.
11 Ex † his colliges tria ad nostrum propositum,
Actiones contumeliosas, quæ fiunt in Deum, &
Sanctos, vel in imagines eorum non esse blasphe-
mias, nec item actiones contumeliosas in hostiam
Sacram; sunt quidem peccata grauissima; sed non
blasphemiæ, sunt autem blasphemiæ verba contu-
meliosa, & ideò illa non veniunt in reseruationi-
bus. Item colliges, cum vere esse blasphemum,
qui verba contumeliosa in Deum profert, licet non
intendat Deum inhonorare. Item sub nomine
blasphemiæ venire verba contumeliosa in Sanctos
non quatenus sunt contra excellentias eorundem
Sanctorum; sed quatenus sunt contra Sanctos, vt
12 sunt quid Dei, † communiter tamen non censen-
tur blasphemiæ in Sanctos reseruatæ nisi expri-
mantur, quia ita habet vsus, vt quoties quis vult
comprehendi illas exprimat.
13 Blasphemia † est peccatum, quod opponitur
religioni; itá communiter Doctores teste Castro-
palao loco citat. §. 2. Nec dissentit D. Thomas,
quamuis dicat opponi confessioni fidei, quia sumit
confessionem fidei prout comprehendit Dei lau-
dem, & honorem, estque de suo genere mortale,
neque videtur posse esse veniale ex leuitate mate-
riæ, quia nulla videtur posse dari leuis contumelia
respectu Dei Sanchez loc. cit. cap. 31. num. 40. &
alij apud Castropal.
14 An † autem blasphemiæ ioco prolatæ, vel ex
leuitate animi sint peccata mortalia: Suarez de
Reli. tom. 1. tract. 3. lib. 1. cap. 6. negat, & dicit
esse tantum venialia cuiusdam leuitatis, & irreue-
rentiæ, non autem blasphemiæ, rationem assignat,
quia ad blasphemiam requiritur, vt proferatur per
modum conuicij aut maledictionis in Deum, con-
15 ueniunt alij cum eo; † sed distinguit Sanchez lib.
2. cap. 32. nu. 2. & fortasse melius, cum eo sentit
Castropalao loco cit. Vel iocosus dicendi modus
non dehonorat Deum, & non est blasphemia quod
tamen raro, & fortasse numquam potest continge-
re. Vel iocosus dicendi modus non tollit irreue-
rentiam Deo factam; sed potius ex illo censentur
quis diuino honori derogare, tametsi illa verba
ioco, vel leuitate proferantur, & sine dubio sunt
blasphemiæ, & peccatum mortale, licet enim
excusetur intentio expressa inhonorandi Deum,
non tamen excusatur inhonoratio, quæ ex verbis
sequitur, & Deus per iocum non est inhonorandus,
Quis autem neget esse grauem deordinationem
assumere verba blasphema ad iocum, & ludi-
brium.
16 † Blasphemia est peccatum distinctum ab odio
Dei, à desperatione, & ab infidelitate, quamuis
sæpe cum istis coniungatur. Non enim ad rationem
blasphemiæ necesse est, vt habeatur intentio for-
malis inferendi malum Deo, quia malum illi est,
in quo consistit peccatum odij, Neque item ne-
cesse est, quod desperetur, neque item, quod à

ſide diſſentiatur, ſed ſufficit, quod quis verba
blaſphemiæ vſurpet aduertens illis detrahi diuino
honori, vt ſtatim blaſphemiæ peccatum commit-
tat; ſæpe tamen blaſphemia cum illis coniungitur
Leſſius lib. 2. cap. 45. dub. 5. num. 33. Sanchez
17 lib. 2. cap. 32. num. 38. † Ex quibus deducitur
manifeſte in confeſſione eſſe explicandum ex odio,
deſperatione, & infidelitate, vel alia paſſione pro-
cedere blaſphemiam Caſtropal. num. 2. in fine
18 cum Doctoribus ab eo relatis † Omnis blaſphe-
mias in ratione blaſphemiæ eſſe eiuſdem ſpetiei
ſatis probabiliter tuentur Caiet. 2. 2. quæſt. 13.
articul. 1. verſ. quoad 2. Bannes Aragon. Valent.
Leſſius, & alij quos ſequitur idem Caſtropalao
num. 3. ita vt ſiue blaſphemia aliquid neget Deo,
quod illi conueniat; ſeu aliquid attribuat, quod
non debet, vel malum imprecetur, qua malum
Deo eſt, vel indecore Deus nominetur, in ratione
blaſphemię ſit ſemper eiuſdem ſpetiei, & diuer-
ſitas illorum verborum ſe habeat tantum materia-
liter, quia conueniunt in diminutione honoris
diuini, in quo ſita eſt malitia blaſphemiæ, quod
autem tali; vel tali modo, fiat, videtur accidentale
19 blaſphemiæ. † Maior eſt difficultas, an blaſphemiæ
in Sanctos diſtinguantur ſpecie à blaſphemia in
Deum Reſpondeo tamen ſi Sancti blaſphementur
abſq; reſpectu in Deum, & ſine ordine expreſſo ad
eum (vt fit communiter) differre ſpetie talem bla-
ſphemiam à blaſphemia in Deum, quia blaſphemia
in Deum eſt contra honorem debitum ex latria, in
Sanctos autem ex dulia, cum ergo honores proce-
dentes ex iſtis ſint diſtincti, diſtinctæ etiam erunt
inhonorationes contra eaſdem Suarez numer. 6.
Leſſius num. 33. &c. relati à Caſtropal. num. 4. in
20 fine † Ex his quoad praxim in confeſſione ſeruan-
dam colliges, quod ſi ſequaris ſententiam aſſeren-
tium circumſtantias aggrauantes non eſſe neceſſa-
rio explicandas, ſed tantum mutantes ſpetiem,
quotieſcumque blaſphemia eſt in Deum, non eſſe
opus modos explicare, quia non diſtinguuntur
ſpecie, neq; videntur notabilter mutare iuditium
confeſſarij. Si verò ſint in Sanctos, erit expli-
21 candum eſſe in Sanctos modo ſupradicto. † Sem-
per tamen erit explicandum, an blaſphemia
proceſſerit ex expreſſa voluntatem inhonorandi
Deum, an ex tacita. Licet enim tacitum, & expreſ-
ſum pertineat ad eandem ſpetiem, & de vtroq: ſit
idem ius, & in omni blaſphemia ſit imbibita iſta
voluntas derogandi diuino honori, at ſi expri-
matur ipſa voluntas in ipſamet blaſphemia imbi-
bita, eſt peccatum ſaltem numero diſtinctum ab
ipſa blaſphemiæ prolatione, quod ſine illa volunta-
te poteſt eſſe, ergo illa voluntas eſt manifeſtanda.
Leſſius lib. 2. cap. 45. dub. 5. num. 33. Blaſphe-
miæ aliæ ſunt in Deum aliæ in Sanctos de quibus
22 ſatis dictum eſt. † Iterum blaſphemiæ, & magis
principaliter, diſtinguuntur in hæreticales, & non
hæreticales, Blaſphemia hæreticalis eſt illa quæ
continet hæreſim expreſſe. Non hæreticalis, quæ
23 non expreſſe hæreſim continent. † Blaſphemia
continet hæreſim, quando aliquid attribuit Deo,
quod eius maieſtati non competit, vel negat, quæ
competunt, & maxime, quando, quæ competunt
ſoli Deo, tribuuntur creaturæ, quia hoc modo
negantur eſſe propria ſolius Dei, & iſtæ blaſphemiæ
debent neceſſario proferri modo indicatiuo, quia
hoc ſolo modo veritas, vel falſitas exprimitur, non
tamen eſt neceſſe, quod blaſphemia procedat ex
animo infideli; ſed ſufficit, quod verba indicent
24 animum infidelem, licet animus ſit fidelis. † Blaſ-
phemia non hæreticalis eſt, quæ Deo aliquod
malum imprecatur, vel illum indecore nominet, &
generaliter, quæ nihil continet contra fidem.

25 † Hæreticalis blaſphemia Deo aliquid tribuens,
quod illi non conuenit, eſt iſta, Deus eſt impius,
Iniuſtus, Crudelis, Inuidus, mendax, & ſimiles
modi blaſphemandi. Blaſphemia aliquid Deo
negans, quod illi competit, eſt, quando dicitur,
Deus non eſt ſapiens, non eſt prouidus, non eſt
verax, non eſt iuſtus, premia, & pænas non æque
omnibus dat &c. Item, quando craturæ tribuitur,
quod eſt proprium ſolius Dei, vt ſi creatura voce-
tur omnipotens, ſumme ſapiens, ſumme pulchra,
vt ſolent vani amatores mulierum eas vocare.
Item blaſphemia eſt hæreticalis. Renego Deum
Chriſtum, quia denegatur Deo exiſtentia, & ipſe
de medio tollitur. Item denego Crucem, Sa-
cramenta, Criſma, Euangelia, vel aliam verita-
tem fidei, quia denegatur Deo ſumma veritas, &
infallibilis, quæ in eis relucet, quatenus à Deo
propoſita ſunt. Item, quando iuratur per falſos
Deos, aut per creaturas ſiſtendo in eis, quia
illis attribuis infallibilem veritam, quæ propria eſt
ſolius Dei, & in his omnibus conueniunt Doctores
26 Caſtropalao §. 3. num. 2. † eſt autem difficultas;
An iſtæ tres ſequentes propoſitiones ſint hæretica-
les. Prima cum dicitur, denego Deum, Crucem,
Euangelia &c. ſi hoc ita non eſt; & Salazar de vſu,
& Conſuet. cap. 5. num. 28. verſ. vnde poſſunt;
negat eſſe propoſitionem, & blaſphemiam hære-
ticalem, & ratio poteſt eſſe, quia ex vi talis pro-
poſitionis illam proferens non dicit Deum non
eſſe, ſed offert ſe dicturum ſi res ita non eſt, de
ratione autem blaſphemiæ hæreticalia eſt, e apreſſa
ſignificatio falſi: Affirmant Roias de hæreticis 2.
p. aſſert. 12. num. 173. & 174. & Sanchez alios
referens, quia non de futuro offert ſe negare, ſed
negat de præſenti, nego Deum, Crucem &c. &
conditio cadit ſupra euentum rei, ſi ita non eſt
negare autem Deum ſub quacumque conditione
exiſtere, eſt negare, quod Dei eſt proprium, ſcili-
cet exiſtentiam independentem à quocumq; obie-
27 cto creato. † Ex quibus collige, non eſſe blaſphe-
miam hæreticalem dicere, negarem Chriſtum, ne-
garem Crucem, quia nihil Deo negat; ſed tantum
ſe offert negaturum, quod non ſufficit ad conſti-
tuendam blaſphemiam hæreticalem, quæ debet
aliquid actu negare.

28 Secunda † blaſphemia, de qua poteſt eſſe du-
bium, an ſit hæreticalis, eſt, cum aliqua creata
veritas, & certitudo comparatur diuinæ, vt ſi dicat
hoc ita verum eſt, ſicuti Deus eſt in Cælo, vel ſicut
Chriſtus natus eſt de Maria Virgine; Hoc poteſt
credi ſicut Euangelium; eſt ita verum, vt Euange-
lium; & affirmant eſſe, Couar. de pact. 1. p. §. 7.
num. 9. verſ. 11. & alij, quia creaturæ attribuitur
illa infallibilis veritas, quæ ſolius Dei eſt propria.
At hoc pendet ex intentione proferentis, ſi enim
intendat craturæ tribuere eandem infallibilem
veritatem, quæ Deo competit, vtiq; ſine dubio eſt
blaſphemus, at ſi intendat tantum ſimilitudina-
riam, non erit blaſphemus, non ſolum hæreticalis,
ſed nullo modo, imo poteſt eſſe, quod neque ſit
peccatum mortale; ſignificatur enim illis verbis
per quandam exaggerationem veritas illius rei,
non intendendo equalem; ſed tantum quandam ſi-
militudinariam veritatem infallibilem, Sanchez
cum alijs ab eo relatis l. c. num. 31. quam ſequitur
Caſtropal. num. 4.

29 Tertia † propoſitio, & blaſphemia dubia, an ſit

hæreticalis

hereticalis est, cum dicitur renego Diuum Petrum, renego Diuum Franciscum, & concedit quidem Sanches esse blasphemiam in Sanctos, quia est illatiua iniuriæ in illos, negat tamen esse hæreticalem, quia non negatur aliqua veritas pertinens ad fidem, neq; de illa cognoscunt inquisitores Putat Castropalao esse hæretiralem maxime si talis blasphemia sit de illis Sanctis, de quorum beatitudine constae ex scriptura, quia cum sint de fide, quæ sunt in scriptura, aliquid in ea contentum negando
30 videtur negari, aliquid quod sit de fide. † Quod facit ad casum nostrum reseruationis puto istas non esse propositiones nec blasphemias hæreticales reseruatas, si verum est, quod inquisitores de his non cognoscant, quia indicant non cognoscendo, nec sibi reseruare, maxime quia hæreticalibus blasphemijs annexum est onus denunciandi, quod cessat, quotiescumque de illis in sacro tribunali non cognoscitur, sed puto inquisitores nunc cognoscere sequentes sententism, quod sit de fide Sanctos canonizatos esse in gloria.

31 † Blasphemiæ non hæreticales reducuntur ad duo capita. Primum est earum, quibus aliquod malam Deo, vel Sanctis imprecatur; secundum vero est illarum, quibus aliquid indecore, & inhoneste de Deo, vel de sanctis nominatur, & dicitur. Ad primum caput reducuntur Tædeat Deum, Deum pæniteat, sit maledictus Deus. Item si dicas. Velit, nolit Deus hoc faciam. Inuito Deo hoc faciam. Al dispecto di Dio, quia saltem ex modo
32 dicendi derogatur diuinæ omnipotentiæ; † multi asserunt iuramenta, quæ fiunt per vitam Dei, & Sanctorum esse blasphemias, quia volunt, facere hunc sensum, Pereat vita Dei, vel Sanctorum, si hoc non faciam, quasi illa obstringatur vltioni, si effectus non sequatur, & ideo videntur iuramenta execratoria. Putat tamen non carere probabilitate ista iuramenta non esse blasphemias Castropal. nu. 6. asserens non esse execratoria; sed assertoria, vt faciant hunc sensum. Viuit Deus, viuit D. Petrus, viuit D. Franciscus, qui adducuntur in testes resplendentes in vita sua, & late defendit Dacia. tra. 2. Crim. l. 2. cap. 2. num. 13.

33 † An autem sint blasphemiæ illa verba. Pentasi, mal habbia, sia maladetto non exprimendo Deum, nec aliquem Sanctum. Sanches alijs relatis asserit pendere ex intentione proferentis, in foro animæ, quod puto verum; In foro vero externo ex circumstantijs esse determinandum. Castropalao tamen vult esse præsumendum non esse blasphemiam, nam illa supressio nominum Dei, & sanctorum indicat nolle talia verba de Deo, nec de Sanctis intelligi. Imo neq; in dubio essee præsumenda blasphemia, quia illa est facienda verborum interpretatio, quæ excludat peccatum, & quæ excuset.

34 † Solet etiam quæri, an maledictiones creaturarum sint blasphemiæ, vt cũ dicitur maledictus aer maledicta terra, maledictus Petrus, Paulus, vel maledictus bos, Asinus &c. Ad quod respondeo, si creaturæ, quęcumq; illæ sint, maledicantur, vt sunt creaturæ Dei, certe esse blasphemias; Si verò maledicãtur sine respectu ad Deum non solum non esse blasphemias, sed neque peccata mortalia; sed tantum venialia; si absit tamen iniuria alterius, & animus cupiens malum illud accidere Lessius lib. 2. cap. 45. nu. 29. qui etiam subdit, si maledictiones illæ iaciantur in creaturas, quatenus nobis fuerunt occasio mali, vel grauis calamitatis, aut peccati nullum esse peccatum, quia videntur infligi, quasi in pœnam, & satisfactionem damni, dati. Item, quia non tam ipsæ creaturæ, quam occasio peccati, vel calamitatis maledicitur, quod intellige de creaturis irrationalibus, & nisi sint aliena, quo casu semper debet abesse animus, quod talis maledictio exequtioni mandetur, qui præsumitur abesse, nisi expresse interueniat.

35 † Sub secundo capite blasphemiarum ponuntur illæ, quæ indecore, & inhoneste Deum nominat, si quis enim irrisorie dicat Deum sapientem, iustum &c. committit blasphemiam, Ad hoc caput reducuntur iuramenta per pudenda Christi, Sanctissimæ Virginis, & Sanctorum, quia tali modo indicatur Christum esse contemptibilem, & despicabilem ob illa membra, cum tamen non sit ob illa contempti-
36 bilis, vtpote naturalia ipsi, idem de Sanctis. † Iurare autem per eius membra honesta, vt per caput, per pedes, per corpus, multi, illique grauissimi Doctores asserunt esse blasphemias apud Farin. lib. 1. prax. quæst. 10. num. 18. ea ratione ducti, quia nomen Dei simpliciter prolatum non pro Christo, sed pro tota Trinitate sumitur, ideò tali modo dicendi videtur aliquid tribui Deo, quod illi non competit; alij tamen putant non esse blasphemiã, quia post incarnationem nomen Dei sumitur etiam pro Christo, & ideò nihil incompetens videtur attribui vide Farinac. loc. cit. & Castropal. nu. 7. in fine.

37 Eodem † modo variant Doctores de iuramento, per intemeratam Sanctissimæ Marię Virginitatem. Aliqui enim vt Couar. de pact. part. 2. §. 7. num. 9. versu decimo, & Menochius de arbitra: casu 375. & alij putant esse blasphemiam, quia videtur esse iuramentum execratorium, & Sanctissimam Virginem subijci defectui, si res aliter sit, quam enunciatur, & etiam quia eius sexus nominatur irreuerenter. Sanchez tamen lib. 2. c. 35. nu. 32. negat esse blasphemism, quia nec Beatissima Virgo, nec eius Virginitas execratur, nec aliquid illius ignominiose tractatur, sed Deus, & illa in veritate fidei adducitur in testem, sicuti iuratur per Natiuitatem Christi, & eius mortem, quod absque vlla blasphemia, imo etiam sine peccato fieri potest.

38 Idem Castropalao nu. 9. proponit dubium. † An omne iuramentum falsum sit etiam blasphemia, & relata sententia D. Thomæ 2. 2. quæst. 13. art. 3. ad 2. quem sequitur Sanches loc. cit. num. 33. non esse, quia sic iurans non putat Deum posse esse falsitatis testem, aut iniustitiæ asseruratorem imo potius contrarium credit, & intendit; ipse has rationes in contrarium adducit. Qui falsum dicit, & iurat facit Deum testem, & confirmatorem falsi, & qui iurat contra iustitiam, proponit Deum assecuratorem iniustitiæ, ergo vere Deo tribuit, quod illi non conuenit, ideò est blasphemus. Et si quis diceret Firmet Deus suo testimonio hanc falsitatem, vel iniustitiam, vtique esset blasphemus, ergo etiam erit blasphemus qui falso iurat per Deum, quia hoc iuramentum facit eundem sensum. Neq; releuat, quod iurans speret Deum illam falsitatem nunquam esse asserturum aut esse manifestaturum illam assecurationem, quia sufficit ad rationem blasphemiæ illa assertio, & restificatio cum petita assecuratione ita ille, quæ rationes satis vrgent, alienum tamen expectat iudicium, ita & ego alijs relinquo decidendum.

39 † Ex dictis colligat lector, quod quotiescumque nominatur Deus, vel aliquid Dei, Sancti, & aliquid Sanctorum inhoneste, indecore, contumeliose, hæ sunt blasphemiæ. Hoc dictum tollit obligationem

texendi

terendi longam seriem diuersorum modorum blasphemandi, An autem blasphemiæ omnes reseruentur infra. Interim.

40 Aduertat confessarius sequentia. † Primo debere blasphemum de commisso crimine agere pænitentiam, & satisfacere scandalo, si quod est datum, quod maxime procedit in blasphemo consuetudinario, estq; monendus teneri sub graui culpa hanc perniciosissimam consuetudinem extirpare, etiamsi blasphemias indeliberate pronunciet, quia, licet istæ blasphemiæ indeliberatæ, vacent mortali culpa, quia non sunt voluntariæ, tamen sunt actus in se, & materialiter Deo iniuriosi, & scandalosi, ideoq; assuetus tenetur diligentiam facere illas vitandi, alias erunt voluntariæ, quod sufficit ad peccatum mortale Lessius lib. 2. cap. 45. dub. 5. num. 30. in fine quem citat, & sequitur Castropa. §. 4. num. 1.

41 † Secundo in sacramento pænitentiæ blasphemum consuetudinarium posse absolui, si vere pæniteat, licet alias monitus non sit emendatus, quia nulla extrinseca consuetudine tenetur, quam teneatur

42 expellere. † An vero sit bonum absolutionem differre, hoc remittitur iudicio prudentis confessarij, qui diligenti habita consideratione, an dilatio sit profutura, nec ne, decernet quod iudicauerit expedire. Sicuti etiam eiusdem confessarij arbitrio relinquitur imponenda pænitentia, quia concilium lateranense sub Leone X. quatenus sess. 9. decernit grauissimam pænitentiam ante absolutionem blasphemo esse imponendam, in hac parte non est vsu receptum. Suarez Azorius & Castropal. nu. 2.

43 Aduertat † 3. duplicem habere obligationem illos, qui audiunt blasphemantes; Corrigendi vnam, & denunciandi alteram. Quoad primam oritur difficultas, an audiens teneatur tantum fraterne corripere blasphemantem, an verò teneatur grauius reprehendere. Hæc difficultas excitatur ob verba Concilij Lateranensis loco supracit. vbi habetur. Quicumque blasphemantem audierit, eum acriter verbis obiurgare teneatur, vbi videtur non memorare obligationem naturalem correctionis fraternæ, sed ius nouum statuere; quia acris obiurgatio non videtur pertinere ad fraternam correctionem, quæ debet esse suauis admonitio, deinde acris obiurgatio non videtur dirigi ad emendationem, sed ad punitionem delinquentis, præterea addit Concilium esse obiurgandum non si speretur fructus, sed solum si fieri possit sine periculo proprio, quod non competit fraternæ correctioni, & ita tenent Nauar. Sum. cap. 12. num. 83. Lessius lib. 2. cap. 45. dub. 5. in fine, & alij, & Castropalao putat rem esse dubiam an Concilium statuat ius nouum. Sed siue statuat, vel non dixit parum referre; quia neq; in hac parte est in vsu, vnde remanet tantum obligatio fraternæ correctionis faciendæ, quando speratur fructus &c. Sanchez, & alij quos refert idem Castropal. num. 3. qui ibidem subdit omninò certam esse, quod, si honor diuinus periclitaretur ob repetitionem blasphemiarum, & quis potest commode illum defendere obiurgatione, & reprehensione delinquentis, obligatur obiurgare, & reprehendere ex præcepto Religionis, & charitatis in Deum.

44 † Quoad secundam obligationem, quæ est faciendi denunciationem; certum est extare debitum denunciandi ex communi Doctorum sententia, & ita decretum est in supracitato concilio Lateranensi, & à Iulio III. in sua Constit. quæ incipit in multis. Dubium est an denunciationi sit præmittenda correctio fraterna, & negant multi, & præcipue Patres Inquisitores asserentes non pertinere ad emendationem tantum in futurum; sed etiam ad punitionem pro præterito, quod si practicaretur, fortasse non essent adeo frequentes, vt sunt horrendissimæ blasphemiæ. Asserunt tamen sufficere Sanchez alios referens lib. 2. cap. 32. in fine. Quibus iudicibus sit facienda denunciatio. Quæ pænæ infligendæ vide Castropal. loco cit. nu. 5. &c. His præmissis de blasphemia in communi aliqua pariter sunt præmittenda, quæ spectant ad reseruatos casus omnes in genere quæ omnibus competunt, & necessaria, vt censeantur reseruati, ideò.

45 Noto 1. † Casum non censeri reseruatum, nisi sit de peccato mortali, argumento eorum quæ habet Glossa in cap. 2. de pænitentijs, & remissionibus; & patet ex Tridentino sess. 14. cap. 7. de Casuum reseruatione, & declaratione Decreti Clem. VIII. vbi habetur quod grauiora tantum, & atrociora peccata debent reseruari, quotiescumq; ergo actus non erit mortaliter peccaminosus, siue sit ex indeliberatione, siue ex alio capite. casus non erit reseruatus; Ignorantia tamen reseruationis non excusat, vt alibi diximus.

46 † Noto 2. Reseruationem intelligi tantum de actibus externis, non autem internis tantum Paludanus, quem refert Siluester verbo Casus nu. 1. Sotus in 4. dist. 8. q. 2. art. 5. Henriq. de pænit. lib. 6. cap. 14. num. 6. & alij communiter, & ratio est quia Ecclesia non iudicat de occultis sed De reseruantur cap. à vobis 2. de sent. excom. & ibi Glossa in verbo secretorum; Quia actus externus debet esse completus secundum id, quod reserua-

47 tur, † ideò si reseruatur collogutio cum monialibus, non erit reseruatus accessus cum animo alloquendi non sequto effectu colloqutionis, si verò reseruetur accessus ad monasterium, erit reseruatus casus sola accessione. Neque refert, quod accessus fiat bono, vel mala animo, quia statim ac accessus est reseruatus, censetur prohibitus sub mortali, ob illos respectus, qui iuste possunt mouere reseruan-

48 tem. † Verum tamen est, quod, si accedens putat probabili ignorantia accessum tantum ad malum finem esse reseruatum, non peccabit mortaliter, ideò neq; tenebitur reseruatione; Ita, si adulterium sit reseruatum, debet esse completum, idest

49 cum effusione actuali in vase. Ita † si blasphemia prolata verbis non sufficientibus ad blasphemiam constituendam, licet animus sit blasphemandi, non erit reseruata, quia non est actus externus completus, & ita de reliquis. Multo minus erit reser-

50 uatus actus attentatus. † Aduerte autem quod actus dicitur completus quoties nihil requiritur ad sui perfectionem, quatenus est reseruatus; vt si reseruetur procuratio abortus, non requiritur, quod abortus sequatur; sed satis est procurasse, quia procuratio est actus completus quatenus reseruatus.

51 † An mandantes ligentur reseruatione limitat Floronus distinguendo par. 1. cap. 1. num. 51. & 52. Vel reseruatio fit in rem, vel in personam; in rem; vt si reseruatur homicidium; in personam si in reseruatione dicatur, Homicidiæ, & asserit in primo modo comprehendi mandantes, excipiendo tamen, nisi persona cui mandatur, sit libera, & sui iuris, quia tunc mandans non censetur vere causa homicidij, & nisi actus sit ita coniunctus cum corpore agentis, vt ab eo non possit separari, vt adulterium. In 2. verò casu quando reseruatio dirigitur in personam, vt si reseruatio his verbis

con-

componatur. Si quis occiderit &c. ait non comprehendi, idem docuit Graffius in praxi lib. 1. cap. 4. Reg. 16. num. 59. cum duobus sequentibus. At puto, quocumque modo fiat reseruatio, non comprehendi mandantes, quia cum Episcopi volunt comprehendi etiam mandantes; illud exprimunt; solent enim in tabellis apponere similes formas. Homicidium voluntarium, & ad illud mandatum dantes; quod non esset necessarium; si vera esset dicta doctrina, quoties ergo non apponitur puto non comprehendi, & diuersa sunt facere, & mandare; ideò non comprehenduntur in reseruatione, nisi exprimantur. Decius in l. Consilij ff. de reg. iur. Nauar. manu. cap. 27. num. 51. Sayrus de cens. lib. 3. cap. 11. num. 51. & seq. Nec potest mens colligi superioris contraria dictis ex tradita distinctione, quia quocumque modo homicidium reseruetur non potest intelligi nisi de illo, qui actu illud committit, & mandanti solum ficte tribuitur l. item si obstetrix §. 1. ff. ad l. Aquiliam & l. 1. §. deiecisse ff. de vi, & vi arm. Casus autem ficti non veniunt in dispositionibus. Cum ergo homicidium nisi ficte possit attribui mandanti, nec erit dicendum venire in reseruatione.

52 Noto 3. † Reseruatio ex communi sententia Doctorum, vt alibi diximus, est demptio facultatis absoluendi actiue facta confessario. Ex hoc deducitur. 1. quod, qui commisit aliquod peccatum, quod non erat reseruatum, quando illud commisit, si post commissum reseruetur, non potest ab eo absolui, nisi ab habente facultatem absoluendi à reseruatis. Vgollinus quem citat, & sequitur Floron. de reseruat. par. 1. cap. 13. num. 17. Deducitur 2. Habentem reseruata in propria diœcesi, si alibi non sunt reseruata, posse in illa absolui, & rursus habens non reseruata in propria diœcesi, si in alia sint reseruata non poterit absolui, nisi ab habente facultatem absoluendi in diœcesi, in qua moratur. Suarez de pœnit. disp. 30. sect. 1. num. 5. vbi habet Poterit absolui à casibus reseruatis in suo Episcopatu, & à reseruatis in eo in quo versatur (nota rationem) quia ex vi illius reserua-

53 tionis talia peccata ibi non sunt reseruata, † ille autem iudicandus est secundum ritum diœcesis, in qua confitetur, ab his verò, quia supponimus confessarium esse, vel ipsum Episcopum talis diœcesis, vel alium sacerdotem ab illo habentem facultatem absoluendi à reseruatis ipsi Episcopo; & statim subdit. At verò loquendo de communibus confessarijs non habentibus facultatem circa reseruata distinguere opus est; Aut enim peccatum est reseruatum in vtroque Episcopatu, & tunc omnes fatentur non posse remitti à talij confessario, quia à neutro Episcopo habet delegatam potestatem, vt constat; Vel peccatum est reseruatum in propria diœcesi pœnitentis, non verò in ea, in qua versatur, & tunc etiam censemus posse ibi absolui ab his ordinarijs confessarijs contra Sotum, & alios, quia talis pœnitens est iudicandus, vt incola illius diœcesis, & iuxta forum eius. Vel deniq; peccatum est reseruatum in illo Episcopatu in quo pœnitens confitetur non autem in suo, & tunc aliqui putant reseruationem non comprehendere, pœnitentis istius culpam, quia non est subditus Episcopi: Contrarium verò consequenter dicendum est, vt bene Caieta: & alij docent, quia licet alias non sit subditus, tamen tunc iudicatur, vt subditus, & incola illius loci, ergo iuxta modum & iurisdictionem ibi concessam. Quæ omnia si recte perpendantur, fundantur in hoc dicto, quod reseruatio efficit non pœnitentem sed confessa-

54 rium. † Aduerte hic quemdam DD. lapsum esse in errorem, dum probat non posse absolui pœnitentem implicitum reseruatis in sua diœcesi à confessario alterius diœcesis hac ratione, quia cap. Omnis vtriusq; sexus nemo potest confiteri nisi proprio Sacerdoti, vel de eius licentia, lapsus est, quia nos hic non quærimus, an possit confiteri, sed supponimus posse, vel ex consuetudine, vel de expressa, vel tacita licentia Episcopi proprij, vel Parochi, vel ex consuetudine declarata, & approbata ab Eugenio IV. quo deinde supposito cum in licentia eligendi confessarium non veniat licentia absoluendi passiue à reseruatis quia in generali concessione non veniunt, quæ spetiali indigent facultate, ideò quærimus an obtenta generali facultate possit absolui à reseruatis, & asserimus, vt supradictum est,

55 † Adde tamen secundum Vasquez, & alios quos alibi retulimus esse verum, nisi fiat in fraudem, quia fraus, & dolus nemini debent patrocinari, Alij etiam contrarium sentiunt asserentes, cuicumque licere vti iure suo.

56 Noto 4. † Si pœnitens accedat cum reseruatis ad confessarium, qui non habeat facultatem absoluendi, & sit in tali casu, quo, si non confitetur, & communicat; scandalum graue timeatur, vel mala opinio de illo sit excitanda, vel aliquod graue malum obuenturum, posse confessarium illum absoluere directe à non reseruatis, indirecte à reseruatis, vt communicet, addit Suarez tom. de pœnit. disp. 31. sect. 3. & alij apud Bonacinam de Sacra. disp. 5. quæst. 7. part. 5. §. 3. nu. 5. posse absoluere etiam à reseruatis habentibus annexam excommunicationem, licet autem circa hoc sint variæ Doctorum sententiæ ista mihi placet, & posset exemplificari in filia, quæ à matre sociata habens aliquod reseruatum accedit ad confessarium, à quo nisi absoluatur, vt communicet in matre orietur aliqua grauis suspicio; In sacerdote, qui nisi celebret, erit alijs in scandalum, in aliqua persona, quæ sit in loco, vbi non potest habere copiam confessarij præditi facultate absoluendi à reseruatis, & nisi communicet magna suspicio orietur alicuius grauis delicti, & in similibus. Quod admitterem etiamsi tales personæ anteæ habuissent copiam confessarij valentis eas absoluere, quia adhuc sequerentur dicta inconuenientia, & militant eædem rationes. Non admitterem tamen vllo modo si commode idest sine inconuenienti, vel damno posset omitti confessio, Nec deuotio, vel solemnitas dici excusat: Etiam si pœnitens posset elicere actum contritionis, putarem benefacere solo actu contritionis elicito communicare, quod, si habeat solam attritionem confiteatur, si plura de his cupis, adeas Suarez Koninch, & alios qui diffuse ista tractant, & nos alias aliqua diximus.

57 Noto † vltimo, si peccatum reseruatum ex aliqua circumstantia desinat esse mortale, desinet etiam esse reseruatum, quia mortalia tantum censentur reseruata. His breuiter præmissis nunc accedo ad explicationem propositorum casuum.

58 Primus † ergo modus, est ille quo reseruatur cisimpliter blasphemia, & in isto modo reseruandi dico non includi, nisi blasphemias, quæ sunt, in Deum, & vt sunt in Sanctos non quatenus terminantur in contumeliam ipsorum tantum; quo modo sub hac reseruatione non includuntur, sed quatenus in ipsos terminantur, vt sunt, quid Dei,

vt

vt eius amici &c. modo ſupra explicato, & probo
quia blaſphemiæ iſtæ ſolæ ſunt verè blaſphemiæ,
ideſt vt terminantur in Deum, quia ſolæ opponun-
tur Religioni, non autem, vt in Sanctos termi-
nantur, quia opponuntur duliæ, ergo iſtæ ſolæ ſunt
reſeruatæ, antecedens patet ex dictis in ſuperiori-
bus, conſequentia probatur, † quia reſeruatio
non eſt extendenda ad caſus non proprios, ſed eſt
tantum intelligenda de proprie dictis, & videtur
probari ex alijs modis reſeruandi, in quibus, quan-
do volunt Epiſcopi intelligere blaſphemias, etiam
in Sanctos, id ſolent exprimere, vt patet in multis
59 tabellis reſeruationum. † Quod ſi adderetur ali-
qua dictio vniuerſalis, vt omnes. Qualibet, &
diceretur omnes blaſphemiæ, vel quælibet blaſphe-
miæ poſſet eſſe maius dubium, quia qui totum dicit
nihil excludit; puto tamen etiam eo caſu non
includi, quia dictio vniuerſalis reſtringitur ex
ſubiecta materia Cenedo poſt lib. practic. & Canon.
quæſt. ſing. 25. num. 3. referens alios; Nec poteſt
facere, quod ſub nomine comprehendatur, quod
vere non comprehenditur, cum ergo ſub nomine
blaſphemiæ non comprehendantur dictæ in San-
ctos, nec comprehendi faciet dictio omnis; ſed erit
addita ad tollendam omnem dubietatem, quæ
poſſit eſſe de reſeruatione omnium proprie dicta-
60 rum, & ad maiorem expreſſionem. † In 2. loco
modorum reſeruandi ponemus illum, quo dicitur
Blaſphemia in Deum, & in Sanctos. Vel blaſphe-
mia in Deum, in Beatam Mariam, & in Sanctos, &
dico hos duos modos eſſe idem cum enim dicitur
in Sanctos intelligitur etiam comprehenſa B. V.
quæ eſt Sanctiſſima, nec ratio poteſt eſſe quare
reſeruata blaſphemia in Sanctos non ſit reſeruata
in Sanctam Mariam. Si verò reſeruatio ſit tantum
de blaſphemijs in Deum, & Beatam Virginem,
puto non comprehendi blaſphemias in Sanctos,
quia tunc videntur reſeruari ſolum illæ, vt grauio-
res, & incluſio vnius eſt excluſio alterius. An verò
reſeruata blaſphemia ſit reſeruatum iuramentum
falſum, pendet ex ſupradictis, ſi enim ſequaris eſſe
blaſphemiam vt argumentatur Caſtropalao erit
reſeruatum, ſi autem neges cum alijs, negabis
etiam eſſe reſeruatum.

61 † 3. Loco collocabo modum, quo reſeruantur
blaſphemiæ hæreticales, & pro hoc modo conſide-
randum eſt, à quo ſit facta reſeruatio, ſi ab Epiſcopo
intelligitur tantum de blaſphemijs ſine errore in
intellectu, quia blaſphemiæ, quæ habent errorem
in intellectu, vt quando quis credit, quod dicit
blaſphemando, eſſe verum, ſemper pertinent ad
S. Inquiſitionem, ſi ergo blaſphemia ſit hæreticalis
modo ſupra explicato, at ſine errore intellectus,
quia ſcilicet illam proferens credit falſum, quod
dicit vt verum, & verum, falſum, quod negat, tunc
blaſphemia hæreticalis eſt Epiſcopo reſeruata. Si
verò reſeruatio ſit facta ab Inquiſitore intelligitur
tantum de illa blaſphemia, quæ habet annexum
errorem in intellectu, quia tantum ſpectat ad
ipſum earum cognitio. Quoties autem reſeruatur
blaſphemia hæreticalis nulla facta mentione de
alijs ſola etiam intelligitur reſeruata modo dicto,
& niſi aliud addatur intelligitur reſeruata omnis
blaſphemia, ſiue occulta, ſiue publica, & ſufficit,
quod verbis ſufficientibus exprimentibus hæreti-
cam prauitatem ſit prolata, quod autem aliqui
DD. contradicunt ſunt intelligendi, vel quoad
forum exterius vel quando reſeruatio eſt facta de
62 blaſphemia tantum publica, vel notoria. † Ad-
uerte autem lector me hic loqui tantum de propo-
ſitis reſeruationibus nam ſi loquamur, de reſerua-
tione hæreſis quatenus eſt reſeruata Summo Ponti-
fici cum excommunicatione annexa, & alijs pænis,
cum reſeruetur tantum, vt iuditio Eccleſiæ ſubdi-
tur, ideò etiam de iſta dico, vel eſt mere interna,
& mentalis, & non eſt reſeruata. Vel non ſolum
eſt mentalis ſed aliquo ſigno externo manifeſtata,
& tunc ſubdiſtinguo, vel eſt prolata coram alijs, &
tunc pariter eſt reſeruata, quia amplius non eſt
occulta, vel eſt quidem aliquo modo manifeſtata,
vt ſcripto aut verbo, ſed nemine inſpectante, vel
audiente, & de hoc poſſet eſſe difficultas, an
ſit occulta, & dico non eſſe occultam, quia ſuffi-
cienter eſt manifeſtata, & quod actu non manife-
ſtetur alijs, de ſui natura tamen non eſt occulta vide
Barboſam par. 2. Alleg. 40. per totum.

63 † Ad reſeruationem noſtrorum caſuum certe
ſufficit, quod blaſphemia per actum externum ſit
ſufficienter prolata quia non excluditur occulta. Et
ab actibus mere internis mentalibus poteſt quili-
bet abſoluere. Dicta de hæreſi occulta ſpectant ad
Epiſcopum, cui ex Tridentino competit facultas
abſoluendi ab occultis reſeruatis Sedi Apoſtolicæ;
an autem per Bullam Cænæ talis facultas ſit reuo-
64 cata, non eſt huius loci. † Reſeruantur etiam
aliquando blaſphemiæ quæ manifeſtam ſapiunt
hæreſim, quo caſu intelliguntur tantum illæ quæ
manifeſtæ ſunt tales; quod ſi de illis ſit aliqua
dubitatio, non cenſentur reſeruatæ, ſi verò pro-
ferens blaſphemiam hæreticam, ſed dubitet de
illa an ſit vera, vel non curet de illius veritate erit
manifeſte hæreticus, quia dubitans de fide eſt
hæreticus vide eundem Barboſam loco cit. alios
allegantem.

65 † Vltimo loco reponemus alios modos, quibus
reſeruatur blaſphemia aliquibus vicibus prolata,
vt ter, quater, quinque &c. blaſphemia conſuetu-
dinaria, publica, & notoria, publicè, & notoriè
prolata, ex nepharia conſuetudine. Et quoad
primum clarum eſt, caſum eſſe reſeruatum quoties
ille, qui confitetur tot vicibus præſcriptis blaſphe-
mauit. Debet tamen aduertere confeſſarius, quod
poteſt eſſe, quod aliquando ille, qui confitetur ſe
blaſphemaſſe tantum ter, aut quater, blaſphemaſſe
ex conſuetudine, quia poteſt tam modicum tempus
interceſſiſſe inter primam, & ſecundam confeſſio-
nem, vt vere ex conſuetudine blaſphemauerit, &
erit innodatus reſeruatione, etiam ſi bis tantum
blaſphemauerit, quia adhuc talis blaſphemia eſt
ex conſuetudine, Dices conſuetudinem cenſeri
interruptam propoſito, quod debet ſupponi facto
in præcedenti confeſſione ſed hoc non ſufficit, quia
ad tollendam conſuetudinem requiruntur actus
contrarij, & ſi quando ſufficit propoſitum debet
optime aduertere confeſſarius, an fuerit ſufficiens.
Certe non admitterem propoſitum illud de cætero
non peccandi ſed requirerem magis ſpeciale de
conſuetudine blaſphemandi cum aliqua diligentia
actus impediendi, vt occaſiones vitandi v.g. ludum
&c. pænitenti enim aſſerenti habere propoſitum
non peccandi, & qui nollet occaſiones vitare non
66 crederem ad hunc effectum † Quoad ſecundum de
blaſphemia conſuetudinaria.

Dico non poſſe de hoc tradi certam regulam,
nam poteſt eſſe quod quis blaſphemet tantum ter,
& dicatur conſuetudinarius, alius verò decies, &
non ſit conſuetudinarius. Remittendum eſt ergo
hoc cognoſcere iuditio Confeſſarij, qui ex breui-
tate, vel longitudine temporis, ex quo pænitens
eſt confeſſus; iudicabit de conſuetudine, ita Finell.

de

de casib. reser. cas. 3. n... & seqq. & puto optimè factorum Confessarium, si interroget pænitentem, an ex consuetudine blasphemet, neq; hoc est cogere pænitentem ad confessionem præteritorum peccatorum, sed ad fatendam necessariam circumstantiam, vt cognoscatur qualitas peccati, nam blasphemia prolata à non consuetudinario potest esse, quod non sit peccatum mortale, quia non deliberatè prolata, quæ erit in consuetudinario, quia volita, nisi adhibet media necessaria ad tollendam consuetudinem, item si sit ex consuetudine erit reseruata, non erit autem si non consuetudinaria, ideò vt necessaria circumstantia erit aperienda, nec fit iniuria pænitenti, cum petatur necessarium quid ad ferendum rectum iuditium.

67 † Quoad 3. de blasphemia publicè tantum, notoriè, tantum } vel publicè, & notoriè prolata quid sit dicendum, vide quæ alias diximus diffuse, quæ hic supponimus, ne eadem cogamur repetere, vide in tabula rerum, quæ in hoc opere continentur in fine posita in verbo Notorium, & in verbo Publicum, & reperies quid in hoc casu sit dicendum, idem facies, quotiescunq; te remittimus, humanissime Lector, ad alias tradita, adeas eandem tabulam, quam copiosam esse curabimus, & sine fastidio repetitionis tuo satisfacies desiderio.

68 Quoad vltimum, quid intelligatur per nefariam consuetudinem. Respondeo nomine consuetudinis intelligi quod dictum est, nomine verò nefariæ adiecto, dico consuetudinẽ limitari tantũ ad nefariam; sed quæ erit ista? Aliqui asserunt apponi tantum ad maiorem expressionẽ, & volunt hunc esse sensum blasphemia ex consuetudine, quæ statim ac est consuetudo blasphemandi est nefaria, & idem esse, blasphemia ex nefaria consuetudine, ac dicere ex nefaria, consuetudine, idest ex consuetudine, quæ est nefaria, quia omnis consuetudo blasphemandi est nefaria, itaut explicetur quod tacitè inest, & explicetur, quod sit detestanda, & scelerata.

69 † Sed puto in hoc loco aliter esse sumendum hoc adiectiuum nefanda, vt scilicet determinet, quæ consuetudo blasphemandi; & quæ blasphemiæ ex consuetudine sint reseruatæ; itaut sit sensus non omnes blasphemię ex consuetudine sunt reseruatę, sed illæ solum, quæ sunt ex nefanda consuetudine; idest impia scelerata, quæ ex impio & scelerato animo procedit, quæ talis est; vt nec de illa fari liceat, siue enim nefandum deducatur à farre, quasi homines nefarij tales sint qui neq; digni sunt vesci farre, siue à farre quo scelerati vti non debent, siue dicatur nefarium eo quod sacra polluit, farre pio solita celebrari, siue à fari quod adeo sceleratum est, vt ne fari quidem de illo liceat idest nominari, vt ex Callepino in verbo nefarius semper dicit sceleratum, sacrilegum, & abominabile, & scelestum, qualis debet esse consuetudo, vt sit reseruata, non omnis autem consuetudo est talis, quia talibus actibus non inducta, ergo illa solum, quæ talis erit, erit reseruata, neq; dicendum est in casibus reseruatis ista poni ad maiorem expressionem illius, quod inest, quia hoc non semper inest, deinde in reseruatione exprimitur, non amplificatur modus, sub quo fit reseruatio, cum ergo addatur hoc adiectiuum, nefarium, secundum illud reseruatio erit intelligenda. Consuetudo ergo inducta blasphemandi non actibus impijs, idest animo scelerato prolatis, vel quæ non sit de maximis blasphemijs, quæ possunt dici actus scelerati, non erit consuetudo nefaria. Dices in reseruatione criminis sodomiæ addi nefandum sodomiæ crimen, & tamen idem crimen censetur reseruatum, ac si diceretur tantum, sodomia, ergo adiectiua in reseruatione adduntur ad maiorem enfasim, & explicationem. Respondeo 1. posse dici reseruato nefando sodomiæ crimine intelligi tantum sodomiam propriè dictam qualis est præposterus concubitus cum eodem sexu, non autem aliam, quæ cum diuerso sexu. 2. addi illud nefandum, quia est epitetum proprijssimum illius delicti; quod non est de consuetudine, ideò, cum quid insuetum additur videtur additum ad aliquid particulare significandum.

Quoad absolutionem sic statuo. Vel blasphemia est sine errore in intellectu, vel cum errore in intellectu; si cum errore in intellectu, sine dubio spectat ad Inquisitorem; si est sine errore in intellectu, & tunc, vel agitur in foro externo, vel in interno, Si in foro externo cognoscere spectat ad Inquisitorem: quia cum sit prolata verbis hæreticalibus præsumitur etiam hæreticalis, quilibet enim præsumitur sentire, vt loquitur. Si in foro animæ, spectat ad Episcopum, quia blasphemia non potest pertinere ad Inquisitorem, nisi quatenus continet hæresim, suspicionem, vel præsumptionem hæresis, non continet hæresim vt suppono, suspicio, nec præsumptio attenditur in foro animæ; sed sola reâ veritas, ergo in foro animæ nullo modo potest spectare ad Inquisitorem. Aget quidem in foro fori ex suspicione, aut præsumptione hæresis, in foro autem conscientiæ, nihil ad ipsum.

70 Quoad secundum casum, nempe Superstitiones.
Noto 1. superstitionem esse falsum cultum, seu
vanam religionem; ita cum D. Thoma 2. 2. q. 92.
71 a. 1. omnes Catholici. † Noto 2. vanum hunc
cultum alium esse falsum, alium superfluum. Virtuti
oppositus dicitur falsus, oppositus spiritui dicitur
superfluus, cum enim Deum adorare oporteat
in spiritu, & veritate Ioan. 4. efficitur quod cultus
oppositus virtuti sit falsus, oppositus spiritui super-
72 fluus. † Superfluus cultus est ille, qui ex se nihil
falsum significat, non est tamen Dei honorarius.
quia per se spectatus, neq; ad excitandum spiritum,
neq; ad Dei gloriam ordinatur, vt v. g. si quis in
officio diuino misceat aliqua vana, vt si dicatur bis
Alleluia, vbi vnum tantum est dicendum, in Missa
dicatur Gloria, vel Credo vbi non est dicendum, si
aliquas ceremonias vltra præscriptas, si orationes
fundantur tot candelis, non alijs, vel talis coloris
non alterius; ista enim media assumpta in honorem
Dei non illum honorant; sed potius dehonorant,
at quia nihil falsi continent per se, cultus Deo illis
delatus dicitur superfluus; Dixi per se nihil falsi
significare, quia ex intentione agentis possunt; per
se enim carent tantum veritate cultus, non autem
73 continent falsitatem formalem. † Cultus falsus
dicitur ille, qui falsitatem formalem prẹstat, aliquid
falsum significando; Quod potest contingere dupliciter
ex parte colentis, & ex parte medij, quod
assumitur ad cultum. Ex parte colentis potest contingere
tantum in cultu publico, & qui fit nomine
Ecclesiæ, vt si quis fingat se colere Deum nomine
Christi, & Ecclesiæ, cum tamen Christus, & Ecclesia
hanc illi facultatem non dederit, talis esset, qui
fingens se esse Sacerdotem attentaret Missam dicere,
item si depositus, qui prius verè fuit Sacerdos,
quia licet quoad substantiam nomine Christi offerat,
at non quoad circumstantiam temporis, cum
neq; Christus, neq; Ecclesia vellent eo tempore,
74 quo præcisus est, offerre. † Falsitas ex parte medij
assumpti in cultum Dei contingit, cum assumitur

medium ad colendum Deum, quod significat falsum, v. g. si nunc offerretur vitulus in sacrificium, quia denotaret Sacrificium Missæ non esse vnicum absorbens omnia alia Sacrificia. Item si in administratione Sacramentorum mutaretur forma, aut materia, quia tunc falso significaretur Sacramenta confici, cum tamen verè non sint Sacramenta. Eodem modo dicendum, si falsis miraculis, aut testimonijs veritates nostræ fidei confirmarentur;

75 His figmentis non indiget fides nostra. † Falsus cultus potest directè versari circa Deum, & circa creaturas, circa Deum modis supradictis, quibus potius dehonestatur, quam colitur, & ideò melius

76 dehonestatio, quam cultus diceretur. † Circa creaturas, si cultum Deo debitum tribuas creaturis, quod potest tripliciter fieri, primo modo, si creaturis tribuatur honor recognoscendo in eis aliquid diuinum esse, & hic cultus vocatur idololatria, & ad hunc reducitur adoratio falsarum reliquiarum, & honor, qui Sanctis debetur, exhibitus perditis, & scelestis hominibus. 2. modo. Si creaturis honor tribuatur, vt ab eis obtineatur cognitio rerum occultarum; quæ superstitio vocatur diuinatio. 3. si pariter creaturis honorem quis tribuat, vt sibi auxilium, & fauorem præstent, & dicitur vana obseruatio; ita D. Thomas ab omnibus receptus 2. 2. q. 92. & 93. Castropalao tract.

77 17. disp. 1. p. 1. † superstitio ex parte colentis modo tradito est peccatum mortale, quia est vsurpatio legationis, vel officij in re grauissima, idem est de superstitione ex parte rei significatæ, quia facto ipso profitetur ille, qui vtitur, se esse infidelem Nauar. Caiet. Valent. Lessius, & alij apud Castropal. cit. num. 5. superstitio vana aliquando est mortale, aliquando veniale, & decisio est sumenda ex materiæ grauitate, vel leuitate. Si enim aliqua vana misceas, vt in recitatione diuini officij loco alicuius antiphonæ, vel psalmi misceas aliqua vana verba certe grauiter peccas, quia irrogas grauem irreuerentiam Deo, quem intendis vanis rebus, publico cultu, & colore honorare, & etiam ipsi publico cultui, quem deturpas, & idem est, si aliqua turpia misceas, licet non vt partem diuini officij, si verò tantum quædam indifferentia, & non in tanta quantitate, vt ordo diuini officij grauiter perturbetur, neq; vt, aliquam partem officij, misceas, erit tantum veniale; qua ratione excusantur à mortali addentes in Missa aliquas orationes in officio diuino, & orantes hac positione corporis, his gestibus, & figuris &c. ita Doctores cit. apud eundem Palaum qui idem sentit. Ex dictis colligi-

78 tur solutio illius quæstionis. † An sit peccatum ieiunare die Dominico, & dicendum, si fiat in contemptum resurrectionis Christi Seruatoris, vt Manichæi faciebant erit peccatum mortale, quia saltem facto est quædam professio illius hæresis, in cuius exterminationem Ecclesia prohibuit ieiunium dominicale, cap. si quis presbyter 30. dist. cap. Sacerdos 26. q. 6. & c. Ne quis de consecrat. dist. 3. & idem esset, si fieret in contemptum legis, vel vniuersalis vsus Ecclesiæ. Secluso verò quolibet malo fine, vel id fit ob bonum, & honestum, vt in redemptionem peccatorum, vel vt magis disponatur ad laudandum Deum &c. non erit mortale peccatum, quia videtur cessasse illud Ecclesiæ præceptum, cum cessauerit hæresis Manichæa, nec apparet, ex quo alio capite sit illicitum. Erit tamen saltem veniale, quia sine causa vrgente, peruertis vsum sanctæ Ecclesiæ. Si verò ex causa vrgente, vt quia acribus stimulis carnis agiteris, ad quos reprimendos vteris ieiunio tali die, quia tali die agitaris, vel quia ex voto teneris ieiunare peruigilium alicuius Sancti, quod incidit in die Dominico, ieiunium non erit superstitiosum, quia per accidens est, quod die Dominico sit ieiunandum; nec erit peccatum, imò videris obligatus ex voto, quod est de re licita, nec est impeditiuum maioris boni: Potest tamen ieiunium illud commutari in antecedentem, vel sequentem diem etiam propria auctoritate, quia videtur gratius Deo die Dominico non ieiunare, & ieiunium in alium diem transferre;

79 Sanchez lib. 2. sum. cap. 37. num. 13. &c. † His de superstitione in genere præhabitis ad species explicandas descendemus, quas tres esse diximus idololatriam, Diuinationem, & vnam obseruationem, & primum de idololatria agentes sequentia statuimus.

80 † Idololatria prima, & principalis species superstitionis est cultus, quo idola nullam diuinitatem habentia pro veris Deis honorantur; & generaliter quilibet honor Deo debitur, creaturæ exhibitus

81 est idololatria. † Quod potest dupliciter contingere. 1. credendo residere in creatura diuinitatem, ob quam sit digna diuino honore, quo casu idololatria est hæreticalis, seu mixta hæresi. 2. cognoscendo quidem nullam in creatura in esse diuinitatem, tribuendo tamen illi honorem Deo

82 debitum, ob aliquem spetialem respectum. † Est vtroq; maximum peccatum inter ea, quæ opponuntur virtutibus moralibus, minus tamen vitijs oppositis virtutibus Theologicis, sufficitq; ad idololatriam constituendam, vt creaturis concilietur existimatio Deo debita, quę nullo alio modo potest conciliari, quam exhibitione exterioris cultus Deo debiti. Potest tamen esse idololatria, sine voluntate vt de facto creatura illo cultu consequatur æstimationem Deo debitam, imò cum voluntate contraria, qualem solent Catholici habere, qui metu mortis exhibent idolis signa adorationis, qui non ex affectu honorandi idolum, & conciliandi illi diuinam æstimationem, sed ex affectu fugiendi imminentem mortem illa adorationis signa exhibent, at non potest esse sine voluntate attribuendi creaturæ honorem Deo debitum. Honor iste actu exhibetur, æstimatio potest intendi, & non intendi, quod sequatur. Hoc peccatum nullo mortis metu potest excusari, quia est res intrinsecè mala, & si cum hæresi sit coniunctum, pænas hæreticorum meretur, si sit sine hæresi, arbitrio iudicis punitur, Castropal. p. 2. per totum.

83 † Secunda species superstitionis est diuinatio. Pro intelligentia supponendum, Dæmones non posse cognoscere certo, quæ pendent à libera voluntate hominum; Neq; cogitationes, & affectiones internas residentes in voluntate hominum, sed coniectant tantum probabilissime, quia sunt sapientissimi, & sagacissimi, & maxima experientia pollent, cognoscunt omnes causas naturales, & perfectissime norunt earum potentiam, & optime callent hominum affectiones, & naturales inclinationes. Præsentia, quæ exierunt in actum externum, & futura pendentia à causa necessaria possunt optime prędicere, quia non excedunt eorum cogni-

84 tionem. † Varijs modis Dæmones docent homines occulta, & futura, vt apud Doctores, de quibus parum in præsenti.

85 † Ad rem nostram diuinatio est occultorum, vel futurorum contingentium prædictio modo indebito D. Thom. 2. 2. q. 95. a. 1. & alij. Consistit

spetialiter

specialiter in prædictione futurorum contingentium, extenditur etiam ad prædictionem occultorum, quæ nulla humana vi possunt cognosci; & debet esse facta indebitis modis, quia si fiat diuina reuelatione non diuinatio, sed erit prophetia. Diuinatio ergo, & prædictio debet comparari modis non à diuina prouidentia ordinatis, qui vtiq; erunt per auxilium dæmonum, & eorum instructionem.
86 † Dupliciter prædictio ista potest procurari; per expressam, & per tacitam Dæmonum inuocationem, & vtraq; inuocatio potest fieri verbis, & factis. Expressa, si verbis expressis Dæmones inuoces, factis, si illa adhibeas, quibus scias illum respondere; tacita cum verbis, & factis vanis vteris ad consequtionem prædictionis; dicuntur autem
87 vana, quia ex se non sunt sufficientia talem effectum præstare, eo quod nullam habeant connexio-
88 nem cum illis effectibus, † dicitur autem tacita inuocatio, quia expresse quidem dæmones non inuocas, at vteris verbis, & factis, quæ, cum non sint à Deo instituta, nec per se sufficientia ad illum effectum, restat, quod spe dæmonis illum fieri velis.
89 † Neq; valet dicere te renunciare pacto tam expresso, quam tacito, quia licet hoc verbis asseras, facto aliud intendis, Sanchez lib. 2. cap. 38. nu. 4. Lessius lib. 2. cap. 43. dub. 8. num. 52. & alij apud Castrop. num. 5.
90 † Est vtraque ista inuocatio, siue tacita, siue expressa grauissimum peccatum, nec paruitas materiæ excusat, eiusque malitia in eo sita est, quia vis amicitiam inire cum iniquissimo hoste Dei, & fieri eius discipulus, quod est quoddam genus proditionis Dei, & Apostasiæ, Caiet. 2. 2. q. 95. Sanch.
91 t. Less. & alij locis cit. † Aliqui limitant supradicta procedere cum serio medijs illis illicitis quæritur prædictio futurorum, quod si eisdem quis vtatur ex ioco, vt experiendi gratia quid tali casu accidat, quidue demonstret tale signum, credens tamen totum esse futile, & inane, putant non esse superstitionem, nec esse plusquam veniale, Sanchez alios referens lib. 5. cap. 38. num. 20. & communiter
92 ita te natur; † putat tamen Castropal. num. 6. id raro posse contingere, quia, cum vere illa media sint improportionata, & vt talia cognita, & tentatur experiri quid illis accidat, & quid significent, tentatur pariter experiri, an Dæmon se illis immisceat, quod est tentare habere societatem cum Dæmone, quod etiam ex ioco factum videtur esse
93 graue peccatum; † putat tamen non esse mortale vna, vel altera vice obseruare somnia, auguria, aruspicia, sortes, & similia, non vt certa signa futuri euentus, sed vt contingentia, quia non videtur perfecta superstitio, quia fides certa illi non præstatur, etsi adsit periculum superstitionis; quod si ista communiter obseruenter, & iuxta illas superstitiones actus dirigantur, sine dubio asserit esse mortale, licet quis diceret se illis non credere, quia facto ostendit se credere, Doctores vide apud
94 ipsum, † qui etiam concedit non esse peccatum, si quis abstineat ab aliqua actione, quam ex præcepto non teneatur facere ob somnium, vel aliquam causam contingentem, quoties est dubius, an illud somnium sit à Deo, & ille casus à Diuina prouidentia ordinatus in signum futuri euentus, fundamentum tamen huius dubij debet esse non futile, & inane, sed firmum, aliter peccatum erit saltem
95 veniale. † Concedit etiam non esse mortale, si pactum duo inter se ineant, vt qui eorum prior moriatur (si Deo placitum erit) alteri superstiti appareat, & illum de suo statu moneat, quia nihil intendit cognoscere ope dæmonis, raro tamen tale pactum excusatur à veniali, tum ob vanam curiositatem, tum ob pericula, quæ solent accidere in his apparitionibus; vnde talia pacta valde reprehendit Martin. del rio lib. 2. disp. mag. q. 26. sect. 7.
96 † Inuocatio dæmonis, siue tacita, siue expressa fit multipliciter, vt per aquam, per ignem, per astra, per somnia &c. omnes tamen istæ, ex hac, spetie non distinguuntur, quia non differunt in genere moris. An autem inuocatio expressa spetie distinguatur à tacita hoc est dubium, sed quidquid sit de ista distinctione, quo ad praxim confessionis Suarez, Sanchez, & illi quos isti allegant apud Castrumpal. nu. 11. tenent tamquam certissimum esse exprimendum in confessione, an inuocatio sit tacita, vel expressa, quia istæ inuocationes habent distinctionem saltem numericam, quia tacita inuocatio habet tantum tacitam voluntatem inuocandi, expressa verò expressam, & ideò in vna est tantum virtualis, in alia verò voluntas formalis, quæ voluntates distinguantur numero. In confessione autem distinctiones numericæ sunt explicandæ.
97 † Dubium est etiam, an omnis diuinatio siue tacita, siue espressa pertineat ad superstitionem, & negant, Valent. 2. 2. disp. 6. q. 12. p. 3. & Lessius idem indicat lib. 2. cap. 43. dub. 5. num. 28. & horum ratio est, quia superstitio consistit in voluntate attribuendi creaturæ diuinum honorem, cum autem diuinatio futurorum contingentium pendentium à causa libera sola pertineat ad Deū, hæc sola videtur esse superstitiosa, non autem illa, quæ est occultorum, & secretorum, quæ iam extra causam sunt præsentia, ideò in istis non videtur esse superstitio, licet sit peccatum grauissimum, D. Thomas loco cit. 2. 2. & Caiet. ibi, & alij docent esse superstitionem. Quia Deus ex proprio iure diuinitatis vult omnes homines ad ipsum confugere, & in eo fidere, cum ergo quis confugit Deo relicto, & confidit in suo inimico dæmone, derogat iuri diuino, & quod Dei proprium est,
98 dæmoni tribuit. † Negant præterea confessarij superstitionem procedentem ex pacto expresso regulariter habere adiunctas plures malitias, idololatriæ si dæmon, vt quid diuinum recognoscatur, hæresis, si talis credatur, vanitatis, & superbiæ, si media superstitiosa adhibeantur ad conciliandam opinionem vulgi &c. ideò debent esse valde diligentes confessarij in horum examine, vt peccati circumstantias cognoscant, Sanchez cap. 38. nu. 26. lib. 2. sum. & alij.
99 † Si quæras, quando diuinatio per astra sit licita, & quando superstitio. Respondeo diuinationem per astra, vt prædictionem futurorum effectuum naturalium, vt serenitatis, pluuiæ, tempestatis, grandinum, & similium non esse superstitionem, neq; peccatum; nisi sit excessus in assertione futuritionis effectus, quia nimis certo prædicetur, quo casu erit veniale imprudentiæ, temeritatis, vel mendacij, Sanchez loco cit. nu. 26. Nisi tamen ex tali asseueratione aliquod damnum alicui accideret, vt quia ex eius prædictione quis aliquid fecerit, ex quo damnum senserit, quia tunc censeretur causa damni, si tamen non adeo asseueranter, sed modo consueto prædiceret, ad nihil teneretur, quia non censeretur causa. Idem dicendum de temperamentis, conditione, & qualitate, & inclinatione cuiusuis viuentis, nec peccat grauiter, qui ex altris prænunciat aliquem esse subiectum auaritiæ, super-

biæ, arrogantiæ, iræ, & alijs huiusmodi passioni-
bus. Ex influentia enim astrorum in natiuitate
vniuscuiusq; magna ex parte inclinationes istæ pro-
100 ueniunt. † Nonpossunt tamen ista prædici, nisi
tenui probabilitate ob multa, quæ illorum certi-
tudinem impediunt, vt est celeritas astrorum, quæ
citissimè prætereunt, ideò difficile potest sciri
punctus natiuitatis. Item impossibilis scientia
puncti conceptionis, cuius ex cognitione maxime
pendent hæ prædictiones &c. ideò summa est im-
prudentia velle ista certo nunciare, Sanchez, Les-
sius, & alij, quos sequitur Castrop. num. 3. p. 4.
101 † Prænnuciare autem ex astris futuros euentus
liberos, idest ex hominis voluntate pendentes,
tamquam certo futuros est superstitio, huius gene-
ris sunt prædicere bella, contentiones, æmulationes
determinatum morbum alicui euenturum, periculum
lum mortis imminere, matrimonium contrahen-
dum, iter habendum, dignitates consequendas, &
his similia, quia, cum pendeant à libera voluntate
102 hominis, ab astris non possunt disci; Sub hac eadē
regula militant actiones adeo occultæ, vt humana
industria non possint inuestigari, vt occulta furta,
adulteria, homicidia &c. ad quæ humana diligentia
non pertingit cognoscenda; ideo, si per astra
inuestigentur, erit peccatum mortale grauissimum,
cap. illos 26. q. 2. c. igitur 26. q. 3. cap. non liceat
26. q. 5. & ex Bulla Sixti V. contra Astrologos, &
in iure ciuili l. nemo, & l. etsi C. de malef. & math.
& ratio est, quia, si possent certo sciri ex astris,
penderent ex illis necessario, ex quo sequitur, quod
103 non essent in libertate hominis. † Dices signifi-
care futurum euentum ex institutione Dei, vt sa-
piens possit futura cognoscere. Sed vnde habetur,
quod talis institutio sit ex Deo; deinde vbi tradi-
dit istam scientiam, cum ergo ista non sint ex Deo,
erunt ex Dæmone; non quasi dæmones per astra illa
cognoscant, quia est impossibile, cum ea nec cau-
sent, nec significent; sed, quia Dæmon ipse, vt homi-
nes fallat, sub regulis astrologiæ futura prædicit,
&, vt vera succedant facit, quantum in se est. His
præhabitis vt certis.
104 Difficultas esse potest, An saltem probabiliter
ex astris possint futuri euentus, qui pendent ex vo-
luntate hominis prædici, Et hoc quæritur supposita
sola inspectione astrorum; vel etiam præter inspe-
ctionem astrorum, supposita etiam cognitione
aliarum circumstantiarum, vt temperamenti, con-
ditionis, & consuetudinis operandi. Et respondeo
ex solis astris non posse probabiliter ista prænun-
ciari Ieremiæ 10. A signis Cæli nolite timere, quæ
timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt. Si
autem cognitio, quæ habetur ex astris esset proba-
bilis essent timenda illa signa, quod negat prophe-
ta; Nec essent vanæ leges populorum, vt ibi asse-
runtur, quia posita probabilitate tollitur vanitas,
nec periculum potest dici vanum, quando est pro-
babile. Si verò non ex solis astris illi prænuncien-
tur effectus, sed etiam ex dictis circumstantijs
etiam probabiliter futuri, non videtur superstitio,
quia non absolutè, & infallibiliter pronunciantur,
sed sub illa coniectura, & probabilitate, quæ elici-
tur de temperamento ex astris, & de futuro euentu
ex consuetudine cognito experimentaliter etiam
105 temperamento &c. † Neq; dictis obstat motus
proprius Sixti V. Quia in illo motu proprio nihil
de nouo statuitur, vt constat ex toto proemio, &
manifestè ex verbis post proemium sequentib. Nos
igitur, qui pro nostri pastoralis officij munere fidei
integritatem conseruare debemus inuiolatam, &
animarum saluti prospicere, quantum diuina gra-
tia adiutrice possumus, & paternæ charitatis visce-
ribus optamus damnantes, & reprobantes omne
genus diuinationem, quæ ex diabolo auctore ad
fidelium deceptionem à prædictis curiosis, vel per-
ditis hominibus fieri solent; vbi vides damnari
tantum solam perniciosam diuinationem à diabolo
inuentam ergo Summus Pontifex non damnat
illam tenuissimam coniecturalem cognitionem,
nec illam reprobat. Imo huiusmodi prædictiones
sunt potius prædictiones contingentiæ quam effe-
ctus vide Castropal. alios referentem pun. 4. nu. 8.
quid sit dicendum in foro fori pro nunc nihil ad
nos.
106 † Sequitur videndum de Somnijs, quæ, vt co-
gnoscamus melius, eorum causa, cum D. Tho. 2. 2.
quæst. 95. art. 6. quattuor assignamus, duas cor-
107 porales, & duas spirituales. † Corporales possunt
esse interiores, & exteriores. Interiores, & præ-
cipue sunt dispositio, & affectio corporis humani;
Si enim corpus abundat sanguine, sunt læta, si
spermate, turbida; si atra bilis dominatur, tristia,
si flaua, pugnæ, rixæ, & lites se offerunt, si phlegma,
repræsentantur fontes, flumina imbres, & prata
virentia; si siti laborat cogitat se bibere somnians,
si fame epulas apprehendit, Exteriores causæ cor-
porales somniorum est corpus circumstans, vel
Cæli temperies, quæ aliquando solet ita immutare
phantasiam vt ad illius similitudinem somnia
108 succedant. † Spirituales causæ sunt vna intrin-
seca alia extrinseca. Intrinseca est cogitatio præ-
cedens in vigilia, & habitus ex ea productus, quæ
solent similia somnia repræsentare. Vnde D. Au-
gust. de spir. & anima c. 25. secundum studia, quæ
quisq. exercet, somniat; & solitarum artium simu-
lacra in præsentia mentis impressa apparent in
somnis. Extrinseca causa est bonus, vel malus spi-
ritus, sæpe enim à Deo, & sæpe à dæmone somnia
immittuntur: his pro intelligentia traditis desce-
ndendo ad rem nostram.
109 † Nullum est peccatum ex somnijs conijcere
temperamentum corporis, illiusque mores; & affe-
ctiones, quia ex effectu conijcitur causa, quod est
quid naturale, ita medici dignoscunt prædominan-
tem humorem in infirmo; ita docuit Galen. lib. de
præsa. in somnis, & lib. 3. de locis male affectis c. 4.
Hippocrates lib. 6. Epidem. & lib. de Insom. San-
110 chez cap. cit. 38. num. 49. & alij. † Licitum
est etiam inuestigare, an Somnium sit ex corporis
dispositione, à Deo, vel à Dæmone, quia est in-
uestigatio cuiusdam veritatis, quæ potest esse vtilis
111 Sanchez num. 50. & 51. † Difficilimum tamen
est cognoscere à quo sit. Deseruiunt sequentia,
dispositio, quam relinquunt, si enim Somnia relin-
quant animum pacatum, & quietum dispositum ad
virtutem &c. signum est esse à Deo; possunt tamen
etiam esse à demone, qui aliquando se transfigurat
in Angelum lucis, si verò sint inhonesta ad malum
impellentia, reddant hominem inquietum, indis-
positum ad virtutē &c. certum est esse à Dæmone.
112 † Quod autem succedat, quod quis somniauit
non est necessarium signum esse à Deo, hoc enim,
sæpe curat dæmon, vt securius decipiat, quapro-
pter prudentis confessarij, vel alterius viri timo-
rati standum est iuditio: quod si facta diligenti
inuestigatione, à quo sint, adhuc remanet dubium,
reputanda sunt ex causa naturali, & nullam habere
significationem, Quæ enim sunt à Deo solet ea
talibus circumstantijs vestire, vt reddat somnian-
113 tem certum de visione Sanchez nu. 52. † Quoties
autem

autem non est probabile somnium esse à Deo, su-
mere ex eo prænotionem alicuius futuri euentus
occulti est peccatum mortale graue, ita multi
Doctores, & Sanchez nu. 53. & ratio est, quia præ-
notio ex somno ex alio non potest esse, quam à Deo
vel à Dæmone; cum ergo probabile non sit esse à
Deo, recipitur à dæmone, quod est subijcere se
disciplinæ dæmonis, & ideò est grauissimum pec-
114 catum superstitionis; si per somnium procuretur
prænotio alicuius futuri euentus occulti tali situ, &
dispositione se componendo ad somnum, quia cum
illa sint vana illis Deus non mouetur, qui igitur
talia agit, intendit à dæmone instrui Sanchez nu.
115 53. † Credere autem equaliter somnio, vel equa-
liter timere malum aduersum, vel bonum prospe-
rum non videtur esse graue peccatum, quia cum
possit esse à Deo, quamuis regulariter non sit,
præbet occasionem alicuius suspicionis, ideò
potest aliquando aliquid fieri, & aliquando aliquid
omitti ob somnium habitum, modo facere, vel
omittere illud non sit contra aliquod præceptum,
116 † licet autem aliquando, nam si quis continue
moueretur ad sic operandum, non excusaretur à
peccato graui, quia iudicaretur fidem adhibere
somnijs vide Casttopal. loco cit. apud quem alios
reperies.

117 A somnijs ad sortes gradum faciens † Sors de-
scribitur vtrumque à Summistis, vt sit, cum aliquid
fit, vt eius euentu considerato aliquid occultum
innotescat Ang. verbo sors. Siluester verbo super-
118 stitio §. Nono quæritur. † Triplices sortes di-
stinguuntur diuisoriæ consultoriæ, & diuinatoriæ.
D. Tho. 2. 2. quæst. 95. art. 8. communiter rece-
ptus ab omnibus. Diuisoria est, cum quæritur,
quid alicui sit dandum, siue sit honor, siue pœna,
siue dignitas, siue res &c. Consultoria est, cum in-
quiritur, quid sit agendum, & ista à Deo quæritur
eius voluntas; Diuinatoria, cum à Dæmone quæ-
ritur item, quid sit agendum, ita communiter.
Diuisoriæ sortes sunt licitæ per se, ita Siluester
Angelus locis citatis, & alij antiquiores, & recen-
tiores Sanchez lib. 2. cap. 28. num. 57. Lessius lib.
119 2. cap. 43. dub. 9. nu. 58. & alij † Hinc hæredi-
tates, legata, & similia aliquando sorte dantur ex
mutuo consensu prætendentium in illis ad tollen-
das lites, estque quidam mutuus contractus inter
eos initus, in quo vnusquisque cedit iuri suo præ-
tenso, & vult esse illius cui sors obtigerit sors quod
si lis per iudicem non potest dirimi, nec hæreditas,
vel legatum diuidi, & partes prætendentes, nec
velint de illis sortiri, iudex potest cogere ad sortes
mittendas, text. in l. si duobus C. com. de leg. & l.
si cum alijs ff. de iud. & alij Sanchez num. 57. Item
eleemosina dubia, cui pauperi sit danda, sorte po-
test tribui Sanchez num. 59. Si tempore pestis
dubium sit, quis sacerdos infectis assistere, quis
medicus mederi; tempore tempestatis maritimæ si
necessarium sit aliquos perire, si aliqui in oras lon-
ginquas sint mittendi, & non conueniat, & similia
sorte dirimuntur Sanchez, & Lessius locis citatis.
120 † Aduertendendum tamen sortes licere non
tamquam ipsæ determinent, quid de iure sit facien-
dum, vel quasi ex ipsis veritas occulta habeatur,
vel quia ab ipsis dominium detur, quia hoc esset
sortibus tribuere, quod non competit; sed hoc
modo permittuntur quatenus ipsæ nihil deter-
minant; sed sunt quid nihil agens, vel influens in
effectum, at tantum assumptum, vt cui contigerint,
non ex eo veritas rei illi adiudicetur, vel sors illam
rem ei tribuat; sed res tantum ex partium conuen-
tione, siue ad ipsum spectet, siue non, tribuitur;
ideò sortes debent mitti de consensu eorum, qui
ius ad illam rem se habere prætendunt, vt vnus-
quisque cedens iuri suo acquiescat, dominium ad
121 illum pertinere, cui sors contigerit. † Sortes
tamen possunt esse illicitæ, vel quia sint prohibitæ,
vt in electionibus Ecclesiasticis Sanchez cap. 38.
cit. num. 57. & alij tum antiqui tum recentiores:
vel quia ab astris speretur exitus fælix, esset enim
magica superstitio Sanchez cum D. Thom. & alijs
num. 64. & multo magis si intercedat expressa, vel
tacita inuocatio Dæmonis; sunt etiam illicitæ, si
mittantur inter dignos, & indignos, quia dignis
fit iniuria, eodem modo si mittantur inter dignos,
& magis dignos, cum magis digni sunt eligendi.
Quod, si equaliter sint omnes digni, licent, ad
determinandum cui officium sit conferendum;
122 † sunt etiam licitæ ex honesta causa, vt recrea-
tionis, honesti lucri; quomodo licent, il lotto
vulgo, & alij similes ludi; sunt illicitæ, si fraudes
intercedant. Nec licet libris sacris vti ad sortes,
quia adhoc non sunt ordinati, & erit mortale si
fiat cum magna irreuerentia. Non sunt prohibitæ
sortes ad faciendas electiones ad officia ciuilia, &
sæcularia, sicuti neque est prohibitum dirimere
litem beneficialem per sortes, multa ad electio-
nes Ecclesiasticas, & sæculares per sortes facien-
das de dirimenda lite beneficiali item per sortes
vide apud Castropal. loc. cit. punt. 6. num. 5. &
seq.

123 † Sortes consultoriæ licitæ sunt; patet ex locis
Sacræ scripturæ, & ex omnium sententia tradunt
Suarez lib. 2. de superst. cap. 12. num. 18. Sanchez
124 d. cap. 38. num. 85. & alij; † Sed debent habere
tres comites. 1. Et præcipua est vrgens necessitas,
quæ est, quando alia via subueniri non potest graui
necessitati spirituali, vel temporali alicuius, aut,
quando Ecclesia inde est habitura magnum emolu-
mentum, si enim alia via diuina voluntas potest
haberi, sortibus non est inuestiganda. 2. Vt cum
magna reuerentia ad Deum mittantur. 3. Vt ex
speciali Dei instinctu mittantur, & ista conditio est
necessaria, quando intenditur Deum manifestare
suam voluntatem aliquo signo sensibili, at si hoc
non intendatur, sed tantum, vt Deus per suam
specialem prouidentiam sortes dirigat feliciter,
non est necessaria; sed sufficit magna fiducia de di-
uina bonitate.

125 † Sortes diuinatoriæ nihil ex se possunt causare,
neque significare; ideò semper sunt illicitæ, & con-
tinent superstitionem, quia, quod aliquid signifi-
cent, habent ex alio, non ex Deo, qui istis vanita-
tibus non se immiscet, ergo ex dæmone, ergo
superstitiosæ, & qui illis vtitur diabolicæ disciplinæ
se subijcit. D. Tho. communiter receptus 2. 2.
126 quæst. 95. art. 8. † Aduertat etiam confessarius, his
sortibus aliquando esse coniuncta etiam alia grauia
crimina, si enim mittantur ad sciendum crimen
occultum alicuius, est actus iniustiæ, si rebus sacris
sortes mittantur, erit præterea peccatum irreue-
rentiæ secundum qualitatem rei, quæ adhibetur;
diligenter ergo inuestiget.

127 † Sed licetne aliqua prædicere ex elementorum
mutatione, ex frequenti cantu, volatu, & motu
animalium, ex proprio habitu corporis, & dispo-
sitione? Respondeo posse prædici pluuias, imbres,
serenitates, & similia; probabiliter enim ex his
signis præuidetur causa similium effectuum. Item
ex physiognomia vniuscuiusque potest eius tempe-
ramentum conictari; item naturales animi affe-
ctiones,

ctiones, bona vel mala consuetudo, neque in istis
prædictionibus inuenitur aliqua superstitio, &, si
certius quam par est ista prædicentur, non erit
peccatum superstitionis, sed quædam imprudentia,
& error in naturali philosophia, ita communiter
Doctores cum D. Thom. 2. 2. quæst. 95. art. 7.
128 Sanchez lib. 4. cap. 38. num. 38. & 44. † Ex his
etiam possunt coniectari tenui tamen probabilitate,
& in genere Bella, rixæ, contentiones futuræ
inter homines, quia, cum homines communiter
soleant sequi inclinationes proprias, ex illis signis
colligitur causa inclinans ad hos effectus, & ideò
possunt aliquo modo prædici Caiet. 22. quæst. 95.
art. 7. Sanchez num. 39. Dixi in genere, quia
dicere, hodie, cras hinc ad annum &c. non licet,
quia istæ prædictiones ex illis signis nullo modo
possunt haberi, &, si ex illis signis (nisi tamen à
Deo cognoscantur assumpta ad id significandum)
aliquod futurum contingens prænuncietur, erit
grauissimum peccatum superstionis. Ex his collige,
si ex Chiromantia, vel metoposcopia, idest ex
lineis manus, vel capitis prædicetur alicui bona,
vel mala fortuna, diuitiæ, vel paupertas, status
religionis, vel sæculi, matrimonium, vel celibatus,
mors ex gladio, vel scolpo &c. esse graue
129 peccatum superstitionis, † vnde qui serio ex
egiptia, idest cingara, quis sciscitetur talia mortaliter
peccabit, si verò ex leuitate, & ioco, sine
periculo illius dictis fidem adhibendi, vt fit, vt plurimum,
erit solum veniale Sanchez loc. cit. & alij
apud Castropal. par. 7. num. 4.
130 Vanum, † & superstitiosum est coniectare bonum,
vel malum euentum ex occursu, contingenti
alicuius animalis, vel suris, ex corrigiæ fractione;
ex sternutatione, ex repentino casu, in egressu è
domo in offensione lapidis, & similibus, ista
tamen obseruatio excusatur sæpe à mortali, tum
ob ignorantiam, & bonam fidem, tum ob dubium,
an sint à causa naturali, à Deo, vel à dæmone in
præsagium futuri euentus Lessius lib. 2. cap. 43.
131 dub. 10. num. 66. † Vanitas, item, & superstitio
est putare aliquos dies felices, vel infelices, vt
diem martis, & veneris, & ideò nolle aliquod
opus illis diebus aggredi, & alios expectare ad
agendum, quia videtur tacite re consentiri cæli
motum influere in hos liberos euentus, D. Thom.
loc. citat. art. 3. & constet ex cap. non obseruatis
132 26. quæst. 7. † Excusatur tamen, qui tales dies
obseruat à mortali, si id faciat non quia credat
certo futurum; sed quia timet fore tales dies infaustos
Sanchez cap. 30. nu. 15. affirmans ita contingere
communiter, & ideò reputandum solum veniale.

Superest tertia species superstitionis, quæ dicitur
133 † vana obseruatio, & consistit in hoc, vt effectus
speretur, ex medijs inutilibus ad effectum, &
134 communiter dicitur magia, † differt à diuinatione,
quia diuinatio intendit solum cognitionem
alicuius rei secretæ, magia intendit opus v. g. aliquando
aliquod bonum sibi, vel alteri, aliquando
135 aliquod malum alteri, & dicitur maleficium; † est
superstitio, quia vtitur medijs inutilibus ad effectum;
est grauissimum peccatum, quia semper
habet adiunctum saltem pactum tacitum cum
dæmone, non admittitur in ea paruitas materiæ
ob necessarium pactum cum dæmone, quod est
semper maxima Dei iniuria Sanchez lib. 2. cap. 40.
num. 13. Lessius lib. 2, cap. 44. dub. 4. num. 26.
136 & alij apud ipsos. † Neque tollitur, quin sit
peccatum mortale vti illis magicis medijs, etsi
renuncietur omni pacto, tam tacito, quam expresso,
quia isti renunciationi repugnat factum,
quia cum illud medium non possit ex sui natura
attingere effectum, neque à Deo possit expectari,
quia rebus istis vanis non se immiscet, necesse est
dicere, quod à dæmone expectetur, ecce ergo
quomodo renunciationi verbis factæ repugnatur
137 opere: † Solent aliqui vti talibus medijs cum
expressa renunciatione cuiuscumq. pacti, & directione
mentis in Deum, vt probata eorum falsitate,
magi conuincantur, quod ego non laudo, nam
fieri potest, vt posita quacumque protestatione, &
quacumque mentis directione effectus sequatur, &
magus confirmetur magis in suo errore; ista ergo
non sunt facienda; nisi cum magna, & certa spe,
quod deceptio sit detegenda, & cum necessitate
138 istius experientiæ Sanchez loc. cit. nu. 25. † Magicarum
vsus, quando non intercedit pactum
expressum, potest ex inaduertentia esse peccatum
veniale, item ex ignorantia etiam vincibili, sed
non crassa, & supina Sanchez, & Lessius loc.
139 cit. † Item asserit Sanchez esse veniale, si ex ioco
adhibeantur, etiam ex leuitate, vel curiositate
140 experiendi, an effectus sequatur; † Ad difficile
est istam leuitatem, & curiositatem coniunctam
cum societate dæmonis à peccato mortali excusare,
quia cum non possint talia habere effectum nisi
à dæmone, ex ioco experiri, an effectus sequatur,
est serio velle effectum à dæmone, si sequatur, cum
ab alio esse non possit; hoc autem cedit in magnam
iniuriam Dei; & adest periculum non leue, cui se
141 exponit ita operans, vt decipiatur. † Peccatum
magiæ alia peccata secum trahit, & quidem grauissime
contra fidem, Religionem, Castitatem,
Iustitiam &c. solent enim magi dæmones adorare,
Christo, Sacramentis, B. Virgini renunciare,
multos, & maxime pueros suis maleficijs enecare,
in honestissima etiam cum Dæmone patrare, ideò
esset omninò hoc genus belluarum, potius quam
142 hominum exterminandum. † Tria solent intendere
magi suis magicis cantionibus, acquire sibi,
vel alteri subito scientiam rerum naturalium, &
sine vllo labore. 2. sibi, vel alteri bona fortunæ,
corporis, Sanitatem, honores vitæ longitudinem
147 &c. 3. damnum proximo inferre. † Ex quibus
tamen non oritur triplex distinctio specifica formalis,
sed tantum materialis; In ratione enim
magicæ superstitionis non distinguuntur prædicta;
sed conueniunt in eadem malitia cultus dæmonis,
societatis cum illo, & fiduciæ in illum.
144 Sed † quia superstitio proprie constat in deferendo
dæmoni honorem Deo proprium, & naturalem,
& ex multorum sententia; quæ probalis
est, talis honor ei non defertur, quando ab eo petuntur,
quæ potest facere, & ideò licet hæc petitiò
sit grauissimum peccatum, supposita illa
sententia probabili non est proprie superstitio,
vt, quando sit superstitio proprie, bene cognoscatur,
sciendum est, quid possit facere dæmon.
145 † Certum est ergo, omnem naturalem potestatem,
quam, Dæmones ante peccatum habebant
operandi in hæc inferiora, eis non esse non solum
sublatam, sed nec etiam imminutam D. Th. 1. p.
q. 64. art. 4. ab omnibus communiter receptus;
Si enim Deus permittat, ex potestate quam habent
circa elementa, possunt de vno loco ad alium transferre,
niues, ventos, pluuias, grandines, & tonitrua
excitare; item tempestates alibi exortas
impellere huc, vel illuc, sistere, & mitigare; possunt
ciuitates destruere, excitare incendia, segetes
era-

eradicare, arbores de vno in alium locum in ictu
oculi transplantare: possunt aurum in mari abscon-
ditum, in visceribus terræ reconditum, extrahere;
raro tamen Deus hoc permittit, ne hac occasione
homines pertrahant in sui obsequium; possunt item
ex virtute, & potestate, quam habent circa hu-
mana corpora, illa varijs morbis afficere, omnes
morbos curare, semper tamen applicando actiua
passiuis, possunt impedire omnes læsiones ex igne,
gladio, & alijs instrumentis, vel se interponendo,
vel impetum infringendo, vel contraria applican-
do, raro tamen Deus permittit, ne simplices
decipiantur: possunt breuissimo temporis spatio
homines de loco ad locum transportare, eorum
formam immutare, vt referant spetiem animalium
non intrinsece; sed extrinsece immutando, red-
dere eos inuisibiles aliquo corpore interposito, vel
immutando phantasiam præsentium; possunt exci-
tare ad odium, ad amorem, ad libidinem, & ad
similes alias affectiones, imprimendo in anima
corpori coniuncta, quæ pendent ex phantasia, &
dispositione corporis; possunt inferiores dæmones
alligare, comprimere, coercere, introducere in
humana corpora, & introducta expellere, & subij-
cere se voluntati magorum; quæ autem virtutem
naturalem excedunt, non possunt facere; cætera
curiositati potius explendæ disputanda, quam
praxi accomodata, vt quomodo Samuel apparuerit
&c. vide apud Castrumpala. par. 10. num. 4. per
146 totum. † An autem sagæ, vel strigæ intersint
earum conuentibus vere, & proprijs corporibus, &
à dæmone realitèr asportantur, an tantum inte-
resse imaginentur, dic vere, & corporaliter trans-
portari, & interesse, neque hoc siuunt negari satis
frequentes experientiæ probatæ Sanchez d. cap.
147 40. num. 6. & alij apud Castrop. num. 7. † Vt
autem possit cognosci, quando effectus sit tribuen-
dus magicæ arti, naturæ, an Deo, quod difficilè
est, comparanda est causa cum effectu, & effectus
cum causa, & attentè examinandum, an causa
possit producere illum effectum eo modo, quo pro-
ductus est; Si ex scientiarum principijs cognosca-
tur illum effectum non posse esse ab illa causa natu-
ralitèr, vtique non erit dicendus naturaliter pro-
ductus. Si ergo non erit à naturali causa, restat,
quod sit à Deo, vel à dæmone; Si à Deo vtique
medijs non vanis, sed ab ipso, vel ab Ecclesia
institutis; Si non à Deo neq; ab Ecclesia institutis,
148 vel vanis erit à dæmone; † nota etiam, quod
aliquando potest intercedere vsus rerum ab Ec-
clesia, vel à Deo institutarum, & tamen effectum
non esse à Deo, quia licet res illæ à Deo, vel Ec-
clesia sint institutæ, non sunt institutæ ad illum
effectum, vel non sunt institutæ, vt tali modo adhi-
149 beantur. † In dubio autem, an effectus sit à causa
naturali, iudicandum est esse ab illa, tum quia de-
fectum non potest præsumi, tum quia multa sunt
in natura nobis incognita; multa enim habentur,
vt miracula, quæ vere sunt à causa naturali. Sanchez
150 num. 44. † In dubio autem, an effectus sit à Deo,
vel à Dæmone reputandus est à Dæmone, quia
miracula non præsumuntur Sanchez num. 44. Quo-
tiescumque ergo effectus non est à causa naturali,
vel à Deo, eo modo saltem, quo productus est,
erit iudicandus superstitiosus. Nunc expendendo
magicas superstitiones, quarum primam esse
151 diximus Acquisitionem scientiarum. † Dico
Dæmonem non posse breuissimo tempore scien-
tias rerum naturalium insundere, & probatur,
quia ista infusio scientiæ non potest fieri, nisi per
productionem habitus, vel immutationem supe-
riorum potentiarum, quod non videtur facere
posse dæmon, sed ad summum posse immutare
phantasiam, qua mutata intellectus etiam per sym-
pathiam immutatur; hoc autem non videtur
sufficiens ad perfectam consequtionem scientiæ;
quia phantasia non potest simul immutari omnibus
actibus necessarijs ad consequtionem scientiæ Sua-
rez tom. 1. de relig. lib. 2. de superst. cap. 16.
num. 12. Si ergo scientiam à dæmone per infusio-
nem petas eris certè superstitiosus, quia illi hono-
rem tribuis, qui non debetur, quod facies quoties-
cumq. vteris pro illa obtinenda medijs vanis, & à
Deo non ordinatis, vel à natura, & idem erit di-
cendum, si ijsdem medijs vanis procures augmen-
tum memoriæ, maiores profectus in studijs, maio-
res scientias, quia ista à dæmone expetere conuin-
152 ceris. † Differt autem ista magica obseruatio ac
superstitio à diuinatione, quia in ista quæris tan-
tum scire aliquod occultum transiens, in illa autem
quæris aliquid scire per causam, illa nititur solo
dicto dæmonis, ista per industriam potest obtineri,
153 vel à Deo infundi. † Verum tamen est, quod si
aliqua scientia arte dæmonis acquiratur, illa licèe
vti sinè peccato, quia in tali vsu nulla inuoluitur
superstitio. Sanchez eodem lib. 2. cap. 41. nu. 1.
& 2. Castrop. num. 7. De secunda spetie magiæ,
quæ consistit circa bona corporis acquirenda,
154 † dico & est regula generalis quod quotiescunq;
vanis medijs, idest non à Deo ordinatis, talia bona
procurantur, à dæmone procurantur, estque istud
155 magica superstitio, & peccatum mortale; † talia
sunt vsurpare aliqua signa incognita, quæ deferens
credat se fore tutum à morte subitanea, à lesione
inimicorum & ab alio quouis casu fortuito; idem
est, si deferat etiam verba aliqua, vel signa sacra,
etiamsi profana non essent admixta, si eadem cre-
dat, quæ supra: quia hoc esset tribuere verbis illis
infallibilitatem effectus, quam non habent ex diui-
156 na institutione; † verò verba illa sacra, vel reli-
quias deferat non sperando certo ex talium rerum
portatione infallibilem effectum, sed Deum for-
tasse mouendum ex illorum reuerentia, vel San-
ctorum intercessione ad illum seruandum, non
solum non peccabit; sed eliciet actum religionis
157 Sanchez cap. 40. num. 20. & alij. † Item erit su-
perstitio, & peccatum mortale dicere aliquas ora-
tiones cum aliquibus circumstantijs vanis ad ali-
quid impetrandum, vt sanitatem corporis, gratiam
alicuius &c. si credatur necessario apponenda illa
circumstantia, vt effectus sequatur, est etiam
Superstitio mortalis recitare aliquas orationes in
ortu solis, in ortu talis syderis, vertendo se ad
ortum solis, recitando tali positura, tali voce, si
celebrari fiant tot missæ non plures, nec pauciores,
tali ordine, non alitèr, tot candelis, non pluribus,
nec paucioribus, tali modo dispositis, non alitèr,
cum enim ista sint impertinentia ad effectum, erunt
158 superstitiosa, & graue peccatum; † non erunt
tamen superstitiosa, nec peccata, si ad aliquid
pium, vel deuotum referantur, vt si apponantur
septem candelæ ad honorem septem donorum Spi-
ritus Sancti, dicantur nouem missæ in honorem
nouem mensium partus, B. V. dicantur tres pater
noster in honorem Sanctissimæ Trinitatis, quia
fides non est in numero, sed in oratione, & nu-
merus seruit tantum ad excitandam deuotionem.
159 † Neque sunt damnandi, vt superstitiosi; qui
bouem, vel aliud animal curat in die spetiali ali-
cuius Sancti, qui adducunt eadem animalia paritèr
ad

ad templum alicuius Sancti, & ibi illi medentur, vel eadem circa illud circumducunt, item si hoc fiat ter quater &c. quia videntur hoc facere in maiorem reuerentiam, si tamen putarem illum numerum esse necessarium, hoc esset superstitiosum, vt dictum est.

160 † Nec item est superstitio colligere herbas in die Sancti Ioannis, si fiat ob reuerentiam Sancti,
161 & non speretur infallibilitèr effectus. † Sunt
tamen optime instruendi simplices de his omnibus, ne errent. Esset pariter superstitio, & pec-
162 catum mortale † vti ad sanitatem tuendam ad
pericula euadenda medijs improportionatis, vt
imaginibus astronomicis factis sub certis constel-
lationibus, nec credendum est Caiet. quæst. 92.
art. 2. aliter asserenti, licet sit magnus Doctor,
quia ratio in contrarium conuincit, cum omnibus
ab eo assignatis concurrentibus, nec dum illa
163 imago reddatur sufficiens ad talem actum, †
Adhoc pertinet mutare locum, vt fortuna mute-
tur, quod solent facere, qui ludunt, si hoc animo
faciunt, vt mutantes locum malam fortunam
abijciant, & bonam sibi concilient, & credant
effectum secuturum, quod si non credant effectum
secuturum, sed sperant fieri posse, vt casu fortuna
mutetur, vt communiter fieri solet, non erit
164 superstitio mortalis. † Erit tamen si consulant
astrologos, quia die, qua hora ludendum sit, si
nodum secum deferant, vt lucrentur, quia causam
naturalem non possunt ista habere ad tales effe-
ctus.

165 Duæ † supersunt grauissimæ difficultates, quarum prima est; quid dicendum de illis hominibus, qui solo contactu curant infirmitates etiam incurabilis, Sanguinem detinent, canes rabidos interficiunt, pedibus nudis sine læsione prunas, & ignem calcant? Altera quid dicendum de illis, qui sanguini primo de vulnere lapso medicamentum adhibentes in distanti, & vulnus infirmi vulnerati longè distantis solis, petijs subuculæ hominis colligantes in modum crucis, sanitatem reddunt,

166 De † primis dico, vel illa agunt nullis adhibitis signis, vel aliquibus signis adhibitis. Si nullis signis adhibitis, puto non esse damnandos in foro fori; in foro animæ sunt optimè examinandi, & diligentèr videndum qua virtute id præstent. Quod, si dicant, se talia non posse præstare in præsentia alterius, essent valde suspecti, nec permittendi. Item si dicant eandem virtutem, se posse alteri conferre, quia siue naturalis, siue supernaturalis sit, non video quomodo possit communicari. Si vero signis vtantur, vel à se inuentis, vel acceptis ab alijs. Si à se inuentis, vel talia sunt signa, aut verba vana, aut verba sacræ scripturæ si verba sacræ scripturæ, vel nullum sensum, vel contrarium facientia loco, à quo desumpta sunt, & nullo modo permittenda, vel sunt proportionata, & præsumi poterunt apta, & putare à Deo illam virtutem concessam, si alias sint homines probi, si improbi, erunt suspecta, quare sunt diligentèr examinandi. Vana autem sunt verba, & signa, si neque ad Deum, neque ad Sanctos dirigantur; item si nullam cum effectu habeant connexionem; effectus item erit vanus, si improbus, si malus, si nemini vtilis. Si vtantur signis ab alijs inuentis, dicendum est, vt hactenus supra diximus de alijs signis. An autem virtus istis concessa sit à Deo à natura, vel à Dæmone puto difficilimè posse determinari. Non caret magna probabilitate esse à natura Doctores vide apud Castropal. punct. 10. nu. 13. 14. 15. vbi latè de hoc.

167 † Quoad secundum, videtur dicendum talem modum curandi esse superstitiosum. 1. Qui requiritur sanguis qui primo effluit è vulnere, quod nullam cum effectu videtur habere connexionem. 2. Medentur in distans, quæ actio naturæ repugnat. 3. linteis ex subucula hominis, quod videtur sine causa. 4. Ex inspectione sanguinis colligunt, & prædicunt vitam, vel mortem. In contrarium tamen est, quod sanguis ille primus videtur esse minus euaporatus, & magis spiritosus, quam sequens, ideò aptior ad medicamenta. 2. Actio ista in distans videtur saluari per sympathiam, sicuti magnes vertitur ad stellam polarem, item læsi ab illo animali vulgo dictum, Tarantola, mortuo illo statim sanantur etsi multum distent ab illo. 3. linteis subuculæ hominis vtuntur, non fæminæ, quia istæ possunt esse venenosæ ex legitima causa sanguinum menstrualium, vtuntur subuculis quia ex contractu corporis humani videntur attrahere, vel recipere nescio quam virtutem. 4. Ex inspectione sanguinis prædicunt mortem, & vitam fortasso non improbabiliter ex sympathia. Sicuti enim per antipathiam sanguis ex vulneribus mortui defluit & erumpit ad præsentiam interfectoris; ita fortasse non erit improbabilis ex inspectione istius sanguinis ista prædictio ob simpathiam cum alio sanguine existente in corpore vulnerati. His tamen positis nihil de hoc statuo; scio diu & acriter de hoc fuisse disputatum in tribunalibus Sanctæ Inquisitionis, video etiam toleratos ita medentes, nescio tamen quid sit decisum, ideo quidquid ibi statutum fuerit, hic & ego statutum volo.

168 Vltima † species superstitionis est illa, in qua vana assumuntur ad nocumentum proximi, de qua nihil amplius est dicendum, quam supradictum sit de superstitionibus alijs, nisi addamus esse istam omnium detestabilissimam, quia omnia mala, quæ illis magicis superstitionibus fiunt à dæmone, mago tribuuntur, ideo vt plurimum trahit secum peccatum iniustitiæ &c.

Maxime torquentur confessarij, quando aliqui illorum qui magicis istis superstitionibus vsi sunt sistuntur ante pedes eorum, vt confiteantur sua facinora, & reperiunt adhuc aliquem effectum ex maleficio productum extare, an & quomodo illum debeant obligare ad illum tollendum, ideo eos volens à prædictis difficultatibus liberare, & eripere.

169 † Dico si isti effectus sint boni, vt scientia, salus
corporis, & similia, & perseuerent independentèr,
à dæmone, possunt retineri, & quisque potest illis
vti, licet fuerint à causa mala, quia nullam inuo-
luunt societatem cum dæmone, & potest pænitere
de habita societate Sanchez de matrim. lib. 7. disp.
96. num. 4. & lib. 2. sum. cap. 41. num. 1. & cap.
42. num. 2. & alij quos refert Castropal. par. 11.
num. 1. Si vero pendeant in conseruari à dæmone,
vt quia aliquid quis possideat, donec, & vsque
aliqua præstet, non potest talia præstare, quis
ostenderet se continuare societatem cum illo Sua-
170 rez. lib. 2. de superst. cap. 17. nu. 2. † Est tamen
difficultas de diuitijs arte dæmonis comparatis,
& non pendentibus in conseruari ab eo, an possint
retineri, & respondeo esse optimè videndum, an
sint veræ, vel falsæ, quia raro veras, sæpe falsas
dat dæmon semper pater mendacij, & deinde
ignorandum esse, non esse alicuius, quousque enim
ignoratur, quod sint alicuius, possunt præsumi esse

è profundo mari, vel è visceribus terræ extractæ, quod si cognoscantur falsæ, vel alienæ, non possunt retineri, retinebuntur, si non fuerint falsæ, & ignorantur alienæ, neque enim necesse est scire, non esse alienas; sed sufficit ignorare quia præsumuntur postea ex mari, vel terra erutæ.

171 † Si effectus nocivi sint alteri, omnibus modis licitis sunt tollendi; sed quibus modis? spiritualibus certè semper, naturalibus, raro, quia non habent necessariam efficaciam, superstitiosis numquam, id est quæ fiunt ex pacto demonis, & arte magica, licet enim l. eorum 4. C. de maleficis, excusentur malefici adhibentes maleficia non ad maleficium faciendum; sed impediendum, talis excusatio non est à culpa, sed à pœna Sanchez alios referens locis cit. de matr. & in sum. Ex quo etiam infertur nulli licere sub quocumque fine, vel prætextu præcipere mago, vt maleficium coram se faciat Sanchez eodem cap. 41. num. 4.

172 † Pulchra difficultas est, an liceat destruere maleficia iam facta. Solet enim dæmon aliquando pactum, inire cum mago, vt stante illa statua in tali loco, vel globo capillorum, vel alia simili re, ipse noceat, ex quo pacto non tenetur dæmon destructa statua, vel amotis capillis à loco, cessare, à nocumento inferendo, & aliquando init pactum cum mago, non solum de damno inferendo, dum res in tali loco existet, sed etiam, vt illa amota à damno, & nocumento inferendo cesset; & difficultas est in eo sita, quia destructio illius signi, est veluti quædam societas cum dæmone, quod videtur manifestè conuinci ex eo, quod est datum à dæmone in pactum, si amoueatur, reddendæ sanitatis, & explicatur similitudine ista. Si dæmon tale pactum cum mago ineat, dum ista imago steterit non desistam à nocumento inferendo Caio, hac tamen destructa non solum cessabo à nocumento; sed insuper applicabo remedia pro sanitate, vtique, si magus destruat illam imaginem, tacitè videtur consentire pacto dæmonis, & velle ab eo talem applicationem medicamentorum, & sanitatem illam ab eo, quod est superstitiosum. Attamen tamquam certum tenendum est licere malefico destruere ista signa data à dæmone eo tamen fine, vt dissoluatur pactum cum eo inito de damno inferendo, donec perseuerent, non autem animo, vt seruet pactum de non prosequendo in inferendo damno, & ratio est, quia hoc secundo fine maleficus dæmoni se submitteret, & ab illo peteret exequtionem promissorum, quod est omninò illicitum; primus autem licitus est, quia intendit tollere pactum cum dæmone destruendo illud maleficium, statuam, signum, vel quidquid illud sit, quod certè bonum est, & alienum à superstitione: poterit igitur maleficus, vel magus destruere illa signa, imagines &c. fine tollendi, & destruendi pactum, quod habet cum dæmone, non intendendo, quod ex
173 hoc dæmon teneatur cooperari sanitati. † Imo hoc tenetur facere, quia, si non faceret; videretur perseuerare in amicitia cum dæmone, dum pactum perseuerat in tali signo. Castrop. num. 8. & plures, quos ipse refert, & tenetur non solum ex charitate;
174 sed ex iustitia tali modo destruere illa signa; † & iudex tenetur cogere illum ad destruenda ex obligatione proprij officij cum obligatione ad damna, nisi fiat; etiamsi ex remotione, vel destructione statuæ, vel signi timeatur damnum alteri, quia illud damnum non sequitur ex remotione, & destructione tamquam ex causa, sed ex pacto, & malitia dæmonis promitentis, se nociturum alteri, vel etiam ipsi malefico, qua promissione stante adhuc tenetur maleficus destruere, renunciatur enim tali promissioni, & si malum sequatur est ex malitia dæmonis Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 96. num. 5. & in decalog. lib. 2. cap. 41. num. 11.

175 † Adde præterea non solum posse, & teneri maleficum, vel magum tollere signa, destruere imagines &c. sed etiam apponere signum contrarium, quo posito se obligauit dæmon desistere à nocumento inferendo, dummodo signum sit bonum, vel saltem de se indifferens, & apponatur eo fine, vt cesset dæmon à damno inferendo, & destruatur pactum, & societas dissoluatur, & confederatio, ratio est quia talis intentio est optima, & signum indifferens honestatur illa intentione Lessius lib. 2. capit. 44. dub. 6. numer. 45. Suarez lib. 2. de superst. cap. 17. num. 16. Sanchez dict.
176 cap. 41. num. 25. vbi aduertit, † quod, si dubium sit, an illud medium quod assumitur apponendum superstitiosum sit, vel illicitum, non potest apponi, vel adhiberi, nisi dubium deponatur, licet protestetur ablegatio cuiuscunque societatis cum dæmone, quia illa protestatio non vincit dubium, nec purgat malitiam, quæ in illo potest esse.

Quid dicendum de iudicibus qui magos iubent radi tonderi &c. vt torqueantur? Respondeo si putent in pilis occultari aliquod maleficium, quo malefici, vel magi reddantur insensibiles tormentis, licere, & debere fieri, quia hoc nihil aliud est quam tollere demoni fundamentum operandi Lessius loco citato num. 44. & Sanchez num. 11. Si vero credant illa tonsione, vel lotione amitti vires naturales, esset superstitio, quia illa tonsio, vel rasio, vel lotio illam vim non potest habere naturalitèr, sed tantum arte demonis Sanchez vbi supra.

177 † Vltimum dubium, An liceat petere à malefico, vel mago, vel illum aliquo modo cogere, vt maleficium maleficio dissoluat, &

Respondeo 1. Non licere petere, neque à paratissimo dissoluere maleficia alijs maleficijs, quia res est de se intrinsece mala, Angelus verbo superstitio num. 13. alijs relatis Martinus del Rio, & alij apud Castropalao. part. 12. num. 1.

Respondeo 2. Neque licere cogere minis, imperio &c. eodem ratione Sanchez dict. cap. 31. nu. 9. Suarez dict. lib. 2. cap. 18. num. 7. & Sanchez prius docuerat de matrim. lib. 7. disp. 95. num. 9.
178 † & in vtroque loco aduertit malefacere iudices, qui cogunt maleficos dissoluere maleficia, etiam facto solo signo crucis, quia talis benedictio, cum non possit esse causa phisica, restat, vt sit signum tantum ex pacto dæmonis.

Respondeo 3. Si dubium sit, an medium, quo vsurus est maleficus ad maleficium soluendum sit maleficium, nec posse rogari, nec minis, vel imperio cogi, vt tali medio maleficium soluat; quia hoc esset exponi periculo peccandi, debet ergo deponi dubium, vt liceat, nec item liceret cogere, vel rogare, si dubitaretur, imo non cognosceretur maleficum scire aliquod medium licitum, quo maleficium soluatur, quia maleficus non potest præsumi scire media licita; sed tantum illicita; Suarez, & Sanchez locis cit. Item non potest à malefico peti, vt dissoluat maleficium, nisi sciat maleficium ipsum, & locum vbi repositum est, quia modus licitus dissoluendi malficium est destructio signi, imaginis &c. quæ, cum nesciat, quæ sint, vel vbi sint, non potest præsumi illa tollere, vel destruere, sed nouo maleficio illa dissoluere Sanchez Lessius, & Suarez locis citatis.

179 † Maior difficultas eſt, an cum certum eſt ma-
leficum ſcire media licita, quibus maleficium po-
teſt deſtrui, dubitatur tamen, an licitis, vel illicitis
ad illa tollenda ſit vſurus, poſſit rogari cum tali
dubio, vt maleficia diſſoluat.

Reſpondeo 1. Si probabiliter credatur magum
eſſe vſurum medijs licitis, poſſe rogari, quia non ad
malum, ſed ad bonum incitatur.

Reſpondeo 2. Si ſciatur magum ſcire media
licita dubitetur, tamen an illis vſurus ſit, vel
malis, poſſe adhuc ab eo peti, vt maleficium ſoluat,
quia peccatum non eſt præſumendum. Suarez
eodem 2. lib. cap. 18. nu. 9. & Sanchez cap. 41. nu. 12

Reſpondeo 3. Si mortalis adſit certitudo quod
magus diſſoluturus ſit maleficium medijs illicitis,
ſciat tamen etiam media licita, adhuc poteſt ab
eo peti, vt maleficium ſoluat; Sanchez Leſſius
Suarez, & alij apud Caſtrop. num. 4. Ratio eſt,
quia poſtulatur res de ſe bona, quæ eſt diſſolutio
maleficij, quod autem medio illicito fiat, non eſt
ex culpa petentis, ſed agentis, qui cum medio
licito poſſit vti, adhibet illicitum, quod confirma-
tur, quia poteſt peti mutuum ab vſurario illud non
conceſſuro niſi ſub vſuris, poteſt peti iuramentum
ab Infideli non iuraturo, niſi per falſos Deos, quæ,
180 omnia licite petuntur licet illicite fiant. † Ad-
uertit tamen Suarez, & Sanchez locis citatis, vt
iſta petitio ſit licita, quod duo ſunt obſeruanda
primum, vt ex parte petentis ceſſet omnis coope-
ratio magicæ ſuperſtionis, quia hæc eſt intrinſece
mala, vt de ſe patet, vnde ſi magus velit petenti
mederi, vel ſuis animalibus &c. applicando aliquas
medicinas vanas, vel modo vano, & ille adſit præ-
ſens, nequaquam id poteſt permittere, quia non
eſſet ſimplex permiſſio, ſed vera cooperatio, non
enim poteſt magus præſente domino illi, vel eius
rebus mederi, niſi illo conſentiente, ideo, ſi con-
ſentiat, cenſendus eſt velle vti opera magi in tali
actione: Secundum aduertendum eſt quemcumq;
teneri petere diſſolutionem maleficij à malefico
modo tamen licito, & ad illum expreſſe excitare, ſi
ſperat obtenturum, quia quilibet lege charitatis
tenetur quando commodè poteſt vitare peccatum
proximi.

Hactenus, an magus, vel maleficus poſſit rogari,
181 vel cogi. † Nunc quid de dæmone, poteſt ne ipſe
rogari, & cogi, vt maleficium diſſoluat? Reſp.
nec rogari, nec ab eo poſſe peti, quia rogare, vel
petere eſt ſignum ſubiectionis & indigentiæ auxilij
illius, à quo petitur, rogare autem inimicum Dei,
& proteſtari, ſe eius auxilio indigere eſt grauiſ-
ſimam iniuriam inferre Deo hominem Chriſti ſan-
182 guine redemptum. † An vero poſſit cogi pręcepto
&c. videtur magis dubium, cum videatur ceſſare
dicta ratio, quia præcipere, & cogere non indicat
ſubiectionem; ſed ſuperioritatem, &, cum his
actionibus videatur cogi inuitus dæmon, potius
iniuria quam honor illis actibus illi infertur. At
omninò eſt tenendum, neque hoc modo poſſe fieri
(niſi fiat Dei virtute, nomine Chriſti, & Eccleſiæ
per exorciſmos) quia dæmon non ſubditur homini
mortali, niſi ex aliquo pacto tacito, vel expreſſo
facto, vel cum ipſo dæmone, cui imperatur, vel
cum aliquo ſuperiore, ex quo ſequitur tali præ-
cepto vtentem deferre honorem Dæmoni, & cul-
tum, ita Caſtropalao num. 7. cum alijs ab eo rela-
183 tis. † Ex quibus habes lector, quando ſit reſerua-
ta ſuperſtitio, quod erit quotieſcumque erit pec-
catum mortale, & habes paritèr de inuocationibus
dæmonum. Nunc ad modos ſub quibus reſeruantur
in varijs locis me conferens.

184 Noto, † ſi iſta fiant cum errore in intellectu,
modo ſupradicto, tunc non eſſe reſeruata Epiſco-
po, ſiue id exprimatur, ſiue non; ſed ſemper
ſunt reſeruata tribunali Sanctæ Inquiſitionis,
ita vt habens facultatem abſoluendi à reſerua-
tis Epiſcopo, ab iſtis non poſſit abſoluere, hoc
poſito.

185 † Aliquando reſeruantur ſimpliciter ſuperſtitio-
nes, & hoc caſu erunt reſeruata ſupradicta quotieſ-
cumque fuerint peccata mortalia, & reſeruationis
186 explicatio erit ſumenda ex dictis. † Aliquando
reſeruatur tantum ſortilegium, & hoc ſolum
intelligetur reſeruatum, quid autem ſit, habes
ſupra; Aliquando reſeruatur ſortilegium, vel alia
ſuperſtitio, ſed cum addito cum abuſu rerum Sa-
crarũ, Sacramentorum, vel Sacramentalium, & tunc
eſt inſpicienda forma reſeruationis, & illud cen-
ſendum erit reſeruatum, quod exprimitur, & ſub
modo tantum qui exprimitur, quid ſint autem
ſacræ res, Sacramenta, & Sacramentalia infra
dicetur, ſi ergo reſeruatio ſit cum abuſu Sacra-
mentorum, de illo tantum abuſu erit intelligen-
da reſeruatio, & ſic de cæteris, at ſi fiat ſimpliciter
reſeruatio erit intelligenda etiam quotieſcumque
erit cum abuſu cuiuſcumque rei Sacræ, vel ſine
illo.

187 † Aliquando hoc modo reſeruantur. Qui ma-
gicas artes, veneficia &c. exercuerint, qui in eis
rebus Sacris vllo modo abuſi fuerint, & hic modus
duas habet partes, prima eſt qui exercuerint magi-
cas artes &c. Secunda qui in eis abuſi fuerint rebus
Sacris. In primò caſu non incidunt omnes, qui
aliquid magice faciunt, vel aliquod maleficium,
ſed requiritur multiplicatio actuum, quaſi ex arte
id faciant, per ea, quæ habet Quaranta verbo
Sodomia §. 4. limito, ex Nauar. & alijs, qui expo-
nit hoc verbum Exercentes ſaltem quoad forum
conſcientiæ, vt intelligatur de eo, qui iteratis
actibus aliquid ita frequentat, vt quaſi ex vſu con-
tinuato id faciat, non autem de eo, qui aliquoties
id agit, ſed pænitet. In ſecunda autem parte nempe
quando interuenit abuſus Sacrarum rerum com-
prehenduntur omnes etiamſi vnicum tantum
actum faciant, quia verba reſeruationis de illis ve-
rificantur.

188 † Aliquando fit reſeruatio ſub his verbis; ve-
neficijs Incantationibus &c. operam dantes, quo
caſu operam dare puto non comprehendere illos,
qui vnico, vel altero tantum actu ea faciunt, quia
operam dare ſignificat attendere, quod vnica, vel
altera vice non videtur expleri. Alij modi, ſi qui
ſunt, facile ex dictis ſoluentur.

189 † Secundus caſus propoſitus explicandus, eſt
abuſus Sacramentorum, Sacramentalium, uel re-
rum Sacrarum. Abuſus eſt uſus rei ad alium
finem quam fuerit ordinata Abbas in cap. ex litte-
ris de conuer. in fid. & facit cap. Priuilegium 2.
190 quæſt. 3. † quotieſcumque aliquis utitur prędictis
rebus alio fine quam à Deo fuerint inſtitutæ dice-
tur abuti. & talis actus erit abuſus.

191 † Quid ſint Sacramenta, & quot? puto omnibus
notum. Quid autem Sacramentalia? Reſpondeo
eſſe olea Sancta, & Sacra, ideſt Chriſma, oleum
Cathecumenorum, & oleum infirmorum, Aquam
benedictam, & candelas benedictas; ita Soto in 4.
diſt. 15. quæſt. 2. art. 3. & Doctores communitèr,
referente Florono de reſer. part. 2. caſ. 1. uerſ.
192 malef. num. 8. † Quid ſint res Sacræ? Reſpondeo
ex D. Thoma quæſt. 99. art. 3. eſſe tria genera

rerum

rerum Sacrarum. Cum enim Sanctitas tribuatur
personis, locis, & rebus, relictis primis duobus
generibus rerum Sacrarum, quæ ad rem nostram
non faciunt; de rebus, tantum sacris agam. Res
ergo dicuntur Sacræ, uel quia Sanctitatem effici-
untur, ut Sacramenta, uel quia rebus Sacris admi-
nistrandis sunt instrumenta, ut uasa Sacra, uestes
Sacræ, ornamenta &c. uel quia sacra significant, ut
uerba sacra, uel quia sacra representant, ut imagi-
nes Christi, & Sanctorum, uel quia sunt particulæ,
& res Sanctorum, ut reliquiæ, uel quia sunt men-
suræ rerum Sacrarum, ut dies dominici, & festi
uel quia ad sustentationem Sacrorum sunt destina-
193 tæ, ut bona Ecclesiarum. † Omnes res Sacræ
pertinent ad casum nostrum, exceptis ultimis,
quia in se nullam istæ Sanctitatem continent, sed
dicuntur tantum sacræ eo, quod non possint à sæ-
cularibus inuadi, cæterum nulla reuerentia, uel
honor istis debetur; quotiescumque omnibus alijs
quis abutitur ad magicas artes, ueneficia &c. inci-
dit in reseruatum, de omnibus rebus sacris, deque
earum uiolatione uide Lessium lib. 2. cap. 45. dub.
3. per totum. Modi, quibus solet fieri reseruatio,
solent esse isti.

194 † 1. Absolutè reseruando ueneficia Incantatio-
nes &c. cum abusu rerum Sacrarum, & hoc casu,
quotiescumq. abusus est cuiuscumque rei ex supra
enumeratis, semper casus erit reseruatus, & talis
abusus erit mortale peccatum, est enim irreueren-
tia magna, res Sacras rebus profanis, & demoniacis
immiscere, quod si quæras an detur ordo grauitatis
in abusu prædictarum, respondeo dari estque iste.

195 † Primum grauitatis locum obtinet abusus Sa-
cramentorum, secundum abusio uasorum Sacro-
rum. Tertium abusus sententiarum Sacræ scriptu-
ræ; Quartum abusus Sacrarum Imaginum; Quintum
abusus Reliquiarum; Sextum abusus dierum San-
ctorum; qualia autem peccata sint isti abusus, uide
Lessium loco citato.

196 † Aliquando fit reseruatio Incantationum &c.
cum abusu rerum Sacrarum, & Sacramentalium,
& tunc oritur difficultas, quid sit intelligendum
nomine rerum Sacrarum cum enim sub hoc nomi-
ne ueniant etiam Sacramentalia, vtpote, quæ ali-
quo modo gratia efficiunt, videtur, vel superflue
illud nomen esse additum, vel aliquid ignotum
significare. Respondeo tunc illud nomen sacra
significare tantum Sacramenta ex additione illius
secundæ particulæ, Sacramentalia. Expressio enim
vnius est exclusio aliorum l. cum prætor C. de pi-
gno. cap. Nonne de præsumpt. & per allegatos à
Barbosa axiom. 120. num. 1. cum ergo expriman-
tur Sacramentalia videntur excludi inferiores
res Sacræ, & ita illud Sacrum significabit tantum
sacramenta, & ita puto esse dicendum de omnibus
reseruationibus, ut quotiescumque reseruatur
abusus rerum Sacrarum, & deinde aliqua particula-
ria sacra exprimuntur censentur reseruata abusus
Sacramentorum, & reliquarum rerum expressarum
tantum non autem aliarum.

197. † Reseruatur aliquando insignis contumelia in
Deum, quæ reseruatio, licet non pertineat ad abu-
sum rerum sacrarum, de quo nunc agimus, quia
tamen habet aliquam affinitatem saltem ex parte,
libet hic explicare. Est ergo contumelia species
iniuriæ verbalis. D. Th. 2. 2. quæst. 72. & fit, cum
verbis, vel signis æquipollentibus læditur honor,
vel reuerentia alteri debita, idem D. Tho. art. 1.
Contumelia enim non solum verbis, sed etiam
factis fit, vt annotauit Sot, de Iust. lib. 5. quæst. 9.
artic. 1. qui etiam ibidem ad 3. subdit contumeliam
differre à detractione, quia contumelia lædit hono-
rem, detractio famam. Contumelia fit in præsen-
tia, detractio in absentia. Differt ab improperio,
& conuicio, quia contumelia infert malum culpæ, vt
honorem lædit, vt hæresim, concubinatum &c.
conuitium malum siue culpæ, siue pænæ. Impro-
perium obijcit beneficium factum in indigentia, &
similia.

198 † In proposito tamen nostro puto contumeliam
esse dictum, vel factum contra reuerentiam debi-
tam Deo, Sacramentis, Sanctis &c. secundum
199 modum respectiuè quo fit. † Nomine autem,
Insignis, puto comprehendi solum aliquam valdè
notabilem contumeliam; & eo gradu Excellentiæ,
quo quis dicitur insignis in aliqua re, debet
à contrario esse insignis irreuerentia, in contu-
melia: iudicare autem hoc remittitur inditio pru-
dentis, qui omnibus rectè perpensis iudicabit.
An autem sit considerandus animus illius qui infert
contumeliam, dicito sicuti diximus de blasphemia.

200 † Tertius casus propositus examinandus est
falsum testimonium; quod est aliquid asserere ve-
rum, quod est falsum, quod quodrupliciter potest
201 contingere, † primo cum asserens aliquid, scit
illud esse falsum, & tamen illud asserit. 2. Cum asse-
rens putat verum, quod asserit, tamen est falsum.
3. Cum asserens putat falsum, quod asserit tamen est
verú. 4. Cum asserens dubitat, an sit verum, quod
asserit, tamen asserit verum. Rursus falsum te-
stimonium potest esse in iuditio, & extra iuditium.
Præterea potest esse cum iuramento, & sine iura-
mento. Sed quia video, vt plurimum, reserua-
tiones fieri de falso testimonio iuramento firmato,
& ex illis, quæ de falso iuramento dicentur, facilè,
& nullo negotio, quid dicendum de falso testimo-
nio sine iuramento, intelligetur ideò, ne eadem
cogar repetere, de falso iuramento reseruato quid
sit dicendum, aperiam Quadrupliciter ergo potest
falsum iurari sicuti, & falsum dici, iam explicatum
202 est, & iuramentum potest esse quodruplex. † As-
sertorium, Promissorium; comminatorium &
execratorium; promissorium cum aliquid promit-
titur, Assertorium cum aliquid affirmatur. Com-
minatorium cum aliquid faciendum comminatur;
execratorium quo Deus inuocatur vindex, & res-
picit tempus futurum. Periurium sicut, & iuramen-
tum potest esse solemnè, & non solemnè. Solemnè
iuramentum est, quod fit additis aliquibus solem-
nitatibus, vt quod fiat super aliqua re sacra, vt tactis
sacris Euangelijs, tacto pectore à sacerdote, super
cruce Sancta &c. vide Couar. de pactis p. 1. §. 1.
num. 2. in quo solet etiam obseruari quod fiat à
ieiuno cap. honestum 3. quæst. 5. quod non est de
essentia sed solum ob reuerentiam, quod non fiat
diebus festis cap. decreuit 22. quæst. 5. cap. omnes
de ferijs nisi tamen negotium super quo iuratur sit
pacis, vel necessitas vrgeat. Siluest. Iuramen. 2.
quæst. 4. & alij 3. Non admittuntur pueri ante 14.
annum cap. Paruuli 2. 2. quæst. 5. Si tamen iurent
peccant vt alij si habeant vsum rationis sufficien-
tem cap. 1. de delict. puer. 4. Excluduntur periuri,
l. qui semel peierarunt. cap. paruuli 2. 2. quæst. 5.
Siluest. loc. cit. quæst. 3. Non solemnè quod solem-
nitatibus caret. His ita possitis.

203 † Si reseruatur tantum solemne periurium, de
illo tantum reseruatio est intelligenda, includitur
tamen omne solemnè periurium. Si reseruatur
periurium, intelligendum est tam de solemni, quam
non solemni, siue in iudirio, siue extra, si reseruitur

tantum in iuditio de illo etiam tantum est intelligendum, & aduertenda est forma reseruationis, vt sciatur quid sit reseruatum Aliquæ tamen sunt difficultates soluendæ ideò.

Si reseruetur Periurium solum cum damno tertij
204 hoc tamen erit reseruatum. † Sed quid dicendum de illis, qui in iuditio falsum iurant pro subleuando reo, non in eius damnum? Respondeo hic duo damna posse considerari vnum, quod potest inferri reo, alterum, quod potest inferri parti, v.g. Petrus occidit Caium patrem aliquorum filiorum, qui eius ope sustentabantur, vel alium ex cuius morte multa, vel aliqua damna patitur eius domus, Titius falsum iurat, vt reus liberetur iste iurat cum damno tertij, licet sit in subleuamen rei; item iurat falsum contra reum, & illi damnum infert; hic etiam dicitur falsum cum damno iurare, & ideò vterque in reseruationem incidit. Neque enim est maior ratio imo vix æqualis quod incidat qui iurat cum damno rei; & non incidat, qui iurat
205 cum damno læsi. † Dices læso remanere ius naturale, vt illi semper teneatur reus de damno, & si liberetur, & multoties post liberationem agi ad pactum de compensando inter partes. Sed ista euasio mihi non plene satisfacit ideò dico, si antequam iuretur falsum pro reo compositio inter partes sit facta; iuramentum poterit dici non cum damno tertij; Si vero non sit facta ante iuramentum puto esse cum damno, quia vere ex suo iuramento damnum infertur, quod autem post liberationem sit facienda compensatio non releuat; quia adhuc est cum damno, quia sequuto liberatione, quæ sequitur ex iuramento satisfactio solet esse minor quam si fieret ante iuramentum, & ideò non ad æqualitatem.

206 † Quid dicendum de illo qui iurat ad subleuandum reum, sed sequitur damnum non parti læsæ sed alijs quibus applicaretur pecunia ad quam soluendam condemnaretur? Respondeo peccare grauitèr ita iurantem non tamen dici iurare in damnum tertij, quia illis quibus illa pecunia est applicanda nullum est ius acquisitum, quia pæna non est debita nisi post sententiam iuxta Doctores, & à me alibi tradita.

207 3. † Quid de illo, qui iurat falsum, putat tamen se iurare verum, & quid de illo qui dubitat. Respondeo si illi qui putat se iurare verum, & iurat falsum, aliqua subrepsit dubitatio, vel aliquo modo aduertit, se non iurare verum, & non præmisit debitas diligentias ad verum sciendum, vere esse periurum; quia tenetur prius inuestigare veritatem, si verò nihil surrepsit tale, vel nulla cogitatio subijt, dico non esse periurum, quia putat verum, quod dicit, nec in aliquo deficit, ad quod teneatur. Idem dico de dubio, si iurat non adhibitis debitis diligentijs, quibus dubium deponat, esse vere periurum.

208 4. † Sed quid, si vere putat, se iurare falsum, vel dubitat, sed re vera dicit verum, eritne iste periurus, & reseruatione tenebitur? Respondeo hunc vere esse periurum, quia vere contra mentem suam it, mentiri autem est contra mentem ire, & quantum in se est adducit Deum in testem falsi, & licet in rigore possit dici non asserere falsum, quia verum est, quod dicit, licet mentiatur, quia asserit quod non credit, & cum reseruatio sit de falso non autem de mendacio videtur non ligari reseruatione. Attamen verum est quod adducit Deum, quantum in se est, in testem falsi, & irrogat illi iniuriam, & per accidens est quod dicat verum. Quod si esset reseruatum non simpliciter falsum iuramentum, sed iuramentum in damnum tertij, licet vere esset periurus non putarem tamen ligari reseruatione, quia vere damnum non infert.

209 5. † Quid de illo, qui non legitimè interrogatur, & iurat falsum; Vel etiam legitimè interrogatur iurat falsum sed vtitur æquiuocatione? Resp. illum qui iurat falsum, & legitimè non interrogatur si aliqua equiuocatione vtatur, nullo modo peccare, quia non dicitur iurare falsum, nec tenetur respondere. Si verò nulla equiuocatione vtatur, vel est reseruatum periurium in iuditio tantum, & tunc puto peccare quidem mortaliter, sed non teneri reseruatione, quia est intelligenda de verò iuditio, si verò sit reseruatum periurium etiam extra iuditium puto non solum esse peccatum, sed etiam reseruatum quia verè est periurus. Quod, si legitimè interrogetur, vel habet aliquam iustam causam æquiuocandi, vt quia sibi timet aliquod graue malum &c. & vtitur æquiuocatione, & puto non esse periurum, nec multò minus teneri reseruatione, quia nec falsum dicit, nec respondere tenetur, si nulla vtitur æquiuocatione puto esse periurium quia falsum dicit, non tamen ligari reseruatione, quia non tenetur respondere, & hoc si sit reseruatum periurium in iuditio.

210 6. † Quid dicendum de illo qui ex metu falsum iurat? Respondeo numquam licere falsum iurare quocumque metu, posito, quia iuramentum est intrinsece malum, nec metus tollit voluntatium, ideò vel aliqua vtitur æquiuocatione falsum iurans, vel nullam; si aliquam excusabitur à iuramenti falsitate; si metus sit sufficiens ad vtendum æquiuocatione; Si verò nulla dicendum vt supra.

Alia, quæ ad iuramentum possunt spectare, vt quando iurans teneatur in iuditio illud retractare, quando teneatur de damno, & alia similia, vt ad reseruationem, de qua ago, non pertinentia, lubens prætereo. Sunt enim ista aliunde petenda, & ista pro istis propositis casibus puto sufficientia.

SVMMARIVM.

1 *Proponuntur casus explicandi.*
2 *Quid sit Bestialitas.*
3 *Committens hoc crimen alijs criminibus ex intentione quam potest habere commaculatur.*
4 *Incestus dicitur proprie, & minus proprie; minus proprie quid sit.*
5 *Vnde dicatur.*
Quid significet strictè, & proprie sumpto vocabulo.
6 *Incestus spiritualis quid sit.*
7 *Aduertentia pro forma reseruationem.*
8 *Incestus spiritualis non intelligitur reseruatus nisi expressa de eo fiat mentio.*
9 *Mulier rem haberes cum duobus, vel pluribus fratribus mariti si reseruetur incestus etiam in quolibet gradu sed cognationis non incurrit reseruatum.*
Est quidem grauissimum peccatum sed affinitatis.
10 *Sextus casus percussio parentum.*
Quid sit percussio.
Vt sit reseruata debet esse mortale peccatum.
Quomodo cognoscatur an sit mortale peccatum.
Qui veniant nomine parentum, & qui filij percutientes incurrant.

11 Raptus

11 *Raptus septimus casus.*
Est propriæ speties luxuriæ.

12 *Malitia istius sceleris diuersimode considsratur in foro fori, & in foro animæ. In foro fori; remissius.*

13 *In foro animæ traditur ibi eius malitia.*

14 *Raptus est quotiescumque vis infertur fœminæ ad copulam sius amoueatur siue non a loco, siue vis inferatur precibus vi comparatis seu minis, & si vis inferatur patri, tutoribus, vel illis sub quorum cura est fœmina licet ipsa in copula, vel adductione consentiat.*

15 *Raptus est fœminam vi abducere licet postea volens consentiat in copulam.*
Item si volens abducatur sed nolens cognoscatur.
Non est raptus si fraude, vel ignorans fœmina cognoscatur.
Erit raptus si fœmina etiam volens abducatur, vel cognoscatur sed cum violentia patris, vel eorum sub quorum cura est.
Non erit raptus si nescientibus, vel ijsdem ignorantibus fœmina volens abducatur, vel cognoscatur.
Raptus est cuiuscumque fœminæ, siue virginis, siue non, siue casta, siue prostituta.

16 *Sponsus abducens, vel cognoscens propriam sponsam dicitur committere raptum si fit cum violentia talis actus.*

17 *Octauus casus, stuprum, est speties luxuriæ distincta à simplici fornicatione.*

18 *Eius malitia consistit in violenta defloratione virginis, siue consentientibus, siue non parentibus.*

19 *Quomodo differat stuprum à raptu.*
An sit duplex peccatum.

20 *Deflorans virginem consentientem inuitis tamen parentibus, an aliquid illis teneatur tradere.*

21 *Falsificatio stripturarum, nonus casus, remissius.*

22 *Editio libelli famosi Decimus casus. Modi sub quibus solet fieri reseruatio.*

23 *Quid sit libellus famosus.*
Ex definitione aliqua colliguntur.

24 *Quid sit, edere libellos, Ex quo aliqua etiam colliguntur.*

25 *Alia definitio libelli famosi, ex qua item aliqua colliguntur.*

26 *Pœnas contra conficientes libellos famosos remissius.*

27 *Lenocinium vndecimus casus, vnde dicatur, & qui sint lenones, & lenæ.*

28 *Cooperantes quicumque illi sint, siue pretio accepto, siue non inducendo aliquem, vel aliquam ad peccatum luxuriæ, vel ad id commoditatem dantes dicuntur lenones, & lenæ.*

29 *Ex dictis patet qui incurrant reseruatum.*

30 *Maritus seu pater permittens vxorem seu filiam peccare tali peccato non dicitur leno.*

31 *Debent aliquo modo cooperari.*

32 *Maritus detinens mulierem adulteram, vt illam ad meliorem frugem adducat non est reprehendendus.*

33 *Exponentes filios hospitalibus casus duodecimus.*

34 *Quid sit exponere filios hospitalibus.*

35 *Explicentur modi, quibus solet fieri reseruatio huius casus.*

36 *Quid veniat nomine locorum piorum.*

37 *Quomodo his casus sit explicandus.*

38 *Reperientes filios in via, & ad hospitale deferentes non incurrunt.*

39 *An deferentes iussu parentum comprehendantur.*

40 *Patres, & matres non incidunt in reseruationem si illis inscijs filij sint expositi, licet post factum sciant.*

41 *Neque incidunt qui filios illegitimos exponunt animo tamen satisfaciendi hospitali si illis esset futurum dedecori domi filios retinere.*

42 *Detentio filiorum in lecto, tertiusdecimus casus.*

43 *Quid intelligatur nomine filiorum.*

44 *Quid nomine infantium.*

45 *Appositum tempus est seruandum, & eo elapso licet detinendo peccetur, peccatum tamen non est reseruatum.*

46 *Si tempus non sit appositum, quid sit seruandum.*

47 *Detinentes eo modo, vt probabiliter non possit timeri periculum non incidunt in reseruationem.*

48 *Maxime consideranda est qualitas detinentis, & filij detenti, an detinens sit somno dedita &c. filius semisopitus &c.*

49 *Quid si detineatur filius in lecto nundum expleto tempore sed pauci desint dies?*

50 *Quid sit detinere.*

51 *Aliqua ex significatione, detinere, colliguntur.*

52 *Varij modi reseruationis explicantur, & aliqui casus deciduntur.*

53 *Notarij legata non reuelantes, quartus decimus casus. Modi reseruationum apponuntur.*

54 *Quid requiratur, vt legatum sit causa pia.*

55 *Quando ista requisita præsumantur concurrere in legato.*

56 *Intra quod tempus notarij teneantur reuelare legata, siue sit appositum, siue non;*

57 *Non satisfacientes legatis, casus quintus decimus.*

58 *Quod tempus sit concedendum ad soluenda legata.*

59 *An sit causa sufficiens non soluendi legata quia hæres non potest vendere bona hæreditatis pretio quo ipse vellet.*

60 *Quid si afferat si non posse soluere quia soluendo non poterit amplius viuere iuxta suum statum, vel quia debitis premitur.*

61 *Administratores locorum, vel bonorum Ecclesiasticorum retinentes reditus apud se; sextusdecimus casus.*
Qui sint administratores. Sunt veluti depositarij.
Re administrata non possunt vti. Si vtantur periculum illis stat, finita administratione tenentur reddere rationes, & statim soluere si debitores existant.

62 *Falsificatio monetarum vltimus casus.*

63 *Vnde dicatur moneta.*

64 *Quid sit falsarius.*

65 *Quid in casu nostro significat Falsarius.*

66 *An sit falsarius tondens monetam exuberantem.*

67 *An expendens falsam monetam sit falsarius.*

68 *Quis sit falsarius scripturarum.*

69 *Cuius ponderis debeat esse moneta ne sit falsa.*

70 *Qui non est princeps cudens monetam cuius ponderis debeat cudere.*

71 *De Tertio casu nempe sodomia huc reiecto.*

72 *Modi quibus solet fieri reseruatio.*

73 *Explicatur primus modus concubitus contra naturam.*

74 *Qui incidant in hunc casum.*

75 *De reseruatione sodomiæ.*

76 *Varij*

76 *Varijs nominibus appellatur.*
77 *Quid sit sodomia.*
78 *An concubitus masculi cum fæmina in vase indebito sit sodomia.*
79 *Quomodo fæmina cum fæmina committat sodomiam remissiue.*
80 *Vt hoc scelus sit reseruatum debet esse completum.*
81 *An sit reseruatum si in fraudem legis non compleatur idest ne reseruatio incurratur.*
82 *Quomodo sit intelligendum quod nihil contra legem sit agendum. Fraus, & dolus non debet patrocinari.*
83 *Pueri ante decimum quartum annum an teneantur ista reseruatione.*
84 *An incurrant tam patientes quam agentes.*
85 *An circumstantia Affinitatis, vel Cognationis naturalis sit explicanda.*
86 *An circumstantia voti castitatis.*
87 *Maritus excitando se in vase indebito pro habenda copula in vase debito an peccet mortaliter.*
88 *Quid intelligatur cum reseruatur sodomia, & abusus fæminarum.*
89 *Quid intelligatur per nefandum crimen.*
90 *Quid per peccatum contra naturam.*
91 *Quare dicatur contra naturam.*
92 *Requisita ad licitam copulam ex rei natura.*
93 *Explicantur requisita, & opposita vicia.*
94 *Quomodo appellentur ista vitia.*
95 *Quæ veniant sub hac reseruatione ex vi verborum.*
96 *Quid ex alijs capitibus.*
97 *Notanda in casu sodomia pro Clericis.*
98 *Constitutio Pij est vsu recepta tantum in foro fori.*
99 *Clericus cum muliere etiam in vase indebito rem habens non incurrit pœnas.*
100 *Ad incurrendas requiritur exercitium.*
101 *Ligantur tam agentes quam patientes.*
102 *Soluitur quædam obiectio.*

De casibus Episcopis reseruatis.

XCVI.

1 SOlent etiam reseruati magis frequenter infra-
scripti casus, & à me pariter quæsitum est non
semel, vt quomodo sint intelligendi, secundum
quod sentio traderem, ideò per sequentia respon-
di. Casus igitur sunt. 1. Homicidium 2. Abortus
3. Sodomia 4. Bestialitas 5. Incæstus 6. Percussio
parentum 7. Raptus 8. Stuprum. 9. Falsificatio
scripturarum 10. Libelli famosi ædici 11. Lenoci-
nium 12. Exponentes filios hospitalibus 13. Deti-
nentes filios in lecto. 14. Notarij non reuelantes
legata. 15. Non satisfacientes legatis pijs. 16.
Administratores rerum Ecclesiarum, & redditus
apud se detinentes. 17. Falsarij monetarum. Et de
primò secundò, & nono diximus satis cum de casi-
bus pro Regularibus reseruatis verba faciebamus.
Nunc de reliquis de tertiò vide in fine, & de quar-
tò, idest Bestialitate nunc agemus.
2 † Bestialitas est concubitus venereus cum re non
eiusdem speciei, vt cum aliquo irrationali anima-
le, vel cum bellua tam actiue, quam passiue D.
Thom. 2. 2. quæst. 154. Siluester. verbo Luxuria,
& alij. Ad hoc crimen reducitur etiam coitus
cum dæmone; Caietanus ad D. Thom. loc. citat.
3 art. 11. dub. 3. † Aduertat tamen confessarius hoc
crimen alijs criminibus etiam commaculari iuxta
intentionem illud committentis, si enim intendat
habere rem cum muliere coniugata, habebit de
formitatem adulterij, si cum mare, sodomiæ &c.
nec aliud de hoc pessimo crimine est dicendum. Si
quod enim dubium emergit, ex generalibus regulis
soluitur.
4 † Quintus casus est incæstus, qui dicitur dupli-
citer, & proprie, & minus proprie; minus proprie
5 significat quemuis illegitimum concubitum, † &
componitur ex in, & Cæsto, veneris cingulo, quo
amor maritalis secundum ethnicos in legitimis
nuptijs conciliabatur, quasi sit concubitus sine legi-
timo amore, & hoc modo adulterium, fornicatio
&c. dicitur incæstus l. si adulterium ff. ad l. Iuliam
de adult. stricte, & proprie significat illegitimum
concubitum personarum consanguinearum, vel
affinium vsque ad quartum gradum inclusiue vide
D. Tho. 2. 2. quæst. 154. art. 9. ad 1. Sotum in 4.
distinct. 37. quæst. vnica art. 2. & Canonistas in
6 cap. Lex illa præteritorum 36. quæst. 1. † Est etiam
incestus spiritualis, qui est concubitus cum monia-
li, quæ cum sit sponsa Christi, qui est pater omnium
nostrum, censetur & ipsa mater spiritualis D. Tho.
7 art. 10. ad 1. † Pro intelligentia reseruationis ob-
seruanda est forma, qua fit reseruatio, aliquando
enim est reseruatus incestus tantum quoad consan-
guineas; aliquando quoad consanguineas, & affi-
nes, aliquando solum vsque ad secundum, ad ter-
tium gradum, & iuxta formam est facienda restri-
8 ctio, vel ampliatio reseruationis. † Non intelligi-
tur tamen reseruatus incestus spiritualis, nisi de
illo fiat expressa mentio, quia de raro contingenti-
bus non solet fieri reseruatio, & vsus obtinuit, vt
exprimatur. Certum quidem est, quod si reserua-
tioni addantur gradus, vt incestus vsque ad secun-
dum vsque ad tertium gradum non intelligitur re-
seruatio de spirituali, qui non habet gradus.
9 † Ex dictis collige si reseruetur incestus in quo-
libet cognationis gradu, non incurrere reseruatio-
nem mulierem, quæ rem haberet cum vno duobus,
vel pluribus fratribus mariti, licet alias grauissime
peccaret, quia talis copula est tantum in primo af-
finitatis gradu, quæ non est reseruata in nullo au-
tem cognationis, de qua fit reseruatio. Affinitas ex
illicita copula non excedit secundum gradum, ideò
vlterior non reseruatur.
10 † Sextus Casus est percussio parentum; in quo
est expendendum, quid sit percussio, & qui nomine
parentum veniant. Percussio est inflictio ictus, ex
quo excluditur eleuatio manus, sed sine inflictione,
intelligitur autem quocumque medio facta siue
manu, siue pede, siue baculo, dummodo tamen sit
peccatum mortale, quod cognoscitur ex grauitate
offensæ, & ex irreuerentia, potest enim percussio
ex se esse leuis, quæ erit grauis ex irreuerentia;
iudicabit ergo prudens, & cum erit peccatũ mor-
tale, erit reseruata. Nomine parentũ veniunt tantũ
qui genuerunt; est enim reseruatio facta in hono-
rem, quem patri debet filius; & intelligitur tam de
patre, quam de matre, tam de filio, quam de filia, tã
legitimis, quã illegitimis; est enim eadem ratio.
11 † Septimus casus est. Raptus, & dico Raptum
esse propriam speciem luxuriæ. D. Thomas loco.
cit. art. 7. & ita D. Isidorus lib. Etymologia: cap.
26. & refertur 36. quæst. 1. cap. 1. dixit raptum
esse coitum à corrumpendo dictum, raptumque
potientem stupro frui, & ita docent Decius cons.
234. num. 8. volu. 1. Carrer. pract. crimin. vbi de
raptu mulieris num. 17. Clarus lib. 4. recept. §.
raptus num. 1. Decian. tract. Crim. lib. 8. cap. 7.
num.

12 num. 38. † Malitia istius sceleris diuersimode
consideratur in foro externo ad pœnas temporales,
& in foro interno ad confessionem. Pro considera-
tione quoad forum externum vide Sanchez disp.
13 12. de matr. lib. 7. † quoad considerationem in
foro conscientiæ, de qua agimus. Malitia raptus
consistit in hoc, quod homo affectu luxuriæ impul-
sus eo perueniat, vt quo libidinem expleat, vim
inferat fœminæ, aut ijs, sub quorum potestate est,
& cura, imo, cum actus venereus in solo matrimo-
nio legitimè exerceatur, & matrimonium, vt de-
bito ordine ineatur, desideret fœminæ, & eorum
quorum sub cura est beneplacitum l. vnica ad fin. C.
de raptu Virg. inde fit, copulam raptu extortam
specialiter deuiare à recto ordine, eo quod aduer-
setur beneplacito fœminæ, aut eorum, quorum
potestati subditur, vel curæ; colligitur ex D. Tho.
loco citat. art. 7. ad 2. & Caiet. ibidem in solut.
ad 2. dub. Ex quo infert Sanchez loc. cit. num. 3.
in raptu esse duas malitias spetie distinctas, alte-
ram aduersam castitati, alteram aduersam iustitiæ.
Contrarium tamen docet D. Thomas ibi art. 2. ad
2. quē tamen explicant Caietanus, & Vasquez apud
Sanchez loco cit.

Regula generalis quam desumo ex ijs quæ habet
14 Sanchez loc. cit. à nu. 30. ad 40. est ista. † Raptus
est quotiescunque, vis infertur fœminæ ad copu-
lam, siue amoueatur, siue non de loco, in quo est,
sine inferatur vis, precibus importunis, seu minis,
quæ tamen vi æquiparentur, etsi violentia infera-
tur patri, tutoribus, vel illis, sub quorum est cura,
etiamsi in copula, vel abductione consentiat fœ-
mina.

15 † Ex qua regula infertur esse raptum si fœmina
sui iuris abducatur à propria domo ad copulam
carnalem, licet postea in copulam consentiat, quia
vere est rapta ad copulam; Item esse verum rap-
tum, si volens, è domo educatur, at postea nolens,
& inuita cognoscatur, quia adhuc est cum violen-
tia talis actus Sanchez num. 34. Non erit tamen
raptus si fraude, vel ignorans fœmina cognoscatur,
vt si fraudolentèr multa illi promittantur, si dor-
miens cognoscatur, quia non infertur vis, quæ est
necessaria ad raptum; sicuti non est rapina rem ab
aliquo ignorante, vel fraude surripere. In foro
tamen fori, vt procedatur ad pœnas desideratur
violenta de loco ad locum adductio. Erit etiam
raptus in foro conscientiæ, quotiescumque fœmina
siue abducitur; siue cognoscitur, etiam volens, sed
cum violentia eorum, sub quorum est cura. Si verò
abducatur, vel cognoscatur volens sed nescienti-
bus parentibus, vel ijs, quorum sub cura est non
erit stuprum, quia nullibi vis quæ ad stuprum est
omninò necessaria. Aduerte lector diuersimode
esse loquendum in foro fori, & in foro animæ. Cum
ergo reseruatio fiat pro foro animæ habes suffi-
cientèr, quando raptus erit reseruatus; si addidero
raptum posse esse cuiusuis fœminæ, siue Virginis,
siue Castæ, siue etiam prostitutæ, dummodo vis in-
tercedat, siue in copula siue in abductione, & fit
causa libidinis, si enim abductio fiat alio fine,
non erit raptus. Potestque esse raptus tam
dè viro vim à fœmina, vel per se, vel per alium
patiente, quam de fœmina à viro. Sanchez num.
37 38. 40.

16 † Superest difficultas, an sit raptus propriæ spon-
sæ. Respondent aliqui non esse raptum, si sponsus
abducat, vel cognoscat sponsam vi. Alij temperant
non licere si afferat se velle deliberare de religione
capessenda, ad quod ea iure habet bimestre; pri-
mum asserit Capeauille de raptu quæst. 2. §. Quarto
neque illum, secundum tradit Sot. 4. dist. 27. quæst.
1. art. 4. vers. Quid autem iuris. Sed puto simpli-
citèr esse raptum, quia vel rapit, vel vtitur ad libi-
dinem non licitam muliere non sua. Dices cum
Capeauill. esse suam ratione matrimonij initi. Sed
Respondetur non esse adhuc suam; sed debere prius
labi tempus illi à iure concessum ad deliberandum
de ingressu in religionem; quod si esset mariti non
haberet hoc ius. Est ergo mariti, quia alium præter
illum non potest ducere; non est mariti, quia illa
non potest vti, nisi tempore illo elapso quod est
concessum ad deliberandum; & ideò vere infertur
vis ad copulam non debitam, quod sufficit ad
raptum in foro conscientiæ vide Sanchez lib. 2. de
matrim. num. 14. & seq.

17 † Octauus casus est stuprum, quod est quædam
species luxuriæ distincta à simplici fornicatione.
Difficultas est in quo sita sit eius malitia; multa de
stupro vide apud Lessium lib. 2. cap. 10. dub. 1.
& Sanchez de matr. lib. 7. disp. 14. per totam Ego
18 breuitèr dico † malitiam stupri consistere in hoc,
quod virgo violetur inuita, siue consentientibus,
siue non parentibus, & ad rationem stupri nihil
conferre assensum, vel dissensum parentum, sed
constitui defloratione virginis inuitæ, & coactæ;
quod, si virgo consentiat etiam inuitis parentibus,
non erit stuprum, quod autem maximus mæror
afferatur ex hoc parentibus, hoc facit esse pecca-
tum contra debitam reuerentiam illis, vel contra
charitatem proximi, non autem pertinet ad ratio-
nem stupri. Vide Sanchez, & Lessium locis citatis,
vbi etiam reperies solutionem eorum quæ contra
obijciuntur.

19 † Differt stuprum à raptu, quia raptus solum
violationem importat nulla habita ratione ad sta-
tum, æque enim est raptus violatio virginis, ac cu-
iusuis alterius fœminæ, siue sit coniugata, siue so-
luta, stuprum vero consistit tantum in violatione
virginis; & subdit Sanchez loco cit. num. 7. qui
cognoscit virginem duplicem malitiam spetie di-
uersam committere, & necessario explicandam
vna enim est stupri, altera raptus. Raptus enim
se habet, vt quid superius, stuprum, vt quid inferius
in genere luxuriæ, ita ille, sed quidquid sit de hoc,
puto certum habentem facultatem absoluendi à
stupro posse absoluere à stupro etiamsi non habeat
à raptu quia nulla esset tales facultas si illa require-
retur; non potest tamen à stupro, qui habet à
raptu; & cum sint casus distincti requiritur distincta
facultas absoluendi, habita tamen pro vno intel-
ligenda est complete pro illo. Ex his sequitur de-
florationem virginis consentientis non esse neces-
sario exprimendam; sed venire sub fornicatione
simplici: ita præcitati Doctores, & alij apud
ipsos.

20 † An autem deflorans virginem consentientem
teneatur aliquid tradere parentibus, quia si volue-
rint illam matrimonio collocare, maior dos erit
tradenda, negat paritèr Sanchez, quia nulli est
illata iniuria, non puellæ, quæ consensit, non pa-
rentibus, qui nullum ius in ea virginitate habent,
& puella si non potest nubere matrimonio adeo ho-
nesto, vt fecisset virgo, sibi imputet, vide cætera
apud dictos Doctores.

21 Nonus † casus est Falsificatio scripturarum, de
quo satis egimus, cum de casibus reseruatis Regu-
larium.

22 Decimus † Casus est libelli famosi æditio. Hic
casus aliquando hoc modo solet reseruari, libelli
famosi,

famosi, aliquando libelli famosi æditio, vel libellos famosus ædentes, Aliquando libellos famosos facientes, edentes, legentes retinentes; pro expli-
23 catione omnia sunt consideranda, & † 1. Libellos famosus est compositio in scriptis facta in infamiam alicuius eius, quod probare non vult, & in publico iactata, vel in loco vbi inueniatur. Siluester verbo Libellus quæst. 5. & ante ipsum Angelus verbo Libellus famosus; dicitur compositio, quo nomine comprehenduntur omnes modi scribendi in infamiam, siue soluta oratione, siue carmine; in infamiam, quia, nisi sit in detrimentum famæ alicuius, non erit libellus famosus, eius quod probare non intendit, qui si offert se ad probandum licitis modis nec dum erit libellus famosus, In publico, vel in loco in quo reperiatur iactata, nisi enim sit iactata, non erit libellus famosus. Ex quibus colligitur, quod si reseruentur libelli famosi tantum non incident in reseruationem illos componentes, vel facientes nisi etiam proijciant in locum publicum, vel in quo inueniantur, item si proiecerint, & antequam inueniantur iterum sumant l. si quis §.
24 edere ff. de edend. est ideò. † Edere est extra dare l. Aretusa de stat. hom. & cum scriptum exhibetur, & sit copia describendi manifestare scripto, vel impressione, etiamsi in loco publico non ponantur, sed sufficit alteri tradere. Quomodo etiam erit casus inclusus sub illa forma reseruandi, libelli famosi, si qui composuit, illum alicui tradat, quia iam ab alio est inuentus, sub qua forma prohibitionis, vel reseruationis, licet non includatur ille qui composuit, & nulli dedit, vel in loco non posuit, vbi possit reperiri, qui tamen illum non composuit sed apud se habet quocumq; modo habeat reseruatione ligatur, quia iam est repertus, ratio enim huius reseruationis est fama proximi, quæ non potest lædi, quousq; libellus non reponatur in loco in quo reperiatur, statim autem ac est repertus, fama proximi periclitatur, ideò erit reseruatus, non erit autem reseruatus quousque permanebit in loco secreto apud eum, qui illum composuit, eadem ratione, quia nec dum fama periclitatur. Quod si reseruatio fiat de facientibus libellos famosos, incidet qui facit, vel componit, etiamsi nemini tradat, vel nullo modo exponat; non incident tamen retinentes, vel legentes, quia reseruatio est tantum de facientibus, si reseruatio fit de legentibus, vel legens scit esse libellum famosum, vel nescit, quando ille, qui legit scit esse libellum famosum, puto incidere si legat eam partem libelli, quæ sufficiens sit ad manifestandam infamiam aliquam; si vero legat tantum aliqua verba non sufficientia, puto non incidere, quia non legit libellum famosum formalitèr, sed tantum materialitèr. Si verò nesciat esse libellum famosum, & legat aliquam partem continentem infamiam aduertens se legare, & aduertentia sufficiat ad mortale, incidet, si autem non aduertat, non incidet. Neque incidit qui litteras alicui scribet, in quibus retegit infamiam alicuius, quia non sunt scriptæ animo, vt publicentur, nec sunt expositæ in loco apto publicationi. Neque incidunt qui infamiam publicant alicuius, ex quo excusantur historici aliqua scribentes publica in infamiam alicuius. Incidet tamen, qui aliquam, licet breuissimam, scripturam conficit, si infamiam contineat; Item, qui crimen alicuius secretum in schedula describit, & deinde iudici, vel superiori porrigit exponens in aliquo loco, vt inueniat non apposito nomine proprio, & hoc faciat, vt inquirat, & etiam apponendo nomina complicium delicti, quod probat Molina apud Bonacinam de rest. disp. 2. quæst. 4. punct. 9. nu.
25 5. Qui num. 1. definit libellum famosum † quod sit scriptura, vel signum, quod alicuius infamiam continet nundum antea publicatam, vt publica fiat, & in notitiam aliorum veniat statim, aut paulatim siue postea publica fiat, siue non eo quod ab aliquo comburatur, vel laceretur, vel aliqua ratione impediatur, & pro hac definitione citat Siluestrum, apud quem non reperio, quod libellus sit signum, sed tantum quod sit compositio in scriptis facta, & appositio ista multum refert, quia, si in definitione apponatur illud verbum, signum, comprehenduntur affixio cornuum, deturpatio portarum, & his similia, quibus infamia publicatur, tamquam per signa, si verò non apponatur omnia similia excluduntur, In reliquis placet vtpote quæ magis exprimit, si tamen ita intelligas reliqua, vt si combustio, laceratio &c. libelli fiat ab eo, qui libellum confecit, antequam ad cuiusuis manus perueniat talis compositio non dicatur libellus famosus, quia deest ratio publicationis, quæ est de
26 essentia libelli famosi. † Pœnas quas incurrunt conficientes huiusmodi libellos, & obligationem satisfaciendi vide apud Angelum, Bonacinam, & alios, quæ, quia non sunt ad præsens institutum reseruationis, volens prætereo; necessario tamen sunt videndæ pœnæ, vt sciat confessarius, quomodo se gerere debeat. Quoad restitutionem enim, vel satisfactionem, clarum est teneri eo modo, quo fama læsa resarciatur.

27 Vndecimus † Casus est Lenocinium, ex quo dicuntur Lenones, qui sunt homines, vel mulieres, pater, mater, & quilibet alius, qui verbis inducit aliquem, vel aliquam ad peccandum. Lenones dicuntur, qui pretiam accipiunt pro inducendis virginibus, coniugatis, & solutis ad peccata luxuriæ; maritus qui vxore adulterio, mater pater qui filiam prostituunt, vel peccato subijciunt, homines, & mulieres, quæ mulieres retinent prostitutas, vt sui copiam faciunt, omnes sunt Lenones, & Lenæ.
28 † Vno verbo omnes qui cooperantur siue pretio, siue sine pretio ad peccatum luxuriæ inducentes aliquem, vel aliquam vel commoditatem illis dantes dicuntur Lenones, Lenæ, etiamsi voica tantum vice id præstent; ita expositores horum
29 nominum. † Ex his patet, qui incurrant reseruatum casum, nempe omnes, qui cooperantur tali vitio, inducendo ad illud, vel dando operam, vt fiat.
30 † Non puto tamen maritum, qui permittit vxorem similia agere esse leonem, nec similitèr patrem, nisi vel inducant, vel prostituant, &, si quæ sunt leges, quæ maritum retinentem mulierem in adulterio, vocent Lenonem, sunt intelligendæ ex præsumpta cooperatione, vt est l. Crimeo Lenocinij C. ad legem Iul. de adulteris.
31 † Et ex modo communi loquendi alio vocabulo vocatur maritus, qui mulierem prostituit, & ille, qui sciens mulierem adulteram illam tolerat. Neq; ex eo quod quis tenetur impedire aliquod huiusmodi crimen, vt adulterium, maritus, stuprum, vel fornicationem filiæ pater, sequitur statim ac permittat esse Leonem, sed debet aliquo modo cooperari. Nam vulgari sermone aliquo modo cooperantes dicuntur (Ruffiani) quod est idem an Lenones, & Lenæ, qui verò mulierem in adulterio toleram (becbi contenti) sunt tamen omnes pessimum genus hominum, Inhonori, Infames, omni vituperio digni, & maximis pœnis puniendi.

32 † Ex

32 † Ex charitate tamen Christiana non sunt dam-
nandi, qui huiusmodi mulieres retinent non
coperantes eorum malefactis; sed eas reprehen-
dentes, & curantes, vt ad bonam frugem reducan-
tur.

33 Duodecimus † casus comprehendit exponentes
filios hospitalibus. De his scio me aliquid alias
34 dixisse. Nunc quoad reseruationem attinet. † Ex-
positio nihil est aliud, quam ablegato pietatis offi-
cio proprios filios alicubi ponere; colligitur ex cap.
vnico, de Infantium expositione, ex cap. fin. 87.
dist. ex C. de Infant. expos. ex l. Nemini C. de
Episc. audien. & ex Auth. homnes C. com. de succes.
35 † Aliquando solet fieri simpliciter reseruatio, vt
exponentes proprios infantes; & tunc, quia reser-
uatio est facta respectu iniuriæ, quam inferunt pa-
rentes suis filijs, vel ob periculum, quod possunt
pati ex expositione, incurrunt exponentes etiamsi
expositio fiat sine damno alicuius, est enim magna
iniuria, quæ infertur filio legitimo illum exponen-
do, an autem aliquando excusentur, diximus alias,
& dicemus infra certum est non excusari si filios
cum periculo vitæ exponant. Aliquando solet fieri
reseruatio in fauorem alicuius loci pij, vt hospita-
lis, vel alterius loci quocumq. nomine vocetur, &
tunc finis est seruare indemnia ab expensis, illa
loca, & in hunc casum, sicuti etiam in primum
incidunt, tam exponentes ipsi se ipsis, quam expo-
nentes per alios, quia intentio reseruantis non est
simpliciter reseruare illam rem, sed quatenus ex
illa, nempè expositione sequitur, vel infamia filio,
vel periculum, aut loco damnum, quibus casibus
vere, qui per alium facit, per se ipsum facere vide-
36 tur. † Nomine locorum piorum veniunt. 1. Mo-
nasteria; speculator in cap. sciant cuncti de elect.
in 6. 2. Xenodochia idest loca, in quibus recipiun-
tur peregrini, & aduenæ cap. de Xenodochijs de
relig. domi. 3. Hospitalia ex Trid. sess. 22. cap. 9.
Confraternitates, & montes pietatis.

37 † In hac tamen reseruatione explicatio casus
non est ita facienda, vt qui hospitalibus, vel pijs
locis filios non exponunt idest in rota, vel in limi-
ne loci non ponunt, non incurrant; sed sufficit
quod ad illa quomodolibet perueniant, aliter faci-
le reseruatio eluderetur, & locus non seruaretur
indemnis, quia possent alibi exponi, & postea de-
38 ferri per alios ad dicta loca. † Neque puto teneri
ad quidquam nec reseruatione innodari illos, qui
reperientes filios expositos in suis domorum limi-
naribus, vel alibi filios ad hospitalia deferunt, quia
vere isti non dicuntur exponere, Dices teneri sal-
tem manifestare se hospitali, vt enarrent, vbi quan-
do &c. filium repererint expositum; sed respondeo
neque ad hoc teneri, quia possent se multis diffi-
cultatibus implicare, & aliquam infamiam subire,
deferunt ergo ex debito charitatis quia cum ipsi
alere non teneatur deferunt ad loca, vbi tales filij
aluntur, & obligatio remanet satisfaciendi apud
primum exponentem.

39 An † autem non solum teneantur illi, qui expo-
nunt principaliter, voco principaliter exponentes
patrem, matrem, & alios, ad quos spectat alere
filios, an etiam illi, qui iam reperiunt expositos,
de quibus diximus, sed qui tamquam ministri de-
ferunt, quia iussi, est controuersum. Puto tamen
deferentes non comprehendi, nisi aliqua verba
adiungantur in reseruatione id indicantia, quia
deferentes non dicuntur proprie exponere quod
est ablegato pietatis officio filium à se abijcere,
& alibi ponere, quod semper verum est de illis,
ad quos spectet alere, siue per se, siue per alium
faciant, quod non potest verificari de deferente.
Nec puto hospitalia, in quorum gratiam ista
reseruatio fertur adeo rigorosam velle interpreta-
tionem adhiberi, ob varias circumstantias, quæ
possunt intercedere, quæ licet non eximant ab
obligatione debiti, cohonestare tamen possunt
40 delationem infantium ad talia loca. † Patre ta-
men, & alij, qui filios alere tenentur non afficiun-
tur reseruatione, si illis omninò inscijs sunt expo-
siti, licet postea sciunt esse expositos, tenentur
tamen loco, nisi alius satisfecerit, de damno pri-
mum patet quia ipsi non exposuerunt, secundum
item patet quia non ideò, quia filius est expositus,
cessat eorum obligatio alendi. Non incidunt, qui
exponunt cum filios alere non possunt; incidunt
autem si possunt sed non commodè possunt tamen.
41 † Nec incidunt illi, qui filios illegitimos exponunt,
licet possint commodè alere, quia suppetunt facul-
tates, at si alant, erit illis dedecori, dummodo
tamen intendant hospitali satisfacere. In reliquis
sunt expendenda verba reseruationis, si enim sint
de pijs locis, de istis tantum erit intelligenda, si de
filijs tantum legitimis, de istis, si de omnibus, item
de omnibus; & ex aduertentia verborum facile
soluentur reliquæ difficultates.

42 † Terciusdecimus casus est detinentes filios in
lecto. Qui casus aliquando reseruatur modo dicto,
43 ad cuius explicationem obseruandum est † nomi-
ne filiorum, non intelligi tantum à se genitos, ita
vt casu reseruato teneantur solum parentes, sed
intelliguntur omnes paruuli, qui generice dicun-
tur, filij, quia reseruatio est facta ad tollendum
periculum oppressionis, quæ cum sit periculosa
non solum respectu parentum, sed quorumcumque,
de quibuscunque est intelligenda, est idem ergo
44 filius, ac infans in proposito. † Nomine verò in-
fantium in proposito puto intelligi pueros nun-
dum anno expleto suæ natiuitatis, intra quod tem-
pus videtur versari periculum, & ista explicatio
videtur confirmari ex varijs formis reseruationum,
in quibus id tempus apponitur, quasi explicando,
quando præsumatur adesse, & abesse periculum,
adesse intra annum, abesse autem anno expleto, &
hoc quoad reseruationem, quæ non est extendenda
45 vltra mentem legislatoris, † ideò si apponatur
tempus determinatum, eo expleto etiamsi cum
periculo peccent mortaliter detinendo, non incur-
46 rent tamen reseruationem. † Si verò nullum sit,
tempus appositum, puto etiam sufficere annum
quia lex non fertur de casibus specialibus, sed de
vniuersalibus, cum autem soleat sufficere annus ad
tollendum periculum, videtur eo expleto cessare
etiam reseruationem, numquam tamen durante
periculo, cessabit peccatum mortale, ideò non
47 poterunt detinere. † Non incidunt tamen in re-
seruatum detinentes tali modo, vt probabiliter
48 non possit timeri periculum, † ad quod est maxime
consideranda qualitas detinentis, & filij detenti, si
enim detinens sit persona somno dedita, nequam &
parum sollicita, periculum est timendum, si filius
parum viuidus, sed quasi semisomnis &c. item erit
49 timendum. † Sed quid si puer detineatur in lecto
nundum elapso anno; sed duo, vel tres dies desint
ad complementum incurrerent ne reseruationem eo
tempore detinentes? Respondeo si probabiliter ti-
meatur periculum vere incidere, quia adest pericu-
lum, nec tempus præscriptum est elapsum; si verò
non timeatur periculum, putarem tempus non esse
ita de momento ad momentum computandum.

50 † Sequitur videndum, quid sit detinere; & puto
in præsenti significare retentionem in lecto tanto
tempore, quo periculum possit timeri, si enim
mater, vel nutrix detineat filium in lecto aliquo
paruo tempore, & experge facta, non puto inci-
dere. Quod si detineatur in lecto temporeo tali,
51 quo possit timeri periculum, incurret. † Ex quo
excusatur mater, vel nutrix quæ paruulum frigore
lugentem sumit, & in lecto detinet animo repo-
nendi calefactam, vel si sumat, vt lac præbeat eo-
dem animo, at postea nolens ob dormiat, & filium
detineat tunc enim non puto peccare, nec reserua-
tione ligari, maxime si aliqua ratione possit coho-
nestari actio illa aliqua circumstantia, vt quod alio
modo non possit lac præbere, vel calefacere ob pau-
pertatem, vel infirmitatem, quæ magis expresse vi-
debuntur in sequentibus, quæ enim de sequentibus
dicentur de præteritis etiam respectiue poterunt
52 dici. † Solet ergo aliquando reseruari oppressio
infantis. Quo casu non censetur reseruata detentio,
poterit quidem esse mortale peccarum, sed non
erit reseruata; licet ergo detineatur filius sed non
opprimatur, non erit reseruata detentio, sed re-
quiritur oppressio. Excusantur matres à peccato,
& oppressione, si ita sint pauperes, vt cum non
habeant, quo possint frigus à filijs arcere, nisi apud
se detineant pectori admotos, si ea diligentia, quæ
illis per paupertatem licet, detinent, licet postea
suffocentur, quia tenentur filios ab illis iniurijs
temporum defendere, & si sequitur oppressio est
per accidens. Neque matrem puto peccare, quæ
filium sumit in lecto, vt illi præbeat lac, & postea
obdormit, & filium suffocat quia est per accidens
ista suffocatio nisi tamen aliquo modo aduertat ad
periculum. Ex his facilè poteris alios casus soluere.
Vnum addo non peccare oec ligari reseruatione
quæ filium in lecto detinet cum debitis cautelis,
etiamsi cunam non adhibeat, ita tamen, vt peri-
culum probabiliter possit dici vitatum, nec item
teneri reseruatione si iisdem adhibitis diligentijs
postea filius suffocetur, quia talis mors, & suffocatio
censetur sequi per accidens.
53 † Quartusdecimus casus Notarij non reuelantes
legata. Pro explicatione, quis sit Notarius puto
omnibus notum esse ideò hoc supposito. Aliquan-
do reseruatio fit de reuelatione non facta omnium
legatorum, Aliquando legatorum tantum ad pias
causas; ideò de istis dico; legarum esse donatio-
nem à testatore relictam, & ab hærede præstandam,
& debetur post mortem testatoris, & adita hære-
ditate ita Angelus Verbo legatum. 2. in prin. Sil-
uester ibidem, & communiter per text. §. 1. Instit.
54 de legat. † Vt verò legatum sit causa pia debent
duo concurrere, pietas personæ, &, vt causa pia
fiat; vnde si quis legaret diuiti, licet legans diceret,
se id facere causa pietatis, non esset pia causa, quia
deficit pietas in persona, & è contra, si quis legaret
pauperi non causa pietatis, sed alio fine, non dice-
retur causa pia, quia deficeret pietas in causa,
debet ergo fieri legatum causa pietatis, & debet
procedere ex pietate personæ idest debet fieri
propter Deum, vel in redemptionem animæ. Vide
55 Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 4. num. 9. † Præ-
sumuntur autem concurrere ista duo quando lega-
tum fit locis pijs, personis pijs, vt religiosis, &
pauperibus, nisi contrarium probetur, idest quod
huiusmodi legata non fiant causa pietatis. Potest
esse dubium de legato facto pauperi consanguineo,
eo quod dubitetur, an præualuerit affectio sangui-
nis, an causa pietatis; & Doctores affirmantes, &
negantes refert, Sanchez, & ipse fatetur esse quæ-
stionem satis dubiam. Ex dictis patet, quid sit
legatum, & quid legarum pium, & consequenter
quando reseruatione ligentur notarij non reuelan-
56 tes legata. † Solum posset quæri intra quod tem-
pus teneantur reuelare, & quidem si in reseruatio-
oe sit affixum, & præscriptum, illi standum est, si
non est præscriptum puto bimestre posse assignari,
hoc enim tempus vtpote aptum ad faciendam de-
nunciationem solet præfigi etiam in reseruationi-
bus, ex quo videntur Episcopi hoc tempus iudicare
proportionatum, & condecens.
57 † Quintusdecimus casus est non satisfacientes
legatis. Hic casus per se manifestus est. Solum
58 aliquæ difficultates incidentes sunt soluendæ. † &
1. Quod tempus possit concedi illi, qui tenetur
legatum soluere. Et quidem si à testatore, vel in
reseruatione casus sit expressum, illi omninò est
standum. Quod si non sit expressum, puto hoc dis-
cretioni Confessarij esse relinquendum. Aduertat
tamen confessarius, aliquando se in hoc casu non
posse arbitrari. v. g. si Episcopis in reseruatione
auocet à quocumque, & aduocet ad se cognitio-
nem istam, vel cognitionem possibilitatis, vel im-
possibilitatis soluendi, quia cum hoc spectet ad
forum exterius, confessarius nihil potest io his
cognitionibus. Et optime sibi reseruant Episcopi
hanc cognitionem, quia multoties pænitentes con-
fingunt impossibilitates, quas credunt confessarij
veras, quas tamen examinatas in foro fori cognos-
cunt Episcopi falsas, & circa has reseruationes nihil
posse confessarios alibi probaui.
59 † Secunda difficultas est, an sit causa sufficiens
noo soluendi legata, quia hæres oollet vendere
bona hæreditatis, vel quia alijs debitis tenetur,
vel quia bona non potest veodere eo pretio, quo
ipse dicit esse vendenda, vel alijs rationibus quas
solent adducere non soluendi Respondeo non
valere quia hæreditas non est hæreditas oisi de-
ductis debitis; relinquo nunc apices iuris, & loquor
secundum obligationem conscientiæ. Soluat ergo,
quod alienum est, deiude retineat sibi, quod su-
perest. Neque res pluris valeot, quam emptores
reperiantur, qui tali pretio emant; Si igitur non
reperitur qui pluris emat, illud erit iustum pre-
tium. Neque enim iustum est differri solutionem
legatorum, vt hæres expectet tempus; quod (Deus
scit) an sit futurum, puto tamen, quod si adesset
vera probabilitas futurum tempus non valde lon-
gum quo res possent honestiori pretio vendi, illud
posse concedi; sed debet esse vera probabilitas, &
tempus non nimis longum. Minus est sufficiens
causa, quod alijs debitis prematur, quia eadem
debuisset soluere, etiamsi hæreditas oon fuisset
60 delata. † Neque erit sufficiens, quod secundum
statum, si vendat bona, non possit viuere, quia si
loquimur de hæreditate, quæ iam habitis bonis
accedit. Excusatio certe non est sufficiens, quia
status suus est mensurandus iuxta priora bona si
verò sermo sit de legatis, quæ adduntur, vel impo-
nuntur hæreditati, quæ constituit statum, vt de
legatis factis à patre soluendis à filio, difficile mihi
videtur, & vix possum adduci, vt credam, patrem
ita esse oneraturum hæreditatem in præiuditium
filij, vt ex solutione legatorum sit sequenda immu-
tatio status. Et tandem pater potuisset quæ voluis-
set consumere, & filius teneretur pati; quare ergo
dolet si reliquat in animæ redemptionem? Fateor
tamen, si vera sit immutatio status habendam
esse aliquam rationem in hoc casu illius immuta-
tionis,

tionis.
61 † Sextusdecimus est. Administratores bonorum
Ecclesiarum, & locorum piorum retinentes red-
ditus apud se; Administratores dicuntur qui res
alienas ministrant vide Accu. in Rubri. C. de ad-
mistr. Reip. lib. 11. Casus est per se clarus; solum
sunt admonendi confessarij, ne sint adeo faciles in
admittendis excusationibus non soluentium cum
enim sint administratores sunt tantum depositarij
ideò re administrata non debent vti; & si vtantur
periculum, & damnum stat illis, & finita admini-
stratione tenentur reddere rationes, & soluere si
quid penes eos remanserit, nec possunt differre so-
lutionem. Sunt enim veluti depositarij.
62 † Vltimus casus est falsificatio monetæ, seu Fal-
sarij. monetarum. Pro quo videndum est quid
63 sit moneta, & qui falsificantes, † moneta dicitur
à monendo, vel cuius principis sit, ex inscriptione,
vel effigie, vel quanti sit expendendum aurum
64 illud argentum aut metallum. † Falsarius dicitur,
qui falsum cudit monetam. Falsarius dicitur quat-
tuor modis, scripto, dicto, facto, & vsu, qui scribit
falsum, qui dicit falsum, qui facit falsum vt qui
cudit monetam, qui vtitur falsa moneta, mensura,
65 pondere falso. † Falsarius in proposito nostro
dicitur quodupliciter, qui cudit, tingit, tondet,
& expendit Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 316.
nu. 1. & seq. apud quem multa reperies. Falsarius
ex Angelo Siluestro, & alijs tribus modis dicitur.
1. qui imprimit in moneta effigiem illius, à quo
non cuditur, vel ponit signum, quo cognoscatur
illius. 2. ratione materiæ, quia videlicet admiscet
auro, & argento aliud metalum, quia si moneta sit
tota de metallo, & non sit tincta sed cognoscatur
non dicetur falsa Menoch. vbi supra 3. ratione
ponderis, quia videlicet moneta, licet sit ex auro,
vel argento, non est tamen ad pondus, his tribus
modis dicitur falsarius monetæ. Sunt etiam falsarij,
qui tondent, vel radunt monetam, vel aqua forti
aurum, vel argentum auferunt Ang. verbo falsarius
num. 8.
66 † Non essent tamen falsarij, qui monetam in
pondere exuberantem tonderent vsque ad iustum
pondus. Nec puto cum Angelo ita tondentem
teneri principi de illo quod tondet licet asserat
Siluester, quia emit illum nummum eo pretio, quo
valet, nec principi fit iniuria, quia si aliquos num-
mos exuberantes aliquando tribuit, non desunt,
qui deficiant, & sicuti, si ille, qui accepit exube-
rantem, non inuenisset, qui damnum reficeret,
si deficientem accepisset, ita neq; tenetur de lu-
67 cro. † Expendentes monetam falsam non dicun-
tur falsarij; patet ex dictis præsumentur fortasse in
68 foro fori. † De falsarijs scripturarum; ad dicta de
casib. reser. regol. addo falsarium scripturarum
dici, qui mutat in scriptura veritatem cum dolo.
Siluest. loco cit. in principio Falsarius est notarius,
qui nomina testium absentium apponit pro præ-
sentibus in scriptura. Dicitur falsarius, qui raden-
do scripturam reddit falsam. Item qui apud se
deposita instrumenta ab vna partæ ostendit aduer-
sæ, item qui iura vnius alteri ostendit. Lacerans,
comburens, celans scripturas, & ita efficiens vt
amplius non appareant est falsarius, siue scripturæ
sint publicæ, siue priuatæ; idem dicendum de libris
mercatorum, & similibus.
69 † Sed quæres, cuius ponderis debeat esse mone-
ta, ne sit falsa in pondere. Glossa dixit quod illius
valoris debet esse aurum non coniatum, ac con-
iatum; Innocentius, & melius asserit esse detra-
hendas expensas factas in fabricanda moneta; imo
principem posse inde percipere aliquod emolu-
70 mentum. † Quod si fabricantes monetam non sint
principes, sed priuatæ personæ, puto quidem posse
pecuniam eodem modo cudere, sed tenebuntur
de damno principi illius sub cuius signo monetam
cudunt, quia illud lucrum fecisset ipse cudendo mo-
netam quam faciunt ipsi ita Siluest. & alij quæ ratio
est vera; sed puto raro fieri posse quod principes
hoc damnum patiantur, quia ex eo quod alij cudant
monetam non impediuntur ipsi quin possint cudere
quantam volunt.
71 † Superest videndum, vt in principio adnotaui-
mus, de tertio casu quem in hunc locum reiecimus,
nempè de peccato contra naturam, quod vt rectius
fiat adnotabimus prius modos sub quibus solet re-
72 seruari, deinde illos explicabimus † solet ergo
reseruari Aliquando concubitus contra naturam.
Aliquando sodomia. Aliquando sodomia actiue.
Aliquando sodomia, & abusus fœminarum, Ali-
quando nefandum, aliquando nefandissimum cri-
men. Aliquando peccatum contra naturam.
73 † Ad intelligentiam primi modi reseruationis
nempe concubitus contra naturam. Noto concu-
bitum contra naturam esse quoties in copula car-
nali non seruatur modus à natura institutus, & or-
dinatus, qualis est omnis concubitus ex quo non
potest quantum est ex natura actus sequi generatio
hominis ita Caiet. 2. 2. quæst. 154. art. 11. Ordo
autem naturalis idest à natura requisitus est primo
quod concubitus fiat inter homines diuersi sexus,
nempe inter marem & fœminam; secundo vt adhi-
beantur instrumenta naturalia, ad generationem
videlicet instituta; tertio Instrumenta modo debi-
to adhibeantur ita colligitur ex citato art. 11. Ex
defectu primi nempè quod concubitus debeat esse
cum personis diuersi sexus oritur sodomia quæ est
cum eodem sexu an autem ex alio capite fit sodo-
mia etiam abusus fœminæ in vase non debito infra.
Bestialitas quæ non est cum personis sed cum ani-
malibus, & cum dæmone. Ex defectu secundi,
nempè quod fiat instrumentis à natura ad genera-
tionem institutis sequitur quod fit contra naturam
quando mulieres aliquo instrumento vitreo &c. se
inuicem abutuntur, Ex 3. quod istrumenta debito
modo adhibeantur sequitur quod sit contra natu-
ram quoties indebito modo fit concubitus quod
clarius parebit infra cum de peccato contra natu-
ram agemus quod latius patet quam concubitus,
hic sufficiat ista adnotasse pro intelligentia. Quis sit
concubitus contra naturam.
74 † Si petas quis incidat in hunc casum. Respon-
deo cum reseruatur concubitus contra naturam
incurrere illos qui masculis, & fœminis in vase inde-
bito abutuntur; vere enim iste dicitur concubitus
contra naturam. Item, qui cum bestijs, vel dæmo-
nibus coeunt. Item illæ fœminæ, quæ instrumentis
quæcumque illa sunt se inuicem abutuntur vere
enim contra naturam ab illis fit concubitus. An
autem hoc sit crimen sodomiæ, infra. Qui autem
modo indebito coeunt nempè si fœmina virum
supergrediatur si præpostere vir cum muliere agat
sed in vase debito. Respondeo non incurrere. 1.
Quia hic modus non est vere contra naturam, nisi
tamquam imperfectum reducitur ad perfectum vt
explicat Caietanus. 2. Quia ex doctissimorum sen-
tentia isti actus non sunt mortalia peccata sed tan-
tum venialia ex quo apertè colligitur hoc non esse
grauissimum peccatum quale debet esse quod re-
seruatur. Cum ergo isti actus nec sint perfecte

contra oaruram nec grauiſſima peccata ſequitur
75 quod neq; ſint cenſendi reſeruati. † Adnerte,
quod aliquando reſeruatur concnbitus contra oa-
curam, ſed cum addito, vt ſodomia, vel aliud
eiuſdem generis grauiora crimina, & tunc non ſunt
cenſeoda reſeruata niſi quæ pertinent ad ſodomiã
non verò illa inferiora, ſed maiora, vt Beſtiali-
tas &c.

Sequitur videndum de ſodomia, quæ aliquando
reſeruatur ſimplicitèr hoc modo. Sodomia, abſque
vllo addito Aliquando cum addito ſodomia actiuè.
Quoad primnm cum reſeruatur ſodomia.

76 † Sodomia varijs nominibus appellatur. 1. dici-
tur ſodomia cap. quod ait diſt. 14. cap. Flagitia 32.
quæſt. 2. 2. vitium ſodomiticum ſeu Gomorræorum
Geoeris cap. 19. quia hoc vitio Gomorræi labora-
bant. 3. Nefandum crimen cap. In eo 32. quæſt. 4.
ſeu oefanda libido §. Item lex Iulia. Inſtit. de publi.
iudi. 4. Luxuria grauiſſima Authent. Vt non luxuria
contra naturam. 5. Vitium contra naturam cap.
Clerici de exceſſib. Prælat. Aliquando crimen
peſſimum, vt io Geneſis cap. 37. nu. 2. & cap. 18.
num. 20.

77 † Sodomia eſt concubitus maſculi cum maſculo,
& fœminæ cum fœmina in vaſe indebito, ita ex D.
78 Tho. quæſt. 154. art. 11. cit. & alijs cum illo. † An
autem concubitus viri cum fœmina in vaſe indebi-
to ſit ſodomia, non conueniunt Doctores. Couarru.
& Leſſius apud Sà verbo Luxuria nu. 5. volunt eſſe
ſodomiam quibus adhæret ipſe etiam Sà ibidem
hoc idem ſentire videntur Clarus Pract. crim. lib.
5. §. Sodomia Menoch. de arbitr. lib. 2. Caſ. 286.
nu. 5. & Proſper de Auguſt. ad Quarantam verbo
Sodomia, & alij.

Et videtur probari ex cap. Adulterij 32. quæſt. 7.
Communitèr tamen cum D. Tho. loco ſuprarelato
negatur eſſe; & Armilla verbo ſodomia aſſerit non
eſſe vitium ſodomiticum ſed contra oaturam, &
Silueſter expreſſe verbo Luxuria nu. 1. verſ. Quarta
Caietanus ad D. Thomam loco cit. habet concu-
bitum maſculi cum fœmina extra vas naturale eſſe
diuerſæ ſpetiei, quia alia deformitas contra ratio-
nem rectam eſt non ſeruare in copula carnali debi-
tum ſexum, & alia non ſeruare debitum inſtru-
mentum, & partem naturalem ſeruato ſexu. In
ſumma tamen verbo ſodomia dicit eſſe ſodomiam
D. Thomam ſequitur Azorius 3. par. lib. 3. cap.
18. Horatius Gambarupta Caſ. 2. num. 2. Clauia
Regia lib. 8. cap. 5. num. 5. & fere omnes recen-
tiores de reſeruatis ſcribentes cum quibus puto
eſſe ſentiendum ob rationes, quas ipſi adducunt.
Sodomia ergo erit concubitus maſculi cum maſco-
79 lo fœminæ cum fœmina. † Quomodo autem fœmina
cum fœmina committat ſodomiam tradit Aluarus
de Planctu Eccleſiæ lib. 2. capit. 2. verſ. decima
concubitus autem maſculi cum fœmina in vaſe
indebito erit peccatum contra naturam, & ſodo-
mia taotum impropriè, & ideò non veniet in reſer-
uatione. Ex quibus elicitur reſponſio ad cap.
Adulterij ſupracit. vt intelligatur de Sodomia, vt
eſt peccatum contra naturam, non verò, vt parti-
cularem ſpetiem conſtituit in genere peccati con-
tra naturam.

80 † Vt hoc peccatum grauiſſimum ſit reſeruatum
requiritur, quod fit cum effuſione ſeminis intra
vas indebitum, ſi enim quis detineatur intra vas
vſque ad ſeminationem, ſed tunc extrahat, & ſe-
men extra fundat non erit vere ſodomia talis actus
81 nec reſeruatus. † Diſcrepant Doctores, an ſit ca-
ſus reſeruatus, ſi talis extractio fiat in fraudem
legis, ideſt ne incurratur reſeruatio vide apud
Bellochium par. 2. quæſt. 1. num. 184. Ego puto
non eſſe, quia talis actus non eſt ſodomia quacum-
que mente non compleatur. Cum ergo non ſit ſo-
domia neque poteſt eſſe caſus reſeruatus. Neque
video quomodo intentio ſola extrahendi mem-
brum ne ſemen in illo vaſe effundatur ad euitan-
dam reſeruationem poſſit efficere quod actus ex-
ternus, qui vere non eſt, fiat ſodomiticus, hoc
fortaſſe verum erit in foro fori ſecundum præſum-
ptionem, quomodo puto loqutum fuiſſe Iulium
Clarum. Neque puto ad rem facere ditum illud
82 † Quod nihil in fraudem legis eſt faciendum, quia
vt verificetur debet actus eſſe talis, vt comprehen-
datur ſub lege, deinde aliquid debet fieri, vt vltio
legis euitetur: Quod in caſu noſtro non verificatur,
cum actus ille ex ſui natura non ſit ſodomia, ergo
83 neque ſub hoc dicto poteſt comprehendi. † Hac
eadem ratione puto pueros ante decimum quar-
tum annum non incidere in hunc caſum, quia ante
illud tempus ſemen non effunduot ſi tamen effun-
dant puto comprehendi quia nihil deeſt ad ratio-
oem ſodomiæ, & ſi quid obijcitur ſpectat ad ſorum
fori non ad forum conſcientiæ vt cap. 1. de delictis
puer. vt optime obſeruat Gloſſa in verbo Pube-
ſcere dum ait. Non præſumitur quod ſpectat ad
84 forum fori, & ſequitur Abbas. † Incurrunt etiam
tam agentes, quam patientes, & tam patientes,
quam agentes; quia verè vterque tam patiens,
quam agens dicitur committere ſodomiam. Docto-
res vide apud Bonacinam de matr. quæſt. 4. punct.
11. nu. 2. verſ. obſerua tamen & apud Ballochiam
vbi ſupra.

85 † An autem, ſi tale peccatum perpetretur cum
affine, vel conſanguinea iſta circumſtantia ſit ex-
plicanda.

86 † Item, ſi cum perſona caſtitatis votis obſtricta,
Reſpondent aliqui vtramque circumſtantiam eſſe
explicandam; & quoad conſanguineos, vel affines;
ſi cognatio, vel affinitas ſit in primo, vel ſecundo
gradu, in quibus iure naturæ aſſerunt copulam eſſe
prohibitam ideò iſtam circumſtantiam eſſe expli-
candam vtpote contra naturalem reuerentiam. In
alijs verò gradibus negant quia illi gradus ſunt ab
Eccleſia prohibiti ſolum ad matrimonium, vel im-
pediendum, vel dirimendum. Nec volunt referre
quod ex tali actu non oriatur cognatio, vel affini-
tas, quia ſunt prohibiti natura ipſa ob reueren-
tiam de voto caſtitatis aſſerunt ſemper eſſe faten-
dam talem circumſtantiam. Vide quæ habet Bo-
nacin. de matr. quæſt. 4. punct. 11. à nu. 6. ad 12.
87 † Maritum excitantem ſe ad copulam immitten-
do membrum in vas indebitum non peccare mor-
taliter alij ſenſerunt. Tu tene peccare grauiſſimè.
Nec verum eſt Deum hoc inter coniuges permit-
tere ſed verum eſt quod ſacri Canones etiam per
ſolam attentationem huius delicti permittunt mu-
lierem petere diuortium. Vide Doctores apud
eundem Bonacinam num. 12.

88 † Aliquando reſeruatur ſodomia, & abuſus fœ-
minarum quo caſu comprehenditur quidquid iam
diximus de ſodomia, & quod in ſodomia compre-
hendi negauimus nempè actum maſculi cum fœmi-
na in vaſe indebito.

89 † Aliquando reſeruatur nefandum crimen, vel
nefandum peccatum. Quid ſignificet oeſandum,
vel nefarium ſupradiximus cum de nefaria conſue-
tudioe blaſphemandi ageremus. Nunc ſatis erit
determinare quid hoc modo dicendi comprehen-
datur, quod idem erit dicendum etiam cum in

reſer-

reseruatione apponitur nefandissimum crimen, nisi aliud addatur. Dico ergo reseruari solum nefandum scelus sodomiæ idest actum venereum contra naturam inter mares, & mares, & inter fœminas, & fœminas, non autem inter mares, & fœminas in vase indebito. Illud enim peccatum communiter nefandum solet appellari, & ita communiter intelligitur Cum ergo supra statuerimus hoc secundum distingui à primo dicendum sub illo modo dicendi non comprehendi.

90 † Reseruatur tandem Peccatum contra naturam Pro cuius declaratione determinabimus primo quid intelligatur per peccatum contra natu-
91 ram, deinde quid veniat in reseruatione. † Peccatum ergo contra naturam ideò dicitur, quia ordo à natura requisitus in copula carnali deficit.
92 † Cum ergo ad naturalem copulam licitam quinque requirantur, hinc oriuntur quinque modi peccandi contra naturam cum peccatur in quinque requisitis. Vt copula naturalis sit licita ex D. Tho. 2. 2. quæst. 154. art. 11. & Caiet. ibi debet esse concubitus hominum vtriusque sexus, secundum instrumenta naturalia generationis modo debito
93 est honesto. † Primum requisitum est vt sit concubitus, ex istius defectu oritur quod mollities seu pollutio voluntaria, siue maris, siue fœminæ, siue se solis, siue aliorum ope procurata, siue semen extramittatur, siue non dummodo sit complere perfecta voluptas venerea sit peccatum mortale. Secundum requisitum est vt sit. Hominum. Ex cuius defectu oritur alia species peccati contra naturam, quæ est concubitus cum quocumque alio, quod non sit homo vt est cum bestijs cum Dæmonibus. Tertium requisitum est quod sit vtriusque sexus masculini videlicet, & fœminini. Ex cuius defectu oritur alia species peccati contra naturam quæ est sodomia idest concubitus masculi cum masculo, vel fœminæ cum fœmina. Quartum requisitum est, vt fiat per naturalia instrumenta vtriusque sexus ad generationem ordinata. Ex istius defectu oritur alia species peccati contra naturam in qua non seruatur ordo naturalis quoad instrumenta naturalia generationis, vel quantum ad modos bestiales ex quibus non potest sequi generatio. Quoad instrumenta naturalia generationis duplex est instrumentum naturale generationis solidum vnum, fluidum aliud solidum est membrum genitale; fluidum est semen, vtroq; peccatur contra naturam; instrumento solido cum vir cognoscit mulierem in vase non naturali. Instrumento fluido quotiescumque semine quis non vtitur ad generationem sed illam aliquo modo impedit efficiendo ne semen habeat suum effectum. Quintum requisitum est, vt fiat secundum modum debitum, & honestum, ex cuius defectu oritur peccatum cum mulier virum supergreditur sine periculo tamen effusionis seminis, vel quod conceptus impediatur quia tunc ad aliud caput reduceretur; item quando vir modis insolitis rem habet cum muliere. Qui modi omnes sunt contra naturam; sed non proprie, at tantum reductiue sicuti imperfectum reducitur ad perfectum, nec constituunt quintam speciem peccati contra naturam, ex Caiet. loc. citato in
94 responsione ad quartum dubium. † Prima species dicitur pollutio: Secunda Bestialitas; Tertia sodomia. Quarta retinet nomen genericum, & dicitur contra naturam. Quinta non est species nec habet nomen particulare, sed tantum genericum idest contra naturam, sed improprie vt imperfectum quod ad perfectum reducitur.

95 † Ad secundum dubium cui est respondendum nempè quæ peccata veniant sub reseruatione cum reseruentur peccata contra naturam.

Dico 1. Ex vi verborum reseruationis venire omnes quattuor species, quæ vere sunt species peccati contra naturam idest Pollutionem, Bestialitatem, sodomiam, & peccatum quod dicimus contra naturam quia vere sub illis verbis continentur, at

96 † Dico 2. Ex alio capite non censeri reseruatam pollutionem; quia reseruatio non solet nec debet fieri nisi de atrocioribus, qualis non est simplex pollutio, & tantum de illis quæ non sunt valde frequentia, vt esset istud: Pauci enim confessarij possent excipere confessiones, & quotidiè superiores pro facultatibus absoluendi essent adeundi, quod est contra decreta edita circa modum, & formam reseruationum. Et ista quoad seculares.

97 † Quoad Clericos autem siue illi sint Regulares, siue non; aduerte extare Bullam Pij V. contra Clericos sodomiam exercentes pro cuius intelligentia.

98 † Dico 1. Non valere in foro interno, & conscientiæ, sed esse latam tantum pro foro externo, vel saltem ita solum vsu receptam esse. Suarez. de censur. disp. 31. sect. 4. numer. 22. Henriquez Fillicce. & alij apud Gelinum verbo sodomia num. 6.

99 † Dico 2. Pœnas in illa Constitutione non incurri à Clerico qui exercet actus venereos cum muliere in vase indebito. Quia vere non est sodomia patet ex dictis & tenent Azorius; & alij apud eundem Gelinum num. 7. versu Clericus non incurrit.

100 † Dico 3. Ad hoc vt Clericus dicatur incurrisse penas illius constitutionis debet exercuisse sodomiam patet ex textu, quando autem dicatur exercere Sodomiam vide Quarantam in Sum. Bullarij, verbo Sodomia vbi constitutionem refert, & explicat.

101 † Dico 4. His pœnis teneri tam agentes quam patientes, si verè possunt dici exercentes si enim patiens tam frequens sit, vt possit dici exercens, vtique ijsdem pœnis tenebitur quia vere est sodomita, vt supradictum est.

102 † Dices exercere referri ad agentem non vero ad patientem, qui enim patitur non exercet. Respondeo vim illius verbi esse designare actuum frequentiam, & esse idem, ac frequentèr illud vitium committere, vel patrare, hoc enim est exercere idest frequentèr agere. Tam patiens autem quam agens agit crimen sodomiticum, & non solum vir adulter dicitur licet ipse tantum agat sed adultera dicitur etiam mulier licet patiatur.

Reliquos modos quibus huiusmodi peccata reseruantur facile intelligens ex inspectione tabularum, qui quia non multum difficultatis habent lubens prætereo, putans ista futura sufficientia pro elucidatione & clara intelligentia eorum quæ habent aliquas dubitationes. Aduerte ne confundaris lector me egisse in hoc casu de concubitu contra naturam, & de peccato contra naturam quæ inter se differunt latius patet peccatum contra naturam, quam concubitus contra naturam.

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur.*
2 *Quot sint quærenda.*

3 *In*

3 *In quo sita sit difficultas.*
4 *Vacanti Ecclesiæ statim Vicarius constituendus est, vel per sacerdotes vicinos vicarium munus est subeundum si commodè fieri potest.*
5 *Congrua Vicario est assignanda, & qua.*
6 *Vicarius potest concurrere ad idem beneficium.*
7 *An si concurrat, & obtineat beneficium possit prosequi suum officium, refertur sententia negans statuitur affirmatiua.*
8 *Facta deputatione vicarij, proponitur edictum quo indicitur concursus.*
9 *Non est tamen necessarium edictum, sed sufficit quod vocentur sacerdotes ad concursum.*
10 *Dantur in edicto decem dies ad comparendum computandi ab affixione edicti.*
11 *Elapso dicto termino si plures compareant non licet Episcopo terminum prorogare.*
12 *Si plures compareant sed nullus reperiatur idoneus potest Episcopus per alios decem dies prorogare terminum, sed non vltra, at elapso hoc secundo termino, & nullo comparente idoneo absque alio concursus Episcopus prouidebit de idoneo.*
13 *Si vnus compareat intra terminum primi edictu, & dignus reperiatur non teneturEpiscopus prorogare sed illi potest conferre.*
14 *Imo neque potest prorogare.*
15 *An possit restringere.*
16 *Edictum propositum contra præscriptam formam quoad tempus an sit nullum in totum, an solum quoad partem.*
17 *Proposito edicto omnes habentes requisita possunt se subscribere.*
Imo etiamsi beneficium non sit ad concursum possunt se subscribere qui volunt, & examinari, & quare.
18 *Elapso termino de rigore iuris nemo esset admittendus, nisi ex legitima causa absentia probetur ex æquitate tamen inductum est in fauorem Ecclesiæ vt admittantur si concursus sit ad parochialem vsque ad peractum examen.*
Quomodo sit intelligendus terminus ibi appositus.
19 *Parochus actu habens beneficium aliud parochiale potest concurrere ad aliud parochiale.*
Beneficia sunt conferenda dignis.
20 *Quis sit dignus ad beneficium parochiale.*
21 *Ab aliquibus assignantur quadraginta septem requisita.*
22 *Octo tantum nos considerabimus, & sunt legitimus thorus, conueniens ætas, Habilitas corporis, morum probitas, scientia debita, ordo, seu clericatus.*
Intentio perseuerandi in illo, Carentia censuræ. Irregularitatis, & cuiusuis alterius impedimenti.
23 *Illegitimus est irregularis quoad ordines, & quod beneficia, & est inhabilis ad illa.*
24 *Quæ ætas requiratur in Papa in Episcopo, & cæteris Ecclesiasticis.*
25 *Quid significet, exegit trigesimum annum.*
Quæ ætas in Abbatibus &c.
26 *Quæ ætas in Abbatissis &c.*
27 *Quæ ætas in cæteris dignitatibus, & personatibus curam animarum non habentibus.*
28 *An supposito decreto Concilij sess. 25. de Reg. cap. 7. ex quo requiruntur viginti duo anni in dignitatibus quibus nulla iubest animarum cura etiamsi completus sit vigesimus secundus annus an aliqua requiratur dispensatio.*
29 *An ætas viginti duorum annorum sit requisita non solum in dignitatibus Ecclesiæ cathedralis, sed etiam collegiatæ.*
30 *Si illis dignitatibus aliqua ætas determinata requiritur in illa debet esse constitutus qui illam obtinet.*
31 *An vigesimus iste secundus annus debeat esse completus, an sufficiat inceptus.*
32 *Pro beneficijs curatis, quæ ætas requiratur.*
33 *Pro canonicatibus, quæ.*
34 *An anni pro canonicatibus debeant esse completi.*
35 *Quæ ætas ad Canonicatum Pænitentiariæ.*
36 *Pro Canonicatibus collegiatarum, & dimidijs portionibus cathedralis quæ ætas.*
37 *Quæ ætas pro reliquis beneficijs simplicibus.*
38 *Ætas requisita pro assequtione requiritur tempore collationis, electionis præsentationis, & Impetrationis.*
39 *Eadem ætas requiritur in eo qui concurrit.*
40 *In ætate à Concilio requisita non potest Episcopus dispensare, nisi expresse concedatur.*
41 *Electio collatio, & Impetratio beneficij facta ante legitimam ætatem est nulla.*
42 *Quæ habilitas corporis requiratur; illa videlicet quæ excludat irregularitatem.*
Irregularitas sicuti arcet ab ordine ita excludit à beneficio.
43 *Effectus irregularitatis qui sit ante adeptum beneficium contractæ, & post.*
44 *An possit conferri beneficium illi qui post clericatum contraxit irregularitatem.*
45 *An irregularis, & inhabilis ad maiores ordines possit promoueri ad minores.*
46 *Probitas morum summe requisita in beneficijs.*
47 *Carentia probitatis morum non reddit nullam collationem beneficij.*
48 *Crimina inducentia infamiam iuris reddunt nullas collationes beneficiorum.*
Infames infamia iuris sunt irregulares.
49 *Non priuantur beneficijs acquisitis.*
50 *Infamia facti adhuc durans an reddat incapacem ordinis, & beneficij.*
51 *Scientia necessaria ad suum officium, requiritur in illo qui vult obtinere beneficium.*
52 *Beneficia dantur propter officia.*
53 *An beneficia collata omnino illiterata sint inualidè collata.*
54 *Si tempore collationis existens omnino illiteratus postea euadat doctus, & conferentem non pæniteat collatio validatur secundum aliquos alij contra.*
55 *Collatio facta non omninò illiterato an sit valida.*
56 *Explicatur decretum Trident. sess. 22. cap. 4.*
57 *Quis sit omninò illiteratus.*
58 *Cum omninò illiterato non potest dispensare Episcopus. Quid possit Summus Pontifex.*
59 *In Episcopatu requiritur testimonium alicuius vniuersitatis de scientia promouendi.*
60 *Nemo est capax cuiusquam beneficij quantumuis minimi nisi saltem prima tonsura sit initiatus.*
61 *Explicatur quædam Constitutio Greg. XIV.*
62 *Insuscipiente beneficium parochiale requiritur intentio suscipiendi præsbiteratum intra annum quam nisi habeat, quomodo peccet ipse, & conferans, & ad quid teneatur ibi.*
63 *Quid si recipiat beneficium animo dubio suscipiendi præsbiteratum intra annum.*
Quid si animum mutet, & suscipiat.

64 Non

64 Non sufficit mutare animum sed requiritur susceptio ordinis.
65 Quid si mutetur animus tempore sufficienti ad ordines suscipiendos sed aliquo accidenti non suscipiantur.
66 Quid si beneficium recipiat animo ordines suscipiendi, sed postea illum mutet.
67 Quid possit retinere hoc casu.
68 Quid si beneficium sumat animo conditionato sumendi ordines nisi alius melius accidat.
69 Quoties aliquid est restituendum nulla expectatur sententia.
70 An recipiens parochiale beneficium animo illud rassignandi, peccet, & teneatur ad restitutionem.
71 Quid dicendum de hac obligatione respectu dignitatum curam animarum habentium.
72 Quid de alijs beneficijs simplicibus.
73 An peccet qui recipit beneficium animo non suscipiendi ordines, sed perceptis fructibus relinquendi statum clericalem.
74 Quid si non solum habet animum deserendo statum clericalem, sed praeterea matrimonio se copulandi.
75 Requiritur vltimo carentia Impedimenti.
Impedimenta sunt Censura, Irregularitas, suspensio.
Interdictum. Vxorati etiam sunt incapaces cuiusuis beneficij. Nec illis suffragatur regula de triennali.
Nisi tamen vxor consentiat quod ordines suscipiat, & ipsa, vel profiteatur, vel emittat votum Castitatis.
76 Item si haberet causam diuortij maritus.
Cum coniugato non potest Episcopus dispensare ad beneficium sed solum Summus Pontifex.
Episcopus dispensat cum irregulari ad simplex beneficium.
77 Bigamia est impedimentum ad beneficium.
78 An habens dicta requisita sit absque vllo delectu ad beneficium eligendus; an ex habentibus dignior sit praeferendus.
79 Certum est dignum idest illum qui aptus est rite suum manus praestare esse eligendum ad beneficium, & electionem aliter factam esse nullam.
80 An existens in peccato mortali sit indignus qui eligatur.
81 Dignior est ille qui est magis aptus, & vtilis ad exequendum assumptum ministerium, ideo aliquando doctior est minus dignus.
82 Aliqua fere certa recensentur.
83 An ex natura, & institutione beneficij dignior sit eligendus, & alijs preferendus an sufficiat eligere dignum.
84 An eligens tantum dignum peccet contra iustitiam distributiuam, vel commutatiuam.
Beneficia non sunt instituta, vt dentur in premium clericis, sed in sustentationem.
85 Qui fundauit beneficium non tenetur eligere digniorem, sed satisfacit eligendo dignum.
86 Quid de successoribus.
87 Renuncians an digniori teneatur renunciare.
88 Si concurrat dignus dignissimus, & indignus, & si eligens suffragetur dignissimo indignus remanebat electus, si suffragetur digno relicto dignissimo istius fiat electio, cui tenetur suffragari eligens.
89 Quid si concurrant dignior, & dignissimus, & si dignissimo suffragor nec ipsius dignissimi nec magis digni, sed tantum digni fiat electio. Si verò suffragor magis digno istius electio sequatur.
90 Duabus Ecclesijs est prouidendum de rectore, sed vna est ditior, & indiget rectore minus digno altera pauperior sed indiget rectore valde idoneo si duo concurrant magis dignus, & minus dignus, quis illis Ecclesijs est praeficiendus.
91 An valeat electio digni omisso digniori.
92 Si ante electionem fiat protestatio electoribus, quod dignum eligant, alioquin ex tunc censeatur appellatum, an electio aliter facta sit cassanda.
93 Beneficium parochiale digniori est conferendum.
94 Electio digni omisso digniori an sit ipso iure nulla, an sit annullanda per sententiam.
95 Interposita appellatione eo quod omissio digniori dignus tantum sit electus, & in possessionem missus si sequatur sententia in fauorem omissi dignioris, an statim sit immittendus in possessionem amoto priori possessore.
96 Quid si non sit missus in possessionem.
97 Quid si appelletur ab aliquid contingens ante eam actionem.
98 An si pendente appellatione missus in possessionem decedat, vel obtineat aliud beneficium incompatibile ius appellantis extinguatur.
99 Electores quando teneantur ad restitutionem damni quod ex eorum electionibus sequitur.
100 An aliquid debeatur digniori praetermisso si beneficium fuerit expositum ad concursum.
101 Quid si beneficium ad concursum non fuerit expositum.
102 Litigare quis sit dignior est articulus difficillimae probationis.
103 An examen sit ita de forma, vt non possit omitti, & an electores teneantur eligere eum, quem in examine cognouerunt digniorem, licet extra examen talis non sit cognitus.
104 Notoriè litterati non sunt examinandi. Nec approbati ab vniuersitatibus.
Ordinatus in sacris reputatur habilis ad beneficia simplicia sine examine.
Nisi tamen noua causa superueniat.
Admissus ad duas parochiales potest examinari pro tertia etiamsi sit minoris cura.
Cum agitur de cura animarum examinatus ab antecessore potest examinari à successore.
Et si reperitur non idoneus si non habet titulum est reijciendus si titulum habet suspendendus.
105 Quando examen est de forma nullo modo potest omitti, & si omittatur acta sunt nulla quamuis examinanda persona sit litterata, & famosa.
106 Felinus cooptandus inter auditores Rotae Romana cum aegre ferret se examini subijci, audito quod esset de forma statim acquieuit, & se subiecit.
107 Examen in decreto Concilij sess. 7. cap. 13. est de forma ex communi Doctorum sententia.
108 Proponitur secunda difficultas an cognitus extra examen dignissimus sit praeferendus alijs.
109 Quid si saltem sit cognitus dignus etiam in examine, licet alij digniores.
110 Quid si nullo modo in examine appareat dignus, & extra examen sit cognitus dignissimus.
111 Quilibet deberet ter examinari, vt ter victoriam reportaret.
112 Non sufficit in vno actu quem esse probatum sed

debet sæpissime esse perspectum, & exploratum.

113 *Vna hirundo non facit ver.*

114 *Vno examine tota scientia non potest deprehendi.*

115 *Soluitur quædam obiectio.*

116 *Resoluitur difficultas quoad examinatores.*

117 *Examinatores referant tantum quos dignos reperiunt.*

118 *Ad ipsos non spectat determinare digniores.*

119 *Relatis ab examinatoribus dignis non inspecta qualitate votorum digniorem eligit Episcopus.*

120 *An dignissimum ab examinatoribus non relatum inter dignos possit Episcopus ad beneficium eligere.*

121 *Episcopo eligente vnum ex renunciatis idoneis per examinatores, non datur appellatio à relatione examinatorum.*

122 *Datur appellatio à mala electione Episcopi ad effectum deuolutiuum.*

123 *Electoribus dignissimum non approbantibus, vt dignum, quia dignus in examine non apparuit quod remedij subsit Episcopo.*

124 *Quomodo detur appellatio à relatione examinatorum.*

125 *Declarationes sacræ Congregationis super dictis.*

126 *Non sunt sibi contraria.*

127 *Alia declaratione conciliantur.*

128 *Quando appellatur à reprobatione examinatorum apud quem sit interponenda.*

129 *Excipitur casus doctrinæ præcedentis numeri.*

130 *Examinatores quibus de rebus teneantur ferre relationem de examinatis.*

131 *Declaratio sacræ Congregationis super eodem.*

132 *Respondetur cuidam obiectioni.*

133 *Quot debeant esse examinatores.*

135 *Non possunt quidquam accipere, nec ante, nec post occasione examinis.*

Si quid accipiant examinatores ob examen sunt simoniaci, nec a simonia possunt absolui nisi demissis beneficijs &c. & redduntur inhabiles ad alia obtinenda.

136 *Sex examinatores in synodo sunt eligendi.*

137 *Examinatores debent deputari in synodo vera, & formali, & quæ ista sit.*

138 *An si pauciores quam sex eligantur examinatores in synodo, talis electio sit valida.*

139 *Resoluitur negatiue.*

140 *Respondetur eis quæ obijciuntur.*

141 *Cum sequenti anno synodus celebratur etiamsi superstites sint sex examinatores præcedenti anno electi noua electio est facienda.*

142 *Si verò synodus non celebretur electio durat.*

143 *Si intra annum omnes moriantur, & vnus tantum supersit illius electio valida durat.*

144 *In locum mortuorum seu absentium Episcopus cum consilio Capituli subrogat alios ex iam electis alias, quod si nulli supersint ex iam electis subrogabit alios sibi bene visos ad numerum senarium qui durabunt vsque ad futuram synodum.*

145 *Elapso anno designationis si non fuerit celebrata synodus, nec vllum intercessit impedimentum, vel causa excusans cessat omnis electio; nec alios potest Episcopus designare.*

146 *Contrarium tenuit Garzias.*

147 *Afferuntur rationes Garziæ.*

148 *Soluuntur eadem rationes.*

149 *Examinatores possunt in synodo designari, non solum expresso proprio nomine, sed etiam expresso nomine dignitatis.*

150 *Si tamen designatio fiat sub nomine dignitatis non extenditur ad successores.*

151 *Duobus examinatoribus synodalibus, & vno non synodali an sit validum examen.*

152 *Ad septimam difficultatem respondetur remissiue.*

153 *An comparente vno tantum ad concursum teneatur Episcopus elapso termino decem dierum prorogare edictum.*

154 *An intra terminum decem dierum vno tantum sed idoneo subscripto possit Episcopus per alios decem dies prorogare.*

155 *Adducta ratio insufficiens probatur.*

156 *An impediens digniorem à consequtione beneficij teneatur ad aliquid restituendum.*

157 *Fines quibus potest quis impediri ab adeptione beneficij.*

158 *Impediens sine vi, & fraude à consequtione beneficij indebiti, vel proprie, & stricte non debiti nec peccat, nec ad quidquam tenetur.*

159 *Quid de remouente determinatum conferre beneficium digniori, vt sibi, vel alteri conferat si muneribus sollicitudine &c. remoueat, & beneficium non sit conferendum magis digno.*

160 *Quid si malo animo remoueat.*

161 *Obligatio restituendi non ex malo animo sed ex damno dato oritur.*

162 *Opponuntur, & explicantur aliquæ leges. Argumentum à contrario sensu quando non probat.*

163 *Quid si dignior impediatur fraude dolo &c.*

164 *Quid de impediente æque dignum.*

165 *Duo modi quibus ius fraus, & dolus potest adhiberi, & de vtroque traditur quid dicendum.*

166 *Quid de impediente dignum fraude vi dolo &c. in concursu cum digniori.*

167 *Posito quod quis teneatur ad damna quia impediuit alium à consequtione beneficij an beneficium teneatur illi resignare, an satis sit alio modo satisfacere.*

168 *Quid de intercipiente litteras, quibus aliquis admonetur de vacatione beneficij, ex quibus habita notitia de vacatione, præuenit, & obtinet, & non obtinueret nisi illas litteras intercepisset, & legisset.*

Aliquæ actiones habent fundamentum in actu iniusto quæ tamen ipsa non sunt iniusta.

169 *Quid de inducente non vi fraude, vel dolo, vt officium, beneficium, vel cathedram conferat digno omisso æque digno, & etiam digniori, & hoc muneribus.*

170 *Quid si beneficium sit Ecclesiasticum.*

171 *Quid si officia sint laica.*

Nemo potest recipere pretium pro re quam præstare tenetur.

172 *Quid sit subornatio, & vexationis redemptio. Vbi agitur an dignior possit obligare, vel allicere muneribus, vt electores pro se ferant suffragium alijs omissis.*

173 *An minus digno, vel equaliter digno liceat flectere voluntatem eligentium muneribus etiamsi ipsi munera petant, vt illi suffragentur.*

Concurrenti doctissimo viro, & tali cognitio sed in examine non sufficienti reperto an beneficium sit dandum maxime examinato ab Examinatoribus non synodalibus.

XCVII.

1 VAcans † curatum beneficium Ecclesiæ Sancti
N. expositum fuit ad concnefum, multi nomina
dederunt, statuitur dies ad examen faciendum;
quoad mores, quoad litteraturam, quoad
prudentiam in examine, quoad litteraturam reprobatur
omnium optimus. Examinatores asserentes
ad ipsos tantum spectare litteraturæ cognitionem
simpliciter reprobant; defertur schedula Episcopo;
qui asserens se non posse eligere nisi vnum de
approbatis videns optimum exclusum, hæsitat, quid
faciendum ideò petit, quid consilij capiendum,
maxime cum duo tantum interfuerint examinatores
synodales, tertius adiunctus: ideò quærentur
2 sequentia. † Primò quis dicatur idoneus. 2. An
Episcopus teneatur eligere magis idoneum. 3. An
sit ita de forma examen, vt etiam optimi, & tales
cogniti sub hac censura sint iudicandi. 4. An Examinatores
teneantur ferre iuditium tantum de litteratura,
an vero etiam de alijs requisitis. 5. Quot
debeant esse examinatores synodales. 6. An duobus
examinantibus synodalibus tertio non synodali
examen sit validum. 7. Quid remedij possit in hoc
esse, ne Ecclesia patiatur damnum. 8. Quid si iste
solus concurrat.
3 † Tota difficultas pender ex Trident. explicat.
sess. 24. cap. 18. & Bullæ Pij V. incipit In conferendis
beneficijs, quibus statutum est, quod quoties
vacauerit Ecclesia parochialis Episcopus, vel cuius
officialis teneatur constituere in ea vicarium cum
congrua fructuum portione, qui teneatur sustinere
onera eiusdem Ecclesiæ, deinde, designare tempus
intra quod competitores beneficij accedere possint
examinandi, & examine peracto ab examinatoribus
synodalibus renuncientur quotquot sunt
idonei reperti, ex quibus Episcopus eligat illum,
quem cæteris magis idoneum iudicauerit, & huic,
& non alteri collatio ab eo fiat ad quem spectat de
iure. Si verò beneficium fuerit iuris patronatus
Ecclesiastici, & institutio pertineat ad Episcopum,
patronus obligatus est præsentare Episcopo illum,
quem iudicauerit digniorem, instituendum si autem
institutio pertineat ad alium, Episcopus solum
eligat digniorem, quem patronus debet præsentare
instituenti; Si autem sit patronatus laicorum,
proponatur edictum, & quem patronus præsentauerit
examinatur, & nisi idoneus fuerit repertus
nullo modo ei beneficium conferatur. Quæ omnia
ita Concilium, & Pius V. seruari volunt, vt prouisiones
omnes, siue institutiones non factæ iuxta
dictam formam censeantur subreptitiæ, pro quorum
intelligentia.
4 † Vicarius constituendus est, cum primum Ecclesiam
vacare contigerit, quia statim Ecclesia
indiget aliquo, qui sacramenta administret. Non
est tamen ita necessario iste vicarius instituendus,
quin, si conuenientius iudicaretur omittere, possit
vel per alios sacerdotes eiusdem Ecclesiæ, vel per
vicinos curatos suppleri, ideò concilium dixit Episcopum
debere constituere vicarium, si opus fuerit,
ita Garzias par. 9. esp. 2. nu. 13. Barbos. de pot.
5 Epis. 3. part. alleg. 59. num. 25. † quotiescumque
autem designandus est vicarius, id fiet cum congrua
fructuum, quæ remittitur arbitrio designantis,
spectata beneficij qualitate, & oneribus, qui
fructus aliquando sunt adeo tenues, vt omnes pro
congrua designandi sint Garz. loco cit. num. 17.
6 Barbos. num. 26. † & certum est, hunc vicarium
posse ad illud beneficium incurrere, ad quod deputatus
est, & potest illud obtinere, patet ex Trident.
loco citat. vbi loquens de eo, ita habet. Ab
eius Ecclesiæ custodia, seu administratione non
amoueatur, donec aut eidem (ecce quomodo potest
obtinere), vel alteri, qui probatus fuerit, sit
7 prouisum. † Dubium autem est, an, si beneficium
idem vicarius in concursu obtineat, & perseueret
in administratione beneficij ante collationem
factam ab Episcopo, vel ab eo, ad quem spectat
possit ei tale beneficium concedi, & negat Garzias
loco cit. num. 25. & 34. quia vult ex tali administratione
esse factum inhabilem, per text. in cap.
Auaritiæ de Elect. in 6. quæ tamen sententia videtur
Castropalao tract. 13. disp. 3. pun. 2. num. 5.
nimis dura, & contra mentem Concilij, nimis
dura; quia admistratio Ecclesiæ, & perceptio fructuum
titulo designationis nullibi videtur prohibita,
estque opus virtutis; cap. autem ambitiosæ
loquitur de illis, qui titulo electionis, & iure ex
electione sibi competente Ecclesias administrant,
quod est illicitum ante confirmationem; est contra
mentem concilij clare disponentis, quod vicarius,
quem Ecclesiæ vacanti antea Episcopus arbitrio
suo ad tempus deputauit, vel forsan postea deputabit,
ab eius Ecclesiæ custodia, & administratione
non amoueatur, donec aut eidem (nota)
aut alteri, qui probatus fuerit &c. sit prouisum,
non est amonendus, ergo potest, & debet ministrare.
8 Facta † constitutione Vicarij; per edictum propositum
ab Episcopo, vel eius Vicario vocantur
ad concursum omnes, qui ad examen voluerint
venire, & hæc publicatio solet fieri per affixionem
edicti ad valuas Ecclesiæ Cathedralis, & illius, in
9 qua situm est beneficium. † Hæc tamen vocatio
per edictum non est necessaria; sed per concilium
relinquitur arbitrio Episcopi; patet ex text., &
tenent Nauar cons. 4. de præben. Garzias nu. 36.
10 † In edicto dantur decem dies ad comparendum,
qui computantur ab affixione edicti, quod tempus
intelligitur datum, quia edictum succedit loco
nominationis, ideò cum in concilio sint dati Episcopo,
& patrono ad nominandum, censentur dati
11 etiam in edicto. † Elapso termino decem dierum,
si plures subscripti sunt, non est licitum ordinario
12 illum prorogare; † quod si elapso termino nullus
comparuit, aut ex illis, qui comparuerunt, &
nomina dederunt, nullus reperitur idoneus, tunc
posset ordinarius prorogare tempus ad alios decem
dies; sed non vltra; elapso enim hoc tempore,
& nullo comparente, vel nullo alio digno reperto,
Episcopus absque concursu quæret aliquem, cui
13 beneficium conferat. † Si verò in termino primo
decem dierum vnus compareat, non tenetur Episcopus
prorogare tempus alio edicto, sed satisfaciet
muneri suo conferendo illi, si dignus fuerit repertus
Vgolin. de pot. Epis. cap. 50. §. 10. num. 4.
Barb. 3. par. alleg. 60. num. 41. Garzias nu. 218.
14 † Vtrum autem vno tantum comparente intra
primum terminum decem dierum possit Episcopus
prorogare. 2. edicto ad alios decem dies; negant
prædicti DD. & asserunt decisum à Sacra Congr.

15 † an autem primum terminum decem dierum possit restringere, videtur dicendum posse, modo terminus sit sufficiens, ad notificandum illis, qui possunt accedere, & etiam sufficiens, ad accedendum, quia non videtur hoc esse prohibitum Castrop. num. 6.

16 † Difficultas est etiam an edictum sit nullum, & in totum vitietur, si promulgetur ab Episcopo contra præscriptam formam, vel proponendo, vel ampliando cum maiori termino. Respondetur quod si à principio edictum propositum fuit cum termino competenti v. g. decem, aut viginti dierum, postea vero prorogetur vltra debitum terminum, etsi prorogatio annullaretur, edictum validum erit. Si verò à principio propositum fuit edictum cum ampliori termino, quam viginti dierum, vel proposito edicto cum termino decem dierum prorogatio fit per viginti Garzias par. 9. cap. 2. cit. num. 45. vult edictum, & prorogationem, non solum, qua parte excedit, sed in totum esse nullum inspecto iuris rigore, at de æquitate, & præsumpta mente Pontificis anullari solum quoad excessum, sed Castropal. nu. 9. §. cæterum, putat illud edictum esse validum licet peccet Episcopus ita proponens, peccat, quia facit contra præscriptum; est validum, quia talis præscriptio non est de forma, & ratio est, quia habenti iam facultatem aliquid agendi, si præscribatur modus adhibendus, talis modus præscriptus, nisi adhibeatur, non annullat, quia non tolit facultatem alias competentem, sed tantum est datus, vt licite fiat, Castrop. in tract. de leg. disp. 2. par. 9. maximè cum à S. Pontifice non fuerit apposita annullatio. Neq; pertinet ad formam examinis quod edictum proponatur per tot dies, sed tantum, quod proponatur. Sicuti neq; est de forma, quod examinatores synodales occasione examinis aliquid recipiant, contra prohibitionem ibi factam; Erit ergo validum, licet non licite factum.

17 † Proposito edicto omnes possunt comparere, & se subscribere, si habeant debita requisita ad beneficium, & non solum possunt se subscribere, quando beneficium est per concursum, sed etiamsi non sit ad concursum; & debent examinari, quod illis proderit, quia licet beneficium sit dandum præsentato, si idoneus fuerit repertus & dignus, fit tamen experimentum etiam aliorum, qui examinantur, quod deseruiet valde examinatoribus ad formandum iuditium, si forte contigerit alias præsentari, & fortasse etiam ad obtinendum, beneficium, si
18 præsentatus non fuerit repertus dignus. † Elapso tempore præscripto in edicto de rigore iuris nullus alius accedens esset admittendus, quod tamen limitat Gonzales, nisi ex legitima causa absentia probaretur, quia tunc accedens re integra esset admittendus, & vniuersaliter, licet de rigore iuris finito termino in edicto assignato nemo possit postea subscribere, ex æquitate tamen inductum est in fauorem Ecclesiarum, vt terminus appositus in edicto concursus ad parochiales non intelligatur appositus ad excludendum oppositorum, qui ante peractum examen comparuerit examinandus, sed ne vltra illum terminum debeat ordinarius expectare, sed potius illo transacto debet prouidere ijs, qui descripti fuerint, nisi alij ante peractum examen digniores subscribantur Gonzalez ad 8. reg. Gloss. 9. §. 1. num. 115. Garzia loc. cit. num. 206. Barbos. 3. p. alleg. 60. num. 46. referentes ita de-
19 cisum. † Potest concurrere etiam Parochus actu habens aliud beneficium, & potest obtinere, quia non est incapax ex eo, quod aliud beneficium obtineat, quia illud non assumpsit cum obligatione illud semper retinendi, neque oritur incompatibilitas, quia secundo obtento dimittitur primum. Garzias num. 209. Nunc ad primum quæsitum.

Quis dicatur idoneus, vel dignus Clarum est beneficium esse conferendum dignis, & bene meritis text. in cap. graue de præbend. cap. nihil est cap. causam quæ de elect. cap. Cum adeo, de rescript.
20 cap. Is cui de præbend. in 6. & alijs. † Tota difficultas est in assignando, quis sit dignus. Cæsar Lambertinus de iure patron. lib. 1. par. 1. quæst.
21 10. art. 1. num. 1. & per totum † cumulat quadraginta septem requisita, & sub num. 3. versu vnum tamen; dicit quod videndo tot & tanta requisita turbatur, quia potest dici præsertim hodie, quis est hic in quo illa concurrant? seu maior, imo minor pars, & laudabimus eum? Certe nullus; succurrat igitur Christus vide etiam Rebuff. de pacifi. à num. 174. vsq; ad 260. vbi plenissime de singulis defectibus, qui inhabilitatem inducunt ad beneficia, & Maiolum in tract. de Irreg. per totum Rolandus etiam cons. 47. lib. 1. nu. 57. ad finem plura adducit sed non omnia de necessitate requi-
22 runtur; † ideo tantum sequentia breuitèr percurremus, quomodo requiratur legitimus torus, conueniens ætas, habilitas corporis; morum probitas, scientia debita, ordo, seu clericatus, Intentio perseuerandi in illo, carentia censuræ, vel irregularitatis, & cuiusuis alterius impedimenti.

23 Quoad legitimum torum † Regula certissima est illegitimum iure canonico esse inhabilem, & esse irregularem ad ordines, & beneficia. cap. Innotuit de elect. cap. vt filij de filijs præsb. cap. 1. & 2. eodem tit. in 6. c. Cum pridem de renunc. & alijs. Quando censeantur illegitimi, qualiter reddatur legitimi &c. ad hoc spectantia vide plene apud Castrop. disp. 4. per mult. §. & pun. 2.

24 Quoad 2. † Quæ ætas requiratur. In Summo Pontifice nulla est præscripta iure canonico, sed statim ac inspecto iure naturali, & diuino aptus ad gubernandam Ecclesiam Dei à duabus partibus Cardinalium fuerit electus, electio valida persistit Nec credendum est Cardinales esse electuros, qui; tanto muneri non sit aptus. Azorius 2. p. lib. 6. cap. 5. in fine q. 5. In Episcopo requiritur trigesimus annus expletus cap. Cum in cunctis de ætate, & qualit. in 6. ibi Nullus ad Episcopatum eligatur qui iam trigesimum ætatis annum non exegerit,
25 † quod verbum significat complementum iuxta illud exegi opus ære perennius, & ad omnem dubietatem tollendam declarauit Greg. XIV. in sua Bulla onus Apostolicæ seruitutis, de anno 1591. die 15. Martij, & tenent multi quos citat Castrop. pun. 3. num. 1. ad finem. Pro Cardinalibus ex Trid. est decreta eadem ætas ac pro Episcopis sess. 14. capit. 1. de refor. §. Ea vero omnia &c. Ex Constit. Sixti V. sufficiunt viginti duo anni. Cardinal. Paleot. de Sacri Consist. consult. part. 4. quæst. 1. Garzias par. 7. cap. 4. num. 79. &c.

25 † Pro Abbatibus, Decanis, Præpositis, Archipresbyteris, alijsque dignitatibus curam animarum habentibus requiritur annus vigesimus quintus inceptus, ita expresse cap. Cum in cunctis §. Inferiora de elect. & in Trid. sess. 24. cap. 12. de Refor. quod procedit non solum in dignitatibus sæcularibus; sed etiam regularibus quamuis beneficia manualia sint Clem. ne in agro domini §. Cæ-

terum

rerum de statu regul. Garzias alijs relatis par. 7.
26 cap. 4. num. 42. † Abbatissa, Priorissa, seu Præfecta monialium non haber curam animarum, debet tamen habere quadraginta annos completos, & octo annis post expressam professionem laudabiliter vixisse, &, si in eodem conuentu non reperiatur monialis his prædita qualitatibus, poterit eligi ex alio eiusdem ordinis, ac si etiam hoc videatur incommodum superiori, qui præest electioni, poterit eligi vna ex eodem monasterio, Episcopo, vel alio superiore consentiente, quæ trigessimum annum excesserit, & quinq; saltem annis post professionem laudabiliter vixerit. Trident. sess. 25.
27 de Regul. cap. 7.† Ad cæteras dignitates, vel personatus quibus nulla subest cura animarum clerici alioquin idonei, & viginti duobus annis non minores adsciscantur; sed ex hoc decreto tres oriuntur difficultates.

28 † Prima an stante hoc decreto requiratur aliqua dispensatio, etiamsi completus sit annus vigesimus secundus, & ratio difficultatis est, quia hoc decretum solum corrigit cap. vt vnicum, de ætate & qualit. in 6. in quo erat permissum Episcopis dispensare ad has dignitates si annus vigesimus fuisset completus, & disponit, quod non amplius possit concedi dispensatio nisi expleto vigesimo secundo, quod etsi concilium non exprimat videtur necessario inferendum, quia, cum antea non possent huiusmodi dignitates nisi expleto vigesimo anno, & tunc cum dispensatione, videtur concilium assignans vigesimum secundum, & nihil habens de dispensatione, quod relinquat intactam dispositionem iuris communis antiqui quoad hoc; cum autem de iure antiquo sine dispensatione ad huiusmodi dignitates requireretur ætas requisita ad dignitates curam animarum habentes annexam, ve ex communi tradit Abbas, & alij Doctores cap. cum in cunctis §. inferiora, & satis colligitur ex cap. permittimus de ætat. & qualit. in 6. & ex cap. innouamus 60. dist. & ibi Glossa verbo adolescentibus Nauar. cap. 25. num. 116. efficitur, quod sine dispensatione ætas requisita sit vigesimus quintus inceptus, & cum dispensatione vigesimus secundus completus, & tenet Vasq. de benefi. cap. 3. §. 2. dub. 2. num. 18. Sed probabilius tenent infracitandi nulla opus esse dispensatione; sed sufficere vigesimum secundum annum completum, & ratio est, quia sub eodem tenore verborum disponit concilium de istis, ac de dignitatibus habentibus annexam curam animarum, cum ergo pro istis assignet vigesimum quintum annum sine dispensatione dicendum erit assignare etiam pro illis vigesimum secundum sine eadem dispensatione Flaminius de resign. lib. 4. quæst. 11. num. 14. Garzias par. 7. cap. 4. nu. 55. Azor. lib. 6. cap. 5. quæst. 3. par. 2. Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 20. conclus. 3. Sà verbo Beneficium num. 31. & alij.

29 † Secunda difficultas est, an ætas viginti duorum annorum sit requisita non solum pro dignitatibus Ecclesiæ cathedralis, sed etiam pro dignitatibus Ecclesiæ collegiatæ: & respondetur requiri pro vtrisque, & videtur colligi ex proemio decreti Concilij illis verbis. Cum dignitates in Ecclesijs præsertim cathedralibus &c. addendo enim illud verbum, Præsertim, quod de sui natura supponit minus clara, & exprimit clariora, non posset aptari solis dignitatibus cathedralium; sed, vt verificetur, debet referri ad aliquid aliud, & confirmatur alijs verbis eiusdem Concilij ibi. Nemo ad quascumque dignitates, vbi illa generalitas verborum videtur includere etiam dignitates collegiatarum, maxime quia sequeretur absurdum, videlicet quod maior ætas requireretur pro dignitatibus collegiatarum, quam cathedralium, quia nisi collegiatæ in hoc decreto censeantur comprehensæ remanebunt sub dispositione iuris antiqui, ex quo iuxta communem sententiam requirebatur vigesimus quintus annus cap. Cum in cunctis de elect. & cap. Innouamus 60. dist. & in cap. Permittimus de æta. & qualit. conceditur tantum quod Episcopus possit dispensare cum habentibus viginti annos ad dignitates cura animarum carentes, & ita fuisse decisum tradit Garzias par. 7. cap. 4. num. 58. &
30 62. † Si tamen aliquæ ex illis dignitatibus habebunt aliquem ordinem adnexum, ætatem illi ordini debitam postulabunt; Garzias num. 72. vt si sacerdotium, vigesimum quintum, qui vt plurimum requiritur in collegiatæ principali dignitate, quia vt plurimum habet adnexam curam animarum Garzias nu. 65. Barbos. ad Trid. cap. 12. sess. 24. vers. Ad dignitatem.

31 † Tertia difficultas, an vigesimus secundus annus pro dignitatibus requisitus debeat esse completus, vel sufficiat inceptus; Zerola in praxi Episcop. par. 1. verbo Beneficia §. 1 vers. ad dignitates Henriquez in sum. lib. 14 cas. 8. §. 10. in fine Sà verbo Beneficium num. 31. & alij apud Castropal. tract. 13. disp. 4. par. 3. nu. 9. asserunt sufficere esse inceptum. Quia sufficit non esse minorem viginti duobus annis, ex eo enim, quod quis intrat vigesimum secundum annum, non est minor viginti duobus annis, sicuti non est maior nisi illos compleat; Non minor igitur viginti duobus annis dicitur qui intrauit, maior vero qui excessit Garzias tamen Castropal. & alij apud ipsum num. 10. asserunt debere esse completum, & probatur ex modo loquendi Concilij; nam loquens de dignitatibus curatis dixit Nemo promoueatur, nisi qui vigesimum quintum annum ætatis attigerit, loquens vero de dignitatibus curam animarum non habentibus ita habet, non minores viginti duobus annis non adsciscantur, ex quibus videtur require complementum in his secundis, maxime quia, qui non compleuit annum est minor illo, & licet sit maior vigesimo primo non est maior vigesimo secundo nisi illo completo, & ita dicit fuisse decisum Garzias num. 70. & ita tenet num. 67. & cum eo Lessius Vasq. Mandosius apud Castropal. loco citat.

32 † Pro beneficijs curatis requiritur annus vigesimus quintus inceptus cap. Cum in cunctis §. Inferiora de Elect. & tenent Garzias Flamin. Lessius & alij apud Castrop. num. 12. Quæ Doctrina extenditur ad vicarios perpetuos Ecclesiarum Parochialium, idem num. 13.

33 † Pro Canonicatibus olim erit grauis quæstio, nunc post Concilium decisum est omne dubium, quia cum omnibus canonicatibus sit annexus aliquis ordo sacer, qui intra annum est suscipiendus, remanet sine dubio, quod quilibet debet esse in ea ætate, vt intra annum ad eum ordinem possit
34 promoueri. † An autem ex hoc, quod in Concilio assignatur tempus, vt intra annum prouidendus de canonicatu possit promoueri, colligatur, quod sit censendus aptus canonicatui subdiaconali, qui, habet 20. annum completum, & intrat in vigesimum primum, an verò debeat habere completum vigesimum primum, & ita de Diaconatu, & præsbyteratu, an pro istis dignitatibus requiratur annum esse completum; videtur ex verbis Concilij

Ttt 2 colligi,

colligi, quod sufficiat annum esse inceptum, quia dicit quod infra annum possint promoueri; quia autem qui intrat annum requisitum ad ordinem, vere dicitur posse promoueri infra annum; ideò videtur sufficere esse inceptum, & ita tenent Lessius Azorius, & alij apud Castrop. num. 15. qui tamen num. 16. asserit debere esse completum, & explicat illa verba, vt intra annum possit promoueri, non vt designantia tempus requisitum ad aptitudinem beneficio necessariam, sed vt determinatiua temporis, vltra quod non possit prorogari sumptio ordinum; vult ergo Concilium annum requisitum ad ordinem esse completum, & ordinis sumptionem non posse vltra annum prorogari;
35 Garzias num. 22. refert ita fuisse decisum. † Ad Canonicatum, Pænitentiariæ requiritur, quod promouendus sit in ætate quadraginta annorum. Quod si in diæcesi non reperitur, qui sit Doctor in Theologia, vel iure canonico, vel licentiatus, poterit eligi, qui alias pro loci qualitate aptior reperiatur ita in Concil. & tradunt Gutierez lib. 1. Canon. qq. cap. 26. num. 40. Garzias num. 33. Barbos. 3. p. alleg. 55. nu. 8. & alij, Quod si nullus aptus sit in diæcesi, potest quæri extra diæcesim; sed debebit habere gradum scientiæ, maturitatem ætatis, & morum probitatem. An autem quadraginta anni debeant esse completi variant Doctores; sed puto sufficere esse inceptos, quia nullum est verbum in textu complementum significans.

36 † Pro Canonicatibus Ecclesiarum Collegiatarum, & dimidijs portionibus Ecclesiæ Cathedralis nihil est decretum in Concilio, ac proinde iuxta dispositionem iuris antiqui sufficiet quartus decimus annus inceptus, quod tempus sufficere ad beneficia simplicia dicemus & ita fuisse decisum testatur Garzias num. 36. & Gonzalez Gloss. 5. à num. 92.

37 † Pro reliquis beneficijs simplicibus, etiam canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis inspecto iure communi satis controuersum est, an sufficiat septennium, an vero debeant attingi quatuor decim anni; & resoluendo dicendum est, si beneficium sonet nomen rectoriæ, & requirat maturitatem consilij, qualis est personatus, requiri ætatem quatuordecim annorum ita in cap. Indecorum de ætat. & qualit. Si verò beneficia hoc regimine carent, sufficere septennium, tum quia septennium sufficit ad minores ordines, & nemo iure antiquo ordinibus initiabatur sine titulo beneficij, tum quia in cap. Ex eo §. 1. de elect. supponitur posse esse canonicum in pupillari ætate. Inspecto tamen iure nouo Concilij sess. 22. cap. 6. de refor. Nullus initiatus prima tonsura, vel in minoribus constitutus potest beneficium obtinere ante quartum decimum annum, qui sit inceptus Gonzalez ad 8. Regul. Gloss. 5. num. 90. & alij. Nisi tamen in fundatione aliter sit dispositum, quia dispositioni fundatoris standum est, cum illi noluerit Concilium derogare Gonzalez num. 91. Garzias nu. 8. & alij.

38 † Aduerte autem quod ætas requisita à Concilio pro consequtione alicuius beneficij non solum requiritur adesse tempore collationis, sed etiam electionis, & præsentationis, & impetrationis, quibus acquiritur ius ad beneficium, quia Concilium prohibet verbis generalibus consequtionem beneficij ante ætatem ab ipso statutam, per illos autem actus vere acquiritur ius ad beneficium Nauar. cons. 2. de ætat. & qualit. Garzias p. 7. cap. 4. num. 85. Barbos. de off. & pot. Epis. alleg.
39 60. num. 78. & alij. † Imò eadem ætas requiritur in oppositore, idest in eo qui concurrit, tempore oppositionis alias non erit legitimus oppositor, neq; illi poterit beneficium conferri Gutierez cons. 44. num. 7. & quasi per totum Perez de Lara de anniuers. & Capell. lib. 2. cap. 9. nu. 55. & 58.
40 quos refert, & sequitur Garzias num. 86. † Nec in ætate à concilio requisita vlla ratione potest Episcopus dispensare, quia hoc illi non conceditur, & non potest legi Pontificiæ, vel Conciliari derogare, nisi concedatur. Garzias nu. 57. & alij.
41 † Tandem collatio, Electio, Impetratio beneficij facta ante legitimam ætatem est nulla, & irrita, vt de persona inhabili, & contra formam Concilij Paris. de rassig. lib. 4. q. 9. num. 20. Garzias nu. 82. loc. cit.

42 † Sequitur videndum, de habilitate, vel aptitudine ex parte corporis, pro quo statuo ad beneficium requiri necessario eam aptitudinem, & habilitatem corporis, quæ excludat irregularitatem. Nam irregularis sicuti est exclusus ab ordine suscipiendo, sic etiam à benefitio obtinendo Garzias 7. par. cap. 12. nu. 3. attenta communi sententia de qua Castropal. tract. de Irreg. disp. 1. par. 3. apud quem etiam reperies, quod vitium corporis inducat irregularitatem eodem tract. disp. 2.
43 † Et irregularis quis potest esse ante ordines, vel beneficium, vel post istorum adeptionem, si præcedat constituit incapacem beneficij, si subsequatur impedit exequtionem Garzias num. 18 loco proxime citato Suarez disp. 51. sect. 2. num. 9. & alij.

44 † Sed dubitabis an possit conferri beneficium illi, qui post clericatum contraxit vitium corporis, ex quo inducitur irregularitas; & respondendum posse conferri illud beneficium, cuius exercitium non impedit vitium contractum, ideò cum vnicuique beneficio annexa sit obligatio recitandi diuinum officium, si ex vitio contracto redditus sit inhabilis ad illud recitandum, vt quia factus cæcus post ordines susceptos, numquam poterit obtinere beneficium Garzias numer. 19. & 21. Suarez Lessius, & alij apud Castropal. pun. 4. num. 2.

45 † Dubitabis secundo, an inhabilis ad maiores, ordines, vtpote ad Sacerdotium, quia oculo canonis pollice &c. necessarijs ad illum ordinem careat possit ad minores ordines, Diaconatum, & subdiaconatum promoueri, & ad beneficium simplex, cui non est annexus ordo Sacerdotalis. Aliqui affirmare videntur, quia non est inhabilis ad ordines illos, nec ad exercitium illius beneficij simplicis. At pro certo tenendum cum communi, illum, qui maioribus ordinibus non potest insigniri, esse inhabilem etiam ad minores, & consequenter ad quodcumque beneficium, quod sine ordine non potest obtineri; fundamentum huius sententiæ est cap. Non confidat. 60. dist. vbi prohibetur corpore vitiatos diuinis misterijs applicari, suscipientes autem primam tonsuram, & minores ordines applicantur diuinis misterijs, deinde prima tonsura, & minores ordinantur ad Sacerdotium, tamquam ad sui cōplementū, ergo non sunt assumendi nisi ad illum possit peruenire, vt seruetur ordo necessarius, & tenent Vgolin. de Irreg. cap. 52. §. 1. num. 4. & cap. 64. in princ. num. 4. Garzias num. 78. & alij.

46 † Aliud requisitum est probitas morum, quæ est vna ex præcipuis qualitatibus, quas debet habere

beneficiatus, quippe ex qua pendet præcipua Ecclesiæ vtilitas, & fructus; ideò varijs textibus decretum est de ista diligenter inquiri; cap. Cum in cunctis de elect. cap. Graue nimis de præben. Clemen. 1. de ætat. & qualit. Trident. sess. 24. c. 18. de refor.

47 † Carentia tamen istius qualitatis non reddit irritam collationem beneficij, quia inhabilitas ad beneficia oritur potius de iure Ecclesiastico quam de iure naturali ratione criminosi; quia ex crimine non tollitur, quin possint exerceri, quæ spectant ad beneficium, etsi impediant quin licite id fiat, & tenent Nauar. cap. si quando de rescript. except. 17. num. 8. & seq. Azor. & alij cum Castrop. p. 5.
48 num. 2. † Crimina autem inducentia nullitatem collationis sunt irrogantia infamiam sequta sententia, quia ratione latæ sententiæ quis efficitur infamis infamia iuris; & infames infamia iuris sunt irregulares, & consequenter ex communi sententia
49 incapaces acquirendi beneficia. † Non priuantur
50 tamen iam acquisitis. † An autem infamia facti durans, licet sententia non sequatur, reddat incapacem ordinis, & beneficij suscipiendi, vt, si alicuius ob sua crimina commissa opinio apud graues homines sit grauata, nec constet apud ipsos de emendatione, licet non sit sequta sententia, duret tamen talis infamia, sit incapax ordinis, & beneficij. Affirmat Parisius de resignat. lib. 4. quæst. 3. Diaz cap. 88. & ibi Salzedo, Suarez de relig. tom. 2. tract. 5. de iura. cap. vltim. num. 4. 5. & 17. & alij plures relati à Garzia part. 7. cap. 8. num. 39. & ratio est, quia pro illo tempore ille est irregularis, vt tradit Castropal. loc. citat. de irreg. durante autem irregularitate, durat incapacitas ad beneficia; & reg. 87. de reg. iur. Infamibus non patent portæ dignitatum, & in cap. Cum in cunctis decernitur, quod beneficia conferenda sint ijs, qui scientia, moribus, commendabilique vita existunt, & electio aliter facta deuoluitur ad superiorem, ex quo colligitur esse inualidam quia si esset valida non deuolueretur. Nec obstat quod obijcit Garzias nempè infamiam facti non esse propriè irregularitatem, quia tollitur sine dispensatione, sed per contrarium factum aboletur, quia ex hoc sequeretur, quod carens ætate legitima non esset irregularis quia etiam ista facto tollitur, & tamen impedit collationem ordinum, & beneficiorum. Delicta vero quæ reddunt committentem infamem, & eum excludunt à beneficijs, habentur in cap. constituimus 3. quæst. 5. & cap. Infames. 6. quæst. 1. & late expendit Azorius 2. p. instit. moral. lib. 6. cap. 7. tota quæst. 3.

51 † Scientia & litteratura est aliud requesitum, pro isto statuitur ista regula, eam scientiam esse necessariam ab beneficium obtinendum, quæ ne-
52 cessaria est ad exercendum suum officium; † nam beneficia dantur propter officia cap. final. de rescript. in 6. Hinc Episcopus debet esse potens alios hortari in sana doctrina, & eos qui contra dicunt arguere. Cardinales eadem, & maiori debent pollere quia S. Pontifici in gubernatione totius Ecclesiæ assistunt Menoch. de arbitr. casu 425. num. 21. & seq. Azor. 2. part. lib. 6. cap. 6. quæst. 10. & alij, Parochi tali, quæ sufficiat ad docendum populum ea, quæ credere, & obseruare tenetur, eiq; Sacramenta ministrare Gonzalez ad 8. reg. Gloss. 4. a num. 71. Pro reliquis beneficijs spectandum est eorum munus, si habent annexam iurisdictionem cum cognitione causarum requiritur scientia vtriusq; iuris Menoch. num. 40. Gonzalez nu. 69. Pro beneficijs omnino simplicibus si requirunt aliquos ordines talis scientia requiritur, quę ad ordinem illum est necessaria, quæ autem ista sit tradit Concil. sess. 23. cap. 4. 11. 13. & 14. de refor. Garzias par. 7. cap. 7. nu. 11. & alij; Beneficia vero, quæ nullum ordinem adnexum habent, nec aliud munus preter recitationem diuini Officij, eam etiam scientiam exposcunt, quæ est necessaria pro eadem recitatione Flam. li. 4. quæst. vlt. num. 30. Gonzalez Gloss. 4. num. 73. Garzias loco cit. num. 8.

53 † Estq; adeo necessaria ista qualitas, vt si collatio beneficij fiat non habenti sufficientem litteraturam, & scientiam, controuertatur, an sit nulla, & quidem, si collatio sit facta omnino illiterato, esse nullam affirmant Diaz ad Salzedo cap. 21. Gonzalez Glossa 4. nu. 47. Garzias pluribus relatis part. 7. cap. 7. num. 13. colligitur ex cap. cum in cunctis de elect. §. fin. vbi eligentes indignum ob ætatis, morum scientiæ, & natalium defectum priuantur potestate eligendi, & electio ad superiorem deuoluitur, ex quo videtur colligi, electionem esse nullam, & tex. quasi expressus in cap. Dudum el. 1. de electio. vbi cassata electione illius, qui patiebatur defectum scientiæ, vel ætatis tempore electionis beneficium adiudicatur coelecto, etiam à minori
54 parte. † Si tamen omnino illiteratus tempore collationis postea litteras discat, & conferentem non pæniteat reualidatur prima collatio tacita noua collatione superueniente ex ijs, quæ tradit Gonzalez Gloss. 4. num. 49. cum Salzedo ad Diaz cap. 21. † Quod tamen non putat verum Selua de Benef. par. 3. quæst. 10. casu. 3. num. 15. Siluest. verbo Beneficium 3. quæst. 19. Garzias cit. cap. 7. nu. 20. quia ex sola taciturnitate non potest induci noua collatio, quod puto verum; sicuti neq; est admittenda limitatio adhibita ab eodem Gonzalez num. 50. quod regula tradita procedat in beneficijs curatis, & Canonicatibus, vbi requiritur industria, & consilium, secus in alijs beneficijs simplicibus, sed est regula illa intelligenda de omnibus generaliter cum textus & Doctores loquantur generaliter Garzias num. 20. in fine.

55 † Si tamen non sit omnino illiteratus, sed habeat aliquam litteraturam, licet non sufficientem collatio erit valida, expedit tamen illam irritare arg. textus in cap. quamuis de ætat. & qualit. & ex Trid. sess. 7. cap. 3. de refor. quia nullibi habetur collationem factam ei, qui parum scit, esse ipso iure irritam; sed tantum venire irritandam, potest enim aliqualiter satisfacere muneri suo, quamuis non competenter, Garzias num. 15. Gonzalez num. 47. Barbos. de pot. Episc. Alleg. 63. num. 3.
56 † Dices Tridentinum sess. 22. cap. 4. decernere prouisionem factam ei, qui ætatem, cæterasque qualitates ibi præscriptas integrè non habuerit, nullam esse, vbi ponderandum est illud aduerbium, integrè, ex quo videtur colligi, quod requiratur ad validitatem scientia necessaria integerè, idest sine diminutione. Sed respondetur Concilium ibi loqui de illis conditionibus prescriptis & determinatis à iure & nullus arbitrio remissis, qualis est ætas, ignorantia & omnimoda illitteratura cap. vero 3. sess. 7. loquitur de qualitatibus arbitrio iudicis remissis, scilicet de scientia competente, de honestate morum, & alijs huiusmodi, in quibus potest esse arbitrium.

57 † Quis autem sit omnino illiteratus, hoc aqud doctores receptum est, illum non esse omnino illiteratum, qui prima grammaticę rudimenta didicit; ita

ita pluribus relatis Barbos. alleg. 46. num. 9. Gonzalez Gloss. 4. num. 48. addunt etiam Nauar. in cap. si quando, de rescript. excepr. 13. num. 8. Garzias par. 7. cap. 7. num. 15. solum illum esse omnino illiteratum, qui legere, & scribere latinè nescit, tametsi sensum non percipiat, & hunc reputant capacem pensionis Ecclesiasticæ, & beneficij nullum aliud onus habentis, præter recitationem diuini Officij.

58 † Cum omnino illiterato non potest dispensare Episcopus, quia nihil potest supra ius canonicum, nisi illi concedatur, imo dubitatur etiam de summo Pontifici & multi negant id posse, aliqui affirmant sed legitima interueniente causa, & addunt præterea causam legitimam raro contingere posse. Cum illo autem, qui non est omnino illiteratus, licet parum sciat iusta intercedente causa, & si speretur breui futurum, vt sciat ea, quæ sunt necessaria, volunt posse Episcopum breui tempore dispensare, & beneficium conferre.

59 † In episcopatu requiritur de scientia promouendi aliquod publicum testimonium alicuius vniuersitatis, & si promouendus fuerit. Regularis requiritur simile testimonium à suis superioribus vide Castropal. par. 6. numer. 13. 14. &c. ad finem.

60 † De ordine, vel clericatu, & de intentione permanendi in illo multa essent dicenda, sed breuiter. 1. Omnes in hoc conueniunt neminem esse capacem beneficij quantumuis minimi, si prima tonsura non sit prius initiatus. cap. cum adeo, de rescript. cap. ex litteris de transact. c. 2. de inst. Alij verò ordines, inspecto iure communi, non prærequiruntur necessario ad vllum beneficium, quamuis post beneficium debeant suscipi; de Episcopatu per Trident. sess. 22. cap. 2. dispositum est, vt saltem spatio sex mensium antequam promoueatur assumendus sit in ordine sacro, & sufficit quod sit in Subdiaconatu, quia ex cap. A multis, de ætat. & qualit. quod non est correctum per Concilium, Subdiaconus poterat esse Episcopus, & addidit tantum, quod per sex menses in Sacro

61 ordine sit constitutus. † Nec obstat constit. Greg. XIV. de anno 1590. incipit onus Apostolicæ &c. licet dicatur debere in sacris esse constitutum, quasi vtendo numero plurali requirat plures ordines sacros, quia vsus est communi modo loquendi, quo constitutus in Subdiaconatu dicitur in Sacris. Non desunt tamen qui sentiat debere esse in alijs etiam constitutum.

62 † Quæ vero intentio requiratur in suscipiente parochiale beneficium. Respondeo requiri intentionem intra annum suscipiendi præsbyteratum; quam, nisi promouendus habeat, peccat mortaliter, & nisi mutet voluntatem, promotus non solum; sed etiam conferens, si sciat illam prauam intentionem, tenentur ad restitutionem fructuum, ille, quia fraudolenter recipit, iste, quia cooperatur; intellige tamen conferentem teneri tantum casu, quo percipiens ipse non restituet Sanchez

63 lib. 7. de matr. disp. 45. num. 2. † & idem dicendum etiam, si animo dubio beneficium accipiat, quia vere non habet animum suscipiendi ordines, quod requiritur, quod si infra annum mutet animum, & sacerdotium sumat, potest etiam perceptos fructus retinere, quia cap. commissa de elect.

64 hoc aperte explicat. † Non sufficit tamen mutare voluntatem, sed præterea infra annum ordo est suscipiendus, & ideo voluntas est mutanda eo tempore quod sit sufficiens ad ordinem suscipiendum, quia, si mutetur tempore non sufficienti, non

65 tollitur obligatio restituendi, † Si tamen mutetur voluntas tempore, quod sufficiat ad ordines suscipiendos, licet, postea aliquo accidenti non culpabili illi, qui mutat voluntatem, non promoueatur; vt quia infirmatur, Episcopus ab est &c. tunc ex-

66 cusatur à restitutione. † Quod si beneficium suscipiat animo promouendi intra annum, mutata tamen voluntate postea non promoueatur; aliqui affirmant; alij negant teneri restituere fructus

67 perceptos. † Siue tamen teneatur restituere, siue non poterit semper retinere illos fructus, qui dati fuissent vicario, qui pro illo tempore seruiuisset, vide Castropal. de his omnibus qui omnia disputat & doctores adducit.

68 † Sed quid de illo, qui beneficium suscipit animo non dubio sed conditionato promouendi ad ordines, vt v. g. habet animum promouendi, nisi aliquid melius accidat. Dico non teneri restituere fructus, quia animus conditionatus est vetus animus suscipiendi; Nec est obligatus semper inser-

69 uire eidem Ecclesiæ. † Quotiescumq; tamen adest obligatio restituendi, illa intelligitur facienda ante vllam iudicis sententiam, quia fructus non

70 facit suos. † Dubitatur etiam, an recipiens parochiale beneficium eum animo illud resignandi, vel permutandi, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem fructuum; probabiliter creditur non peccare, quia sufficit habere animum promouendi infra annum, & inseruiendi beneficio pro eo tempore, quo obtinetur, neq; obtinens beneficium tenetur habere animum illud non deserendi Nauar. consf. 24. lib. 3. tit. de præb. Sanchez lib. 7. de matr. disp. 45. numer. 12. & alij non desunt tamen contrarium sentientes. Ista de beneficijs parochialibus de quibus vide Barbosam de off. Parochi par. 1. cap. 5. per totum vbi diffuse satis.

71 † Quod etiam in dignitatibus curam animarum habentibus requiratur quidem intentio suscipiendi sacerdotium; &, nisi adsit, quod recipiens teneatur dignitatem dimittere, & fructus restituere tenet Vasq. opus. de benef. cap. 3. §. 3. num. 33. sed contrarium sustinet Garzias alijs relatis 3. par. cap. 4. nu. 20. quia cap. commissa cap. licet canon. cap. ex eo de elect. in 6. loquuntur tantum de beneficijs parochialibus non autem de dignitatibus, quæ non videntur comprehendi sub nomine beneficiorum parochalium, cum in c. cum in cunctis §. Inferiora de elect. apponantur tanquam distincta, quod confirmatur quia cap. cum in cunctis, & in Trident. sess. 24. de refor. cap. 12. statur suscipientes has dignitates debere intra annum sacerdotio ordinari, quod, si admoniti non fecerint, priuentur Ecclesia. In cap. vero commissa iuncto capite licet canon nulla præcedente monitione, qui susceperint parochiale, & non susceperint intra annum ordinem requisitum, priuantur beneficio. Ex quibus patet alio modo in sacris canonibus disponi de istis dignitatibus, & alio de parochialibus, & ideo non idem dicendum; dispositum de illis, quidquid est dispositum de istis.

72 † De alijs beneficijs simplicibus Garzias alijs relatis 3. part. cap. 4. nu. 38. asserit illa recipientem absq; animo recipiendi ordinem sacrum eis annexum teneri nulla expectata sententia restituere fructus, quia æque fraudolenter recipiuntur isto fructus beneficiorum Parochialium, & vbi est eadem ratio, est etiam eadem iuris dispositio. Alij contrarium sentiunt Nauar. cap. 21. de orat. nu.

51.

51. & in ſum. cap. 25. num. 118. Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 45. num. 13. Leſſius lib. 2. cap. 34. num. 132. Gutierez & alij quia in cap. commiſſa ſolum diſponitur de Parochialibus, pænæ autem non ſunt extendendæ.

73 † Diſcrepant etiam doctores in aſſignando qualem culpam ille committat, qui recipit beneficium ſimplex animo non aſcendendi ad ordines, ſed animo relinquendi ſtatum clericalem, poſtquã aliquo tempore perceperit fructus beneficij, & reſpõdetur ſi ordo ſit requiſitus, vel ex diſpoſitione iuris, vel ex diſpoſitione fundatoris, aut ex cõſuetudine grauitèr peccare, quia nõ intendit obſeruare id, ad quod tenetur. Si vero beneficium nullum habet annexum ordinem, vt ſunt aliqui canonicatus collegiatarum, aliqua præſtimonia, & aliquæ capellaniæ, quibus ſatisfit incedendo in habitu & tonſura, & recitando diuinum officium, nullo modo peccare, quia nullam obligationem violat Nauar. cap. 25. num. 18. Sanchez loco cit. num. 17. Garzias num. 42. & alij.

74 † Quod ſi non ſolum habeat intentionem relinquendi ſtatum clericalem, ſed præterea tranſeundi ad coniugalem, & accipiat beneficium animo fruendi tantum fructibus ad tempus; aliqui affirmant peccare mortaliter Sotus de Iuſt. lib. 10. quæſt. 5. art. 6. colum. 4. Sanchez aſſerit eſſe veniale num. 19. & idem ſentit Leſſ. num. 132. Garzias num. 43. dicit nullo modo peccare, quod videtur clare innuere etiam Nauar. de orat. cap. 21. num. 52. quia nulla poteſt eſſe culpa, vbi nulla eſt violatio præcepti naturalis, diuini, vel poſitiui, quod hic nulla ſit obligatio naturalis, vel diuina, patet; neq; poſitiua quia imo in cap. Ioannes cap. diuerſis fallacijs de cleri. coniug. conceditur liber tranſitus ad nuptias beneficiatis, dummodo beneficia relinquant. Et Eccleſia dat beneficia ad ſuſtentandum beneficiatum in ſtatu clericali pro eo tempore, quo beneficium retinuerit, non cum obligatione, vt ſemper retineat, & ſtatum incompatibilem non aſſumat.

75 † Vltimum requiſitum eſt carentia cenſuræ Irregularitatis, & alterius impedimenti requiſita ad beneficium, & certum eſt excommunicatum, ſuſpenſum, interdictum, & irregularem eſſe inhabilem ad obtinendum beneficium, Præterea vxorati ſunt incapaces beneficij, vt tradunt omnes in cap. 2. de clerico coniug. per text. ibi. Imo etiam cuiuſcumq; adminiſtrationis Eccleſiaſticæ per eundem textum Garzias 7. par. cap. 5. num. 3. Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 42. num. 18. Nec illi poteſt ſuffragari regula de triennali poſſeſſione, quia ſunt omnino incapaces, ſicuti laicus, acquirendi beneficij, & retinendi. Rebuff. de pacif. poſſ. nu. 187. Sanchez num. 15. Niſi tamen vxor conſentiat, quod vir aſcendat ad ordines, & ſi ipſa ſit iuuenis profiteatur religionem, vel ſi ſit ætate prouectior votum caſtitatis emittat, quia tunc nullus eſt viro ad
76 coniugium recurſus. † Quod idem eſſet, quando vir haberet legitimam cauſam diuortij, poſſet enim tunc ordines ſuſcipere & beneficium Sanchez num. 16. Neq; coniugatus eſt capax beneficij ex Epiſcopi diſpenſatione licet affirment relati à Sanchez ſaltem ſimplicis licet non curati, ſed ad ſolum ſummum Pontificem ſpectat talis diſpenſatio. ita Sanchez num. 18. & Garzias loco cit. & ratio eſt quia capit. diuerſis de Cleri. coniug. Epiſcopis interdicitur conferre beneficia coniugatis, & ſi ſcienter ea contulerint ſunt expoliandi per ſuperiorem, & qui ſupponitur in cap. Ioannes coniugatus habere beneficium, eſt intelligendus ex pontificia diſpenſatione. Nec obſtat quod Epiſcopus diſpenſet in beneficio ſimplici cum homicidia, depoſito, & irregulari; quia illi non ſunt omnino incapaces beneficij cum obtenta ante delictum poſſint retinere, quod non poteſt coniugatus, &
77 laicus. † Carere etiam debet bigamia promouendus ad beneficium cap. 1. 2. & 3. de bigamis in 6. difficultas eſt an in bigamia poſſit diſpenſare Epiſcopus ad ordines minores, & ad beneficium ſimplex & tenent poſſe illi quos refert Caſtropal. num. 8. ea ratione ducti, quod nullus ſit textus id prohibens. Alij temperant, quod poſſit diſpenſare quoad ordines, & beneficia recepta, non autem quoad recipienda; ſimplicitèr tamen negant alij & quoad ordines, & quoad beneficium ſimplex, tam in bigamia vera, quam interpretatiua, quod videtur verius, quia in textu cap. vnici de bigamis in 6. bigami denudantur omni priuilegio clericali, nec diſpenſatio committitur Epiſcopo, Epiſcopum autem in lege generali non poſſe diſpenſare, niſi ei ſic commiſſum tradunt Doctores in c. At ſi clerici de iudi. & in Triden. ſeſſ. 23. cap. 17. permittitur coniugatis exercere ordines modo non ſint bigami, ergo neque quoad habita, neque quoad habenda poteſt Epiſcopus diſpenſare, & ita fuiſſe deciſum refert Garzias num. 5. & Barboſ. in remiſſ. ad Conc. dicto c. 17. alijs relatis etiam de pot. Epiſ. 2. par. alleg. 49. num. 21. & 25. apud Caſtrop. nu. 6. Hæ ſunt conditiones examinandæ in eo, qui ad aliquod beneficium parochiale, vel non parochiale promouendus eſt.

78 Sed † an ſufficiat aliquem iſta habere ad hoc vt eligatur, an ex illis qui iſta habent ſit dignior eligendus hoc eſt ſecundum quæſitum propoſitum ſoluendum. Pro quo.

79 † Noto 1. Certum eſſe debere eligi dignum, id eſt illum, qui aptus ſit rite præſtare munus ſuum, & electionem aliter factam eſſe nullam; ideo etiam excommunicati maiori excommunicatione, ſuſpenſi, interdicti aut irregulares non ſunt eligendi, ita communiter Doctores.

80 Noto 2. † eſſe difficultatem an propter peccatum mortale, quis reddatur indignus ad beneficium, & ratio eſt. 1. Quia eligendus debet eſſe præditus morum grauitate, & ſcientia; caret autem morum grauitate, qui eſt in peccato, ergo indignus qui eligatur. 2. Ex vi electionis electus recipit poteſtatem miniſtrandi ſacra, quia autem eſt in mortali non poteſt ſacra miniſtrare, ergo neque eligi. 3. Excommunicatus etiam minori excommunicatione, ex multorum ſententia, repellitur ab electione, quia durante excommunicatione prohibetur ſuſcipere ſacramenta, ergo etiam exiſtens in mortali eſt repellandus ab electione, cum eodem modo arceatur à participatione ſacramentorum, & ita tenent Abbas in cap. Si celebret, de cler. excom. celebra. & ibi Innoc. Caiet. 2. 2. quæſt. 63. art. 2. Sot. de Iuſt. lib. 3. quæſt. 6. art. 2. concluſ. 3.

Dico tamen cum Nauar. de orat. miſcel. 34. & Azorio 2. par. lib. 6. cap. 14. quæſt. 10. Peccatum notorium reddere indignum electione illud habentem, etiamſi non mereatur depoſitionem, & ideò tam eligens quam acceptans electionem peccat mortaliter, quia oritur ſcandalum ex eo, quod videtur peccator præferri iuſtis, & idoneis, & etiam, quia raro poteſt præſumi in notorio peccatore futura emendatio, At peccatũ occultum non reddit indignum, quia poteſt præſumi ex fragili-

tate

tate commissum, & cito per pænitentiam delendum. Ad rationes in contrarium dico ad. 1. Morum grauitatem non amitti per occultum peccatum; sed per publicum, & notorium. Ad 2. & 3. conceditur existentem in mortali, neque suscipere neq; administrare posse sacramenta, sed ex hoc non sequitur esse priuatum electione, quia peccatum occultum præsumitur commissum ex fragilitate, & ideò præsumitur etiam emendatio. Neque vrget excommunicatum esse priuatum, licet etiam ipse possit absolui, quia absolutio non est in potestate eius, qui est in excommunicatione, sicuti est in potestate peccatoris Deo reconciliari media diuina gratia, & ideò excommunicatio etiam secreta priuat, non autem peccatum. Castropal. pun. 11. num. 3.

81 ✝ Noto 3. Digniorem esse illum, qui magis aptus, & vtilis est ad exequendum iniunctum ministerium. Fieri enim potest, vt sanctior, & Doctior sit minus aptus alio minus Docto, & minus Sancto, ob defectum prudentiæ &c. dignitas ergo ex aptitudine ad finem, ad quem fit electio, est desumenda. Gutierez cano. quæst. lib. 2. cap. 11. nu. 61. & seqq. Lessius de Iust. lib. 2. cap. 34. dub. 14. num. 6.

82 ✝ Noto 4. Sequentia esse fere certa apud omnes. 1. Si in fundatione beneficiorum, siue curatorum, siue simplicium designentur certæ personæ, quibus sint conferenda, nullam esse obligationem eligendi digniorem extra illos, qui sunt designati, sed sufficere eligendum, vel instituendum esse dignum, quia hoc est vtile Ecclesiæ quia isti solent diligentiori affectu beneficio inseruire; ob id antiquitus ex eadem Ecclesia prælatus assumebatur, licet extra illam alius esset magis aptus cap. Nullus cap. Obitum 61. dist. & cap. Metrapolitano 63. dist. Gutierez loc. cit. pluribus relatis nu. 29. & idem dicendum est ex Trid. sess. 24. cap. 18. de refor. in medio. cum plures vocantur ad concursum certo termino præscripto ad comparendum; nequeunt enim electores conferre beneficium alijs, qui non concurrerunt, licet essent digniores sed tenentur eligere, ex illis, qui concurrerunt. 2. Eligentes ad Episcopatum facta diligenti inquisitione tenentur ex illis qui offeruntur apti eligere aptiorem ita Trident. sess. 24. cap. 5. de Refor. ibi omnes vero, & singulos &c. 3. Patronus Ecclesiasticus, & multo magis Episcopus quando ei competit ius eligendi tenetur eligere digniorem ex approbatis ab examinatoribus ad beneficia parochialia ex eodem Trid. sess. 24. cap. 18. de refor. ibi Episcopus cum eligit, & infra. Is quem patronus &c. & Infra Episcopus eligat digniorem &c. Certum est si electio fiat ad concursum quod dignior ex concurrentibus est eligendus: quia est quidam tacitus contractus, & naturalis obligatio, qua eligentes obligantur competitoribus ad faciendam electionem dignioris. Neque video qua alia ratione fiant concursus, nisi vt aptior cognoscatur, quod certe vanum esset, nisi esset in ordine, vt dignior Eccle-
83 siæ præficeretur. ✝ Difficultas est an ex natura, & institutione beneficij dignior sit præferendus, & eligendus.

In hoc non conueniunt Doctores. Glossa cap. licet ergo qui præstantior 8. quæst. 1. & cap. constitutus, verbo magis vtilem de appella. & cap. Quoniam verb. qui maioribus; de iurepatron. & cap. 2. de offic. pastor. negat, & idem sentit Augel. de Perus. d. cap. Constitutus, & ibi Imola, & Francus num. 4. Rochus de iurepatron. verbo Honorificum quæst. 15. ad finem, & alij, & rationes quibus mouentur esse possunt. 1. quia beneficia sunt instituta in stipendium dandum laborantibus in seruitute beneficij, non in premium laboris ergo sufficit, vt beneficia dentur dignis, non dignioribus, consequentia patet sequenti exemplo, si dominus imponeret æconomo suo conducere operarios ad aliquid faciendum, & stipendium taxaret dandum operarijs, vtique satisfaceret æconomus eligendo dignum operarium iuxta taxatum stipendium, quia labor respondet stipendio, & si dominus præterea adderet imperando æconomo, vt meliores eligeret & æconomus adhuc tantum sufficientes, non meliores conduceret, peccaret quidem contra fidelitatem, & obedientiam debitam non tamen contra iustitiam commutatiuam, vel distributiuam. 2. Etiamsi dignor eligeretur; non tamen, vt dignior, sed solum, vt dignus beneficio deseruiet, non peccaret, quia satisfacit obligationi suæ, &, si ad quid amplius obligaretur, esset hoc multis scrupulis ostium aperire, ergo, si iste, vt dignior non tenetur seruire, neque eligens tenetur eligere; & videtur hoc manifeste probari ex cap. Graue nimis de præbendis, vbi habetur, quod prætermissis indignis digni eligantur, & idem ex cap. nimis de elect. & cap. 3. sess. 7. Trid. de refor. ibi personis dignis, & habilibus. 3. Nullibi apparet ista obligatio, ergo, non est imponenda; Præter Episcopatum enim, & beneficia curata prouidenda per concursum non existit talis obligatio. Nam cap. Matropolitano 62. dist. licet habeat Ex præsbiteris eiusdem Ecclesiæ, vel diaconis optimus ordinetur; præterquam quod loquitur de Episcopis, non videtur continere præceptum. Et in capit. Moyses D. Hieronimus condemnat eos qui Sanguinem respicientes non curant bonum Ecclesiæ, quod non videtur continere præceptum de meliori eligendo, & cap. licet 8. quæst. 1. idem Gieronimus non præscribit, quid faciendum sit, sed innuit, quid tunc fieret; habet enim, Qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium. Neque Hieronimus erat legislator.

Magis vrgeret cap. custos de off. cust. vbi dicitur; Ad officium custodis tales ordinentur, quales meliores, & sanctiores esse viderint, vt nulla negligentia in sancta Dei Ecclesia videatur: & capit. vnicum, vt Eccles. benef. in quo Innocentius III. condemnans electionem cuiusdem clerici inquir. Debuisti ecclesiasticum officium, & beneficium in personam magis idonea dispensare, ex his enim duobus textibus videtur clare colligi magis idoneum esse eligendum. Attamen etiam istis non magna difficultate respondetur, primum textum non continere præceptum, sed consilium; Secundus vero reprehendit, quia officium, & beneficium non fuit collatum in personam idoneam, patet ex eodem textu illis verbis onus probationis super tribus articulis imposuimus, videlicet vt ostenderes quod cancellariam personæ idoneæ, modo canonico, & tempore competenti donasses, quæ pars textus alteri parti adiuncta facit hunc sensum. Archiepiscope es reprehendendus, quod cancellariam non idoneo donaueris debuisses magis idoneum eligere, quasi ille, qui fuit electus, non fuerit idoneus, & hic est modus dicendi, quando aliquis non aptus, vel ineptus ad officium est electus innuendo quod saltem idoneus debuisset eligi, dicere, saltem magis idoneum elegisset; est ergo iste textus intelligendus solum de idoneo quasi de-

mon-

monſtret, ſibi fuiſſe ſatisfactum, ſi magis idoneum elegiſſet, quam ſit ille, qui electus eſt, qui non eſt idoneus. Alij diſtinguunt de beneficijs curatis, & non curatis eſſerentes qnidem ad beneficia curata magis idoneos eſſe eligendos, & niſi eligantur peccare mortaliter eligentem, ad beneficia vero non curata negant extare talem obligationem, & hoc ſecundum aſſerunt ne condemnent multos prælatos, qui beneficia etiam valde pinguia conferunt perſonis, minus dignis; quaſi doctrina eſſet accommodanda moribus, & non mores doctrinæ, doctores vide apud Caſtropal. 52. nu. 7. D. Thom. 2. 2. quæſt. 63. art. 1. & 2. & quæſt. 185. art. 3. Aragon. 2. 2. quæſt. 63. art. 2. Couar. Reg. Peccatum 2. part. §. 7. nu. 4. & 5. Nauar. manu. c. 17. num. 73. Garzias part. 7. cap. 2. num. 60. & alij aſſerunt in omnibus beneficijs eſſe oblationem eligendi magis idoneum; qui ſit inter illos, qui poſſunt reperiri, ita idem Caſtropal. num 8. quod ex multis Patrnm dictis poſſe probari affirmat. Ratio tamen principalis, qua mouetur eſt iſta, quod cap. vnicum vt Eccleſ. benef. &c. ſuprac. ſupponit hanc obligationem, cum enim dicat debuiſti magis idoneum eligere, ſi debuit eligere, ergo tenebatur quod ſi petas vnde habeatur iſta obligatio dicit haberi per traditionem ab ipſomet exordio inſtitutionis beneficij, & eſſe credendum Eccleſiam inſtituendo beneficia, ſimul etiam præcepiſſe, vt dignioribus conferrentur, quia id eſt vtilius eidem Eccleſiæ, quod vult intelligi de omnibus beneficijs tam non curatis, quam curatis, quia vtriſq; melius ſeruitur à magis idoneo Excuſat tamen, quod aliter ſit propter auctoritatem doctorum aliter ſentientium, at ſententiam ſuam vult eſſe probabiliorem. Mihi tamen videtur nimis durum imponere onus peccati mortalis, vbi nullus canon eſt apertus imo commodiſſimè, & fortaſſe vere poſſunt exponi in contrarium vt patet ex dictis in prima ſententia, neq; mihi videtur ſufficiens fundamentum aſſerta traditio Eccleſiæ, de qua non conſtat, ſed tantum præſumitur ratione non adeo vrgenti, cum ad illud quod melius eſt non ita facile quis ſit obligandus ſub mortali; vt certum tamen ſuppono iſtam eſſe magis tutam & magis piam ſententiam; ſed tutam & probabilem puto etiam primam.

84 † Quacumq; tamen ſententia poſita puto eligentem dignum omiſſo digniori non peccare contra iuſtitiam commutatiuam nec contra diſtributiuã, quia neutra leditur. Beneficia enim non ſunt inſtituta in premium danda clericis; ſed in ſuſtentationem, ex quo ſequitur, quod nulla ſit læſio contra iuſtitiam diſtributiuam; Nec infertur iniuria Eccleſiæ cui prouidetur de ſufficienti miniſtro. Ad ſummum peccaret contra fidelitatem ſit amplectenda ſit tertia ſententia. Alia autem amplexa neq; peccatur contra fidelitatem, quia neq; ex iſta tenetur eligere niſi dignum. Iſta ex natura, & inſtitutione beneficiorum.

85 † Et de patrono, qui fundauit beneficium puto omnino certum non teneri eligere digniorem, ſed ſatis eſſe eum eligere dignum, cum poſſit quilibet diſponere vt quis fruatur re ſua modo ſibi bene viſo & habetur expreſſe cap. monaſterium 16. quæſt. 7. & ibi Gloſſ. & ſcribentes communitèr, Lambert. de iurepatron. lib. 2. part. 1. quæſt. 10. art. 3. Couar. Reg. Peccatum 2. part. §. 7. nu. 5. Soto de iuſt. & iur. lib. 3. quæſt. 6. art. 2. & alij

86 † quod puto verum etiam de ſucceſſoribus; puto enim etiam iſtos ſatisfacere ſuæ obligationi, ſi dignum eligant, modo aliud in fundatione non ſit præſcriptum, nec teneri eligere digniorem, & ratio eſt, quia iſti ſuccedunt in iura fundatoris; ergo, ſi fondator non tenebatur eligere magis dignum, neq; ſucceſſores tenebuntur. fauet Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. præcipiens patronis eccleſiaſticis eligere digniorem ex approbatis; In electione vero Patronorum laicalium ſolis dignis contentum eſt. Dices Concil. ſeſſ. 24. capit. 1. aſſerere eos mortalitèr peccare, qui, quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles cognouerint, præfici non curauerint, ſed reſpondetur, ibi non eſſe ſermonem de præſentatione ſeu nominatione, ſed de electione, vt conſtat ex principio capitis. In electione §. Præterea ſi hoc decretum eſſet intelligendum de præſentatione deberet intelligi de patronis, qui habent ius præſentandi ex priuilegio ſedis non ex fundatione Couar. Regula peccatum 2. par. §. 7. num. 5. exquo Vaſq. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 5.

87 † Neq; renuncians, ſeu permutans beneficium tenetur eligere magis dignum, ſed ſatisfacit renunciando digno, vel cum illo commutando, quia propriè non eligit, neq. vlla adeſt conſtitutio hoc præſcribens Leſſius lib. 3. cap. 34. dub. 13. num. 61.

88 † Sed. quid dicendum in hoc caſu electionis; Inter eligendos extat digniſſimus, dignus & indignus. Si volo eligere digniſſimum, illi meum ſuffragium tribuendo, quia alia ſufficientia in illum non concurrunt, eligitur indignus, qui plura ſuffragia omnibus alijs referet, ſi vero digno relicto digniſſimo ſuffragor, euito electionem indignij; ſequetur enim electio digni, quid in hoc caſu faciendum. Reſpondeo ſuffragium non eſſe dandum digniſſimo, quia impoſſibilis eſt eius electio, dabitur digno, vt euitetur electio indigni hoc enim modo, bene agetur res Eccleſiæ, neq; digniſs. fiet iniuria, cum non poſſit electionis beneficium conſequi Gutierez lib. 2. Canon. cap. 11. num. 60. Leſſius lib. 2. cap. 34. dub. 13. num. 60. & alij.

89 † Quod ſi vnus ſit dignus, alius dignior, alius digniſſimus, & ſi ego meum ſuffragium applicem electioni digniſſimi, neq; in ipſum digniſſimum, neq; in magis dignum ſequetur electio, ſed fiet ſolum digni, at ſi applico magis digno, licet non ſequatur electio digniſſimi, non ſequetur tamen neq; digni tantum, ſed magis digni, tunc poſſum, ſi volo ſuffragari magis digno, quia ita bene ago rem Eccleſiæ curando electionem magis digni, non tamen teneor ſed poſſum ſuffragari digniſſimo, licet ſequatur electio tantum digni, quia non noceo Eccleſiæ, quæ de digno paſtore nihilominus erit prouiſa, & exequor meum debitum, quod eſt ſuffragandi optimo, nec per me ſtabit, quin ſequatur electio optimi Vaſquez de benef. cap. 2. §. 3. dub. 7.

90 † Contingit etiam aliquando duabus Eccleſijs eſſe prouidendum, quarum altera redditus habet pinguiores, ſed non indiget rectore exquiſito, ſed ſatis eſt habere idoneum mediocritèr, altera vero habet redditus tenuiores, ſed indiget exquiſito rectore; duo ſunt, quibus iſtæ Eccleſiæ ſunt conferendæ, exquiſitiſſimus alter, alter idoneus, ſed non exquiſitus, quis vtriq; eſt præficiendus Sotus de iuſt. lib. 3. quæſt. 6. art. 2. Leſſius loco cit. num. 59. Rebellus de oblig. part. 1. lib. 3. quæſt. 5. ad finem Gutierez loco cit. num. 4. & alij aſſerunt digniſſimum eſſe præficiendum Eccleſiæ magis indigenti, licet pauperiori, alium vero Eccleſiæ

minus indigenti, licet ditiori, quia in electione ad beneficia non tam vtilitas eligendorum attenditur, quam vtilitas Ecclesiarum. Contrarium tamen tenet Ledesma 2. part. 4. quæst. 18. art. 2. fol. 156. quod probatur, quia Ecclesiæ satisfit eligendo dignum, & præterea seruatur iustitia distributiuo. Sed respondetur beneficia non esse iustitia in premium vt supradictum est.

91 † Sed petes, an valeat electio digni omisso digniori: Communis sententia docet esse validam, ne litibus ostium aperiatur, & ne perturbetur Christiana Respublica, Couar. alijs relatis Reg. Peccatum par. 2. §. 7. nu. 3. Gutierez loc. cit. nu. 15. Gonzalez ad 8. Reg. Cancell. Gloss. 4. num. 126. & alij & Vasq. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 17. affirmans esse omnium doctorum, & probatur ex cap. cum nobis, de Elect. & cap. nisi cum pridem §. pro defectu de renunciat. cap. Constitutis 2. de appellat. Quod verum est, etiamsi electores iureiurando se adstringerent ad eligendum digniorem, quia iuramentum non immutat dispositionem iuris communis, quamuis illud violantes sint periuri Couar. alijs relat. num. 4. & Gutier. num. 15.

92 † Quod, si ante electionem electoribus facta fuisset denunciatio, vt eligant digniorem, & si id non fiat ex tunc à tali electione appellari Abbas in cap. constitutis de appellat. num. 6. Decius ibidem num. 5. Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 1. quæst. 10. art. 3. dicunt talem electionem esse cassandam si sit de minus digno, vt pote factam contra pendentem appellationem, At probabilius est non esse cassandum, quia appellatio illa est iniusta, cum enim facta electione non possit appellari ne litibus ostium aperiatur, & ne Christiana Respublica perturbetur, iisdem rationibus erit iniusta, si præponatur. Erit ergo etiam in hoc casu valida & firma, Glossa cap. licet ergo verbo qui præstantior 8. q. 2. quam Glossa sequitur Imola & Francus in capit. Constitutis 2. de appel. Couar. Reg. Peccatum part. 1. §. 7. nu. 3. Gutierez nu. 23. & hoc inspecto iure communi, si enim aliquid aliud sit speciale, illud erit attendendum.

93 † De Parochialibus, quæ ad concursum prouidentur, quia ista debent conferri dignioribus ex approbatis ab examinatoribus; ex Trid. sess. 24. cap. 18. de refor. vbi etiam habetur. Prouisiones omnes seu institutiones præter supradictam formam factæ subreptitiæ esse censeantur, & in Constit. Pij V. super collatione Parochi alium dat. 15. Kal. April. 1566. cauetur posse digniores non electos à mala electione appellare, quę appellatio, licet nõ suspendat effectũ exequtionis, deuoluit electionem superiori, qui cognito de irrationabili iuditio prioris eligentis, cassat electionem, & parochialem confert magis digno; deo ex istis oritur dubium.

94 † An electio digni ipso iure sit irrita, quando dignior est omissus, an solum veniat irritanda per sententiam Garzias part. 9. cap. 2. a num. 235. & Vgolin. de pot. Episc. cap. 50. §. 23. nu. 4. defendunt non esse ipso iure irritam. 1. Quia sequeretur esse irritas collationes factas ab inferioribus Episcopo, & institutiones ipsius Episcopi ex præsentatis à patronis Ecclesiasticis, quando digniores non essent electi, quod non videtur dicendum, cum instituentes, & conferentes non sint in culpa, quia ad ipsos non spectat electio, sed ipsis tantum mandatur instituere electos à patronis. 2. Quia non obstante appellatione electio exequtioni mandatur, quod videtur inferre electionis validitatem 3. Quia si electio ipso iure esset nulla, esset infirmanda, etiam non appellante reiecto, & beneficium esset conferendum magis digno.

Alij tamen vt Gonzalez Gloss. 4. nu. 136. Spino de test. Gloss. 4. num. 86. & alij affirmant ipso iure esse nullas. Ratio istorum est quia Trid. & Pius V. statuentes beneficium digniori esse conferendum in fine decreti & Constitutionis subdunt decretum irritans, & annullans, si secus in præmissis omnibus, & singulis actum, aut attentatum fuerit; ex quo videtur sequi, cum vnum ex præcipuis illius decreti & Constitutionis sit, quod fiat electio dignioris, si ista non seruetur esse irritam, quod tenuit Rota in decisionibus relatis a Farinac in nouiss. 672. & 674. & a Genuens. in sua praxi cap. 69. & ab ipso Garzia nu. 232. & 233. Ego multum tribuo decisionibus totalibus sed rationes adductæ videntur multum vrgere, & ad decretum Concilij & ad Constitutionem Pianam respondet Garzias esse intelligenda, de cæteris requisitis, non autem de electione minus digni, ne dicta inconuenientia sequantur; maxime cum lædatur ius tertij sine eius culpa, quod posita tali explicatione seruatur non incommode illæsum.

95 † An autem interposita appellatione in causa, quod dignior non fuerit electus, si iudex, ad quem causa est deuoluta; ferat sententiam in fauorem reiecti iudicando illum esse digniorem, ista sententia sit statim exequenda, & debeat iste immitti in possessionem, spoliato illo, qui iam fuit immissus in possessionem, an vero sint expectandæ tres conformes sententiæ, est satis grauis difficultas, & pro parte affirmatiua vrget, quod, nisi dignior mitteretur in possessionem per primam sententiam, sed teneretur expectare alias sequeretur, quod dignior esset deterioris conditionis, quam minus dignus, qui ex vna sententia fuit missus in possessionem, non obstante appellatione dignioris, vt ergo seruetur æqualitas, sicuti minus dignus in prima instantia ex vna sententia. ordinarij fuit missus in possessionem, non obstante appellatione dignioris, ita magis dignus erit eodem modo mittendus in possessionem ex sententia iudicis, ad quem, non obstante appellatione minus digni, aliter non seruabitur æqualitas cap. statutus §. insuper de rescript. in 6. cap. in iudicijs 12. de Reg. iur. in 6. & l. fin. C. de procur. & l. Cum quidem C. de fruct. & lit. expen. Neq. obstat Constit. Pij, quia, licet decernat posita appellatione à mala electione ordinarij ex vi talis appellationis, electionem non suspendi, nec illa pendente electum remoueri; nullo tamen modo prohibet, quin sequta sententia in gradu appellationis, prouisus amoueatur, imo videtur id concedere tacite, cum ex superuenienti sententia, non ex appellatione id fiat, & non pendente appellatione, sed illa cessante, & effectum obtinente.

Hanc quæstionem eruditè tractat Gonzalez in vtraq; partem, de mens. & alternat. Glossa 6. a num. 163. vbi tamen concludit prouisum ab ordinario non esse remouendum, nisi appellans obtineat tres sententias conformes, aut vnam, vel duas, quæ transeant in rem iudicatam, idem docet Gutierez lib. 2. Can. quæst. cap. 11. num. 25. Garzias part. 9. c. 2. §. 1. nu. 247. & Cenall. com. contra com. part. 897. a num. 862. & probatur 1. Quia cum ex dispositione Concilij & Constit. Pij caueatur quod appellatio interposita non suspendat exequtionem sententiæ latæ ab ordinario, non autem id caueatur de appellatione interponenda in sententia iudicis appellationis, sequitur, quod talis

appellatio

appellatio relinquatur in sua natura, & ideo non solum deuoluit causam ad superiorem, sed etiam suspendit eius executionem 2. In eadem Constit. Pij habetur, quod pendente appellatione prouisus ab ordinario non amoueatur, appellatio autem pendet non solum in prima; sed etiam in secunda instantia, & quoadusq. appellans obtineat rem iudicatam, ideo prouisus non est amouendus 3. Vbi est eadem ratio ibi est eadem iuris dispositio; est autem eadem ratio in secunda, & tertia appellatione, quæ est in prima nempè, ne Ecclesia absq; certo pastore, & firmo remaneat, & ne pastores pluries mutentur ergo in omnibus erit eadem iuris dispositio, maxime quia, si quælibet sententia, sicuti prima esset exequtioni mandanda, ex mutatione rectorum innumeræ lites orirentur tum in perceptione fructuum, tum in remotione vnius, & possessione alterius, quod est, vitandum. 4. Posita electione ordinarij, & exequtioni mandata cessat via exequtiua & succedit ordinaria, quæ non est exequtioni mandanda nisi obtineatur definitiua vt per Gonzalez loco citat. Ad rationem in contrarium respondetur magis idoneum non esse deterioris conditionis minus digno, quia nec dum est dignior reputandus ex vna sententia iudicis appellationis, cum etiam minus idoneus habeat sententiam sui ordinarij, cui plus est credendum; cum sit præsumendus melius cognoscere promouendos, & melius velle consulere suæ Ecclesiæ, quam appellationis iudex, & præterea electus ab ordinario non solum habet sententiam, sed etiam sententiæ exequtionem, ex quibus apparet differentia inter
96 vtrumq; † Quod si electus ab ordinario non sit missus in possessionem, & in gradu appellationis sequatur contra illum sententia, poterit appellans mitti in possessionem per suum iudicem non obstante appellatione primi electi, quia tunc iudex appellationis est primus iudex, in causa possessionis; & prior electus non expoliatur possessione.
97 † Quod in fortioribus terminis erit dicendum quoties aliquis ex concurrentibus ante electionem appellauerit à grauamine sibi facto, vt quod admittatur ad examen, vel quod admittatur aduersarius, vel quod non concedatur competens terminus &c. pro quibus datur appellatio c. t. de dilat. cap. ex parte el 2. de appellat. his enim casibus si iudex appellationis non solum iudicet de articulo illo, sed etiam de causa principali, quod aliquando potest, vt docet Couar. pract. quæst. cap. 9. per totum, poterit à se electum mittere in possessionem, ac si esset iudex ordinarius, quia est primus iudex, nec aliquem spoliat Gonzalez ad 8. Reg.
98 Gloss. 6. a num. 222. † Quod si pendente appellatione electus, & in possessionem missus decedat, vel aliud beneficium incompatibile obtineat Garzias docet non extingui ius appellantis, quia licet non possit prætermissus vel reiectus appellans prouocare possessorem beneficij ad examen, poterit tamen alijs vijs probare, se digniorem; sed contra hanc doctrinam vrget, quia non apparet, quomodo pro appellante possit ferri sententia, si electus non tenetur se defendere, & maxime supposito, quod supponit etiam Garzias electionem digni omisso digniori esse validam, licet veniat infirmanda ex quo videtur sequi appellantem non posse ius appellationis prosequi, quia non potest in sui fauorem obtinere sententiam, nisi simul obtineat, quod rescindatur prior electio, quod fieri non potest cum morte, vel alia prouisione electi sit extincta, & beneficium vacet ita Castropal. part. 11. §. 3.
99 num. 6. † Quando autem possit contingere electores obligari ad restitutionem, & refectionem damni, quod ex earum electione sequitur. Dico primo omnes conuenire si eligant indignum teneri Ecclesiæ de damno quod patitur ex eorum electione, quia iniuriam inferunt illi contra proprium officium, ex quo tenentur illi prouidere saltem de digno. Si vero electio fiat de digno relecto digniori, dico 2. non teneri ad quidquam eidem Ecclesiæ, quia illi prouisum est sufficienter, ita Lessius de iust. lib. 2. cap. 34. dub. 15. num. 74. & alij neq; electores obligantur ad amplius Petrus Nauar. de
100 rest. lib. 2. cap. 2. num. 186. † maior difficultas est an aliquid debeatur digniori prætermisso, & quidem nihil deberi tenuerunt Adrian. in 4. de restit. cap. quia iam determinatum est. Nauar. c. 17. num. 72. & seq. Soto de iust. lib. 4. quæst. 9. art. 3. ad 6. Couar. Reg. Peccatum 2. part. §. 7. num. 6 & alij ratio est 1. Quia ante electionem, vel præsentationem nemo habet ius iustitiæ, vt sibi beneficium conferatur, quia beneficium non datur in premium dignitatis, sed in stipendium laboris, & minus dignus electus non obligatur ad dimissionem beneficij, quod esset faciendum, si magis digno ex iustitia esset conferendum. Paluda. in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 2. nu. 12. Caiet. 2. 2. quæst. 62. 2. ad 4. in 3. dub. & alij affirmant faciendam esse restitutionem digniori prætermisso, & probant quia ex communi doctorum sententia omittens digniorem electo digno peccat peccato acceptionis personarum, & contra iustitiam distributiuam, & fuit iniustus distributor, in qua iniustitia permanebit quousq; prouideatur dignior, & seruetur indemnis, & peccauit contra debitum proprij officij, ratione cuius tenetur dignioribus conferre beneficia, ergo tenetur digniori de damno. Hæc quæstio est valde difficilis.

Dico tamen 3. Si beneficia exponantur ad concursum eligentem indignum omisso digno, & eligentem dignum omisso digniori teneri digno, & digniori ad restitutionem damnorum, quæ quisq; illorum patitur, & quidem si concursus fuit ex edicto in quo expresse declaretur quod beneficium dabitur digniori, euidens est non posse dari digno omisso digniori absq; iniustitiæ nota, quia est quidam contractus, concurre, & dabo, si vero hoc non exprimatur adhuc puto tacite inesse idem pactum, & quælibet alia explicatio est mera fuga.
101 † At, si beneficia ad concursum non exponantur, puto nullam oriri obligationem, quia nullus quamuis dignissimus habet ius ad beneficium;
102 † Quod si oriatur lis an electus sit minus dignus prætermisso, aduertant illi qui litem sunt intentaturi assumere articulum difficilimæ probationis. Si quidem dignitas in beneficijs non tam attenditur ex scientia, & litteratura quam ex vita, morum grauitate, prudentia, diligentia alijsq; similibus dotibus in rectore Ecclesiæ requisitis, quod optime adnotauit Gonzalez Gloss. 4. num. 21. & seq. Aduertat etiam quod si contra electum obtineat sententiam in curia obtinebit simul vt apponatur sequestrum iuxta Clem. 1. de Sequest. poss. & fruct. Quod sequestrum semel positum non remouetur tametsi possessor obtineat aliam sententiam in sui fauorem Puteus decis. 133. num. 1. & decis. 1305. lib. 1. & tradet Gonzalez Gloss. 6. num. 214. & Garzias part. 9. cap. 2. num. 248. Si vero sententia obtineatur extra curiam non apponitur sequestrum vt bene annotauit Gloss. in Clem. 1. verbo

bo promulgatæ, de sequestr. poss. & fruct.

103 Ad 3. quæsitum, an sit ita de forma electionis examen, vt optimi, vt optimi cogniti ex censura examinis sint iudicandi. Hoc quæsitum duo inuoluit. Primum an examen ita sit de forma, vt non possit omitti etiam si persona sit dignissima; Secundum an posita quod persona sit dignissima & talis non appareat in examine, si tamen alia appareat dignior, an ista quæ appareat in examine, vel illa, quæ est cognita sit præferenda. Pro quo noto.

104 † Notoriè litteratum & habilem non esse examinandum cap. qui Episcopus iuncta Gloss. 2. dist. 23. cap. Nullus 24. dist. & ibi Glossa vnica Bart. in l. 1. num. 2. C. de Atletis lib. 10. & alij apud Gonzalez Gloss. 4. num. 85. Nec item graduatos, eo quod fuerint approbati ab vniuersitatibus, ne illis inferatur iniuria Rebuffus in prax. tit. de rescrip. in forma pauperum pro graduatis num. 3. & 4. Item ordinatus in Sacris absq; alio examine reputatur habilis ad beneficia simplicia capit. Accepimus, de ætat. & qualit. & ibi Hostiensis num. 12. Andreas num. 13. Butrius num. 8. & 12. & alij, nisi tamen noua causa superuenirat Gonzalez loco cit. num. 96. vt quia post multum temporis non studuit, vel quia constat talem fuisse indigne promotum ad ordines, Oldradus cons. 118. num. 1. vbi consuluit, quod si Episcopus aliquem ordinauit ad Sacerdotium, & successiue admisit ad duas parochiales Ecclesias, potest reppellere a tertia, etiamsi ista tertia non sit maioris curæ; sed æqualis, & minoris; cum per diligentem inquisitionem repererit eum esse indignum, sequuntur ipsum Io. Andr. Anchar. Butr. & alij citati 2. Felino in cap. ex litteris num. 7. de Constit. & si ageretur de administratione Sacramentorum, vel exercenda cura animarum, licet Sacerdos qui talem curam actu exercet vel exercere intendit, fuerit examinatus ab antecessore Episcopo, & approbatus, potest examinari à successore, & si fuerit repertus non idoneus debet excludi, si rector non sit, & titulum perpetuum non habeat, quod, si habeat, potest suspendi, & illi dari dignus coadiutor eius expensis ex Trid. sess. 21. capit. 6. & sess. 14. capit. 3. de refor. traduat Felinus, Oldrad. & alij supracit. & ista quando examen etiam non est de forma.

105 † Quando examen est de forma, nunquam potest omitti, & si omittatur acta sunt nulla, & corruunt, quamuis persona sit litterata, & famosa Bart. in l. 1. num. 2. C. de atletis lib. 10. Lambertinus de iure. patro. lib. 2. p. 1. quæst. 11. a. 3. num. 1. & alij.

106 † Hinc Felinus, cum nominatus in Auditorum Rotæ numerum cooptandus ægreferret, se examini esse subijciendum, hominem toto mundo celebrem, qui tot annis vniuersitatibus omnibus acclamantibus in publicis prælegisset, audito quod examen esset de forma acquieuit, & libertissime se subiecit, vt refert Mandos. Reg. 24. quæst. 3. num. 12. & tradit ipse Felin. in cap. Cum venerabilis num. 49. vers. ideo doctorato, de exceptio.

107 † Examen autem in dicto decreto esse de forma tradunt communitèr Doctores Barbosa ad Concil. sess. 7. cap. 13. de ref. nu. 3. Gonzalez ad 8. reg. Gloss. 4. num. 90. & fuit dictum sæpe in Rota in vna Caligurita beneficij 7. Maij 1574. coram Clem. VIII. & in alia Caligurit. de Oruillos 12. Octobris 1587. coram Pamphilio seniore, & in alia item Caligurita. beneficij de Haro 5. Decembris 1588. coram Comitulo. Nec à tali examine excusatur Vicarius Episcopi Archidiaconus, Pænitentiarius, vel alia quælibet eminens persona, ita sæpius fuisse decisum asserit Parisius de rassig. lib. 8. q. 9. num. 83. ad 92. & à 93. per multos alios est ergo examen de forma, & ideo quælibet persona etiam excellentissima, & dignissima illi sponte debet se subijcere, ita fecit etiam Felinus audito quod examen esset de forma.

108 † Ad secundam partem difficultatis, quæ est An posito, quod persona sit dignissima, & talis cognita non appareat tamen digna in examine quid agendum? Respondeo etiam hoc posse contingere in beneficijs quæ sunt exposita ad concursum, & in illis quæ ad concursum non sunt exposita. Et

109 † Dico, si appareat saltem dignus in examine quo ad litteraturam, licet alij quoad hanc repeDiantur digniores, & re vera iste sit dignior, & quoad alia requisita, vt prudentiam, morum grauitatem &c. istum esse alijs præferendum, quia dignitas non constituitur ex sola litteratura; sed etiam, quoad alia; vt optime tradunt Gonzalez ad 8. reg. Gloss. 4. num. 108. & Garzias p. 6. cap. 2. à num. 236. vbi quando parochialis est in forma dignum, & simplicitèr ibidem num. 105. & 206. ideo licet reperiatur minus dignus in litteratura

110 constituitur tamen dignior ex alijs. † At difficultas est, quando nullo modo in examine apparet dignus, quoad litteraturam, & tamen re vera omnium est dignissimus. Et primo, & quando beneficium non proponitur ad concursum, videtur posse conferri isti dignissimo cognito, licet in examine talis non appareat. 1. Quia res Ecclesiæ bene agitur, & nulli fit iniuria. 2. Quia licet examen requiratur pro forma, non tamen apparet, quod approbatio debeat fieri ex ipso examine tantum, sed quod examinentur promouendi, & renuncientur reperti idonei; possunt autem reperiri idonei, quoad ætatem, morum grauitatem &c. ex antecedenti informatione, vt communitèr concedunt, & litteratura potest probari non solum per examen, & litteras graduatorum, sed etiam per testes in illa scientia peritos, Rota decis. 8. num. 1., & per totam de probat. in nouissimis Miles in repertorio verbo probari non potest litteratura Francus in cap. si forte in fine de elect. Mascard. de prob. conclus. 877. num. 1. 9. & 11. Gonzalez loco cit. nu. 106. 3. Quia si per examinis impositam formam tolleretur examinatorib. facultas ex antehabita cognitione sufficientiæ, & dignitatis promouendi, vt non possent renunciare dignum quam cognoscerent, sed coarctaretur eorum iuditium ad ea, quæ in examine apparent, sequeretur damnum ex eo quod est decretum in fauorem, nam in fauorem Ecclesiarum inductum est examen, vt de dignioribus prouideantur, & hoc casu priuarentur hoc commodo, quod sine examine perciperent. 4. Licet sit de forma examen illa tamen forma est inducta tantum ad tollenda inconuenientia, quæ possent sequi in electionibus non adhibito examine, non autem, quod examen sit de essentia rei, quæ autem sic inducitur forma, non est inducenda cessante præsumptione, pro qua tollenda est inducta, nec videtur amplius obligare. 5. Videtur huic conclusioni maxime fauere Gonzalez loco cit. nu. 119. vbi habet non solum interesse habere notitiam pristinam de vita, & motibus, & alijs qualitatibus, sed etiam de scientia, & litteratura, quia potest quis in vno examine apparere magis doctus ex fortuna puncti assignati, vel quæstionis propo-

ſitæ cum re vera ſit minus, & è contra, vt per textum in l. vnica Cod. de atletis lib. 10. dicit ibi
111 Bartolus nu. 2. Angel. & Platea † tenentes quod propterea deberet quis ter examinari, vt ter victoriam reportet, & cognoſcatur idoneus; plura tradit Tiraquel. de pænis temper. cauſ. 51. num.
112 559. † vbi etiam habet, quod non ſufficit, aliquem in vno actu eſſe probatum; ſed in pluribus, & ſæpiſſime debere eſſe perſpectum, & exploratum; facit text. in proem. inſt. §. cumque hoc Deo propitio, ibi, Iam ex multis rerum argumentis accepimus,
113 & ibi notat Gloſſa, & Faber. † Neque vna hirundo facit ver Baldus in l. iura conſtitui nu. 1.
114 & 4 ff. de leg. Et quod ter fieri debeat † examen, nam ex vno examine non poteſt deprehendi tota ſcientia vnius; forte, quia habuit punctum familiarem, vel aliquem examinatorem ſubornauit, tradunt Archid. cap. de quibuſdam num. 5. 6. diſt. 37. Abbas in capit. Cum ſecundum num. 14. de præbend. & Felin. cap. Cum venerabilis ſub num. 49. de exceptio. Tandem tradunt Doctores poſſe quem examini ſe ſubijcere, licet beneficium ſit vni tantum conferendum, vt det ſpeciem ſuæ ſcientiæ, vt tempore opportuno examinatores ex iam cognitis poſſint ferre iudicium de iſtius ſufficientia; Ex quibus probatur, quod in approbatione facienda non eſt inſiſtendum, neque quoad litteraturam in ijs tantum; quæ apparent in examine, ſed etiam in ijs, quæ extra habentur; ergo iſte digniſſimus erit inter dignos connumerandus ex ſcientia habita extra examen, licet in examine deficiat.

115 † Dices fortaſſe fieri iniuriam approbatis dignis, ſi conferatur huic non approbato, quia illis per approbationem iam eſt quæſitum ius, quod ille amiſit ad electionem. Sed reſponderi poteſt, quod licet ſit communis ſententia Doctorum dignum petentem beneficium, cathedram, ſeu collegium, & illud acceptantem in concurſu dignioris, nec peccare, nec teneri ad vllam reſtitutionem Caiet. 2. 2. q. 185. a. 3. Couar. Reg. Peccatum p. 2. §. 2. num. 4. Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 34. dub. 14. num. 70. & alij, verum tamen eſt etiam, quod illa ſententia procedit tantum ſuppoſita bona fide, ideſt dum obtinens clare non cognoſcit ſe eſſe minus dignum, quod ſi clare cognoſcat ſe minus dignum, neque futurum vt alterius dignitatis exceſſum diligentia compenſet, neque beneficium poteſt obtinere, & ſi obtineat tenetur ad ſatisfactionem digniori omiſſo, ſi beneficium ſit prouiſum per concurſum Leſs. lib. 2. cap. 12. dub. 18. nu. 129. Rebel. par. 1. li. 3. quæſt. 6. n. 1. & ſequent. ergo cum iſte nec poſſit obtinere nec retinere, illi iniuriam non inferent examinatores approbando, neq; Epiſcopos eligendo. Imo quod minus dignus neq; poſſet concurrere animo obtinendi beneficium, ſed tantum, vt ſuum ius proſequatur, & tradat ſe cognoſcendum, & vt poſſit allegare ſæpius ſe concurriſse, poterit etiam habere animum obtinendi ſi dignior moriatur vel deſiſtat a concurſu vel oppoſitione, tradit alijs relatis Cord. in ſum. quæſt. 31. Rebell. loco cit. nu. 4. & alij apud ipſos & Azor. part. 2. lib. 6. cap. 15. quæſt. 14. in fine.

Pro contraria vero ſententia quod videlicet beneficium ſit dandum magis digno ex illis qui ſunt approbati & quod ſit excludendus digniſſimus qui in examine non apparuit dignus, videtur facere. 1. Quia fruſtra concilium requireret examen, niſi ex illo eſſet ferendum iudicium dignitatis, ſi enim ex antehabita ſcientia poſset iudicari dignitas examen ad nihil deſeruiret. 2. Ex examine nullum ius acquiſiuit ad beneficium, imo quidquid habere poterat amiſit, quia non apparuit ſufficiens 3. In beneficijs, quæ dantur ad concurſum tacitus hic videtur imbibitus contractus, ſi dignior apparueris, & victoriam reportaueris, beneficium obtinebis. 4. Si hoc concederetur aperiretur oſtium magnis litibus, quia, cum iſti apparent digni, & ille non dignus, habent ipſi ius ad ſe tuendos in ſua dignitate. 5. Sufficit beneficium eſſe prouiſum de digno, licetq; magis dignus non eligatur non ideo infertur iniuria beneficio, & ſi iſte digniſſimus non ſe oppoſuiſſet, beneficium fuiſſet collatum digniori ex illis, qui ſe oppoſuerunt, habeatur ergo iſte ſicuti non ſe oppoſuiſſet cum re vera non ſit connumerandus virtute examinis inter eos, qui ſe debent opponere, quia digni tantum ſe debent opponere, hic vero non apparuit dignus. Tandem argumenta propoſita in prima ſententia videntur probare, quod ſi in examine appareat quis idoneus, ſed minus, quam alij, poſſit quidem ex antehabita ſcientia reputari dignior, quia ex eo quod iam apparuit dignus acquiſiuit ius ad electionem, quæ non videntur militare cum non apparet dignus, quia non poteſt iudicari dignior, qui prius non extitit dignus. Quæ tamen ratio mihi videtur non multum vrgere, quia vel examinatores poſſunt vti ſcientia habita tantum in examine, vel etiam habita extra examen, ſi habita tantum in examine, ergo, qui non apparet in examine dignior neq; poterit iudicari talis ſcientia extraiudiciali; ſi poſſunt, cum dignus apparet, ad declarandum digniorem, quare non etiam ad declarandum dignum cum dignus non apparet, cum enim dignior ſit eligendus & electio facta de minus digno ſit nulla & ſit cenſenda ſurreptitia ex Concilio vt tradit Gonzalez Gloſs. 4. num. 136. cum alijs ab eo relatis, ſequitur, ſi ex ſcientia habita extra examen iudicetur dignior, habilitetur ad beneficium, ad quod non erat habilis; ſi ergo poteſt habilitari vt magis dignus, cum non appareat, & ex examine ad id non habeat ius, quare non poterit, etiamſi non appareat idoneus, cum vtroq; modo ex vi examinis careat iure ad conſequendum beneficium. Præterea non minus requiritur approbatio quoad morum grauitatem, & prudentiam &c. quam approbatio doctrinæ, imo, qui apparet doctior in examine, poteſt reputari minus dignum ad beneficium, quia ſit minus prudens, & morigeratus, & tamen horum cognitio haberi poteſt extra examen, vt patet ex iam dictis, ergo poterit etiam alius iudicari idoneus, & dignus ex ſcientia extra examen habita, cum poſſit per teſtes &c. probari vt etiam traditum eſt. Sicuti ergo ex ſcientia extra examen habita poteſt alicui conferri beneficium, vt magis digno, quod illi non erat conferendum, quia apparuit tantum dignus, ita & poterit approbari, vt dignus, & dignior ex eadem ſcientia, licet in examine talis non appareat. Quid dicendum, vel loquimur de examinatoribus approbantibus, vel de Epiſcopo eligente. Si de examinatoribus approbantibus.

116 Puto eos debere iſtum digniſſimum inter dignos connumerare, non enim ad ipſos ſpectat de-
117 clarare † quis ſit dignior, vel digniſſimus vt reſoluit Garzias part. 9. cap. 2. num. 112. Neque
118 ad ipſos ſpectat † electio dignioris, vt per eundem a num. 108. per ſequentes; ſed ipſi debent
119 tantum renunciare, † quos idoneos repererint,

&

& postea ad Episcopum spectabit non inspecta qualitate votorum eligere, quem iudicauerit digniorem, idem ibidem per ea quæ ipse habet, quod autem debeant renunciare hunc etiam dignum patet ex supra traditis pro prima sententia. Nec obstant in contrarium adducta, quia concilium requirit pro forma examen, sed non requirit pro forma, quod examinatores referant dignos illos tantum, quos tantum in examine tales repererint, sed hoc relinquit dispositioni iuris communis, ex quo cum iam probatum sit posse renunciare dignos quos tales nouerint etiam scientia extra examen habita, sequitur, quod secundum illam debeant renunciare.

120 † De Episcopo vero dico, quod si examinatores istum dignissimum non renuncient dignum, quod ipsum non potest eligere, quia ita aperte decernit Concilium, vt Episcopus eligat vnum ex illis, quos idoneos iudicauerint examinatores,

121 † &, si Episcopus eligat vnum ex renunciatis idoneis per examinatores, non datur appellatio a relatione examinatorum, nec per talem appellationem impeditur, aut suspenditur, quominus habeat executionem vt ex cap. 18. Concilij vers. Nec prædictorum examinatorum &c. Garzias part. 9. cap. 2. §. 1. num. 239. Quod est intelligendum etiam ad effectum deuolutiuum vt num. 247. in beneficijs curatis de quibus loquimur, nam de simplicibus quid sit dicendum tradit idem Garzias

122 num. 243. &c. Datur tamen appellatio à mala electione Episcopi, vel ordinarij ad effectum tamen deuolutiuum tantum, non tamen suspensiuum, ita idem Garzias num. 246.

123 † Sed, quid remedij erit, cum examinatores non approbauerint istum dignissimum, si Episcopus nolit vnum ex approbatis eligere, sed velit illum non approbatum, aut etiam, si vnum ex illis approbatis eligeret omisso isto? Et deueniendo ad solutionem.

124 † Septimæ difficultatis propositæ; Respondeo, quod licet non detur appellatio à relatione examinatorum ad effectum infringendi electionem Episcopi, datur tamen ad effectum, vt reprobatus declaretur idoneus ad Parochialem, & auferatur

125 nota seu infamia ex illicita reprobatione † Sacra Congreg. in vna Vrbinaten. 4. Maij 1592. Quæ ita cantat Congregatio Concilij censuit dari appellationem à reprobatione examinatorum ad effectum deuolutiuum à die scientiæ; & in alia 7. August. 1600. Congreg. Concil. Censuit à reprobatione examinatorum, qui aliquem ex concurrentibus ad parochialem Ecclesiam vacantem minus idoneum renunciauerunt, dari appellationem ad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum:

126 † quæ declarationes non aduersantur alijs, nempè quos adducit Garzias num. 240. in quibus decernitur, quod a reprobatione examinatorum non datur appellatio; sunt enim intelligendæ cum dicta distinctione, & ne videamur hoc gratis dicere, extat declaratio eiusdem Sacræ Congregationis relata a Genuensi in praxi cap. 62. in annot. num.

127 10. quam dicit habere. † Reprobato ab examinatoribus non dari appellationem ab electione Episcopi, qui eligit approbatum ab examinatoribus; sed à reprobatione examinatorum ad effe-

128 ctum deuolutiuum non auté suspensiuum; † Quæ appellatio videtur posse interponi ad Episcopum, qui est superior examinatoribus à quibus appellatur, vt cum alijs examinatoribus synodalibus ap-

129 pellantem examinet &c. nisi, quando reprobatio facta esset etiam ex voto Episcopi, vt contingit in casu, quo vota examinatorum sunt paria, aut singularia, & Episcopus accedit reprobantibus iuxta concil. cap. 18. sæpe cit. tunc enim erit appellandum ad superiorem, cum etiam in tali casu appelletur.

130 † Ad 4. difficultatem an examinatores teneantur ferre relationem non solum de litteratura sed etiam de ætate morum grauitate prudentia &c. Dico teneri ita habetur in Concilio cit. capit. 18. sess. 24. de reformat. ibi Peracto examine renuncient quotquot ab eis idonei iudicati fuerint ætate, moribus doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis,

131 † & Sacra Congreg. declarauit, non esse satisfactum huic decreto, si examinatores approbent tantum quoad litteraturam, reijcientes cognitionem quoad mores, & alia in Episcopum, declarationes adducit Garzias par. 5. c. 7. nu. 11. & par. 6. cap. 2. §. 2. num. 238. & tenuit Rota in vna Casalen. Parochi. coram Robusterio 1586. & in vna Iuuenacen. Beneficij 15. Decemb. 1593. coram Mantica, & ita in spetie censuit Sacra Congregat. vt constat ex declarat. 648. & 652. & 546. in nouissimis Farinacij.

132 † Dices in dicta Casalen. Parochialis 2. Maij 1584. Coram Robusterio fuisse dictum, bene posse examinatores in hoc se remittere ordinario, & satis seruari formam Concilij, quæ est intelligenda cumulatiue non priuatiue quoad hoc, cum in dubio iurisdictioni Episcopi censendum sit derogari cumulatiue non priuatiue. Decius cons. 3. num. 3. sed respondet Garzias part. 6. cap. 2. §. 2. num. 241. nimis clare loqui concilium cum appositione decreti irritantis, vt possit ista expositio admitti, quare illam omninò reijcit, vt contrariam textui Concilij, & declarationibus Sacræ Congregationis relatis per Farin. loco citato, &, si ista admitterentur quoad mores &c., deberent admitti etiam quoad litteraturam, non possunt ergo examinatores se remittere Episcopo, sed ipsi debent referre de omnibus.

133 † Ad 5. difficultatem, quot debeant esse examinatores. Certum est examinatores Parochialium ex Conci. sess. 24. cap. 18. sæpius citat. debere esse magistros seu Doctores, aut licentiatos in Theologia aut iure canonico, vel alios Clericos, seu regulares etiam ex ordine mendicantium, aut etiá sæculares, qui ad id munus videbútur idonei, & debent eligi in synodo diæcesana, & debent eligi sex, licet non omnes debeant simul concurrere ad

134 examen, cum tres tantum satis sint. † Debent omnes iurare ad Sancta Dei Euangelia, quacumque humana affectione postposita, se fideliter munus

135 suum esse executuros; † nec quidquam occasione examinis ante, vel post accipere possunt, & si acciplant erunt simoniaci tam ipsi, quam dantes, à qua simonia non poterunt absolui nisi dimissis beneficijs, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, & redduntur inhabiles ad alia in posterum obtinenda. Hæc sunt certa, Aliqua supersunt dubia.

136 † Primò. Cum in Concilio assignetur, quod in synodo sex sint eligendi, an si pauciores eligan-

137 gantur, electio valida sit. † Aduertendum quod examinatores debent deputari in synodo vera, & formali, est autem synodus vera, & formalis congregatio legitima, quam facit Episcopus cum clericis sibi subditis in sua diæcesi ad tractandú de bis, quæ curæ pastorali incumbunt, & de spectantibus

tibus ad reformationem, & bonum regimen
Epiſcopatus Bottus de ſynodo, part. 1. num. 5.
&c. quem ſequitur Garzias part. 9. cap. 2. num.
67. Vnde non dicerentur examinatores electi in
ſynodo, ſi clerici ad hoc tantum fuiſſent congre-
gati, vt fieret talis electio, quin talis electio eſſet
nulla, & examen, & concurſus per illos facta pariter
138 eſſent nulla idem Garzias. † Nunc ad difficulta-
tem propoſitam videtur poſſe reſponderi ſufficere,
& ſatisfieri menti concilij, etiamſi tantum quat-
tuor eligantur, licet male fieret non eligendo ſex,
& poſſet probari.
1. Quia finis concilij eſt, vt examen fiat coram tri-
bus, qui finis poteſt obtineri etiamſi eligantur
tantum tres, & per accidens videtur eſſe, quod alij
tres adiungantur.
2. Si durante anno, in quo fuerunt electi in ſynodo
ſex examinatores aliqui moriantur non ideò ſu-
perſtites etiamſi vnus tantum remaneat deſinunt
eſſe legitimi examinatores, ergo eſſe ſex non eſt de
ſubſtantia.
139 † Dicendum tamen eſt fore nullam omnem
electionem, niſi ſex examinatores in ſynodo eli-
gerentur, quia eſt de forma id enim à Concilio
præſcribitur, & ita tenet Garzias num. 64. & alij
communiter, qui refert ita fuiſſe deciſum à Sacra
Congregatione. Et Aloyſius Riccius in Praxi fot.
Eccleſ. reſolut. 361. & alij aſſerunt, quod ſi elapſo
anno non ſuperſunt ſex examinatores ex deſigna-
tis, non ſunt habendi pro legitimis, ex quo colli-
gitur à fortiori non fore legitimos, ſi à principio
ſex non fuerint deſignati.
140 † Ad rationes in contrarium adductas poteſt
reſponderi, non eſſe adequatam rationem aſſigna-
tam, nempè quod examen fiat per tres examinato-
res; ſed quod tres ſemper poſſint adhiberi, quod
facilè poſſet contingere ſi vnus moreretur, vel ſi
vnus haberetur pro ſuſpecto &c. ideò vult conci-
lium ſex deſignari, qui numerus videtur ſufficiens
ad tollenda omnia inconuenientia, ideò ſex pro
forma ſtatuit eſſe eligendos.
Ad 2. Dico non valere conſequentiam ſi aliqui
moriantur, qui ſuperſunt, legitimi ſunt, ergo de
forma electionis non eſt, quod ſex eligantur; non
rectè inquam deducitur; ſed deducitur quod non
ſit de forma, quod ſex ſemper remaneant, eſt ergo
de forma quod ſex eligantur, vt ſemper tres exi-
ſtant, non eſt autem neceſſe, quod ſex ſemper du-
rent, quod ſi aliquando plures moriantur ſuperſti-
tes adhuc eſſe legitimos eadem ratione defenditur
& ad hoc non reſpexit concilium cum ſit de raro
141 contingentibus. † Quod ſi elapſo anno ſynodus
celebretur etiamſi omnes ſex examinatores præce-
denti anno in ſynodo electi ſint ſuperſtites, alij ſex
ſunt deſignandi; quia prior deſignatio ceſſat patet,
142 ex Concilio. † Si verò ſynodus non celebretur
& omnes ſex in alia ſynodo deſignati ſint ſuperſti-
tes, electio durat, quia Concilium dixit ſingulis
annis electionem eſſe faciendam, quia ſupponit
ſingulis annis ſynodum congregari, quod ſi ſyno-
dus non congregetur, & integer numerus perſe-
ueret, etiam durabit valida illorum electio; refert
deciſum Garziae part. 9. cap. 2. à nu. 73. Barboſa
de off. & poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 60. num.
143 48. † Quod ſi intra annum moriantur omnes, &
vnus tantum ſuperſit electio illius perſeuerat vali-
da, quia cum examinatores debeant deſignari in
ſynodo, quæ non poteſt congregari, niſi ſingulis
annis, mens concilij videtur eſſe; quod valida
remaneat electio etiam vnius tantum ſuperſtitis
facta in ſynodo, potius quam quod euaneſcat, &
ſufficit formam ſeruari eo modo quo poteſt Tiraq.
de leg. connub. Gloſſ. 6. num. 6. 32. & 69. Pariſ.
144 de reſig. lib. 7. quæſt. 5. num. 19. † Hoc tamen
caſu Epiſcopus cum Capituli conſilio in locum
abſentium, vel mortuorum ſubrogabit alios ex
alias deſignatis, &, ſi iſti etiam deceſſerint, ſubro-
gabit alios ſibi bene viſos vſque ad numerum ſena-
rium, duraturos donec adueniat tempus ſynodi
145 Garzias nu. 70. † Elapſo vero anno deſignatio-
nis, & ſynodo non celebrata, ſi tamen potuit
celebrari, nullumq; fuit impedimentum legitimum,
quin celebraretur, ceſſat omnis electio, nec alios
poteſt Epiſcopus deſignare in ſupplementum defi-
cientium, Ratio eſt quia Concil. vult exiſtere ſex
examinatores in Synodo electos & hoc eſt de for-
ma, ergo quotieſcumq; poterunt eligi ſex tempore
debito, & non eliguntur, fiet contra diſpoſitio-
nem concilij, & ideo aliter actum erit nullum.
146 † Contrarium tamen tenuit Garzias loco cit.
num. 9. Riccius praxi deciſ. 418. in 1. edit. & re-
ſolut. 353. in 2. Barboſa d. alleg. 60. num. 5. his
147 rationibus. † Quia Epiſcopo iure ordinario com-
petit deſignare examinatores ad beneficia capit.
accepimus & ibi Gloſſ. de ætat. & qualit. quæ po-
teſtas non eſt cenſenda ſublata per Concilium, niſi
manifeſtè conſtet, vt euitetur, vitium correctio,
eſt ergo Concilium intelligendum non quod neceſ-
ſario ſit talis electio facienda in Synodo, ſed quod
ſit facienda, dato quod Synodus celebretur. 2.
Quia in caſibus in quibus ſubrogandi ſunt exami-
natores id facit Epiſcopus cum conſilio tantum
non cum conſenſu capituli, ergo ſignum eſt non
eſſe illi ademptam propriam facultatem extra
Synodum. 3. Iudices Synodales ex præſcripto
Concilij ſeſs. 25. cap. 10. de refor. ſaltem quattuor
ſunt deſignandi in Concilijs prouincialibus, vel
Synodalibus & tamen ſi aliqui deceſſerint poteſt
Epiſcopus vſq; ad futurum Prouinciale vel Syno-
dale concilium duraturos alios ſubſtituere, nec vlla
apponitur limitatio temporis, vt ſit intra annum
deſignationis, ergo poterit etiam examinatores.
148 † Quibus tamen reſpondetur. Ad primam deſi-
gnari quidem ab eo, qui poteſt deſignare, at non
ſunt tales, quales Concilium requirit, nempè, quod
deſignentur in Synodo, cumq; hoc ſit de forma,
contra geſta electio erit nulla ad 2. non vrget ar-
gumentum, quia tunc, electio cum non poſſit fieri
in Synodo, & ſit facienda, pertinet ad ipſum, nec
requiritur aliorum conſenſus. Ad 3. reſp. 1. Non
ſtatui à Concilio quod deſignatio iudicum fiat
ſingulis annis neq; in Synodo ſicuti ſtatuit de exa-
minatoribus Synodalibus, imo potius expreſſe
conceſſit ordinario poteſtatem ſubrogandi alios
iudices Synodales cum conſilio capituli illis, qui
defecerunt, vſq; ad futuram Synodum, Reſpondeo
2. Fortaſſe verius eſſe non poſſe Epiſcopum lapſo
anno deſignationis in Synodo, iudices Synodales
deſignare ſi per ipſum ſtat quominus Synodus ce-
149 lebretur. † Poterunt autem deſignari in Synodo
examinatores non ſolum expreſſo eorum nomine,
vt deſignatur Examinator Præsbyter Paulus Preſ-
byter Antonius &c. Sed etiam expreſſa tantum
dignitate, vel officio, vt eligitur examinator
Theologus Cathedralis, Prior Sanctæ Mariæ
&c. Quia vtroque modo exprimitur, & cogno-
150 ſcitur perſona. † Sed difficultas eſt, An, quando
deſignatio fit ſub nomine dignitatis, veniant ſuc-
ceſſores, an deſignatio terminetur in perſona.
Extendi ad ſucceſſores tenet Ledeſma in ſum. p.
2. tract.

2. tract. 7. cap. 1. conclus. 7. circa 3. difficult. qui etiam testatur ita in Hispania vsu & consuetudine esse receptum, & à viris doctis approbatum. Sed verius negat Garzia loco citato à nu. 339. multas adducens Rotæ decisiones, & probatur ex Concilio quod requirit singulis annis in Synodo fieri designationem; ergo non intendit deriuari in successores in dignitatibus s. Supponit posse mori quod de dignitatibus non verificatur; videatur textus cap. 10. sess. 25. qui ita habet si interim aliquem ex designatis mori contigerit.

151 † Ex dictis patet solutio etiam ad 6. difficultatem nempè an duobus extantibus examinatoribus Synodalibus, & altero non Synodali sit validum examen, & respondendum est vt supra si talis examinator sit ab Episcopo electus intra annum erit

152 validum, si elapso anno nullum, modo dicto. † Ad 7. iam est responsum.

153 † Ad 8. Si vnus tantum concurrat. Respondeo elapso termino decem dierum non teneri Episcopum prorogare edictum, sed satisfaciet suo muneri conferendo illi, si dignus fuerit repertus Garzias & alij relati a Castropal. tract. 13. disp. 3. part. 2. §. 1. num. 8. Secus autem si nullus omnino vel nullus dignus, quia tunc deberet pro alijs decem diebus prorogare, quod si neq; intra hoc tempus nullus appareat, vel nullus idoneus, poterit absq;

154 concursu conferre ex concil. sess. 24. c. 18. At si vnus tantum sit subscriptus intra terminum decem dierum & iste sit dignus an possit Episcopus per decem alios dies edictum prorogare. Respondeo verius non posse si ille qui solus est subscriptus per examen repertus sit idoneus, quia appositione termini promissum est subscribentibus non amplius esse expectandum, & illo transacto examen esse faciendum, ergo etiamsi vnus tantum reperiatur subscriptus examen erit faciendum ita Garzia part. 9. cap. 5. num. 214. Vgolin. de pot. Episc. cap. 50. §. 10. num. 4. Barbos. 3. part. alleg. 60.

155 nu. 51. † Quæ tamen ratio non videtur omnino probare quia edictum non proponitur in gratiam concurrentium, sed Ecclesiæ vt ei melius prouideatur. At quia supradicti Doctores asserunt ita fuisse à Sacra Congreg. decisum a canonizata sententia non est recedendum licet ex decreto S. Vrbani VIII. decretum sit decreta Sac. Cong. non probare nisi autenticè exhibita &c.

156 † Diximus supra dignum acceptantem beneficium in concursu dignioris ad nullam teneri restitutionem existente bona fide, quod si apette cognoscat vere esse digniorem neq; se posse diligentia compensare excessum dignitatis non posse beneficium petere, & si obtineat obligationem habere satisfaciendi digniori omisso si beneficium sit datum per concursum; Sed nihil diximus de impediente digniorem à consequtione beneficij ideo, licet sit extra quæsita hoc etiam vt valde necessarium subiungemus.

157 † Noto ergo posse quem impedire digniorem à consequtione beneficij, vt sibi vel alteri conferatur, vel muneribus, suasione honesta, vel dolo, vi & fraude. Item recta intentione, vt sibi consulat, vel malo animo, vt alteri noceat, Item impedire potest digniorem à consequtione beneficij debiti, vel non debiti vel si debiti tantum ex quadam decentia, & honestata. Hoc posito.

158 † Dico si dignior impediatur sine vi & frande à consequtione beneficij quod illi est indebitum, vel propriè & strictè non debitum, nec est peccatum, nec vlla ocitur obligatio restitutionis. Nulla enim extet obligatio non impediendi vtilitatem alijs indebitam, quando propriæ consulitur vel indemnitati vel vtilitati nec quisquam potest conqueri,

159 quia nulli fit iniuria cum nullius ius læditur. † Ex hac doctrina deducitur quod verbis, muneribus, sollicitudine, & diligentiaa potest quis mouere collatorem beneficij, quod licitè potest conferri digno omisso digniori, vt de facto beneficium vel sibi vel amico conferat, licet fuisset determinatus conferre illud magis digno. Item potest suadere determinato relinquere ex legato centum alicui dignissimo, vt illa leget digno vel amico vel consanguineo, vel etiam sibi ipsi. Vasquez de benef. cap. 5. §. 3. dub. 19. Rebellus de oblig. part. 1.

160 lib. 3. quæst. 1. num. 5. & quæst. 5. num. 8. † Si malo animo id fiat, erit quidem peccatum sed ta-

161 men nec inde orietur obligatio restituendi, † quæ non ex animi malitia nec intentione nocendi sed ex nocumento, & damno dato consurgit Vasq. de benef. c. 5. §. 3. dub. 19. nu. 157. Gutierez lib. 2. Can. quæst. cap. 11. num. 71. & alij in quibus ipsi desumpserunt.

162 † Dices contra hoc pugnare legem 2. §. idem labeo. 2. ff. de aqu. pluu. arcen. in qua decernitur impedientem aquæductum, qui deriuatur ad fundum vicini per eius possessionem non teneri de damno, modo ex odio, & malo animo non fecerit ergo à contrario sensu si malo animo fecerit tenebitur, argumentum enim à contrario sensu in lege est validum imo validissimum; & dicitur textus expressus, mens legis, & statuti, vide Barbosam de locis: A contrario sensu, sed respondetur. 1. Hoc argumentum esse validum nisi contrarium sit in iure expressum l. 5. C. de condit. insert. cap. cum virum de Regul. cap. à nobis el. 2. de sent. excom. Euerard. loco 4. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 93. num. 5. Mantica de coniect. lib. 3. tit. 15. num. 13. & alij; in iure autem est dispositum quod quilibet possit vti iure suo l. 2. §. deniq; ff. de aqu. pluu. arcen. & l. Proculus & l. Fluminum §. fin. de dam. infect. Respondetur 2. valere in foro fori nisi probetur vti proprio iure, non autem valere in conscientia quocumq; modo. Aduerte me dixisse malo animo non vi fraude &c. quia de istis.

163 † Dico 2. qui fraude, vi, dolo &c. impedit digniorem à consequtione beneficij vt detur digno tenetur ad restitutionem digniori omisso secundum quantitatem spei, quam habebat consequendi

164 beneficium illud † & idem dicendum etiam, cum duo æquè digni concurrunt ad beneficum, & aliquis impedit vnum ex illis ab adeptione beneficij iste tenetur ad restitutionē faciendā impedito quanti æstimatur spes quam habebat ad adeptionem eiusdem beneficij, & multo magis erit hoc dicendum quando vnus solus concurrit Couar. Reg. Peccatum part. 2. §. 7. num. 8. conclus. 5. Sot. lib. 4. de iust. quæst. 6. art. 3. Martin Nau. sum. cap. 17. num. 73. Petr. Nauar. lib. 3. de rest. cap. 5. num. 11. Lessius lib. 2. cap. 15. dub. 18. nu. 153. & 156. & alij, & probatur. Quia dato & non concesso quod digniori in concursu cum digno, & digno in concursu cum equali non debeatur beneficium, debetur saltem hoc quod non impediatur à procuratione illius, cum quilibet dignus ius habeat procurandi beneficium, ergo si per vim & fraudem impeditur infertur illi iniuria, & consequenter iniustè impeditur, ergo consurgit obliga-

165 tio restituendi, † Et quidem si per fraudem vim aut dolum ipsum immediatè impedias concurrentem, vel eius procuratorem, vel eius litteras intercipias,

cipias, quibus agitur de concurrendo &c. manifesta est iniuria & iniustitia, & si per vim fraudem &c. impedias eum ad quem spectat conferre ne in illum conferat, vt confingendo aliquod mendacium quo ille a collatione auertatur, paritèr manifesta apparet iniustitia, quia non solum iniuriose, & fraude collaturus decipitur, sed offenditur etiam beneficium acquisiturus, quia impeditur a prosequendo suo iure quod habet procurandi illud beneficium.

166 † Sed quid dicendum si impediatur dignus ne potiatur beneficio & hoc fraude vi & dolo in concursu cum digniori? videtur dicendum ad nihil teneri impedientem quia res Ecclesiæ bene geritur, quod est maxime in beneficijs inspiciendum. Sed tu distingue, aut beneficium est ex illis, quæ necessario sunt conferenda digniori, & tunc puto nullam impedienti restare obligationem restituendi, quia nullam digno infert iniuriam; aut beneficium est ex illis quæ conferri possunt etiam tantum dignis, & tunc puto ad obligationem restitutionis impedientem teneri, quia vere cum iniuria impedit, quia vere habet ius procurandi, & beneficium potest conferri.

167 † Sed posito, quod teneatur quis ad restitutionem, cum beneficium dignus est adeptus in concursu cum digniori tenebitur ne beneficium illi resignare? vrgens videtur ratio probare, quod teneatur, quia nullo alio meliori modo potest satisfacere suæ obligationi; & ita tenet Rebellus de oblig. part. 1. lib. 1. quæst. 6. num. 6. At puto esse distinguendum, aut collatio beneficij tenet vel non, si tenet & de se est perpetua non tenetur resignare, quia nemo tenetur ante sententiam beneficio se expoliare Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 25. num. 76. Si autem beneficij collatio non est firma sed est nulla vt secundum probabiliorem sententiam est collatio beneficij Parochialis, tunc dignus tenetur, qui in concursu obtinuit aduersus digniorem, resignare digniori, ac si indigno fuisset facta collatio: Raro tamen aut numquam debet quis præsumere se minus dignum notabiliter, quia licet in sciẽtia & doctrina possit esse inferior potest excellere in alijs requisitis, & sicuti ex his difficillime potest infringi electio Episcopi ita difficilime potest dari casus quo aliquis teneatur quis præsumere se minus dignum. Et in casu dubio nemo tenetur expoliare se suo iure quæsito, ita fere omnes doctores supracitati. Et cessat nota propriæ æstimationis, quia alieno juditio se conformat.

168 † Quid dicendum in hoc casu Seius credens Paulum notitiam dare Petro de beneficio vacante, ideo illius litteras interceptit Petrum præuenit in procuratione beneficij teneturne Petro de damno illato? Respondeo si litteras non solum aperiat legat, & vacationem beneficij intelligat, sed etiam illas detineat, & retardet, ex qua retardatione Petrus non possit procurare beneficium, Seium teneri ad damna, quia cum iniustitia operatur. At si tantum legit, & statim obsignat, nec vllo modo retardat, & ex sola notitia Petrum præuenit Lessius lib. 2. cap. 12. dub. 18. a num. 124 putat peccare mortaliter quia secreta retegit inuito scribente in re graui, ad restitutionem tamen negat teneri; quia ex iniusta apertione litterarum Petrus non fuit impeditus à consequutione beneficij. Consequitur autem beneficium ex sua diligentia quæ habet quidem fundamentum in iniustitia at non est iniusta potest enim stare aliquam actionem habere fundamentum in iniustitia non tamen esse iniustam vt aperte tradit Castropalao tract. 13. disp. 2. part. 11. §. 5. num. 7.

169 † Superest videndum, quid iuris de illo, qui non vi, dolo, aut fraude, sed muneribus inducit eligentem, vt dignum omisso equæ digno, vel etiam digniori eligat vel eidem concedat, beneficium, officium, aut cathedram. Respondeo vel ista omnia sunt conferenda ad concursum, vel non; si necessario sunt conferenda ad concursum, consequenter ad dicta tenetur satisfacere digniori omisso: si vero ad concursum non sunt necessario conferenda nulla tali obligatione tenetur, quia munera non inferunt vim nec dolum, & ideo neq;
170 causane in voluntarium. † Quod si beneficium est Ecclesiasticum, licet ex tali datione non consurgat obligatio restituendi, erit certe grauissimum peccatum, si dentur aliquo tacito, vel expresso pacto, vt beneficia conferantur, & Simonia, vt patet ex ijs, quæ de Simonia magis probabiliter, & vere traduntur, nec collatio tenet, si vero gratis dentur, & gratis recipiantur, secus erit dicendum.

171 † Si officia sint laica & dentur gratis animo etiam alliciendi collatorem ad conferendum, nulla videtur extare prohibitio taliter dandi; Si vero dentur animo & obligatione, vt conferantur, & dentur illi, qui potest ea vendere, tunc licite dantur, quia est quædam virtualis venditio officij; At si dentur illi, qui non potest vendere, talis datio est illicita, & illicita etiam receptio, quia non potest recipi pretium pro re, quam quis tenetur facere. Si vero essent vendentis, qui ex lege teneretur gratis dare non peccaret contra iustitiam dans vel recipiens, sed tantum esset violator legis. Vasq. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 14. 15. & 16. Hęc de beneficijs. De cathedris.

172 † Dicendum etiam digniorem nullo modo posse obligare, vel allicere muneribus electores vt pro se ferant suffragium alijs omissis. Quia ista est subornatio, ob quam & electorum suffragium est nullum, & subornans incapax redditur electionis ex omnium fere vniuersitatum constitutionibus Rebellus de oblig. p. 1. lib. 3. quæst. 7. in prin. Respondet tamen Basilius Pontius hanc non esse subornationem; sed redimere venationem, quia alius minus dignus nititur cathedram digniori illi eripere ita lib. 6. de matr. cap. 17. §. 6. in fine. Impugnat Castropalao loco cit. part. 11. §. 5. nu. 9. asserendo neminem debere reputare se digniorem; etsi talis à multis iudicetur, nam esto competitor iste dignior sit ratione litteraturæ poterit esse inferior respectu prudentiæ &c. requisitorum, sed ista impugnatio videtur contraria alijs quæ idem auctor dixit antea dum asseritur posse reputare se magis idoneum competitorem ad parochiale beneficium, quod tamen potest defendi, quia ipse tale iuditium concedit post factam electionem ab ordinario, & ideò non est temeritas reputare se digniorem, cum illius dignitatis præcessit iudicium Episcopi iudicis, in casu autem nostro talis æstimatio est ante omne cuiuslibet inditium, quod licet aliqui id asserant non veritati sed adulationi esse tribuendum. Ego puto hanc vere subornationem, non vexationis redemptionem, quia ista fit tantum cum medijs illicitis aliquis impedit alium à consequtione rei illi debitæ, non est autem medium illicitum dignum opponere se cathedræ obtinendæ si bona fide id fiat. Maxime quia iste dignus, sed non dignior potest sperare sua diligentia se æquaturum digniorem, & forte superaturum. Dices esse medium illicitum minus dignum opponere se digniori, sed posset responderi imo hoc

esse licitum saltem si fiat animo supradicto, & si hoc verum esset nullus daretur concursus. Concurrunt ergo omnes; Electorum autem est cognitio dignitatis. Quod si dignior dubitaret electores minus dignum esse prælaturos magis digno, tunc non repugnarem posse muneribus flecti eorum voluntatem si minus dignum cognoscant, quia hoc vere esset redimere vexationem.

173 † Nunquam tamen concederem minus digno, vel æqualiter digno licere muneribus flectere voluntatem Electorum, etiamsi ipsi munera petant, quia hoc nullo modo potest habere speciem redemptæ vexationis cum vel minus, vel tantum æque dignus non habeat maius ius ad eligi quam alius æque dignus quod de equaliter digno videtur concedere Pontius. Ex quibus remanent solutæ propositæ dubitationes.

SVMMARIVM.

1 *Occasio scribendi.*
2 *Quæ tractanda.*
3 *Indulgentia quid nominis.*
4 *Indulgentia quid sit quoad quid rei.*
5 *In opere bono duo sunt meritum, & satisfactio.*
6 *Difficilis sententia asserens acquisitione indulgentiarum augeri gloriam.*
7 *Indulgentia à quo possit concedi.*
8 *Concilium an possit concedere nisi in eo ad sit Papa.*
9 *Quomodo competat Episcopis,*
10 *Quæ potestas sit illa qua indulgentiæ conceduntur.*
11 *Quot indulgentias possint concedere Episcopi.*
12 *Prælati inferiores Episcopis non possunt concedere indulgentias.*
13 *Prælati Regulares admittunt sæculares ad participationem bonorum operum suæ Religionis.*
14 *Potestas delegata potest concedi Clerico.*
15 *Qui de facto possint concedere indulgentias.*
16 *Indulgentias concedunt tantum ratione suorum subditorum est enim actus iurisdictionis.*
17 *Ad indulgentias concedendas an requiratur finis, & qui sit finis eas concedendi.*
18 *An sine causa concedens valide concedat, & explicatur quæ causa requiratur.*
19 *Quid si indulgentia habeat causam concessionis sed non adequatam.*
20 *Ad indulgentiam vniuersalem requiritur causa vniuersalis.*
21 *Qualis debent esse ista causa.*
22 *Dantur aliquando indulgentiæ particulares, & quomodo fiut particulares.*
23 *Pro concessione indulgentiæ non sufficit finis remittendi pœnam debitam pro peccatis.*
24 *Opus quale debeat esse pro assequtione indulgentia.*
25 *Qua bonitate debeat esse præditum.*
26 *Indulgentia personalis, quæ, & quæ localis, & realis.*
27 *Ad quid referat obligatio orandi in loco tali.*
28 *Diruto loco cui indulgentia concessa est an perseueret, & quid si ædificetur.*
99 *Quid si Rosarium imago &c. frangantur, an indulgentia illis concessa perseueret.*
30 *Quomodo intelligantur indulgentiæ datæ, visitantibus Ecclesias, vel illas ingredientibus &c.*
31 *Concessa indulgentia visitatantibus Ecclesiam an accedens qui ob multitudinem non potest ingredi eam lucretur.*
32 *Quid si concedatur quod orationes fundantur in Ecclesia.*
33 *Quid sit visitare altaria.*
34 *Soluitur quædam obiectio.*
35 *Concessa indulgentia à primis vesperis vsq; ad occasum solis, an possit pluries comparari.*
36 *De indulgentia Portiunculæ non est eadem ratio*
37 *Quoties possint comparari indulgentiæ perpetuæ.*
38 *Quid si concedantur ad septenium pro tali die nempe S. Francisci, S. Caroli &c.*
39 *Concessæ pro die non extenduntur ad octauum.*
40 *Quæ eleemosina requiratur ad consequendam indulgentiam.*
41 *Quid intelligatur cum conceditur indulgentia centum annorum quadragenarum Carenarum &c.*
42 *Quæ pœna respondeat illis indulgentijs.*
43 *Quid intelligendum, cum dicitur indulgentia plenaria, & centum annorum &c.*
44 *Quid intelligatur cum conceditur indulgentia in forma iubilei.*
45 *Quomodo indulgentiæ explicandæ.*
46 *Quid si ex consilio confessarij quis omittat aliquod opus requisitum quod tamen ex Doctorum sententia non requiritur, an indulgentia comparetur.*
47 *Quid importent verba illa in indulgentijs cõtritis, & confessis.*
48 *Quid cum dicitur concedimus plenariam indulgentiam de omnibus peccatis corde contritis, & ore confessis, vel de quibus fuerint corde contriti, & ore confessi.*
49 *Conceditur aliquando indulgentia sub hac conditione, dummodo alia non sit concessa, quid importat.*
Quid sit carena, & quinquagena.
50 *Quæ dispositio requiratur pro acquirenda indulgentia; potest esse duplex ad præstandum opus, & assequendum fructus.*
Quæ dispositio requiratur ad assequendum fructum.
51 *Quomodo requiratur status gratiæ.*
Inualide confessus sed bona fide an indulgentiam acquirat.
52 *An ad indulgentiam requiratur aliqua actualis dispositio.*
53 *Quæ indulgentiæ concedantur, cum conceduntur illæ ac si visitarent septem altaria, vel nouem Ecclesias Romæ.*
54 *Quis sit effectus indulgentiæ pro viuis, & pro mortuis.*
55 *Nunquam totus effectus, vel pars acquiritur nisi opus iniunctum totum præstetur.*
56 *An habens quinque medaleas singulas præditas indulgentia plenaria vna tantum vice recitans quinquies orationem dominicalem, & salutationem angelicam acquirat tot plenareas, & quid conferant illæ indulgentiæ.*
57 *Magis explicatur quod supra dictum est.*
58 *Indulgentia pro viuis conceduntur per modum absolucionis, pro mortuis per modum suffragij.*
59 *Quid sit indulgentiam concedi per modum absolutionis quid per modum suffragij.*
60 *An Summus Pontifex possit vno die liberare omnes animas existentes in Purgatorio.*
61 *An indulgentiæ concessæ pro viuis possint applicari defunctis, & vice versa concessæ pro mortuis an possint applicari viuis.*
62 *An viuentes possint vnus pro alio lucrari indulgen-*

gentias.

De Iubileo.

63 *Iubileum diuersimode scribitur.*
64 *Quid sit iubileum.*
65 *Iubileum quibus temporibus dari solitum.*

De Iubileo anni Sancti

Status Gratiæ primum requisitum.

66 *In isto non conceditur electio confessarij.*
67 *Primum requisitum confessio, & quomodo requisita.*
68 *Omittens confessionem ex probabili sententia an indulgentiam lucretur iubilei.*
69 *Ex eo quod conceditur electio confessarij non arguitur necessitas confessionis.*
70 *Videtur durum asserere necessariam confessionem ad assequendum iubileum, & dicere ad illam non teneri, qui habet tantum venialia.*
71 *Proponitur quædam obiectio.*
72 *Alia item obiectio proponitur.*

73 Secundum onus visitatio Ecclesiarum.

74 *Romani, & exteri quomodo teneantur visitare Pænitentiarij possunt dies abbreuiare.*
75 *An omnes Ecclesiæ eodem die sint visitandæ.*
76 *Qui veniant nomine Romanorum, & incolarum.*
77 *Alius modus explicandi.*
78 *Quando incipiat tempus iubilei.*
79 *Dicto A. stat exclusiue aliquando inclusiue.*
80 *In fauorabilibus stat inclusiue.*
81 *Annus Sanctus incipit quando porta sancta aperitur, & desinit, quando clauditur.*
82 *Non est necesse ingredi portam Sanctam sed sufficit visitare Ecclesias.*
83 *An aliqui maiorem aliqui minorem lucreatur indulgentiam.*
84 *An Iubileum anni sancti possit pluries comparari.*
85 *An sicut peregrini qui incepto itinere si moriantur iubileum acquirunt, ita Romæ commorantes, si inceperunt visitare.*
86 *Nemo peccat non comparendo iubileum.*

87 De reseruatis nihil dicendum qui absolutionis facultas non conceditur.

De alijs requisitis infra.

88 De suspensione Indulgentiarum.

89 *Omnes indulgentiæ reales locales, & personales plenariæ tamen sunt reuocatæ tempore anni Sancti.*
90 *An Portiunculæ indulgentia sit reuocata.*
91 *An indulgentia Cruciatæ.*
92 *An Indulgentiæ Ecclesiarum Vrbis, & medalearum &c. pro existentibus in vrbe sint suspensæ.*
93 *Quid de indulgentijs non plenarijs.*
94 *Quid de plenarijs pro articulo mortis.*
95 *An communicationes satisfactionum quas regulares concedunt.*
96 *Quando incipiat reuocatio indulgentiarum.*
97 *An indulgentiæ pro defunctis sint reuocatæ.*
98 *Iubileum non potest acquiri pro mortuis.*

99 De suspensione facultatum absoluendi &c.

100 *Inspiciendus est tenor iubilei.*
101 *Expenduntur aliqui modi dicendi.*
102 *Aliud obseruandum.*
103 *Negata facultate dispensandi, vel commutandi non censetur negata absoluendi.*
104 *An elapso anno iubilei reuiuiscant iam negata.*
105 *Notandum pro solutione.*

De Iubileo duarum hebdomadarum

De electione Confessarij.

106 *Quid sit electio confessarij.*
107 *Nisi pænitens eligat; Confessarius nihil potest.*
108 *Facta electio Confessarij, an possit mutari.*
109 *Eligens approbatum ab ordinario tantum pro tempore iubilei, ab possit eo elapso ab eodem confiteri si confessio fuit dilata dignis de causis.*

De approbatione necessaria in Confessario.

110 *Quid sit approbatio.*
111 *Approbatus solo iuditio externo non interno an sufficienter sit approbatus.*
112 *Iurisdictio datur sine approbatione, & approbatio sine iurisdictione quia distinguuntur inter se.*
113 *Episcopus Confessarijs sæcularibus dat approbationem, & iurisdictionem Regularibus tantum approbationem.*
114 *Non recte sentiunt asserentes regulares recipere iurisdictionem ab Episcopo.*

A quo debeat Confessarius esse approbatus.

115 *Ponuntur varij modi soliti apponi in bullis.*
116 *Habens facultatem eligendi approbatum secundum formam concilij quem approbatum, & à quo possit eligere.*
117 *Proponitur quædam obiectio & probatur.*
118 *Soluitur cum rationibus.*
119 *Exponitur declaratio Sacræ Congreg. facta Valentino Archiepiscopo, duobus modis.*
Declarationum Sacræ Congreg. quæ auctoritas.
120 *Affertur vera responsio.*
121 *Approbatus in vna diæcesi sine limitatione potest eligi extra diæcesim in casu proposito.*
122 *Quid dicendum de Parocho, an possit eligi.*
123 *An approbatus limitate possit à quocumque eligi.*
124 *Quid si Episcopus approbet omnino ignarum, & indoctum, eritne eligibilis?*
125 *Dicta valent etiam quando dicitur ex approbatis ab ordinario.*

126 Quid si dicatur ab ordinario loci.

127 *Nomine Episcopi, vel ordinarij qui veniant in dispositione concilij. Quid quoad regulares.*
128 *Nomine dicto veniunt Prælati Regulares quoad suos subditos.*
129 *Approbati ab ordinario loci possunt eligi à subditis Episcopi approbatoris extra diæcesim ipsius.*
130 *Quid de Parochis.*
131 *An regulares possint eligere approbatum tantum à suis superioribus quando requiritur approbatio ordinarij loci.*
132 *Possunt Regulares eligere approbatum ab ordinario*

narro quomodo intelligendum numer. 144. & 145.
133 Regulares non possunt absolui nisi à proprijs Prælatis.
134 Neque ab alio Regulari.
135 Possunt tamen si in aliqua religione adsit talis tolerantia.
136 Talis tolerantia non est consuetudo, & semper potest reuocari.
137 Regulares possunt confiteri Pænitentiarijs Papæ.
138 Regulares iter agentes possunt confiteri Confessario etiam sæculari.
139 Neque est necesse approbatos esse taliter electos ab ordinario.
140 Nisi tamen habeant socium suæ religionis, quia illi debent confiteri etiamsi non sit approbatus.
141 Religiosi peruenientes ad aliquod monasterium sui ordinis etiamsi illuc non destipentur de familia confessarij loci tenentur confiteri.
143 Quando confitentur extra ordinem à reseruatis directè non possunt absolui.
143 Ius commune, & Priuilegia religionibus concessa vetant Regulares extra religionem posse eligere confessarium.
144 Circa hoc proponuntur discrepantes sententiæ.
145 Sententia quam sequitur auctor.
146 Quomodo intelligenda.
An regulares veniant nomine Christi fidelium hoc casu.
147 An Nouitij id possint quod Religiosi.
148 Quid de monialibus etiam attenta Const. Greg. XV.
149 Quid si regularis sit à suo superiore prohibitus audire confessiones monialium.
150 Quem confessarium possit sibi eligere Episcopus.
151 Quid de Cardinalibus non Episcopis.
152 Plures possunt eligi confessores, ad varia etiam prestanda.

De confessario quoad absolutionem.

153 Pro hoc inspiciendæ sunt Bullæ iubileorum.
154 Concessa facultate absoluendi à casibus Papæ reseruatis an sit data facultas pro Censuris.
155 Quid in eodem casu quoad Episcopum.
156 Contra dicta num. 154. obijciuntur aliqua, & soluuntur.
157 Quando concessa facultate absoluendi à reseruatis Papæ censeatur concessa à reseruatis Episcopo.
158 Concessa facultate absoluendi ab omnibus censuris reseruatis à iure, & ab homine, & iudice latis potest confessarius absoluere nominatim excommunicatos &c.
159 Sub tali tenore comprehenduntur.
160 Quid de excommunicatione ob abortum fœtus animati.
161 Quid quando Episcopus generalitèr concedi facultatem absoluendi a sibi reseruatis, quoad dictam excommunicationem.
162 Concessa facultate absoluendi ab omnibus casibus, & censuris sedi Apostolicæ reseruatis an veniat facultas absoluendi à reseruatis in Bulla Cænæ.
163 Quid si dicatur à reseruatis Papæ etiam in Bulla Cænæ an requiratur aliqua alia derogatio.
164 Duobus modis derogatur Bullæ in Cæna Domini.
165 An concessa facultate absoluendi à quibuscunq; casibus in Bulla Cænæ reseruatis sit concessa absoluendi ab hæresi.
166 Tria requiruntur, vt quis dicatur hæreticus.
167 Christianus 1. per quod excluditur infidelis.
168 Cathecumenus.
169 Qui ficte baptismum suscepit.
Qui tamen in foro fori præsumitur hæreticus.
Nec est credendum dicenti se ficte baptismum suscepisse.
Quotiescumque constat de baptismo, & non de fictione.
Ecclesia habet super baptizatum omnem iurisdictionem.
170 Habens errorem in fide ante baptismum, & post in eodem perseuerans est vere hæreticus.
171 Secundum requisitum ad hæresim, erret in fide, per hoc Excluditur quicumq; quæcumq; faciens dummodo sit firmus in fide; In foro fori præsumetur sed non erit in foro conscientiæ.
172 Sufficit putare esse errorem in fide illum cui adhæretur.
173 An dubius in fide sit hæreticus, & quod dubium debeat esse.
174 Non est hæreticus qui agitatus tentationibus inditium suspendit in rebus fidei.
175 Idem de scrupulosis.
176 Pertinacia 3. requisitum, in quo consistat.
177 Quæ ignorantia excuset ab hæresi.
178 Quando peccet contra præceptum sciendi necessaria.
179 Hæreticorum triplex genus.
180 Hæresis debet esse aliquo signo externo manifestata.
181 Quæ signa sufficiant. 1. declaratiua erroris.
182 Indifferentia ex sui natura non sunt sufficientia.
183 Indifferentia, & sufficienter non manifestatiua sunt insufficientia, & quæ ista sint.
184 Manifestans hæresim ad petendum consilium non est hæreticus externe.
185 Quid si ex complacentia narret hæresim.
186 Excribens, vel referens non erit hæreticus licet hæresim quam excribit teneat mente, & credat.
187 Qui dormiens internum hæresim profert non est hæreticus.
188 Ex factis quomodo quis dicatur hæreticus.
189 Publicum Notarium manifestum famosum Occultum quid sint.
190 Publicum distinctum à notorio quid sit.
191 Notorium quomodo diuidatur.
192 Large, & improprie notorium quid sit.
193 Notorium proprie quotuplex.
194 Notorium iuris quid.
195 Notorium facti.
196 Quomodo causetur notorium facti.
197 Quæ scientia sit necessaria ad notorium facti.
198 Quæ non requirantur.
199 Quomodo notorium definat esse notorium.
200 Quot testibus notorium probetur.
201 Factum vt sit notorium non sufficit esse tale in ratione facti sed debet esse notorium in ratione delicti.
202 An requiratur cognitio pænæ quæ incurritur ad constituendum notorium.
203 Occultum dicitur dupliciter.
204 Manifestum quomodo sumatur.

205 *In statuto &c. quomodo summatur manifestum.*
206 *Manifestum in dubio quomodo sumatur.*
207 *Quid sit occultum quoad rem nostram.*
208 *Deductum ad forum contentiosum non est occultum.*
209 *Quid si inditium sit finitum absolutorium.*
210 *Quid si sententia fuerit ab instantia siue definitiua.*
211 *Quid si reus fuit punitus.*
212 *Quid si delictum sit in vno loco publicum, & in alio secretum.*
213 *Quid possit in his Confessarius.*
214 *Concessa amplissima facultate absoluendi virtute Iubilei ab omnibus casibus Papæ reseruatis etiam in Bulla Cænæ an censeatur concessa facultas tollendi irregularitates.*
215 *Quid irregularitas ex delicto quid ex defectu.*
216 *In quo consistat neruus difficultatis.*
217 *An in prouincia Mediolanensi complex delicti tempore iubilæi possit absoluere complicem.*
218 *Quid de iure communi.*
219 *Absolutio data complici est valida.*
220 *Pro solutione difficultatis propositæ considerandum Concilium.*
221 *Quid dicendum quoad Regulares existente causa.*
222 *Quid de iam approbatis Regularibus.*
223 *Quid de Confessarijs sæcularibus.*
Quomodo Concilium sit intelligendum.
224 *An peccans spe futuri iubilæi sit absoluendus.*
225 *Spes ista potest concipi dupliciter.*
226 *Soluitur dubitatio.*
227 *An patrata post publicationem iubilei possint absolui virtute iubilei.*
228 *Soluitur quædam obiectio.*
229 *An semel absolutus, & assequutus indulgentiam possit gaudere priuilegijs iubilei.*
230 *Quid significet, pro hac vice, pro hac vice tantum.*
231 *In Iubileo iniungitur omne orandi pro Summo Pontifice.*
232 *Ex antecedenti onere oritur difficultas an cesset iubileum si moriatur Summus Pontifex.*
233 *Quomodo sit intelligenda clausula inserta in iubileo.*

Iniuncta tamen eis pænitentia &c.

An confessarius teneatur iniungere pænitentias salutares, & an possit leniores respectu Iubilei.
234 *An pænitens teneatur acceptare, & quo animo.*
235 *An pænitentia iniuncta possint minui, relaxari &c.*
236 *An qui iniunxit.*
237 *An etiam qui non iniunxit.*
238 *Facta commutatione adhuc liberum est pænitenti redire ad primam commutatam.*
239 *An possit tota pænitentia relaxari.*
240 *Nisi superior sibi reseruasset commutationem limitationem dispensationem &c. pænitentiæ.*
241 *An qui non potest absoluere à reseruatis possit commutare pænitentiam pro illis iniunctam.*
242 *Pro minuenda, vel commutanda pænitentia requiritur causa.*
243 *Quæ sit causa sufficiens.*
244 *Pro commutatione pænitentiæ an teneatur pænitens iterum confiteri siue ab eodem siue à diuerso confessario facienda sit commutatio.*
245 *An pænitens oblitus etiam culpabiliter pænitentiæ teneatur iterum confiteri.*
246 *Quid agere debeat si primus Confessarius recordetur saltem si atus licet non peccatorum.*
247 *Ad pænitentiam improportionatum à confessario iniunctam non teneatur pænitens.*
248 *Duobus supradictis casibus cessat obligatio satisfaciendi præcepto Confessoris non autem satisfaciendi debito.*
249 *Pænitentia improportionata à quo possit reduci ad æqualitatem.*
250 *Quid si pænitentia sit nimia.*
251 *An commutatio &c. pænitentiæ possit fieri extra sacramentum pænitentiæ.*
Quæ differentia inter repetere peccata, & fieri commutationem pænitentiæ in Confessione.
252 *An per acquisitionem indulgentiarum satisfiat obligationi pænitentiæ.*
253 *An Prælatus superior possit non dispensando indulgentiam sed virtute clauium remittere pænitentias.*
254 *Compendiantur prædicta de pænitentijs satisfactiuis.*
255 *Pænitentiæ præseruatiuæ cessant cessante causa, & possunt commutari etiam extra confessionem, & à quouis.*
256 *Ex dictis colligitur quid possit confessarius quoad pænitentias tempore iubilei.*

Clausula satisfacta Parte.

257 *Quis intelligatur nomine partis.*
258 *Particulari offenso satisfit particulari satisfactione vniuersali etiam vniuersali.*
259 *Absolutioni dandæ in foro fori præmittenda satisfactio.*
260 *Quid seruandum in rebus spectantibus ad forum fori idest quando causa est auocata ab alijs.*
261 *Quid in spectantibus ad forum conscientiæ.*
262 *Quæ cautio sit requirenda in foro conscientiæ ab eo qui vere parti non potest satisfacere.*
263 *Spetialis difficultas si exprimatur ista clausula satisfacta parte, & causam ad se trahat superior quid agendum.*
264 *Quid si causam ad se non aduocet superior.*
265 *Posita expressione clausulæ supradictæ si absoluatur potens satisfacere an sit rite, & valide absolutus.*
266 *Quid de habente delegatam facultatem.*
267 *Quid si in bulla exprimatur. Si tamen pænitens prius satisfecerit.*
268 *Absolutus ab excommunicatione ob impotentiam lata contra ipsum quia non satisfecit an reincidat si data opportunitate non satisfaciat, Quid de ordinaria auctoritate absoluente.*
269 *Quid si absoluat delegatus refertur sententia.*
270 *Exponitur quid dicendum.*
271 *Quibus modis debito satisfiat.*
272 *An virtute iubilei possit impendi absolutio ab excommunicatione extra sacramentum.*
273 *An absolutio data in foro satisfacta parte valeat etiam in foro exteriori.*
Idem dicendum de excommunicatione ob non solutas pensiones latas ab Auditore Cameræ seu ab alio.
274 *Quomodo probari possit absolutio data.*
275 *Quid prosit attestatio sacerdotis.*
276 *Obtenta absolutione licet pænitens liberetur ab excommunicatione soluit tamen pænas debitas delicto ob quod inflicta est excommunicatio.*

277 De

277 De absolutione virtute Iubilei danda elapso tempore Iubilei.

Quatupliciter potest contingere hanc absolutionem esse dandam modo dicto.

278 *Quid si absoluens intra tempus Iubilei habuit Iurisdictionem ordinariam.*

Absolutio ab excommunicatione potest dari inuito.

279 *Absoluens non tenetur habere notitiam excommunicationum.*

280 *Quid si excommunicationes sint Papæ reseruatæ.*

281 *Quæ intentio supponatur.*

282 *Quid de peccatis dicendum est.*

283 *Tacens dolo aliquas censuras si Confessarius intendat ab omnibus absoluere, an sit absolutus ab illis.*

284 *Quid si clare non constet de intentione.*

285 *Quid de peccatis reseruatis.*

286 *Requisitum ad validitatem prædictorum.*

287 *Quid si confessus sit at iubileum non obtineat.*

288 *De peccatis oblitis, vel non confessis culpabiliter quid?*

289 *Quid si explicet reseruata sed Confessio sit nulla.*

290 *Quid si confessarius absoluat intendens tantum absoluere de limitatione tamen vel illimitatione extensionis intentionis nihil cogitans.*

291 *Est probabilis sententia asserentium confessum intra tempus iubilæi posse elapso tempore absolui à reseruatis si intendebat cum confessus est lucrari iubileum.*

292 *Aduertitur quam intentionem debeant habere confessarij.*

293 *An absolutus tempore iubilei ab alijs peccati si bona fide nullam reseruatorum fecit mentionem an possit absolui elapso tempore iubilei.*

294 *An ommittens confessionem eo quod putet inculpabiliter se non habere necessario confitenda, cætera tamen præstet, possit absolui si reseruata recordetur elapso tempore iubilei.*

295 *Absolutus à censuris tempore iubilei animo illud lucrandi, si postea non lucretur, non reincidit.*

296 *Qui non habet intentionem lucrandi iubileum non absoluitur à reseruatis.*

297 *Quid si lucrans iubileum aliquid omittit non sua culpa sed culpa confessarij.*

298 *An Confessio possit fieri die dominico, commutari vota &c.*

299 *Quid aget Confessarius cum illo qui vltimo die sabbati nullis præmissis pro lucrando iubileo ad ipsum accedit.*

300 *Quid cum illo qui existit in occasione proxima peccandi.*

301 *Quid cum illo qui tempore præscripto voluit confiteri sed quia multo tempore indigebat non fuit plene confessus.*

302 *Quid si dilato iubilei tempore à confessario pænitens intra hoc tempus in alia reseruata incidat.*

303 *Consequtus iubileum in prima hebdomada potest consequi etiam in secunda, & potest frui omnibus priuilegijs.*

304 *Quomodo sit intelligendum (pro hac vice) remissiue.*

305 *An acquisito Iubileo in vno loco possit acquiri in alio, & quid de aliquibus Indulgentijs.*

306 *Nemo potest acquirere indulgentiam pro alio.*

De Commutatione &c. Votorum 3. Priuilegio.

307 *Quid sit dispensatio voti.*

308 *Quid sit commutatio.*

309 *Differentia inter dispensationem, & Commutationem.*

310 *Commutatio non differt à Redemptione voti.*

311 *Dispensare differt à declarare, & interpretari votum esse nullum.*

314 *Differt dispensatio ab irritatione, & cassatione voti.*

315 *Nunquam præsumitur data facultas dispensandi, & commutandi, sed debet exprimi.*

316 *Expressa facultate dispensandi an censeatur data commutandi, & commutandi expressa an censeatur data dispensandi.*

317 *Resoluitur posita difficultas quoad vnam partem.*

318 *Resoluitur quoad aliam.*

319 *Aduertentia pro Confessarijs.*

320 *Quid dicendum de Regularibus.*

321 *Concessa commutatione quæ dispensatio censeatur concessa.*

322 *Consilium Lesij quoad commutationem.*

323 *An in dubio quod commutatio sit in equale possit fieri propria auctoritate vouentis.*

324 *Quæ equalitas sit consideranda.*

325 *Aduertentia pro Confessarijs ad dicta.*

326 *Quomodo sit considerandum maius bonum in votis.*

327 *An qui habet auctoritatem dispensandi, & commutandi vota, habeat etiam circa iuramenta, num. 332.*

328 *Iuramentum, & votum in quo differant.*

329 *Maior est obligatio voti quam iuramenti vide sequentia.*

330 *Quot modis fiat iuramentum.*

331 *Commutatio fit tantum iuramenti promissorij non assertorij.*

332 *Resoluitur dubitatio proposita quoad habentem potestatem ordinariam.*

Quid de habente delegatam.

333 *Quid de iuramentis soli Deo factis.*

Quid de iuramentis homini factis. 1. De re illicita, & acceptatis.

334 *Iuramentum de re illicita quotuplex, & quid.*

335 *Iuramentum in fauorem hominis fit dupliciter, & quomodo.*

336 *Quid possit circa iuramenta habens facultatem delegatam circa vota.*

337 *Quid de iuramentis de re licita acceptatis si sunt facta in fauorem tertij tam quoad potestatem ordinariam, quam delegatam.*

338 *Quid de iuramento in fauorem tertij facto soli Deo.*

339 *Quid si promissio fiat non soli Deo sed etiam homini acceptanti quoad potestatem delegatam.*

340 *Quid de potestate ordinaria.*

341 *Quid de iuramentis, & votis factis Deo, & homini acceptanti non tamen propter vtilitatem Tertij, sed tantum in honorem Dei, & vtilitas Tertij se habet tantum vt materia circa quam.*

342 *Aduertentia pro dispensatione, & commutatione votorum huiusmodi.*

343 *Colliguntur antedicta aliqua.*

344 *Ad quæ vota se extendat facultas iubilei quoad iuramenta, & vota. Expenduntur aliqua.*

345 *An quinque vota excepta possint aliquando commutari.*

346 In

346 *In iubileis vota Religionis, & Castitatis perpetua tantum solent excipi.*

347 *Quid de iuramentis illis quinque virtute. Iubilei.*

348 *Quid de Episcopo est dicendum.*

349 De votis pœnalibus è conditionalibus.

An concessa facultas dispensandi, & commutandi vota omnia excepto castitatis perpetua, & Religionis extendatur etiam ad vota, & iuramenta pœnalia, & conditionalia etiam purificata conditione, vide num. 360.

350 *Omne votum, & iuramentum pœnale est conditionale non omne conditionale pœnale.*

351 *Quod sit votum pœnale de quo est sermo.*

352 *Iuramenta, & voca prædicta possunt fieri duobus modis.*

353 *Votum de sola pœna respectiue tamen ad id quod desideratur potest item dupliciter emitti.*

354 *Quæ vota, & iuramenta simpliciter referantur inter pœnalia.*

355 *Cum non constat esse emissa in fauorem religionis reputantur pœnalia.*

356 *Votum, & iuramentum conditionale prout distinguitur à pœnali quid sit.*

Particula, si, in votis quomodo explicanda.

357 *Quomodo possit haberi cognitio differentiæ horum votorum, & iuramentorum.*

358 *In dubio an sint absoluta, vel conditionalia.*

359 *Censenda sunt conditionalia.*

360 *Episcopus potestate ordinaria, & quilibet confessarius virtute iubilei potest commutare omnia vota, & iuramenta pœnalia.*

361 *Votum & iuramentum tunc sunt reseruata quando sunt de re reseruata.*

Res debet esse grata, & offerri ex actu religionis non, vt quid odiosum, vt est Castitas, & religio in voto pœnali.

362 *Vota aliquando sunt vere conditionalia aliquando solum apparenter.*

363 *Quæ sint vota vere conditionalia.*

364 *Quæ tantum apparenter.*

365 *Triplex conditio.*

366 *Conditio aliquando tacite inest aliquando necessario est explicanda.*

367 *Conditio quæ tacite inest potest etiam dupliciter explicari eo modo quo inest, vel alio.*

368 *In vocis, & iuramentis tantum apparenter conditionalibus an Episcopus ordinaria, vel alius iubilei facultate aliquid possit.*

Quid in eisdem sub conditione eo modo quo inest explicata.

369 *Quid, quando explicatur alio modo quam inest.*

370 *Quid ante, vel post conditionis euentum, quando conditio est necessaria.*

371 *Quid quando conditio est de præterito, vel de præsenti.*

372 *Vbi sita sit difficultas in his votis.*

373 *In his votis de quibus est difficultas quid possint Episcopus, & Confessarius iubilei.*

374 *Quid de votis alternatiuis Religionis, Castitatis perpetuæ, & aliorum votorum.*

375 *Quid ante electionem factam partis reseruatæ.*

376 *Quid post factam electionem eiusdem partis.*

377 *Quid si electio non fit à voluntate determinata.*

378 *Quid si altera pars voti sit facta impossibilis.*

379 *Quid de votis alternatiuis.*

380 *Quid si facta electione vnius partis ista euadat impossibilis.*

381 *In dubio an votum sit conditionale an disiunctiuum quid dicendum.*

382 *Quid si magis inclinet vouens in vnam partem.*

383 *Quid si rationes reddant opinabilem vtramque partem.*

384 *Facta commutatio à Papa voti, sibi reseruati, in foro fori, an possit ab alio mutari.*

385 *Quid de obligationibus in dispensationibus iniunctis.*

386 *Quid si commutatio sit facta in foro conscientiæ in rem non reseruatam.*

387 *Quid si commutaretur in rem reseruatam.*

388 *Quid possit Episcopus, vel Confessarius virtute iubilei in vota Religionis, & perpetuæ castitatis.*

389 *Dubium aliud iuris aliud facti.*

390 *Potest esse dubium an votum teneat, & posito quod teneat an sit reseruatum.*

391 *Constat legem esse latum; sed dubitatur an factum sub ella comprehendatur.*

392 *Constat legem esse factam; factum sub lege includi sed an tale in indiuiduo dubitatur.*

393 *Quare antecedentia sint prænotata, & quid quæratur.*

394 *Episcopus, & confessarius virtute iubilæi commutat, & dispensat dubia vota Religionis, & Castitatis perpetuæ.*

395 *Votum emissum ob metum incussum, vt idem votum Religionis videlicet, & castitatis an sit Papæ reseruatum.*

396 *Quid de votis emissis ab existentibus sub alicuius potestate num. 397. 398.*

399 *Quid de voto emittendi votum Religionis Castitatis &c.*

400 *Quid de voto Religionis, & Castitatis ad tempus.*

401 *Quid si esset de centum annis.*

402 *Quid de voto strictioris religionis.*

403 *Quid de voto perseuerandi in Religione.*

404 *Quid de voto moriendi in religione.*

405 *An votum intrandi religionem intra sex menses possit prorogari.*

406 *Quid de voto religionis non approbatæ.*

407 *Quid de voto assumendi habitum Tertij ordinis.*

408 *Quid de voto assumendi habitum ordinis militaris Breuiter in fine numeri quid possit virtute iubilei circa votum religionis.*

409 *Votum de ingrediendo certam religionem si quam ingrediar an possit commutari, vel dispensari.*

410 *Votum castitatis limitatæ cadit sub potestate Episcopi, & confessarij Iubilei dummodo non sit in gratiam alterius.*

411 *Votum factum tantum in fauorem tertij ex nulla deuotione, non indiget dispensatione sed tollitur relaxatione illius in cuius fauorem emissum est.*

412 *Quid de voto virginitatis.*

413 *Quid de voto castitatis perpetuæ resultante ex pluribus votis.*

414 *Quid de voto præsbiterandi.*

415 *Quomodo peccet qui peccat contra votum non nubendi assumendi ordines Sacros Religionem &c.*

De votis Coniugum.

416 *Quid de votis emissis post matrimonium siue ratum*

tum siue consumatum siue expressa renunciatione iuris proprij.
417 Facta relaxatione, vel commutatione votorum coniuges ad quid teneantur.
418 Quid de votis emissis cum expressa renunciatione proprij iuris.
419 Quid si huic voto esset addita aliqua limitatio.
420 Quid ob periculum incontinentiæ.
421 Quid in voto perpetuæ castitatis, sub conditione si filios suscipiant.
422 Potest confessarius virtute iubilei in votis, & iuramentis quidquid potest Episcopus in foro animæ.
423 An confessarius circa vota possit voti Epicheia dispensando commutando &c. vt potest Episcopus.
424 Quid possit Episcopus in votis per epicheiam.
425 Soluitur non posse confessarium.
426 Dispensatio facta per epicheiam quousque se extendat.
427 Qui regulares possint dispensare ad petendum debitum cum his qui post simplex votum castitatis contraxerunt.
428 Non solum post sed etiam ante consumatum matrimonium, Non possunt tamen in voto emisso contracto matrimonio.
429 Quid de votis non petendi commutationem, vel dispensationem.
430 Quomodo sit facienda talis commutatio, cum supradictum votum tenet.
431 Votum de non peccando neque venialiter est nullum.
432 Valet de non peccando mortaliter.
433 Potest commutari, & relaxari.
434 Confessarius debet esse facilis in commutando huiusmodi vota, & difficilis in consulendo.
435 Idem dicendum de voto non ludendi.
436 Quos ludos includat votum non ludendi.
437 Quomodo ludus sit actus virtutis.
438 Quid si talia essent contra statum personæ sanitatem vrbanitatem &c.
439 An possit virtute iubilei dispensari in pœna incursa ob fractionem voti.
440 Quid de illo qui vouisset dare pauperi decem singulis mensibus, & omisset.
441 Quid si in parte dispensasset S. Pontifex.
442 Dispensatione facta in pœna incursa non censetur facta in incurrenda, & vice versa.
443 Commutatio votorum fienda in auxilium terræ Sanctæ an possit fieri in res spirituales.
444 Minor causa requiritur in commutatione quam in dispensatione.
445 In dubio an materia commutationis sit equalis quæ causa sufficiat.
446 An sit causa sufficiens cõmutandi in equale sola intentio lucrandi iubileum.
447 An etiam sufficiat pro commutatione in aliquid minus.
448 Quæ sint causæ sufficientes.
449 In commutatione votorum, & iuramentorum debet confessarius esse valde prudens, & versatus.

Aliqua notanda pro commutationem facienda à delegato etiam Iubilei.

450 Debet subrogare materiam proportionatam alioquin mortaliter peccabit.
451 Quomodo debeant sibi consulere confessarij non multum periti.
452 Commutatio non ludendi in quinque iulios est leuis.
453 Bonum quomodo in votis commutandis considerandum.
454 Considerandus est finis voti, vt recte commutetur.
455 Commutatio in frequentiam sacramentorum prudentissima.
456 Vota diuinum cultum concernentia recte commutantur in sacrificia missarum.
457 Quo altior est finis voti altior est subroganda materia.
458 Votum de non ludendo causa non blasphemandi commutatur aliter, quam causa non amittendi pecuniam.
459 Vota emissa in diuinum obsequium tantum commutantur non habita ratione temporis, vel actuum diuturnitate, vel multiplicitate.
460 Non sic autem si respiciant etiam commoditatem Tertij, vt votum faciendi celebrare missas aliquo tempore in aliqua Ecclesia ob commoditatem populi.
461 Quid de votis aliquid faciendi determinato tempore.
462 Ista vota duplicem obligationem inuoluunt.
463 Vota realia conuenientius commutantur in realia personalia impersonalia.
464 Aliquando inuertitur modus.
465 In commutatione habenda est ratio diuini obsequi, & finis voti.
466 Fugienda est nimia aggrauatio in commutatione.
467 Aliquando expedit commutationem facere in res illas quæ ex deuotione solent præstari.
468 Erit actus prudentiæ subrogare alternatiue.
469 Non tamen possunt subrogari res alias debitæ.
470 Quo maior est causa commutandi eo leuior esse debet materia subroganda.
471 Similiter quo maior est inhabilitas ad exequtionem voti.
472 Habenda est ratio difficultatis exequendi votum
473 Votum si commutetur pauperi in elemosinam, minor erit eleemosina quam si commutetur diuiti.
474 Minor numerus ieiuniorum est iniungendus laborantibus.

475 Quomodo commutanda vota itinerandi, vel peregrinandi Roma Lauretum &c.

476 An materia in quam fit commutatio voti peregrinationis sit applicanda loco ad quem peregrinandum erat.
477 Quid si votum esset emissum non solum de peregrinando sed etiam de certa summa illi Ecclesiæ soluenda.
478 Quomodo computatio facienda sit in voto peregrinandi pedibus.
479 Labor vnius diei, vel duorum, vel trium &c. compensatur commutatione tot dierum ieiunij si peregrinatio pedibus erat habenda.
480 Si vero equo reda &c labor quattuor vel quinq; dierum commutatur in vnum diem ieiunij potest etiam commutari in alias afflictiones corporis habenda est tamen ratio expensarum.
481 Aduertentia valde vtilis pro Confessario commutante.
482 In ijs quæ aliquo modo obligant etiam sine voto quomodo facienda commutatio.
483 Voto non adulterandi quæ materia subroganda.

484 Quid

484 *Quid agendum quando emissum est votum, & iuramentum de eadem re.*
485 *Quid si non est facienda commutatio sed tantum concedenda dilatio executionis voti.*
486 *Quid agendum in commutatione votorum conditionalium non pænalium numeris sequentibus vsque ad*
490 *Quid de votis pænalibus siue ante siue post pæ-*
491 *nam incursam.*
492 *Quid de voto peregrinationis vltra mare.*
493 & 94 *Quid de voto Relegionis.*
495 *Quid de voto non nubendi.*
396. 497 *Quid de voto præsbiterandi.*
498 *Delegatus etiam virtute iubilei commutans sine causa iusta inualide commutat.*
499 *Quid si fiat à superiore.*
500 *An facta commutatione possit ea relicta rediri ad obseruantiam voti. Si commutatio sit inequale.*
501 *Quid si facta sit in melius.*
502 *Facta commutatione uoti si materia subrogata reddatur impossibilis, an uotum sit obseruandum.*
503 *Quid si uota simplicia sint commutata in uotum solemnis professionis, & eijciatur à religione professurus.*
504 *Quid si uonit indeterminate religionem, & ab una eijciatur,*
505 *Confessarius electus ex iubileo, uel alio modo delegatus non potest subdelegare.*
506 *Vota non remanent dispensata, uel commutata eo quod iubileum est comparatum sed debent commutari, uel dispensari à Confessario.*
507 *In confessario ad dispensandum, & commutandum requiritur intentio, & uoluntas externo signo manifestata.*
508 *Pænitens debet petere commutationem, uel dispensationem, quam si confessarius non præstet non erit facta etiam ex obliuione, uel inaduertentia.*
509 *Tenetur tamen confessarius facere.*
510 *Et nisi faciat requisitus peccat.*
511 *Ad id tenentur etiam prælati.*
512 *An regulares qui possunt commutare, uel dispensare uirtute suorum priuilegiorum requisiti in confessione, ad id teneantur.*
513 *Quid de absolutione à censuris quoad regulares tenentur ne absoluere?*
514 *Commutatio, & dispensatio an possit fieri uirtute iubilei extra confessionem.*
515 *Resoluitur dubitatio.*
516 *Nisi præstita sint omnia opera liberum est confessario non commutare, uel dispensare.*
517 *Ante præstationem operum potest id agere sub conditione si opera præstantur.*
518 *An petita commutione aliquorum determinate, & illa tantum intendat commutare Confessarius si aliorum pænitens recordetur possint commutari elapso tempore iubilei.*
519 *An sis uera commutatio si materia subroganda conferatur in aliud tempus, uel personam.*
520 *Pænitente sciente se habere aliqua uota sed illa non memorante quid aget confessarius.*
521 *In generali commutatione uotorum an ueniat oblita.*
522 *Facta nulla commutatione generali, uel spetiali, uel si spetiali determinate, si quæ sunt oblita an possint commutari, uel dispensari.*
523 *Si potest fieri à quo est facienda.*
524 *An ille cui est concessa dilatio iubilei teneatur confiteri illi confessario à quo dilatio facta est an possit alium eligere maxime si illum non possit habere.*
525 *Quid possint Regulares, & respectu quorum in dispensationibus, & commutationibus uirtute suorum priuilegiorum.*

De exequtione operum.

526 *Quæ opera iniungantur in iubileis.*

527 Publicatio à quo debeat fieri

528 *Episcopus tenetur publicare &c. sub mortali.*
529 *Non interessentes processionibus an peccent.*
530 *Romæ est expectanda solemnis publicatio.*
531 *In locis ubi nulli sunt ordinarij, ut in terris infidelium sufficit qualibet notitia certa.*
532 *Quid in alijs locis ubi sunt ordinarij.*
533 *Quid hoc casu quoad deputationem Ecclesiarum.*
534 *Quis sit ordinarius Regularium quoad publicationem.*
535 *Putans esse publicatum Romæ cum non sit, an lucretur si opera præstat.*
536 *Extra patriam existens potest differre donec in patria publicetur.*
537 *Existens in patria ubi sit promulgatum, & non habeat notitiam nisi in fine ultimæ hebdomadæ potest lucrari duabus sequentibus hebdomadis.*
538 *Quid si sciuit, & noluit acquirere.*
539 *Potest a quocumque acquiri extra patriam.*
540 *Existens in patria tempore publicationis uisitans ibi Ecclesias potest cætera ubique præstare.*
541 *Tutius tamen omnia in eodem loco peraguntur.*
542 *Quid si quis ignorantia &c. uel alia causa rationabili distulit consequi, vel opera non præstitit præscriptis diebus.*
543 *Impediti obtinent dilationem à Confessario.*
544 *Confessarius concedens dilationem concedit duas hebdomadas ad acquirendum.*
545 *Quid si non habeant copiam Confessarij qui dilationem concedat, & verum existat impedimentum, vel nesciant esse necessariam talem petitionem.*
546 *Publicato iubileo qui ob vrgens negotium cogitur à patria discedere an possit lucrari rediens tempore elapso.*
547 *Operum iniunctorum non potest fieri commutatio nisi permittatur.*
548 *Cum permittitur est facienda à confessario.*
549 *Potest tamen fieri extra confessionem à quocumque confessario ad illam electo.*
550 *Quo tempore potest fieri.*
551 *Si fiat sine causa iubileum non acquiritur.*
552 *Aduertant confessarij in commutando.*
553 *Ieiunio &c. quid agant ne inutiliter agant.*
554 *Quid sit obseruandum in ieiunii commutatione ratione iuuenum.*
555 *Nulla datur causa commutandi, sed bene differendi Confessionem.*
556 *Nisi adimpleantur, vel commutentur opera in iubileo præscripta, non acquiritur.*
557 *Nec qui aliqua præstat partem lucratur.*
558 *Quomoda cognoscatur opera esse iniuncta per modum vnius.*
559 *Quid si adsit probabilis sententia aliqua non requiri, & ideo omittantur.*

560 Quid si aliqua leuis pars omittatur.

Quæ sit iudicanda pars leuis.

561 *Opera sunt facienda vt præscribuntur.*

562 *Ieiunium visitatio,& alia opera personalia non possunt per alium fieri.*

563 *Quid si eleemosina data sit alicui eroganda,& ab illo non erogetur.*

564 *An possit satisfieri per opera alias debita.*

565 Quæ intentio in opere sit requisita

566 *Quid si opus sit factum intentione non bona.*

567 *An sufficiat intentio satisfaciendi menti S. Pontificis, vel lucrandi Iubileum siue sit æque siue minus principalis.*

568 *Sufficit præstare vltimum opus in gratia.*

569 Quale debeat esse opus.

570 *Quid si circumstantia vitiat opus mortaliter sed tantum concomitanter.*

571 *Ad indulgentiam non est necessariam meritum de condigno sed sufficit de congruo fundatum in bonitate morali operis.*

De visitatione Ecclesiarum.

572 *Quot sint visitandæ.*

573 *An sint visitandæ in gratia.*

574 *Quid si ordinarius plures præscribat, quam in breui.*

575 *Quid si pauciores.*

576 *Cum plures præscribuntur non est necesse omnes visitare eodem die.*

577 *An visitatio possit fieri die dominico vltima hebdomadæ.*

578 *An ijsdem temporibus quibus potest fieri communio, possint & cætera præstari.*

579 *An supposita consuetudine possint præstari vsq; ad mediam noctem.*

580 *Modus tutissimus assignatur.*

581 *Regulares quas Ecclesias teneantur visitare.*

582 *Quid de monialibus, & Regularibus perpetuam clausuram obseruantibus.*

583 Deuote facienda visitatio etiamsi non diceretur.

584 *Quid sit deuote visitare.*

585 *Quid sit deuote orare.*

586 *An possit satisfieri debito orationis iniunctæ oratione mentali.*

587 *Nisi tamen præscribantur preces.*

588 *Non est necesse recitare quas Episcopi præscribunt.*

589 *Possunt recitari cum socio alternatiue.*

590 *An sit orandum detecto capite genibus flexis &c.*

591 *Quantum sit orandum.*

592 De Ieiunio.

593 *Quomodo satisfiat iubileo quoad ieiunium.*

594 *Quomodo intelligendum, circa meridiem.*

595 *An peccet qui anticipat.*

596 *An collatio quæ sumitur mane si facienda ea hora qua fieret Cæna.*

597 *A quibus cibis sit abstinendum, vt ieiunium sit validum.*

598 *Sententia quam sequitur auctor concessa facultate comedendi carnes an sit concessa non ieiunandi.*

De Confessione aliqua.

599 *In iubileo si requiratur confessio, vt onus, si iam sit facta, & indulgentia acquisita qui recordatur alicuius obliti teneatur illud confiteri num. 600. 601.*

602 *An sit requiratur in iubileo quod confessio præcedat alia opera possit postponi.*

De Communione.

603 *Debet esse sacramentalis, non sufficit spiritualis.*

604 *An possit commutari in aliud, & quando.*

605 *An sufficiat communio facta in mortali.*

606 *An sufficiat facta in veniali etiam habituali.*

607 *Quando possit fieri.*

De Eleemosina.

608 *Quotuplex, & quæ.*

609 *An ad eleemosinam teneatur etiam pauper.*

610 *Resoluitur dubium, & statuitur quacumque etiam parua eleemosina satisfieri.*

611 *An teneantur Religiosi ad eleemosinam.*

612 *Quid sit intelligendum cum dicitur eleemosinam esse faciendam iuxta vires cuiuscumque.*

613 *An cathecumeni possint lucrari Indulgentias.*

614 *Soluitur quædam obiectio.*

I V B I L E V M

Sanctissimi D. N. D. Innocentij diuina prouidentia PP. X. Ad implorandum Diuinum auxilium pro fœlici regimine, & Statu Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Ecclesiæ.

INNOCENTIVS EPISCOPVS
Seruus Seruorum Dei.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos præsentes litteræ peruenerint Salutem, & Apostolicam benedictionem.

IMMENSÆ Omnipotentis Dei bonitati placuit in maxima Almæ Matris Ecclesiæ rerum perturbatione nullis nostris exigentibus meritis supremum hoc Apostolicæ seruitutis munus nostræ imbecillitati imponere; Vnde considerantes iniquã temporum conditionem, & grauissima, quæ vndique vrgent, & impendent, mala, præcipuo quodam sensu angimur, & commouemur, de Illius tamen benignitate non desperantes, qui operari dignatur in Nobis, non desinimus summis, atque assiduis precibus eius auxilium implorare, fideliumque & Deum timentium, quorum ipse, vt speramus, voluntatem faciet, orationes expetimus, quibus Omnipotenti Deo semper benedicendo, gratijsq. misericordiæ eius agendis adiuuemur, viribusque à Cælesti Rege subministratis suffulta nostra infirmitas, commissarum Nobis curarum, & salutarium Reipublicæ Christianæ officiorum partes, orantis simul Populi instantia promerente valeat sustinere opemque agitatæ, & vbique ferè depressæ Catholicæ Religioni suppeditare, nè, cum in altitudinem Maris

Maris venerimus, tempestate demergamur, sed potiùs horribiles tot peccatorum status, & excitatas tot Mari procellas discutientes cum credito Nobis Grege optatum cursum, & æternæ salutis portum teneamus; Qua propter in hac Alma Vrbe nostra à Cappella nostra publica Palatij Apostolici ad Basilicam Principis Apostolorum in Vaticano, nec non à Basilica S. Mariæ Maioris ad Basilicam S. Ioannis Lateranensis ptoxima hebdomada, quæ erit tertia Aduentus, quarta, & sexta feria respectiuè solemnes Processiones de more indicimus, ad quas Basilicas Nos vnà cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, atq. Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, alijsq. Prælatis, atque Officialibus Romanæ Curiæ, vniuersoque Clero, & Populo comitante, accedere, dictasque Processiones celebrare statuimus, vt autem Diuinam opem efficaciùs imploremus, & simul effusis multorum precibus fructuosiùs exaudiamur, omnes, & singulos vtriusq. sexus Christi fideles, vbique existentes enixè in Domino hortamur, & paterna charitate monemus, vt, qui in hac Vrbe sunt, dicta hebdomada, aut saltem altera sequenti; Qui verò extra Vrbem, in quibusuis Orbis Terrarū locis existunt, proxima, aut altera sequenti hebdomada post præsentium notitiam pias ad Deum preces effundant; vt Ecclesiam suam sanctam tueatur, & protegat, hæreses vndique euellere, & extirpare, Fidem S. Catholicam adaugere, & propagare, pacem, & veram concordiam largiri dignetur, Nobis verò vires tribuat, quibus susceptum onus ad eius nominis gloriam, fidelimque & animæ nostræ salutem administrari valeamus, vt ij quidem, qui in eadem Vrbe hic præsentes sunt, præfatas S. Ioannis Lateranensis, Principis Apostolorum, S. Mariæ Maioris Basilicas, vel vnam ex eis, quam maluerint; Qui verò alibi extra Vrbem erunt, Ecclesiam, seù Ecclesias per locorum Ordinarios, seù eorum Vicarios, aut de eorum mandato, aut ijs deficientibus, per eos, qui inibi curam exercent animarum, deputandam, seù deputandas, quocunque sibi beneuisò, eiusdem hebdomadæ die, vel diebus, saltem semel deuotè visitent, omnes præterea quarta, & sexta feria, ac Sabbatho eiusdem vel alterius sequentis hebdomadæ ieiunent, & quantum pro suo quisque arbitrio iudicauerit, eleemosynas erogent, atque intra hoc ipsum tempus Sacerdotibus ab Ordinario approbatis peccata sua confiteantur, & die Dominico dictum Sabbathi diem proximè subsequente, vel alio dictæ sequentis hebdomadæ die arbitrio Confessarij Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum deuotè percipiant; Qui autem in nauigatione, vel itinere fuerint, eo peracto hæc ipsa etiam faciant, & exequantur; Qui verò regulares vtriusque sexus in Claustris perpetuò degunt, vel in Carcere aut captiuitate detinentur, vel propter corporis infirmitatem, aut aliud quodcunque impedimentum superiùs expressa, seù eorum aliqua facere, seù adimplere nequiuerint, Sacerdotis Confessarij approbati ab Ordinario, quem elegerint, arbitrio, præfata omnia, & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, vel in aliud, proximum tamen tempus differre valeant: Quæ omnia, vt eò libentiùs præstare studeant, quo vberiùs spiritualibus muneribus, & gratijs à Nobis se refectos esse cognouerint, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius auctoritate confisi ex illa ligandi, atque soluendi potestate, quam Deus nobis, licèt indignis, contulit, omnibus, & singulis præfatis qui præfata adimpleuerint, plenissimam peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicuti in anno Iubilæi visitantibus certas Ecclesias intra, & extrà Vrbem concedi consueuit tenore præsentium concedimus, & elargimur, nec non eisdem fidelibus, etiam cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti Regularibus vtriusq; sexus facultatem impartimur eligendi sibi Presbyterum Confessarium, tàm sæcularem, quàm cuiusuis Ordinis, vel Instituti Regularem ex approbatis ab Ordinarijs locorum, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, & censuris à iure, vel ab homine, quouis modo, vel causa latis, seù inflictis, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumuis grauibus, & enormibus, etiam in casibus tam locorum Ordinarijs, quam Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in litteris die Cœnæ Domini legi consuetis, atque alias etiam per quascunque etiam Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodolibet reseruatis in foro tantùm conscientiæ hac vice dumtaxat absoluere. Et insuper vota quæcunque (Religionis, & Castitatis tantummodo exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, iniuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis casibus pænitentia salutari, ac alijs Iniungendis possint, & valeant: Mandantes insuper Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs quibuscunque Ecclesiarum Prælatis, & locorum Ordinarijs, in virtute sanctæ obedientiæ, vt cum harum litterarum transumpta, aut exempla acceperint, illa statim per suas Prouincias, Ecclesias, & Diœceses publicent, & publicari faciant, Cleroque & Populo sibi subiecto solemnes Processiones, sicut Nos in præfata Vrbe indiximus, indicant, & celebrent: Per præsentes autem super aliqua irregularitate, publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, aut inhabilitate, quomodolibet contracta, non intendimus, nec etiam in foro conscientiæ dispensare, neque vllam facultatem tribuere dispensandi: Ac declaramus has ipsas præsentes quoad absolutionem in foro conscientiæ, & pœnitentiali tantùm, non autem in foro fori, seu contentioso confequendam, neque etiam quoad dictum forum conscientiæ ijs, qui ab aliquo Iudice excommunicati, suspensi, vel interdicti, seù alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi infrà tempus celebrationis huiusmodi Iubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordauerint, neque pariter Hæreticis, aut Scismaticis specialiter declaratis, seù condemnatis vllo modo suffragari. Non obstantib. Constit. & Ordinationib. Apost. præsertim, quib. absoluendi facultas in certis casib. tunc expressis, ità specialiter Romano Pont. pro tempore existenti reseruatur, vt nec etiam similes, vel dissimiles Iubilæi Indulgentiarum, aut facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari valeat. Necnon quorumcunq. Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs

quoque indultis, & Litteris Apost. eisdem Ordinibus, Congregationib. & Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quib. omnib. & singulis, etiamsi de illis, eorumq. totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, aut expressio habenda, vel quæuis alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac formam in illis traditam penitùs pro seruata habentes, hac vice specialiter, & expresè ad effectum præsentium derogamus, cæterisq. contrarijs quibuscumq. Volumus autem, vt præsentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsùs fides vbique gentium, & locorum adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnat. Dominicæ 1644. quinto Non. Decembris Pontif. nostri Anno 1. Sig. D. DATARIVS &c.

De Iubilæo, XCVIII.

1 OCcasione † Iubilæi, quod à S. Pont. Innoc. X. dicitur concedendum, à me quæsitum fuit, vt ea breuitate, qua possem maiori traderem ea, quæ censerem magis vtilia, & necessaria. Ideò hoc illis responsum dedit in quo vt plenius petentium
2 desiderio satisfaciam aliqua prius † de Indulgentijs tradam; deinde quæ spectare possent ad Iubilæum Anni Sancti; Tandem, quæ ad alia Iubilæa duarum hebdomadarum. quæram. 1. Quid sit Indulgentia, à quo possit concedi, quas causas requirat. 2. Varios modos concedendi Indulgentias explicabo. 3. Quos effectus pariant. De Iubilæo Anni Sancti pariter quæram. 1. De operib. iniunctis quæ sint, & quomodo præstari debeant. 2. De suspensione Indulgentiarum. De Iubilæo duarum hebdomadarum item quæram. 1. De priuilegijs quæ conceduntur in eo, quorum 1. explicabo electionem Confessarij, & qualis esse debeat. 2. A quibus electus Confessarius possit absoluere. 3. Quæ vota possit dispensare, vel commutare. 2. principaliter quæram de operib. iniunctis, quæ sint, & quomodo præstandæ, & hoc tam quoad sæculares, quam regulares vtriusq; sexus. Quibus expeditis puto fore satisfactum propositæ petitioni.

De Indulgentijs.

3 Indulgentia † si vim nominis spectes, multa significat. 1. quandam licentiam, & facilem permissionem impune agendi contra ius. 2. moderatam remissionem debiti, seu pænæ ex liberalitate, seu misericordia. 3. permissionem, seu condescensionem quandam, sic Paulus 1. Corint. 7. secundum indulgentiam dico. 4. significat gratiam, vel dispensationem c. 1. de rescript. & cap. fin. vt lite pendeat. 5. condonationem gratuitam, qua Deus dicitur indulgere peccata Isaiæ 61. Prædicate Indulgentiam. 6. Condonationem, vel remissionem temporalis pænæ, quæ gratis relaxatur consequenti Indulgentiam c. quod autem, de pænit. & remiss. ita Filliuc. tract. 8. cap. 3. nu. 59. & alij quos ipse refert; & hoc quoad quid nominis, quoad quid rei Indulgentia definitur.

4 † Quod sit remissio pænæ temporariæ debitæ Deo in foro pænitentiali extra Sacram. facta per applicationem earum satisfactionum, quæ in communi thesauro Ecclesiæ continentur, Est remissio, non sola compensatio pænæ, sed etiam absolutio à pæna, dicitur pænæ, quia indulgentia non remittit culpam, quæ tollitur per solam contritionem, vel Sacramenta debito modo applicata. In foro pænitentiali; quia non tollit pænas debitas in foro fori. Temporarias, quia æternam non tollit indulgentia, sed contritio, vel Sacramenta, quæ illam tollunt cum culpa, & remanet temporaria, per applicationem satisfactionum &c. quia in Ecclesia reperitur thesaurus satisfactionum Chri-
5 sti, & Sanctorum; † Nam in opere bono duo sunt, meritum, & satisfactio, meritum nemini potest applicari, nemo enim potest mereri alteri primam gratiam, vel augmentum ipsius excepto Christo, qui gratiam nobis meruit; Satisfactio autem potest applicari, non solum de congruo; sed etiam de condigno; merita Christi applicantur per Sacramenta; prima gratia enim, & iustificatio non confertur nisi per merità Christi: Sacramenta autem habent suam efficaciam ex ijsdem Christi meritis: Nec in Ecclesia est potestas remittendi peccata, nisi medijs Sacramentis; Satisfactionis autem dispensat etiam extra Sacramenta; est enim in Ecclesia ista potestas, quæ omnia suppono ex theologicis assertionibus.

6 † Ex quibus semper mihi visa est difficilis sententia asserens, quod ille, qui lucratur plures indulgentias plenarias, quando vna satisfacit omnibus suis pænis alijs lucratur tam magnum augmentum gratiæ replicatione acquisitionum indulgentiarum, vt possit æquare maximos sanctos, qui tot indulgentias non sunt assequti, cum enim gratia sit semen gloriæ, & gloria merito, & charitati respondeat, cum in indulgentijs non participetur gratia, nec meritum; sed tantum satisfactio, non video quomodo indulgentijs posset augeri gloria. Vtinam tamen hoc esset. At ego non capio.

Dicitur extra Sacramentum, vt excludatur remissio pænæ, quæ fit per Sacramenta, vel totius, vt in baptismo, vel partis, vt in alijs Sacramentis. Ex quo colliges non apte dici indulgentiam remissionem pænæ, quæ fit in Sacrificio Missæ. Et ista quoad primam difficultatis partem quid sit indul-
7 gentia. Sequitur. A quo possit concedi. † Dico ergo esse in Ecclesia potestatem concedendi indulgentias, & remittendi pænas debitas peccatis ex Tridentino sess. 22. cap. 9. de refor. & sess. 25. de indulgentijs; estque de iure diuino; Vsus illas concedendi est antiquissimus, late probant Doctores contra Hæreticos, talisque potestas est immediate à Christo concessa Petro, & Successoribus eius, ab illis vero Episcopis, & alijs communicatur.

8 † Neque Concilium, nisi in eo sit Papa, habet ex se potestatem concedendi Indulgentias: scio contrarias extare sententias, ne tamen ab ista recedas, Nullibi enim reperitur talis potestas concessa Concilio independenter à Papa, ideo non est asserenda, neque Sede vacante cuiquam competit, non enim est necessaria talis potestas ad regimen
9 Ecclesiæ. † Competit Episcopis iure ordinario, non tamen diuino, sed humano; competit ipsis ratione officij sui, sed ita præscribentibus sanctionibus Summorum Pontificum. Aliquando sed raro indulgentiæ reperiuntur concessæ à Concilijs Generalibus; sed semper dependenter à Summo Capite idest Summo Pontifice.

10 † Potestas concedendi indulgentias non est ordinis, sed iurisdictionis, ideo Summus Pontifex potest committere, cui vult concessionem illarum,

& Episcopus nondum consecratus eas concedit,
estque hoc commune affatum Theologorum, &
11 Canonistarum, ut apud ipsos. † Episcopi non
possunt ampliores indulgentias concedere, quam
illis permissum sit, ve in dedicatione Ecclesiæ vnius
anni, in eius anniuersario tantum quadraginta
dierum, & istam possunt etiam concedere, quoties-
cunque sufficiens causa se se obtulerit capit. cum
12 ex eo, de pœnit. & remiss. † In alijs autem Prælatis
inferioribus Episcopis, siue regularibus, siue sæ-
cularibus quacunq. iurisdictione fulgentibus non
est potestas concedendi indulgentias.
13 † Possunt quidem Prælati regulares admittere
aliquos ad participationem bonorum operum, quæ
in religione fiunt, & de facto admittunt, estque
illius admissionis triplex fructus: primus per mo-
dum participationis meriti de congruo, & directæ
impetrationis, idest vt ratione bonorum operum
religiosorum Deus conferat sibi coniunctis aliqua
bona peculiari auxilio. Secundus per directam
impetrationem, quatenus bona opera, & merita
adiuncta speciali intentione efficacius valent pro
persona coniuncta, quam pro extranea. Tertius
ad lucrandas indulgentias concessas à Sede Apo-
stolica extensiue etiam quoad illos, de qua tamen
extensione debet constare. Nunquam tamen
14 ipsi indulgentias ipsas possunt concedere. † Pote-
stas delegata de iure debet concedi Clerico, nec
potest concedi mere laico, ideo Episcopus qui
est Canone inferior, neque de potestate absoluta
potest facultatem concedendi indulgentias dele-
gare laico, sed tantum Clerico, potest autem Sum-
mus Pontifex, vt Canone superior, de absoluta
potestate.
15 † Quod si quæras, apud quos de facto sit hæc
potestas delegata. Respondeo hoc pendere ex
rescriptis, & priuilegijs, per quæ manifestatur
voluntas Papæ, vel Episcopi. Dubium est de
Archiepiscopo, an habeat ordinariam in tota
prouincia. In diœcesi certum est, in prouincia
dubitatur. Dicendum tamen etiam in prouintia
habere ordinariam, alioqui nullam exercere iuris-
dictionem in prouincia, quod est falsũ cap. Pasto-
ralis de off. ordin. & cap. 1. cum alijs eodẽ tit. in 6.
16 † Conceduntur tamen indulgentiæ tantum
ratione suorum subditorum, est enim actus iurisdi-
ctionis.
17 † Sequitur videndum, an ad concedendam
indulgentiam requiratur causa, quod potest
quæri, tam ad licite, quam valide; idest an
indulgentia sine causa concessa sit valida, & an
concedens non peccet concedendo. Causa conce-
dendi indulgentias est finis; & finis in indulgentijs
est duplex, intrinsecus, qui est idem ac effectus,
qui est remissio pœnæ, & extrinsecus, qui est omne
illud, quod mouet ad concedendum, & de hoc
quærimus.
18 Respondeo ergo † requiri aliquam causam
honestam, & piam, est communis sententia Do-
ctorum, & ratio est, quia talis potestas est data in
ædificationem, ergo requirit causam. Deinde
sequeretur absurdum, quod S. Pontifex pro
libito posset liberare totum Purgatorium; & item
posset rite confessis remittere totam pœnam sine
alia causa, quam remitendi pœnas, quæ non est
sufficiens, ad prudentiam istius actionis. Ex eadem
etiam prudentiæ necessitate sequitur, quod causa
debet esse proportionata indulgentiæ. Si enim
concessio Indulgentiæ sit pro grauiorib. pœnis,
debet esse etiam grauior causa, item quo indul-
gentia pluribus conceditur, maior etiam causa
requiritur. Quod adeo verum est, vt concedens
sine vlla causa peccet, vt communiter Doctores,
abutitur enim auctoritate sibi tradita, & concessio
sit nulla vt fatentur etiam communiter Theologi,
& Canonistæ. Sicuti enim paterfamilias commit-
tens dispensationem aliquarum eleemosynarum
inter aliquos pauperes, si à distributore in alios
vsus impendatur potest distribuentem arguere
peccati, & ipse distribuens tenetur ad restitutio-
nem, quia inualide distribuit, quia contra mentem
domini, ita indulgentiæ concessæ sine causa cum
sint distributæ contra mentem domini, quia sunt
in destructionem, & deberent esse in ædificatio-
nem, sequitur quod sint nullæ. Quando enim
aliqua conditio est necessaria ad finem, pro quo
potestas conceditur, est etiam necessaria ad
valorem talis potestatis. Et indulgentiæ sine causa
concessæ tollunt quidem obligationem satisfacien-
di obligationi pœnitentiarum à Confessarijs iniun-
ctarum, suffragantur etiam quoad absolutiones à
reseruatis, electionem Confessarij, & similia, si
quæ in indulgentijs conceduntur, quia pendent à
sola voluntate concedentis, at quoad liberationem
à pœna debita pro peccatis diuinæ iustitiæ nihil
prosunt, cum enim concessio sit nulla, nec possit
pro libito concedentis validari, etiam nullus erit
effectus, qui non pendet à voluntate conce-
dentis, ideo prius dicta erunt valida, non secundo
loco assignata.
19 † Quod si indulgentia habeat quidem aliquam
causam piam, sed non porportionatam, erit inua-
lida secundum excessum valida, secundum propor-
tionem ratio est, quia Indulgentia per Extrauag.
Vnigenitus de pœnis debet esse rationabilis, non
esset autem rationabilis, si pro leui causa magna
indulgentia concederetur, sicut neq; esset ratio-
nabilis liberatio cuiusdam homunculi cum profu-
sione magni thesauri; esset autem rationabilis
quoad proportionem; & credendum est enim, qui
totam voluit concedere indulgentiam, in defectu
suæ potestatis pro tota voluisse saltem concedere
partem, quam potest. Ista autem proportio non
est pensanda ex maiori, vel minori potestate con-
cedentis; sed ex æqualitate causæ, pensatis omni-
bus pensandis iuditio prudentis, ad indulgentiam;
20 ita erit prudens concessio. † Ad indulgentiam
vniuersalem requiritur causa tangens vniuersita-
tem; si pro toto orbe conceditur, causa tanges
totum orbem, si pro vna prouincia causa tangens
21 prouinciam. † Neque necesse est, quod causa sit
immediate Spiritualis, sed sufficit, quod sit talis,
vt pro ea Deus possit rogari, ve præseruatio à bel-
lo, à peste, &c. ab incursione Hostium Christiani
nominis, pro pace Principum & his similibus suf-
ficit etiam, & hæc causa, est magis vsitata, Refor-
matio populi, Augmentum spirituale fidei, Cha-
22 ritatis, & Religionis. † Aliquando etiam conce-
duntur indulgentiæ particulares, quæ concessio
duobus modis fieri solet; aliquando sunt particu-
lares respectu finis licet sint vniuersales, quia
vniuersæ Ecclesiæ conceduntur, aliquando sunt
particulares respectu personæ particularis, cui cõ-
ceduntur, & vniuersales respectu finis, & aliquando
particulares respectu personæ, & respectu finis,
exemplum primi, egrotat S. Pontifex Rex aliquis,
vel alia magna persona, conceditur vniuersalis In-
dulgentia toti Ecclesiæ; Secundi, egrotat aliqua
alia persona, quæ est maxime benemerita de Ec-
clesia & conceditur illi indulgentia; Exemplum
tertij

tertij conceditur alicui indulgentia, vt bene se
disponat ad Sacramenta suscipienda, ad mortis
agonem &c. Hæ omnes sunt causæ sufficientes ad
concessionem indulgentiæ vt tamen sint validæ
23 debent esse proportionatæ, † Nunquam tamen
sufficit sola causa intrinseca nempè remissio pænæ,
sed requiritur aliqua alia extrinseca.
Iudicare autem summum Pontificem non habe-
re sufficientem causam concedendi indulgentias,
quando actu eas concedit, licet non sit contra
fidem est saltem temerarium. Ad summum enim
illum iudicem spectat ista cognitio, non ad alios;
qui magis debent studere perfectioni operis præ-
24 standi, & fini intento; † quia, qui facit opus pro
quo indulgentia conceditur, si accedat ad debitam
proportionem operis, & finis requisiti, totam
indulgentiam lucratur, sin minus ille plus assequi-
tur, qui magis accedit, ille minus qui longius abest.
25 † Opus autem debet fieri ea bonitate qua com-
muniter exercetur à fidelibus, quæ tamen potest
esse, quod sit magna habito respectu ad opus, non
autem talis habito respectu ad finem. Vide Suarez
Filliuccium & alios &c.
Secundum principale quærendum est de modis
concedendi indulgentias, ad quod reducam omnia
sequentia: Primo concessiones factas personis,
rebus, & locis, deinde concessiones Indulgentia-
rum quæ sunt plenariæ, & non plenæ; quid intel-
ligatur per indulgentiam à pæna, & à culpa quid
per Indulgentiam plenariam, & quadraginta an-
nos &c.
26 † Indulgentia personalis est illa, quæ conceditur
personæ, & ita illi adhæret talis fauor, vt vbicum-
que reperiatur persona, talem indulgentiam con-
sequi possit, & non alius; localis est illa, quæ con-
ceditur loco, & ita illi adhæret in ordine tamen
ad personas, vt non possit acquiri, nisi in tali loco.
Realis est quæ conceditur rei, vt Imagini, rosario,
medaleis, & cæteris rebus similibus in ordine
tamen ad homines, vt sine illis non possit compa-
rari. De personali nulla difficultas grauis occurrit.
Si enim concedatur toti populo nulla facta men-
tione cleri, adhuc tamen etiam clerus venit nomi-
ne populi in fauorabilibus; Immo & summus Pon-
tifex, licet enim indulgentiæ concedantur subditis
& summus Pontifex non possit esse sibi subditus,
est tamen summus Pontifex, vt peccator, sibi
subditus, vt Pastori vniuersali Ecclesiæ: quæ res-
ponsio colligitur ex D. Thom. addit. quæst. 27.
art. 4. ad 3. & alijs dum agunt in simili de dispen-
satione voti.
Aliquę maiores difficultates sunt de Indulgentijs
localibus, & realibus, & de vtrisque in genere.
27 † Non videtur quid magis referat orare in hoc
quam in alio loco, cum hoc quam alio rosario, ad
hanc quam ad illam imaginem; sed respondetur
maxime referre ad excitandam populi deuotio-
nem erga talem locum, erga talem Sanctum, ad
frequentiam talis loci, tali die &c. Deinde non est
necesse, quod subsit causa, quare tali loco, tali rei
concedatur Indulgentia, sufficit quod subsit causa
concedendi, quod autem tali, vel tali medio hoc
spectat ad liberam voluntatem concedentis, qui
tali re benedicta vult esse vtendum, tali loco oran-
dum, semper tamen exercetur actus deuotionis
erga Sanctos, vel in loco, vel in medaleis, vel in
Rosarijs &c. In rosarijs erga Virginem Sanctis-
simam, in locis erga Sanctos ibi cultos, in medaleis
erga eosdem ibi effigiatos.
28 † Sed quid, si locus, cui indulgentia concessa
est sit dirutus, duratne adhuc in eo indulgentia, si
iterum ædificetur. Respondeo diruto in totum
templo cessare omnino indulgentiam, etiamsi
iterum ædificetur sub eodem titulo, quia non est
amplius eadem Ecclesia, licet reputem probabile
etiam durare, si in eodem loco paruo interiecto
tempore, & sub eodem titulo ædificetur, quia uiens
Pontificis non videtur ferri in illud ædificium
numero, & licet non sit eadem numero phisice
moraliter tamen censetur eadem si vero destrua-
tur tantum aliqua ex parte, & pars ædificetur
iterum, etiamsi tota varijs temporibus ædificetur
puto durare, quia adhuc est eadem Ecclesia. Si
vero destructa prima ædificetur alia non in eodem
solo, nec eodem tempore, sed sub eodem titulo,
dico non durare Indulgentiam quia non est eadem
Ecclesia. Scias tamen legis peritos multa obijcere
contra distinguentes de destructione Ecclesiæ de
29 iure vel de facto. † Quid de imaginibus, medaleis,
seu rosarijs, si frangantur, vel aliqua pars rosarij
amittatur, retinebunt ne adhuc Indulgentiam.
Respondeo p. de medaleis imaginibus si frangan-
tur, & pars deperdita sit talis, quod amittat suam
formam. v.g. quod imago in illa effiсta non discer-
natur, puto amitti indulgentiam, & desinere, si
vero adhuc fracta remaneat talis, vt formam non
amittat, vel iuncta integra perseueret, vel saltem
suam formam retineat, puto Indulgentiam perse-
uerare. De Rosarijs & similibus, si pars deperdita
sit tanta, vt dimidiam partem excedat, puto non
permanere amplius Indulgentiam, si vero maior
pars adhuc remaneat, puto non cessare, isti enim
fauores non sunt adeo strictè intelligendi quoad
hanc partem, cum intentio summi Pontificis sit
augere per ista deuotionem fidelium.
30 † Solent aliquando, & sæpe concedi Indulgentiæ
ingredientibus Ecclesias, visitantibus Ecclesias,
orantibus in Ecclesijs, visitantibus quinque
Altaria, quid per vnumquodq; horum est intelli-
gendum. Respondeo indulgentias concessas ingre-
dientibus non esse ita intelligendas, vt quicumq;
quomodolibet ingrediatur Indulgentiam lucre-
tur; sed debet ingredi non solum curiositatis gra-
tia; sed affectu deuotionis, idem dico si Indulgen-
tia concedatur visitantibus Ecclesias non sufficie
ingredi Ecclesiam, sed etiam aliquæ præces ibi
sunt Deo fundendæ, vel Sanctis, quantitas autem
relinquitur arbitrio visitantis; & hoc quando non
taxantur orationes, quod si taxentur, illæ sunt
31 persoluendæ. † Potest tamen esse difficultas an
concessa Indulgentia visitantibus Ecclesias com-
paretur, si ob multudinem non possit haberi introi-
tus in illam, sed tantum in ianuis, vel in cæmeterio
possit consistere visitaturus; & respondeo adhuc
comparari, quia adhuc dicitur visitare Ecclesiam
licet illam non ingrediatur.
32 † Sed maius dubium est, si in concessione dica-
tur, quod aliquæ orationes fundantur in Ecclesia;
an ille, qui orat in cæmeterio dirigens preces ad
Ecclesiam, acquirat Indulgentiam. Aliqui putant
acquirere, quia nomine Ecclesiæ venit in fauorabi-
libus etiam cæmeteriũ, & quidé satis probabiliter;
sed ego puto non acquiri, quia Ecclesia est locus
propriè dicatus orationi & quotiescumque requi-
ritur ad orandum locus Ecclesiæ, videtur in ea
orandum; quotiescumq; tamen vel est ingredien-
da, visitanda Ecclesia, vel in ea orandum, & ista
debito modo non possunt fieri, etiam si vis ad
impediendum intercedat, Indulgentia non com-
paratur, quia tantum valet quantum sonat. De
æquitate

æquitate tamen posse dici, acquiri.

33 † De visitatione Altarium solet esse difficultas, an ille, qui sistit se in medio Ecclesiæ, deinde vertit se tantum ad altaria, non accedendo ad illa, Indulgentiam lucretur. Et respondeo lucrari, dum enim se vertit ad altare, & ad illud preces fundit, bene dicitur illud visitare.

34 † Dices tamen contra illud, quod diximus, si imagines; vel medaleæ frangantur, quod si iterum vouantur retinent Indulgentias; Calicem consecratum (si frangantur) amittere consecrationem, & res benedictas benedictionem, ergo etiam medaleæ benedictæ &c. Indulgentiam; respondeo, quidquid sit de antecedente negando Consequentiam; Imagines enim & medaleæ non sunt benedictæ, & licet S. Pontifex sæpe illas efformet signum Crucis non ideo est signum benedictionis, sed concessionis Indulgentiæ, ita enim solet fieri, vt quando petitur aliqua gratia; significetur concessio Crucis efformatione.

35 † Solent etiam concedi Indulgentiæ à primis Vesperis vsq; ad occasum solis, ad totam octauam &c. dubitatur an toties quoties illa Ecclesia visitatur, acquiratur etiam Indulgentia, vel tantum pro vno vice. Respondeo varias esse doctorum sententias. Ego puto vna tantum vice comparari, & tempus esse additum potius, vt intelligatur, quando talis concessio desinat, quam vt prorogetur ad multiplicationem Indulgentiarum, & ad commoditatem populi, vt totus possit conuenire: Hortarer tamen, vt sæpius tales Ecclesiæ visitarentur vt si fortasse ex aliqua indispositione visitans vel nullam, vel tantum partem Indulgentiæ, lucratus esset, vel totam, vel aliquam aliam partem lucretur.

36 † Hic non loquor de Indulgentia Portiunculæ vt enim est spetiali modo concessa, potest & spetialibus fauoribus esse cumulata.

37 † Indulgentiæ autem perpetuæ, non ad tempus concessæ possunt toties quoties acquiri. Sà Verbo Indulgentia & ab eo citati. quæ intellige de concessis etiam ad longum tempus vt septennium Triennium ad annum visitantibus Ecclesias. Non enim est probabile totum illud tempus esse concessum ad commoditatem concursus populi; sed ad pluries acquirendum.

38 † Si tamen concedatur ad septennium tali die talem Ecclesiam visitantibus, adhuc poterit vna tantum vice comparari, quia est tantum pro vno die singulis illis annis.

39 † Neque Indulgentiæ concessæ pro die festo extenduntur ad octauam, si sint plenariæ, si autem non sunt plenariæ extenduntur ita iussit Paulus V. respondendum à Sacra Congreg. petitioni monialium S. Ioseph Carmelitarum, in vna hispalens. 6. Martij 1606.

40 † Conceduntur etiam Indulgentiæ erogantibus eleemosinam, ideo quæritur, an sicuti pauper dans tantum obolum lucratur Indulgentiam, ita tradendo obolum lucretur diues, Respondeo, vel est taxata quantitas eleemosinæ, vel non; Si est taxata, ea tota est tradenda, alioqui Indulgentia non acquiritur. Si vero non est taxata eleemosina debet esse iuxta qualitatem personæ, maior respectu diuitis minor respectu pauperis. Siluester Indulgentiam num. 22. vide de hoc infra explicatius & distinctius. Neque necesse est erogantem eleemosinam esse constitutum in gratia, sed sufficit quod eleemosina erogetur, non tamen illam erogans statim acquirit Indulgentiam, sed quando constituetur in gratia, præstatis alijs si quæ sunt præstanda.

41 † Conceduntur Indulgentiæ quadraginta dierū, centum annorum, Tertiæ, dimidiæ &c. partis peccatorum, quid per ista intelligendum, & quod est difficilius Indulgentia aliquando conceditur Plenaria & præterea etiam quadraginta dierum dimidiæ vel tertiæ partis si Indulgentia Plenaria tollit totam pœnam ad quid cæteræ adduntur; videtur enim dicendum vel plenaria non omnino satisfieri, vel cæteras superfluere.

Et quoad illud, quid significetur per Indulgentias. 40. dierum, centum annorum, & his similes, Respondeo tales concessiones aliquando fieri cum addito, de pœnitentijs iniunctis vt centum annorum, quadraginta dierum de pœnitentijs iniunctis aliquando sine vlla additione, vt quadraginta dierum, centum annorum: pro quibus discrepantes sententias, qui vult videat apud doctores ego breuiter dico quod per Indulgentiam 40. dierum &c. centum annorum, absque addito, de iniunctis remittitur pœna talis debita Deo soluenda in Purgatorio, Quando vero additur de iniunctis conceditur etiam relaxatio pœnitentiarum in foro pœnitentiæ impositis; ita vt non solum liberetur a pœnis debitis Deo in purgatorio sed etiam à penitentijs sibi iniunctis in hac vita persoluendis. vnicum ergo priuilegium in prima; duplex autem in secunda datur concessione vide Suarez disp. 50. sect. 2. & Koninch. disp. 12. dub. 3. est enim quid maius relaxare etiam pœnitentias, cum enim per modum iudicij sint impositæ a confessario, vt immediato Dei ministro, non videtur ad alium dari posse appellatio, saltem quoad totalem relaxationem; hoc tamen facit S. Pontifex nomine Dei relaxando etiam illud debitum, sicuti in humanis iudicijs fieri solet, vt dominus, vel eius vicegerens remittat debitori debitum etiam illi sententia adiudicatum, licet hoc alius iudex inferior vel æqualis non possit vide Koninch. loco cit.

Remittitur ergo pœna, vel pœna cum pœnitentijs; sed numquam peccatum, non mortale, quia post baptismum impius non iustificatur, nisi per actum internum, & infusionem gratiæ, & susceptionem Sacramentorum si actus internus non est ex se sufficiens vt in attritione, neque veniale, quia per Indulgentias applicatur tantum thesaurus satisfactionum; Aliena autem satisfactio nemini potest mereri gratiam. Neque per Indulgentias tolluntur pœnæ debitæ in foro fori tam Ecclesiastico, quam ciuili, quia eneruaretur disciplina Ecclesiastica, qua etiam ratione non tolluntur pœnitentiæ præseruatiuæ.

42 † Quæ autem pœna respondeat illis Indulgentijs centum annorum quadraginta dierum &c. Breuiter respondeo: si loquamur de iniunctis à confessario, ea pœnitentia tollitur, quæ assignatur. Si loquamur de pœnis Purgatorij dico eas tolli, quæ ex diuino Dei iuditio ibi essent soluendæ, nisi tales pœnitentiæ condonarentur per applicationem satisfactionum Christi B. Virginis & aliorum Sanctorum. Quanta autem ista sit Dei iuditio hoc determinare reseruatur.

43 † Quid autem sit intelligendum, quando dicitur Indulgentia Plenaria, & centum annorum, dimidia vel tertias pars multi multa dicunt. Aliqui volunt Indulgentiam plenariam lucrari ipsum, cui Indulgentia conceditur, alias autem posse applicari pro Defunctis; sed obstat quod Indulgentiæ numquam prosunt Defunctis, nisi hoc in concessione

sione explicetur. Alij volunt Indulgentiam plenariam referri ad remissionem pænæ pro mortali debitæ, alias vero ad remissiones venialibus debitarum. Alij volunt hoc additum vt si forte Indulgentiæ plenariæ concedendæ non subsit causa sufficiens, valeat saltem pro illis, alij aliter, sed ego cum Suarea dico non esse multum curandum de intelligentia istius formæ quippe quam vir ille eruditissimus, & indefessi laboris asserat se talem concessionem numquam vel in iure vel in autenticis Bullis vidisse, & hisce nostris temporibus non fit in vsu; quod si tamen reperiretur, cum nulla sufficiens ratio assignari possit, dicerem vt dicit ipse Suarea plenariam esse pro viuo alias applicandas pro mortuis ad modum suffragij. Ad rationem in contrarium responderem ibi esse implicite mentem Pontificis expressam, ne detur concessio Indulgentiæ sine effectu. Cum enim viuens vel totam Indulgentiam acquirat plenariam si congrua concessioni subsit causa & opera sufficienti modo exerceat, vel tantum partem secundum defectum prædictorum, vnde illæ additæ non videntur necessariæ, ideo ne omnino superfluant, Defunctis dicemus non immerito applicari. Quotiescumque ergo in Indulgentia additum est, de pænitentijs iniunctis certum est remitti etiam pænitentias à confessario iniunctas, quod si non addatur non concordant doctores, probabile est non remitti. Certe numquam per Indulgentias præseruatiuæ tolluntur.

De forma autem illa, quod concedatur Indulgentia à pæna & à culpa multi asserunt nunquam fuisse de consensu S. Pontificis euulgatam sed errore, & ignorantia scribentium irrepsisse; ita Sanctarellus, de Iubileo ca. 6. dub. 4. & 5. Alij respondeor esse intelligendam, quod Indulgentia liberet à pæna se ipsa, à culpa media contritione Siluester Indulgent. num. 24. in fine. Alij volunt intelligi à pæna per remissionem, à culpa per confessionem, quia tali modo concedendi, concedatur Indulgeotia eligendi confessarium qui absoluat à culpa. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 20. part. 3.

44 † Quid autem sit intelligendum quando conceditur indulgentia in forma Iubilæi, vel ad instar Iubilæi; docet Suarea citatus à Coriolano de casib. reseru. part. 1. sect. 3. a. 15. num. 3. nihil aliud significari quam significet indulgentia plenaria, negans omnino concedi facultatem qua acquirentes talem indulgentiam possint absolui à reseruatis, quia nomen iubilæi hoc non importar, sed tantum remissionem, nec illam vocem hoc significare, nec textu, nec auctoritate probari, & sequeretur inconueniens, quia cum in iubilæis non sit semper eadem potestas dispensandi, & absoluendi, sed aliquando amplior, aliquando strictior; fluctuarent Confessarij in determinando; quid sibi concedatur, quod est maximum inconueniens. Ipse tamen Coriolanus asserit talem facultatem concedi nempe eligendi Confessarium, qui à reseruatis absoluat; & maior ratio ipsius est, quod per similem indulgentiam à Clemente VIII. concessam omnes absoluebant, publicata enim fuit indulgentia plenaria ad instar iubilæi nulla facta expressione de facultate absoluendi, & tamen omnes absoluebant. Ego puto ita esse dicendum. Si indulgentia sit vniuersalis, & pro re graui concessa vera est sententia Coriolani, ex eo enim, quod S. Pontifex solet maxime cupere tali casu omnes Indulgentiam illam lucrari colligitur concedere etiam modum lucrandi. Si verò indulgentia non sit vniuersalis, sed concessa alicui Confraternitati, vel pro re non admodum graui, vt quæ conceduntur medaleis imaginibus, vel ex consuetudine, puto talem facultatem non concedi quia cessat ratio.

45 † Quomodo autem sit explicanda Indulgentia dico hoc in specifico casu esse explicandam secundum consuetum modum aliarum concessionum Iubilæorum. Simpliciter autem quomodo indulgentiæ sint explicandæ. Dico esse commune assatum quod indulgentiæ tantum valent quantum sonant. In dubio tamen de duratione, conditione, & quantitate indulgentiæ interpretatio late facienda est. Koninch disp. 12. nu. 22. Suarea tom. 4. disp. 56. sect. 2. nu. 8. Nisi tamen loquamur de pænitentijs iniunctis quateons Indulgentia relaxat obligationem satisfaciendi pænitentijs à confessario iniunctis, quia cum talis concessio disciplinam Christianam relaxet, stricte est interpretanda idem Koninch. Item late facienda est interpretatio cum agitur de fauoribus & gratijs in Iubilæo vel Indulgentia vniuersali concessis, non tamen in priuatis vt sunt illæ, quæ conceduntur medaleis &c. ratio est, quia primum suadet intentio Papæ, & grauitas motiui quæ cessat in 2. & ita intelligo duas contrarias opiniones. Quando autem est dubium de potestate concedentis, vel circa exequtionem ope-

46 rum stricta interpretatio est facienda. † Quod si pænitens requirat à confessario, vel alio an aliquid sit faciendū necessario pro Iubileo & negatiua detur responsio, illamq; pænitens sequatur, si hoc, quod omittit, est clare expressum in concessione, faciendum, iodulgentiam non lucratur omittens, quia tantum valent, quantum sonant Indulgentiæ, quod maxime verum est in oneribus, neque excusar aliorum consilium, si vero ooo sit expresse requisitum sed sub opioione versetur, puto lucrari, quia hoc non sonant Adde tamen, si lubet, hoc etiam posse sub posita distinctione solui, oempe si Indulgentia sit concessa ob bonum aliquod vrgens Ecclesiæ, vel in fauorem priuatum, vt primo casu sit latius facienda interpretatio vt suum assequatur finem valde intentum. S. Pontifex in 2. autem stricte ob cessationem illius enixa voluntatis imperandi à Deo multiplicatis iotercessoribus bene dispositis.

47 † Solet etiam quæri, quid sit intelligendum, cum dicitur in concessione Indulgentiæ contritis & confessis. Quæ clausula solet etiam alio modo poni, nempe de peccatis contritis & confessis. Inter quas videtur hæc esse differentia ex tenore verborum, vt secunda significet, quod Indulgentia concedatur homini de peccatis contritis & confessis, Prima vero, quod concedatur homioi qui de peccatis contritus eaque confessus est, ita vt in vna forma nulla ponatur limitatio respectu personæ, vt in altera & ideo vtius sensus videtur iste quod licet multa peccata per obliuionem vel aliam legitimam causam in confessione fuerint omissa, omnium tamen plenariam Indulgentiam, si alias rite confessio facta sit, comparetur; alterius vero, quod limitetur, ad ea tantum, quæ quisq; confessus fuit. Resoluendo dico si confessio requiratur vt opus pium ad lucrandam indulgentiam requisitum, quod colligitur, cum expresse his, vel similibus verbis explicatur, præmissa, vel facta Sacramentali confessione, puto certissimum, indulgentiam non comparari, nisi cum effectu confessio fiat. Si vero requiratur tantum vt dispositio, cum ad Indulgentiam obtinendam sit necessarius status gratiæ, non

cum

enim remissio pœnæ potest remitti sine remissione culpæ eum non sit conueniens iudicem remittere pœnam illi, qui perseuerat in inimicitia, nec vlla adsit talis promissio, neque supposito sit probabilis: & tunc dico sufficere quod consequuturus Indulgentiam eliciat actum contritionis, & constituatur in gratia, & secundum hoc dictum etiam respondeo proposito quæsito, quod quocumque ex duobus modis prædictis concedatur Indulgentia siue dicatur de peccatis contritis & confessis siue homini de peccatis quæ confessus est & de quibus est contritus semper eodem modo intelligitur nempe de omnibus peccatis remissis per contritionem & confessionem ita Nauar. apud Suarez disp. 50. sect. 5. num. 4. Quod si aliqua peccata sint remissa per solam contritionem etiamsi per impotentiam sit omissa confessio, Indulgentia non comparabitur quia talia peccata non sunt omissa per contritionem, & confessionem; erunt tamen remissa oblita, & ideo etiam pro illis obtinebitur Indulgentia.

48 † Quando autem dicitur concedimus plenam Indulgentiam de omnibus peccatis de quibus fuerint corde contriti, & confessi; sufficit, quod consequuturus sit contritus cum animo confitendi, hoc enim sonat illud corde contriti & confessi, id est animo confitendi; sed tutius dices illud, corde, referri tantum ad contritionem.

49 † Conceduntur etiam Indulgentiæ in die dedicationis tituli Ecclesiæ; occasione expositionis Sanctissimi Sacramenti &c. sub his vel similibus verbis dummodo alia Indulgentia non sit concessa. Pro qua concessione consideranda est optime forma, si enim dicat nulla similis ad similem est limitanda si autem simpliciter loquatur. Nulla alia Nauarrus asserit quæcumque alia licet minima existente concessionem esse nullam; quod tamen intelligo pro tempore quo illa durat, vt v.g. concessa est Indulgentia Ecclesiæ S. Francisci ad sex, vel septem annos, reperitur quod alia similis est concessa ante, quæ adhuc durat per duos annos, secunda pro istis non valebit, valebit autem pro subsequentibus annis. Carena quinquagena &c. sunt nomina quibus significatur tempus præscriptum ad pænitentias exequendas. Et ista de formis Indulgentiarum.

50 † Quæ dispositio requiratur ad illas lucrandas? Respondeo; Aliud esse quærere, quæ dispositio requiratur ad præstandum opus iniunctum pro consequutione Indulgentiæ; aliud quæ dispositio requiratur ad comparandum effectum Indulgentiæ? Nunc loquimur de hoc secundo nempe de dispositione requisita ad consequendum fructum seu effectum Indulgentiæ, idest remissionem pænæ & potest esse quæstio de dispositione habituali & de actuali, & de habituali. Dico requiri. 1. Quod lucraturus Indulgentiam sit fidelis Christianus: Cum enim communicatio Indulgentiarum pertineat ad communionem Sanctorum, hæc autem non participetur nisi à membris Ecclesiæ vtique dicendum lucraturum Indulgentias debere esse fidelem, & ex hac ratione deducitur quod requiritur 2. vt fideles ipsi non sint separati ab Ecclesia quare hæretici Schismatici excommunicati non possunt participare de Indulgentijs, quia sunt membra separata à mistico corpore Ecclesiæ, nec participant de Communione Sanctorum, in qua fundamentum habent Indulgentiæ 3. requiritur, quod Indulgentiam consequuturus sit in gratia S. Thom. dist. 20. quæst. 1. art. 5. quæst. 1. Soti & aliorum communiter; quia non est probabile inimico perseueranti in statu inimicitiæ velle Deum remittere pænam debitam propter offensam.

51 † Status autem gratiæ requiritur pro eo instanti in quo Indulgentia consummatur, & illius effectus confertur, tunc enim saltem homo debet esse in gratia. An autem tali tempore non existens in gratia, eo quod eius collatio impediatur recedente deinde fictione conferatur, vt quis eliciat actum contritionis non sufficientem quem vere putat sufficientem confitetur inualide & tamen putat valide, an postea acquirat Indulgentiam cum vere constituitur in gratia, respondeo probabile esse conferri effectum Indulgentiæ recedente fictione sicuti fit etiam in Sacramentis, in vtrisque enim confertur effectus ex opere operato, neq; repugnat quod in forma Indulgentiarum dicatur contritis & confessis quod videtur significare quandam conditionem necessario implendam intra tempus præscriptum. Respondetur tamen quod si certum sit requiri confessionem, & contritionem vt opus pium esse quidem præstandam intra præscriptum tempus, quod tamen raro solet fieri, si vero requiratur tantum vt dispositio, præstitis alijs operibus debito tempore, fructus Indulgentiæ comparabitur quando recedet fictio, tunc enim verificatur quod lucrans sit vere contritus & confessus. Tutius tamen est credere Indulgentiam recedente fictione non producere suum effectum ideo quisq; debet stato tempore conteri & confiteri. De hoc etiam infra magis distincte.

52 † An autem requiratur aliqua actualis dispositio; & 1. de confessione dico hanc non requiri actualem vt dispositio est, licet possit requiri si iniungatur vt quoddam opus pium quod tamen raro solet fieri, est enim res nimis grauis: quod autem non requiratur vt dispositio patet, quia ad communicandum in meritis Christi, & Sanctorum sufficit esse in gratia, & non esse inimicum Dei: quæ neq; est necessaria etsi exigatur communio, quia potest esse quod ea non indigeat, vel quod ob inopiam confessarij eam non posset facere confessionem, quod verum est etiamsi in concessione expressa sit clausula; Vere pænitentibus, & confessis, adhuc enim satis est sola contritio quia adhuc confessio est requisita non vt opus pium, sed vt dispositio ad quam satis est contritio, nisi tamen contritio putaretur non sufficiens quia tunc requireretur confessio vt lucraturus possit constitui in gratia, & dispositus pro Indulgentia assequenda.

53 † Aduerte, quod, quando conceduntur omnes Indulgentiæ, quæ acquiruntur a visitantibus septem, nouem Ecclesias Romæ &c. illis, qui visitant certas Ecclesias, vel altaria, non intelliguntur concessæ Indulgentiæ plenariæ sub illa generali concessione, sed opus est, vt exprimantur, ita fert stylus Curiæ.

54 † Sequitur videndum de effectu Indulgentiarum, qui potest considerari respectu viuorum & respectu mortuorum, de vtraque consideratione dicendum & 1. quoad viuos dico effectum Indulgentiæ esse non solum remittere pænas iniunctas vel iniungendas in foro pænitentiæ ita vt lucrans Indulgentias absoluatur tam ab obligatione exequendi illas pænitentias, sed remaneat obligatio soluendi pænas debitas Deo in Purgatorio, & absoluit etiam ab istis vel ab omnibus vel à parte, vel secundum quantitatem concessionis, vel secundum eam qua acquiritur, patet ex iam dictis. Quando autem acquiritur Indulgentia tertiæ par-

communem sententiam Doctorum Indulgentias pro viuis non posse communicari Defunctis, nisi in concessione id exprimatur, quia Indulgentiæ tantum valent quantum sonant, nec adest ratio extensionis; quoad secundum respondeo item secundum communem non posse applicari viuis Indulgentias pro mortuis, ratio est, eadem, quia Indulgentiæ tantum valent, quantum sonant, neq; contrarium docet Filliucius male intellectus à quodam neoterico, qui ex illius sententia asserit Indulgentias pro mortuis posse applicari viuis, cum id vere non dicat, nam loco ab eo citato, qui est num. 161. habet tantum, quod si in Indulgentia explicetur, quod possit acquiri pro mortuis, illi prodest, si pro illis acquiratur, & idem contingere etiam in Indulgentijs pro viuis, quod scilicet vnus pro alio possit illas acquiri, si hoc exprimatur, & rationem reddit quia maior est communicatio inter viuos, quam inter viuos & mortuos. At ibi non habet quod Indulgentiæ pro viuis possint applicari pro mortuis. Sed satis caute est legendus ille auctor, quia aliquando incaute labitur.

62 An autem viuentes possint vnus pro alio lucrari Indulgentiam; Respondeo, quod hoc tripliciter potest contingere vel efficiendo, vt vnus præstet opera iniuncta, & qui hoc curat lucretur Indulgentiam 2. Si vnus ipse præstet opera, & Indulgentiam consequatur, deinde alteri applicet. 3. Si cui esset concessa aliqua Indulgentia, si quid faceret, & ipse facultatem alteri impertiret ea præstandi, & sibi acquirendi Indulgentias. Quibus omnibus respondeo nullo ex dictis modis posse fieri excepto vno casu eleemosinæ faciendæ, quæ per alium etiam fieri potest nisi expresse caueatur, quod etiam ipsa fiat per ipsum lucrantem. Aliæ vero actiones personales vt ieiunium oratio &c. non possunt per alium fieri, quia obligatio adhæret personæ. Neq; acquisita Indulgentia potest alteri applicari, nisi etiam de hoc fiat specialis mentio, quia verba Indulgentiæ sonant in exequeneem, nec Indulgentiæ plus valent quam sonant. Vide Filiuccium nu. 161. &c. & ista sufficiant de Indulgentijs in genere. Nunc est agendum.

De Iubilæo Anni Sancti.

63 † Iubilæum, quod nomen diuersimode reperimus scriptum. Aliquando Iubileus, aliquando Iubilæum, aliquando Iubælenm, quæ cum sit quæstio de nomine parum refert ad meum institutum, si tamen de hoc videre cupis vide Bellar. de Indulg. cap. 1. Gratianum de Iubilæo part. 1. cap. 1. & alios qui tractant de Iubilæo. Solum esset obseruandum, quod ab aliquibus constituitur differentia inter hæc nomina Iubilęus in genere masculino, quod significet tempus præscriptum; Et Iubilæum in genere neutro quod significet plenissimam Indulgentiam sed etiam ista confundantur, & vnum pro alio sumitur.

64 † Quoad quid rei ergo Iubilæum (hoc enim vsitato nomine vtar) potest dici esse plenissimam remissionem omnium pænarum Deo in foro interiori debitarum pro peccatis ab homine baptizato & fideli viatore patratis, per applicationem Thesauri satisfactionum, qui est in Ecclesia, factam a S. Pontifice dixi ab homine baptizato, quia ante baptismum pænæ debitæ, ipso baptismo tolluntur, dixi fideli quia infideles, sub quorum nomine repono etiam hæreticos, qui sunt infideles Ecclesiæ, & Excommunicatos qui pro tempore, vt sunt contumaces non sunt fideles. Viatore quia viuens Iubilæum lucratur, cætera per se patent, & hæc de vtroq; Iubilæo tam anni Sancti quam duarum Hebdomadarum. In particulari autem.

65 † Iubileum anni Sancti antiquitus dabatur singulis centenis annis, postea reductus fuit ab quinquaginta, deinde ad trigintatres, & vltimis temporibus istis singulis 25. annis conceditur a quo autem tempore incæperit mos concedendi hoc Iubilæum non constat. Certum tamen est esse antiquissimum nam in extrauag. 1. de pænit. & remiss. habetur. Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus ad honorabilem Basilicam Principis Apostolorum de Vrbe concesse sunt magnæ remissiones, & Indulgentiæ peccatorum. Nos igitur &c. quæ extranagans cum secundum Nauar. not. 7. num. 2. condita fuerit anno 1300. & in ea dicatur illum morem esse antiquum sequitur non esse nouum inuentum, vt hæretici somniant, & Iacobus S. Georgij Cardinalis in libello de Centesimo seu Iubileo testatur anno 1300. ingentem multitudinem ex longiuquis, & diuersis regionibus confluxisse in Vrbem Romam ad Sacram Beati Petri Basilicam properantem, cuius rei causam esse dicebant centesimi anni tempus, quo omnium culparum sordes ablucrentur, & tunc prouectæ ætatis hominem fuisse, qui recordaretur partem suum superiore centesimo venisse Romam ad consequendas Indulgentias, à quo etiam admonitus fuerat, vt si ad venturi centesimi tempus perueniret, non granaretur Romam venire; Et idem scriptor asserit multos tunc temporis extitisse, qui eandem rem recordarentur tum ex Gallis, tum ex Italis, quæ aperte probant non Bonifacium VIII. fuisse primum inuentorem Iubilæi, sed longe ante ipsum fuisse in vsu, ipsum autem in scriptis tantum redigisse. Sed ista relinquamus scriptoribus Controuersiarum nos ad alia magis practicabilia transeamus.

66 † In Iubilæo anni Sancti nulla solet concedi facultas eligendi confessarium, patet ex inspectione Bullarum, nec videtur necessaria, cum enim Romætalis Indulgentia sit acquirenda, vbi est tribunal Summæ pænitentiariæ, & residet Summus Pontifex, & tot sunt Pænitentiarij summa auctoritate præditi, ad quid electio confessarij, & facultas absoluendi?

67 † Nunc ad requisita pro lucrando Iubilæo anni Sancti, & primum requisitum videtur esse confessio; solet enim in istis Iubilæis ita dici quo ipso Iubilæi anno durante omnibus vtriusque sexus fidelibus vere pænitentibus, & Confessis qui Ecclesiam Lateranensem &c. Indulgentiam concedimus per quæ verba videtur requisita actualis confessio: sed persistentes in ijs, quæ supradiximus de Indulgentijs, non videtur necessaria, est quidem magis tutum confiteri, sed non est necessarium non enim constat Confessionem imponi vt opus exequendum pro consequtione Iubilæi, sed tantum vt dispositio, cum ergo dispositio sufficiens possit haberi per solam contritionem, sequitur, quod non sit necessaria confessio, est tamen magis tutum, quia cum nemo possit scire se esse in gratia facilius

68 per Confessionem constituitur. † Neque puto verum sequentem hanc opinionem non lucrari Indulgentiam, licet enim sit verum, quod omittens aliquod onus requisitum ad lucrandum Indulgentias, eas non lucretur, non est tamen verum eas non lucrari, qui probabilem sententiam sequitur alioquin malè permitteretur huiusmodi sententias

publicari, cum eas sequentes deciperentur, neq; est probabile Summum Pontificem esse permissurum eas typis excudi; deinde dicimus hanc esse veram, & tutam, licet contraria sit tutior, ex quo non sequitur quod actus sit nullus, sed quod sit validus, licet non adeo tutus, & ista est nimis rigorosa censura. Stat ergo quod ad acquirendum Iubilæum non est necessaria actualis confessio, sed
69 sufficit Contritio. † Neque item puto certum ex eo quod in Indulgentia Iubilæi concedatur facultas eligendi sibi confessarium quod colligatur necessitas actualis confessionis, & non sufficiat contritio pro assequutione Indulgentiæ, nulla enim apparet ratio id suadens; sed hoc tantum deducitur, quod non omnes, qui Indulgentiam volunt consequi teneantur confiteri, sed quod illam consequturis hic fauor conceditur, possint a reseruatis absolui, vt magis facilis reddatur Indulgentiæ consequtio, quod si ex concessione electionis impoueretur hoc onus sequeretur, quod ex fauore oriretur grauamen, & tale, quale est onus confessionis, quod neque in pænitentiaria solet imponi, nisi ob rem grauem, est ergo fauor qui conceditur indigentibus non onus, quod necessario imponatur
70 lucraturis.† Neque video quomodo consequenter loquantur, qui dicunt confessionem actualem esse necessariam ad consequendum Iubileum deinde, asserunt non esse necessariam, quando quis habet tantum venialia, esse tamen si id S. Pontifex, explicet & ratio mihi videtur manifesta, vel confessio est necessaria tantum, vt quis constituatur in gratia, vel vt onus impositum pro assequtione Indulgentiæ, vt est visitatio Ecclesiarum, ieiunium &c. si primo modo, cum per contritionem disponatur sufficienter ad gratiam, non est cur vltra obligetur Indulgentiam consequturus, nec est maior ratio, quare debeat constitui per confessionem, quam per solam contritionem, cum æque bene posit assequi effectum. Si est onus ergo obligat etiam cum solis venialibus, cum enim ad hoc onus teneatur, si constet de mente S. Pontificis, & per eos constet, non video quare non teneatur etiam cum solis
71 venialibus. † Dices hoc esse, vt certius constituatur in gratia, qui habet mortalia. Respondeo ergo non ad simpliciter necesse, sed ad bene esse
72 requiritur. † Dices 2. Peccatum mortale esse materiam necessariam, veniale vero non, ideo præceptum cadit supra primum non vero supra secundum Respondeo esse valde disparem rationem de præcepto confessionis, & de onere imposito pro assequtione Indulgentiæ, præcepta intelliguntur secundum quod explicari solent leges, Indulgentiæ vero tantum valent, quantum sonant, cum ergo imponatur confessio, vt onus, & onus istud posit exequtioni mandari, cum habeat materiam sufficientem, nihil refert non esse necessariam. Præterea non defuere viri doctissimi, qui præceptum annuæ confessionis docuerint obligare etiam tantum venialia habentem, ea ratione, quia confessio non præcipitur tantum, vt quis in gratia constituatur; sed vt oneri imposito satisfiat, quod est valde legitime impositum multis rationibus neque tunc est opus consilij, sed præcepti: de qua re hic non est suus locus. Sufficit mihi quod si est onus impositum pro assequtione Iubilei cum posit exequtioni mandari esse exequendum ideo non videntur satis consequenter loqui. Nec quidquam amplius videtur necessarium ad hoc onus explicandum, cum non concedatur in hoc Iubileo absolutio à reseruatis &c.

73 † Ad aliud ergo onus nempe visitationis Ecclesiarum, cum in Iubilæo exprimatur diuersimode, quoad exteros & quoad Romanos, breuiter videndum est, quid nomine istorum veniat.
74 † Romani tenentur visitare Ecclesias secundum formam anteactorum temporum per triginta dies exteri per quindecim, quod si imposterum aliquid innouabitur id erit exequendum, hos tamen dies possunt abbreuiare pænitentiarij, vt testatur Fil-
75 liuccius supracit. num. 256. † An autem omnes quattuor præscriptæ Ecclesiæ debeant visitari vno die, vel satis sit visitare vno, vel altero die, ita tamen, vt toties visitentur, quoties præscribitur, aliqui asserunt sufficere vt Filliuccius nu. 255. alij negant & omnes fundantur in quadam declaratione Georgij XIII. quam omnes pro se adducunt. mens tamen S. Pontificis videtur esse quod omnes quattuor vno die visitentur. Non est autem necesse quod dies sint continui, vt patet ex ipso contextu.
76 † Quid autem sit intelligendum per Romanos, & Incolas, & per Peregrinos, & exteros, quidquid sit de iure quoad alios effectus, quoad præsens attinet, Romani & incolæ dicuntur ij, qui Romæ commorantur vel inhabitandi causa permanenter, vel ob aliud longum negotium. Exteri vero, & peregrini qui vel Romam petunt, statim acquisito Iubilæo reuersuri, vel modico tempore ibi commoraturi, isti enim nec sunt incolæ nec sunt Ro-
77 mani; † nec fortasse erit incongrum dicere appellari Romanos, & incolas illos, qui Romæ degunt tempore Iubilæi, quiq; illud acquirendi gratia illuc non accesserunt; exteros vero, & peregrinos eos, qui vel tantum lucrandi causa Iubilæum illuc accedunt, vel etiam accedunt illud lucrandi gratia licet alijs etiam negotijs, moueantur, quod fortasse incommodum itineris compenset Summus Pontifex breuitate dierum; & ista mihi videtur rationabilis causa huius diuersitatis temporis quid enim refert, quod quis ex Vrbe Romana originem trahat, si tamen longum iter arripiat, vt Romam petat lucrandi causa Iubilæum, vt magis obligetur, quam obligentur, exteri qui iter longe breuius susceperint? Non incongrua ergo videtur mihi ista ratio. Cætera quæ ad visitationem & orationem spectant tradentur in alio sequenti Iubilæo duarum Hæbdomadarum, quæ hic omittuntur ne bis eadem repetuntur.
78 † Dices quando incipit tempus Iubilæi? Hoc pendet ab intellectu verborum Bullæ, cum enim Summi Pontifices soleant illud tempus exprimere. A primis Vesperis Vigiliæ Natiuitatis Domini inchoandum & per totum annum finiendum, videtur dicendum incipere tantum post Vesperas,
79 † quia dictio illa A. excludit tempus, cui adiungitur; vt tradunt citati a Barbosa agente de hac dictione sed dicendum est stare inclusiue. Archidiaconus in cap. statuimus; de præbend. in 6. Tiraquel. de retract. lignia §. 1. gloss. 11. nu. 51.
80 & 52. † Concorda tamen, vt in fauoribus stat inclusiue, vt si dicatur, à pulsu campanæ summo mane facto quisque posit cum armis incidere, stet inclusiue; si vero dicatur a pulsu campanæ facto in sero nemo cum armis incedat intelligatur exclusiue, in primo enim casu statim ac inceptus est pulsus campanæ quis potest incidere cum armis, in secundo non potest puniri, nisi deprehendatur illo finito, cum ergo simus in fauorabilibus dicendum est stare inclusiue, & talis etiam videtur esse vsus vni-
81 uersalis Ecclesiæ: † Sed ne demus magis difficilia,

cum

cum possimus dare manifesta, dic annum Iubilæi incipere, quando porta Sancta aperitur, & desinere, 82 quando clauditur, † Licet enim non sit necesse per illam ingredi, sed sufficiat visitare Ecclesias, est tamen signum inceptionis, & desitionis temporis præscripti ad indulgentiam acquirendam, ante quod, & post quod non datur amplius tempus acquirendi.

83 † Dices 2. An maiorem lucretur Indulgentiam qui pedibus it Romam, vel qui æquitando qui minus longe abest, vel qui maius iter conficit, & ita de similibus. Respondeo distinguendo vel ratione Indulgentiæ vel ratione operis. Ratione Indulgentiæ æqualem percipit fructum, qui minori incommodo perficit, ac ille, qui perficit maiori; dummodo tamen perficiat vterque opus incunctum vt à Summo Pontifice præscribitur, & intenditur, vt diximus cum de Indulgentijs, potest enim fieri ex eo, quod opus non perficiatur omnino ab vno, sicut intendit Summus Pontifex, vel vt requiritur opus ipsum ab alio vero perfecte omnia præstentur; ideo ampliorem vnus minus amplam lucretur alter data tamen paritate perfectionis operis, vterque eodem modo lucratur ratione vero operis certum est magis mereri, qui magis patitur, & maiori incom. iniuncta opera perficit: Ratio disparitatis est, quia ad acquirendam Indulgentiam sufficit præstare, quod Summus Pontifex iubet, quæ, cum maior non concedatur illi qui magis patitur, neque ex natura operis sequatur concessio Indulgentiæ, sed ex voluntate Papæ, sequuntur quod ista adimpleta, ponatur consequtio Indulgentiæ; At cum ex natura operis non alterius voluntate sequatur meritum & satisfactio sequitur, quod quo magis erit munitum bonis circumstantijs erit magis & meritorium, & satisfactorium.

Iubileum autem sicut & cæteræ Indulgentiæ, non potest acquiri per alium seu opera personalia vt Ieiunium visitatio &c. sunt per ipsum. eleemosina vero &c. etiam per alium.

84 † An autem possit quis sæpius lucrari; Respondeo posse optime probat Nauar. not. 32. nu. 46. & fine Sanctarellus Filluccius & alij, quia est fauor amplissimus. Neque obstat, quod aliqui asserant ita fuisse a Sacra Congregatione determinatum, quia ex alio decreto Vrbani VIII. habemus nullam obligationem huiusmodi declarationes inducere, nisi exhibeantur autenticæ. Interim melioribus rationibus ista sententia fulcitur, ideo illam sequimur donec de contraria voluntate Summi Pontificis constet, a qua sicuti dependet concessio Indulgentiarum, ita ab eadem pendet, & quantitas & qualitas acquisitionis.

Ex qua etiam doctrina sequitur, quod impediti, vt opera præstare non possint, quodcumque sit impedimentum, nec Indulgentiam consequuntur, quia opera sunt iniuncta, vt conditiones, conditione autem non adimpleta actus est nullus, est communis vt testatur Suarez disput. 52. sect. 5. num. 5. Vnde neque moniales neque Cartusienses licet Romæ morentur lucrantur Iubilæum, nisi Ecclesias visitent: excipe tamen si speciali indulta sedis Apostolicæ speciali fauore non sint honorati.

85 † Dubium potest esse. An sicut peregrini, qui iter iam aggressi sunt, si morte præueniantur in itinere lucrantur Iubilæum, vt patet ex tenore Bullæ, ita etiam lucrentur, qui Romæ commorantes inceptis visitationis non possunt perficere, & alia præstare, si quæ sunt necessaria: Responderent aliqui non posse, & rationem assignant, vt videlicet magis sint solliciti: Sed ista ratio non probat, quia domus, quod quis statim ac est aperta porta Sancta incipiat visitare prima vice & postea morte perueniatur, vt non possit perficere, certe iste non potuit esse magis sollicitus, ergo saltem iste non erit excludendus: Ratio igitur potest esse, quia Indulgentiæ tantum valent quantum sonant, cum ergo vni concedatur non alteri iste videtur exclusus, At si in Indulgentijs admittitur aliqua paritas rationis, certe neque iste erit excludendus: Si enim conceditur illi, qui iter arripuit vt visitaret, quare non conceditur isti qui iam incepit visitare; maxime si verum est, quod desiderio acquirendi Iubilæum correspondeat aliqua pars Indulgentiæ, quod ego non ita facile admitterem, cum nihil hoc habeat commune cum requisitis a Sum-

86 mo Pontifice. † Nemo tamen peccat omittendo lucrari Iubilæum etiam si id commodissime possit, quia omissio operis consilij non imputatur ad culpam.

87 † De reseruatis commutatione votorum &c. nihil venit dicendum, cum nulla talis facultas concedatur in isto Iubilæo, erit ergo idem dicendum ac de illis qui extra Iubilæum confitentur, Hoc enim huiusmodi facultates sunt asserendæ concessæ nisi reperiantur expressæ.

Ad acquisitionem Iubilæi Anni Sancti tria sunt requisita, status gratiæ, visitatio Ecclesiarum, & oratio ad mentem Summi Pontificis. Quomodo sint facienda infra cum de Iubilæo duarum Hebdomadarum agemus.

88 † Nunc de suspensione Indulgentiarum. Solent enim Summi Pontifices, cum aduentat annus Iubilæi pro illo anno suspendere Indulgentias, vt Romam versus sit plenior concursus. Solent autem nasci aliquæ difficultates circa materiam istam; ideo pono sequentia. Sed aduerte me hic non quærere, quæ Indulgentiæ altaribus Confratribus Religiosis &c. sint concessæ, & quæ sint à S. Pontificibus reuocatæ, hoc enim ad præsens meum institutum non spectat sed tantum quæro, quæ suspendantur hoc anno. Suppono etiam Summum Pontificem valide & licite posse hac occasione suspendere Indulgentias, quocumque modo concessas, est enim ista sufficientissima causa, vt Christi fideles saltem semel limina inuisant Apostolorum, & hanc tam solemnem Indulgentiam consequantur difficultas est, quæ sint istæ Indulgentiæ quæ reuocantur.

89 † Dico ergo, omnes Indulgentias locales personales & reales plenarias esse reuocatas à Summis Pontificibus in anteactis Iubilæis, vt patet ex tenore reuocationum; & ratio est in promptu, quia alioquin nisi Indulgentiæ plenariæ essent reuocatæ omnes, Summus Pontifex non assequeretur finem prætensum, idem dicendum de Indulgentijs concessis domui Lauretanæ S. Iacobo in Compostella, & alijs nisi excipiantur; vt fertur Indulgentias Lauretanas excepisse Gregorius XIII.

90 Dubium potest esse de Indulgentia Portiunculæ Assisij, quam Dominus noster Iesus Christus concessit Seraphico Patri Francisco pro omnibus eadem illam visitantibus &c. & dico hanc non esse censendam reuocatam, ratio est duplex vna desumpta ex rei congruentia, altera ex tenore verborum, Non enim conuenit a Deo immediate concessam Indulgentiam reuocari, de hac enim non potest

ambigi

ambigi de sufficienti causa, de plena potestate &c. Ex tenore verborum, quia Summi Pontifices reuocant Indulgentias per se vel per antecessores suos concessas, ista autem non est per Pontificem ipsum concessa, sed a Deo, confirmata autem a Papa & ita declarasse Benedictum XII. refert Roderiquez tom. 2. quæstion. Regular. quæst. 96. art. 6.

91 † Est etiam quæstio de Bulla Cruciatæ, an illæ Indulgentiæ hoc anno suspendantur. Respondeo. 1. Si verum est quod asserit Casarubios Verbo Indulgentia not. 5. quod tales Indulgentiæ sint plenariæ tantum semel in vita, & in articulo mortis facile respondebimus, quod tempore anni Sancti sunt tantum veluti quædam stationes, non autem Indulgentiæ plenariæ. Quod si quis contenderet esse plenarias respondeo. 2. vel data est eleemosina requisita pro Indulgentia vel non, si iam est data eleemosina puto non suspendi, quia huiusmodi Indulgentiæ non censentur suspensæ nisi de illis facta sit spetialis mentio. Si vero non est data neque potest dari ad hunc effectum & si detur non valet ita intelligo pugnantes sententias in hoc proposito.

92 † An autem Indulgentiæ plenariæ Ecclesiarum Vrbis, item medalearum, Imaginum, &c. censeantur suspensæ pro existentibus in Vrbe. Nauar. notat. 33. & alij censent non esse suspensas quia non militat ratio retardationis ab accessu ad dictam Vrbem; sed ab alijs affertur quædam declaratio qua deciditur Indulgentias concessas medaleis Rosarijs &c. esse suspensas etiam pro existentibus in Vrbe, quæ si vera est videtur decidi esse suspensas etiam locales. Nisi tamen de ea constet non recederem a prima, maxime cum multum faueat etiam deuotioni peregrinorum, qui omnibus illis thesauris possent etiam ditari. Neque puto necessario ex suspensione Indulgentiarum realium inferri suspensiones localium maxime ratione dicta quia localibus possunt gaudere etiam Peregrini.

93 † Dico 2. Indulgentias non plenarias non censendas esse suspensas; quia de istis non militat ratio, ne retardentur &c. Nec sunt expressæ in suspensione, & tenet Nauar. not. 25. num. 2. Filliuccius tract. 8. num. 251. & alij. Ex quo etiam infero si concedatur aliquid facienti &c. Indulgentia plenaria, & alia partialis cessare quidem plenariam sed remanere partialem, & idem dico de realibus personalibus ac localibus. Sunt ergo suspensæ Indulgentiæ plenariæ remanent non plenariæ, & hoc intellige pro viuis.

94 † Quæres quid de plenarijs pro articulo mortis, & pro ipsis mortuis suntne istæ suspensæ? Respondeo Indulgentias pro articulo mortis plenarias esse reuocatas, quia militat eadem ratio retardationis ab accessu ad Vrbem, homines enim scientes se pro mortuis articulo habere Indulgentias plenarias non curarent de accessu ad Vrbem, nec de suspensione aliarum: Si tamen aliud vel declaretur vel exprimatur a Summo Pontifice eius dicto standum erit. Nec obstat quod licet Summus Pontifex possit sibi reseruare casus etiam pro articulo mortis id tamen nunquam censetur facere, nisi exprimat ergo neque suspendere Indulgentias: quia respondetur absolutionem pro tali casu esse necessariam Indulgentiam autem tantum ad bene esse, cui præponderat ratio eundi ad Vrbem, quod intendit S. Pontifex.

95 † Aduerte reuocari tantum Indulgentias; Ex quo sequitur, non esse reuocatas communicationes satisfactionum, quas faciunt regulares; non priuilegia, quæ acquiruntur per emissionem professionis, & vno verbo permanere in suo robore omnia, quæ non sunt Indulgentiæ.

96 † Sed dices, quando reuocatio Indulgentiarum incipit habere vim, statim ac Romæ est publicata, an vero, quando ad notitiam peruenit: Dico statim ac est facta publicatio Romæ, statim cessare Indulgentias, quia lex ita obligat. Neque est idem de Confessario absoluente etiam reuocata facultate, sed inuincibiliter ignorante, quia ibi agitur de valore actus Sacramenti sustinendo, & de iurisdictione, ad quam stabiliendam sufficit titulus coloratus, & error communis; non sic in Indulgentijs. Deinde quæ pendent à libera voluntate concedentis possunt eo modo, quo vult concedens reuocari: Nec vllum sequitur inconueniens, quod reuocatio innotescat, vel non. Sic tamen multi concedunt durare, quoad perueniat reuocatio, & euulgetur in locis, vbi habitant gaudentes Indulgentijs. Hoc certe apud me est indubitatam cessare, licet non innotescat, vel euulgetur reuocatio, si sciatur tempore anni Sancti reuocari Indulgentias.

97 † Dico 3. Indulgentias tam plenarias, quam non plenarias pro Defunctis nullibi esse censendas reuocatas ratio est, quia cessat motiuum reuocationis ne fideles retrahantur ab accessu, vel consequtione Iubilæi, nihil enim illis prosunt Indulgentiæ huiusmodi, & ideo ex earum duratione non possunt dici retardari, vel retrahi.

98 † Dico 4. Iubilæum non posse acquiri pro mortuis, nisi expresse id concedat Summus Pontifex, quia Iubilæum tantum valet, quantum sonat, sonat autem, quod acquiratur ab exequentibus requisita, ideo ab illis tantum acquiritur, & iste est mos Curiæ, vt Indulgentiæ non censeantur concesse pro mortuis, nisi hoc exprimatur.

99 † Suspensioni Indulgentiarum est contermina reuocatio facultatum absoluendi à reseruatis, dispensandi, & commutandi vota, & cætera huiusmodi; ideo venit quærendum, quæ ex istis sint reuocata.

100 † Dico inspiciendum esse tenorem reuocationum, & quidem Sixtus IV. suspendit facultates commutandi vota, & dispensandi; Componendi super incertis, & absoluendi etiam à casibus in Bulla Cænæ reseruatis Clemens VIII. & Vrbanus VIII. suspendit facultates absoluendi à casibus etiam in Bulla Cænæ; Gregorius XIII. suspendit quascumque facultates concessas, & quæcumque indulta. Inspiciendus est ergo tenor reuocationis,

101 & secundum eum determinandum, † Quod si dicat S. Pontifex Prædecessorum nostrorum vestigia sequentes suspendimus &c. nihil ex hac clausula potest colligi quoad modum reuocationis, cum enim non conueniant predecessores in modo, non est censendus Pontifex ita suspendens eorum vestigia sequi, quia suspensio esset nimis incerta est ergo intelligendus quod prædecessorum vestigia sequatur quoad suspensionem non autem quoad modum sed modus ex verbis est desumendus, quæ si generalia sint erunt generaliter intelligenda, si vero restricta restricte etiam explicanda;

102 † Et quia S. Pontifices solent aliquando suspendere facultates absoluendi concessas respectu Indulgentiarum, hoc est maxime attendendum, quia si id apponitur, illæ etiam tantum erunt suspensæ, si vero non apponatur; sed verba generalia fuerint

adhibita,

adhibita, generaliter suspensio erit intelligenda, si enim Summus Pontifex voluisset se adstringere ad concessiones tantum respectu Indulgentiarum, hoc expressisset, sicut & cæteri fecerunt.

103 † Puto tamen ablata facultate dispensandi, vel commutandi, non expressa suspensione facultatis absoluendi, hanc non esse suspensam; & e contra ablata facultate absoluendi non esse ablatam dispensandi, quia vnum sub alio non continetur. Neque obstat, quod aliter aliqui S. Pontifices mentem suam declarauerint, quia illa est potius noua concessio, vel etiam si maius, declaratio suæ mentis, non ius, quo posito aliorum suspensiones sint declarandæ.

104 † An autem finito Anno Iubilæi Indulgentiæ valeant, & facultates absoluendi. Respondeo, nisi aliud sit expressum in Bulla, vel alio modo se explicet Summus Pontifex, iterum valere. Ratio est, quia non abrogantur non tolluntur non declarantur nullæ; sed tantum suspenduntur pro eo tempore, ergo eo elapso iterum habent vim suam;

105 Quod si addatur in suspensione quod suspendantur Indulgentiæ ad beneplacitum eiusdem Summi Pontificis dicendum est intelligi debere ad beneplacitum pro eo tempore, quia ratio cessationis est desumenda ex fine; cum ergo finis sit Annus Iubilæi, cessatio etiam erit determinanda secundum idem tempus. Et hæc sufficiant pro explicatione in generali eorum quæ accidere possunt dubia in Iubilæo Anni Sancti cætera magis particularia, cum pendeant ex tenore Bullæ & ex clausulis particularibus illæ sunt attente considerandæ & expendendæ, vt ex illis Summi Pontificis sensus habeatur, Facileq; erit ex traditis etiam illarum intellectum habere, quæ in particulari à me explicari non possunt, cum sint ignotæ.

De Iubilæo Duarum Hebdomadarum.

Acturus de Iubilæo Duarum Hebdomadarum sequar propositum ordinem in principio qui est t. agendi de priuilegijs concessis in eo, & primum considerandum est electio Confessarij cum enim ex electione confessarij pendeat absolutio a casibus & Censuris & dispensatio & commutatio votorum merito ab ista censeo esse incipiendum.

106 † Est ergo electio Confessarij quod ad præsens spectat facultas a Summo Pontifice concessa illi, qui vult confiteri pro assequtione Iubilæi, ad eligendum confessarium, à quo absoluatur iuxta inserta in Iubilæo, qualis autem debeat esse confessarius, & quæ possit infra suo loco explicabimus.

107 † Ex hoc deducitur, quod si pænitens non eligat confessarium, confessarius nihil possit eorum, quæ conceduntur in Iubilæo, ratio est, quia non confessario conceditur facultas illa præstandi; sed pænitenti, vt illis possit gaudere, & frui eligendo, ergo debet eligere, vt ipse gaudeat, & confessarius possit; ita post Nauar. Iulius lauorins quos refert & sequitur Bossius in suo tractatu diffusissimo de Iub. sect. 3. cas. 7.

108 † An autem vno electo possit, secundus eligi, & tertius &c. Confessarij: Respondeo distinguendo vel intra tempus duarum Hæbdomadarum sit electio, vel eo tempore elapso: Si nundum sit elapsum tempus duarum Hæbdomadarum potest quot vult pænitens eligere confessarios, qui omnes eandem habebunt facultatem, quia in Bulla conceditur, quod eligat vnum ex approbatis, non simpliciter vnum tantum, verum est autem, quod quemcumque eligat pænitens semper eligit vnum ex approbatis, & ita tenent Nauar. cap. Placuit in Glossa num. 169. de Pænit. quem sequitur Zerola in praxi pænit. capit. 16. quæst. 8. vers. dico 3. Filliuccius 1. part. tract. 8. cap. 10. num. 277. & alij. Si vero sit elapsum tempus non potest alium eligere, sed tenetur confiteri illi, quem eligit, quia expirauit facultas eligendi.

109 † Sed hic oritur noua difficultas: pænitens eligit vnum confessarium approbatum ab ordinario, sed tantum pro tempore Iubilæi, hic propter legitimas causas differt pænitenti Iubilæum ad duas, vel tres alias Hæbdomadas, poteritne confessarius iste electus, sed ad determinatum tempus approbatus, elapso illo tempore excipere confessionem illius pænitentis? Respondeo posse. 1. quia iam est incepta iurisdictio, & ideo etiam tempore finito poterit continuari 2. est adhuc intra tempus Iubilæi, quia istæ sunt Hebdomadæ Iubilæi istius. 3. est electus approbatus ab ordinario, ex quibus omnibus collectiue sumptis probatur posse.

Hunc sequitur videndum qualis debeat esse iste confessarius & dico 1. debere esse approbatum.

110 † Approbatio autem est iuditium seu testimonium publicum, seu iuridica declaratio idoneitatis personæ ad audiendas confessiones, ita Lliammas 1. part. met. cap. 6. §. 5. Eugundex in §. præcep. Eccles. præcep. 2. lib. 7. cap. 2. num. 6. & alij & colligitur ex Trid. sess. 23. capit. 15. de refor.

111 † An autem approbatus ab Episcopo per solum iuditium externum non autem internum imo contra iuditium internum sit censendus approbatus Suarez de Pænit. disp. 24. sect. 5. nu. 7. asserit esse iudicandum approbatum, alij negant vt videre est apud Barbosam de potest. Epis. part. 2. alleg. 25. num. 19. Quod si Episcopus iudicet & approbet aliquam, qui vere non sit idoneus quem tamen reputat idoneum Barbosa loco citat. num. 19. post Suarez putat vere esse censendum approbatum.

112 † Aduerte autem approbationem distingui a
iurisdictione, & ideo vna sine alia potest dari, vt
113 patet in regularibus; † Licet enim Episcopus
præsbiteris sæcularibus sibi subiectis concedat iu-
risdictionem, & approbationem: Regularibus
tamen concedit tantum approbationem, cum
iurisdictionem habeant per Clementinam Dudum
de sepulturis, & illam immediate recipiunt, cum
à suis superioribus deputantur ad confessiones
audiendas dependenter tamen ab approbatione
Episcopi tamquam à conditione sine qua non; ita
Suarez loco citato Koninch de Sacra disp. 8. dub.
7. numer. 49. & alij doctores communiter apud
114 Henriq. lib. 6. cap. 6. §. 3. in Gloss. littera l. † in
quo allucinantur qui dicunt Regulares recipere
iurisdictionem ab Episcopo, neque hoc dicunt
doctores quos ipsi allegant. Debet ergo Confes-
sarius esse approbatus, vt sit eligibilis tempore
Iubilæi; sed à quo debet approbari.

115. † Noto in Bullis Iubilæi aliquando hæc verba haberi. Ex approbatis iuxta formam Concilij aliquando haberi. Ex approbatis ab ordinario, aliquando, ex approbatis ab ordinario loci. Hoc supposito quæremus quid ista importent quoad sæculares, & quoad Regulares. Quando ergo in Bulla Iubilæi habetur, quod possit eligi approbatus iuxta formam Concilij, agendo de secula-

ribus,

ribus.

116 † Ad hoc vt confessarius sit eligibilis per pænitentem habentem Bullam Iubilæi, vel aliquam aliam similem facultatem à Summo Pontifice eligendi approbatum iuxta formam Concilij, sufficit; quod confessarius, vt sit vbique eligibilis, sit approbatus ab Episcopo suo ordinario, siue sit Episcopus originis, siue Beneficij, siue domicilij, siue sit Episcopus pænitentis, siue confessarij, siue loci, vbi audiuntur confessiones, & consequenter à quocumq; Episcopo seu ordinario, & hoc siue sit Regularis siue sæcularis confessarius qui eligitur, ita Medina 1. 2. quæst. 19. art. 6. circa finem vers. cæterum Corduba in sum. quæst. 10. & omnes theologi ex Illustrissima Religione Dominicana, & Augustiniana Salamanticæ consulti quos refert & sequitur Henriq. lib. 6. c. 6. §. 7. litt. A. & lib. 7. cap. 12. §. 4. litt. O. in textu, & com. Candelab. aureum de Confess. nu. 28. conclus. 3. Ledesma 1. part. sum. tit. de Sacr. Pænit. Hugo. in addit. ad 3. part. quæst. 8. art. 5. dub. 9. Reginald. lib. 1. nu. 186. & Valerus Verbo Absolutio diff. 1. oum. 9. & 14.

Ratio est, quia Concilium indifinite tantum requirit approbationem ordinarij, ergo indefinite est intelligendum, & confirmatur ex cap. Nullus de tempore ordinando: & ex eodem Trid. cap. 8. sess. 23. vbi habetur quod nullus ordinetur nisi a suo Episcopo, vel cum litteris testimonialibus, seu commendatitijs sui ordinarij, & tamen talis potest ordinari a quocumque vbique terrarum deferendo secum dictas litteras, siue ab ordinario suæ originis, siue domicilij, siue Beneficij, iuxta communem sententiam doctorum, ergo sicuti nomine sui ordinarij vel Episcopi veniunt omnes istis cum agitur de ordinibus venient etiam cum agetur de approbatione ad confessiones, & multo vrgentius quia ordines regulariter suscipiuntur in territorio Episcopi conferentis, alias rationes vide apud citatos doctores.

117 † Dices ex hac doctrina generatur confusio diœcesum; & omnium 2. quædam deordinatio quia in vno Episcopatu potest esse necessaria diligentior approbatio, quam in alio 3. Rationabiliter vnus Episcopus potest inhibire, ne quis audiat confessiones suorum subditorum sine sua approbatione, quæ rationes a doctissimo Suarez magni fiunt & istis in contrariam ductus est sententiam.

Ego tamen non puto excedere rationem proba-
118 bilis, & non attingere necessarium & ideo Respondeo. 1. Non obstare prædictas rationes, quas optimæ fuisse ponderatas in Concilio puto certissimum, & tamen Patribus illis satisfuit ita generaliter statuere non descendendo ad magis particularia verba, iudicantes satis esse reprimere, & modificare illam libertatem qua vnusquisque ante concilium poterat cuicumque vellet Sacerdoti confiteri, nec alicuius Episcopi requirebatur in Sacerdote approbatio, nec in pænitente alia erat inhabilitas quam excommunicatio, ideo recte dicimus mentem illorum Patrum hanc solam fuisse nempe quod Confessarius esset ab aliquo Episcopo approbatus. Vide Valerum quem citat & sequitur Boss. de Iub. sect. 3. cas. 2. §. 7. nu. 221. Respondeo 2. Nullum gigni in Ecclesia perturbationem. Gigneretur fortasse si hoc concederemus omnibus etiam non habentibus specialem facultatem eligendi. Et quod non oriatur confusio patet, quia regulares excipiunt omnium & quorumcumque ad se venientium confessiones etsi non admissi ab eorum Episcopis sed tantum ab vno Episcopo loci, & tamen nulla conspicitur. Ratio autem nostri dicti est ista; requiritur approbatio Episcopi & subiectio pænitentijs primum habet confessarius vere ab Episcopo subiectionem pænitens a Papa concedente, quod eligendo confessarium, possit se illi subijcere, ergo confessio tenet. Respondeo 3. similes prohibitiones non esse vsitatas ab Episcopis, & nisi actu fiant non esse supponendas, quod si fiant, dico sequendo hanc sententiam esse nullas, ratio est, quod inferior nihil potest in legem superioris, cum ergo ex lege Concilij habeatur, quod sufficiet approbatio vnius Episcopi non potest ista coarctari ab inferiore, & si faciat nihil facit.

119 † Dices Archiepiscopus Valentinus similem prohibitionem fecit, & clericum, qui illam repertus est, violantem puniuit & a Sacra Congregatione obtinuit huiusmodi responsum Approbatum ab alio, quam à Valentino Episcopo in diœcesi Valentina non censeri approbatum ab ordinario Respondeo. 1. quod licet Episcopus illum clericum punierit a Doctoribus Salamantinis Confessio fuit iudicata valida e fortasse Episcopus puniens secutus est contrariam sententiam. 2. Non conuenire doctores, quæ auctoritas tribuenda sit huiusmodi declarationibus licet enim aliqui asserant habere vim legis communis, & illis Rotam multum deferre, nec illas solere in dubium reuocare, vt ipsamet Rota testatur in vna Auersana Beneficiorum 3. Iunij 1606. Coram Sacrato, & in Panormitana Archiep. 5. Iunij 1620. coram Buratto, & in Niciens. Parochialis 20. Maij 1624. coram Vbaldo seniore & alias sæpius, & eandem de istis esse habendam rationem, ac de illis quæ à Papa rescribuntur, Garzias de Benef. in Præfat. & Zerola in sua Praxi Episcopal. part. 1. Verbo auctoritas referentes ita ab eadem Sacra Congregatione fuisse sæpius rescriptum. Alij tamen vt Nauar. cons. 34. de præbend. videntur asserere non esse declarationes definitiuas, sed tantum doctrinales, & ideo non facere ius neque in foro conscientiæ neque in foro fori, imo nec dum obligare etiamsi factæ sint de assensu Summi Pontificis, quem volunt loqui, vt doctorem non vt legislatorem, & ideo propter istas neminem esse damnandum, neque in foro fori, neque in foro conscientiæ, si opposita sententia solido nitatur fundamento. Alij distinguunt affirmantes facere ius in causa illa particulari pro qua feruntur ad modum sententiæ. Sed quidquid dictum sit antea nunc certe ex speciali iussu Sanctissimi Vrbani VIII. eadem sacra Congregatio sub die 2. Augusti 1631. mandauit ac præcepit nullam fidem esse adhibendam in iuditio vel extra huiusmodi declarationibus siue impressis siue non impressis, nisi autentice cum solito sigillo & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti ac Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentium exhibeantur; & hoc requiritur vt credatur esse illius Sacri Tribunalis. Ad hoc vero vt obligent Roderiquez asserit tom. 1. qq. Reg. 11. art. 2. requiri præterea quod vel summus Pontifex det Breue, quo iubeat eas seruari vel quod Auditor Cameræ det monitorium in earum executionem vel sub censura mandet seruari ita Valerus & Garzias locis citatis, quod puto verum quando parti sunt intimandæ. At vt omnes vniuersaliter obligent non sufficit quod hoc modo parti sine intimatæ, & postea in alio iudicio, vel simili casu deferantur;

tur; sed requiritur etiam secundum probabilissimam sententiam, quod ad modum legis publicatæ sint ita Ledes. 1. part. 5. titulo de Sacram. Pænit. cap. 13. dub. 7. in respons. ad 3. rationem,
120 Valerus in suis differ. Verbo Nullitas: † Respondeo 3. Quidquid sit de hac declaratione extra tempus Iubilæi, an scilicet posito, quod Episcopus prohibuerit, ne quis confessiones excipiat sine sua approbatione in sua diæcesi, si quis sine illa audiat, confessiones sint validæ, cum in hoc casu responsum dederit eadem Sacra Congregatio non censeri approbatum, dico hoc dubium non militare in casu nostro, ibi enim agitur de Clerico sæculari, qui ab Episcopo recipit non solum approbationem sed etiam iurisdictionem ideo, cum se declaret nolle quemquam audire confessiones sine sua approbatione videtur manifeste negare iurisdictionem, ideo clericum puniuit & Sacra Congregat. respondit; at in casu nostro iurisdictionem recipit confessarius virtute electionis factæ de se ab illo qui vult confiteri cum hæc illi concedatur a Papa virtute Bullæ, & approbationem habet sufficientem ab vno Episcopo ideo non militat ratio, vnde si talis quæstio tempore Iubilęi incidisset non eodem modo fuisset responsum, vrget tamen contra eandem declarationem text. in cap. fin. de pænit. & remiss. iuncta quadam etiam declaratione eiusdem sacræ Congregationis ex qua concluditur quod Episcopus possit eligere in suum confessarium quemcumq; approbatum à suo ordinario etiam sibi non subditum, nec requiri quod sit approbatus à loci ordinario. Cum enim in hac declaratione sufficiat approbatio Episcopi Sacerdotis, & in illa requiratur approbatio Episcopi loci videntur ista inter se pugnare & ideo dictæ declarationes videntur suspectæ.

Dices pręterea declarationem directam Archiepiscopo Valentino fuisse datam pro Bulla in qua concedebatur electio confessarij: Respondeo me hoc nullo modo credere nisi exhibantur autentice, & si talis fuerit exhibita recurrent primæ responsiones. Præterea si esset data in responsionem quæsiti pro habente Bullam facultatis eligendi adhuc esset suspecta, vtpote non concordans cum alia supracitata pro Episcopo.

121 Hinc infertur quod Sacerdos in vna diæcesi approbatus si ad aliam se transferat & approbatio sit sine limitatione, nec sit suspensa posse ab habente
122 Bullam eligi ibi, & in omni alio loco † maius esse dubium de Parocho, an sit vbique eligibilis absque alia approbatione ab eo, qui habet Bullam vel facultatem eligendi, si declaratio Sacræ Congregationis faceret ius, sed cum de illa nec constet autentice nec faciat ius dicendum eodem modo posse Parochum cum solo titulo absque vlla alia approbatione eligi sicut potest sæcularis vel regularis approbatus modo dicto. Valerus diff. veri. for. Verbo Absolutio diff. 1. num. 18. qui refert multos magistros Salemantinos ita sensisse Henriquez lib. 6. cap. 6. §. 7. Candelab. aureum, de Confess. num. 28. Conclus. 1. & alij ratio est quia ad hoc, vt quis censeatur approbatus ad audiendas Confessiones iuxta Concilium sufficit vel habere beneficium vel approbationem per examen, ergo iste est approbatus secundum concilium ergo eligibilis.

123 Solet etiam quæri, an Sacerdos tam sæcularis, quam regularis approbatus limitate ex iusta causa, vel ad audiendas confessiones solum mulierum, vel tantum aliquorum virorum, vel alio quouis modo sit adhuc a quocumque, & vbique virtute Iubilæi, vel alterius similis facultatis eligibilis. Henriquez loc. cit. in text. & Com. litt. A. & lib. 7. cap. 12. §. 4. litt. Q. Affirmat posse eligi absolute dicens ita sensisse in Hispania omnes Theologos & Iurisperitos Salamanticenses, & duos Archiepiscopos Compostellanum & Granatensem qui Concilio Tridentino interfuere sequitur Ledesma in summ. de Pænit. cap. 13. Nugnus in addit. ad 3. part. quæst. 8. art. 5. dub. 9. vers. ad 10. Kuuinch. tom. 2. de Sacr. disp. 8. num. 57. & omnes magistros Dominicanos, minoritas, & Augustinos, vt refert Bossius de Iubi. sect. 3. cas. 2. §. 10. Alij Absolute negant esse eligibilem vt videre poteris apud eundem Bossium loco citato.

Ego distinguo vel approbatio est limitata respectu eorum, qui recipiunt approbationem & iurisdictionem ab Episcopo, vt sunt Sacerdotes Sæculares, vel respectu eorum qui recipiunt tantum approbationem, vt sunt Regulares. Si approbatio est limitata respectu eorum, qui recipiunt approbationem & iurisdictionem, dico non posse istos eligi, nisi ab illis, pro quibus sunt approbati, quia cum concilium requirat, quod sint approbati, & sint approbati pro illis, ab illis possunt eligi; cum autem pro alijs non sint approbati, neque pro illis possunt eligi; Si vero approbatio est limitata respectu regularium, vel limitatio est cum legitima causa, & sufficiente, vel non, si est cum legitima causa non possunt eligi nisi ab illis, pro quibus sunt approbati, si vero est sine causa, possunt ab omnibus eligi, qui simpliciter censendi sunt approbati iuxta alibi dicta.

124 Sed quid si Episcopus simpliciter, & absque vlla limitatione approbet aliquem Sacerdotem omnino ignarum, & indoctum, iste eritne eligibilis virtute Iubilæi? Henriquez loco citato affirmat ea ratione ductus, quod in eo sint debita requisita, sed melius puto distinguendum vel est adeo indoctus, vt nesciat requisita ad valide absoluendum, & hoc casu puto non esse eligibilem, vel sciat saltem ista necessaria, & erit eligibilis Cano. relect. de pænit. part. 5. & ista nescientes necessaria potest, & debet Episcopus suspendere ab officio audiendi confessiones, ne oues tam graue malum, & incommodum experiantur, quod ab huiusmodi confessarijs solet ad illas aduenire Nauar. cons. 19. de sent. Excom. lib. 5. Graff. decis. auren. lib. 4. c. 15. num. 8. & alij.

125 † Et ita satisfactum est primis duobus quæsitis quomodo intelligenda sit Bulla quando dicit, ex approbatis iuxta formam Concilij, vel ab
126 ordinarijs, vel ordinario. † Superest soluendum tertium, quomodo sit intelligenda quando non solum dicit ex approbatis ab ordinario, sed insuper addit loci, vt, possint eligere vnum Confessionem ex approbatis ab Episcopo vel ordinario loci.

127 † Pro quo notandum nomine Episcopi vel ordinarij in hoc capit. Concilij venite Episcopum, non solum consecratum, sed etiam electum, & confirmatum tantum, non autem consecratum, si habeat proprias oues, non venit autem postulatus tantum, vel tantum, electus, non confirmatus, vel etiam electus, & Confirmatus, qui non habet oues proprias, ita Suarez de pænit. disp. 28. sect. 5. num. 1. Subdens rationem, quia approbatio vel est actus iurisdictionis, vel saltem illam supponens, nemo autem potest approbare, nisi modo dicto habeat iurisdictionem, quam non habent à nobis

exclusi, ita Suarez, quæ tamen iurisdictio an sit necessaria in Episcopo pro apptobat ione regularium, qui non ab Episcopo, sed à Papa iurisdictionem recipiunt, & supposita illa sententia, quæ habet ab vno Episcopo approbatum posse vbiq; confessionca excipere, perpendat prudens lectot: Nomine Episcopi venit Vicarius Generalis cum speciali mandato Sbroz. lib. 2. de Vic. quæst. 13. 14. & 15. & alij. Venit Capitulum sede vacante, actus ramen apptobationis est præstandus per Vicarium capitularem; veniunt & Abbates illi, & Prælati, qui licet non sint Episcopi, habent tamen proprias oues priuatiue quoad Episcopos.

158 † Veniunt etiam Prælati tegulares, quibus competit exponete & approbare confessarios intellige quoad suos subditos.

Nunc respondendo difficultati dico quod si in bulla vel concessione exprimatur quod eligendus sit approbatus ab Episcopo vel ordinario loci, confessarius debet esse approbatus ab Episcopo loci, in quo auditur eonfessio, quia iste est germanus sensus illorum verborum, quæ non sunt censenda vane esse apposita, sed animo limitandi.

229 Dico præterea approbatum ab ordinario pænitentis posse non solum in diæcesi, sed etiam extra audite confessiones subditorum Episcopi apptobatoris, quia hoc potest etiam extra Iubilæum, nec per Iubilæum limitatur, sed potius ampliatur talis facultas.

230 † Quod idem dicendum est de Parocho respectu suarum ouium. An vero Parochus ex vi bullæ continentis eandem formam possit eligi extra diæcesim in qua habet suum beneficium ab alienis ouibus Bossius loco cit. §. 12. adductis rationibus pro vtraque parte nihil resoluit; sed tantum admonet tutioti esse adhęrendum dum aliquid magis certum habeator, ego dicerem pro eadem opinione magis explicando ab eo dicta non posse quia non habet requisitam approbationem ordinarij loci ad rationem dubitandi quod videlicet Concilium nihil innouet quoad hoc citca Parochos, sed eos relinquat sub dispositione iuris communis, ex qua licebat eos eligi vbique ex facultate talis Bullæ, ideo hoc posse etiam nunc; responderi posset imo coarctari, quia vere non est approbatus, neq; iste ab ordinario loci, neq; simpliciter approbatus per beneficijs titulum sed tantum pro suis onibus, & ad summum pro onibus diæcesis, ita tamen vt neq; earum eoufessiones possit audire nisi de consensu ptoprij Parochi ex consuetudine. Cum ergo Bulla requirat approbationem ordinarij loci vtiq; cum in Parocho deficiat dicendum videtur non esse eligibilem, hæc pro illa sententia; at ista non conuincunt. Hæc dicta pto sæcularibus.

231 An autem, quando conceditut regularibus, quod posaint eligere vnum ex approbatis ab ordinario vel ordinarijs loci, qui eos posit absoluere ab ijs à quibus non possunt proprij prælati, vt hoc beneficio fruantur teneantur eligere approbatum ab Episcopo loci, vel sufficiat eligere approbatum à suis prælatis, in responsione non concordant doctores.

Certum est apud me, quod si dicatur tantum ab Episcopo, vel ordinario non addito, loci, quod possunt eligere expositos tantum a suis superioribus, etiamsi non sint approbati ab Episcopis, quia nomine Episcoporum, & ordinariorum veniune etiam ipsi: difficultas est, quando additur ab Episcopo vel ordinario loci, aliqui putant adhuc posse, quia adhuc supetiores locorum sunt vere ordinarij eorum locorum. Alij negant, quia in latissims significatione, ordinarij locorum veniunt tantum qui habent diæcesim, & iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos, ita Filliucc. & alij. Ego puto ptobabilissimum sufficere quod eligendus sit approbatus & expositus tantum à Superioribus Religionis. Ratio est quia in Concilio decernitur quod nemo sit censendus idoneus ad audiendas confessiones nisi sint approbati ab Episcopis, & tamen pro regularibus sufficit approbstio superioris regularis, ergo iste vere est Episcopus quoad hanc respectu suorum Superiorum, neq; requiritur quod habeat diæcesim, ergo etiam quando dicitur quod debeat esse approbatus ab Episcopo loci idem erit qui approbabit, & nomine loci venient conuentus Religionis, Addo quod Conuentus religionis non est locus Episcupi, sed locus Superioris ergo approbatus ab isto potttit audite.

132 † Neque tamen ex hoc sequitut non posse audire confessionem regularium approbatum ab Episcopo tantum, quia etiam ipse est vere approbatus ab Episcopo loci in quo degunt etiam regulares licet non conuentus & cum iste sit fauot bene potest ampliari, sed quid de hoc sentiendum sit.

133 † Pro hoc notandum 1. de iure communi pet
extranag. inter cunctas §. sed quia multoties. de
Priuileg. regulates exemptos non posse absolni, nisi
à proprijs prælatis supetioribus, vel ab alijs, sed
de eotum licentia, vt tradunt communiter docto-
res Siluester Confessor. 2. num. 6. Nauar. in sum.
eap. 4. num. 1. Roderiq. in Cruci. §. 9. num. 13.
& tom. 1. qq. reg. 62. Hentiq. lib. 7. cap. 22. §. 2.
litter. C. Suarez de cens. d. 7. sect. 3. & de Relig.
tom. 4. tract. 8. lib. 5. eap. 16. nu. 1. Laymau lib.
5. tract. 6. cap. 10. num. 20. & alij, & ratio est,
quia nullus sacerdos sęcularis habet iurisdictionem
in exemptos, nec regularis vnius ordinia io Reli-
134 giosos alterius ordinis. † Neq; suffragatur quod
Religiosi omnes possint audire confessiones om-
nium ad se accedentium, quia limitatur quoad
regulates contraria consuetudine, & prioilegijs,
135 ita communiter. † Quod si in aliqua religione
adsit tolerantia superiorum, quod fratres extetis
confiteantur, vera est sententia Soti in 4. dist. 18.
quæst. 4. art. 5. §. Cardinales veto posse fratres
136 pro libito eligere. † Verum tamen est etiam,
quod nuuquam erit consuetudo, quia in ijs quæ
sunt meræ voluntatis, non inducitur consuetudo
restrictiua facultatis, & ideo illa tollerantia poterit
à quocumque superiore reuocari Suarez de pæn.
disp. 27. sect. 3. num. 6. & 7.
137 † Possunt tamen regulares confiteri pæniteu-
tiarijs Papæ, quia illius sunt Vicarij. Possuut item
138 iter † agentes confiteri Sacerdoti etiam Sæculari
si iter faciant de licentia suorum Superiorum, &
non sit in fraudem ita ex multis priuilegijs in
139 Compendijs Priuileg. relatis. † Neq; est necesse
istos electos a Regularibus in eoufessarios esse
approbatos ab ordinario Nauar. in sum. cap. 4.
num. 7. Suarez de pænit. disp. 28. sect. 4. num. 5.
& Roderi. qq. reg. tom. 1. quæst. 62. art. 5.
140 † Intellige tamen, nisi habeant socium sui ordi-
nis, quia tunc illi dobent confiteri, etiamsi non
sit approbatus pro confessionibua, quia tali casu
præsnmitur approbatus Suarea de Relig. tom. 4.
141 tract. 8. lib. 2. cap. 17. num. 2. † Cum tamen
peruenitut ad aliquod monasterium etsi ibi non
desti-

destinentur de familia tenentur tamen religiosi confiterij confessarijs eiusdem monasterij. Layman
142 loco cit. † Et quando confitentur extra religionem non possunt directe absolui à reseruatis, tenentur tamen omnia confiteri tam reseruata quam non reseruata, vt soluatur integritas confessionis iuxta multorum sententiam, sed à reseruatis absoluentur tantum indirecte, directe à non reseruatis; iuxta ea quæ traduntur, quæ tamen aliquam habent appositas sententias vt videre poteris apud doctores.

143 † Noto 2. præter ius commune extare etiam multa priuilegia, quibus vetatur ne Religiosi respectu cuiuscumque priuilegij vel cruciatæ, vel Iubilæi siue licentia suorum Superiorum extra religionem possint eligere confessarios. Priuilegia poteris videre apud Bossium de Iubilæo sect. 3. casu 4. num. 9.

144 His ita positis Henriquez loco cit. cap. 32. §. 3. Roderiq. in Bull. §. 9. nu. 24. & qq. reg. tom. 1. quæst. 62. art. 4. Valerus, Absolutio diff. 1. nu. 21. & Verbo Bulla diff. 1. num. 3. & alij asserunt nisi in Bulla adsit clausula derogatoria priuilegiorum Quod Regulares sine licentia suorum superiorum non possint eligere confessarium extra Religionem, probant ex dictis priuilegijs, & ex declaratione Clementis VIII. relata à Sebast. à Casta in explicat. Bullæ Cruciat. quæst. 107. & à Quirant. verb. confessor. in qua S. Pontifex asserit suæ intentionis esse, quod Regulares, tam fratres, quam moniales subiecti remaneant dispositioni suorum superiorum quoad Sacramenti Pænitentiæ administrationem non obstante facultate concessa in Bulla Cruciatæ, & alijs indultis, quam declarationem motu proprio & ex certa scientia innouauit, & quatenus opus sit ampliauit, & ad omnes regulares extendit Vrbanus VIII. in sua constit. incipit In specula militantis &c.

Alij omninò contrarium docent asseuerantes non obstantibus prædictis adhuc posse regulares eligere, vide Henriq. lib. 7. cap. 22. §. 44. qui testatur ita sensisse Magistros in Theologia Dominicanos Franciscanos, & Augustinianos fere omnes, & alios Doctissimos viros, & Prælatus ipsos.

145 † Ego puto non posse in vim aliarum facultatum, posse autem in vim Iubilæi, quia omnia supradicta commode possunt exponi, quoad exclusionem istius, deinde cum Iubilæum sit de raro contingentibus, non venit sub generali dispositione, & præterea ex hac facultate, quippe quæ rara est, non potest timeri relaxatio disciplinæ regularis, imo multa bona ex ipsa possunt aduenire conscientijs pusillorum, & illis non obstantibus tenet Nauar. cons. 19. de Pænit. Filliuccius tract. 8. cap. 18. cit. num. 276. & alij quos refert Bossius de Iub. loco cit. num. 13. Verum tamen est quod regulares eligentes extra religionem, tenentur eligere approbatum ab ordinario, idest Episcopo Loci, non Religionis tantum alterius, vel non approbatum, Item non possent gaudere ijs priuilegijs quibus possent iuxta eorum Priuilegia.

146 † Hæc tamen vera sunt dummodo in Bulla Iubilæi specifice concedatur quod Regulares possint sibi eligere confessarium, quia tunc Papa illa generalitate videtur derogare contrarijs licet de illis non fiat expressa mentio, quod si id concedatur tantum Christi fidelibus, sub hoc nomine non venient Regulares prædictis indultis impediti: Sed assolent. Summi Pontifices nunc temporis apponere necessarias clausulas ad tollendas omnes difficultates.

147 † Quid dicendum de Nouitijs? dicendum in odiosis non venire nomine Religiosorum capit. Religiosi de sent. excom. in 6. Angelus verbo Religiosus §. 15. & 24. Siluest. Religio. 5. §. 9. q. 10. & 12. & alij. Veniunt autem in fauorabilibus iuxta alibi dicta.

148 † De monialibus autem dicendum posse eligere quemlibet approbatum ab ordinario ad audiendas aliorum fidelium confessiones, etiamsi non sint spetialiter pro ipsis approbati, & in foro conscientiæ licite, & valide, quia sicut possunt cæteri regulares, ita & multo magis ipsæ vtpote infirmiores. Neque obstat Constitut. Gregorij XV. quia in ea nihil de Iubilæo, & loquitur tantum de alijs confessarijs extra illud tempus. Dixi in foro conscientiæ, quia ob varias prohibitiones, quas solent euulgare Episcopi, & confessarium, & moniales fortasse punirent: an autem recte, ipsi viderent.

149 † Puto tamen certum quod si superior regularis inhiberet suo subdito ob causam legitimam ne monialium confessiones audiret, talem subditum mortaliter peccaturum si audiret; valide tamen audiret nisi monialis esset conscia illum peccare, quia tunc & ipsa peccaret confitendo, quia esset complex, & ideò nulla esset Confessio.

150 † De Cardinalibus autem, & Episcopis. Dico Episcopos in propria diæcesi posse eligere, quem volunt Sacerdotem, nam eligendo censentur approbare, quando verò sunt extra proprium territorium non possunt quia tali facultate carent. Zerola lib. 1. de Iubil. cap. 15. dub. 78. Bossius asserit Episcopos, & alios ad quos spectat approbare, posse eligere quemcumque Sacerdotem tam in diæcesi quam extra, & gaudere priuilegijs Iubilæi, quia vbique censetur approbare quod si concedas Episcopum extra diæcesim suam posse approbare non sibi subditum opinio currit, ego tamen hoc puto difficile, vide ipsum sect. 3. casu 6.

151 † Quoad Cardinales puto nisi sint Episcopi teneri eligere approbatum; cum enim requiratur approbatus nec ipsi possint approbare sequitur, quod ab alio debeant esse approbari Intellige tamen si indigeant absolutione, vel aliquo alio priuilegio, quo possint vti medio iubilæo, quia Bulla neminem excipit, & licet alias sint priuilegiati, ad effectum tamen consequendi hæc priuilegia subijciuntur Bullæ.

152 † Tandem possunt eligi plures confessarij, vt iam supradictum est, & vnusquisque durante tempore Iubilæi habebit eandem auctoritatem, & vnus potest eligi pro absolutione; alter pro dispensatione, vel commutatione votorum. Sanchez in sum. lib. 4. cap. 54. nu. 17. & alij. Hæc de approbatione sequitur videndum quid possit confessarius electus, & approbatus circa absolutionem.

153 † Communiter in iubilæis solet concedi facultas absoluendi à reseruatis Papæ, & ordinarijs Gloss. in extrauag. Antiquorum; de pænit. & remiss. Graff. decis. aur. lib. 4. cap. 15. num. 29. Filliuc. tract. 8. cap. 10. num. 264. Layman. lib. 5. tract. 7. cap. 8. num. 5. & alij communiter. Quid autem possit confessarius virtute talis iubilæi non potest tradi certa regula, cum hoc pendeat ex tenore

bullæ, multa subtexam tamen, ex quibus cuiuslibet Bullæ facile habebitur explicatio.

154 † Solet ergo aliquando concedi facultas absoluendi à casibus Papæ reseruatis ideò quæritur an in tali concessione censenda sit data facultas absoluendi à censuris eidem Papæ reseruatis, & à quibus.

Dico ergo 1. in tali concessione venire facultatem absoluendi à censuris Papæ reseruatis. ratio est, quia nullos habet casus Papa reseruatos, sed tantum censuras, ergo nomine casuum illæ veniunt.

155 † Non sic autem, si concessio esset à reseruatis Episcopo, qui habet non solum casus, sed etiam censuras reseruatas, ideo concedendo casus non censetur concedere censuras, quia à diuersis non fit illatio, ita communiter, hanc secundam partem docent Caiet. in sum. verb. casus Nauar. Man. cap. 27. num. 261. & alij, primam item partem docet idem Nauar. loco cit. Zerola praxi pænit. cap. 24. quæst. 19.

156 † Quod, si contra prædicta rationem obijcias Bullam Sixti V. contra Simoniace promouentes, & promotos, vbi videtur distingui casus à censura; item extrauag. Inter cunctos §. Duos autem casus, vbi Summus Pontifex videtur sibi reseruare casum Parochi, qui falso asserens suum parochianum esse excommunicatum, illi Sacramenta denegauit, nec vult talem parochum posse absolui, nisi plene satisfecerit; & tandem videtur reseruatus casus violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis constitutionis Gregorij XIV. & tamen nulla ibi est annexa lata sententia, sed tantum ferenda & ideò concludas dari casus Papæ reseruatos sine censura: Respondetur: in Constitutione Sixti duo reseruari suspensionem, & interdictum respectu male promotorum, & promouentium, & irregularitatem, si male promoti actus ordinis præsumpserint exercere, absolutio ergo quæ reseruatur respicit censuras non solos casus. Extrauagans inter cunctas non continet reseruationem casus sed tantum admonitionem, quomodo se gerere debeat confessarius erga Parochum illum, qui cum iniuste læserit, non debet absolui, nisi satisfacta parte: Aduerte tamen illam extrauag. non esse reuocatam, nisi in ijs quæ exprimuntur in Clem. Dudum de sepult. vt alias diximus. Ad casum violationis immunitatis; dico illum non esse reseruatum, nec reseruatio est præsumenda nec asseranda, nisi de ea clare constet ex cap. Nuper. de sent. excom. sed prohibetur tantum ne Sacerdotes tam sæculares quam regulares ab eo absoluant sub prætextu cuiuluis priuilegij absoluit tamen Episcopus, & quilibet ordinarius. Genuens. in sua prax. Episcop. cap. 22. num. 3. 4. & 12.

157 † An autem in concessione absoluendi à reseruatis Papæ veniat facultas absoluendi à reseruatis Episcopis Respondeo vt alias vel additur in concessione particula, etiam, vel non additur. Si additur venit, si non additur, neque venit, alias rationem dedimus.

158 † Quod si concedatur facultas absoluendi ab omnibus censuris reseruatis à iure, & ab homine, & iudice latis, confessarius virtute illius Iubilæi poterit absoluere excommunicatos suspensos, & interdictos nominatim, & publice denunciatos. Nauar. in Manua. ca. 27. nu. 278. Henriq. lib. 7. cap. 13. §. 1. & 2. lit. V. & lib. 13. cap. 27. §. 5. Sayrus lib. 2. thes. cap. 20. nu. 29. Filliuc. tract. 8.
159 cap. 10. num. 264. & alij ratio est † quia sub illo tenore verborum etiam isti includuntur ex mente Summi Pontificis exoptantis omnes tali priuilegio frui.

160 † Spetialis difficultas esset de facultate absoluendi ab excommunicatione reseruata ob abortum fætus animati, quia illam reseruauerat Sedi Apostolicæ Sixtus V. ita, vt decreuerit non censeri comprehensam in generali facultate absoluendi à censuris etiam data in Iubilæo nisi Gregorius XIV. abstulisset eandem reseruationem, & concessisset ordinarijs locorum per se vel per alium spetialiter deputandum posse absoluere; & ideo non amplius est casus Papalis sed Episcopalis ideò quotiescumque censetur data facultas in Iubilæo absoluendi à reseruatis Episcopis data erit etiam absoluendi ab abortu.

161 † Vnum tamen puto adnotandum hunc casum non venire in generali concessione facta ab Episcopo alicui absoluendi à sibi reseruatis quia indiget spetiali concessione, & quæ tali concessione indigent, non veniunt in generali. Nec istam sibi ipse reseruat, sed Papa ipsi.

162 † Dico 2. In concessione generali facta in Iubilæo absoluendi ab omnibus casibus, & censuris Sedi Apostolicæ reseruatis non venit facultas absoluendi à censuris in Bulla Cœnæ domini; licet contrarium aliqui censeant probabile; non est tamen ab hac nostra sententia recedendum quam tenent Soto in 4. dist. 22. quæst. 2. art. 3. conclus. 5. Suarez de censu. disp. 7. sect. 5. nu. 11. Sanchez lib. 2. sum. c. 12. nu. 2. Vgolinus de cens. tab. 1. cap. 10. §. 4. nu. 8. & alij, & ratio est quia illi casus habent spetialem grauitatem, & ideò spetiali etiam indigent concessione, quæ non venit in generali cap. in generali de reg. iuris in 6. & etiam quia stilus Curiæ est istos casus exprimere cum illos vult concedere.

163 † An autem, vt à prædictis casibus Bullæ Cœnæ possit absolui, sufficiat, quod talis facultas concedatur in spetie, vt si concedatur facultas absoluendi à reseruatis Papæ etiam in Bulla Cœnæ, an præterea requiratur derogatio ipsius Bullæ, vel quod omnes casus singillatim exprimantur? Respondeo 1. Requiri ad hoc, vt per alium quam per Romanum Pontificem possit impendi absolutio à dictis casibus etiam virtute Iubilæi requiri, vel quod exprimantur singillatim omnes casus, vel quod eidem Bullæ derogetur ita Duardus in eadem Bullam Cœnæ lib. 3. §. 2. quæst. 1. num. 13. 35. & 36. & Sigism. à Bon. de elect. reg. dub. 69. num. 12.

164 † Duobus autem modis solet fieri talis derogatio; vno si Pontifex asserat, se velle in sua concessione habere pro expresse contentis, & expressis, ac si de verbo ad verbum essent inserti; Altero, si addatur illa clausula, Non obstantibus quibuscumque, etiamsi essent talia, quorum mentio esset facienda de verbo ad verbum, quorum tenorem volumus pro expresso haberi: Respondeo 2. sufficere etiam si exprimatur specifice vnus casus grauior, & reliqui generice, vt si in concessione exprimatur facultas absoluendi ab hæresi, & ab alijs in Bulla Cœnæ contentis, quia qui concedit maius censendus est concedere, & minus, si aliquo modo exprimatur: Respondeo 3. Si exprimatur vnus casus non tamen grauior specifice, reliqui verò generice, vt, si dicatur conceditur facultas absoluendi ab excommunicatione ob delationem armorum ad infideles, & ab omnibus alijs censuris in eadem Bulla Cœnæ contentis Vgolinus loco citato asserit con-

conſeſſarium non poſse abſoluere ab ijs, quæ ſunt
generice tantum expreſsæ, cenſuris.

Quod ſi dicas in cap. Qui ad agendum §. fin. de
procur. in 6. haberi, Expreſſo vno caſu ex multis
ſpetiale mandatum exigentibus adiecta clauſula
generali, omnes alios cenſeri expreſſos: Reſpondet
id eſſe verum, cum de iure aliter non eſt expreſſum;
at, cum in Bulla Cænæ, de qua agimus, derogetur
omnibus priuilegijs, & indultis in genere, & in
ſpetie conceſsis, & concedendis, non ſufficit talis
expreſsio nec ex illa poteſt haberi ſufficienter
mens Summi Pontificis volentis id concedere, cum
ſecundum iura non colligatur, quibus tamen ſolet
ſe conformare.

165 † At ſi in iubilæo concedatur facultas abſol-
uendi à quibuſcumque caſibus in Bulla Cænæ con-
tentis cenſeatur conceſſa etiam abſoluendi ab hæ-
reſi variant Doctores ſi affirmatiuam ſequaris, vt
ſcias quomodo te gerere debeas accipe ſe-
quenti.

166 † Notandum 1. Ad hoc, vt quis dicatur hære-
ticus, tria debere concurrere: primum, quod ſit
Chriſtianus, ideſt, quod Baptiſmum ſuſceperit,
ſecundum quod erret in fide; tertium quod ſit
167 pertinax, † per primum excluditur infidelis, qui
proprie non dicitur hæreticus, qui ſuſceptam
fidem deſerit D. Thom. 2. 2. quæſt. 10. a. 5. &
168 quæſt. 11. art. 1. eſtque commune aſſatum. † Ex-
cluditur etiam Cathecumenus, quoad vſque rece-
perit Baptiſmum Sanchez lib. 2. ſum. capit. 7.
169 num. 34. † Et ille qui ficte batiſmum ſuſcepit.
Sanchez loc. cit. at in foro fori præſumetur hære-
ticus, & vt talis punietur, nec illi erit credendum,
licet aſſerenti ſe ficte baptiſmum ſuſcipiſſe, niſi
tamen id dicat, vt vere baptizetur, tunc enim in
fauorem animæ illi creditur, vt conuertatur Ex-
cluditur tandem quicumq; inualide baptizatus ex
quocumq; defectu idem Sanchea nu. 55. Quotieſ-
cumq; tamen conſtat aliquem eſſe baptizatum, &
non conſtat de fictione, Eccleſia ſuper eum in foro
fori habet iuriſdictionem, & poteſt eum cogere
ad fidem Henriquez lib. 2. de Baptiſ. c. 25. nu. 6.
Sanchez num. 37.

170 † Qui autem ante Baptiſmum habuit aliquem
errorem in fide cognitum, ſi ſuſcepto baptiſmo in
eo perſeueret, eſt vere hæreticus, & ſi hæreſim
aliquo ſigno externo manifeſtet, cenſuris ligatur
171 Sayrus lib. 3. Theſa. cap. 4. nu. 12. † Per ſecun-
dum excluditur quicumq; quoslibet actus faciens,
vt conuentiones cum Dæmone, actus idololatriæ
&c. dummodo intellectu firmus ſit in fide, præſu-
mitur quidem, & grauiter peccabit contra primum
præceptum decalogi, at in foro animæ non erit
hæreticus Sanchez num. 8. & ideo neq; incurret
pænas hæreticorum; Si tamen faceret aliquem
actum, qui faueret hæreticis, licet optime cre-
deret, incurreret excommunicationem non vt
172 hæreticus, ſed vt hæreticorum fautor; † Si peras,
qui error requiratur, vt quis ſi hæreticus, an vere
debeat eſſe contra fidem, an ſufficiat eſſe putatum
contra fidem, vt ſi quis v. g. credat Chriſtum eſſe
natum ex Maria Virgine; ſed putet eſſe errorem,
Reſpondeo ſufficere errorem putatum Sanchez, &
alij cum ipſo num. 30. Contrarium tamen non eſſet
improbabile, quia non errat in fide, quod eſt requi-
ſitum ad hæreſim; errat quidem putando eſſe con-
tra fidem, ſed non errat in fide; Sed tu dic eſſe
contra fidem puttare eſſe contra fidem.

173 † Interdum contingit aliquem eſſe dubium in
fide, & de hoc poteſt quæri, an ſit hæreticus; &
reſpondeo; Vel dubitat non tamen eliciendo
actum intellectus, quo iudicet illam propoſitionem
eſſe dubiam in fide; vel talem actum eliciendo: Si
deliberate dubitat eliciendo actum, quo iudicet
illam propoſitionem eſſe dubiam, eſt vere hære-
ticus, quia vere errat in fide iudicando dubium,
quod vere eſt certum; dixi deliberate, quia ſi
deliberate non iudicet; ſed tantum in primo motu,
non erit hæreticus, quia non eſt pertinax Sanchez
loco cit. num. 12. Si vero deliberate dubitet, ſed
actum illum non eliciat, aliqui aſſerunt eſſe infide-
lem, non hæreticum, quia ſicuti fides requirit
actum poſitiuum, & non conſtituitur ſolo priua-
tiuo, ita & hæreſis ita Sanchez loco citato & alij
autem affirmant vere eſſe hæreticum probant ex
cap. 1. de hæreti. vbi habetur dubius in fide infi-
delis eſt; ſed hoc potius probat contrariam opi-
nionem ſupra relatam 2. probant ratione, quia de
eſſentia fidei eſt firmitas in credendo, & ſi iſta de-
ficiat deficit fides ergo ponitur hæreſis.

174 † Non eſt hæreticus, qui tentationibus circa
fidem agitatus, iudicium ſuſpendit, neque dicitur
dubius in fide, quia non habet aſſenſum erroneum,
imo prudenter aget conuertendo intellectum ad
175 alia. † Idem dicendum de ſcrupuloſis, iſti enim
vere errores deteſtantur licet tentationibus &
ſcrupulus agitati valde torqueantur Sanchez num.
13. & 14.

176 † Tertium requiſitum eſt pertinacia, quæ in
eo conſiſtit vt errans ita firmiter adhæreat ſuæ
opinioni contra fidem modo explicato, vt ab ea
nollit recedere, nec ad pertinaciam requiritur
tempus; ſed in momento poteſt conſumari, neque
euaderet hanc pertinaciam qui eſſet paratus cre-
dere negatam propoſitionem, & illi aſſentiri, ſi
rationibus conuincatur; ſed ſufficit, quod perti-
naciter neget contra fidem. Sanchez loco citat. à
num. 3. ad 8.

177 Hic eſſet texenda diſputatio, quæ ignorantia
excuſet ab hæreſi, de qua multi multa, & contra-
ria. Ego breuitati ſtudens dico ad excuſandum ab
hæreſi ſufficere ignorantiam non ſolum inculpabi-
lem ſed etiam culpabilem craſſam, & affectatam ſi
tamen ſit affectata non quia deſpiciat auctorita-
tem Eccleſiæ, vel vt liberius peccet in fide; ſed vt
liberius peccet in moribus, vt liberius fornicetur,
quia eſt negligens in addiſcendis rebus fidei, vel
ob quaſcumque cauſas præter duas dictas, ita San-
chez lib. 2. cap. 7. nu. 20. & alij. Hic enim non eſt
vere pertinax, ſuppono enim eſſe paratum corrigi,
178 quotieſcumq; cognoſcat ſuum errorem. † Pecca-
ret tamen contra præceptum, quo tenetur ſcire res
fidei; ſed non eſſet hæreticus, de cuius ratione eſt
pertinacia in errote.

179 † Nntandum 2. Hæreticos eſſe in triplici dif-
ferentia. Aliqui ſunt hæretici interne tantum;
Aliqui tantum externe; Aliqui interne, & externe.
Hæretici tantum externe ſunt illi, qui aliquid
agunt, vel dicunt contra fidem; ſed illud non
credunt; ſed recte cum fide ſentiunt & iſti non ſunt
vere hæretici, nec ſubiacent pænis. Hæretici inter-
ne tantum ſunt illi, qui aliquid contra fidem
pertinaciter credunt, ſed ſufficienti ſigno non
manifeſtant ſuum errorem, & iſti pariter non li-
gantur pænis latis ab Eccleſia contra hæreticos, ita
quam plurimi in ſpetie Suarea de Cenſu. diſp. 4.
ſect. 2. Sanchez lib. 2. cap. 8. num. 2. Garzias de
benefici. par. 11. cap. 10. num. 91. Barboſ. de
poteſt. Epiſ. alleg. 40. num. 5. & 6. Duard. in Bul-
lam Cænæ lib. 2. Can. 1. quæſt. 14. num. 9. &
in-

innumeri alij relati à Sanch., & Garzia, & probatur ratione D. Thom. 1. 2. quæst. 91. art. 4. Quia Ecclesia non habet iurisdictioné super actus mere internos, neque de illis potest legem ferre, actus enim mere mentales non iudicat, ideò neque lege puoit, & fundatur in communi illo affato Ecclesia non indicat de occultis cap. vt nostrum vt benef. sine dimi. conf. cap. tua non in fine de Simon. cap. à nobis el 2. de sent. excom. cap. tua de sponsal. cap. 1. de claud. despons. cap. inconsult. 2. quæst. 5. cap. Si quando 15. quæst. 6. cap. erubescant vbi Gloss. 31. dist.

180 † Ad hoc ergo vt hæreticus, externe sit hæreticus necesse est quod aliquo signo manifestet suam hæresim. Hoc autem potest esse, vel aliquid faciendo, vel aliquid omittendo, qui autem actus, vel quæ omissiones sufficienter exprimant externe hæresim non conueniunt Doctores: Tria tamen constituuntur genera signorum manifestantium actum internum ideò.

181 † Dico 1. Signa declaratiua erroris, & pertinaciæ secundum omnes constituunt hæreticum externe, vt si quis credens Christum non esse hominem, hoc etiam voce exprimat addendo etiam declarationem suæ pertinatiæ v. g. dicendo. Christus non est homo, nec aliter vnquam credam, vel pro hoc articulo moriar &c. & idem dicendum de alijs signis eodem modo manifestatiuis.

Dico 2. Signa declaratiua erroris, etiamsi non sint declaratiua pertinaciæ, vt sunt omnes actus infidelitatis, omnia verba contra aliquem articulum fidei, etiam ista sufficienter constituunt hereticum externe, quia vere est hæreticus interne, & sufficienter hæresis est externe manifestata, ergo &c. Aliqui tamen contrarium senserunt hac ducti ratione, Quia sicuti non est vere hæreticus internus, qui cum pertinacia suo non adhæret errori, ergo neque externe qui externe suam non manifestat pertinaciam, nostrum tamen dictum tenent multi Theologi, & Canonistæ quos refert Bossius de Iub. sect. 1. cas. 10. §. 4. num. 119.

182 † Dico 3. Signa, ex sui natura indifferentia ad manifestandam hæresim, & ex sui natura non sufficientia, vt est elatio manus, excussio, vel demissio capitis, & verba ita est &c. Si quibusdam positis circumstantijs loci, temporis, personarum exhibeantur, & istis concurrentibus sufficienter hæresis manifestetur, etiam ista constituent hæreticum externe, eadem ratione, quia supra.

183 † Dico 4. Signa indifferentia, & non sufficienter manifestatiua hæresis non constituunt hæreticum externe, & ideò neque pænis contra hæreticos latis subdunt, siue signa consistant in agendo, siue in omittendo; sed requiritur, quod sint satis expressiua hæresis, ita plurimi vt videre poteris apud Sanchez Suarez, & alios alatas à Castropalao tract. 4. qui est de hæres. disp. 3. part. 3. num. 2.

Ratio est efficax, quia hæresis non potest puniri nisi signis sufficientibus declaretur, ergo neque subditur excommunicationi nisi ijsdem signis sufficienter expressiuis ex se, vel ex circumstantijs concurrentibus. Deinde necessarium est, vt signa, quibus hæresis manifestatur, sint in materia hæresis peccatum graue, quia hoc solum est quod excommunicatione alijsq; pænis punitur; ita multi s relatis Sanchez Suarez, & Sà citati ab eodem Castro palao loco citato, qui etiam addit certum esse, si verba, vel facta sint indifferentia, & ex quibus præcise sumptis hæresis non potest colligi, non constitui hæreticum externum. Deinde addit neq; verba ambigua quibus hæreticus vtitur ad exprimendam suam hæresim sufficere ad eundem effectum, nisi talia verba ex communi vsu sumantur in malam partem; nam verba quæ possunt habere bonum, & malum sensum, neque ex circunstantijs possunt determinari ad malum ex communi Doctorum sententia sunt interpretanda in bonam partem Roias in tract. de hæret. par. 1. num. 200. & Farin. quæst. 187. num. 11. ex seq. & quod dicit
184 de verbis asserit etiam de factis. † Vnde si quis
manifestet suam hæresim amico gratia petendi
consilium, non subditur pænis, quam illa manife-
185 statio non est peccaminosa. † Quod si ex com-
placentia quis narret suam hæresim; est distinguen-
dum, si enim narret suam hæresim demonstrando
se adhuc in illa permanere, certe erit hæreticus
externus, si vero narret hæresim, vt aliquando à
se professam, non erit, quia cum tali narratione
186 compati potest recta fides. † Neque erit hæreti-
cus externus hæresim exscribens, vel referens, licet
eandem mente teneat.

187 † Item neque dormiens internam hæresim
proferens erit externus hæreticus, quia illa mani-
festatio non est peccaminosa, quia non voluntaria.
Dicetur autem hæreticus externus, qui ritus, &
cæremonias, vel alia opera faciat, vel omittat, quæ
soli hæretici communiter solent facere, vel omit-
tere; tunc enim sufficienter manifestat hæresim
188 internam, † Vnde, qui descendit ex genere
iudæorum, si eorum ritus seruet, cum illis assidue
conuersetur &c. sufficienter indicat externe suum
internum errorem; Item qui credens pluralitatem
vxorum esse licitam duas eodem tempore duxit,
qui credit licere diebus vetitis carnes comedere,
& illis vescitur ijsdem diebus vetitis nulla alia
habita occasione, si enim aliam occasionem habeat,
non erit censendus externus hæreticus ratione
supra adducta Paris. cons. 169. num. 67. Pegna 3.
part. directorij com. 23. num. 109. & seq. qui est
omninò videndus; agit enim erudite. Hæ omnes
difficultates cessant in amplissimo Iubilæo à San-
ctissimo Innocentio X. nunc promulgato qui debi-
tis insertis clausulis omnes difficultates abstulit, vt
in illo videre est quod vt facilius fiat eius tenorem
in principio huius responsi per extensum exaratam
extendimus. At quia aliquando excipiuntur aliqui
casus notorij, & conceduntur tantum occulti, ideò,
vt de his aliqua notitia habeatur.

189 † Noto. Aliquid posse esse Publicum, Notorium, manifestum famosum occultum. Publicum aliquando sumitur pro Notorio, est illud, quod per actum iuridicum, vel per facti euidentiam notum est, ex quo infertur, quod licet aliquid possit per testes probari, & à iudice puniri, nisi de facto per testes probetur, vel per iudicis sententiam non erit Notorium, licet testes sint multi ita Castro de
lege pæna lib. 2. cap. 15. ante primam conclusio-
190 nem. † Vt autem publicum contradistinguitur à
Notorio est illud, quod fama publica proclamatum
est, & notatur publica infamia, & est idem quod
famosum Sotus de rar. teg. & deteg. secret. memb.
2. ante quæstionem primam Panormi. cap. tua nu.
2. de cohibit. & cap. vestra num. 11. eodem tit.
Nauar. cap. 18. sum. nu. 40. tradunt hanc distin-
ctionem quæ verò, & qualis fama requiratur infra.
191 † Notorium à iurisperitis multipliciter diui-
192 detur † sed quod facit ad propositum ali-
quando sumitur large, & improprie, quod dicemus
Notorium præsumptionis, estque illud, quod in se

notum

notum non est, sed in alio, quod tamen ex se non facit rei euidentiam, sed tantum ex iuris præsumptione ex alio noto, vt quis habetur publice, & Notorie pro filio alicuius ex coniecturis à iure
193 inductis; † aliquando sumitur proprie pro notorio in se, & hoc item est duplex iuris, & facti;
194 † Notorium iuris est illud de quo quis in iuditio condemnatus, vel conuictus est, vel quod sponte reus confessus est, & de eo sententia lata, vel de quo iuridice sententia lata est, vel facta est in iudicio probatio clara, & indubitata; ratio est quia ius facit, & iudicat per aliquem horum trium actuum, nempe, per sententiam, euidentem probationem, vel rei confessionem, crimen esse euidens omnibus & sic per actum iuridicum resultat notorium cap. final. & cap. eam inter. de re iudic. & cap. Cum olim. de verb. signif. cap. vestra de cohabit Cleri.
195 † Notorium verò facti est illud, quod ita clare, & aperte se offert, & exhibet oculis omnium, vt aliqua probabilitate negari non possit, nullaque tergiuersatione seu fuga celari cap. Vestra, & cap. Tua de cohabit. Clar. Sotus vbi supra Castro &c. Aduerte tamen quod ad Notorium facti non requiritur, quod in se ipso videatur, sed satis est videri clare scilicet in argumentis, & testimonijs, quæ tamen ex se non ex iuris præsumptione ostendant euidenter delictum: sunt enim aliqua delicta, quæ nunquam fiunt in conspectu hominum, vt adulteria furta &c. quæ vt dicantur notoria satis est videri in claris argumentis vide Siluestr. verbo Notorium quæst. 1.
196 † Causatur autem Notoriom facti, ex scientia hominum, & ex loci, & temporis qualitate, vt non sit factum loco secreto, aut tempore noctis ex circumstantijs autem arbitratur iudex prudens factū esse, vel non esse Notorium Siluestr. loco citat. & Panor. num. 14. & 16. cit.
197 † Sed dices, quæ scientia requiritur ad constituendum Notorium? Respondeo nunquam posse factum dici Notorium, nisi saltem sex personæ illud sciant, ratio est, quia populus non potest constitui minore numero, quam decem, vt colligit Gloss. ex cap. Vnio 10. quæst. 3. vers. mancipia, & sequuntur alij; ad constituendum autem notorium requiritur scientia maioris partis Panor. num. 16. cit. & alij.

Respondeo 2. Si vicina, vel populus sit magnus, si delictum est patratum in vicinia, vel alio loco, requiritur scientia maioris partis Viciniç, vel loci, in quo delictum est commissum, eadem ratione si tamen vicinia, vel collegium non constet saltem decem personis delictum, vel factum non potest esse Notorium Nauar. sum. c. 27. nu. 250. nu. 10. Panor. eadem nu. 16. & alij.
198 Respondeo 3. † Ad Notorium requiri, quod factum ab omnibus videatur, nec sufficere quod à maiori parte, vel populi, vel Parochiæ, vel Collegij, respectu cuius dicitur Notorium, sciatur, ita Doctores communiter.
199 † Potest aliquando fieri, vt quod fuit notorium desinat esse notorium, si moriantur illi, coram
200 quibus delictum fuit patratum. † Licet autem requirantur saltem sex coram quibus delictum fuit patratum ad constituendum notorium ad probandum tamen aliquid esse notorium sufficit duos, vel
201 tres testes deponere esse notorium. † Nec sufficit ad constituendum notorium, factum esse publicum in ratione facti, sed debet esse publicum in ratione delicti. Ita vt si quis vere percutiat Clericum à percutiente cognitum Clericum, incognitum tamen adstantibus, delictum non dicetur publicum & ideò percutiens incurrit quidem excommunicationem; sed poterit absolui ab habente facultatem absoluendi in casibus occultis. Item si percutiat clericum lacessitus, ita vt de delicto non constet, vt sufficiens ad censuram incurrendam ita Sanchez de matr. lib. 8. disp. 34. num. 55. Barbosa de potest. Episc. alleg. 39. num. 26. & alij. Addit præterea
202 Barbosa num. 27. & alij † sufficere etiam, quod non sit publicum, incurri pænam, vt quod non sciatur ab adstantibus incurri excōmunicationem ob percussionem clerici, irregularitatem ex homicidio, non esse statutum impedimentum matrimonij, ita vt, licet sciatur, & sit notum in ratione delicti vt delicti, pænas quidem incurrat, sed possit absolui; & dispensari ab habente facultatem super occultis, vt, si excommunicatus cognitus excommunicatus celebret coram toto populo nesciente tamen incurri ex illa celebratione irregularitatem, adhuc irregularitas sit occulta. Si quis incestuose peccet, & copula incestuosa sit publica nesciatur tamen ex tali copula oriri impedimentum, impedimentum adhuc dicatur occultum, & ideò super illis poterit qui super occultis potest; hoc tamen Sanchez non putat omninò certum.
203 † Occultum dicitur dupliciter secundum Panorm. in capit. ex litteris de temp. ordi. 1. vt distinguitur contra probabile 2. prout distinguitur contra notorium, vt distinguitur contra probabile est illud quod idoneis testibus non potest probari; vt distinguitur contra notorium est illud, quod, licet sciatur aliqua tamen tergiuersatione celari potest Angelus, & Siluester verbo occultum.
204 † Manifestum aliquando sumitur pro notorio, aliquando prout distinguitur à notorio, & est illud, quod facile potest probari per multos, licet non per tot, vt possit dici notorium, aliquando est vtique commune.
205 † Quando in aliqua lege statuto, vel dispositione fit mentio de manifesto accipienda est significatio secundum subiectam materiam, & ex vsu loquendi.
206 † In dubio autem aliqui dicunt esse sumendum prout distinguitur à notorio maxime in pænalibus; alij contra, nempe pro notorio vide consilia moralia Sanchez lib. 6. cap. 3. dub. 3. per totum.
207 † Occultum ergo in nostro proposito est illud, quod potest quidem probari, sed non à tot nosci tur, vt sit notorium, & si est notorium non est notorium in ratione delicti, & potest aliqua tergiuer-
208 satione celari, † sed requiritur præterea vt delictum sit occultum ne sit deductum ad forum contentiosum dicitur ergo delictum deductum ad forum contentiosum non statim ac facta est accusatio, vel denunciatio neque statim ac facta est citatio, sed post litis contestationem Barbosa loco cit. num. 29. & dicitur deductum ad forum contentiosum etiamsi sit omninò occultum, nec possit probari dummodo lis sit contestata Sanchez lib. 2.
209 sum. cap. 11. num. 2. & alij. † Finito tamen iuditio, & reo absoluto etiamsi delictum fuerit semiplene probatum erit occultum quia non potest dici cum effectu deductum ad forum contentiosum ita idem Barbos. dicta alleg. 39. num. 32. & Sanchez, & alij quos idem Barbosa citat. & sequitur,
210 † quod est verum, siue sententia fuerit definitiua absolutoria, siue reus absoluatur tantum ab instantia, siue obseruatione iudicij adhuc enim delictum remanet

remanet occultum, quid autem intersit inter sententiam interloqutoriam, & difinitiuam vide
211 Couar. lib. 1. var. cap. 1. num. 8. † Dicetur pariter delictum non deductum ad forum contentiosum si iuditium sit finitum licet reus fuerit punitus Sanchez Barbosa locis citatis, & alij raxiones vide apud ipsos Absoluto autem reo existente delicto occulto etiamsi publicetur deinde, vel deducatur ad forum contentiosum adhuc absolutio suffragatur quoad peccatum in foro conscientiæ quoad censuram, vel irregularitatem etiam in foro fori ex benigna Episcopi, vel iudicis admissione Henriq. lib. 14. sum. cap. 21. §. 1. litt.
212 E. in textu, & comm. † An autem existente delicto in vno loco publico in alio autem secreto, qui potest super occultis possit aliquid super isto in loco vbi est occultum non concordant Doctores, Ego ita distinguo si est ita occultum, & spes certa sit fore vt ibi nunquam publicetur puto posse, ea autem spe cessante non posse.

213 † Ex dictis collige lector quotiescumque à facultate absoluendi vel dispensandi excluduntur casus notorij, vel includuntur occulti posse à talem facultatem habente absolui, & dispensari quotiescumque delictum etiam est notorium tribus quattuor aut etiam quinque semper, & etiam pluribus iuxta numerum populi in loco existentis, & etiamsi de illo sit fama certa, dummodo aliqua tergiuersatione possit celari, & de illo non constet ex confessione rei aut ex actis iuditij, vel sententia iudicis, & licet delictum sit notum in ratione facti, non in ratione delicti, & licet sit etiam notum in ratione delicti, sed non nota pæna secundum aliquos.

214 † Nunc sequitur videndum an concessa in Bulla Iubilæi amplissima facultate absoluendi ab omnibus casibus etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & in Bulla Cænæ vt nunc de facto concessit Innocentius X. censeatur concessa facultas tollendi irregularitates. Pro qua difficultate soluenda.

215 † Noto 1. Aliquas esse irregularitates ex delicto alias ex defectu. Ex delicto sunt quæ contrahuntur ab excommunicatio celebrante ab interficiente hominem culpabiliter &c. Ex defectu ob bigamiam, ob homicidium iustum &c. Irregularitates ex defectu non venite in quæstionem certum est apud omnes istæ enim omninò excluduntur tota difficultas est de ijs quæ contrahuntur ex delicto.

216 † Noto 2. Nerunm istius difficultatis consistere præcipue in hoc an sub nominæ censuræ veniat irregularitas ex delicto, quæ est pæna his ita positis. Aliqui affirmant posita dicta facultate venire etiam concessionem tollendi irregularitates dictas: Alij verò negant Auctores pro vtroque sententia refert Bossius loc. cit. sect. 1. cas. 11. Ego puto à communi non esse recedendum ob multas rationes quæ à Doctoribus afferuntur, & præcipue, quia Summus Pontifex non est censendus concedere ea quæ speciali indigent concessione neque in Iubilæo quæ est gratia amplissima nisi sint necessaria pro illius consequtione, cum ergo liberatio ab irregularitatibus istis non sit necessaria ad hunc effectum, vtique neque erir dicendum esse concessam: Aduerte tamen quod posita etiam contraria sententia, ex qua deducitur, quod dum Summus Pontifex in Bullis collationis beneficiorum inserit clausulam, teq; absoluentes à censuris omnibus, absoluat etiam ab irregularitate ex delicto, quæ iuxta illam est censura, est diligenter inspiciendum an adsit, hæc alia clausula ad effectum tantum præsentum consequendum quia si reperiatur expressa talis clausula, non est censenda absolute ablata irregularitas, & aliæ censuræ, sed tantum ad effectum præsentiam idest tolluntur tantum quatenus impediunt effectum præsentium.

217 † Aliud etiam est dubium consurgens ex decretis Concilij Prouincialis Mediolanensis vltimo loco celebrati quod est septimum, in quo disponitur tit. de Sacra. Pænit. vers. Qui criminis alicuius &c. ne Socius aut particeps alicuius criminis seu culpæ mortalis complicem audiat in confessione, & subditur Interdictum sciat sibi munere audiendæ confessiones, & in Synodo vndecima non solum adimitur iurisdictio, sed etiam additur excommunicatio reseruata Episcopo. Pro pleniori elucidatione videbimus quid dicendum de iure communi, deinde quid supposita dicta dispositione, & hoc tam quoad regulares quam quoad sæculares confessarios.

218 † Præscindendo ergo à dicta dispositio ne. Nullus confessarius siue Regularis, siue sæcularis excepto mortis articulo, cum nullus alius est confessarius, debet excipere confessiones complicis in eodem delicto tum ad euitandum periculum, tum etiam ob maiorem fructum qui percipitur ex confessione facta non complici ob maiorem erubescentiam. S. Thomas in addit. ad 3. part. quæst. 20.
219 art. 2. ad 1. † est tamen valida confessio cessante periculo, & scandalo, & si pænitens vere doleat de præteritis cum proposito abstinendi in futurum idem S. Thomas, & alij, & ideo si habeat requisita ad confessiones audiendas tempore Iobilæi est eligibilis, & ista præsciudendo ab edictis vel decretis Episcoporum, quod si aliquod huiusmodi decretum extet.

220 † Dico 1. esse optime inspiciendum tenorem decreti, & perpendendum, an sit demptio, vel suspensio facultatis, an verò talis sit probibitio, vel potius quædam admonitio.

Dico 2. Me non determinare nunc an regulares subdantur legibus, vel decretis Conciliorum prouincialium. Sed tantum an hoc ligentur quatenus spectat ad approbationem pro confessionibus audiendis.

221 † Dico 3. Regulares iam non approbatos, si subsit legitima causa talem approbationem suspendendi, affici tali decreto, & in posterum qui approbabuntur, tali limitatione censebuntur approbati, si vero non adsit sufficiens causa decretum erit irritum respectu illorum, quia Episcopi in hoc excederent suam facultatem, quæ non extenditur ad restrictionem approbationis ad confessiones nisi ex causa: Necesse tamen erit quod exprimantur specifice regulares, vt obligentur, quia legibus Synodalibus, vel Prouincialibus iure ipso non subduntur, subduntur autem in hoc casu, quia, cum ex speciali concessione quoad hoc Episcopis subijciantur, reuiuiscit quodammodo etiam quoad ista decreta facultas ordinaria Episcoporum, quæ per exemptionem erat extincta: debet tamen causa esse vniuersalis.

222 † Dico 4. Nisi adsit legitima causa, & sit probata non possunt iam approbati suspendi, quia facultas ordinariorum ad summum ad hoc se extenderet admissis declarationibus S. Congreg. quæ circumferuntur, præsciudo autem ab illis datam approbationem illimitate non possunt amplius limitare, quia illis conceditur tantum facultas approbandi, & non limitandi; facultates autem

non

non supponuntur quando constat de exemptione nisi probentur. Quotiescumque tamen Episcopus aliquas pœnas, vel censuras addit illis nullo modo ligantur nec afficiuntur Regulares iuxta alibi dicta.

223 † Dico 5. Sæculares confessarios omnes hoc tali decreto quocumque modo feratur, affici, & arctari ratio est quia subduntur Concilijs, & Synodis absque vlla exceptione. In spetie autem prohibitationis in Archiepiscopatu Mediolanensi factæ in concilio puto non adesse in illa suspensionem facultatis audiendæ confessionis, sed potius esse quandam monitionem, ac si diceret sciant confessarij in sententia aliquorum Doctorum sibi esse interdictum munere audiendi confessiones si fuerint Socij criminum. Illa enim verba. Sciant sibi interdictum munere &c. non videntur sufficientia ad inducendam priuationem, quod potest etiam probari, eo quod in Synodo expresse se explicauerit cum enim in Concilio Prouinciali decretum extendatur etiam ad regulares, & Iurisdictio Episcopi sit limitata, ideò mitius actum est, quã in Synodo, vbi omnes Episcopo pleno iure subduntur. Ex quibus patet quando confessarius sit eligibilis, vel non ex facultate eligendi facta in Iubilæo, si enim sit interdictus munere audiendi confessiones non censetur quoad hoc approbatus, quod est necessarium, vt eiusdem facultatis beneficio possit vti ille qui eligit si non est interdictus sed monitus tantum est eligibilis.

224 † Non immoror in explicatione illius dubij an peccans, quia audit esse cito promulgandum Iubilæum, & ideò speret se absolutum iri, possit gaudere tali priuilegio licet enim aliqui senserint non posse ab alijs tamen etiam asstritur posse cum quis, & ego puto esse tenendum, supposito tamen quod nulla sit in bulla exceptio eorum, qui spe veniæ peccant si enim ista adsit, secundum illam est tenendum.

225 † Hic vnum adnotabo spem obtinendæ absolutionis dupliciter posse concurrere ad peccatum, vel tantum concomitanter, ita vt reddat solum negligentem sperantem consequi absolutionem in euitandis peccatis præbendo occasionem negligentiæ. Vel positiue influendo quia videlicet gauisurus gratia, & priuilegio ideò decernat peccatum, & actu peccet, & vtroque ista spes potest esse tantum peccati, vel etiam perseuerandi in peccato, ista secunda quæ est causa perseuerantiæ est circumstantia pertinens ad præsumptionem, & auget peccatum, prima vero non pertinet ad præsumptionem nec auget peccatum sed minuit Ita vterque Thomas 2. 2. quæst. 21. art. 2. ad 3. His positis.

226 † Dico peccantem spe veniæ, quæcumque illa sit, posse gaudere priuilegio, quo conceditur facultas absoluendi à tali peccato si patratum non esset tali spe. Ratio est; quia verba generalia in priuilegio generaliter prolata sunt etiam generaliter intelligenda. Deinde hic casus nullibi est exceptus ergo in iubilæo, & alijs gratijs continetur. Quod si dices mereri amittere priuilegium qui sub spe illius peccat, vt probat Conar. lib. 2. varia. c. 20. nu. 15. Respondetur mereri amittere, non tamen eo ipso illud amittere, nisi in priuilegio hoc exprimatur patet in priuilegio immunitatis Ecclesiarum, quo non gaudent delinquentes in Ecclesia, quia exprimitur gaudent autem qui extra delinquunt licet animo ad illam confugiendi, quia de hoc nulla est facta mentio, & tamen peccatum est commissum spe immunitatis.

227 † Neq; multo minus immorabor in soluendo illo dubio, an quis possit gaudere priuilegijs iubilæi in ijs, quæ post Iubilæi publicationem, vel gratiæ consequtionem acta sunt, Communis enim sententia affirmat quoad Iubilæum, & latissime probat Nauar. de Iubil. notab. 34. num. 4. vers. Sed contra, & probatur ratione in præcedendis difficultatis probationem allata, videlicet, quod priuilegium est late interpretandum, nec limitan-

228 dum vbi non limitatur in se ipso; † Sed contra facit; quod lex quatenus respicit futura in ea parte qua delictum condonat restringitur ad præterita etiamsi verbis vtatur aptis tempori futuris argumento cap. Ex parte, de consuet. & ex l. Cum lex ff. de leg. & l. Castitati. C. ad leg. Iub. de adult. Respondet: ex Nauar. in reper. cap. Ad hæc de Præben. & præcitato loco de Iub l. num. 4. Non qualemcumque materiam delinquendi esse sufficientem ad restringendam legem, sed illam tantum quæ reddit legem iniustam: Cum ergo ex eo, quod conceditur priuilegium Iubilæi ob bonum animæ licet sequatur, quod aliqui peccent non ideò fiet, quod lex non sit iusta, & sancta, sicuti esset iusta lex quæ concederet patribus posse instituere hæredes filios spurios, licet esset aliquo modo inductiua ad liberius peccandum, & est Sanctissimum Pænitentiæ Sacramentum, licet aliqui spe veniæ in eo consequendæ in peccata prolabantur. Ad l. Cum lex respondetur haberi tantum hæc verba. Cum lex indulget, futurum vetat, quorum sensus est, quod lex vel princeps condonans aliquid de præteritis, declarat esse malum, ideò illud vetat, non enim condonaret nisi pœnam mereretur. Ad l. Castitati respondetur esse veram in foro fori, & exteriori non enim condonantur delicta futura, quia respublica perturbaretur; Idem dicendum de alijs facultatibus quæ simpliciter concessæ absque vlla limitatione extenditur etiam ad commissa post concessionem, sed de istis alias satis diximus.

229 † An autem quis possit pluries absolui à reseruatis, dispensari in votis, & gaudere alijs priuilegijs in Iubilæo concessis. Dic quod, vel assequtus est iam Indulgentiam, vel non; Si assequtus est Indulgentiam non poterit amplius in illa hæbdomada gaudere poterit tamen in sequenti repetere opera iniuncta, & iterum lucrari Iubilæum, & priuilegijs frui. Si autem indulgentiam non sit consequtus poterit semper absolui donec consequtus fuerit; ratio autem ea est, quod istæ gratiæ conceduntur pro assequendo Iubilæo ergo durant quoadusque sit comparatum, & eo comparato ces-

230 sant. † Neq; obstat quod in Bulla dicatur pro hac vice tantum quia intelligitur pro hac vice qua Iubilæum comparatur, & idem dicendum si addatur pro vna vice tantum quia intelligitur pro vna vice non ratione Indulgentiæ, & priuilegiorum sed pro hac vna vice istius Iubilæi. Suarez de Relig. to. 2. tract. de voto lib. 6. c. 16. num. 17.

231 † Inter opera quæ iniunguntur in Iubilæo hoc etiam vnum est præcipuum quod fideles Deo fundant preces vt dignetur S. Pontifici Iubilæum concedenti vires tribuere quibus susceptum onus ad eius nominis gloriam fideliumque, & animæ eiusdem Pontificis salutem administrare valeant; ita solent omnes, & nunc fecit Sanctiss. Innocentius

232 X. † Ex qua clausula oritur dubium, an si intra tempus Iubilæi contingat mori Summum Pontificem cesset etiam Iubilæum, & consequenter gratiæ in

in illo concessæ. Cui respondemus non cessare Ra-
tio est quia finis principalis quo Iubilæum conce-
ditur non est bonum particulare huius numero
Pontificis, sed bonum vniuersale totius Ecclesiæ,
quod morte Pontificis non cessat. Neq; huiusmodi
gratiæ absque vlla limitatione concessæ expirant
morte concedentis.

233 † Additur etiam in Iubilæis alia clausula nempè
iniuncta tamen eis pænitentia salutari, ex qua na-
scitur aliud dubium an Confessarius teneatur in-
iungere pænitentias salutares, & respondetur
teneri ita Filliuc. tract. 8. cap. 10. num. 28. quia
ita præscribitur. Solet tamen tempore Iubilæi
iniungi leuior pænitentia satisfactiua ita Henri-
quez lib. 5. capit. 22. §. 6. attamen salutaris est
imponenda videtur enim id requirere Summum
234 Pontificem; † An autem teneatur pænitens ac-
ceptare animo illi satisfaciendi an sufficiat accep-
tare animo satisfaciendi per assequtionem Indul-
gentiæ speculatiue videtur dicendum sufficere
in praxi autem non est consulenda, sed pæ-
nitenti suadendum, vt iniunctam pænitentiam
faciat. Loquor de pænitentia mere satisfactiua,
nam de præseruatiua, & de illa quæ spectat ad Iu-
stitiam, vt restitutio rei, & famæ dico istas semper
esse exequendas, non enim istis satisfit per Indul-
gentiam.

235 † An autem in Iubilæo possint commutari,
minui, vel relaxari pænitentiæ iam iniunctæ. Si
loquamur de pænitentijs solemnibus, & publicis
dico certum esse non posse, nisi expresse hoc con-
cedatur; quia facultates absoluendi concessæ in
Iubilæo respiciunt tantum forum Conscientiæ, nisi
aliter exprimatur, ita Sotus in 4. dist. 20. q. 2.
art. 3. ad finem Henriq. lib. 5. c. 22. §. 1. Suarez
de pænit. disp. 50. sect. 2. nu. 10. & alij. Difficultas
est de alijs pænitentijs ad forum conscientię perti-
nentibus pro qua.

236 † Dico 1. Confessarium qui pænitentias iniun-
xit, siue præseruatiuæ, siue satisfactiuæ sint, quan-
documq; ex iusta causa ei bona visum fuerit posse
vel in aliam mutare, vel minuere; licet enim iudex
in foro fori non possit pænam in sententia difiniti-
ua latam mutare, vel minuere per tex. l. iudex
posteaquam ff. de re iudicata. cap. venerabilis de
off. deleg. ideò hoc est quia sententia transit in
rem iudicatam quod in foro conscientiæ non con-
tingit, ideò licet non possit in illo potest in isto, &
probatur ex cap. Præsbiter 82. dist. cap. tempore
pænitudinis 26. quæst. vlt. & cap. Transmissæ de
eo qui cogno. consang. & tenent Sot. in 4. dist. 20.
quæst. 2. art. 3. Nauar. in Manual. cap. 26. nu. 22.
Suarez de pænit. disp. 38. sect. 10. nu. 3. Henriq.
lib. 5. cap. 21. §. 8. & alij.

237 † Dico 2. Confessarium habentem æqualem, &
multo magis maiorem potestatem posse commu-
tare, vel minuere pænitentiam ab alio confessario
equali, vel inferiori impositam, Angelus verbo
Confessio 6. num. 4. Siluester Confessio 1. nu. 31.
Nauar. cap. 26. nu. 22. Henriq. lib. 6. c. 22. §. 1.
Suarez loc. cit. nu. 4. & alij ratio est quia in tribu-
nali fori conscientiæ tam interiori quam exteriori
omnium confessariorum est equalis potestas, &
licet inter se distinguantur quoad munus tamen
iudicandi inter illos non datur, nec superioritas,
nec inferioritas. Vide Henriq. loc. cit. §. 8. lit. G.
238 in text. & comm. † facta tamen commutatione,
vel diminutione pænitentiæ adhuc erit liberum
239 pænitenti quam maluerit peragere. † Imo poterit
etiam omnem pænitentiam relaxare confessarius
si ita iudicauerit prudenter expedire, vel cognoue-
rit pænitentem alio modo satisfecisse, vel cessasse
occasionem pro euius perseruatione fuerat impo-
sita Suar. d. disp. 38. sect. 10. num. 6. & sect. 1.
num. 7. Fagundex in 5. præcepta præcep. 2. lib. 9.
240 cap. 4. num. 15. † Limita tamen, nisi superior,
vt Episcopus, vel Papa sibi reseruassent commuta-
tionem Pænitentiæ Siluester confessio 1. num. 31.
Henriq. loc. cit. lit. K. Recte tamen faciet confes-
sarius si pænitentem remittat pro mitigatione, vel
commutationem pænitentiæ ad primum confessa-
rium si facile fieri potest. Nauar. cap. 26. nu. 21.
& ista quoad non reseruata.

241 † De reseruatis, licet multi non improbabili-
ter sentiant non habentem facultatem absoluendi
à reseruatis, posse tamen diminuere, vel commu-
tare pænitentiam iniunctam ab habente faculta-
tem absoluendi, & sunt Valent. to. 4. disp. 7. q.
14. p. 4. Vasq. de pænit. q. 94. art. 2. dub. 3. nu. 9.
Valerus verbo Iurisdictio differ. 1. num. 7. & alij.
Ego tamen puto non posse ratio est. Quia non
potest cognoscere de peccato, ergo neq; de pæna,
quæ ita manet affecta iuditio infligentis, vt licet
reseruatio sit ablata per absolutionem peccato-
rum, ipsa tamen remaneat data pro reseruatis de
quibus non est iudex inferior confessarius, excipi-
tur tamen per Epicheiam casus vrgentis necessita-
tis in quo potest etiam inferior Angelus confess. 6.
§. 4. Siluester confessio 1. num. 21. Nauar. c. 26.
num. 22. Roderiq. 1. par. sum. cap. 56. num. 8.
Suar. loc. cit. num. 14. & Fagund. item loco cit.
num. 18. & alij.

242 † Pro minuenda autem vel commutanda pæ-
nitentia requiritur iusta causa, & rationabilis,
pænitentia enim est præstanda non solum ex præ-
cepto confessarij, sed etiam vt pars integralis Sa-
cramenti à Christo instituti; sicut ergo ad dispen-
sandum in lege requiritur iusta causa, ita, & in
commutatione pænitentiæ, & maior causa requi-
retur ad minuendam; vel omninò tollendam, quam
243 ad commutandam in equalem, † causæ autem
sufficientes non est negligentia pænitentis in pæ-
nitentia peragenda, sed difficultas illius peragen-
dæ, vel periculum animæ, vel corporis, vel pericu-
lum male illam adimplendi ex fragilitate vel obli-
uio iam impositæ. Nauar. Henriq. Suarez Layman
loc. cit. & alij.

244 † Pro commutatione autem, vel mitigatione
iniunctæ pænitentiæ, si fiat ab eodem confessario,
qui illam iniunxit, communissima sententia est
sufficere prædictum confessarium recordari pecca-
torum iam confessorum, & pænitentem petere
pænitentiæ, vel commutationem, vel diminutio-
nem, quia recte de illis potest ferre iuditium, vel
saltem recordari status illius pænitentis eadem
ratione. Quod si oblitus sit peccatorum, & status,
& nolit pænitens neq; generaliter confiteri, vide-
tur non possit fieri commutationem; & ita etiam, si
aliquod lapsum sit tempus, quia cum non recorde-
tur confessarius peccatorum, nec status non vide-
tur posse ferri iuditium rectum, & cum aliquod
spatium temporis intercesserit non videtur idem
esse iuditium, & ita sentiunt multi. Sot. Suarez
quos refert Filliuccius tract. 8. cap. 2. num. 49. &
Fagund. 2. precept. lib. 9. cap. 4. num. 17. & alij
quoad confessarium qui confessionem excepit;
quoad alios confessarios, qui confessionem non
exceperunt, Siluest. verbo confessio 1. num. 31.
Soto Suar. Filliuc. & Fagund. loc. cit. & alij asse-
runt semper omninò confessionem esse iterandam,

quia sententia non debet ferri incognita causa. Alij tamen asserunt non esse necesse quod confessarius recordetur peccatorum, vel status pœnitentis, nec vllam esse habendum rationem propinquitatis, vel distantiæ temporis, & multo minus esse necessarium repetere confessionem sed sufficere exprimere pœnitentiam iniunctam, & causam qua motus pœnitens petit commutationem, vel mitigationem. Ex qualitate enim iniunctæ pœnitentiæ, & ex causa commutationis, vel mitigationis potest prudens confessor ferre iuditium de eo quod sibi agendum est; & licet ad hoc, vt peccatorum possit ferre iuditium requiratur peccatorum cognitio, non tamen eadem peccatorum cognitio requiritur in commutatione, vel diminutione pœnitentiæ, quia non est tunc ferendum iuditium, peccatorum; sed sufficit cognitio pœnitentiæ, & causæ, quia de pœnitentia est ferendum iuditium, & causa dat modum; hoc dictum tenent Nauar. cap. 26. nu. 22. Zerola in praxi pœnit. cap. 15. quæsit. 12. Henriquez lib. 5. cap. 22. §. 1. littera F. & alij quos ipse citat.

245 † Quod si pœnitens oblitus sit pœnitentiæ sibi iniunctæ etiam culpabiliter, non tenetur iterum confiteri, vt iterum pœnitentia iniungatur, quia est effectus impotens ad præceptum exequendum, qui autem efficitur impotens ad exequendum præceptum ad illud non tenetur, etiamsi ex culpa hoc accidat, quod si pœnitentia sit satisfactiua poterit indulgentijs illam supplere; Si verò præseruatiua, alia sibi ipsi præscribere poterit remedia præseruationi conuenientia; Attamen talis pœnitentia non erit Sacramentalis.

246 † Si tamen pœnitens credat confessarium recordari saltem sui status, tenetur illum adire, si commode potest, vt integritati satisfaciat confessionis, recipiendo, & exequendo debitam pœnitentiam; nisi tamen vellet pro suis peccatis satisfacere in alia vita. Nec tenetur si nolit ad aliam actionem piam loco pœnitentiæ ob oblitæ, quia illa actio, non alia fuit à confessario imperata Regin. to. 1. lib. 7. cap. 8. num. 85. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 5.

247 num. 17. † & idem dicendum si à confessario imposita fuit pœnitentia improportionata, vel ipsi pœnitenti, vel ipsis peccatis, quia cessante obligatione talis præcepti ad nihil aliud tenetur; ijsdem

248 Doctores supracitati. † Aduerte tamen hoc esse intelligendum, vt eximatur ab obligatione satisfaciendi iniunctæ pœnitentiæ. Cæterum remanet obligatio satisfaciendi pro peccatis pro quibus

249 satisfactum fuisset pœnitentiam exequendo. † Si tamen improportionatam pœnitentiam velit pœnitens reduci ad æquitatem, hoc poterit, vel ab eodem confessario, vel ab alio quouis prudente confessario, vel etiam à se ipso pœnitente, si de istis rebus peritus sit, non enim ista cognitio est actus iurisdictionis, sed prudentiæ. † Addo si pœnitentia sit improportionata quia nimia, & remanente eadem materia iniuncta pœnitentia reducatur ad æquitatem dempta ea parte, qua excedit, adhuc pœnitentiam remanere sacramentalem, quia vtile per inutile non vitiatur, & adhuc est pœnitentia iniuncta sed iuste; quod si in totum tollatur non amplius remanere sacramentalem, si ab ipso pœnitente fiat permutatio.

250 † An autem ista commutatio, dispensatio, vel mitigatio pœnitentiæ possit fieri extra Sacramentum pœnitentiæ, an vero necessario sit facienda in confessione, ita vt necessario sint exprimenda, vel aliqua peccata iam confessa, vel aliqua commissa post confessionem primam, ea clauibus subijciendo. Respondeo 1. In hoc conuenire Doctores, quod si pœnitens redeat ad confessarium intra quattuor, sex, aut etiam octo dies, potest sine confessione commutare, minuere, aut relaxare, quia censetur idem iuditium, quæ enim fiunt in continenti, censentur inesse l. legem C. de pactis, & cap. Præterea de testib. cog. & ita sentit Henriq. lib. 7. cap. 17. §. 1. & alij. Respondeo 2. pariter conuenire fere omnes Doctores, Confessarium, siue sit ille, qui pœnitentiam imposuit, siue alius, dummodo non sit superior illi, qui imposuit, extra confessionem non posse commutare, diminuere, vel tollere pœnitentiam, si pœnitens pro commutatione dispensatione, vel mitigatione redeat post tantum tempus, vt non possit dici idem iuditium, vt respectu confessarij eiusdem post tempus ad summum octo dierum; respectu vero aliorum confessariorum, nunquam id sibi licere, quia nunquam ab eis captum fuit iuditium, & probatur quia potestas confessarij est iudiciaria ergo iuditium debet actu permanere, vt aliquid circa ipsam possit fieri. Non enim sententia data potest reuocari, vel modificari à non iudice non superiore, & tenent Soto in 4. dist. 20. quæst. 2. art. 3. ad fin. Henriq. lib. 5. cap. 22. §. 1. lit. F. Suarez. disp. 38. sect. 10. num. 10. Fugund. 2. præcept. lib. 9. cap. 4. nu. 17. Layman. lib. 5. tract. 4. cap. 15. nu. 2. Filliuc. tract. 8. cap. 2. num. 49. & alij.

251 † Nota autem aliud esse dicere pro commutatione, relaxatione, vel mitigatione penitentiæ necesse esse repetere peccata, aliud id non posse fieri extra confessionem, primum enim respicit prudentiam; secundum Iurisdictionem, quæritur enim in primo an sit necessaria cognitio peccatorum, vt possint fieri in 2. an sit necessaria confessio, vt Iurisdictio possit exerceri, & hoc est notandum pro intelligentia Doctorum.

252 † Respondeo tertio per acquisitionem Indulgentiarum pœnitentem satisfacere obligationi adimplendæ pœnitentiæ, & superiores secundum eorum facultatem dispensando indulgentias; sed iste modus non tollit obligationem directe, impositam à confessario; sed indirecte auferendo materiam pro qua imposita est obligatio. Cum enim pœnitentia sit imposita ad satisfaciendum pœnæ, cum pœna per indulgentiam relaxetur, indirecte cessat obligatio illi satisfaciendi.

253 † Maior est difficultas. An superior extra confessionem, non dispensando indulgentias, sed virtute clauium possit commutare, tollere, vel diminuere pœnitentias ab inferiore, vt Episcopus respectu inferiorum, & Papa respectu Episcopi, & aliorum. Negant aliqui; alij affirmant. Ego ita puto dicendum posse superiores; quia, licet imponere pœnitentiam in foro pœnitentiæ sit potestatis diuinæ; esse tamen hic, & nunc impositam est præcepti humani, nempè confessarij, qui cum sit inferior in eius præcepto poterit dispensare superior; Pœnitentia tamen illa, quæ subrogatur non erit eleuata ad actum Sacramentalem, quia Sacramentalis pœnitentia non potest imponi extra Sacramentum, & ita conciliando intelligo dictas contrarias sententias quas affirmatiue tuentur Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 14. par. 4. Henriq. lib. 7. cap. 17. §. 1. lit. C. & negatiue Soto dict. art. 3. Suarez Fagund. Layman Filiuc. locis citatis, & alij.

254 † Ex traditis patet, quid dicendum de relaxatione, commutatione, & diminutione pœnitentiæ iniunctæ, siue ab eodem, siue ab alio confessario, & simul an sit necessaria cognitio pecatorú, vel status

pænitentis; an sit facienda extra, vel in confessio-
255 ne, & ista de pænitentijs satisfactiuis. † De præseruatiuis enim dicimus, illas cessare statim ac omninò cessat periculum reincidendi, istasque posse extra confessionem à quocumque commutari; & etiam ab ipso pæniteute, si de istis sit peritus; non enim pertinent proprie ad Sacramentum pænitentiæ neque proprie sunt partes illius valetus verb. Iudex diff. 13. num. 5. in fine, & alij.

256 † Ex istis etiam patet responsio propositæ difficultati quid possit superior in relaxandis commutandis, & minuendis pænitentijs tempore Iubilæi Inspiciendum est Bulla, & videndum quid possit circa reseruata, & secundum facultatem absoluendi regulabitur etiam circa potestatem pænitentias commutandi &c. in confessione tamen iuxta tradita.

Contingit etiam sæpe, vel exprimi in bulla concessionis facultatis absoluendi, vel ipso iure inesse, ne confessarius absoluat pænitentem, nisi satisfacta parte ideò quid hæc clausula importet duxi elucidandum. Pro qua.

257 † Noto 5. Nomine partis intelligi illam personam, cui facta est iniuria, intelligo nomine personæ omnes illos, qui damnum patiuntur, non autem venit nomine partis conditor legis, vel censuram ferens, vel Imperans ferendum. Satisfactio est ergo facienda illi cui iniuria particularis, non autem generalis infertur. Ex eo enim, quod quis transgreditur præceptum, vel legem infertur iniuria sed generalis; ex eo quod quis concubinam retinet infertur iniuria Ecclesiæ sed generalis. Ex eo quod aliquis offenditur in corpore, fama, in honore, vel rebus, infertur iniuria particularis, quæ cum pertineat ad iustitiam commutatiuam, inducit obligationem satisfaciendi, non vero prior, quare si quis sit excommunicatus eo quod nolit restituere quod iussus fuerit aliquid facere, & noluit aut quia sit publicus, & notorius clerici percussor, & nolit satisfacere nisi præmittat satisfactionem regulariter non est absoluendus Siluest. verb. absolutio 3. num. 3. Nauar. cap. 1. num. 54. de pænit. dist. 6. Couar. cap. Alma mater par. 1. §. 11. num. 11. Henriq. lib. 13. cap. 28. §. 1. Suarez de cons. disp.
258 19. sect. 2. & alij. † Aduerte tamen, quod particulari offensæ satisfaciendum est particulari satisfactione, vniuersali autem etiam vniuersali, vt si quis clericum percusserit, tenetur satisfacere clerico debita satisfactione correspondente illatæ iniuriæ, sique percussio fuit publica, & ideò inde etiam orta in populo publica offensa, publicæ etiam offensæ debet satisfacere, quod faciet publicè se reconciliando quo non est necesse si percussio fuerit secreta Sayrus lib. 2. Thesa. cap. 18. nu. 6. & 7. qui plures citat, quæ autem & qualis sit satisfactio exhibenda non est huius loci tractare vide Bossium de Iubil. sect. 1. casu 21. §. 2. à num. 13.

259 † Aliquando satisfactio est exhibenda, & absolutio est danda in foro fori, & tunc satisfactio, si fieri potest, absolutioni semper præmittenda est, cap. Ex parte de verb. signifi. & cap. A nobis el 2. de senr. excom. Si vero non sit omninò impotens, sed si velit satisfacere parti magnum damnum patiatur, videndum est, an idem damnum, vel maius patiatur in eodem genere bonorum ille, cui debita satisfactio est exhibenda & dicendum secundum communes regulares in hac materia, & hoc in
260 foro conscientiæ. † Quare in foro fori, & exteriori hæc praxis obseruanda est. In casu impotentiæ quando causa est aduocata ad se per Iudicem, vel excommunicatio ad instantiam partis est lata; cõfessarius in illius cognitione nullo modo se debet ingerere sed pars debitrix; vel debet conuenire cum parte, vel ante iudicem probare suam impotentiam Sotus 4. dist. 22. quæst. 1. a. 3. conclus. 2. Nauar. cons. 75. de reg. dub. 11. num. 11. Caiet. in sum. verb. Absolut. cap. 4. Couar. cap. Alma mater par. 1. §. 11. num. 7. Henriq. lib. 13. cap. 28. §. 2. lit. H. & alij apud istum. Ex quibus patet quod quando Episcopus inhibet confessarijs ne absoluent eos, qui legata ex pijs defunctorum voluntatibus soluere tenentur, licet impotentiam allegent, & auocat ad se cognitionem istius impotentiæ in foro fori, nihil posse neque in foro pæniten-
261 tiæ confessarios. † In foro autem conscientiæ, & interiori, quando causa non spectat ad iudicem, debet esse valde prudens confessarius neq; debet tam facilem se præbere credendo pænitenti alleganti impotentiam. Mihi enim in facto sæpe contigit, vt allegantem omnimodam impotentiam facile adduxerim ad soluendum, inuestigando enim ab ipso rationes suæ impotentiæ, expiscatus sum illum esse potentem. Imo addit Siluest. Excom. 2. dub. 12. Henriq. lib. 7. cap. 13. §. 2. lit. Q. Quod si rigidus iudex debitori ad instantiam partis excommunicato denegaret ablolutionem, etiam allegantem suam impotentiam, non debet confessarius omninò absoluere. Quod & tu dic de cæteris similibus casibus.

262 † Quæ autem cautio requirenda sit ab eo, qui est absoluendus in foro conscientiæ, quando vere est impotens: Respondeo, vel offensa, & dubium est certum, & impotentia est certa; & sufficit propositum satisfaciendi, cum pet potentiam ei licebit; Si verò sit dubium sufficit propositum satisfaciendi quando illi constiterit Primum tenet Nauar cap. 27. num. 272. Henriq. lib. 7. cap. 13. §. 2. lit. 5. & cap. 28. §. 3. lit. A. & alij secundum tenent Layman lib. Valerus, & alij citati à Bossio loc. cit. casu 11. §. 4. num. 54.

Et hæc dicta sunt quando non est expressa in
263 Bulla clausula satisfacta parte, † at quando exprimitur maior est difficultas, quia videtur esse ablatiuus absolutus, & ideò formam importans Respondeo ergo quotiescumque exprimitur, satisfacta parte, in bulla Iub. vel quacumq; alia facultate, si causam ad se auocauit iudex data quacumq; impotentia non potest de illa cognoscere confessarius; sed pænitens est remittendus prius ad iudicem, vt ipse decernat, patet ex dictis, & probatur etiam, quia alioqui oriretur perturbatio reipublicæ, & possent oriri scandala, posset enim fieri quod confessarius absoluat, quem iudex condemnet.
264 † Quod si causa non sit auocata ad iudicem, licet sit expressa clausula, satisfacta parte, Sotus & 4. dist. 22. q. 2. art. 3. concl. 2. & Nau. cap. 27. nu. 48. & cons. 75. de Reg. dub. 11. num. 36. & 37. concedunt de iudice ordinario si constet de impotentia data solum cautione de satisfaciendo, quam primum poterit, vel cum solo proposito, si absolutio datur in foro conscientiæ; Alij autem non solum concedunt de ordinario; sed etiam de delegato virtute cuiuscumq; facultatis siue Iubilei siue cuiuscumq; alterius Medina lib. 2. Instruct. c. 12. Rodericq. in Cruc. §. 9. num. 55. Sanch. lib. 2. sum. cap. 20. num. 19. Suarez de cens. disp. 7. sect. 5. num. 41. & alij. Ratio est, quia mens S. Pontificis est ite explicanda, vt quisq; possit gaudere gratia à se concessa, nisi propria malitia reddat se incapa-

cem,

tem, & illa clausula est intelligenda, vt potius sit quædam admonitio, quam conditio, vel vt explicet magis, quod tacite inest, quod multis in locis legimus factum, ergo sicuti in foro conscientiæ potest confessarius absoluere impotentem, ita & poterit illa clausula expressa; non enim minus teneur satisfacere ex natura rei, qui debitor est non expressa illa clausula, quam illa expressa; sicuti ergo potest absoluere vere debitorem, ad satisfaciendum impotentem illa clausula non expressa, ita poterit ea expressa, & erit tantum admonitio illius quod tacite inest. Quod si instes esse conditionem respondetur esse intelligendam in casu potentiæ, non impotentiæ; ita vt importet conditionem respectu illorum, qui possunt non vero illorum, qui non possunt satisfacere. Ita tamen, vt si debitor sit omninò impotens ad satisfaciendum cum solo proposito sit absoluendus in foro conscientiæ: Si vero possit in aliqua parte satisfacere ad eam sit cogendus Corrad. 1. par resp. quæst. 172.

265 † Sed hic aliquis quæret, si non obstante expressione clausulæ sacerdos nihilominus absoluat, eritne valida absolutio? Resp. hoc posse quæri de ordinariam potestatem habente, & de delegato Rursus potest quæri in casu, quo in facultate dictæ clausulæ, satisfacta parte, non est addita clausula irritans, vel in casu in quo est addita, vt si dicatur non absoluatur nisi parte satisfacta & si absoluetur absolutio est irrita, vel sit irrita, vel alia similis, & aduerte nos hic non loqui de impotente sed de potente satisfacere: & si sermo sit de habente potestatem ordinariam, Dico, etiamsi exprimatur in facultate absoluendi clausula illa satisfacta parte, valide absoluere etiamsi non seruetur clausula satisfacta parte, quia ordinarius non recipit facultatem absoluendi, quam supponimus habere à iure ex illa speciali concessione, & ideò potest vti iure sibi competente illimitate, & illa clausula respectu illius est admonitio, & idem erit etiamsi nullam exegerit promissionem, vel cautionem. Siluest. Absolut. 3. nu. 3. Nauar. cap. 27. nu. 37. Henriq. lib. 13. cap. 28. §. 3. Suar. de cons. disp. 7. sect. 5. num. 42. & alij. Quod si addita sit clausula irritans alias non possit absoluere, alias absolutio data sit nulla, non valide absoluet quia tollitur omninò potestas absoluendi, Siluest. Excommunicatio vltimo nu. 6. Henriq. lib. 13. c. 28. §. 2. lit. Y. Suar. de cons. disp. 7. sect. 5. num. 44. & alij si verò addantur aliæ clausulæ Nullatenus absoluatur, nullo modo detur absolutio Henriq. & alij quos ipse citat tenent valere, quia illa verba important tantum præceptum non irritationem. Item si dicatur Nullius sit roboris, non valeat absolutio, tenet idem Henriq. absolutionem esse validam non præmissa satisfactione, sed ope exceptionis esse innalidandam non verò ipso iure inualidam respectu censuræ Suarez tamen loc. cit. ex Caietano asserit esse nullam, in foro conscientiæ data de peccatis ope exceptionis non est inualidanda, & ita de habente ordinariam iurisdictionem.

266 † De habente verò delegatam, si in Iubilæo, vel delegatione non exprimatur clausula satisfacta parte, sed tantum iure ipso insit, dico valere absolutionem datam etiam non satisfacta parte licet possit debitor satisfacere sine incommodo, dixi valere, non autem licite dari, & hoc supponunt tamquam certum Nauar. in Manual. c. 27. nu. 37. & verb. Absol. ab excom. num. 4. Suarez disp. 7. sect. 5. num. 43. Layman li. 1. tract. 5. p. 2. c. 6. num. 7. Filliuc. tract. 11. c. 9. nu. 295. & alij Non valide autem absoluet si addita sit clausula irritans non possit absoluere non valeat absolutio: ita præcitati Doctores; tollitur enim facultas absoluendi, nisi satisfacta parte.

267 † Grauius dubium est, cum in commissione exprimitur clausula absoluas, si tamen pænitens satisfecerit prius, vel prius satisfacta parte, licet non addatur clausula irritans Siluest. Soto Nauar. Couar. & multi alij quos allegat Bossius de Iub. casu 21. §. 6. negant esse validam Roderiq. Sanch. Layman. & alij quos idem Bossius ibidem allegat. affirmant. ratio negantium est, quod illa clausula cum sit ablatiuus absolutus videtur importare formam maxime in delegato, cui alias absoluendi facultas non competit; sed illam habet tantum ex commissione, quæ cum sit limitata ad partis satisfactionem, non est excedenda iuxta ea, quæ tradit Nauar. cit. cons. 75. nu. 36. per notabilem Gloss. in Clem. 1. verbo inhibentes, de iure patr. in qua habetur non valere actum ab eo cui est data potestas aliquid faciendi adiecta forma, nisi seruetur. Affirmantium vero est, quia illa clausula est potius admonitio quam forma, quia expressio illius, quod ipso iure inest facta in commissione, non indicit formam, seu conditionem, sed solum admonetur comissarius, vt seruet ea, quæ de iure seruanda sunt; Glossa singul. in Clem. 1. de off. deleg. in Gloss. magna quam Nauar. in cap. Si quando de rescript. except. 10. & idem docet Couar. in cap. Alma mater 1. p. §. 9. num. 8. de sent excom. in 6. & Sanch. lib. 3. de matr. disp. 33. nu. 3. multos referens & confirmant ex Innocent. in cap. Prudentiam de off. deleg. num. 9. asserente quod facta delegatione quod Petrus condemnatur in centum si Paulus debitum probanerit; quod, si iudex sententiam ferat pro Paulo etiamsi debitum non probet, sententia tenet. Ad hoc autem vt expressio illius quod tacite inest inducat formam necesse est, quod saltem nouo modo apponatur, & ita puto dicendum.

268 † Quod si quis ab excommunicatione contra ipsum latam, quia non satisfecerit, absolutus fuit, quia non potuit satisfacere cum promissione tamen satisfaciendi data oportunitate, ea data non satisfaciat, hoc casu potest quæri an reincidat in excommunicationem, & respondeo, quod, si fuit absolutus ab habente facultatem ordinariam, si solam promissionem aut cautionem dederit de satisfaciendo aut solum propositum habuerit, non reincidit, ita communiter Doctores Couar. l. cap. §. 11. num. 6. Henriq. lib. 13. cap. 28. §. 2. lit. R. & alij poterit tamen, & debebit iterum excommunicari à iudice per text. in cap. ad reprimendum §. quod si facere comtemserit, de off. ord.

269 † De delegato autem siue virtute Iubilæi siue alterius facultatis affirmat Nauar. cons. 75. de Reg. dub. 39. num. 12. hoc modo videlicet, vt absolutio valeat pro tempore tantum quo debitor assequitur iubileum deinde statim reincidat etiam si debitor non sit soluendo. Alij affirmant solum reincidere quando est factus soluendo, & non vult soluere Corrad. 1. p. resp. quæst. 172. vers. Nec per quodcumque amplissimum Iubilæum Valerus verbo absolutio diff. 2. num. 1. & alij per quandam declarationem Greg. XIII. quam refert Pegna in direct. Inquis. par. 2. com. 25. pag. 226. col. 2.

270 † Dico

270 † Dico tamen si absolutio sit data tantum in foro conscientiæ etiam per delegatum non esse ad reincidentiam Ratio est quia data, siue ab ordinario siue à delegato non est ad reincidentiam si sit simpliciter data nisi in delegatione, vel in iure exprimatur cap. ad reprimendam de off. ordin. & communiter tradunt Doctores, quos refert, & sequitur Boss. de Iub. sect. 1. casu 31. qua ratione idem dicendum est etiam de illo, qui absolutus fuit ab excommunicatione virtute Iubilæi, & tamen non assequutus est Iubilæum, quia prætermisit facere opera iniuncta, si tamen habuit animum lucrandi, quando absolutus fuit, Nauar. Miscel. de orat. 19. Suar. disp. 31. de pænit. sect. 4. nu. 5. & de cens. disp. 7. sect. 5. à num. 31. ad 36. Sanch. de matr. lib. 8. disp. 15. num. 22. & alij, quod si non habebat intentionem, neque absoluitur, quia facultas absoluendi data est in ordine ad acquirendum Iubilæum, ita ijdem; & quod remaneat absolutus, si habuit animum acquirendi Iubilæum, quando absolutionem recepit etiam si postea voluntarie, & negligentia culpabili non consequatur tradunt illi ipsi citati eadem ratione; neq. obstat dictis de excommunicat. ad reincidentiam declaratio Gregorij quia illa loquitur tantum de foro externo, & colligitur ex illis verbis. Sicq. ab omnibus quauis auctoritate fungentibus censeri, & iudicari debere. Sà verbo absolutio. num. 17. Neq. item obstat alia Pij V. quia ibi nihil de reincidentia; sed solum habetur absolutionem datam non satisfacta, vel concordata parte, non valere in foro contentioso.

271 † Si quæras quibus modis satisfiat debito. Respondeo, vel tradendo immediate pecuniam creditori, vel depositando illam in banco, vel apud aliam personam confecta tamen super hoc publica scriptura, vel etiam deponendo apud confessarium, vel per litteras cambij sine mora transmissas creditori. Glossa cum text. l. in litibus, C. de agricol. lib. 11. Siluest. restitutio 3. §. 4. & verbo solutio §. 3. Alex. cons. 130. vol. 4. Ant. Gabr. to. 2. com. tit. de solut. conclus. 8. Henriq. lib. 13. cap. 28. §. 2. litt. 5. Sanchez lib. 2. sum. cap. 20. num. 18. & alij.

272 † Dubitant etiam aliqui an habens facultatem absoluendi à censuris virtute Iubilæi possit vel tali facultate extra Sacramentum pænitentiæ. Pro solutione aduerte triplex assignari suorum ex Sanchez de matr. lib. 8. disp. 34. à num. 29. & lib. 2. sum. cap. 11. num. 13. & alijs Externum quod est idem ac contentiosum, & appellatur forum fori. Pænitentiale, quod exercetur in Sacra. Pænitentiæ, & medium, quod dicitur conscientiæ, in quo exercetur quidem iuditium quoad res conscientiæ, non tamen in Sacramento, sed extra confessionem, forum autem sacramentale, & forum conscientiæ dicitur forum poli. primum autem dicitur forum fori; his ita annotatis; Aliqui, vt Henriquez lib. 7. cap. 13. §. 2. litt. O. Roderiq. to. 1. q. Reg. 20. art. 7. Sanch. loc. cit. & alij asserunt, quando virtute Iubilæi, vel alterius concessionis delegatur confessario facultas absoluendi à censuris reseruatis, in foro interiori, siue conscientiæ nisi addatur alia clausula restrictiua; vt v. g. auditis eorum confessionibus, vel absoluas sacramentaliter, vel in foro pænitentiæ, posse talem confessarium absoluere extra sacramentum; ratio est, quia forum conscientiæ distinguitur à foro pænitentiæ, vt supra annotatum est, ideò concessa facultas ad forum conscientiæ non est restringenda ad forum pænitentiæ. Immo Roderiq. & Sanch. asserunt posse, etiamsi additum sit auditis eorum confessionibus, quia voluit illum ablatiuum absolutum referri ad absolutionem à peccatis, non autem ad absolutionem à censuris, & multo magis volunt id posse, quando datur facultas absoluendi à censuris nulla ex supradictis clausulis, addita. Omninò contrarium censent. Nauar. in Manuali cap. 26. num. 31. Suar. de censu. disp. 8. sect. 5. num. 36. Duardus in Bullam Cœnæ lib. 3. §. 2. q. 1. num. 40. volunt enim quotiescumq; datur facultas absoluendi per bullas, Iubilæum, aut alia priuilegia, etiamsi nullæ dictarum clausularum addantur, confessarium non posse absoluere extra Sacramentum Pænitentiæ, nisi in concessione id exprimatur, & multo minus si dictæ clausulæ fuerint additæ. Ex quo sequitur non posse impendi absolutionem ab excommunicatione, nisi simul impendatur à peccato. Ratio istorum est quia talis concessio datur tantum in ordine ad salutem animæ vtraq; sententia probabilis in praxi tamen secunda tutior. Ego tamen ita dicerem. Vel facultas datur in ordine ad assequendam Indulgentiam, & tunc puto verum non posse absolui extra Sacramentum; siue addantur, siue non clausulæ, quia facultas absoluendi datur in ordine ad assequtionem indulgentiæ, neq; hoc priuilegium admittit ampliorem interpretationem. Vel non datur in ordine ad indulgentiam, & tunc, si nullæ sint additæ clausulæ, puto verum posse absolui etiam extra Sacramentum, si vero addantur clausulæ vtramq; sententiam puto probabilem negantem magis tutam.

273 † Vidimus supra aliqua de absolutione satisfacta parte, & non satisfacta quoad forum interius, nunc dicendum, de absolutione ab excommunicatione impensa, satisfacta parte, sed in foro interiori, an suffragetur etiam in foro exteriori data virtute iubilæi, & Dico 1. Si facultas illimitate sit concessa absoluendi à censuris absolutio valet etiam pro foro fori; Si vero sit data tantum pro foro conscientiæ &c. non suffragatur regulariter in foro fori, ratio est, quia quælibet pæna imposita in foro interiori, non satisfacit pænæ debitæ in foro exteriori, & tenent Doctores, quos citat, & sequitur Bossius l. cap. casu 25. quare non obstante absolutione in foro conscientiæ poterit puniri in foro fori. Quod si parti sit satisfactum; Dico 2. Iuridice excommunicatum, & nominatim declaratum absolutum in foro conscientiæ gaudere beneficio absolutionis etiam in foro fori, & ita tenent Doctores apud eundem Bossium l. c. quos longa manu refert ratio est quia huiusmodi excommunicationes sunt latæ ad instantiam partis, qua satisfacta cessat rigor iuditij, & ita referunt colligi ex declarationibus Pij V. & Greg. XIII. nec iniuria infertur iudici cum ad aliorum instantiam tulerit censuram. Ex quibus corolarie deducitur excommunicatum eo quod pensiones non soluerit ad instantiam partis siue ab auditore Cameræ siue ab alio iudice, si cum parte composuerit gaudere eodem

274 priuilegio. † Quomodo vero probetur absolutio: Respondeo, secundum aliquos, vt Diaz tract. ctimin. cap. 38. §. Excusabitur autem clericus Pegnam direct. inquis. par. 2. in scholijs ad concil. Taracon. com. 25. non sufficere testimonium confessarij asserentis siue voce, siue scripto absoluisse, sufficere autem testimonium pænitentiarij in munere pænitentiariam exercentis, ita Mascardus de probat; conclus. 12. num. 4. & alij cum illo, ratio prioris est, quia in re graui non est acquiescendum dicto

dicto vnius, poſterioris, quia pænitentiario poteſt
credi propter ius iurandum quod initio ſuſcepti
oneris exhibet, de religioſe adminiſtrando tali
munere. Alij aſſerunt ſufficere ſchedulam cuiuſ-
cumq. confeſſarij ſpectatæ vitæ; & probitatis atte-
ſtantis de abſolutione Nau. in manu. c.17. nu. 42.
Roderiq. in cruciat. §. 9. num. 56. Henriq. lib. 7.
cap. 13. §. 2. litt. V. in Gloſſ. Suar. de cenſ. diſp. 7.
ſect. 5. nu. 28. probant ex cap. Sicut nobis de ſent.
excom. qui tamen textus ſi recte expendatur non
probat, ita enim habet. Niſi excommunicati à te
ſuper abſolutione ſua litteras noſtras, vel illius, cui
vices noſtras in hoc parte commiſimus reportaue-
rint, vel alio modo legitime de illorum abſolutio-
ne tibi conſtiterit, tu ipſos pro excommunicatis;
vt prius, habeas, & facias euitari, vbi vides requiri
ſaltem quod legitime conſtet, probatur etiam, quia
ſicut notario creditur in ijs, quæ ſpectant ad pro-
prium officium, ita etiam debet credi confeſſario,
ſed hoc etiam potius probat ſententiam Maſcar-
di, ob iuramentum quod ſolent præſtare: eſt tamen
ſatis pia, & etiam probabilis ſuppoſita probitate
confeſſarij de quo non eſt credendum quod falſum
275 deponat in ijs quæ ſpectant ad ſacramenta; † iu-
uatur autem pænitens atteſtatione confeſſarij, quia
non ſolum ſubleuatur à vinculo excommunicatio-
nis, ſed etiam vt non incurrat in pænas à lege præ-
ſcriptas, ſi ſe diuinis, aut humanis immiſceat;
276 † non effugiet tamen pænas delicti, ob quod
excommunicationem incurrit, v. g. Hæreticus reſi-
piſcens, & abſolutus ab excommunicatione euadet
quidem pænas debitas illis, qui excommunicati,
v. g. celebrant, ſi atteſtatione confeſſarij ſe tueatur,
non euadat tamen pænas, quas meretur propter
hæreſim, ſi de illa accuſetur. Iſta de abſolutione
277 obtenta tempore Iubilæi, † Quid de abſolutio-
nibus obtinendis extra tempus Iubilæi, ſed reſ-
pectu abſolutionis obtentæ tempore Iubilæi, vt
v. g. quis tempore Iubilæi confeſſus eſt, & abſolu-
tus à cenſuris, & reſeruatis; ſed non ab omnibus,
quid poteſt confeſſarius ſuper illis quæ non ſunt
abſoluta? Multipliciter hoc poteſt contingere tam
reſpectu cenſurarum, quam reſpectu peccatorum,
ideò diſtincte de vtriſque & 1. Reſpectu cenſurarũ,
vel confeſſarius habet poteſtatem ordinariam, vel
delegatã abſoluendi ab omnibus cenſuris, vt tem-
pore Iubilæi, vel tantum ab aliquibus. 2. Vel cen-
ſuræ ſunt reſeruatæ Papæ, vel Epiſcopo. 3. Vel
ſacerdos habet intentionem abſoluendi ab omni-
bus, vel tantum ab illis quæ pænitens confitetur.
4. Vel pænitens ex negligentia craſſa, vel etiam
dolo non confitetur omnes cenſuras, vel id contin-
git inculpabiliter. 5. Vel confeſſarius habet ali-
quam reflexionem ſuper ſua abſolutione, vel abſol-
uit nihil cogitans de limitanda, vel non limitanda
abſolutione. His ita poſitis.
278 † Dico 1. Abſolutum à confeſſario habente
ordinariam, vel delegatam facultatem abſoluendi
ab omnibus etiam oblitis, eſt communis ſententia
Doctorum Gabriel. in 4. diſt. 17. quæſt. 1. art. 3.
dub. 2. Silueſt. confeſſ. 1. quæſt. 19. Nauar. capit.
conſideret §. Cautus num. 30. de pænit. diſt. 5.
Couar. cap. Alma mater §. 11. num. 12. Suarez de
cenſ. diſp. 7. ſect. 5. num. 16. & alij ratio eſt, quia
abſolutio cenſurarum poteſt conferri etiam in in-
uitum, nec pendet ab alio quam à poteſtate, &
intentione abſoluentis. cap. Venerabilibus §. ſane
279 ſi certum, de ſent. excom. in 6. † nec eſt neceſſe
abſoluentem habere notitiam particularium cen-
ſurarum, ideò in confeſſionibus, & abſolutionibus
additur abſoluo te ab omnibus excommunicatio-
nibus &c. in quantum poſſum, & tu indiges, & ita
abſolutus etiamſi oblitas cenſuras recordetur, non
tenetur amplius illas fateri, & abſolutionem pete-
re, in quo diſtinguuntur cenſuræ à peccatis, quia
peccata oblita, recordata clauibus ſunt ſubijcien-
da, quia peccata abſoluuntur tantum indirecte, &
cenſuræ directæ ideo illa indigent noua ſubiectio-
ne, vt confeſſio ſit integra non vero iſtæ, quæ ad
confeſſionis integritatem non ſpectant, Suarez, &
alij ideo cenſuræ etiam non manifeſtatæ tolluntur,
peccata verò dum aliquando menti repreſentan-
tur, non ita.
280 † Dico 2. Si cenſuræ ſint Papæ reſeruatæ, &
abſolutio detur modo dicto tollitur reſeruatio
etiam peccatorum ob quæ cenſuræ latæ ſunt quia
Summus Pontifex reſeruat ſibi tantum cenſuras,
non autem peccata; Si vero cenſuræ reſeruatæ ſunt
Epiſcopo ſecundum Layman lib. 1. tract. 5. par. 2.
cap. 6. num. 10. non tollitur reſeruatio niſi cenſu-
rarum, non vero peccatorum, quia Epiſcopus non
ſolum ſibi reſeruat cenſuras, ſed etiam peccata
ſecundum eundem, intellige tamen, niſi confeſſa-
rius intenderet tollere omnem reſeruationem, vt
ſolet fieri in Iubilæis, ſi tamen intendat abſoluere
tantum à cenſuris, non tollitur reſeruatio pecca-
torum oblitorum, ſed erunt abſoluenda ab aliquo
poteſtatem habente.
281 † Dico 3. Si ſacerdos habet facultatem abſol-
uendi modo ſupradicto, & intendit abſoluere
quantum ipſe poteſt, & pænitens indiget, ab om-
nibus cenſuris abſoluit, nec opus eſt eas iterum
fateri, patet ex ſupradictis.
282 † Quoad peccata verò ſi eadem intentione
abſoluat confeſſarius pænitentem tollitur omnis
reſeruatio, ita vt peccata reſeruata in confeſſione
oblita, quotieſcumq; occurrerint, poſſint à quo-
cumq; confeſſario etiam non habente facultatem
ſuper reſeruatis abſolui, ita Doctores infra citan-
di, eſtque concluſio generalis, & certa iuxta infra
dicenda ideò.
283 † Dico 4. † Tacens aliquas cenſuras etiam do-
lo, & craſſa ignorantia, ſi confeſſarius habebat
intentionem abſoluendi ab omnibus, vere pæni-
tens remanet abſolutus, quia ad abſoluendum à
cenſuris requiritur tantum poteſtas, & intentio in
abſoluente, & nulla diſpoſitio in pænitente, ideſt
in eo qui abſoluitur, cum talis abſolutio poſſit dari
etiam inuito, & valet in vtroque foro Henriq. li.
284 13. cap. 29. §. 1. poſt litteram E. † Quod, ſi clare
non conſtet de mente abſoluentis, non puto eſſe
præſumendam, quia nullus confeſſarius eſt repu-
tandus velle quemquam abſoluere, qui doloſe ſe-
285 cum agat. † Quoad peccata vero dico, vel aliqua
confitetur reſeruata, vel nulla, vel nullo modo
confitetur tempore Iubilæi, quia nullius criminis
recordatur, quod neceſſario ſit confitendum; quo-
cumque modo ex iſtis ſe habeat pænitens, ſi bona
fide agat, tollitur reſeruatio oblitorum, itaut
etiam elapſo iubilæo poſſit ab ijs abſolui à quo-
cumq; etiam facultatem non habente circa reſer-
uata; de eo, qui aliqua confitetur, & aliquorum
obliuiſcitur, vel nulla reſeruata confitetur ex in-
culpabili obliuione confitetur tamen non reſerua-
ta aſſerunt Silueſter verbo Confeſſio 1. num. 1.
Suarez de pænit. diſp. 31. ſect. 4. num. 20. Sanch.
de matr. lib. 8. diſp. 15. num. 21. & alij, & ratio
eſt quia cum habeat priuilegium pænitens, gauden-
di illis fauoribus in Iubilæo, vel alijs ſimilibus fa-
cultatibus conceſſis, etiam confeſſarius habet in-
tentionem

tentionem illos applicandi eo meliori modo quo
potest, cum ergo indirecte absoluat etiam à reser-
uatis inculpabiliter oblitis, dicendum est tollere
etiam omnem reseruationem, ille vero, qui nullo
modo confitetur putans se nulla peccata habere, &
hoc inculpabiliter, si elapso Iubilæo aliquorum
reseruatorum recordetur, poterit etiam iste absol-
ui Sanch. loc. cit. num. 17. & 19. & lib. 4. sum.
cap. 54. nu. 39. & 41. Ratio est quia, licet Iubilæi
tempus limitetur spatio duarum hebdomadarum,
hoc est tantum quoad exequtionem operum præ-
standorum ad consequendam indulgentiam neces-
sariorum, non autem, quoad gaudendum priuilegijs
in eo concessis; poterit ergo pænitens absolui à
reseruatis oblitis, & patratis, & dispensari in votis
quæ commisit, & emisit, à quibus potuisset absolui
286 durante toto tempore Iubilæi. † Aduerte tamen
ista vera esse de illo qui vere præstitit omnia opera
requisita in Iubilæo, & putat se acquisiuisse indul-
gentiam, quia nulla omisit eorum, quæ pro assequu-
287 tione dictæ indulgentiæ erant necessaria. † Quod
si aliquo tempore Inbilæi confessus est animo lu-
crandi indulgentias, & ideo veram obtineat abso-
lutionem peccatorum etiam reseruatorum, & dis-
pensationem votorum pro illo actu, licet postea
indulgentiam non fuerit consequtus, eodem tamen
priuilegio absolutionis, & dispensationis non pote-
rit gaudere respectu oblitorum, quia vere indul-
gentiam non est assequtus pro qua fuerat conces-
288 sum; † De peccatis autem, vel dolose, vel cul-
pabiliter omissis culpa mortali dico non tolli reser-
uationem quia sicuti supra illos non cadit absolu-
289 tio, ita neq; potest tolli reseruatio. † Si vero
eadem teseruata in confessione explicet, & confes-
sio sit nulla Dico vel illa explicat habenti ordina-
riam potestatem absoluendi à teseruatis, vel etiam
delegatam sed non in ordine ad aliud, vt in Iubi-
læo, in quo talis facultas datur in ordine ad indul-
gentiam, & dico quocumque modo confessio sic
nulla tolli reseruationem, licet peccata teneatur
alteri confiteri, quia ordinarius potest tollere
reseruationem quocumq; modo sibi bene viso, &
delegatus vel tollit ipse reseruationem, vel non
tollit, & priuilegium non expirat sed eo vtitur al-
ter delegatus, qui eligitur. Si vero talis facultas
datur in ordine ad aliud, nisi hoc sequatur, non
tolletur reseruatio deficiente causa ob quam da-
tum est priuilegium.
290 Tandem † vel confessarins aduertit, se absol-
uere limitate, vel illimitate, & dicendum, vt supra,
vel absoluit intendens solum absoluere nihil cogi-
tans de limitate, vel illimitate absoluendo, & tunc
puto tolli omnem reseruationem peccatorum, &
censuratum inculpabiliter oblitatum, quia confes-
sarius supponendus est velle pænitenti, conferre,
quanto magis potest quidquid fauorabile illi com-
291 petit, † est tamen valde probabilis sententia
asserentium etiam illum, qui intra tempus Iubilæi
confessus est, & oblitus aliqua reserua, posse elapso
tempore Iubilæi absolui ab oblitis reseruatis à
quocumq; confessario, etsi postea non sit lucratus
indulgentiam, dummodo confessus sit animo illam
lucrandi, quia ex illa absolutione iam supponitur
ablata reseruatio, quæ, quomodo redeat, non
292 apparet. † ex his colliget confessarius, quam in-
tentionem debeat habere in absolutionibus, quas
impartitur in similibus casibus, debet enim habere
absoluendi quantum potest, & indiget pænitens,
& pænitens debet rogare confessarium vt hoc mo-
do absoluat; & hoc est consilium Nauat. c. consi-
deret §. cautus num. 30. de pæni. dist. 6. Cou. cap.
Alma mater §. 11. num. 12. Henriq. & aliorum.
293 † Solet etiam quæri, an pænitens, qui bona fide
confitetur; nec vllam facit mentionem reseruato-
rum, confitetur tamen, vel ordinario, vel delegato
habenti facultatem absoluendi à reseruatis, qui
tamen non habet expressam intentionem absol-
uendi à reseruatis, an tali casu tollatur reseruatio,
ita vt possit deinde cuicumq; voluerit confiteri; &
respondent Suar. d. 31. sect. 4. nu. 18. & sequen-
tur alij, non tolli reseruationem. Quia actus non
operantur vltra intentionem agentis, intentio
autem absoluentis non videtur esse tollendi reser-
uationem cum de reseruatis nulla mentio facta sit;
contrariam sententiã, quod scilicet tollatur reser-
uatio tradit Canus in relect. de pænit. p. 5. Nau. c.
consideret §. Cautus num. 30. Couar. cap. Alma
mater §. 11. num. 12. Henriq. li. 13. cap. 19. §.
4. & alij hac ratione quia tollitur peccatum indire-
cte ideò, & reseruatio, & iuxta sententiam horum
DD. quotiescumq; pænitens accedit ad confessa-
rium ordinariam seu delegatam potestatem ha-
bentem, & bona fide peccata sua confitetur si ali-
quorum reseruatorum obliuiscatur sicuti indirecte
oblita remittuntur, ita, & tollitur reseruatio.
294 † Consequenter ad ista venit quærendum, an
pænitens, qui tempore Iubilæi inculpabiliter repu-
tat se liberum à peccatis, ideò confessionem omit-
tit, cætera tamen omnia præstat necessaria, & iu-
bileam lucratur indulgentiam, si post elapsum
tempus Iubilæi recordetur aliquorum reseruatu-
rum, possit ab ijs absolui à quocumq; confessario,
etiam non habente facultatem super reseruatis,
hanc quæstionem examinat Sanchez de Matr. lib.
8. disp. 15. num. 17. & 19. & lib. 4. sum. cap. 54.
nu. 39. & 41. cum quo est resoluendum posse; ratio
est, quia priuilegium in iubilæo concessum neq; est
alligatum tempori, nec confessione, sed datur
lucranti indulgentiam; ergo licet sit transactum
tempus, neque præmissa confessio adhuc priuile-
gium dutat. Hoc idem sensisse plures recentiores
295 asserit Henriq. loc. cit. lit. N. in glossa. † Abso-
lutum autem tempore Iubilæi à censuris, & reser-
uatis, si postea iubileam non lucretur indulgen-
tiam, siue sua culpa siue inculpabiliter dummodu
cum confessus est habuerit intentionem lucrandi
iubilæum Nauar. in miscell. de orat. 19. & cau. 26.
in sum. num. 13. Card. in sum. quæst. 22. Zerula
in praxi Episc. part. 1. verbo absolutio §. 11. Sua-
rez de pænit. disp. 31. sect. 4. num. 5. Sanchez de
matr. lib. 8. disp. 15. num. 22. & alij asserunt non
reincidere in censuras, nec in reseruaciones Ratio
est quia licet absolutio fuerint data in ordine ad
indulgentiam, fuit tamen absoluta, non conditio-
nata ad reincidentiam, quæ neque est præsumenda,
cum non detur, nisi in casibus in iure expressis, eo
modo, qui præscribitur in cap. eos de sent. excom.
in 6. vel nisi in Iubilæo, vel alia facultate fiat de tali
296 absolutione expressio. † Quod si pænitens, dum
absoluitur, non habet intentionem lucrandi Iu-
bilæum, reseruatio non tollitur, ideo est, quia
deest quid requisitum ad absolutionis beneficium
priuilegiatum obtinendum, quod est intentio illud
lucrandi, cum ob illam detur.
297 † Potest aliquando etiam contingere, quod
aliquod requisitum desideretur in lucraturo iubi-
læum non sua culpa, sed alterius, v. g. Pænitens
contritus accedit habens reseruata, & peccata, &
censuras, ad confessarium, illaque fatetur, at con-
fessarius, vel quia non est approbatus ab ordinario,

vel quia non habuit intentionem impertiendi absolutionem, eum vere non absoluit, ipse tamen lucraturus bona fide putat se esse absolutum, ideò quæritur an detecto errore vere iste pænitens sit censendus lucratus iubileum, & an possit à quocumque absolui à reseruatis, & secum dispensari circa vota &c.& Respondeo iuxta superius tradita vel confessio est iniuncta in iubileo, vt onus necessario requisitum ad acquisitionem indulgentiæ, vel tantum ad constituendum pænitentem in statu gratiæ, vt eandem indulgentiam possit consequi, hoc posito respondeo & dico si non est iniuncta confessio, vt onus necessario requisitum, pænitentem illud lucratum esse indulgentiam, patet ex supradictis, & elapso iubilæi tempore poterit etiam gaudere priuilegijs, in eo concessis, non enim est æquum alienam fraudem innocenti nocere, & sicut potest ijsdem gaudere, qui nullo modo confessus est, quare non poterit gaudere, qui bona fide confessus est: Si vero est iniuncta confessio, vt onus exequendum, adhuc puto, & iubileam indulgentiam consequtum, & posse ijsdem priuilegijs gaudere, quia licet conditione non adimpleta actus sit nullus, nec possit suppleri per equipollentia, verum tamen est etiam, quod hoc cessat quoties non stat per adimplere debentem, quin conditio exequtioni demandetur Cuman. cons. 38. ad fin. Angel. cons. 301. num. 3. Tusch. litt. C. conclus. 595. num. 32. & alij, & ita remanet soluta dubitatio.

298 † Oritur etiam dubium ex eo quod in bullis iubilei exprimatur; quod lucraturi indulgentias confiteantur sua peccata intra tempus duarum hebdomadarum; & die Dominico Eucharistiam sumant &c. an lucrans iubileum possit die dominico vltimæ hæbdomadæ absolui à reseruatis, & gaudere alijs priuilegijs, quia videtur terminari hæbdomas die Sabbati, & noua incipere die dominico, & ita declarasse Innocentium IX. & Clementem VII. & tenent Filliuc. tract. 8. cap. 10. num. 72. & alij. Nihilominus Dico 1. apud me esse certum si lucraturus Iubileum ieiunauit tempore debito, & alia requisita præstitit in prima hebdomada, & die dominico confiteatur ante communionem; posse gaudere priuilegijs in Iubileo concessis, & absolutionis, & dispensationis, quin etiam addo etsi omnia præstitit in prima hæbdomada, & etiam confessus est, si confessarius distulit communionem in aliquem diem secundæ hæbdomadæ, & interim incidat in aliqua reseruata, vel emittat vota posse absolui, & vota commutari toto illo tempore assignato ad communicandum, ratio est quia adhuc durat tempus iubilei pro illo, Sanchez lib. 4. sum. cap. 54. nu. 28. Sanctarellus de Iubil. cap. 8. dub. 6. &c. Dico 2. pariter certum esse posse vota commutari etiam die dominico secundæ hebdomadæ, quia dispensatio, & commutatio votorum non est annexa confessioni ideo isti actus possunt etiam eo die exerceri, difficultas est de confessione attamen Dico etiam 3. illum qui cætera præstitit pro lucrando iubilæo, sed nondum communicauit posse etiam confiteri die dominico post sabbatum secundæ hæbdomadis, & gaudere omnibus priuilegijs, quibus gauisus fuisset si quocumque alio antecedenti die confessus fuisset, ita est vsus communis, & videtur comprobari Iubilæo Pauli V. concedentis posse communicare, & confiteri quolibet die primæ, vel secundæ hæbdomadæ, ergo sicuti potest communicare poterit etiam confiteri, cum nulla fiat distinctio inter confessionem, & communionem, & probatur etiam, quia dies termini non computatur in termino in fauorabilis, ideò primus dies dominicus non computatur in termino duarum hebdomadarum, & ita dies dominica post sabbatum secundi sabbati pertinebit ad complementum secundæ hæbdomadæ, & hoc videtur innuere etiam S. Pontifex dum asserit communicandum die dominico post primum sabbatum, videtur enim velle eum diem dominicum pertinere ad complementum primæ hæbdomadæ, eo quod dies termini nempe publicationis non includatur in termino.

299 † Sed quid aget confessarius, si quis accedat ad ipsum die vltimi sabbati ad vesperam, qui nec visitauit Ecclesias, nec ieiunauit sua culpa, potuit enim, sed noluit, at tunc suæ partæsus culpæ adit confessarium desiderans iubileum adipisci? Respondeo, si quis accederet ad confessarium intra tempus, quo potest omnia præstare, & petat, vel opera commutari, vel tempus ad iubileum acquirendum differri, & nulla subsit causa alia, quam quod nolit opera præstare, nec opera sunt commutanda, nec tempus differendum, quia non diceretur impeditus, & ideò esset incapax dictorum; Si verò accedat tempore, quo non superest spatium illa præstandi, communis sententia fert posse differri consequtionem Iubilei, & consequenter conferri absolutionem à reseruatis, & vota commutari Filli. tract. 8. cap. 10. num. 268. Sanctar. de Iub. cap. 7. dub. 11. & alij, & licet voluntarie omittens non dicatur impeditus capit. fin. de elect. & cap. Commissa eodem in 6. non obstat quia voluntarie quidem omisit, sed tunc voluntarie non omittit, sed exequeretur si per tempus liceret. Poterit ergo tali pænitenti, vel commutari opera quæ non præstitit in alia opera tamquam impotenti, & legitimè impedito, vel differri non solum consequtio Iubilæi, sed etiam absolutio à reseruatis in aliud tempus cùm hoc concedatur confessario respectu

300 omnium legitime impeditorum, † Ex quibus collige, quod si quis existens in occasione proxima peccandi statutis diebus ieiunauit Ecclesias visitauit, & eleemosinam erogauit deinde accedit ad confessarium, & sua peccata fatetur; sed ob proximam occasionem confessarius, non vult impendere absolutionem, sed illam differt, vt istiua constantiam experiatur talem tunc consequturum indulgentiam, & fore legitime absolutum. Vega 2. par. sum. cap. 7. cas. 19. vbi refert ita respondisse Mirandam, & Toletum, qui posterior de hoc consuluit duos Summos Pontifices Pium V. & Greg.

301 XIII. imo etiam Sixtum V. † De eo autem, qui intra tempus Iubilei accedit ad confessarium multas habens censuras, casus reseruatos, & vota an possit absolui à censuris, & liberari à reseruationibus, & votorum commutationem obtinere, si non possit absolui sacramentaliter intra tempus Iubilæi, vel quia habet quamplurima peccata, vel quia conscientiam habeat valde intricatam quid sit dicendum, an scilicet si ob illas causas absolutio Sacramentalis differatur vltra tempus iubilei cum illam obtinebit an iubileam indulgentiam sit consequturus, & validam a suis delictis absolutionem recepturus. Henriquez lib. 7. cap. 11. lit. G. Sà Verbo Indulgentia num. 14. Sanchez de matr. lib. 8. disp. 15. num. 17. & alij apud ipsos dicunt posse differri & valide esse consequturum omnia prædicta, Quia iurisdictio re non integra non expirat quousque finiatur præsertim quia iurisdictio prorogatur ex partium consensu; neque in hoc casu tempus est præfixum ad eam finiendam: Sed rectius ageret confessarius, si vtendo facultate sibi concessa

ſa in iubileo, differret vel prorogaret tempus ad
omnia exequenda, eſt enim iſte talis legitime im-
302 peditus, & hæc ſunt non multum dubia; † magis
eſt an ſi iſte talis, cui tempus ad confitendum opera
præſlanda, & iubileum conſequendum differtur
intra illud incidat in alia reſeruata noua vota emit-
tar, poſſit eo tempore, quo confitebitur vti & gau-
dere priuilegijs iubilei. Non deſınt qui negent
de commiſſis eo tempore quo conceſſa eſt dila-
tio, attamen de commiſſis toto tempore, quo
poterat obtineri reſpectu duarum Hebdomada-
rum iubilei Sanctarellus putat verius cit. cap. 8.
dub. 7. in fin. Qui etiam putat probabile non ſolum
dictum pænitentem poſſe frui illis priuilegijs pro
commiſſis toto tempore, quo durauit iubileum
ſed etiam pro commiſſis toto tempore vſque dum
confitetur, & iubileum conſequitur; ratio eſt, quia
iſta priuilegia conceduntur vt indulgentia poſſit
acquiri, ergo, cum ex cauſa acquiſitio differtur,
debent differri etiam neceſſaria, vt acquiratur, quæ
dilatio honeſtatur legitima cauſa differendi, & hoc
303 etiam ego puto probabiliſſimum. † Sicuti etiam
puto probabiliſſimum eum, qui in prima Hebdo-
mada præſtitit omnia requiſita ad iubileum, in-
dulgentiamque eſt conſequtus, ſi eadem repetat in
ſequenti, poſſe & iiſdem priuilegijs iterum frui &
Indulgentiam conſequi, & idem dicendum eſt
etiam de iubileo anni Sancti, quoad Indulgentiam,
nempe acquiri toties quoties opera iniuncta repe-
tuntur Nauar. de Indulg. not. 32. num. 46. verſ.
pars vero affirmans Benzonus de iubil. lib. 5. c. 15.
nu. 23. qui expreſſe loquitur de iubileo Anni Sancti
& Zerola lib. 1. de iubi. cap. 16. quæſt. 20. & in
prax. Epiſcop. Verbo Annus Sanctus Henriquez
lib. 6. cap. 17. §. 3. in Gloſſ. lit. M. allegans mul-
tos graues doctores ita in praxi ſeruantes, & quæ
poſſent obijci patent ſoluta ex dictis; ratio autem
eſt, quia priuilegium principis ſemper eſt ampliſſi-
me interpretandum reſpectu priuilegiati, niſi à
principe ipſo reſtringatur præcipue cum nulli no-
cet, & maxime cum in fauorem pietatis, cum ergo
in iubileo nulla ſit appoſita reſtrictio a Papa, neque
304 ab alijs erit apponenda: † quomodo autem ſint
intelligenda illa verba pro hac vice, pro vna vice
tantum patet ex dictis ſupra ad mentem Suarez
Deciſiones Sacræ Congregationis afferuntur ſibi
305 contrariæ, & non autenticæ. † Remanet pro
complemento inquirendum an qui lucratus eſt iu-
bileum vel aliam Indulgentiam, in vno loco poſſit
illam lucrari in alio ſi illuc ſe transferat & iniuncta
pro conſequtione præſtet, & ſi indulgentiæ adiun-
cta ſit facultas eligendi confeſſarium, qui à reſer-
uatis abſoluat &c. poſſit ijs priuilegijs frui, etiamſi
illuc ſe transferat hoc ſolo fine ductus vt Indulgen-
tiam acquirat, & priuilegijs gaudeat; reſpondeo
breuiter vel indulgentia illa eſt perſonalis ideſt
conceſſa illis perſonis tantum, qui loca illa incolunt
in quibus Indulgentia eſt acquirenda, vel eſt localis
ideſt conceſſa loco, ſed non adſtricta & coarctata
perſonis. Si eſt perſonalis quocumque modo acce-
dat ille qui cupit lucrari, niſi aliquo modo poſſit
dici de tali loco illam non poteſt lucrari; patet
quia priuilegium perſonale non extenditur ad
alios, & Indulgentiæ tantum valent quantum ſo-
nant, ſi vero eſt localis puto poſſe acquiri ſimul
cum priuilegijs annexis ratio eſt, quia non exclu-
duntur, exteri ergo poſſunt conſequi, & ſicut id
potuit in propria patria idem poterit etiam in
aliena. Quæ autem ſit indulgentia localis & per-
306 ſonalis ſupradictum eſt. † Nota tamen quod
acquiſitio indulgentiæ ſemper eſt perſonalis, ideo
per alium non poteſt acquiri.

De Tertio priuilegio quod eſt commutatio Votorum.

IN Iubileo Anni Sancti ſolet concedi facultas diſ-
penſandi in votis, & eadem commutandi Gloſſa
in extrauag. Antiquorum de pænit. & remiſſ. co-
lum. 8. verſ. Item quæro. In alijs autem extraor-
dinarijs regulariter ſolet exprimi poteſtas ſolum
commutandi Henriquez lib. 7. cap. 30. §. 5. San-
chez lib. 4. ſumi cap. 54. num. 2. Filliuc. tract. 8.
107 cap. 10. num. 264. & alij; † eſtque diſpenſatio
relaxatio vinculi, quo ex voto quis tenebatur au-
ctoritate Eccleſiaſtici Superioris ordinarij vel dele-
gati iuſta cauſa facta; ita communiter Summiſtæ.
Verbo votum & Sanchez lib. 4. ſum. cap. 37.
num. 2. Leſſius de Iuſt. lib. 2. cap. 40. dub.
10. numer. 99. Filliuc. tract. 26. capit. 9. nu-
mer. 246.
308 † Commutatio non eſt relaxatio vinculi, ſeu
obligationis voti, ſed eſt ſubſtitutio vel ſubroga-
tio alterius operis honeſti in locum promiſſi per
votum manente tamen eodem vinculo, quare in
diſpenſatione tollitur omnino obligatio voti, in
commutatione vero mutatur tantum materia
309 voti, † ita vt qui tranſgreditur votum diſpenſa-
tum nullius ſit culpæ reus, qui vero non præſtat id
quod in commutatione eſt ſubrogatum, peccat
eodem modo, quo prius peccaſſet contra votum,
niſi exequtus fuiſſet, quod vouerat vide Sanchez
310 lib. 4. ſum. capit. 55. num. 2. † Neque differt
commutatio voti à redemptione, ſed redemptio
dicitur quando votum perſonale commutatur in
311 aliquid reale Leſſ. loco cit. dub. 8. † Diſpenſatio
vero differt a declaratione, & interpretatione, quia
diſpenſans tollit vinculum obligationis, ideo ſup-
ponit voti obligationem, & in diſpenſante iuriſdi-
ctionem, declaratio vero ſupponit iam non fuiſſe
obligatorium votum, & ideo vel ſolum declarat,
vel interpretatur tale, & ideo in interpretante, vel
declarante nulla ſupponitur iuriſdictio, ſed eſt
tantum actus ſcientiæ Leſſ. dicto cap. 40. dub. 12.
num. 98. & Sanchez lib. 4. ſum. cap. 37. num. 1.
314 & alij. † Differt etiam diſpenſatio ab irritatione,
& caſſatione voti, quia diſpenſatio cadit ſupra vo-
tum validum independenter a cuiuſque voluntate,
irritatio vero & caſſatio cadit ſupra votum, quod
non valet niſi dependenter ab alio, quæ dependen-
tia poteſt contingere dupliciter, vel ratione vo-
luntatis vouentis, quæ ita pendet ab alieno bene-
placito, vt non poſſit ſine illo ſe obligare, vt vo-
luntas filij familias à patre, Religioſi à ſuo Supe-
riore; vel ratione materiæ, quæ pendet ab aliena
voluntate in aliqua conditione neceſſaria ad valo-
rem voti, vt in honeſtate, quia poſſit ab alio pro-
hiberi, vel in poſſibilitate; quia materia vota
ſit ſub alterius poteſtate; habent enim ſimilia
vota hanc tacitam conditionem inſitam neceſſa-
rio, ſi ille cuius intereſt voluerit, vel non con-
tradixerit, nec requirunt ad ſui irritationem
aliam cauſam, quam voluntatem liberam illius,
cuius intereſt; & ideo irritatio ſeu caſſatio
non eſt actus iuriſdictionis, cum votum non
ſit abſolute validum, ſed veluti ſub conditione;
colligitur ex Leſſ. d. cap. 40. dub. 8. nu. 68. Suarez
de Relig. tom. 2. lib. 6. cap. 1. numer. 3. de
voto;

325

315 † Facultas autem dispensandi, & commutandi
vota nunquam censetur concessa, nisi exprimatur,
etiamsi data sit potestas absoluendi à reseruatis
peccatis, & censuris Suarez de relig. tom. 2. lib. 6.
de voto cap. 10. num. 2. Filliuc. tract. 26. cap. 9.
num. 251. & alij; neque Sacerdos, etsi non appro-
batus possit in articulo mortis absoluere ab omni-
bus casibus & censuris quantumuis reseruatis, at-
tamen etsi approbatus non potest dispensare vel
commutare vota, nisi spetialem habeat facultatem.
Nauar. cap. 12. sum. num. 29. Sanchez lib. 4. sum.
cap. 38. num. 25. & ratio est quia absolutio est ne-
cessaria ad salutem, non vero commutatio vel di-
spensatio. Debet ergo exprimi in concessione fa-
cultas dispensandi, & commutandi vota vt illa
possit vel commutare vel dispensare confessarius.
316 † At si in concessione exprimatur tantum facul-
tas dispensandi, poteritne commutare, item si
exprimatur sola facultas commutandi poteritne
317 etiam dispensare (Non conueniunt doctores, † &
quoad primum nempe an data facultate dispensan-
di censeatur etiam data commutandi. Distin-
guendum est primo vel loquimur de habente pote-
statem ordinariam dispensandi, vel loquimur de
habente tantum delegatam, de habente ordina-
riam conueniunt Nauar. in manuali cap. 12. num.
79. Valent. tom. 2. disp. 6. quæst. 6. puncto 7.
Sanchez lib. 8. de matr. disp. 2. & alij posse illum,
qui habet facultatem ordinariam dispensandi,
etiam commutare; sed negant de habente delega-
tam; probant quia dato quod priuilegium aliquid
operetur non est vlterius extendendum, quia pri-
uilegia sunt restringenda cap. Porro, de Priuileg.
2. facultas dispensandi est quid diuersum à faculta-
te commutandi ergo ista non venit in illa, quia
priuilegia quantumuis fauorabilia non extendun-
tur vltra proprietatem verborum, maxime in casu
nostro in quo maior peritia requiritur in commu-
tando, quam in dispensando, quia commutatio
requirit cognitionem æqualitatis materiæ, in quam
est facienda, siue fiat in totum, siuè in partem 3.
quia licet verum sit, quod cui licet, quod est plus,
liceat etiam quod est minus ex reg. 53. de Reg.
iur. in 6. non extenditur tamen quando quod est
plus concessum est cum aliqua limitatione, at
quando datur facultas dispensandi datur cum
limitatione si subsit causa; ergo sicuti data faculta-
te remittendi debitum si subsit causa paupertatis.
v. g. poterit remittere in totum illa existente, non
autem etiam solum in partem si illa non subsit, ità
& in dispensatione & commutatione erit dicen-
dum posse quidem in dispensatione remittere de-
bitum voti cum subest causa non autem posse in
commutatione, cum nulla requiritur causa. Ad-
mittit tamen Sanchez habentem facultatem dis-
pensandi ex priuilegio posse etiam partim dispen-
sare, & partim commutare quia etiam Summus
Pontifex in dispensationibus admiscet aliquid
commutationis, vt habet stilus Curiæ, & doctores
insinuant in dispensando aliquid esse vtendum
commutationis, & concedens facultatem remit-
tendi totum ex causa sufficiente ad remittendum
totum censetur etiam concedere remittendi tan-
tum partem iuxta proportionem causæ. Alij ta-
men his non obstantibus asserunt facultatem dis-
pensandi concessam etiam delegato extendi ad
commutationem Siluester verbo votum 4. num. 3.
Sotus de iust. lib. 7. quæst. 4. art. 3. & alij quos
refert & sequitur Bossius de Iubi. sect. 2. cas. 3.
num. 4. & probant regula supra tacta, nempe cui
licet quod est plus licet etiam quod est minus,
quando quod est minus continetur tamquam
imperfectum in perfecto, vel tamquam pars in to-
to, vel tamquam species sub genere, commutatio
autem est quædam species dispensationis cum tol-
lat vinculum prioris obligationis, & aliam obliga-
tionem inducat nouam materiam subrogando, &
ideo cum sit quid minus sub eodem genere vide-
tur contineri in illa regula. Nec videtur multum
vrgere quod in commutatione requiratur maior
peritia, quia in dispensatione requiritur cognitio
sufficientiæ causæ ad dispensandum quod si non est
plus certe est æqualæ; Intellige tamen nisi delegans
vel superior exprimat se vnam concedere, & alte-
318 ram denegare & ista est communior. † Quoad
secundum vero difficultatem, an data facultate
commutandi censeatur data etiam dispensandi
conueniunt conuenire habentem ordinariam com-
mutandi habere etiam dispensandi, sed controuer-
titur de delegato; & Siluest. loco cit. Tabien. Verbo
dispensatio num. 11. Tolet. lib. 4. Sum. cap. 18.
num. 11. Statuant hanc Regulam generalem; eius
esse dispensare cuius est etiam commutare. Alij
vero communiter tenent non censeri concessam,
imo Nauar. cap. 12. num. 79. & alibi reprehendit
illos confessarios, qui concessionibus factis solum
ad commutandum, vtuntur etiam ad dispensan-
dum quia cui conceditur minus non censetur con-
cessum quod est maius; maius autem dispensare,
quam commutare est, quia præter cognitionem
sufficientiæ causæ ad dispensandum, requiritur
etiam maior potestas, quia maius est tollere omni-
no vinculum, quam vnam in aliam obligationem
commutare, quod puto etiam in praxi esse seruan-
dum si loquamur de dispensatione proprie dicta.
319 † Ad quod debent aduertere Parochi & cæteri
confessarij sæculares cum illis ex aliquo rescripto
vel Iubileo conceditur facultas solum commutan-
320 di, ne errent etiam dispensando. † Regulares
vero, cum possint fere omnes ex suis priuilegijs
non solum commutare; sed etiam dispensare vt
docet Azor. 1. part. lib. 11. cap. 19. quæst. 20.
Sayrus in Clau. reg. lib. 6. cap. 11. à num. 95. ad
107. & Sanchez lib. 4. sum. cap. 43. num. 4. etsi
illis committatur tantum commutatio, poterunt
ex priuilegio dispensare, intellige tamen in non
reseruatis; sicuti etiam dicta de sæcularibus & de
omnibus quod concessa facultate commutandi non
est censenda data facultas dispensandi, sunt intel-
ligenda de dispensatione vt excludit omnem com-
321 mutationem. † Cæterum concessa commuta-
tione censetur concessa etiam aliqualis dispensa-
tio, vt possit aliqua pars commutationis relaxari,
facultas enim etiam delegata commutandi non
terminatur tantum & restringitur ad commutatio-
nes in maius bonum, cum hoc possit etiam ille, qui
vouit propria auctoritate vt tradunt doctores in-
fracitandi & alij plurimi apud ipsos. Imo licet
Sanchez lib. 4. sum. cap. 49. nu. 12. Suarez lib. 6.
de voto cap. 19. num. 3. & alij plures sentiat com-
mutationem voti non posse fieri in equale bonum
ab ipsomet vouente, affirmant tamen Roder. in
sum. cap. 102. part. 2. num. 4. Vega 2. part. sum.
cap. 26. cas. 36. Lessius de iust. lib. 2. capit. 40.
num. 91. & alij quos refert & sequitur Henriq. lib.
5. cap. 20. num. 5. lit. S. & lib. 7. cap. 30. num. 5.
lit. H. ratio est quia ibi nulla est iniuria vel fraus
illata Deo, ex quibus infertur illum, qui vouit dare
centum alicui Ecclesiæ sufficere si donet calicem
322 valentem centum. Optimum tamen est consi-

lium Leſſij loco citato petere commutationem etiam in equale ab eo, qui facultatem habet com-
323 mutandi. † An autem in dubio equalitatis, poſſit fieri commutatio voti propria auctoritate vouentis; certiſſimum puto non poſſe; poſſe autem in dubio an ſit in melius quia dubium an ſit in equale eſt vicinius minori in quo requiritur diſpenſatio, dubium vero an ſit in maius ſemper eſt ſaltem vicinius æquali, imo aliquanto ſuperius alioqui non eſſet dubium an ſit in melius ſed an ſit in equale. Extenditur ergo auctoritas etiam delegata non ſolum ad commutationem in melius ſed etiam in equale hoc enim videtur ſonare nomen commuta-
324 tionis, † nec requiritur quod equalitas conſideretur mathematice, ſed ſufficit quod æſtimetur moraliter. Silueſt. verbo Votum 4. quæſt. 8. Sanchez lib. 4. cap. 50. num. 6. & alij ab ipſo relati, & non ſolum extenditur ad equale ſed etiam ad minus, aperte cognitum minus, ita vt habens facultatem delegatam vel virtute Iubilei, vel alio modo commutandi ſolum non autem diſpenſandi poſſit etiam in minus commutare contrarium tenent Silueſt. Verbo Votum. 4. quæſt. 8. Caiet. 2. 2. quæſt. 88. art. 12. verſ. in commutatione votor. Sanctarellus de Iubil. cap. 8. dub. 1. Sanchez lib. 4. ſum. cap. 50. num. 3. & alij apud ipſum, quod autem nos diximus tenent Ang. Verb. Vot. 3. num. 26. Rod. tom. 2. ſum. cap. 102. nu. 4. Henriq. lib. 7. cap. 30. num. 5. lit. G. & alij plures relati a Sayro
325 lib. 6. cap. 12. num. 19. † Aduertat tamen confeſſarius ne hac ſententia abutatur, nimis relaxando de equalitate vnde bene facerent voto adſtricti cum petunt commutationem, ſi accederent ad Regulares, qui habent etiam priuilegia diſpenſandi quibus poſſunt vti etiam tempore Iubilei Sanchez lib. 4. ſum. cap. 51.

326 † Pro intelligentia dictorum vnum eſt adnotandum, quid ſit maius bonum, & quomodo conſiderandum in commutatione votorum; & dico non intelligi id quod de ſui natura eſt melius, excellentius, & ratione præſtantioris virtutis gratius Deo; ſed illud quod omnibus circumſtantijs expenſis magis conducit hic & nunc vouenti ad finem ſibi propoſitum Leſſius lib. 2. cap. 40. num. 87. Suarez lib. 6. cit. cap. 18. Sanchez lib. 4. cit. cap. 56. num. 6. & alij quæ regula eſt ſeruanda etiam in equale & in minus dum fit commutatio. Ex quo deducitur votum emiſſum ieiunandi ad frenandos motus ſenſus, non eſſe commutandum in orationem ſi votum ſit commutandum in melius, niſi oratio hic, & nunc iudicetur magis expedire ad finem quem intendit vouens, licet oratio ſit præſtantior ieiunio, vtpote illa actus religionis hoc abſtinentiæ & ſic de cæteris, modo ergo dicto quando conceditur in Iubileo, vel alio modo facultas tantum commutandi includitur etiam diſpenſandi.

327 † An autem habens facultatem diſpenſandi, vel commutandi vota habeat etiam eandem circa iuramenta, licet in facultate nulla fiat mentio de iuramentis? Pro reſponſione noto 1. Votum quod ad præſens attinet eſſe promiſſionem factam Deo directe & per ſe. Iuramentum autem eſt conteſta-
328 tio ſeu inuocatio Dei in teſtem veritatis. † Et licet tam votum quam iuramentum ſpectent ad virtutem Religionis S. Tho. 2. 2. quæſt. 89. art. 8. & ideo inde oriatur vtriuſque obligatio, diuerſo tamen modo id fit; nam obligatio voti eſt ex fidelitate, qua aliquid Deo eſt promiſſum; iuramenti vero ex reuerentia debita Deo ne Deus ſumma
329 veritas adducatur in teſtem falſi; † vnde D. Tho. infert maiorem eſſe obligationem voti, quam iuramenti, quia magis obligat fidelitas quam reuerentia aliquo communi modo ſumpta & D. Tho. ſequuntur alij: Imo in fractione voti eſt etiam irreuerentia, & in iuramento falſo nihil deroga de Diuina Maieſtate ſed tantum fingit eſſe mendacem; in fractione vero voti, non reddit quod promiſit, & hæc dicta conſiderata ſola natura iuramenti non habita ratione materiæ ob quam poſſet augeri peccatum, quæ rationes probant æque de iuramento aſſertorio ac promiſſorio. Aſſertorio vtimur ad præterita & præſentia firmanda vt iuro rem ita eſſe Petrum occidiſſe Antonium: Promiſſorium vero adhibemus ad affirmandum aliquid futurum vt iuro me centum tibi daturum. Aſſertorium dicitur reſpectu veritatis præſentis vel præteritæ in promiſſione incluſæ, quæ eſt, iurantem habere verum animum adimplendi iuramenti promiſſorium autem reſpectu veritatis futuræ. Sanch. l. 3. ſum. c. 1. num. 4.

330 † Noto 2. Iuramenta aliquando fieri ſoli Deo ideſt in obſequium ſolius Dei, aliquando in fauorem tertij. Quæ fiunt ſoli Deo vel abſque voto ſaltem explicito, vt cum quis iurat ſe aliquid eſſe facturum adducens quidem Deum in teſtem ſuæ promiſſionis non illum tamen reſpiciens tamquam in eius obſequium aliquid promittat, vel cum voto, quod poteſt fieri, vel iurando ſe opus aliquod eſſe facturum modo dicto, deinde illud idem quod iurauit, voueat ſtatim vel iurando aliquid ſe facturum, & poſt multum temporis nihil de iuramento cogitans, idem ipſum voueat; vel prius aliquid vouendo, & ſtatim idem iurando, vel niſi ſtatim ſaltem ad votum reſpiciendo; vel poſt votum factum nihil de voto cogitans iuret ſe idem ſacturum licet tamen aliqui ex iſtis modis poſſint fieri ſeparati ab obligatione voti, & ideò in illis poſsit reperiri ſola obligatio iuramenti vt expreſſe docet Valent. 2. 2. diſput. 6. quæſt. 2. part. 7. Sanchez de matr. lib. 8. diſput. 13. num. 4. Suarez lib. 2. de iuram. cap. 2. num. 6. & alij apud Sanchez attamen regulariter huiuſmodi iuramenta de materia ad Dei honorem concernente fiunt cum voto Sanchez Suarez locis citat. Hæc autem differentia cognoſcetur ex intentione iurantis, quæ ſi non poteſt haberi elicitur ex circumſtantijs, ex quibus eliciur an fuerit in honorem Dei, an tantum adhibitum ad firmandam voluntatem; iuramentum enim primo modo inuoluit votum, vtpote includens promiſsionem factam Deo non verò ſecundum Iuramentum factum in fauorem hominis vel eſt de re licita, vel illicita: acceptatum vel non acceptatum, de omnibus agemus.

331 † Noto 3. commutationem, & diſpenſationem fieri tantum reſpectu iuramenti promiſſorij, non vero aſſertorij, cum enim aſſertorium reſpiciat tantum tempus præſens vel præteritum, nullam poſt ſe relinquit obligationem diſpenſandam vel commutandam; Promiſſorium autem, cum reſpiciat tempus futurum, quamdiu durat obligatio tamdiu poteſt diſpenſari. His ita poſitis ſoluendo difficultatem propoſitam & incipiendo à iuramento facto Deo.

332 † Dico habentem poteſtatem ordinariam diſpenſandi, & commutandi vota habere etiam commutandi & diſpenſandi iuramenta: conueniunt doctores vide Barboſ. de pot. Epiſ. p. 2. all. 36. per totam, & ratio eſt, quia poteſtas ordinaria eſt extendenda, & fauores ſunt amplìandi de

po-

potestate delegata variæ sunt sententiæ quas poteris videre apud Bossium de Iub. sect. 2. cas. 5. vbi asserit habentem facultatem delegatam commutandi, & dispensandi vota habere etiam quoad iuramenta tum absoluta facta Deo, tum ad eadem confirmantia votum; siue ex proposito siue tantum concomitanter; probationes vide apud ipsum.

Sanchez tamen putat, quem ego sequor in hac parte potestatem delegatam dispensandi & commutandi vota extendi etiam ad iuramenta votum confirmantia vel potius ad vota iurata; non vero ad iuramenta independentia à votis ita ipse lib. 8. de matr. disp. 2. num. 22. alios referens ratio quare extendatur ad vota iurata est, quia tunc iuramentum est quid accessorium voto, ideo vinculo voti sublato a quo pendet iuramentum, cessat etiam ipsum iuramentum. Ratio vero quare non extendatur ad alia, est quia sunt duo vincula spetie diuersa, nec vnum pendet ab alio, cum ergo delegatio vnum tantum concedat non est ad aliud extendenda neque in Iubileo, quia relaxatio iuramenti non spectat directe nec est necessaria simpliciter ad acquisitionem Indulgentiæ, ideo illius respectu talis facultas non est tam ample extendenda.

333 De iuramentis vero quæ soli Deo fiunt, dico dispensandi & commutandi facultatem ad illa extendi: Ratio est quia vinculum voti & iuramenti in hoc casu omnino æquiparantur; tota enim obligatio, & materia vtriusque vinculi ordinatur ad Deum, & eius honorem, & solus Deus est creditor illius obligationis, & habeant eundem commutationis & dispensationis modum, eundem finem, & eandem rationem & connexionem attento fine talium concessionem, & considerata communi fidelium existimatione qui reputant huiusmodi iuramenta tamquam vota ita Sanchez alios referens lib. 4. sum. cap. 53. num. 8. Extenditur ergo facultas dispensandi & commutandi vota etiam ad iuramenta pia soli Deo facta & ad iuramenta vota confirmantia, non vero ad alia iuramenta confirmantia vota, sed independenter à votis, quia iuramentum est vinculum omnino distinctum a voto, & ista de votis factis Deo in honorem ipsius: De iuramentis vero factis hominibus 1. de re illicita & acceptatis.

334 † Noto iuramenta de re illicita posse fieri dupliciter 1. de re illicita, quæ potest seruari sine peccato promittentis 2. de re illicita, quæ sine peccato non potest seruari colligitur ex capit. Cum contingat de iureiurando vbi habetur seruari debere iuramenta sine vi & dolo præstita cum in alterius præiuditium non redundant, nec obseruata vergant in dispendium salutis æternæ ergo etiam à contrario sensu non sunt seruanda si vergant in dispendium salutis æternæ vergunt autem si est eorum obseruatio peccatum mortale seu veniale. Lessius de Iust. lib. 2. cap. 17. dub. 7. num. 50. & probatur etiam illa regula iuris. Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum; quod est intelligendum de bonis moribus naturalibus.

335 Noto 2. Iuramentum addi in fauorem etiam hominis dupliciter vel iurando se promittere, donare vendere &c. & hoc modo non confirmat contractum nec illi tribuit vllum robur, quia non est iuramentum promissorium, sed tantum assertorium, nec minus potest reuocari promissio quam si iuramentum non esset additum. 2. Si iures te contractum vel promissionem ratam habiturum nec illam reuocaturum, & tali modo iuramentum est intelligendum vt confirmet promissionem vel contractum. Lessius lib. 2. cap. 17. du. 7. nu. 56. §. Notandum est. His positis.

336 † Dico habentem facultatem delegatam dispensandi & commutandi vota, nihil posse circa ista iuramenta, quando iniustitia est in creditore, quale est iuramentum soluendi vsuras, ita Sanchez de matr. lib. 1. disp. 32. num. 17. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 6. cap. 14. num. 15. & lib. 2. de iura. cap. 41. num. 13. Layman lib. 4. sum. tract. 3. cap. 11. num. 8. & alij. Ratio est quia non fiunt Deo nec pietatis intuitu; sed soli huomini nullam similitudinem habent cum voto, sed meræ sunt promissiones humanæ. Imo secundum Suarez loco cit. & Sanchez neque priuilegia concedentia facultatem commutandi vota iurata extendantur ad ista nisi forte esset additum, commutandi vota iurata nisi sint in præiuditium tertij quo casu putat Sanchez extendi quia in similibus nullum ius tertio acquiritur.

Bossius tamen putat non carere magna probabilitate sententiam contrariam vide lector eius rationes, & elige quod placet; meum iuditium supra habes.

337 De iuramentis de re licita in fauorem tertij; sed non acceptatis; dico non solum habentem facultatem ordinariam; sed etiam delegatam commutandi & dispensandi vota, habere etiam commutandi, & dispensandi iuramenta eodem modo non acceptata, vt si quis iuret, se daturum Calicem alicui Ecclesiæ, se inseruiturum alicui hospitali, & tale iuramentum à nemine sit acceptatum vice illius loci, ini sit est communis sententia apud Sanchez lib. 4. sum. cap. 41. num. 8. Suarez de Relig. tom. 2. cap. 15. num. 11. Layman lib. 4. tract. 3. cap. 11. nu. 7. Barbos. de pot. Episc. part. 2. alleg. 36. num. 2. Roderiquez tom. 1. quæst. reg. quæst. 63. ar. 4. & in sum. 2. part. cap. 101. num. 6. & alios, quod verum est siue iuramentum fiat immediate Deo, vt iuro Deo me daturum Calicem, me inseruiturum; siue immediate tertio vt iure me daturum Ecclesiæ &c. quia ante acceptationem semper censentur facta immediate Deo; ita Sanchez loco cito; probatur dictum. Quia sicut similia vota censentur principaliter facta in honorem Dei, & ideo ipse non tertius fit creditor, qui se habet tantum, vt materia circa quam & ideo possunt dispensari & commutari ab habente facultatem ordinariam vel delegatam dispensandi vel commutandi vota honorem Dei respicientia, eodem modo poterunt, & iuramenta non acceptata, quia sicuti in se ipsis æquiparentur ita & in dispensatione, & licet possit peti a iudice vel Prælato, vt vouentem cogant soluere, sicut & iurantem, non obstat tamen, quia facta dispensatione cessat omnis actio, vtpote fundata in sola promissione facta Deo. Nauar. sum. cap. 12. num. 78. & alij.

338 † Et idem dicendum de iuramento facto immediate Deo in fauorem tertij vt iuro Deo, me daturum centum pauperi &c. & etiam si directa sint in honorem alicuius Sancti, & iuro me constructurum Ecclesiam in honorem Sancti Francisci, S. Caroli &c. eadem ratione quia promissio ad solum terminatur Deum. Imo ex Sanchez d. cap. 41. num. 14. adhuc potest per eosdem dispensari iuramentum & votum factum soli Deo in fauorem tertij vt pauperis licet sit factum præsente & acceptante paupere, quia ex tali acceptatione nullū ius sibi acquirit cum nihil illi sit promissum.

339.

339 † Quod si promissio fiat non soli Deo sed etiam homini acceptanti neque quoad obligationem voti, neq; quoad vinculum promissionis humanæ per potestatem delegatam potest relaxari, & ideo neque iuramentum; differt autem votum factum soli Deo, & Deo & homini quod votum factum Deo soli promissio & votum regulariter sunt idem in voto autem facto Deo & huomini inuoluitur promissio distincta a voto ratio autem quia non possit relaxari, est quia nunquam censetur priuilegium concessum in damnum tertij, nisi exprimatur, & stricte interpretandum est.

340 † De potestate ordinaria differit optime Sanchez loco cit. cap. 41. num. 16. & dicit neque per potestatem ordinariam posse vel dispensari vel commutari vota in vtilitatem tertij facta, & ab ipso acceptata sine eiusdem acceptantis consensu ad tollendum vinculum promissionis & voti simul; ad tollendum tamen solum vinculum & obligationem voti remanente vinculo promissionis humanæ ex natura rei & ex vi potestatis non repugnare siue seorsum siue simul votum emittatur; subdit tamen Sanchez facilius dari causam dispensationis vel cõmutationis, quando sunt seorsũ facta quam cum coniunguntur, vide eundem Sanchez.

341 † De iuramentis, & votis factis Deo, & homini vel loco pio acceptanti non tamen propter vtilitatem tertij; sed in honorem Dei & vtilitatem tertij se habet tantum veluti materia circa quam voti, dico si vota sunt facta in honorem Dei sine vllo respectu ad tertium etiam acceptantem, posse tam delegata quam ordinaria potestate dispensari, nullum enim est illi ius acquisitum, cum nihil sit promissum; si vero sint facta habito respectu etiam ad tertium nullo modo poterit dispensari vel commutari sine consensu illius qui acceptauit, est enim illi

342 ius quæsitum. Sanchez & bene num. 18. † In dispensatione autem, & commutatione votorum & iuramentorum aliquo modo respicientia interesse tertij cauendum est à scandalo maxime si commutatio fiat in vtilitatem alterius.

343 † Quotiescumque ergo vota sunt facta soli Deo sine vllo respectu ad tertium, siue cum respectu ad tertium sed non acceptata possunt commutari & dispensari ab habente facultatem vel ordinariam vel delegatam, quia nullum ius est acquisitũ nisi soli Deo. Si vero sunt facta principaliter respectu tertij & sunt acceptata uel facta in honore Dei principaliter & etiã a tertio acceptata non possunt dispensari nec cõmutari ab habente potestatem delegatã; de habente ordinariã dic vt supra & idem de iuramentis, & quibus casibus potest circa vota aliquid fieri potest & circa iuramenta vt dictum est.

344 † Quæres ad quæ vota reseruata se extendat facultas dispensandi, & commutandi in Iubileis concessa. Pro intelligentia noto varias solere fieri eiusmodi concessiones. Aliquando enim conceditur solum facultas generalis commutandi & dispensandi, & tunc non censetur concessa facultas circa vota perpetuæ Castitatis, & Religionis &. Peregrinationis ad limina Apostolorum in Hierusalem & ad D. Iacobum in compostella sine sint ista vltima tria in subsidium, siue ob deuotionem tantum, vtroque enim modo Papæ sunt reseruatæ siue hoc sit à iure siue a consuetudine Siluest. Votum 4. num. 3. Rodriq. parte 1. sum. cap. 192. num. 10. Sanchez lib. 5. sum. cap. 40. num. 6. Barbos. de pot. Epis. part. 2. allegat. 37. nu. 1. & alij ab ipsis relati. Non est autem reseruatum Votum peregrinationis ad ædem Lauretanam Sanchez & Barbosa locis citatis prior. num. 10. Secundus num. 3. eiusdem loci, & licet etiam addita sit vniuersalis. omnia. vt dispensandi commutandi omnia vota, necdum ista censentur venire ob regulam quod in generali concessione non veniunt specialia Reg. 81. de Reg. iuris in 6. & quæ specialiter reseruata sunt specialem, & expressam postulant concessionem cap. Si Episcopus de pæn. & remiss. in 6. Aliquando datur facultas dispensandi & commutandi reseruata, & communiter admittunt in ista comprehendi etiam vota Castitatis perpetuæ & Religionis, quia satis exprimuntur, nec de iure vel consuetudine constat requiri magis specialem, Suarez lib. 6. de voto cap. 25. nu. 5. Sanchez loco cit. num. 17. Aliquando conceditur potestas dispensandi & commutandi vota exceptis religionis & Castitatis & tunc comprehenduntur alia tria peregrinationis quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis ita supracitati. Aliquando autem hoc modo excepto voto Castitatis aut religionis, & tunc vnum censetur concessum altero negato Suarez nu. 10. Sanchez nu. 22. Aliquando excipiuntur vota peregrinationum, & tunc censentur multo magis excepta castitatis perpetuæ & Religionis, quia si excipitur quod est minus multo magis quod est maius Regula enim exceptio firmat regulam intelligitur de minoribus & æqualibus non de maioribus & dissimilibus. Quod si diceretur concedimus omnia vota etiam Castitatis perpetuæ non includeretur Religio quia est quid maius. Si vero diceret, etiam Religionis includeretur etiam castitatis vt quid minus. Ex quibus patet vt sciatur quæ facultas sit concessa esse inspiciendum & attente considerandum tenorem, & verba concessionis.

345 † Hic esset disputandum an dicta quinque vota possint commutari in euidenter melius bonum vel a Sacerdote habente facultatem dispensandi tantum circa vota & commutandi non tamen reseruata; vel etiam a se ipso solo qui vota emisit, sed breuiter dico: Votum Religionis in nullum aliud posse commutari neq. in votum professionis emittendæ, quia est omnino idem, nihil est enim aliud votum religionis, quam votum emittendæ professionis; Cætera vero posse in hoc, quia sicuti cætera vota extinguuntur in sumptione status religiosi, ita & in illud possunt commutari. Neque obstat reseruatio quæ est facta solum quando non est in euidenter melius. Quod si dicas Sanctam Sedem reseruare sibi cognitionem materiæ subrogandæ: dico hoc esse quando est dubia an sit euidenter melior at quando manifeste constat esse euidenter meliorem ad quid ista reseruatio? Aduerte me dixisse in euidenter melius vt excluderem casum in quo perpensis omnibus hic & nunc concurrentibus esset melius exequi votum, quam religionem profiteri. Aduerte præterea, quod licet tempore nouitiatus cætera vota reseruata remaneant suspensa, si tamen vouens dimisso habitu statum religionis non assumeret profitendo tenebitur reseruata adimplere vel petere dispensatioone ab eo ad quem spectat.

346 † In Iubilei ergo facultate, quæ visitata est eum excipiantur tantum duo vota nempe Castitatis & Religionis sequitur ex dictis, quod comprehendantur cætera omnia. Inspiciendus tamen est tenor Bullæ.

347 † De iuramentis factis de quinque supradictis nempe Castitatis perpetuæ Religioonis & Peregrinationum dico in illis ex vi Iubilei posse confessarium

sarium illud idem quod potest circa vota, ideo si
iuramentum contineat votum vt si quis iuraret
Deo se ingressurum Religionem &c. cum circa tale
votum Religionis nihil possit confessarius nihil po-
terit etiam circa iuramenta. Si vero iuramentum
non sit factum Deo aliquid ei non intendendo pro-
mittere; sed tantum eum in testem adducendo
illius quod dicitur, variant Doctores. Aliqui enim
asserunt posse virtute Iubilæi circa illa & commu-
tationem & dispensationem exercere, quia nolunt
esse Papæ reseruata, licet vota sint reseruata; a
diuersis enim non fit illatio maxime à maiori ad
minus, cum ergo vinculum iuramenti assertorij sit
minus quam uinculum voti, sequitur ex eo quod
reseruationis illatio recte non deducatur à dissimi-
libus & maioribus vide Sanchez lib. 8. de matr. disp.
13. & lib. 3. sum. cap. 19. nu. 6. pro cuius rationis
intelligentia aduerte reseruationem iuramento-
rum non extare sed tantum deduci a reseruatione
348 votorum ob paritatem rationis: † Et ex dicta
ratione colligi Episcopum posse similia iuramenta
dispensare & commutare. Alij contra negant
Episcopum posse quidquam in illa iuramenta. Alij
asserunt posito, quod Episcopus possit circa ipsa
non tamen hinc inferri posse etiam Confessarium
virtute Iubilei, ratio est quia potestas circa iura-
menta colligitur ex potestate circa vota, nisi aliud
exprimatur ergo intelligi debet cum eadem limi-
tatione scilicet materiæ reseruatæ vel non reserua-
tæ, cum ergo vota sint reseruata erunt reseruata
etiam iuramenta; quæ tamen ratio non conuincit,
quia tamen regulariter similia iuramenta conti-
nent votum seu promissionem factam Deo puto in
praxi confessarium circa dicta iuramenta nihil de-
bere agere Sanchez loco cit. de matr. lib. 8. disp.
13. num. 7. & lib. 4. sum. cap. 54. num. 51. & istud
dictum videtur esse conforme praxi curiæ Roma-
næ, aliud vero nititur ratione duplici, si potest in
illis votis Episcopus poterit etiam confessarius
virtute Iubilei; non sunt eiusmodi vota reseruata
quia paritas rationis ad vota non currit, errit, ergo
349 &c. ita de istis iuramentis absoluere: † Quid
de pænalibus & conditionalibus? Si in bulla Iubilei
concedatur facultas dispensandi & commutandi
vota excepto castitatis perpetuæ & religionis, ex-
tenderturne talis potestas etiam ad vota & iura-
menta pænalia & conditionalia etiam purificata
conditione.
350 † Pro intelligentia sciendum omne votum &
iuramentum pænale esse conditionale, non omne
351 conditionale pænale † Votum pænale, de quo
loquimur non est illud quod emittitur seruandum
in pænam alicuius delicti commissi ut v.g. quia quis
occidit Sacerdotem uouit religionem, sed pænale
de quo loquimur est conditionale idest pendens à
futuro euentu, & quod dico de uoto dico & de
iuramento. Votum ergo & iuramentum pænale est
quod emittitur non ob effectum ad rem promis-
sam, sed ut timore rei promissæ promittens re-
trahatur a commissione alicuius criminis quod ui-
tare uellet Sanchez de matr. lib. 8. disp. 10. nu. 1.
& in sum. lib. 4. cap. 55. num. 1. & possunt duobus
352 modis fieri. 1. emittendo duplex uotum, uel
iuramentum, alterum faciendi rem, quam deside-
rat, & alterum faciendi aliquid, nisi præstet, quod
desiderat, ut si quis iuret uel uouet non ludere, &
si hoc non præstiterit uoueat castitatem vel reli-
gionem, & primum est absolutum, secundum uere
pænale Sanchez loco cit. & omnes conueniunt
estq; primum principale secundum accessorium 2.
emittendo votum de sola pæna respectiuè tamen
ad id, quod desiderat, vt esse: istud voueo religio-
nem, si lusero, si mæchatus fuero.
353 † Et hoc item duplici modo potest emitti, vel
ex affectu ad rem promissam, vt si quis religionem
uoueat si mæcatus fuerit, si luserit eligens statum
religionis, quia in eo quiete uiuet & alienus à pec-
catis, & ita emissum est mere conditionale, si uero
emitatur non ob affectum ad rem promissam; sed
potius illam promittendo ut rem sibi odiosam, &
ideo efficacem ad se retrahendum ab ea re, quam
cupit euitare, tunc non est uere pænale, & ista
distinctio est probabilior quam tradit Sanchez loco
citato contra Nauar. in sum. cap. 12. num. 43. &
354 alios. † Imo huiusmodi uota, & iuramenta sim-
pliciter referuntur inter pænalia, quia regulariter
non emittuntur ex affectu ad rem; sed res eligitur
ut quid sibi odiosum Filliuc. tract. 26. cap. 9. num.
370. Layman lib. 4. tract. 4. cap. 5. num. 9. & alij.
355 † & in dubio cũ non constat esse emissa ob effe-
ctum ad religionem, sunt censenda pænalia Sanchez
dicta disp. 10. num. 5. & dicto capit. 22. num. 5.
356 † Votum & iuramentum conditionale, ut distin-
guitur à pænali, est quando consensus non est sta-
tim perfectus, & absolutus, sed pendet à futuro
euentu posito sub conditione, & non quasi deter-
minatione temporis, nec res promissa ponitur ut
quid odiosum & in supplicium alicuius rei; dicitur,
non quasi determinatione temporis, quia tali par-
ticula distinguitur ab eo quod apparet; sed uere
non est conditionale, quo casu etiam particula. Si,
æquiualet particulæ, quando, & tunc non est uere
conditionale sed absolutum & sola executio differ-
tur in illud tempus, exemplum est: Quis promittit
se ingressurũ religionem, si ad finem anni peruene-
rit tunc uere statim emisso iuramento, aut uoto
consensus est perfectus, & expectatur tantum
finis anni pro exequtione; idem dicendum si
quis non opponat in uoto particulam, si, sed
iuret aut uoueat hoc modo elapso hoc anno,
uel recuperata sanitate uoueo ingredi religio-
nem; distinguitur ergo uotum conditionale à
dicto quia conditionale non importat absolu-
tum consensum; sed dependentem à futuro euen-
tu; ut si quis uoueat, se ingressurum Religionem,
si à periculo euaserit &c. tunc enim particula,
si, est uere conditionalis & suspendit assensum us-
357 que ad purificationem conditionis. † Cognitio
autem horum uotorum vel iuramentorum pendet
ex cognitione voluntatis uouentis, & promitten-
tis, si enim uouens ita sit affectus ad rem, quam
vouet, vt illam non uoueat respectu alterius rei, est
purum, & particula, Si, æquiparatur, quando,
ut si desiderans ingredi Religionem illam uoueat, si
ab infirmitate conualuerit, hoc uotum est purum,
& assensus est determinatus; significatur enim tali
uoto, promitto suscipere religionem, sed quia
nunc infirmitate ab exequtione impedior, illud
exequar, si, idest quando conualuero, si uero affe-
ctus sit circa aliquid aliud, religio propter illud
uoueatur, ut quis desiderans sanitatem, uoueat
religionem, si illam consequatur, uotum est uere
conditionale, & particula, si, ueram inducit con-
ditionem, & consensus differtur usque ad imple-
tionem conditionis. Sanchez lib. 4. sum. cap. 53.
num. 1. per alias uero particulas distinguitur con-
ditionale à pænali cum res non eligitur, ut quid
358 odiosum &c. † In dubio autem an uotum sit con-
ditionale uel absolutum, iudicandum est conditio-
nale à communiter accidentibus, quia communiter
talia

talia nota emirtuntur conditionate, nempe Deo
ſiunr vr concedar, quod petitur, & eſt ſenſus, ſi
mihi ſanitatem conceſſerit, voueo religionem, vt
359 Deus illam concedat: † quod ſi communiter
accidentia ſuadeant oppoſitum, oppoſitum erie
iudicandum, vide Sanchez locis cit. His ita poſitis
pro maiori intelligentia; relinquendo varietatem
opinionum.
360 † Dico Epiſcopum poteſtate ordinaria, &
quemcunque alium confeſſarium virtute Iubilei
electum, poſſe commutare omnia vota & iuramen-
ta pænalia Caſtitatis & religionis conditionalia de
futuro (de his enim loquimur) ante, & poſt con-
ditionis euentum, ita Medina lib. 1. ſum. cap. 14.
§. 6. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 10. numer. 8.
Suarex de relig. tom. 2. lib. 6. de vot. cap. 23. nu.
1. Filliuc. tract. 26. cap. 9. num. 270. Layman lib.
4. tract. 4. cap. 8. nu. 9. & alij quos refert & ſequi-
tur Boſs. de Iub. ſect. 2. caſ. x. num. 29. probatur,
quia aut votum eſt de fugiendo aliquo crimine ſub
pæna religionis, vel caſtitatis, aut eſt votum caſti-
tatis & religionis ſub conditione ſi delictum in
poſterum patrabitur, & vtrumque etiam poſt adim-
pletam conditionem non eſt ſimpliciter votum
361 religionis reſeruatum, † quia tunc vota iſta ſunt
cenſenda reſeruata, quando ſunt ſimpliciter rei
reſeruatæ. Vota autem iſta pænalia conditionalia
non ſunt huiuſmodi; nam cum votum ſit actus reli-
gionis, quo quis rem ſibi gratam, & acceptam offert
Deo in eius cultum; in votis autem dictis nullus ſit
talis affectus nullaque voluntas rei promiſſæ in pæ-
nam imo voluntas hanc ſibi proponit vt odioſam,
nec illam vult, & potius, quia illam non vult, illam
ſibi proponit tamquam rem proportionatam pro
cauendo peccato, ideo ſequitur quod votum ſim-
pliciter non ſit de religione vel caſtitate ſimplici-
ter, quale debet eſſe votum reſeruatum, cum reſer-
uatio ſit ſtricte interpretanda ſalua proprietate;
Cum ergo non ſint ſimpliciter vota religionis non
ſunt cenſenda reſeruata & ideo poterit Epiſcopus
auctoritate ordinaria, & quilibet confeſſarius vir-
tute Iubilei commutare.
362 † Nunc de votis conditionalibus Caſtitatis
perpetuæ & Religionis: Pro intelligentia noto,
aliqua vota eſſe vere conditionalia, aliqua apparen-
363 ter tantum conditionalia. † Vere conditionalia
ſunt, quando particula, ſi, retinet ſuam naturam,
quæ eſt impedire conſenſum, & illum ſuſpendere in
364 euentum conditionis: † Apparenter autem con-
ditionalia ſunt, quando particula, ſi, denotat,
quando, vt ſupradictum eſt, quo caſu non ſuſpendi-
365 tur conſenſus, ſed determinatur tempus. † Noto
præterea conditionem eſſe triplicem de preſenti, &
præterito, & de futuro, de præterito eſſet iſta ſi
pater meus mortuus eſt voueo religionem; de præ-
ſenti ſi hoc eſt peccatum mortale voueo item Re-
ligionem; de futuro autem ſi nauis redierit voueo
366 Religionem: † Conditio aliquando tacite ineſt,
vel ex natura a rei, quæ petit illam ad executionem
voti, vt voueo religionem ſi vixero, ex natura enim
rei ineſt conditio ſi vixero, vel ex iuris diſpoſitione
illam adijcientis votis, qualia ſunt vita religioſo-
rum filiorum familias, quæ ex iuris diſpoſitione
habent ſi pater conſenſerit, ſi ſuperior non vetaue-
rit; aliquando non tacite ineſt conditio ſed neceſ-
ſario eſt explicanda: Vt ſi nauis redierit &c.
367 † Item conditio quæ tacite ineſt poteſt duplici-
ter explicari, vel eo modo, quo ineſt, vel alio; eo
modo quo ineſt explicatur conditio quando nec in
re, nec in vouentis intentione aliquid nouum
adijcitur conditioni, vt quando vouens voto addit
ſi vixero, nihil aliud innuens, niſi quod ſibi temere
vitam non promittit, ideo illud addit ſi vixero, vel
Deo placuerit; exprimitur autem diuerſo modo ab
quod ineſt, quam inſit, vt ſi quis ob periculum
graſſantis peſtis, vel imminentis mortis, vel nau-
fragij, vel alio modo ſi vixerit voueat religionem;
licet enim etiam hoc caſu poſsit exprimi quod
ineſt eo modo, quo ineſt at ex communiter acci-
dentibus cenſetur explicari alio modo quam ineſt.
Noto vltimo conditionem de futuro aliquando
eſſe neceſſariam vt ſi ſol orietur cras; aliquando
contingentem, vt ſi nauis redierit. Ad difficulta-
tem.
368 † Quando iſta vota ſunt tantum apparenter
conditionalia, neq; Epiſcopus, neq; Sacerdos in
Iubilei poteſt diſpenſare ante vel poſt euentum
conditionis, quia ſunt vere abſoluta Sanchez lib.
4. ſum. cap. 40. nu. 93. Neque item poteſt quando
conditio in votis expreſſa ineſt tacite, & explicatur
eo modo quo ineſt; & hoc ſiue ante ſiue poſt con-
ditionis euentum, quia item illa conditio non red-
dit actum conditionalem, ſed remanet omnino
abſolutus, ac ſi talis conditio non eſſet explicata vt
conſtat ex l. conditiones extrinſecus & l. aliquando
ff. de condit. & demonſtr. & per l. Per hæc verba
369 teſtatoris ff. de leg. 1. † Quando vero explicatur
alio modo, quo ineſt, de illis votis dicendum eſt,
vt de conditionatis; ſunt enim vere conditionalia,
370 vide Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 96. nu. 8. † Et
eadem ratione non poteſt ante, vel poſt conditionis
euentum, quando conditio eſt neceſſaria, habetur
enim ac ſi eſſet impleta ideo votum remanet abſo-
371 lutum † Neque item poteſt quando conditio eſt
de præterito vel de præſenti, quia conditio neque
ſuſpendit actum Sanchez loco cit. cap. 40. num.
372 94. 95. 96. Difficultas eſt quando votum eſt vere
conditionale, non pænale, eo quod conditio ſit de
futuro, & contingens, nec tacite ineſt: pro iſtius
ſolutione varias affert ſententias Sanchez num.
97. &c. ego breuitèr cum eodem Sanchez num. 99.
373 † Dico in his votis conditionalibus poſſe diſ-
penſare, & eadem commutare Epiſcopum, ordina-
ria poteſtate, & confeſſarium electum virtute Iu-
bilei, licet excipiantur vota Caſtitatis & religio-
nis, & idem dicendum, & de iuramentis, multa &
docte ad hoc probandum affert idem Sanchez, hoc
vno ego contentus ero reſeruatio non eſt exten-
denda, ſed ſufficit quod verificetur de proprie
dictis, cum ergo proprie dicta non ſint iſta vota,
quia deficiunt aliquo modo & ratione voluntatis &
ratione affectus ideo de iſtis votis reſeruatio non
eſt intelligenda, quod non ſint perfecte vota. Ca-
ſtitatis & religionis iſta vota conditionalia proba-
tur quia ibi eſt imperfecta voluntas pendens à
futuro euentu, & ſunt imperfecta etiam ratione
affectus, quia reſpiciunt aliquo modo etiam con-
ditionem, ergo cum his duobus modis deflectant
à perfecta voti natura non erunt dicenda reſeruata
ſed ſatis erit dicere illa reſeruata quæ ſunt vota
374 ſecundum perfectam voti naturam † De votis
alternatiuis Religionis perpetuæ Caſtitatis vel al-
terius rei, vt ſi quis voueat vel religionem vel du-
cere vxorem aliquam pauperem mulierem, aut
Religionem, vel dare centum aureos, & ita voueat,
vt non ſe determinet magis ad vnam partem, quam
ad aliam, nec vna pars ſit in ſubſidium alterius, vt
ſi voueat ducere vxorem filiam pauperem & ſi il-
lam non potuerit ducere ingredi Religionem hoc
caſu eſſent potius conditionalia huiuſmodi vota

quam alternatina : De votis ergo vere alterna-
tinis.
375 † Dico si vouens nondum elegerit partem re-
seruatam, sed adhuc electio sit in eius libera pote-
state potest Episcopus potestate ordinaria, & con-
fessarius virtute Iubilei illa dispensare, & commu-
tare, quia hoc votum non est simplicirer reserua-
tum, cum enim constet ex parte non reseruata, &
ex parte reseruata & electio partis sit libera voleoti
per regulam 6. de Regul. iuris in 6. In alternatiuis
debitoris est electio, sequitur quod simpliciter non
sint reseruata ante electionem & hanc sententiam
tenent communiter doctores Sanchez lib. 8. de
matrimon. disput. 9. num. 14. lib. 4. sum. cap. 40.
num. 42. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 6. de voto
cap. 42. num. 1. & 2. Pontius de matrim. lib. 8.
376 cap. 8. §. 2. num. 31. & alij fere omnes. † Post
efficacem vero determinationem ad partem reser-
uatam nihil circa tale votum potest nec Episcopus,
nec confessarius virtute Iubilei electus, quia talis
efficax electio est veluti quædam noua voti emissio,
cum autem tale votum sit reseruatum, sub disposi-
tione Papæ remanet, neque liberum est illi qui
vouit mutare electionem, quod enim semel placuit
377 amplius displicere non debet. † Non sic autem,
quando electio non procedit à deliberata volunta-
te, sed est tantum quoddam propositum eligendi,
vel exequendi votum quoad partem reseruatam,
378 quia simplex propositum non obligat † Quod
si istius voti alternatiui pars non reseruata sit facta
impossibilis ante electionem, vt in voto vel ero-
gandi centum vel ingrediendi Religionem, & ero-
gare centum sit factum impossibile ob paupertatem
&c. ita vt remaneat solus ingressus religionis adhuc
remanet sub potestate Episcopi, & Confessarij
virtute Iubilei electi, quia adhuc ex natura voti &
intentione vouentis illud votum est alternatiuum
licet vna pars exequtioni non possit mandari.
379 † Quod si quæras, an vouens disiunctiue, quando
alteram partem non potest eligere quia est impos-
sibilis teneatur adimplere partem quæ remanet
possibilis Respondeo, si tempore emissi voti vtra-
que pars erat possibilis, & nulla est facta electio, vna
parte euadente impossibili, qui uouit tenetur ad
illam, quæ remanet possibilis, quia obligatio cadit
super utramque partem, & uotum est implendum
eo modo quo fieri potest absque ulla distinctione,
siue illa pars fiat impossibilis culpa, uel sine culpa
uouentis, cum non propter culpam sed ex ui uoti
obligetur Sanchez lib. 4. sum. cap. 13. num. 24.
Si uero tempore emissi uoti altera pars erat inepta
unto, uel impossibilis uouens ad nullam partem
tenetur; quia ad illam quæ remanet non se obliga-
uit præcise, & in disiunctiuis licet obligatio cadat
super utramque partem liberum tamen debet esse
380 uouenti posse eligere, quam uult; † Tandem si
facta electione unius partis uoti & illa post ele-
ctionem reddatur impossibilis uouens ad nihil
tenetur, quia uotum disiunctiuum iam fuit deter-
minatum, & pars determinata effecta impossibilis;
impossibilium autem nulla est obligatio. Ideo si
quis vouet dare Ecclesiæ bouem aut equum, postea
determinet equum, & moriatur, nec tenetur dare
bouem uiuum nec pretium equi mortui, non bo-
uem uiuum, quia uotum, cum fuerit determinatum,
non obligat, nisi ad partem electam, non pretium
equi, quia promisit equum, non pretium uide San-
381 chez dicto cap. 13. num. 26. † In dubio an uotum
sit disiunctiuum, uel conditionale Sanchez asserit
esse censendum disiunctiuum, est enim interpreta-
tio facienda, ut uerba sonant l. labeo 7. uers. idem
Tubero ff. de supell. leg. ibi : Non arbitror quem-
382 quam dicere quod non sentit, & idem Sanchez
subdit hoc uerum esse, etsi uouens magis inclinet,
383 quod sua intentio fuerit conditionalis; † Imo,
etsi rationes reddant utramque partem opina-
bilem uult minus probabili posse adhæreri. uide
ipsum.
384 † Facta commutatione ui Iubilei, uel alterius
facultatis in aliam rem, etiamsi uotum sit Papæ
reseruatum, & commutatio sit facta ab ipso Papa, si
commutatio est facta in foro fori, quod uix potest
contingere, materia, in quam facta est talis com-
mutatio non potest iterum commutari uel ab Epis-
copo potestate ordinaria uel à Confessario Iubilei,
quia talis potestas extenditur tantum ad forum
385 conscientiæ, † ideo neque obligatio iniuncta à
Papa in dispensationibus matrimonialibus uiro
incestuoso inseruiendi fabricæ Sancti Petri poterit
commutari in alia opera, nisi ab Episcopo uel à
Vicario deputato à Papa ad exequendam dispen-
sationem, si uir sit nobilis & delicatæ complexionis
Genuensis in sua praxi Episcop. capit. 20. num. 2.
386 † Si uero commutatio est facta in foro conscien-
tiæ à Papa in materiam non reseruatam poterit ab
Episcopo & confessario uirtute Iubilei eadem ma-
teria in aliam commutari; quia desinit prior obli-
gatio de re reseruata, & transfertur in non reser-
uatam, ideo neque uotum erit amplius reseruatum;
387 † Si tamen uotum non reseruatum commutetur
in rem reseruatam euadit reseruatam uide omnes
doctores quos citat Bossius de Iubil. sect. 2. cas. 12.
388 † Quid autem possit Episcopus ordinaria pote-
state, & quid confessarius uirtute Iubilei circa uota
castitatis perpetuæ & Religionis in dubio pro in-
389 telligentia † Noto dubium aliud esse iuris aliud
facti, aliud negatiuum aliud positiuum. Dubium
est quando intellectus neutri parti assentitur; sed
manet in æquilibrio uel fere in æquilibrio licet
forte maiorem habeat inclinationem in unam
quam in aliam partem. Dubium iuris est cum
dubitatur an lex sit lata, dubium facti, cum dubi-
tatur an aliquid sit factum. Negatiuum est cum
ex defectu probationum non potest elici consensus;
positiuú, cum ex contrarietate opinionum proba-
bilium remanet intellectus dubius quam eligat
390 † Noto 2. Aliquando esse dubium, an uotum te-
neat, & aliquando posito quod teneat, an sit reser-
uatum, u. g. mulier scit se uotum castitatis emisis-
se, sed dubitat an perpetuam.
391 † Noto 3. aliquando certum esse, legem esse la-
tam, dubitari autem an factum sub illa lege com-
prehendatur.
392 † Noto 4. aliquando constare legem existere,
& factum sub illa comprehendi: sed dubitari postea
an tale factum in tali casu comprehendatur sub le-
ge vel ratione necessitatis, uel contrariæ consue-
393 tudinis, de qua dubitatur an sit introducta † No-
to vltimo me hic non agere de valore voti sed tan-
tum an votum sit reseruatum in priori enim dubio
militat ratio melior est conditio possidentis. Se-
cundum autem est soluendum ex eo an reseruatio
sit extendenda ad casus dubios an vero restringen-
da tantum ad certos, eo quod aliquo modo sit
394 odiosa & non amplianda; † poterit ergo Epis-
copus & Sacerdos vi Iubilei commutare & dispen-
sare in votis dubijs Religionis & Castitatis perpe-
tuæ. Votum per metum grauem cadentem in vi-
rum constantem, & in eussum ad hunc finem, vt
votum emitteretur iure positiuo est nullum atq.

cap. Prelatum de ijs quæ vi met. ca. fin. & tradit
Sanchez lib. 4. ſum. cap. 3. num. 12. & alij imo
etiam iure naturæ Layman lib. 4. capit. 1. num. 3.
loquens etiam de voto ſolemni, & ideo talia vota
neque ſunt reſeruata nec indigent diſpenſatione,
395 de reſeruatione autem dico † votum emiſſum
per metum incuſſum ad hoc, vt idem votum Reli-
gionis ſue perpetuæ caſtitatis emittatur, ſiue me-
tus ſit grauis, ſiue leuis, nec ſufficiens ad irritandum
idem votum, non tamen votum eſt Papæ reſerua-
tum, 1. quia deficit à perfecta voti ratione, cum
deficiat plena libertas, & quia intercedit iniuſtitia
in metu incuſſo Leſſius lib. 2. cap. 4. dub. 13.
num. 106. Sanchea lib. 4. cap. 40. num. 31. &c.
396 Qui etiam ibidem num. 28. cum alijs † negat
Epiſcopum poteſtate ordinaria, aut confeſſarium
virtute Iubilei poſſe relaxare vota caſtitatis & Re-
ligionis emiſſa ab illis, qui ſunt ſub alterius pote-
ſtate, vt ſunt vota Religionis emiſſa ab impubere,
397 & ſimilia, † licet enim ea poſſit irritare pater
&c. non tamen poteſt diſpenſare vel commutare
Epiſcopus vel Confeſſarius vi Iubilei, quia eſt diſ-
par ratio, pater enim irritat quia votum eo contra-
dicente non valet, & ideo ab eius voluntate pendet
non ſic autem in reſeruatione reſpectu Epiſcopi
398 & Confeſſarij. † Poſſet tamen commutare &
Epiſcopus & Confeſſarius virtute Iubilei votum
Religionis & Caſtitatis emiſſum cum hac præciſa
intentione non ſe obligandi ad executionem ta-
lium votorum niſi ſub veniali, quod poteſt fieri
quia votum non obligat niſi quantum vouens in-
tendit Sanchez lib. 4. cap. 11. num. 5. & alijs ideo
vouens, cum intendat voto ſe obligare tantum ad
veniale, ad veniale tantum obligabitur, poterit
autem tale votum commutari & diſpenſari quia
maxime deflectit à perfecta natura voti, eſt enim
hæc obligatio valde leuis, de qua non curat Papa.
399 Sanchea lib. 4. cap. 40. nu. 47. & alij † Ita etiam
poterit diſpenſare & commutare votum de emit-
tendo voto religionis, quia non eſt votum Reli-
gionis nec Caſtitatis emiſſo enim tali voto, qui
fornicatur non peccat contra votum Sanchez loco
400 cit. num. 70. † & poterit commutari & diſpen-
ſari votum Caſtitatis, vel ſuſcipiendi ſtatum
religionis ad tempus determinatum, vt triennium,
ſexennium, eadem ratione, quia non eſt votum
Caſtitatis vel Religionis perpetuę Barboſa de pot.
401 Epiſc. part. 2. alleg. 37. & alij † Niſi tamen
votum eſſet ad centum annos, quia æquiualeret
perpetuo. Leſſ. lib. 2. capit. 40. numer. 105.
402 † Poſſunt item commutari votum ſtrictioris re-
ligionis, quia hoc non eſt diſpenſare in voto ſed in
qualitate remanente ſemper obligatione religio-
403 nis; Sanchez lib. 4. capit. num. 74. & alij † Item
votum perſeuerandi in Religione Sanchea vbi
ſupra nu. 75. votum enim perſeuerandi eſt diſtin-
ctum a voto religionis, perſeuerantia enim eſt
veluti qualitas, votum enim religionis obligat ad
ingreſſum abſoluere, ad perſeuerandum autem
tantum, quando non adeſt iuſta cauſa, vt quia non
404 poſſit ſubſtineri religionis auſteritas. † votum
autem moriendi in religione continet duo ingreſ-
ſum videlicet, & perſeuerantiam, ideo quoad
perſeuerantiam poterit diſpenſari non quoad
405 ingreſſum Nauar. conſ. 7. de voto. † Votum
emiſſum intrandi religionem intra ſex menſes, vel
annum &c. item poteſt commutari quoad dilatio-
nem executionis, dummodo executio non adeo
differatur, vt ſit periculum vouentem incidere in
aliquod impedimentum, quo reddatur impotens
ad votum exequendum ratio eſt quia etiamſi diffe-
ratur executio remanet intacta voti obligatio San-
chea numer. 76. Barb. loc. cit. numer. 16. &c.
406 † Poteſt commutari ab eodem Epiſcopo, & Con-
feſſario virtute Iubilei votum Religionis non
approbatæ Henriquez lib. 7. capit. 22. numer. 6.
Sanchez num. 71. & alij, quia non eſt votum perfe-
ctæ Religionis in ea enim non poſſunt emitti vota
407 ſolemnia, nec eſt approbata † ideo poteſt etiam
votum aſſumendi habitum Tertiariarum etiam
408 collegialiter viuentium, † item votum aſſumendi
habitum alicuius ordinis militaris, in quo non
emittuntur vota ſolemnia; non poteſt tamen diſ-
penſari vel commutari votum aſſumendi habitum
& ordinem ſancti Ioannis Hieroſolymitani, qui
dicitur equitum Melitenſium, quia emittunt vera
vota ſolemnia, & vere ſunt religioſi, & licet ipſi
non veniant in odioſis ſub nomine Religioſorum
ob diuerſitatem & modum viuendi, venit tamen
eorum religio ſub nomine religionis quatenus re-
fertur ad vota, quia non differt ab alijs religioni-
bus, quæ comprehenditur ſub reſeruatione quoad
hoc vide Sanchez lib. 8. de matrim. diſput. 9. &
Sanctarellum de Iub. capit. 10. dub. 2. qui alios
refert. Quoties ergo votum eſt de Religione in qua
non emittuntur vota ſolemnia, vel vota non emit-
tuntur ſimpliciter; vel Caſtitatis non eſt perpetua,
vel religio non eſt approbata, votum de illa aſſu-
409 menda poteſt commutari, vide Sanchez. † Item
poſt commutari votum factum hoc modo voueo me
ingreſſurum Religionem Cartuſianam v. g. ſi quam
ingrediar, quia eſt votum conditionatum Sanchea
lib. 4. ſum. cap. 40. num. 49.
410 † Ex quibus collige ſub facultate ordinaria
Epiſcopi & Confeſſarij in Iubileo cadere votum
caſtitatis limitatæ vt coniugalis; non nubendi; niſi
tamen tale votum eſſet factum in gratiam alterius,
quia tunc requireretur conſenſus illius, in cuius
gratiam emiſſum eſt votum: Et quod dico de votis
dico de iuramentis iuxta ſuperius tradita cum
411 ageremus de iuramento, † addo, ſi votum non
nubendi eſſet factum ſolum in fauorem tertij, &
nullo modo ex deuotione, non indigeret diſpen-
ſatione, vel commutatione, ſed tolleretur ſola
relaxatione tertij, in cuius fauorem emiſſum eſt.
412 † Votum item Virginitatis: ſi vouens intendit
de virginitate proprie ſumpta, non vero, vt dicit
caſtitatem; quod ſi vouens id expreſſe non intendit
volunt Sotus lib. 7. de iuſt. quæſt. 2. art. 1. Sanchez
locis citatis & alij, eſſe votum caſtitatis perpetuæ,
413 & ideo eſſe Papæ reſeruatum. † Poteſt item
commutari votum perpetuæ caſtitatis, quod reſul-
tat ex pluribus votis, veluti ſi quis voueat non
nubere, poſtea voueat non fornicari poſtea non
committere alia peccata luxuriæ ex quibus conficí-
tur votum perpetuæ caſtitatis, quia quodlibet
iſtorum poteſt ſeorſim commutari cum ſit tantum
partialis caſtitatis, niſi tamen vouens in vltimo
voto intenderet ſe obligare ad omnimodam caſti-
tatem, quia tunc eſſet votum veræ caſtitatis per-
414 petuæ Sanchez d. cap. 40. nu. 68. † Item votum
præsbyterandi, quia hoc non eſt uotum caſtitatis,
ſed uotum emittendi uotum caſtitatis quod dixi-
mus ex Iubileo poſſe commutari. Barb. d. alleg. 37.
415 num. 19. & alij. † Qui autem talia uota emiſit, ſi
416 fornicetur, non peccat contra uotum. † De uotis
coniugum. Dico quando uotum a coniugibus eſt
emiſſum poſt matrimonium ſiue ratum, ſiue conſu-
matum, ſiue ab vno tantum coniuge ſiue cum li-
centia ſiue ſine licentia alterius, ſiue ab vtroque
coniuge

coniuge cum mutua licentia, uel sine nisi tamen expresso iuri proprio renuncient pacto expresso, posse ab Episcopo potestate ordinaria & à confessario Iubilei commutari Sanchez lib. 8. de matr. disput. 11. a num. 4. ad 8. & disput. 15. num. 7. & lib. 4. sum. cap. 40. a num. 12. ad 57. Quia non est uotum castitatis omnimode & simpliciter, sed limitatæ non petendi debitum; ratio patet ex ijs
417 quæ tradit Sanchez & alij; † & facta commutatione talis uoti uel relaxatione qui uouit non tenebitur amplius ad castitatem neque soluto matri-
418 monio. Quod si uotum fuerit emissum ab utroq; coniuge cum expressa renunciatione iuris petendi & reciproca conuentione, & mutuo consensu neq; a confessario neq; ab Episcopo circa illud uel relaxando uel commutando quidquid poterit Sanchez d. cap. 40. num. 57. Sanctarellus cap. 9. dub. 3. & alij quos ipse refert, ratio est, quia huic uoto nihil deest ad rationem perfectæ & omnimodæ castitatis Sanchez late lib. 9. de matr. disput. 37. num. 10.
419 † posset tamen si tali uoto esset addita aliqua limitatio, ut si uotum esset ad sex menses ad sex annos, uel aliqua alia qua uotum redderetur non simpliciter castitatis perpetuæ Sanchez loc. cit.
420 † Poterit etiam Episcopus in prædicto casu dispensare ob periculum incontinentiæ, nec commode possit adiri Summus Pontifex, uel alius, ut Nuncius uel legatus ab eodem Papa habens facultatem, ut uterque utatur matrimonio, siue reddendo, siue petendo, ita tamen, ut soluto matrimonio superstes teneatur, sicuti prius, seruare ca-
421 stitatem, quam uouerat Sanchez loc. citat. † Si uero ab initio matrimonij uterque coniux per modum contractus, & mutuæ conuentionis uouissent perpetuam castitatem, si filios suscipiant, tunc, cum dictio, si, æquiualet, quando, & significet tantum determinationem temporis, est uotum absolutum, & ideo reseruatum, nec quidquam circa illud potest Episcopus uel confessarius supradictus, cum autem, si, æquiualet conditioni; ut si uotum sit factum hac mente si Deus nobis concesserit filios, ob tale beneficium castitatem uoueo, cadet sub potestate Episcopi & Confessarij uirtute Iubilei cum uere sit conditionatum, patet ex supradi-
422 ctis. † An autem confessarius uirtute Iubilei possit circa omnia uota castitatis eo modo, quo potest Episcopus; ut hoc quæsitum elucidetur;
423 † Sciendum aliquando Episcopum cōmutare uel dispensare potestate ordinaria aliquando per Epicheiam: de potestate ordinaria hactenus diximus,
424 † Quid possit per Epicheiam DD. cōmuniter conueniunt, in casibus imminentis necessitatis, ut u.g. Papa non potest adiri nec alius habens ab eo facultatem ob nimium paupertatem, Imminet ex mora periculum incontinentiæ; Ex mora imminet graue scandalum, uel periculum magni damni Tertiæ personæ, ut si, qui castitatem uouit uelit ducere in uxorem uirginem à se defloratam, & si expectetur dispensatio uoti a Papa est periculum quod matrimonium impediatur, uel mutetur uoluntas, & deflorata remaneat cum iactura honoris. Item si sit periculum, quod uoto adstrictus, si expectetur dispensatio a Papa, moriatur, & proles remaneat non legitimata; in his enim, & similibus conueniunt doctores posse Episcopum dispensare, non quod illi ex propria auctoritate conueniat dispensare in uoto Castitatis his casibus sed conuenit per Epicheiam, siue ex rationabiliter præsumpta mente Papæ, quod scilicet nolit Castitatis uotum cum tanto periculo & damno sibi esse reseruatum, sed tunc Episcopo uelit esse concessam talem facultatem uide Henriquez lib. 6. cap. 14. nu. 7. in Gloss. litt. P. & lib. 7. cap. 30. num. 6. in Glos. litt. B. Suarez de Religion. tom. 2. lib. 6. de uoto cap. 26. num. 9. & sequent. Sanchez de matrimon. lib. 8. disput. 9. num. 22. & lib. 4. sum. cap. 40. num. 34.
425 Barbos. d. alleg. 37. num. 13. & alij † Quærimus ergo an etiam confessarius his casibus uirtute Iubilei possit, quod potest Episcopus per Epicheiam. Respondetur non posse, quia uere sunt uota reseruata Papæ, & quod per Epicheiam concessum iudicatur Episcopo non est iudicandum concessum cuilibet confessario; Casus enim in quibus potest Episcopus iure ordinario dispensare, uel commutare non sunt reseruati Papæ, ideo ueniunt in concessione facta confessario uirtute Iubilei; casus autem quos per Epicheiam censemus exceptos sunt uere reseruati, ideo si ob eminentiam dignitatis ob periculum, & alias causas censentur concessi Episcopo concessio ulterius non est protrahenda. ita communiter DD. Roder. tom. 1. Reg. quæst. 63. art. 6. Henriquez lib. 6. cap. 14. num. 7. in Glos. lit. P. Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 15. num. 5. & 10. & lib. 4. sum. cap. 42. nu. 7. & cap. 54. num. 15. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. de uoto capit. 26. num. 18. & alij communiter.
426 † Aduerte autem quod dispensatio facta ab Episcopo in casibus per Epicheiam concessis non extenditur ultra illum casum u. g. uoto Castitatis adstrictus morti proximus dispensatur, ut possit contrahere, ne proles remaneat illegitima, ex dispensatione matrimonium contrahit & postea conualescit si deinde ob mortem uxoris uelit aliam ducere dispensationem tenebitur impetrare Sanchez & Suarez supra relati.
427 † Regulares si sint uiri docti & approbati iuxta formam Tridentini, & a Prouincialibus deputati specialiter ad id ex Priuilegio Pij V. concesso Franciscanis de obseruantia, possunt dispensare ad petendum debitum cum his qui post simplex uotum castitatis contraxerunt matrimonium Henriquez lib. 12. cap. 2. num. 9. Sanchez de matrimon. lib. 8. disput. 16. num. 3. Pontius item de matrimon. lib. 8. cap. 10. num. 2. Priuilegium referunt Sorbus Peregrinus in Compend. Priuileg. Theatin. &
428 alij, † uirtute eiusdem priuilegij possunt dispensare ad petendum non solum post consumationem sed etiam ante Sanchez in sum. lib. 4. capit. 43. num. 10. Ad uotum autem castitatis emissum post matrimonium non extenditur dictum priuilegium cum loquatur tantum de emisso ante matrimonium ideo uirtute illius non poterit dispensari ad petendum post tale uotum Sanchez lib. 4. cap. 42.
429 num. 12. † Votum non petendi commutationem uel dispensationem uoti, uel emittitur animo se obligandi sub generalitate numquam petendi, uel emittitur tantum animo non petendi, quando ita erit expediens, rursus uel emittitur uotum non petendi a quoquam, uel non petendi à Papa. Votum non petendi dispensationem à quoquam preter quam à Papa adhuc potest dispensari uirtute Iubilei quia non est Papæ reseruatum reseruationem enim non facit uouens, neque ipse dat uel aufert iurisdictionem. Votum non petendi dispensationem uel commutationem emissum animo se obligandi sub generalitate in omni euentu est nullum quia est de re quæ aliquando potest esse illicita potest enim aliquando non esse expediens non petere dispensationem uel commutationem; & ideo si petatur dispensatio voti de quo sit emissum aliud

votum de non petenda illius voti dispensatione vel commutatione si petatur commutatio vel dispensatio non peccabitur. Si vero votum fuerit factum cum limitata intentione non se obligandi nisi in casibus in quibus est expediens vel ex communi intellectu inest talis restrictio votum valebit; poterit tamen peti dispensatio ex iusta causa. Quare emissum votum non petendi dispensationem, vel erit nullum & non indiget dispensatione, vel est validum, & adhuc poterit dispensari licet sit emissum animo non petendi dispensationem ab alio, quam a Papa vide Sanch. lib. 4. sum. cap. 40. num. 13. & 79. & cap. 54. num. 23. & idem dicendum de
430 iuramentis. † In casu autem quo valet votum vel iuramentum de non petenda commutatione voti, tunc si petatur commutatio debet fieri in maius bonum, quam requirat votum principale, quia non illud solum commutatur; sed etiam votum non petendi dispensationem vel commutationem; commutatio ergo cum sit duorum votorum debet esse in maius quam si esset commutatio tantum vnius. Sanchez lib. 4. capit. 56. num. 5.
431 † De voto non peccandi; vel est de vitando omni peccato etiam veniali, & est nullum vt de re impossibili Sanchez lib. 4. cap. 5. num. 10. & alij
432 quos ipse refert; † Vel est de non peccando mortaliter, & tenet, est enim de re mortaliter possibili Sanchez loco cit. num. 15. & 18. vbi plures alios;
433 † potest tamen commutari, & relaxari iuxta facultatem concessam in Iubileo, quod patet, quia non est ex reseruatis, nec per votum tollitur obligatio non peccandi sed tantum vinculum voti quo
434 magis adstringitur obligationi non peccandi. † Imo addit Sanchez & alij confessarium debere esse facilem in commutando & difficilem in consulendo
435 huiusmodi vota. † Idem dicendum de voto non ludendi, & causa commutandi potest esse nimia procliuitas illius qui vouit ad ludendum ita vt non obstante voto adhuc sæpe ludat, sicuti enim nimia incontinentia est causa ad commutandum & dispensandum votum castitatis ita & frequentia ludendi ex procliuitate quæcumque illa sit est sufficiens ad dispensandũ & commutandum votum non
436 ludendi. † In voto non ludendi absolute emisso an inuoluatur obligatio non ludendi quocumque ludo alias etiam licito, an vero tantum non ludendi ludis mortaliter aut venialiter peccaminosis. Nauar. in sum. cap. 12. num. 21. & alij negant includi obligationem non ludendi ludis licitis, quia sunt actus virtutis eutrapeliæ, Votum autem de abstinendo ab actu virtutis non obligat Sanchez vero lib. 3. sum. cap. 18. nu. 2. affirmat valere, quando vouens non ludere quocumque ludo intendit se obligare ad abstinendum à quocumq; ludo etiam modicæ quantitatis.
437 † Ratio est quia ludus est ex illis actibus virtutis, quorum priuatio continet in se maius bonum licet enim ludus honestus pertineat ad eutrapeliam honesta conuiuia inter amicos ad vrbanitatem negari tamen non potest quod non contineant accessum ad res terrenas & ideo illis priuari non sit melius; Actus matrimonij sunt actus Sacramenti, & tamen illis abstinere est melius ergo votum de non ludendo etiam ludo licito est de meliori bono quod cadit sub consilia euangelica.
438 † Excipe tamen, nisi tales abstinentiæ essent contra statum personæ vel sanitatem corporis vel contra urbanitatem requisitam, quæ omnia recte
439 sunt attendenda. † Item discrepant doctores an confessarius uirtute Iubilei possit dispensare uel commutare iuxta facultatem concessam commutandi uel dispensandi, pænam incursam ab uotum pænale prius emisum, u. g. Quis emisit uotum non ludendi, & si luserit erogandi centum in eleemosinam; lusit ter quater uel decies ideo tenetur ad pænam; poteritne à confessario uirtute Iubilei commutari talis pæna negat Nauar. lib. 3. cons. 31. de uoto in 2. ædit. Azorius 1. part. lib. 11. cap. 19. quæst. 23. & cap. 18. quæst. 11. & alij ratio est quia alia est obligatio soluendi pænam iam incursam alia exequendi votum. Sanchez lib. 8. de matrim. disput. 15. num. 14. & lib. 4. sum. cap. 52. num. 9. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 6. de uoto cap. 20. num. 19. & alij affirmant posse, quia obligatio soluendi pænam incursam est ex eodem uoto, a quo est obligatio incurrendæ, sicuti ergo potest
440 tolli obligatio incurrenda ita & incursa, † idem dicito de illo, qui uouisset dare pauperi decem singulis mensibus, & omisisset dare decem mensibus, & esset debitor centum, potest ergo commutari uel tolli pæna incursa uel incurrenda ob uotum
441 † etsi Summus Pontifex dispensasset in parte pænæ. u. g. debitori centum remisisset quinquaginta adhuc poterit dispensari in alijs quinquaginta, non enim ad illa tenetur ex præcepto Summi Pontificis sed ex eodem uoto; Summus enim Pontifex dispensat in quinquaginta, at non iniungit onus soluendi alia quinquaginta, sed remanent soluenda ex uoto, quod cum sit sub potestate confessarij poterit illa quinquaginta ex eodem uoto debita uel commutare uel dispensare. Quod autem debitor teneatur ex uoto non ex præcepto Papæ ad illa quinquaginta patet quia non soluendo peccabit contra uotum, non contra præceptum Papæ.
442 † Commutatio autem pænæ incursæ nec dispensatio in ea non censetur facta quoad incurrendum & uice uersa nisi petatur quod fiat, & fiat a confessario, cum enim diuersimode soleant fieri, non censentur factæ simul, uide Sanchez disput. 15.
443 num. 15. & Suarez loco cit. nu. 21. &c. † Datur aliquando facultas a Summo Pontifice Confessarijs commutandi uota in subsidium. u. g. Belli contra infideles in subsidium terræ Sanctę &c. poteritne intelligi tale subsidium de re spirituali ut oratione Sacrificijs, ieiunij &c. uariant doctores. Ego dico quod tales commutationes uotorum, si fiant in fauorem diuitum debent fieri in subsidium temporale, si fiant in fauorem pauperum etiam in subsidium spirituale, & ita discrepantes sententias intelligo. uide Suarez de Religion. tom. 2. lib. 5. de uoto cap. 19. num. 18.
444 † Aduerte minorem causam requiri ad commutandum, quam ad dispensandum; nam in dispensatione tollitur omnino uinculum, in commutatione tollitur quidem una res sed subrogatur alia cum eadem obligatione uoti Less. lib. 2. de Iust. cap. 40. dub. 11. numer. 96. & ad commutandum in æquale, uel nullam requiri, si sit æque Deo gratum ut Henriquez lib. 7. cap. 30. num. 5. uel si qua desideratur sufficit quælibet licet leuis, & modica, ut desiderium petentis commutationem in rem quam petit subrogari Sanchez lib. 4. cap. 51. num. 21. 22. & 23. Suarez tom. 2. de relig. lib. 6. de uoto cap. 18. nu. 9. & 10. & cap. 19. nu. 10. & 14. Ex illa enim uoluntate & desiderio resultat maior alacritas in commutatæ rei exequtione, quod est
445 Deo gratius. † In casu dubio an materia, quæ petitur subroganda, sit equalis Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 11. nu. 96. putat esse causam sufficientem ad

ad commutandum aliquam notabilem molestiam
in exequendo, uel magnam fragilitatem cum peri-
culo uiolandi uotum. Sanchea uero adhuc putat in
casu dubiæ equalitatis esse sufficientem causam
commutandi, quod commutatio instanter petatur.
446 † Tempore Iubilei pro facienda commutatione
uoti in equale, quacumq. alia causa remota, suffi-
ciens est sola inteotio exequendi quæ in Iubileo
præscribuntur ut ieiunium uisitatio Ecclesiarum
&c. Suarez loc. citat. cap. 16. num. 10. & Sanchea
447 eodem cap. 51. num. 19. † Ao autem eadem io-
tentio præstandi præscripta in Iubileo sit sufficiens
causa commutandi etiam io aliquid minus dico
non sufficere sed requiri aliquam aliam, quia in
ista commutatiooe admiscetur aliqualis dispen-
satio quæ requirit causam Angel. Verbo uotum 3.
num. 26. & alij estque commuois licet aliqui
448 seutiant esse sufficientem. † Causæ autem
sufficientes possunt esse difficultas in exequtione
uoti; utilitas petentis commutationem, magna
fragilitas cum periculo uiolandi uotum; re-
pugnantia pareotum, & similes. Lessius & San-
chez locis citatis; idem dicendum de iuramen-
tis.
449 † In facienda autem commutatione uotorum,
& iuramentorum debet confessarius esse valde pru-
dens & circumspectus non enim est facilis cuicum-
que talis commutatio Roderiquez io sum. tom. 2.
cap. 102. oum. 4. ideo aliqua generalia tradémus
deinde quæ pertinent ad vota peregrinationis,
postea quæ spectaot ad vota conditionalia & pæna-
lia, & per ordinem prosequemur commutationem
voti vitæ amarini; Ingrediendi Religionem, Non
contrahendi matrimonium, assumendi ordines
Sacros, & ieiunandi v. g. omnibus sextis ferijs,
de quibos late Sanchez lib. 4. sum. cap. 56.
450 † Quoad generalia; debet confessarius habens
facultatem delegatam, diligenter curare, vt inxta
infra tradenda subroget voto materiam propor-
tionatam, alioquin peccabit mortaliter & teoent
non solum Sanchea qui putat etiam virtute Iubilei
debere fieri commutationem in equale sed etiam
qui asserunt posse fieri io aliquid minus vt Roderi-
quez tom. 2. cap. 102. nu. 14. Aragon. 2. 2. quæst.
88. artic. 12. Medin. lib. 1. iost. confess. cap. 14.
§. 7. Vega tom. 2. sum. cap. 126. casu 36. & alij.
451 † Quare optime admonent confessarios non
admodum peritos, ne in se suscipiant onus com-
mutandi vota, ne facultate abutantur in diminu-
tionem diuini cultus; sed consulant peritos, qui
etiamsi sequantur sententiā, quod cōmutatio possit
fieri in aliquid minus attente tamen considera-
452 bunt ne sit nimis minus, † vt esset si votum num-
quam ludendi commutaretur in solutionem quin-
que Iuliorum, vel quinque librarum; est enim
nimis improportionata commutatio ne igitur
453 errent, sciant † Bonum, in quod facienda est
commutatio, non esse iudicandum maius, minus,
vel equale voto, quod commutatur, ex maiori,
equali, uel minori excellentia virtutis; sed ex eo
quod materia voto subroganda hic, & nunc atten-
tis circumstantijs, magis, æque, aut minus fit apta
ad finem intentum à vouente, & ad illius spiritua-
454 lem vtilitatem; † quare, qui vouit ieiunare, vt
carnis motus compescat, illius votum non recte
commutabitur in eleemosinæ erogationem, licet
eleemosina sit actus excellentioris virtutis, quam
ieiunium, quia non est æque apta fini, & vtilitati a
vouente intentis. Si vero ad eosdem carnis motus
reprimendos quis vouit peregrinationem recte
commutabitur in ieiunium Sanchea loc. cit. nu. 9.
455 † prudentissima autem est commutatio voto-
rum, quæ fit io frequentiam Sacramentorum con-
fessionis & communionis, & in exercitium oratio-
nis mentalis, vtpote quæ maxime conducunt ad
vitiorum extirpationem, virtutum augmentum,
456 & diuinum cultum: † Possunt etiam vota con-
cernentia diuinum cultum & animæ salutem com-
457 mutari in Missarum Sacrificia: † est etiam spe-
ctandus finis ob quem votum est emissum & quo
altior erit finis, eo altior & maior materia est sub-
458 stituenda, v. g. illi, † qui vouit non ludere causa
vitandi blasfemias maior, & altior materia eric
subroganda quam si vouisset tantum ad vitandam
nimiam iacturam, & statui non conuenientem,
459 Sanchez oum. 9. † & si votum consideretur spe-
ctato solum diuino obsequio in commutatione
non erit necessario habendus respectus pluralitatis
vel diuturnitatis actuum, sed poterunt compen-
diari, & restringi v. g. Quis vouit longo tempore
recitare coronam Beatissimæ Virginis vel centies
psalmos pœnitentiales, poterit huiusmodi votum
commutari in pauciora Missæ sacrificia, & minori
460 tempore peragenda, † non sic autem si uotum
respiceret etiam commoditatem tertij vt si vouis-
set per annū facere celebrare missas in vna Ecclesia
ob cōmoditatem populi qui dum longiori tempore
sacrificijs interest magis Deus honoratur, huius
461 enim augmenti esset etiā ratio habenda; † & idē
dicendum de votis emissis aliquid faciendi certo
die, nisi enim maior cultus diuinus resultet ex
peractione illius voti tali die vel tempore illius
462 nullus respectus est habendus. † Huiusmodi
autem vota duplicem inuoluunt obligationem al-
teram rei præstandæ, alteram rem præstandi tali
die vel tempore quare commutato vero præstandæ
rei, non est sublata obligatio præstandi rem subro-
gatam eodem die nisi id exprimat confessarius vel
colligatur ex rei subrogatæ qualitate. Sanchez
463 num. 29. † Vota realia conuenientius commu-
tantur in alia onera realia, & personalia in perso-
nalia, ut quantum fieri potest seruetur equalitas in
commutatione, & finis uouentis sortiatur suum
effectum, ut uotum ædificandi Ecclesiam in elee-
mosinas uotum portandi ciliciuorad carnem do-
mandam in ieiunia, non est tamen necesse id sem-
464 per fieri † sed aliquando possunt realia commu-
tari in personalia, & personalia in realia Less. lib. 2.
cap. 40. dub. 11. num. 95. Sanchea lib. 4. sum.
465 cap. 26. num. 24. & alij † in qua commutatione
habenda est ratio diuini obsequij, & finis propter
quem uotum est emissum, ut commutatio recte
fiat. Vnde Lessius docet ex causa posse commuta-
ri uotum eleemosinæ corporalis in spiritualem
videlicet in sacrificia preces &c. Maxime autem
est spectanda fragilitas illius, qui petit commuta-
466 tionem; † aduertendumque est ne nimis in
commutatione grauetur cum periculo non adim-
467 plendi id, quod uoto subrogatur, † quare interdum
expediet commutare uota in res illas, quas ex
deuotione solet præstare, qui petit commutatio-
nem uoti, ut puta in recitationem Rosarij, Coronæ,
auditionem Missæ & cætera similia, quæ solet fre-
468 quentare † Erit etiam actus prudentiæ concedere
alternatiuas rerum & temporis, ut cum non poteris
ieiunare die Veneris, ieiunabis die Sabbati, nisi
poteris recitare Rosarium erogabis eleemosinam
469 &c. ut facilius rem iniunctam exequatur; † non
est tamen facienda commutatio in res alias debitas
ut in auditiones missarum diebus quibus ex præ-
cepto

cepto tenetur ; quia iſtis neque uoto ſatisfit ſecun-
dum Leſſium loco cit. num. 87. & Sanchez nu. 38.
470 cap. 56. cit. † Quo maior eſt cauſa commutandi
eo leuior poteſt eſse commutatio Henriquez lib.
7. cap. 30. num. 5. unde uotum emiſsum uel ob
metum incuſsum uel etiam ob metum periculi
mortis uel in infirmitate uel in periculo, uel ex
repentina deliberatione uel ex nimia uouendi faci-
litate uel alia ſimili de cauſa poterit commutari in
leuiorem materiam, quam ſi factum fuiſset cũ plena
471 deliberatione, ſine periculo &c. † Similiter quo
maior eſt inhabilitas ad uoti exequtionem, ut infir-
mitas & debilitas ad ieiunandum uirium fractio ad
peregrinandum ; quo maiores ſunt iſtæ, & ſimiles
cauſæ eo leuior poteſt eſse materia in quam uotum
472 commutatur. † Item habenda eſt ratio diffi-
cultatis in exequendo uoto, & rem quæ uoto ſub-
rogatur Sanchez d. cap. 56. num. 10. Sanchez de
Relig. tom. 2. lib. 6. de uoto cap. 19. num. 16. &
473 alij † unde uotum ieiunij emiſſi à paupere, ſi
commutetur in eleemoſinam poteſt commutari in
minus quam commutaretur diuiti propter difficul-
tatem in paupere & ieiunandi, & erogandi eleemo-
474 ſinam ; † ideo etiam minor numerus ieiuniorum
eſt iniungendus laborantibus, colericis, & debili-
bus quam otioſis robuſtis & flegmaticis, nam
paucitas reſpectu illorum equiualet multitudini
iſtorum, reſpectu difficultatis, & iſta quoad gene-
ralia.
475 † Quoad commutationem uotorum itinerandi,
uel peregrinandi habenda eſt ratio laboris, itineris
expenſarum, quas peregrinaturus facturus fuiſset
in itinere, uel peregrinatione deductis tamen
expenſis domi faciendis. v. g. Petrus vouit peregri-
nationem ad ædem Lauretanam, tempore Iubilei
petit tale votum ſibi commutari, expendet confeſ-
ſarius qualitatem perſonę vouentis an ſit mercator
an artifex &c. & habita ratione laboris, itineris &
expenſarum quas faceret in peregrinatione, dedu-
ctis tamen, quas faceret viuendo domi (quia æqu-
um eſt vt viuat ſiue in via ſiue domi ideo expenſæ
victus neceſſario faciendæ domi ſunt deducendæ)
ad voti commutationem procedet. Nauar cap. 12.
ſum. num. 77. verſ. 8. Roderiquez lib. 3. ſum. cap.
102. num. 4. Henriquez lib. 8. cap. 30. num. 5. lit.
N. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 6. de voto cap. 19.
num. 19. Sanchez lib. 4. ſum. cap. 56. num. 11. &
alij, & ratio eſt, quia omnia iſta cenſentur in voto
peregrinationis Deo dicata ideo commutando ad
iſta reſpiciendum. De expenſis vero reditus à
loco, ad quem eundem ex voto, in patriam, variant
doctores alij affirmantes alij negantes eſſe compu-
tandas. Ego puto quod, ſi vouens intendebat non
redire vel ibi remanere, vel alia de cauſa reditus
pro ſatisfactione voti non eſſet neceſſario intentus,
non ſint computandæ, vtpote non Deo dicatæ, ſunt
quidem dicatæ illæ itineris quia nullo modo poteſt
voto ſatisfieri ſine illis, at voto ſatisfacto expenſæ
reditus poſſunt aliam habere cauſa, quæ ſi nulla ſub-
ſit ſunt omnino computandæ etiam expenſæ in
redeundo faciendæ, quia tunc intelliguntur Deo
dicatæ, quando ſunt neceſſariæ, non vero quando
non ſunt neceſſariæ Vega tom. 2. ſum. cap. 126.
caſu 36. Roderiquez d. cap. 102. & Sanchez d. cap.
56. nu. 17. & licet aliqui putent in commutatione
voti peregrinationis non eſſe habendam rationem
expenſarum quas votum exequturus facturus eſſet
in comitatu famulorum, equorum &c. iuxta ſuum
ſtatum Henriquez vbi ſupra & alij dicentes ſatis
eſſe computarę ſumptus quos vel ſolus vel cum vno
vel altero ſocio feciſſet, in quam ſententiam aliqui
inclinant ad tollendos ſcrupulos qui poſſent oriri
in facienda ſupputatione expenſarum, ego tamen
puto eſſe habendam rationem omnium, quas vo-
tum exequturus facturus eſſet, ſunt enim vere Deo
dicatæ nec video qui ſcrupuli poſſint oriri maiores,
quam ſit iſte non reddere Deo res illi dicatas, præ-
terea videtur ratio nimis leuis, qui enim poteſt
ſupputare ſumptus ratione vnius, quare non ratio-
ne multorum, difficultas conſiſtit in prima taxa-
tione, qua poſita facile ad alias deuenitur, præterea
iſtæ non ſunt adeo mathematice perpendendæ, vt
ad obolum ſint faciendę ſed ſufficit moralis æſtima-
tio, in concluſione conſenſit Suarez d. cap. 19. nu.
20. Sanchez cap. 56. cit. num. 14. & alij. Item
habenda eſt ratio in commutatione iſtorum voto-
rum periculorum itineris, damni ex abſentia im-
minentis rebus illius qui votum eſſet exequturus,
item tributorum ſoluendorum ſi iter eſſet haben-
dum per oras infidelium Roderiquez cit. cap. 102.
num. 4. Vega d. caſu 36. Sanchez loco cit. ratio eſt
eadem, quia ſunt Deo dicatæ omnes iſtæ expenſæ
& ſunt neceſſario faciendæ ſi votum ſit exequtioni
mandandum & ſoluendum.
476 † Solet etiam quæri, an materia, in quam com-
mutatur votum peregrinationis, ſit applicanda
loco ad quem peregrinatio facienda eſt v. g. quis
vouit adire ædem Lauretanam, quod votum com-
mutatur in centum aureos an illi centum ſint mit-
tendi ad dictam ædem, ad quam votum directum
eſt : Reſpondeo ex Sanchez d. cap. 56. num. 21.
poſſe applicari ad alios pios vſus, vt dotandas puel-
las pauperes, & ſimiles, & in his ſine vlla ratione
loci pij ſufficit reſpectus maioris, vel æqualis boni
ſpiritualis vouentis, & diuini cultus iuxta iam
477 tradita. † Imo etſi non ſolum votum eſſet emiſ-
ſum adeundi v. g. Virginem Lauretanam ſed inſu-
per etiam eidem Eccleſiæ certam eleemoſinam
erogandi adhuc etiam iſtius voti poſſet fieri com-
mutatio, vt alicui alteri Eccleſiæ pauperi illa elee-
478 moſina tribueretur; Sanchez vbi ſupra : † Si vero
votum eſſet factum itineris conficiendi pedibus
mendicando &c. nulla eſſet quidem habenda ratio
expenſarum correſpondentium in commutatione,
ſed eſſet habenda laboris maioris, & maioris obſe-
quij, quod Deo tali modo exhiberetur Sanchez
479 num. 23. † Labor autem itineris vnius diei pedi-
bus habendi recte poſſet commutari ieiunio vnius
diei ; Labor duorum dierum itineris vel trium &c.
480 totidem ieiunij Sanchez nu. 40. & alij. † Quod
ſi iter pedibus non erat peragendum habita ratio-
ne prius expenſarum quæ eſſent faciendæ, commu-
tatio laboris quatuor dierum itineris reda vel
equo peragendi, poſſet fieri in ieiunium vnius diei
Sanchez imo Azorius parte 1. cap. 18. quæſt. 13.
lib. 11. dicit ieiunium vnius diei ęquiualere itineri
equeſtri quinque dierum poteſt etiam commuta-
tio laboris itineris fieri in orationes, vel alias affli-
481 ctiones corporis, cum omnes ſint perſonales. †
Solent aliqui confeſſarij decipi in commutatione
aliquorum votorum ſubrogando magnam mate-
riam cum leuis ſufficiat ideo prudens confeſſarius
aduertat quod, quando votum eſt de aliqua re ad
quam vouens tenetur etiam ſine voto, vt præcepto
naturali, vel poſitiuo, vt non adulterandi, audiendi
miſſas diebus quibus talis auditio ab Eccleſia eſt
præcepta, in commutatione non eſt habenda ratio
vinculorum ſuperadditorum obligationi iam exi-
ſtenti ; ſed ſolum conſideranda eſt dignitas & ex-
cellentia rei promiſſæ & materiæ ſubrogandæ San-
chez

thez d. cap. 56. num. 2. In commutatione enim similium votorum obligatio non faciendi vel faciendi illa, quæ etiam vota sunt, remanet cum supponamus iure naturali vel positiuo iam præcepta, & obligatio voti transfertur in materiam quæ subrogatur, ideo vinculorum superadditorum non est habenda ratio siue illud sit votum siue sit iuramentum, sed tantum materiæ subrogandæ tantum est habenda ratio vt sit æqualis vel fere equalis ho-
482 noris Dei, & vtilitatis vouentis; † quare in voto non adulterandi spectandum est solum quantam vim habeat votum cohibendi vouentem ab adulterio patrando, in voto audiendi missam, diebus festis quantum valeat ad incitandum vouentem ad illam audiendam, & iuxta id quod votum in his potest, habenda est ratio in commutatione subrogando equalem vel fere equalem materiam, si enim votum sit valde potens ad effectum ex illo intentum, magna debet esse materia subrogata, si vero debile, parua materia sufficiet subrogata; vnde si vouens non adulterari, antequam votum emitteret sæpe adulteraret, & emittens votum audiendi Sacrum diebus festis sæpe ante non audiret, & post votum raro adulteret, & Sacrum frequenter; magna est subroganda materia & respondens honori diuino & vtilitati vouentis; si vero etiam post votum æque adulteret, & Sacrum non audiat, nec vota ad aliud seruent, quam ad multiplicanda peccata & sacrilegia patranda, non magna materia esset sub-
483 roganda, † quare in primo casu putarem subrogandam esse confessionem menstruam in perpetuum, vel aliquid simile, attenta qualitate personæ, & alijs circumstantijs; In secundo vero sufficeret recitatio Coronæ Virginis per biennium, vel triennium, semel quolibet mense, vel quid simile, vide Sanchez loco citato num. 3.

484 † Item in commutatione voti, & iuramenti eiusdem materiæ, vt si quis vouisset, & simul iurasset eodem vel diuerso tempore non mœchari &c. neutrius vinculi esset ratio habenda quia vel vtrumq. commutatur & vtriusq. obligatio transit in rem subrogatam, vel vnum tantum, & obligatio alterius cessat per subtractionem materiæ vnius Sanchez loco citat. nu. 4. & lib. 4. cap. 55. nu. 12.

485 † Si materia voti non est commutanda, sed tantum facienda vel concedenda dilatio exequtionis voti, considerandum est, an ex tali dilatione impedirentur diuina obsequia, vel non, vt si quis vouisset tali tempore ingredi religionem vel sumere ordines Sacros, ex dilatione impedirentur diuina obsequia, Ideo correspondens materia subroganda habita tamen ratione causæ, ob quam petitur talis dilatio, si vero non multum impediretur diuinum obsequium, parua materia esset subroganda.

486 † De votis conditionalibus non pœnalibus; vel istorum petitur commutatio ante conditionis euentum, & commutatio fit in rem sine conditione, & obligatio est absoluta, & dico quod habenda est ratio dubij futuri euentus, & iuxta quantita-
487 tem dubij facienda est subrogatio, † vt si quis vouisset dare centum alicui Ecclesiæ, si pater suus ex infirmitate conualuerit, iuxta periculi probabilitatem facienda erit commutatio, si æque desperetur ac speretur sanitas, dimidium erit sufficiens, si maior spes maior, retributio, si minor, minor, & ita de reliquis, assimilatur enim huiusmodi votum contractui assecurationis Sanchez lib. 4. c. 56.
488 num. 30. † Si vero commutatio fit in rem item conditionalem, erit facienda commutatio in equalem, vel fere equalem, si æque dubia sit vtra-
489 que conditionalis materia Sanchez nu. 31. † Vel commutatio petitur post conditionis euentum & Sanchez cum votum iam transierit in absolutum vult esse faciendam in æqualem materiam ita eo cap. 56. num. 32. Alij censent posse fieri in aliquid minus ratione imperfectionis voluntatis in voto conditionato, quæ non est in absoluto; sed respondit Sanchez hoc argueret minorem sufficere causam ad dispensandum, non autem in minus posse
490 fieri commutationem. † Quod etiam dicendum est de voto pœnali, si commutetur post incursam
491 pœnam idem Sanchez. † Ante verò incursam pœnam aliqui relati à Sanch. num. 34. suppressis tamen eorum nominibus censent nullam habendam esse rationem pœnæ in commutatione facienda; sed solum rei promissæ; vt si quis vouisset se religionem ingressurum si luserit, & istius voti petat commutationem in ipsa habendam esse tantum rationem ludi non vero religionis, eo quod pœna sit accessoria, quæ sublato principali nempe voto non ludendi corruit. At ipse num. 35. putat esse habendam rationem vtriusque siue pœna sit principale in voto, vt voueo religionem si lusero, siue sit veluti accessorium, vt voueo me non lusurum sub pœna religionis. Quia vtroque modo cadit sub voto quia, licet se habeat etiam tantum, vt accessorium, & sublato principali cesset etiam pœnæ obligatio, attamen ex appositione pœnæ augetur obsequium diuinum.

492 † Voti vltramarinæ peregrinationis traditur forma commutationis cap. Venientis de voto, & voti redempt. vbi votum cuiusdam pueri commutatur, vt illud redimat eleemosinis, & toto vitæ suæ tempore si eius facultates suppetant, vni pauperi prouideat, & cap. magnæ eodem titulo votum item vltramarinum cuiusdam Episcopi commutatur, vt expensas eundi, commorandi, & redeundi integre ad eum locum mittat, & laborem itineris compenset sollicitius instando vigilijs, instantius vacando orationibus, & fortius se exercendo in ieiunijs.

493 † In commutatione voti religionis habenda est ratio onerum, & obligationum religionis, de qua votum est emissum. An præter communia cum alijs Religionibus, vota Religio, habeat aliquid particulare, vt ieiunia, cilicia, & alias austeritates, & obligationes, & nunquam erit simplex commutatio, quia non ad equalitatem; † sed habebit semper admistam aliquam dispensationem, quia nullum
494 bonum potest esse equale religioni † si tamen petas, quæ res posset subrogari in commutatione voti strictæ religionis, & quæ habeat obligationem non solum ad pensum diuini officij persoluendum ad nocturnas vigilias ad ieiunium septem mensium anni, sed etiam ad perpetuo abstinendum à carnibus Respondent Bartholomæus Medi. lib. 1. instr. cap. 12. §. 2. Aragen. 2. 2. quæst. 88. art. 12. & alij sufficientem fore commutationem si vouens obligetur confiteri, & Sacram communionem sumere singulis mensibus eleemosinas erogare iuxta suas facultates, & quotidiè psalmos pœnitentiales, vel alias similes orationes recitare; singulis sextis ferijs ieiunare, iniungendo hæc omnia pro toto tempore vitæ illius cuius votum commutatur.

495 † Votum non nubendi recte commutatur in confessionem menstruam per biennium, vel trien-
496 nium faciendam Sanchez nu. 4. † Votum autem assumendi sacerdotium, cum habeat annexam obli-

obligationem ad perpetuam castitatem non
posse in equale commutari putat Sanchez ideò
consulit esse recurrendum ad eum, qui non solum
potest commutare; sed etiam disprusare, vt tutius
agatur.
497 † Pro commutatinne tamen istius voti habito
respectu obligatinnis ad perpetuam castitatem ad
diuini officij recitationem, & ad sæpe, vel saltem
aliquoties in anno celebrandum putatur sufficiens
obligatio ad recitandum quotidie psalmns pæni-
tentiales cum litanijs vel officium B. Mariæ ad con-
fessionem, & communinnem singulis quibusque
quindecim diebns, & ad faciendum celebrare
sacram singulis mensibus, vt voueat castitatem in
statu sæculari, qnod si ille cuius votum enmmutatur
nolit seruare castitatem sed velit matrimonio co-
pulari, posset loco istius iniungi obligatin ieiunandi
omnibus sestis ferijs. Sanchez citat. capit. 56.
num. 43.
498 † Aduertat autem diligenter commutaturus
vota, vel iuramenta, ne commutet sine iusta causa,
quia, si hoc faciar virtute Iubilei, vel alterius similis
facnltatis, nulliter ager, Nauar. lib. 3. tit. de uoto
cons. 19. num. 1. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 9.
499 de votn c. 20. & alij. Imo non desunt qui asserunc
commutationem factam sine causa etiam à supe-
riore esse inualidam licet sit facta ad equalitatem;
Layman lib. 5. tract. 4. cap. 8. num. 22. & ideò
illum qni obtiooit commutationem oon posse illa
vti; sed teoeri ad prius votum. Sanchez tamen lib.
4. cap. 51. nu. 3. 7. & 9. & alij tenent etiam factam
absq. vlla cansa à Prelato tamen, vel illo qui gerit
vices Prælati esse validam, etsi facta sit non in
equale, sed in minns teueri supplere id quod deest;
nec pro ista equalitate facienda opus esse adire su-
periorem, qui iam consensit in commutationem,
sed id posse fieri arbitrio boni viri, & ratio est quia
eum Deo mitius agitur quam eum homine l. Celsus
ff. de recep arbitr. cum ergo inter homines com-
mntatio iniusta respectu equalitatis inter res per-
mutatas sit valida cum obligatiooe supplendi defe-
ctum l. 2. C. de rescind. vend. & tradunt Doctores,
sequitur quod à fortiori id sit dicendnm de voto
Sanchez num. 10. & oum. 11. affirmat commuta-
tionem voti factam proprio arbitrio illius qui vo-
tum emisit, vel alterius carentis iurisdictione siue
in equale siue etiam in minus non esse irritam sed
teneri illum qui votum commutauit, vel commu-
tare fecit, supplere quod deest vsque ad euidentiam
500 quod sit in melius. † An autem facta commuta-
tione voti liberum sit illi qui commutationem ob-
tinoit, relicta commutationis materia redire ad
obseruantiam voti. Nota quod commutatio potest
esse facta in equale, vel in paulo inferius bonum,
vel in maius. Si est facta in equale, vel paulo infe-
rius, supposito quod sit etiam facta ex iusta causa
liberum est illi qui, commutationem obtinuit re-
dire ad obligationem voti relicta commutatione,
ratio est quia si commutatio est facta in minus
tunc licet redire ad materiam priorem tanquam ad
melins, si vero est facta in eqnale etiam liberum erit
illi qui votnm emisit exeqni quod magis libuerit
cum vtrumque sit æque gratum Deo imo videtur
adhuc melius esse seruare votum vtpote primum
501 emissum, & promissum Deo. † Maior difficultas
est de commutatioue facta in melius Suarez enim
asserit non esse liberum redire ad materiam voti;
sed esse exequendam subrogatam, quia uidetur esse
nouum votum, & commutatio censetur facta in
maiorem honorem Dei ita ipse tom. 2. de religio.
lib. 6. de voti cap. 20. num. 1. & 4. & alij cum eo.
Azorius tamen 1. p. lib. 11. cap. 18. quæst. 11.
Sanchez de matr. lib. 8. disp. 9. num. 21. & in
summa lib. 4. cap. 55. num. 26. & alij tradunt post
factam commutatinnem etiam in melins à quo-
cumque etiam superiore, vel eius delegato adhuc
liberum esse vouenti, vel exequi votum, vel opus
in quod facta est commutatio, quia semper censetur
facta in fauorem uouentis, & fauori suo vnusquis-
que potest renunciare; Regula irita quilibet potest
renunciare priuilegio suo, & suo fauori, & præterea
quod in gratiam alicuius conceditur non est in eius
dispendium retorquendum Reg. Iur. ideò Sanchez
Lessius, & alij aiunt, quod si aliquando aliquod
votum pluries est commutatum liberum est vo-
uenti eligere quod vult eorum in quę facta est com-
mutatio; nisi tamen acceptans commutationem
illam eligeret ad maiorem Dei cultum augendum,
& illam materiam acceptaret, vt meliorem loco
prioris, quia tunc facta commutatione in melius
non liceret redire ad materiam voti quia commu-
tatio esset facta ad maiorem Dei honorem non in
commodum vouentis. In dubio antem an com-
mutatio sit facta in maiorem Dei honorem, vel in
commodum vouentis præsumendum est esse facta
in commodum vouentis quia communiter ita solet
fieri. Sanchez eodem loco.
502 † Hic oritur dubium facta commutatione, ma-
teria subrogata voto redditur impossibilis, tene-
bitur ne vouens redire ad obseruantiam voti, an
ita est extincta obligatio voti, vt ad nihil amplius
teneatur, non ad votum quia extincta est eius obli-
gatio, non ad subrogatam materiam quia effecta
est impossibilis? vt v. g. quis vouit assumere Sacer-
dotium, & tempore iubilei istius voti obtinnit
commntationem in ieiunium, in eleemosinam &c.
deinde etiam propria culpa factus est impotens ad
ieiunium ad eleemosinam &c. an teneatur assume-
re sacerdotium? Aliqui qnos citat Sanch. asserunt
teneri, quando ex culpa illius; in cuius gratiam
facta est commutatio res subrogata facta est inuti-
lis, vel impossibilis; quia facta commntatione
adhuc est liber transitus ad votum ergo adhuc
durat eius obligatio, vsqne ad implementum rei
subrogatæ, ita enim censendum est factam esse
commutatiunem, vt voti obligatio cesset, si res
subrogata adimpleatnr. Sanchez lib. 8. de matr.
disp. 9. num. 21. & lib. 4. sum. cap. 55. num. 15.
Suarez tom. 2. de relig. lib. 6. de vot. cap. 21. à
num. 9. & alij quos ipsi citant docent extingui
omninò obligationem voti facta commutatione
voti siue in melius siue in equale siue in minus, siue
materia subrogata facta sit inutilis, vel impossibilis
malitia siue negligentia siue alia culpa illius qui
rem subrogatam tenebatnr exequi, siue etiam per
malitiam omiserit exequi opus in commutatione
impositum; & ratio est quia commutatione debiti
in aliud extinguitur etiam in humanis prior obli-
gatio, & remanet tantum posterior ad rem in quam
facta est commutatio D. Thomas, & alij quos refert
idem Sanchez loco cit. num. 2. Nec commutatio
est conditionalis, sed absoluta, & quod vouens
possit iterum redire ad votum est fauor vouentis,
503 non vinculum conditionis, † & ita dicendum
omnia vota simplicia commutata in votum solem-
nis professioois, non reuiuiscere etiamsi professus
sua culpa eijciatur à religiooe Sanchez loc. cit. à
504 num. 16. ad 20. † & idem dicendom de eo qui
vouit indeterminare religionem, & vnam ingressus
ab illa eijcitur, non enim tenetur aliam ingredi;
nisi

niſi tamen id intendiſset dum vouit Leſſius de
Iuſt. lib. 2. cap. 41. dub. 15. num. 3. & Sanchez.
intelligè tamen iſta dummodo obtinens commu-
tationem intenderit verè acceptare commutatio-
nem, ſi enim intendebat tantum fictè voti com-
mutatio non valet, nec votum remanet commuta-
tum. Verum tamen eſt quod vt valeat ſufficit quod
verè illam acceptet internè, & ad illam intendat ſe
obligare, cum iam commutans verè conſenſerit in
commutationem Sanchez lib. 4. ſum. cap. 42. nu.
5. & eodem modo ſi vere intendit acceptare com-
mutationem, ſed animo non implendi valet com-
mutatio, ſed tenetur mutare mentem, & propoſi-
tum elicere illam exequendi.
505 † Confeſſarius electus virtute Iubilei, vel alte-
rius ſimilis facultatis, vel priuilegij delegatus ad
vota commutanda, vel diſpenſanda non poteſt
alterum ſubdelegare vt commutat, vel diſpenſet
Silueſter verb. delegatus quæſt. 8. Layman lib. 4.
506 tract. 4. cap. 8. num. 27. & alij. † Nec vota
remanent commutata, vel diſpenſata eo ipſo quod
aliquis lucratus eſt iubileum, ſed opus eſt vt con-
feſſarius actu commutat vel diſpenſat. Nau. in
Mann. cap. 12. num. 80. Sanchez lib. 4. ſum. cap.
54. nu. 15. Sanctarellus cap. 8. dub. 2. de Iubil. &
507 alij. † ad commutationem autem requiritur in
confeſſario voluntas; & intentio commutandi, vel
diſpenſandi, ex quo fit, vt quoties confeſſarius
non vult diſpenſare, ſiue hoc ſit ex ignorantia, ſiue
errore, nulla eſt diſpenſatio, quæ etiam voluntas
aliquo externo ſigno eſt manifeſtanda, vt innoteſ-
cat. Suarez loco cit. cap. 16. num. vlt. Sanchez de
matr. lib. 8. diſp. 4. nu. 17. & lib. 4. ſum. cap. 42.
nu. 47. ſufficit autem expreſſio facta quibuslibet
verbis, vel ſignis Suarez, & Sanchez, & alij apud
508 ipſos. † Ex quibus patet debere vouentem
petere à confeſſario commutationem, vel diſpen-
ſationem votorum quam ſi confeſſarius ex obliuio-
ne ſiue ex malitia non faciat, uota non erunt com-
mutata Sanchez Sanctarellus locis cit. & alijs.
509 † tenetur tamen confeſſarius electus virtute
Iubilei commutare, & diſpenſare vota, niſi ratio-
nabilem cauſam haberet id non faciendi Aragon.
2. 2. q. 88. art. 12. §. circa ſecundam concluſionem
Sayrus lib. 6. cap. 12. nu. 18. Sanchez lib. 4. ſum.
510 capit. 54. num. 12. & alij † & peccaret non com-
mutando; quia eſſet Infidelis miniſter, cum enim
vouens habeat ius ad commutationem; vel diſpen-
ſationem ex bulla, & confeſſario ſit delegata talis
facultas non diſpenſando, vel commutando, pri-
uaret petentem iure ſuo, ideò eſſet miniſter infi-
delis, quod à fortiori dicendum eſt de abſolutione
511 à peccatis. † Ad id etiam non ſolum tenentur
Confeſſarij electi virtute Iubilei; ſed etiam
Prælati, quando ad commutationem ſeu diſpenſa-
tionem concurrit ratio boni publici, vel boni ſpi-
ritualis proprij petentis, talis enim poteſtas eſt illis
attributa ob dictos fines, & ipſi tenentur ex officio
ad illos.
512 † Maior eſt difficultas de Religioſis Regula-
ribus, quibus competit ex proprijs priuilegijs fa-
cultas diſpenſandi, cum enim iſta illis non ſit at-
tributa in fauorem petentium, ſed ad decorem, &
fauorem religionis videntur poſſe illis vti pro libi-
to, nec ad plus poſſe obligari, & ita tenent multi,
quos refert, & ſequitur Sanch. d. cap. 54. nu. 12.
& ita puto eſſe tenendum niſi tamen immineret
aliquod graue damnum petenti diſpenſationem,
nec commodè alio modo poſſet vitari, quo etiam
caſu puto vouentem teneri petere votorum com-
mutationem, vel diſpenſationem Sanchez citato
513 cap. 46. num. vltim. † De abſolutione autem à
cenſuris, & reſeruatis. Dico Regulares etiam
auditis pænitentium peccatis, poſſe eos mittere ad
ordinarium pro abſolutione, ſi ita cognoſcant ex-
pedire bono pænitentis, vel quia ſperent ex diffi-
cultate in obtinenda abſolutione futurum, vt pæ-
nitens non ita facile labatur in illa peccata, quod
puto valde vtiliter practicari cum recidiuis. Quod
ſi peccatum ſit ex ſola fragilitate puto regulares
non licite denegare abſolutionem à reſeruatis ſed
teneri abſoluere, & à cenſuris, & à peccatis, ſi
pænitens ſit diſpoſitus, & ſperetur emendatio fu-
tura aliàs irrogaretur grauis iniuria pænitenti,
quia iam ſua peccata retexit in ordine ad abſolu-
tionem, quæ ſine cauſa rationabili denegaretur, &
Sacramentum redderetur nimis graue; quare opti-
me facient Regulares, qui ſimili facultate gaudent,
& nolunt illa vti admonere pænitentem de tali ſua
mente, quia ſi poſtea hac decleratione non obſtan-
te pænitens voluerit ſua peccata fateri, ſi abſolu-
tionem non obtinuerit, non poterit conqueri le-
514 gitimè de confeſſario: † Nunc redeundo ad diſ-
penſationes, & commutationes uotorum eſt gra-
uis difficultas an poſſit fieri extra confeſſionem
quia in Iubileo additur clauſula In foro penitentię,
vel auditis confeſſionibus, quæ cum ponatur in
ablatiuo abſoluto importat conditionem, & clau-
ſula poſita in principio regulariter refertur ad ſub-
ſequentia; præterea ad hoc vt diſpenſatio, vel com-
mutatio fiat, confeſſarius debet eſſe approbatus
ab ordinario quod videtur requirere neceſſario
confeſſionem, & ita tenent Suarez tom. 2. de Relig.
lib. 6. de voto cap. 16. num. 4. Sanctarellus de Iub.
cap. 8. dub. 8. & alij quos iſti citant, & ſequuntur.
Contrarium tenent Henriq. lib. 7. ſum. capit. 30.
§. 6. lit. H. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 16. nu.
11. & in ſum. lib. 4. cap. 54. nu. 15. & 16. & alij
plurimi aſſerentes clauſulam illam auditis confeſ-
ſionibus referri ad peccata, & cenſuras non ad
vota; quia clauſula poſita in vna parte diſpoſitionis
ſiue ſit in principio ſiue in medio ſiue in fine cenſe-
tur referri ad omnia contenta in illa, ſi eadem ſit
omnium ratio, Menoch. de Præſumpt. lib. 4. Præ-
ſumpt. 181. num. 12. Hic autem eſt diſpar ratio, vt
patet ideo ad peccata non ad vota nolunt referri:
Approbationem confeſſarij uolunt eſſe neceſſariã
non ad abſoluendum ſed ad ſciendum commutare,
515 vel diſpenſare. † Ego puto quod, ſi in bulla non
ſit addita clauſula, auditis confeſſionibus poteſt
fieri commutatio, & diſpenſatio etiam non audita
confeſſione, ſi vera addatur non recederem à prio-
ri ſententia, ut tutiori, non repugnarem tamen
commutationem, & diſpenſationem poſſe fieri
etiam non audita confeſſione ſi tamen diſpenſan-
dus nollet lucrari Iubileum; quod ſi non eſſet lucra-
turus non annuerem, quia ſimilia priuilegia con-
ceduntur, ut fideles alliciantur ad conſequendum
Iubileum. Facta tamen commutatione, & inten-
dente illo cum quo diſpenſatur lucrari iubileum,
etſi poſtea Iubileum non lucretur adhuc puto diſ-
penſationem, & commutationem ualere, nec re-
uiuiſcere uotorum obligationem Suarez loco cit.
cap. 16. num. 9. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 15.
num. 2. & in ſum. lib. 4. cap. 54. num. 49. & alij
516 quos ipſi referunt, & ſequuntur. † Liberum ta-
men erit confeſſario non commutare, uel diſpen-
ſare uota, niſi prius præſtita ſint omnia opera in
iubileo præſcripta Suarez loc. cit. nu. 10. Sanchez
517 item num. 53. † quod ſi ante præſtationem com-

mutet potest id facere sub conditione, ut nisi Iu-
bileum pænitens consequatur commutatio, & dis-
518 pensatio non ualeat ita ijdem. † Quod si quis
animo lucrandi iubileum petat commutationem
uel dispensationem aliquorum uotorum determi-
nate, & confessarius non intendat alia commuta-
re, uel dispensare neque generaliter, sed tantum
illa quæ fuerunt manifestata, & alia tamen oblitus
sit, nec iubileum consequatur elapso tempore præ-
scripto, non poterit obtinere dispensationem, uel
commutationem oblitorum Sanchez loco cit. sum.
num. 54. & ratio est quia tempus iam est elapsum,
nec ullo modo continuatur priuilegium ergo non
possunt amplius commutari, uel dispensari.
519 † Dubitatur etiam, an uera sit commutatio quan-
do confessarius uotum quidem commutet, at nul-
lam materiam subroget, sed subrogationem reicit,
uel in aliud tempus, uel in aliam personam; ut si
hoc modo diceret commuto uotum in id quod
ego, uel alius uir prudens iudicabit, & posita tali
commutatione si pænitens contra uotum delinquat
sit reus sacrilegij. Difficultatem facit quia neque
uotum censetur commutatum, si Papa dispenset,
uel commutet si preces ueritate nitantur, nisi
prius constiterit de veritate precum, ergo neque
in hoc casu erit perfecta commutatio nisi prius de
commutationis materia constiterit: Respondetur
tamen ueram esse commutationem neque ideò
peccantem modo dicto fore sacrilegum, & ualde
dispar est ratio nostri casus, & illius Papalis com-
missionis ex papali enim commissione non dispen-
sat Papa, & postea cōmittit precum cognitionem,
sed & cognitionem precum, & uoti commutatio-
nem committit, in casu autem nostro, confessarius
uere, uel commutat, uel dispensat, & postea in alium
reijcit materiam subrogandā Nauar. in Manu. cap.
16. nu. 13. Sanchez de matr. lib. 8. disp. 10. nu. 16.
& lib. 4. sum. cap. 54. nu. 31. & alij communitèr.
520 † Eodem modo si quis tempore iubilei accedat
ad confessarium, & sciat quidem, se aliquod habere
votum sed non recordetur quod illud sit; poterit
confessarius, uel commutare, si subsit sufficiens
causa ad dispensandum, uel commutandum, uel illi
tempus differre ad illud memoriæ reuocandum,
cuius si recordetur, etiam elapso termino Iubilei
poterit dispensari, si tamen iubileum fuerit acqui-
situm. Suarez de relig. com. 2. lib. 6. de uot. cap.
16. num. 15. Sanchez eodem capit. 54. num. 34.
Sanctarell. de Iub. capit. 8. dub. 3. Continuatur
enim in confessario incepta iurisditio. Neque te-
nebitur pænitens petere nouam commutationem
etiamsi postea recordetur distinctè qualitatis voti,
quia in antecedenti commutatione supponimus
sufficientem cognitionem, ideò commutationem
521 prudentèr factam Sanchez nu. 38. † Oblitorum
vero uotorum an generali commutatione tollatur
reseruatio, sicuti tollitur generali absolutione
reseruatio peccatorum, & censuratum? negant
Suarez de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 4.
Filliuc. tract. 8. cap. 10. num. 279. & alij, quia
non potest fieri generalis commutatio uotorum,
cum supponat cognitionem obligationis ad rem
substituendam, potest autem dari absolutio quia
illam non supponit, item censurarum absolutio da-
tur etiam inuito, peccata etiam oblita absoluuntur
indirectè, & sufficit generalis intentio absoluendi.
Sanchez tamen lib. 8. de matr. disp. 15. num. 16.
& lib. 4. sum. cap. 54. num. 37. Sanctarellus, & alij
concedunt posse fieri si subsit causa sufficiens, quæ
erit, uel quia pænitens nimis anxietur scrupulis, uel
nimis prematur multitudine uotorum, talis autem
commutatio poterit fieri, uel commutando tunc
uota, & reijciendo postea subrogationem materiæ,
quando uotorum recordabitur, uel à se uel ab alio
faciendam ut iam dictum est, uel etiam tunc com-
mutando nulla habita ratione obligationis, sed
522 tantum sufficientiæ causæ uide Sanchez. † Quod
si nullius particularis uoti nec generalis sit facta
commutatio, uel si quæ est facta, est facta tantum
respectu determinate commutatorum, uel dispen-
satorum, si quæ sunt oblita non posse dispensari, uel
commutari affirmat Suarez loco citat. Filliuccius,
& alij ratione supra adlata etiamsi pænitens uerè
sit consequtus iubileum, quia voti commutatio seu
dispensatio non cadit super oblitis, vt cadit abso-
lutio peccatorum. Contrarium tamen Sanch. lib.
8. de matr. disp. 15. nu. 17. Henriquez lib. 7. cap.
11. num. 4. Sà verbo Indulgentia nu. 14. & iterum
Sanchez lib. 4. Sum. cap. 54. nu. 39. & alij. Ratio
est quia licet si elapsum tempus præscriptum ad
exequtionem operum; nihilominus operibus pe-
ractis ad consequendum iubileum præscriptis pæ-
nitens acquisiuit ius, vt possit absolui à reseruatis,
vt dispensationem omnium votorum obtineat,
quod ius nulli tempori, est alligatum: ita Sanchez
523 loco citato. † Poteritque ista commutatio fieri
siue ab eodem confessario qui confessionem exce-
pit siue ab alio, de nouo à pænitente electo dum-
modo sit approbatus, quia cum causa iam sit cæpta
pænitens habet ius illam terminandi siue per pri-
mum siue per alium confessarium ad hunc effectum
524 electum. † Hic etiam aduerte lector me satis
probabile putare, contra id quod supra dixi ex P.
Bossio de Iubileo, illum cui concessa est dilatio
Iubilei, non posse nouum eligere confessarium, sed
teneri confiteri illi à quo dilationem obtinuit pu-
tare inquam non solum posse confiteri illi à quo
dilationem obtinuit sed posse de nouo quemcumq;
alium eligere. 1. Quia concessa dilatio acquirendi
iubileum censetur concessa cum omnibus suis pri-
uilegijs quorum vnum est electio confessarij, nec
adest sufficiens ratio qua hoc negetur alijs conces-
sis. 2. Iam cæpta est causa licet enim non sit facta
confessio, comparuit tamen pænitens ante pedes
confessarij, & ab eo obtinuit dilationem, qui est
actus pertinens ad causam iubilei, si ergo causa
cæpta pænitens acquirit ius ad illam perficiendam
cum causa acquirendi iubilei sit cæpta acquisitum
est etiam ius ad illam perficiendam siue per iam
electum siue denuo eligendum confessarium maxi-
me quia etiam idem Pater Bossius sect. 2. casu 46.
cui & ego adhæreo concedat illum, qui nulla pera-
cta confessione, transacto tempore iubilei recor-
datur aliquorum reseruatorum possit ab illis, &
absolui, & despensationem, & commutationem
obtinere ex Sanch. loc. c. num. 4. Henriq. Sanct.
& alijs quos idem Pater Bossius citat quod indicat
sufficere causam iubilei esse ceptam; & esset nimis
durum asserere illum qui dilationem obtinuit ab
vno confessario, si iste intra tempus dilationis mo-
riatur, non posse amplius lucrari iubileum: Imo
cum Sanchez locis citat. & alijs ab eodem Patre
Bossio relatis, qui memor aliquorum votorum
reseruatorum noluit tempore iubilei quod lucratus
est dispensationem, vel commutationem obtinere
idem Pater Bossius adhuc vult etiam tempore
elapso posse dispensari, & commutari cum eo; ratio
est quia licet noluerit vti tali priuilegio, quod est
perpetuum utpote non tempori alligatum, non
tamen ei renunciauit, ideo mutata voluntate po-
rest

reſt illo vti, Imo etiamſi renunciaſſet renunciatio
tamen à ſuperiore non fuiſſet acceptata adhuc poſ-
ſet vti priuilegio: Vis enim priuilegij pendet à vo-
luntate concedentis, ergo niſi iſta ſit reuocata,
adhuc priuilegium remanet in ſuo robore vide
Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 32. num. 2.
525 † Ex dictis Regulares poterunt colligere ad
quæ vota ſe extendat eorum facultas diſpenſandi,
& commutandi cum enim illis concedatur poſse
diſpenſare, & commutare, vt poteſt in Iubileis
ſequitur quod poſſint circa omnia quæ non ſunt
Papæ reſeruata in Iubileis autem reſeruatur tan-
tum Votum Perpetuæ Caſtitatis, & Religionis,
quibus tamen ſunt addenda etiam alia tria nempe
vltra marinum Ad limina Apoſtolorum, & ad S. Ia-
cobum in Compoſtella in reliquis quidquid poteſt
virtute iubilei, & quomodo poteſt id poteſt etiam
Regularis ex ſuis priuilegijs, Poteſt præterea re-
gularis commutans, vel diſpenſans virtute ſuorum
priuilegiorum diſpenſare, & commutare vota
omnium ad ſe accedentium, ſiue ſint eiuſdem diæ-
ceſis in qua moratur, ſiue alterius, & poteſt ſiue in
confeſſione ſiue extra quia non adeſt clauſula au-
ditis confeſſionibus &c. Item ex Conceſſione Pij
V. poteſt in foro conſcientiæ diſpenſare ad peti-
tionem debiti, cum eo qui ante matrimonium
vouit caſtitatem hoc tamen ex commiſſione
ſuorum Prouincialium, quod tamen cum ſit viuæ
vocis oraculum, & viuæ vocis oracula fuerint à
Gregorio XV. & Vrbano VIII. reuocata non eſt
certum, & an illo tuto poſſit vti regularis altiori
indagine eſt diſcutiendum quod non eſt huius loci,
conſtant de reuocatione, alibi fortaſſe de hoc la-
rius. De facultatibus iſtis regularium vide eundem
Patrum Boſſium ſect. 2. in Corolario eiuſdem qui
eſt in fine, qui etiam omnia ad iubileum pertinen-
tia latè diſputat. & exactius quolibet alio.

De Operum Exequtione.

526 Vltimum † Propoſitum diſquirendum eſt
exequtio operum. Quæ ſunt in iubileo
anni Sancti tria viſitatio Eccleſiarum. Oratio pro
fidelium, & totius populi Chriſtiani ſalute, & quod
lucraturus Iubileum ſit vere pænitens, & confeſſus.
In alijs vero Iubileis extraordinarijs ſolent iniungi
ſex. Viſitatio Eccleſiæ, vel Eccleſiarum. 2. Oratio.
3. Ieiunium. 4. Eleemoſina. 5. Confeſſio. 6. Com-
munio patet ex Bullis multa ad prædicta onera
ſpectantia iam ſunt ſoluta, ad reliqua nunc me con-
527 fero; † dubitatur ergo, ad hoc vt quis poſſit in-
cipere opera neceſſaria ad conſequtionem iubilei
ſit neceſſaria publicatio iubilei facta ab Ordinario,
an ſufficiat notitia habita publicationis factæ Ro-
mæ à Summo Pontifice.
528 † Noto 1. Epiſcopum, vel ordinarium habita
copia, vel tranſumpto Bullæ Iubilei teneri ſub
mortali illud publicare; patet ex illo verbo Præ-
cipimus, quod portat præceptum; imo ſub eadem
obligatione tenentur indicere, & celebrare pro-
519 ceſſiones in iubileo præſcriptas, † An autem
peccent mortaliter qui poſſunt proceſſionibus in-
tereſſe; & non conueniunt reſpondetur negatiuè;
dummodo id non fiat ex contemptu, peccant ta-
men venialiter quia licet Summus Pontifex præci-
piat tantum Epiſcopis &c. celebrationem proceſ-
ſionis non poteſt tamen fieri ſine populi concurſu,
& ideo, qui non intereſt quantum in ſe eſt impedit
ne fiant.
530 † Noto 2. Romæ eſſe expectandam ſolemnem
promulgationem, quia alias, cum iubileum nullibi
ſit promulgatum, non incipit habere vim.
531 † Noto 3. In locis in quibus ab ordinarijs &c.
nulla fit publicatio, vt in locis infidelium ſufficere
532 quamlibet notitiam certam tamen; † difficultas
eſt de illis locis in quibus publicatio fit ab ordina-
rijs, an iſta ſit expectanda; & eſſe neceſſariam vo-
luit, vt tempus incipiat Nauar. conſ. 1. de conſtit
quæſt. 3. num. 9. lib. 1. Vgolin. de poteſt. Epiſ.
cap. 41. §. 4. in fine & alij. Oppoſitum tamen
docet Henriq. lib. 7. Sum. cap. 20. §. 3. Filliuccius
tract. 8. cap. 10. num. 267. & alij ratio eſt, quia à
die publicationis factæ Romæ ius cuilibet eſt quæ-
ſitum illud lucrandi. Roderiq. tom. 1. ſum. ca. 18.
533 num. 189. † Verum tamen eſt, quod deputatio-
nem Eccleſiæ tenebitur petere ab Epiſcopo, vel à
ſuo Parocho, niſi ob legitimam cauſam Confeſſa-
rius electus diſpenſet, vel in aliud commutet, non
poterit tamen elapſo termino duarum hebdoma-
darum à ſe electo frui poſtea priuilegijs Iubilei
cum ab Epiſcopo publicabitur.
534 † Et regulares non teneri expectare promulga-
tionem Epiſcopi puto verum; ſunt enim ab illo
exempti; & eorum ordinarius eſt eorum ſuperior,
535 † Qui putat eſſe publicatum Romæ Iubileum,
ſed vere non ſit publicatur, & præſtat opera ſolita
iniungi nihil facit pro lucranda indulgentia,
536 † Qui tamen extra patriam exiſtens, & vbi repe-
ritur publicetur iubileum, poteſt differre conſe-
537 quutionem donec domi ſuæ promulgetur: † & exi-
ſtens in patria, in qua iam ſit publicatum, ſed pu-
blicationis non habeat notitiam, niſi in fine ſe-
cundæ hæbdomadis, quando non ſuppetit amplius
tempus ſufficiens pro conſequtione; poteſt duabus
ſequentibus hebdomadibus illud lucrari, quia
538 tempus non currit niſi à die ſcientiæ, † non ſic
autem ſi ſciuit, & noluit acquirere, ſed de hoc
dicetur infra nempe cum iſto, vt cum impotentiā
poſſe per confeſſarium electum, vel tempus pro-
rogari, vel opera commutari, cuius erit ſufficiens
539 cauſa impotentia, & iubilei conſequtio. † Poteſt
etiam exiſtens extra patriam acquirere vbi reperi-
tur, & exiſtens in patria, & aliqua impeditus ne-
ceſſitate, vel etiam ſola negligentia, adde etiam
quia noluit, iubileum non eſt lucratus, audiens
publicari in alio loco poteſt inquam intra tempus
illuc ſe transferre, & ibi intra tempus lucrari Vgo-
lin. de pot. Epiſ. cap. 41. §. 4. num. 5. Sanctar. de
Iubl. cap. 7. dub. 1. Iubileum enim non eſt priui-
legium conceſſum perſonis illius loci, ſed omnibus
vbiq; ita vt vbique poſſit comparari, dummodo
540 intra tempus opera præſcripta præſtentur; † &
qui ob aliquam cauſam diſcedit à patria vbi iam eſt
publicatum iubileum poſt viſitationem Eccleſia-
rum in patria diſcedens reliqua poteſt vbiq; præ-
ſtare intra tempus, & conſequi indulgentiam
Henriq. lib. 7. ſum. cap. 11. nu. 1. & cap. 20. nu. 3.
hoc innuit, & expreſſe docet Layman lib. 5. tract.
7. cap. 8. num. 11. & ratio eſt quia obligatio viſi-
tandi Eccleſias eſt localis, at reliqua onera ſunt
perſonalia ergo illa completa in loco publicationis,
& deſignationis, reliqua poteſt præſtare vbique.
Tutius tamen omnia peraguntur in eodem loco.
541 † Omnia opera eſse præſtanda in eadem hebdo-
mada præter communionem affirmant multi; puto
tamen communionem poſse fieri non ſolum in illa
hebdomada in qua ieiunatum eſt; ſed etiam feria
2. aut 3. ſequenti, & de hoc infra. Cætera vero
opera an poſsint fieri partim in prima, & partim
in ſecunda vel ideò fiunt in ſecunda quia ex obli

tione impedimento, vel alia de causa sint dilata, vel solum voluntarie, & nulla alia existente causa.
542 † Si quis ob ignorantiam, obliuionem, aut ob aliam necessariam vel rationabilem causam distulit, multi, quos infra citabimus, putant iubileum comparari ex interpretata mente Summi Pontificis per epicheiam; Sicuti etiam tradunt Roderiq. tom. 1. Sum. cap. 184. num. 3. post medium, & alij, eum, qui ob dictas causas omisit, vel visitare Ecclesias, vel ieiunia peragere præscriptis diebus posse alio die suppleri eiusdem hebdomadæ, ad quod allegant Nauar. de orat. misell. 20. & 29. Si vero voluntariè, & absque vlla causa differat negant consequi iubileum tenent Zerola de Iubil. lib. 1. cap. 16. quæst. 9. Henriq. lib. 7. cap. 11. num. 2. Vgolin. de pot. Episc. c. 41. §. 4. num. 4. Nugnus in 3. p. in add. quæst. 27. art. 3. dub. 5. & alij Fundamentum est in verbis bullæ in qua sic habetur. Qui prima, vel secunda hebdomada Ecclesias saltem semel visitauerint, ibique Deum orauerint ac feria 4. 6. & sabbato alterius ex duabus hebdomadis ieiunauerint, pariterque sua peccata confessi, & sanctissima communione referti fuerint, & eleemosinas similitèr pro arbitrio suo fecerint &c. In Iubileo vero Innocenti IX. ita habetur. Qui Ecclesiam seu Ecclesias quocumque sibi bene viso eiusdem hebdomadæ die, vel diebus saltem semel deuote visitent, omnes præterea quarta, & sexta feria ac sabbato eiusdem, vel alterius sequentis hebdomadæ ieiunet, & quantum pro suo quisque arbitrio iudicauerint eleemosinas erogent, atque intra hoc ipsum tempus Sacerdotibus ab ordinario approbatis peccata sua confiteantur, & die dominico dictum sabbati diem proxime subsequente, vel alio dictæ sequentis hebdomadæ die arbitrio confessarij Sanctissimum Eucharistiæ sacramentum deuotè percipiant. Ex quibus clausulis colligunt, quod omnia opera in eadem hebdomada sint facienda id enim videntur importare illæ particulæ, &, paritèr, similitèr. Neque enim liberalis concessio subsistit nisi conditio sub qua facta est omnimode adimpleatur. Contrarium tamen quod scilicet uisitans Ecclesias in una hebdomada, & in altera ieiunans, uel ieiunans in una, & in altera uisitans aut partim ieiunans in una partim; & partim in alia, & tandem quocumque modo diuidens opera partim in una partim in alia lucretur iubileum tenuit Layman. lib. 5. tract. 7. cap. 8. num. 9. & alij, & ita Romæ fuisse responsum à multis doctissimis uiris testatur Nald. in Sum. uerb. Indulg. num. 14. & ratio est, quia tenori bullæ uidetur satisfieri etsi opera non peragantur in una hebdomada sed intra 4. dies quibus iubileum durat. Magis tuta prior senten-
543 tia. † Impediti legitimè, qui intra indictas hebdomadas non possunt consequi iubileum cessante impedimento possunt consequi, debent tamen à confessario obtinere prorogationem quia
544 ita præscribitur in tenore bullæ, † qui confessarius concedens dilationem poterit concedere spatium duarum hebdomadarum pro consequtione; dilatio enim censetur concessa cum omnibus suis
545 qualitatibus. † Quod si non habeant copiam confessarij à quo dilationem petant, uel ignorent talem dilationem esse faciendam à confessario, si uerum, & legitimum extitit impedimentum puto cum P. Bossio de Iub. sect. 4. cas. 6. adhuc posse gaudere iubileo, ratio est præsumpta mens Summi Pontificis, qui supponens nauigantes iter habentes, non habituros facile copiam confessarij illis indulget, ut etiam elapso tempore iubilei cum in patriam peruenerint, illud possint assequi, & ista de illis nauigantibus, & iter agentibus, qui iam iter aggressi erant, cum Iubileum est publicatum;
546 † quid dicendum de illo, qui nundum aggressus est iter cum publicatum est Iubileum, sed ex urgenti negotio, quod dilationem non patitur, cogitur arripere iter, poterit ne iste peracto itinere, & negotio, cum redierit ad propria comparare Iubileum; Respondeo posse; debet tamen adire confessarium, & prorogationem obtinere, quam
547 dabit confessarius; est enim urgens causa. † Opera in bulla præscripta debent omninò exequtioni mandari, nec potest fieri commutatio ex uno in aliud, nisi à Summo Pontifice id concedatur, ut solet, quando autem permittitur fieri commutatio
548 † tunc non ab illo, qui lucraturus est iubileum proprio arbitrio est facienda, sed iudicio confessarij. Roderiq. in Bullam Crucia. §. 7. art. 5. Henriq. lib. 7. cap. 10. num. 4. Layman lib. 5. tract.
549 cap. 8. num. 12. & alij. † quæ etiam potest fieri extra confessionem à confessario ad hoc specialitèr electo, licet non sit idem qui confessionem sit excepturus; nec est necesse fieri commutationem ieiunij ante, uel in ipsa feria 4. quando incipit eius obligatio, sed sufficit quocumque tempore fiat, quia semper est intra tempus, intra quod cõmutatio potest fieri. Neque urget ratio, quod commutatio non possit fieri rei non existentis, quia sensus illorum uerborum est quod illa obligatio quæ præterijt potest adimpleri per aliud opus quod per
550 confessariũ substituitur. † Imo Filliuc. nu. 273. asserit die Dominico secundæ hebdomadæ posse fieri commutationem ob legitimam causam omis-
551 sorum, † quod si commutatio fiat sine legitima causa, iubileum non acquiritur, nisi præstentur opera præscripta Roderiquez 1. part. sum. cap. 184. nu. 11. Layman lib. 5. tract. 7. cap. 8. nu. 12.
552 & alij, † unde fit, ut petentes commutationem operum, rectè aduertere debeant, an subsit causa legitima petendæ cõmutationis, ne defraudentur
553 fructu Indulgentiæ. † Si enim petant commutationem ieiunij, u. g. & non subsit sufficiens causa ad commutationem, iubileum non acquiritur, quia facultas commutandi non datur nisi ex causa legi-
554 tima, ut uidere est in bullis. † Aduertant etiam confessarij, quod, si quis iuuenis qui ex præcepto Ecclesiæ non tenetur ieiunare, possit tamen sine magna difficultate iuxta uires ieiunare, non legitimè cum illo dispensabitur in ieiunio, quia non implet opus requisitum cum possit, debet ergo adesse causa sufficiens, quę excuset à posse, non à debere ieiunare: Non est tamen necesse quod opus in quod una res commutatur fiat eodem die quo res illa esset facienda, u. g. 4. 6. feria, & sabbato est ieiunandum si ieiunium commutetur, non est necesse opus in quod facta est commutatio fieri ijsdem diebus sed sufficit fieri intra tempus iubilei. Henriq. lib. 7. cap. 10. numer. 6. Sanchez lib. 4.
555 sum. cap. 54. num. 28. & alij. † Nulla tamen potest dari causa commutandi, sed bene differendi
556 confessionem, quando est necessaria. † Omnia opera in Iubileo præscripta sunt adimplenda, & nisi adimpleantur si possint nisi commutatio obtineatur iubileum non acquiritur, etsi quis ea omiserit, uel ex ignorantia, uel aliquo alio iusto impedimento; licet uere præstitisset, si cognouisset necessarium, uel potuisset, uoluntas enim neque quoad Deum supplet ea quæ pro conditione in facto requiruntur: S. Thom. add. ad 3. par. quæst. 27.

27. art. 2. ad 2. & art. 3. Sotus in 4. dist. 31. quæst.
2. art. 3. Siluest. uerb. Indulgentia num. 19. §. 7.
Nauar. de Indulg. not. 19. & de orat. Miscell. 92.
& 94. Sanctarell. de Iub. cap. 7. dub. 1. & alij
apud istos.
557 † Nec qui partem operum implet partem
omittit lucratur proportionalitèr indulgentiam,
sed nihil; itant de indulgentijs putent uerum illud
dictum; Qui cadit à sillaba cadit à Causa. Nauat.
loc. cit. Suarez tom. 4. in 3. par. disp. 52. sect. 5.
num. 1. Henriq. lib. 7. cap. 10. num. 3. & cap. 30.
num. 8. Filliuc. tract. 8. cap. 6. nu. 152. Layman.
lib. 5. tract. 8. cap. 6. & alij; omnia enim, quæ
præscribuntur exequenda per modum unius,
558 omnia sunt ad unguem obseruanda; † quomodo
autem præscribantur per modum vnius docet Fil-
liuccius hoc cognosci ex verbis concessionis, si
enim præscribantur sub disiunctione, vt, ieiunetur
aut eleemosina erogetur, sufficit alterum præstare,
si vero copulatiue, vt ieiunetur, & eleemosina
erogetur, per modum vnius est præceptum, & de-
ber totum præstari quod puto verum si sit certum
559 omnia de necessitate esse præstanda; † at si du-
bium sit, quia videlicet adsit probabilis sententia
affirmans id non esse necessarium imo etiamsi ista
sit probabilior, quam requiri, aliqui putant adhuc
indulgentiam non acquiri nisi omnia præstentur;
mihi autem hoc nimis durum videtur, sed puto
sufficere se confermare cum sententia probabili,
debemus enim supponere Summum Pontificem
scire istas sententias extare, & dum indulgentias
concedit, & nihil addit restringendo liberum
relinquere vnicuique abundare in sensu suo alioqui
teneremur semper sequi tutiorem opinionem, &
esset superfluum scribere de Indulgentijs quoad
560 hanc partem, & magna orietur confusio. † Ita
etiam puto acquiri indulgentiam, etsi aliqua pars
leuis omittatur in opere præscripto, vt si in recita-
tione Coronæ omittatur Pater noster semel, vel
semel Aue Maria. Pars autem indicatur parua seu
leuis non in se ipsa sed respectiuè, vna enim dece-
na Rosarij in se ipsa est leuis materia, & parua
pars, in ordine tamen ad Rosarium est magna;
omittere semel Pater noster, & Aue Maria est in
se parua; in ordine tamen ad obligationem reci-
tandi quinquies est magna; & ita de reliquis. Sua-
561 rez Filliu. loc. cit. & alij. † Et opera sunt
facienda, vt præscribuntur, si enim præscribatur
ieiunium 4. 6. feria, & sabbato non est alijs diebus
peragendum, nec satisfaceret qui duobus tantum
diebus ieiunaret in pane, & aqua cum teneatur
tribus modo vsitato; item si imponatur oratio
trium dierum eleemosina, vel quid simile non satis-
faciet omnia peragendo vno, qui tribus præstaret;
sed vt præscribuntur sunt exequenda nec potest
anticipare, vel postponere Nauar. de orat. Miscell.
92. à num. 2. & notab. 32. de Indulg. num. 41. §.
semel saltem in die Henriq. lib. 7. cap. 10. nu. 5.
Sanctarell. cap. 7. dub. 1. & alij apud istos. Neque
obstat Regula. Quod nihil refert quid de equi-
pollentibus fiat, quia non habet locum vbi de con-
ditione agitur, quæ est ad vnguem obseruanda.
Nec item alia Regula Plus soluit, qui ante tempus
soluit, quia intelligitur, quando solutio anticipa-
ta est in fauorem creditoris, nec contra eius volun-
tatem est facienda, quomodo fieret in casu nostro,
in quo Summus Pontifex intendit statutis diebus
opera esse exequenda, vt operibus diuersis diebus
factis sæpius Deus honoretur, quid autem in casu
ignorantiæ sit dicendum supra traditum est,
& aduerte lector aliud esse ob ignorantiam aliqua
omittere necessaria ad aquisitionem, & hoc casu
dico non acquiri indulgentiam; aliud exequi
omnia sed ob ignorantiam non præscripto tempo-
re, & modo & tunc puto ex pia mente Pontificis
acquiri. Quod si opera non sunt alligata tempori
sufficit illa præstare intra tempus Iubilei, ita vt
eleemosina visitatio Ecclesiarum, & si quæ similia
præscribantur possint fieri etiam die dominico
vtriusque hebdomadis siue ante communionem,
vt aliqui, siue etiam post cõmunionem, vt Henriq.
lib. 7. cap. 10. num. 6. Filliuc. tract. 8. cap. 10.
562 num. 273. & alij. † Non possunt tamen per
alium adimpleri Ieiunium visitatio &c. sunt enim
opera personalia Henriq. loc. cit. nu. 5. Suarez de
pænit. disp. 52. sect. 6. & alij. Poterit tamen elee-
mosina, nisi tamen in bulla exprimatur, quod etiam
ipsa per se ipsum fiat, quia opus quod ex se non
563 esset personale fieret tale ex præcepto. † Quod
si eleemosina data alicui, vt illam eroget ex præ-
scripto, & ille cui data est non eroget, sed in pro-
prium vsum conuertat tunc non acquiri indulgen-
tiam asserunt Sanctarellus cap. 7. dub. 1. & alij,
quod de rigore puto verum. Sil. tamen verbo In-
dulgentia num. 4. & alij putant acquiri, quod de
564 æquitate est probabile. † Potest etiam satis-
fieri obligationi iubilei per opera alias debita siue
ex præcepto Ecclesiastico, siue naturali, siue ex
voto, siue quocunque alio modo Henriq. lib. 7.
cap. 10. num. 5. & 6. Sanctarell. cap. 4. dub. 10. &
cap. 7. dub. 1. & alij, itaut ieiunans tempore
Quadragesimæ, Quatuor Temporum, communi-
cans in Paschate &c satisfaciat etiam pro Iubileo,
565 contrarium alij tenent. † Quæ autem intentio
requiratur in executione operum communis sen-
tentia fert quod lucraturus indulgentiam ante
inchoata opera saltem debuerit habere intentio-
nem voluntatem seu propositum lucrandi indul-
gentiam ex quibus postea processerit ad opera
exequenda. Aliqui tamen affirmant sufficere
etiam interpretatiuam idest qua ita sit dispositus,
vt eadem opera faceret si sciret esse requisita ad
Indulgentiam, Layman lib. 5. tract. 7. cap. 6.
num. 5. Sanctarell. cap. 15. dub. 4. & alij sed ista
pendent ex alijs quæstionibus quæ altiorem requi-
runt indaginem tutior est prima post factum non
improbo secundam quæ facile defenditur, & pro-
566 babiliter. † Quando adest intentio faciendi
opus iniunctum solo fine non bono, vt causa viden-
di amicos, recreationis, aut videndi mulierem
pulchram absque vlla alia intentione tenent Iubi-
leum, vel indulgentiam non acquiri, quia opus non
est pium nec cedens in honorem Dei: Potest tamen
opus illud ita factum repeti non repetitis alijs
Nauar. not. 32. num. 47. Sanctarellus cap. 15.
num. 1. & alij dummodo tamen repetatur intra
tempus; vtile enim per inutile non vitiatur cap.
567 vtile de Reg. iuris in 6. † Sufficit etiam intentio
lucrandi indulgentiam seu parendi Papæ, siue sit
magis, siue æque, siue minus principalis Suarez de
568 pænit. disp. 52. sect. 6. † & sufficit ad consequen-
dam indulgentiam facere vltimum opus in gratiam
& si hoc sit communio illam fieri in gratia sufficit
Suarez loc. cit. sect. 5. num. 8. Layman item loco
cit. Filliuc. nu. 156. & 157. Sanct. cap. 4. dub. 1.
569 & alij apud istos. † Quale autem debeat esse opus
ad indulgentiam requisitum, vt determinetur; scias
opus posse esse, vel secundum suam substantiam,
seu ex genere malum, vel indifferens, vel bonum,
seu honestum. Malum ex genere, non potest esse
opus

opus requisitum ad indulgentiam, quia repugnat
pietati, & diuino honori. Neque indifferens, nisi
concedens indulgentiam illud ordinet ad aliquem
finem honestum, quo casu non est amplius indif-
ferens; restat ergo quod opus debeat esse bonum,
& honestum, vel ex genere suo, & secundum sub-
stantiam, vel ex ordinatione concedentis Indul-
gentiam. Malum secundum substantiam, & sim-
pliciter dicitur quando est de materia reprobata
aliquo iure naturali diuino, vel humano; Bonum
quando est secundum eadem iura: Indifferens
quando neque est approbatum, nec reprobatum
ijsdem iuribus, vt ambulare, comedere &c. Bonum
ex genere, & secundum substantiam potest ex cir-
cumstantijs vitiari, quod potest fieri dupliciter
vno, cum circumstantia intrinsece afficit opus,
altero cum tantum extrinsece; intrinsece afficit, &
vitiat, cum ipsum tangit vt v.g. cum quis ob vanam
gloriam orat, eleemosinam facit ad ostentationem;
extrinsece autem cum opus non tangit, sed se
habet tantum concomitanter, idest fit simul cum
eodem opere actus malus, vt si quis faciendo elee-
mosinam pauperi, irascatur, dum orat mente, va-
getur, impatientia afficiatur &c. Aduerte tamen
quod si non eodem actu, sed diuerso quis eliciat
actum, qui alias vitiaret intrinsece, vitiat tantum
extrinsece, vt v.g. quis orat, & orando intendit
vanam gloriam ista circumstantia afficit intrinsece,
at si orat vt Deo laudes soluat, deinde alio actu
intendat etiam vanam gloriam, eleemosinam ero-
get, vt opus misericordiæ exerceat, deinde alio
actu cupiat etiam inde inanem gloriam, tunc ista
circumstantia efficit tantum extrinsece, & opus
remanet intrinsece bonum; & hoc opus quod à
circumstantia extrinsece solum vitiatur, sufficere
ad lucrandum iubileum conueniunt Doctores, dif-
ficultas est de opere bono à circumstantia mala
intrinsece vitiato, dummodo circumstantia sit tan-
tum venialiter mala, quia si esset mortaliter mala,
vt si eleemosina fieret ad alliciendas fœminas ad
peccandum &c. tunc non sufficeret ad indulgen-
tiam acquirendam tale opus, nam iste finis videtur
omninò excludere requisitum ad acquirendam
indulgentiam; difficultas est ergo de opere ex ge-
nere, & secundum substantiam bono, sed circum-
stantia venialiter mala intrinsece vitiato; circa
quam variæ sunt Doctorum sententiæ, quas refert,
& latè examinat Bossius de iubil. sect. 4. cas. 12.
breuiter dico sufficere opus ex genere, & secundum
substantiam bonum, licet intrinsece vitietur aliqua
venialiter peccaminosa circumstantia Suarez cit.
disp. 52. sect. 6. num. 2. & 3. Filliuc. tract. 8. cap.
6. num. 158. & 159. Probatur quia hoc opus qua-
tenus procedit ab intentione quæ illum dirigit in
Deum est meritorium, & satisfactorium, & impe-
tratorium ergo sufficiens pro iubileo: & sufficien-
tèr dicetur deuotè factum, si debita attentione, &
compositione fiat. Quæ intentio requiratur præ-
570 terea dictum est supra. † Dices quid si circum-
stantia vitians opus tantum concomitanter erit
peccatum mortale reddetne opus ineptum ad
indulgentiæ consequutionem: Respondetur non
reddere ineptum; sed adhuc sufficere, quia licet
quis visitando Ecclesiam, vt ibi Deum colat &c.
peccet mortaliter fœminans concupiscendo, non
hinc efficitur quod opus illud non sit sufficiens pro
assequenda indulgentia dummodo visitans, vel ita
operans deinde constituatur in gratia ante vlti-
mum opus exequendum Nauar. dict. not. 32. num.
46. vers. 3. Nec est necesse tale opus sit in se super-
naturale, & immediatè procedens ad auxilio super-
naturali Suar. & Filliuc. loc. cit. & hic secundus
nu. 160. & sufficit etiam sola intentio finis lucran-
di indulgentiam, quia in ista includitur etiam glo-
ria Dei, quæ maximè splendet in parcendo, &
571 peccatorum pœnas condonando. † Ad acquiren-
dum indulgentiam non est necessarium meritum de
condigno sed sufficit de congruo fundatum in bo-
nitate Morali Suarez cit. sect. 6. in fine.
572 † Circa visitationem Ecclesiarum multæ oriun-
tur difficultates, quæ in sequentibus explicabun-
tur. Sunt ergo visitandæ Ecclesiæ, quot autem sint
visitandæ: Respondeo hoc pendere ex inspectione
bullæ, tot enim sunt visitandæ, quot præscribun-
573 tur; † Non est autem necesse visitare in gratia,
nisi visitatio sit vltimum opus, vt iam dictum est.
Nec est necesse visitare ijs diebus quibus fiunt pro-
cessiones, potest etiam fieri visitatio tempore
574 noctis. † Si ordinarius plures Ecclesias præscri-
bat visitandas quam præscribat Summus Pontifex
sufficit visitare tot, quot præscripsit Summus Pon-
tifex, cæteræ vero, quas ordinarius adiungit cen-
sentur adiunctæ ad maiorem commoditatem, non
575 ad necessitatem; † quod si præscribat pauciores
eas sufficit visitare solet enim hoc illis concedi præ-
576 cipue propter loca parua Filliuc. nu. 274. † Si
plures sint visitandæ non est necesse eas vno die
visitare, sed sufficit diuersis diebus, vt vnam hodie
alteram cras, vel quibus diebus magis libuerit.
577 † An autem visitatio Ecclesiarum possit fieri die
dominico secundæ hebdomadæ, & quando finiatur
tempus visitandi: Certum est facta promulgatione
iubilei posse visitari Ecclesias, & cætera opera
peragi etiam eodem die dominico promulgationis
exceptis tamen ieiunijs, quæ habent determinatum
tempus, reliqua possunt præstari quando magis
578 libuerit: † Difficultas est tantum, an sicut com-
munio die dominico subsequente Sabbatum primæ
hebdomadis ad complementum Iubilei quod in
prima hebdomada acquiritur, & in die item domi-
nico subsequente Sabbatum secundæ pro eodem
complemento ita possint ijsdem diebus dominicis
visitari Ecclesiæ erogari eleemosinæ, & peragi con-
fessio, & hoc siue antequam terminetur tempus
respondens tempori quo fuerit publicatum iubi-
leum, siue post illud, & toto die dominico respe-
ctiuè ad opera, vsque ad mediam noctem antece-
dentem feriam secundam, & hoc absque vlla dis-
pensatione. Respondeo breuiter ex vsu communi
satisfieri dictis operibus obligationi debitæ pro
assequutione Iubilei; si dicta opera præstantur etiam
die dominico vsque ad occasum solis, quia consue-
tudo, quæ est optima interpres ita inducta est. Si
tamen verba bullæ attentè considerentur, videtur
colligi quod debeant præstari ante diem domini-
579 cum: † An autem supposita consuetudine possint
præstari vsque ad mediam noctem, puto non esse
improbabile, quia spatium duarum hebdomada-
rum ex communi vsu loquendi concluditur spatio
quindecim dierum, & dies incipit secundum
aliquos à media nocte ad mediam noctem, ex qui-
bus fit quod spatium duarum hebdomadarum non
finiatur, nisi in media nocte tertiæ dominicæ, quæ
præcedit secundam feriam tertiæ hebdomadis;
Dices secundum istum computum tempus proro-
gari vsque ad meridiem secundæ feriæ tertiæ heb-
domadæ, quia cum promulgatio Iubilei soleat
fieri tantum circa meridiem, & dies incipiat à me-
dia nocte etiam illud tempus quod promulgatio-
nem antecedit erit supplendum post mediam no-

ctem

ctem vltimæ hebdomadæ. Reſpondeo nos loqui
ſecundum vſitatum morem, qui non eſt ſupputandi
tam exacte; ſed intelligendi, quod quandocunique
incipiat dies intelligatur ita inceptus, vt tertio die
580 dominico ad mediam noctem terminetur. † Cæ-
terum tutiſſimus modus eſt præſtare opera ante
diem dominicum, & die dominico communicare.
581 † Regulares omnes tenentur viſitare etiam ipſi
Eccleſias, vel deputatas ab Epiſcopis, vel ab eorum
ſuperioribus, qui pro ſuis ſubditis poſſunt depu-
tare; & ſi ex deputatis ſit etiam eorum Eccleſia
582 eam viſitando ſatisfaciunt; † moniales, & Regu-
lares perpetuam clauſuram obſeruantes debent
obtinere commutationem viſitationis à proprio
confeſſario in aliud opus pium, vt iubileum conſe-
quantur.
583 † Viſitatio autem eſt facienda deuotè, ita præ-
cipitur in bullis, imo etſi in bullis non adderetur,
deuotè, adhuc tamen viſitatio deuotè eſſet facien-
da Suarez tom. 4. diſp. 53. ſect. 1. num. 4. Filliuc.
loc. cit. nu. 132. & alij: ratio autem eſt quia opus
ad lucrandum indulgentiam debet eſſet honeſtum,
584 & pium ideo deuotè viſitatio facienda. † Quid eſt
autem Deuote: multi multa dicunt in tractatu de
horis Canonicis De oratione De Iubileo &c. in
propoſito ex citatis Doctoribus dico viſitationem
fieri deuotè, Si fiat in Dei, vel Sanctorum honorem,
qualis eſt, quæ fit ex fide, vel religione ad colendum
Deum in ſe ipſo, vel in aliquo Sancto. Vel vt ait
Corduba quæſt. 21. corolar. 5. quæ eſt proteſtatiua
fidei, & obedientiæ Eccleſiæ actualitèr, vel virtua-
litèr, ex ſe & ex genere ſuo, & aut ex circumſtantia,
vel aliqua relatione propter quam actus alioqui in-
differens cedit in Dei, vel in Sanctorum honorem,
aliqua diximus ſupra.
585 † Item deuotè eſt orandum, quid ſit autem
deuotè orare, quæ attentio requiratur, & quæ
intentio diſcrepant Doctores. Ego dicerem ora-
tionem faciendam vt ſit deuota (vt puto procedа-
mus in aſſequtione iubilei) debere eſſe ſine volun-
taria mentis euagatione, cum intentione impe-
trandi à Deo quod iniungit Summus Pontifex, quæ
intentio non eſt neceſſaria actualis, vt ſupradictum
eſt neq. formalis, & expreſſa, ſed ſufficit virtualis
&c. vt iam dictum eſt. Sufficit habuiſſe aliquando
intentionem lucrandi iubileum; dum enim poſtea
actu oratur orando pro aſſequtione intenta oratio-
586 ne ſecundum mentem Summi Pontificis. † Po-
teſt autem ſatisfieri obligationi iubileæ oratione
tam mentali quam vocali. Nauar. not. 32. ſæpe cit.
num. 48. Filliuc. loc. cit. nu. 257. & alij cum vtraq;
ſit apta à Deo impetrare quod intendit S. Ponti-
587 fex, † ſi tamen ab eodem certæ præces præſcri-
bantur, illæ ſunt recitandæ Bellar. tom. 4. Contr.
lib. 1. de bonis operib. cap. 2. & alij, quia forma
588 tradita eſt ſeruanda: † Non eſt autem neceſſe
recitare preces illas, quas Epiſcopi euulgant, niſi
ſint etiam in bulla ipſa imperatæ Henriq. lib. 7.
589 cap. 10. num. 3. † Poteſt etiam fieri oratio etiam
cum ſocio, ita vt alternatim orationes debitas
perſoluant, ſicuti dicuntur litaniæ ab illis qui pro-
590 ceſſionibus interſunt. † Satis eſt etiam orare
ſedendo, ſtando, & cooperto capite, ſi aliqua adſit
neceſſitas: Qui tamen neceſſitate non premitur
oret detecto capite genibus flexis, manibus iun-
ctis, hic enim eſt modus reuerentiæ, & deuotioni
591 valde conducens. † Petunt multi quanta debeat
eſſe oratio, vt ſit ſufficiens. Reſpondeo hoc eſſe
arbitrarium, & liberum cuiq; ſufficit enim orare
Nauar. not. 31. num. 35. Henriq. lib. 7. cap. 10.
nu. 7. lit. P. in tex. & in Gloſſ. Suarez d. diſp. 52.
ſect. 8. num. 5. Filliuc. num. 164. loc. cit. & alij.
Neque obſtat text. Extra. 1. de pænit. & remiſſ.
vbi habetur vnuſquiſq; autem merebitur, & indul-
gentiam efficacius conſequetur, qui baſilicas ipſas
amplius, & deuotius frequentabit, quia, quod
quis plus mereatur non ſpectat ad iubilei aſſequ-
tionem, quia ſpectat ad premium eſſentiale. Dein-
de ex illo textu colligitur ergo ſi plus meretur, &
efficacius conſequitur qui plus orat, efficacitèr
etiam conſequetur qui minus; & ſufficienter qui
parum. Sunt tamen hortandi pænitentes, vt diutius
quam fieri poteſt inſtent orationi.
592 † Sequitur Ieiunium, quod eſt aliud opus, hic
eſſet texendus longus tractatus; ſed breuitati con-
ſulens pauciſſima tradam, reliqua reijciens ad le-
ctionem eorum quæ tradet Pater Boſſius de Iubi-
leo ſect. 4. caſ. 18. & ad integrum tractatum quam
de Ieiunio edidit Pater Paſqualigus vir perſpica-
ciſſimi ingenij, & qui vnus eſt inſtar multorum ex
Illuſtr. Religione Theatina.
593 † Ieiunio ergo in iubileo præſcripto ſatisfit eo
modo? quo ſatisfit etiam Ieiunio ex præcepto Ec-
cleſiaſtico eodem enim modo obligat. Henriq. lib.
7. cap. 10. num. 4. lit. K. & plures apud eum in
Gloſſa: Ieiunium eſt vnica comeſtio circa meridiem
cum abſtinentia à certo genere ciborum. Vnica
commeſtio non tamen multiplicatur ſi quid etiam
in modica quantitate, vel vrbanitatis cauſa, vel per
modum potus ſumatur: licet etiam tempore ſero-
tino aliquid ſumere ſine fractione ieiunij, quæ refe-
ctio dicitur collatio, vel collatiuncula veſpertina,
quæ & ſecundum quantitatem, & qualitatem eſt
regulanda ex conſuetudine, cum enim conſuetudi-
ne ſit inducta, & conſuetudine tolerata, conſue-
tudine etiam eſt regulanda; poteſt etiam ſumi col-
latio mane, & cœna differri in tempus nocturnum,
ſi ex aliqua cauſa fiat, ſine peccato etiam veniali, ſi
vero ſine cauſa, cum veniali, quod tamen non im-
pedit aſſequtionem iubilei vide eundem P. Boſſ.
loc. cit. num. 104. 105. 106.
594 † Circa meridiem, meridiei tempus non eſt
adeo aſtronomice inquirendum, ſed moralitèr, &
lato modo. Silueſt. verb. Ieiunium Caietan. eodem
verb. Roderiq. 1. par. Sum. cap. 23. Filliuc. tract.
27. cap. 4. num. 68. meridies vbi ſunt horologia
ex pulſu campanæ determinatur, vbi non ſunt ho-
rologia Azorius 1. par. lib. 7. cap. 12. q. 2. & 3. &
Filliuc. tract. 27 cap. 4. num. 68. dicunt regulari
ex inſpectione ſolis addendo ſemihoram quia ſolent
tardius procedere horologia; & Filliuc. num. 69.
aſſerit ſufficere, quod finis prandij attingat circum
circa meridiem. Quod ſi meridies non ex pulſu
campanæ horologij; ſed ex conſuetudine ſit dime-
tiendus, quia ita conſuetudine ſit inductum, aſſe-
runt poſſe ſumi cibum meridie à conſuetudine præ-
ſcripto, non horologio ſignato etiamſi anticipatio
eſſet per vnam, & etiam alteram horam. Caiet.
verb. Ieiunium §. 1. Abulenſis in Matth. quæſt.
172. Filliuc. num. 74. Fagundex præcept. 4. lib. 1.
cap. 3. num. 10. & Toletus lib. 6. Sum. capit. 3.
num. 8. dicit eſſe ſeruandam conſuetudinem loci
595 cum homines tali hora prandere ſolent. † Qui
dictum tempus anticiparet aſſerunt aliqui peccare
mortalitèr alij venialitèr. Ego dicerem ſi antici-
petur ſine cauſa eſſe veniale ſi cum cauſa nullum.
Vide eundem Patrem Boſſium, & quos ipſe citat à
num. 92. ad 100. quanto vero tempore liceat anti-
cipare relinquitur prudentis arbitrio determinan-
596 dum. † An autem quando mane ſumitur collatio,

&

& cæna differtur facienda vesperi, sit facienda eadem hora, qua fieret cæna: puto hoc non esse necessarium, ita decernente vsu quotidiano etiam piorum hominum; in ieiunio autem multum valet consuetudo.

597 † Cum abstinentia à quodam genere ciborum: vbiq; enim à carnibus est abstinendum, vt ieiunij substantia seruetur, lacticinia vero licitè comeduntur secundum locorum consuetudinem. An dispensatus, vt tempore ieiunij possit edere carnes sit dispensatus etiam ab obligatione vnius tantum comestionis ita vt possit pluries comedere, triplicem opinionem refert idem Pater Bossius vide
598 ipsum, & patrem Pasqualigum † Ego sentio cum illis Doctoribus qui asserunt dispensatum vt possit tempore ieiunij comedere carnes esse etiam simplicitèr dispensatum ab omni obligatione ieiunij. Ratio est illa communis quod ieiunium Ecclesiasticum ex æquo, & indiuisibilitèr consistit in vnica comestione, & abstinentia à cibis vetitis nempe carnibus, & vno ex istis deficientibus deficit ratio ieiunij, ideo altero deficiente ad præceptum nemo potest cogi; Erit si quidem talis actio abstinentia, sed non ieiunium; & Azorius 1. p. lib. 7. cap. 10. quæst. 3. Filliuc. tract. 27. cap. 3. secundæ partis num. 53. obseruant hunc esse communem sensum fidelium; sed ista quæstio non facit ad rem nostram quia non potens ieiunare, vt acquirat iubileum debet petere commutationem in aliud opus, ita & iuuenes, messores, & alij qui eodem modo non possunt.

599 † De Confessione iam supra aliqua diximus. Nunc sequentia dissoluemus. 1. An quando in iubileo requiritur tamquam onus confessio ille qui validè iam confessus est, & iubileum est lucratus si alicuius mortalis inculpabilitèr obliti recordetur teneatur etiam illud confiteri quando non est elapsum tempus iubilei. Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 52. sect. 3. num. 3. Filliuc. tract. 8. cap. 6. nu. 187. & alij putant necessario esse fatendum, quia mens Pontificis est quod confessio fiat omnium peccatorum patratorum vsque ad tempus Iubilei. Nugnus tamen add. ad 3. p. quæst. 23. art. 3. dub. 4. & alij
600 † sentiunt non esse necesse, quia per confessionem legitimè, & validè factam satisfactum est requisitæ conditioni nec constat de asserta mente Pontificis, & hanc sententiam puto esse tuto practicari. Si tamen nullo modo fit confessus quia facta diligenti excussione conscientiæ putauit se peccati non esse reum, si recordetur postea alicuius venialis neq; puto necessario esse faciendam confessionem etiamsi præcepta sit, vt conditio, quia neque hoc
601 præcipit Ecclesia, † esse tamen faciendam si recordetur alicuius mortalis, vt conditio impleatur Doctores refert Pater Bossius sect. 4. cas. 19.
602 nu. 31. licet ipse alitèr sentiat. 2. † An quando in bulla requiritur confessio etiam antecedens alia opera nihilominus indulgentia acquiratur si confessio alijs operibus postponatur. Nauar. not. 32. num. 39. & alij uolunt ordinem esse seruandum dum loquuntur de Iub. anni Sancti; sed alij quibus & ipse adhæreo asserunt non esse necesse licet in bulla sit inserta clausula. Præmissa confessione, etiam loquendo de anno Sancto ita Henriq. lib. 4. cap. 12. §. 2. lit. H. Filliuc. tract. 8. cap. 10. num. 258. Layman lib. 8. tract. 7. cap. 8. num. 7. Sanct. de Iub. cap. 4. dub. 1. & alij apud ipsos Ratio est quia talis ordo videtur potius esse consilium quam præceptum, & ita videtur explicare vsus vniuersalis Ecclesiæ.

603 † De commutatione, quæ est aliud ex iniunctis operibus non sufficit spiritualis sed debet esse sacramentalis, ita videntur innuere verba bullarum. Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, deuotè, & reuerentèr sumpserint, & est adeo necessario facienda ab ijs, qui possunt, vt nisi fiat indulgentia
604 non acquiratur, † Si tamen aliquibus phisice, vel moralitèr communio sit impossibilis, vt infirmis, & tussim patientibus, vomitum, vel quid simile. Pueris quibus ob ætatis defectum communicare non permittitur, & etiam illi qui ex obliuione inaduertentia, vel incuria non communicauit, & vltimo die bibit, ex quo non potest amplius communicare, potest communio in aliud opus commutari. Henriq. lib. 7. cap. 10. num. 8. Sanct. cap. 3. dub. 1. & alij, quæ tamen commutatio non potest fieri, nisi expressè concedatur; idem Henriq. in Gloss. lit. V. qui tamen videtur concedere posse fieri etsi non
605 concedatur. † Dubitatur an sufficiat communio facta in mortali: Respondeo si communio sit facta in mortali à non cognoscente, vel ignorante, sed bona fide accedente, & putante se esse in gratia, sufficit pro iubileo, & quacumq; alia indulgentia acquirenda, quia est opus bonum moralitèr non solum secundum substantiam, sed etiam in indiuiduo licet etiam sic communicans neq; sit attritus, & non acquirat gratiam; quod puto verum nisi communio sit vltimum opus quod præstatur pro assequtione iubilei: Si vero sit vltimum opus puto requiri saltem attritionem, vt medio sacramento constituatur in gratia, qui status requiritur in vltimo opere; Quod si communio non sit vltimum opus, & fiat in peccato mortali à sciente, & cognoscente statum suum non sufficere asserunt multi, quia tale opus non videtur esse ad mentem S. Pontificis maxime quando præscribit, quod deuotè, & reuerentèr fiat. Alij tenent sufficere Henriq. loc. cit. & alij, & videntur tenere sufficere quod opus factum pro assequendo iubileo sit bonum, & honestum ex genere licet in indiuiduo sit moralitèr malum Suarez in 3. p. disp. 52. sect. 6. num. 2. & 3. Filliuc. tract. 8. cap. 6. num. 158. & 159. & alij, & confirmant quia tali commutatione satisfit etiam præcepto Ecclesiastico Sotus lib. 1. de iust. quæst. 3. articul. 10. Couar. cap. Alma mater par. 1. §. 5. Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 70. sect. 3. & alij, prior sententia mihi videtur magis conformis menti Pontificis concedentis, & puto in praxi seruan-
606 dum. † Sufficit tamen communio facta in peccato ueniali, etiam habituali quia non impeditur
607 præcipuus effectus communionis. † Potest autem fieri quocumq; die hebdomadæ in qua est ieiunandum, & cætera opera præstanda, etsi enim aliquando dicatur in bullis quod fiat die dominico adhuc puto posse fieri quocumque alio die antecedenti quamuis hoc non esset expressum; dies enim dominicus assignatur potius per modum consilij, quam præcepti. Potest etiam fieri 2. & 3. feria secundæ hebdomadæ v. g. quis ieiunat visitat confitetur in prima hebdbmada, non tamen communicat etiam die dominico poterit communicare feria 2. vel 3. sequentis hebdomadæ Henriq. lib. 7. cap. 10. num. 8. lit. 5. in Glossa & alij, & ita declarasse Gregorium XIV. refert Henriquez. Quod etiam puto dicendum, de eo qui ieiunauit, & cætera præstitit in secunda hebdomada, sed non communicauit; posse videlicet communicare feria 2. vel 3. sequentis hebdomadæ, licet tempus iubilei totum sit elapsum, idem Henriq. qui etiam hoc fuisse declaratum ab eodem Gregorio XIV. & à Sancio

Episco. Salmaticensi præmissa consultatione eum Doctoribus eiusdem vniuersitatis.

608 † Eleemosina vltimo loco venit consideranda, quæ est duplex corporalis, & spiritualis, spiritualis eleemosina hoc versu concluditur Consule, Castiga, Solare, Remitte, Fer, Ora. Non sufficere spiritualem, sed requiri corporalem communitèr tradunt

609 Doctores. † An autem ad istam teneantur etiam pauperes, ita ve nisi illam faciant teneantur petere commutationem à confessario, negant Nauar. Miscell. de orat. 94. nu. 2. Henriquez lib. 7. cap. 10. num. 6. in comm. lit. N. & alij putantes Summum Pontificem noluisse obligare impotentes. Communitèr tamen asseritur teneri petere commutationem Sanctarell. cap. 7. dub. 1. & alij; quod si non concedatur facultas commutandi neq; confes-

610 sarium posse commutare alij adiungunt. † Certum puto quæcumque licet minima eleemosina erogata satisfacere pauperem suæ obligationi, quo posito puto vix fieri posse quod detur casus impossibilitatis maxime quia sufficit, quod pauper alium roget, vt pro se eleemosinam tribuat. Imo sufficit quod pro se datam eleemosinam quis applicet pro obligatione pauperis, quæ tamen debent fieri intra tempus Iubilei. Posset ipsi pauperi applicari eleemosina alias debita, sicut possunt reperta, quorum

611 dominus ignoratur, & incerta. † Ad eleemosinam tenentur, etiam Religiosi iuxta proprium statum; optime facient Religiosorum Prælati qui nihil concedunt suis subditis in particulari erogando ipsi pro suis subditis quod in domino videtur Idem Pater pro filijs, maritus pro vxore Dominus pro seruo, si aliunde non suppetat debet erogare. Quod si alio modo non possit fieri eleemosina, obtineatur à confessario commutatio. Quoties sit facienda est petendum ex bulla, quod si tantum exprimat esse faciendum sufficit semel fieri. Potest etiam fieri toto tempore, quo cætera opera possunt præstari, & satisfit illam tradendo etiam extremè indigenti licet alias sit debita; & pauperi cuicumq; siue sit illius, siue alterius loci, siue aduenæ, vel

612 peregrino; † Difficultas est quando in indulgentia præscribitur, quod vnusquisque faciat eleemosinam secundum proprias facultates, quæ eleemosina sit eroganda, & omissa opinionum varietate dico non esse satis quamcunque minimam eleemosinam, quando exprimitur, quod debeat fieri secundum vires facultatum, vel iuxta facultatem vniuscuiusque, sed maior est eroganda à diuite quam à paupere, quia id in conditione est positum, neque puto satis firmum dicere quod illa clausula sit apposita per modum adhortationis, quia cum eleemosina fit sub conditione debet esse sub conditione etiam modus appositus sub eodem tenore verborum. Quæ autem, & quanta debeat esse, relinquitur iuditio illius, qui dat, qui ex solito suo more erogandi eleemosinas id decernet. Solent enim personæ nobiles in similes eleemosinas erogare vnum, vel duos Iulios; neque ex hoc quisquam debet scrupulis agitari, quia ista non sunt mathematice sed moraliter determinanda.

613 † An Cathecumeni possint lucrari indulgentias, variæ sunt doctorum sententiæ. Ego puto non posse saltem per modum absolutionis, & puto probabile neque posse per modum suffragij Sanchez lib. 4. Sum. cap. 37. num. 37. Suarez tom. 4. in 3. par. disp. 13. sect. 4. num. 8. Fillinc. tract. 8. capit. 8. num. 214. & alij. Ratio quia indulgentia est actus Iurisdictionis, quam non habet Summus Pontifex in eos qui nundum baptizati sunt Antonius Ricciolus de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 3. cap. 4. & patet ex Trident. sess. 14. cap. 2. de Sacra. pænit. ibi. Cum Ecclesia in neminem iuditium exerceat, qui non prius in

614 ipsum per baptismi ianuã fuerit ingressus. † Neq; videtur vrgere, quod affertur in simile de nouitijs, videlicet quod licet ipsi non sint membra religionis participant tamen de Indulgentijs concessis religionis quia est valde dispar ratio sunt enim nouitij capaces indulgentiarum quia iam sunt baptizati ideò ad eos facilis est extensio non sic autem, de neophitis. Per modum autem suffragij facilius possent applicari, quia sic applicantur etiam existentibus in purgatorio. Obstat tamen semper quod isti sunt baptizati non autem cathecumeni. Si plura de Iubileo cupis lege tractatum absolutum Pater Bossij qui diffusissimè de illo tractat. Nobis quoad praxim ista sufficiunt.

S V M M A R I V M.

1 *Quid sit quærendum.*
2 *Causæ ob quas facultates de quibus est sermo solent concedi.*
3 *A carnibus in ieiunijs semper est abstinendum est enim de essentia ieiunij talis abstinentia.*
4 *Sententia aliquorum.*
5 *Præceptum seruari debet pro ea parte qua potest.*
6 *Qui non potest comparere certo die tenetur comparere quando potest.*
7 *Alia sententia.*
8 *Intentio dispensantis est intelligenda secundum ea quæ exponuntur.*
9 *Præceptum non edendi carnes, & non comedendi sunt duo separata in ieiunio.*
10 *Sententia quam sequitur auctor.*
11 *Probatur rationibus.*
12 *Respondetur argumentis.*

Dispensatus ad comedendum carnes an teneatur ieiunare.

XCIX.

1 ADmodum † Rener. D. Ventura Archipræsbiter Ecclesiæ Sanctæ Mariæ asserit tempore Quadragesimæ multos ad se accedere petentes sibi concedi facultatem comedendi carnes varijs de causis à medicis approbatis & simul etiam sibi declarari an obtenta tali facultate teneantur ad reliquam partem ieiunij, nempè ad vnicam tantum comestionem; ideò à me quæsiuit quid de hoc sentiem. Cui amicissimo ita respondi.

2 † 1. Notaui varijs de causis concedi has facultates, vel quia petentes ita nausea afficiantur alijs cibis, vt illis non possint vti, vel quia, licet alijs cibis possint vti, si tamen vtantur, aliquæ infirmitates timentur, qui tamen sunt adeo valide complexionis, vt possent facilè ieiunare Vel quia sunt adeo debilis complexionis, vt carnes illis conceduntur, ne nimis debilitentur. Aliæ fortasse etiam possent esse causæ quæ ad istas facilè reducentur, vel certè ex dicendis intelligentur.

3 † 2. Nota semper à carnibus esse abstinendum in omnibus ieiunijs D. Thom. 2. 2. quæst. 147. art. 8. corp. & ad 3. Caiect. ibidem, & alij quos refert, & sequitur Layman lib. 8. tract. 8. cap. 1. num. 1. & ipse late tradit, carnium abstinentiam esse de essentia ieiunij Ecclesiastici, & patet ex vniuersali vsu Ecclesiæ, ex quo pendet modus obligationis præcepti

præcepti ieiunij. Neque valeat quod ieiunium possit esse, etiam cum vsu carnium, cum etiam cum tali vsu stet optime actus virtutis temperantiæ, & abstinentiæ, vt alibi diximus quia loquimur de ieiunio, vt est præceptum Ecclesiæ, quod necessario dicit tam abstinentiam à carnibus, quam vnicam tantum comestionem, & omnes eodem modo condemnant de mortali, qui carnes comedit, quam qui pluries manducat, imo maius scandalum sumunt de eo qui carnes, quam de illo qui pluries edit in eodem die, & difficilius conceditur facultas comedendi carnes, quam pluries edendi.

4 † Pro solutione aliqui dixerunt concessam facultatem edendi carnes non includere non ieiunandi idest sumendi pluries refectionem Nauar. in Manuali cap. 21. num. 22. & lib. 3. cons. de obser. ieiunij, cons. 6. num. 2. Ioannes Medina C. de Ieiunio quæst. 5. Ant. Fernandez in Medulla par. 2.
5 cap. 8. §. 2. num. 24. & probatur. 1. † Quia Præceptum quod in totum seruari nequit, seruandum est pro ea parte qua seruari potest text. in cap. Cum dilecti, de dolo, & Contu. & ex Glossa & DD. ibi
6 dicentibus; † cum alicui intimatum est comparere ante iudicem certo die, si eo non potest, teneri antecedenti, vel subsequenti comparere. Neque obstat quidquam quod præceptum ieiunij sit vnicum quia in ieiunio sunt duo præcepta alterum non vtendi cibis vetitis alterum pluries non comedendi; potest ergo vno dispensato remanere aliud, ergo ad illud tenetur, & ita, ex Couar. ostendit Sanchez lib. 1. cap. 19. num. 9. in Sum.

7. † Alij Asserunt, esse considerandam causam concessionis, si enim inquiunt causa concessionis, est talis quæ secum ferat etiam dispensationem ab obligatione pluries comedendi, vel semel tantum comedendi tunc censetur concessa vtraque facultas, & nulla obligatio remanebit, vt quando esus carnium conceditur propter imbecillitatem, si vero esus carnium concedatur ex causa compossibili cum obligatione tantum semel comedendi, affirmant ad hanc partem teneri Victoria 2. 2. quæst. 147. art. 4. valeat 2. 2. dist. 2. par. 5. Comit. Resp. Moral. cap. 49. & alij plures & probatur
8 † quia intentio dispensantis est intelligenda secundum ea quæ exponuntur, vt alibi diximus ergo etiam hic cum causa quæ exponitur est sufficiens imo necessaria pro dispensatione vtriusque obligationis de vtraq; est intelligenda, cum autem causa eadem non sufficit pro dispensatione vtriusque
9 censendum erit non continere vtramque † Quod autem huiusmodi præcepta sint separata patet quia cessante vna parte obligat alia, tempore enim Quadragesimali sunt interdicta lacticinia oua &c, & tamen data facultate istis vtendi adhuc remanet obligatio vnius tantum comestionis, ergo prohibitio vetitorum est distincta ab obligatione semel tantum edendi cum ablata vna adhuc remaneat altera, quod est manifestissimum signum non integrari essentialiter ex ambabus obligationibus vnum tantum præceptum sed esse diuisibile. Alij tandem cum quibus, & ego.

10 † Dico absolutè dispensatum legitima intercedente causa ad carnes edendas, quæcumque illa causa sit esse dispensatum etiam ab vnica comestione, & consequentèr remanere liberum ab obligatione ieiunij. ita Gabriel in 4. dist. 16. Palacios Abalensis, & omnes quos refert. P. Bossius de Iubileo sect. 4. casu 18. num. 73. præcipue Toletus lib. 6. Summæ cap. 3. Azorius 1. par. lib. 7. cap. 10. quæst. 3. Henriq. & Fagundex in Præcept. Eccles. Præcept. 4. lib. 1. c. 2. nu. 5. Vide Patrem Pasqualigum in suo tractatu de ieiunio decis. 267. num. 9. cum seq.

11 † Probatur quia essentia ieiunij consistit tam in abstinentia ab vsus carnium quam in obligatione semel tantum comedendi indiuisibilitèr ergo dispensatus ab vna obligatione censetur dispensatus ab alia; quod essentialiter præceptum ex vtraque constet probatur, quia qui confitetur se fregisse ieiunium comedendo carnes & pluries edendo non iudicatur reus duplicis sed vnius tantum peccati ergo ex vtraque obligatione præceptum constat essentialitèr, & indiuisibilitèr alias probationes vide apud Patrem Bossium, & Pasqualigum locis citatis, & item apud Fagundex.

12 † Ad ea quæ dicuntur in contrarium iam patet responsio dico enim non ex intentione concedentis facultatem comedendi sed ex natura rei nasci dissolutionem obligationis; & Ieiunij præceptum essentialitèr esse vnum non duo præcepta constans ex obligatione non comedendi carnes, & semel tantum edendi. Ad id vero quod dicitur consistere obligationem semel comedendi posita dispensatione edendi cibos vetitos vt patet in dispensatione ad oua lacticinia &c. Respondeo non probare. Prohibitio enim ouorum &c. non est adeo prohibita, vt vsus carnium, essentiale ieiunio est non comedere carnes, & ideò in illo non potest dispensari remanente substantia ieiunij, non autem sic vsus ouorum Casei &c. ita explicante generali consuetudine Ecclesiæ quæ est optima præceptorum interpres multis enim diebus ieiunatur etiam edendo oua lacticinia &c. Vide Patrem Fagundex, qui late de his disputat in Apologia suæ doctrinæ in simili traditæ.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
Et quæ sint decidenda.
2 *Ad Sacramentorum administrationem quæ iurisdictio requiretur.*
3 *Quæ iurisdictio requiratur ad validam, & licitam Sacramentorum administrationem.*
4 *Regulares habent fundatam intentionem suæ iurisdictionis delegatæ in iure.*
5 *Dupliciter aliquid potest inniti iuri communi.*
6 *Varijs religionibus varia priuilegia sunt concessa.*
7 *Omnes religiones participant inuicem in priuilegijs.*
8 *Recensentur aliqua priuilegia concedentia communicationem Priuilegiorum vsque ad nu. 11.*
12 *In quo consistat efficacia communicationis.*
13 *Quot modis fiat.*
14 *Differentia inter dictos modos.*
15 *Quid ferat Priuilegium ad instar.*
16 *Quid sit.*
17 *Quomodo fiat.*
18 *Expenduntur aliquæ clausulæ apponi solitæ in bullis communicationis priuilegiorum.*
19 *Priuilegia regularibus concessa, nemo interpretatur, siue dubia siue clara præter Papam,*
20 *Possunt regulares celebrare missas in oratorijs priuatis de sola facultate suorum superiorum nulla alia petita Parochi, vel cuiusuis alterius superioris.*
21 *Proponitur quædam obiectio infra soluenda.*
22 *Proponitur secunda difficultas an liceat Regularibus ministrare Eucharistiam extra proprias Ecclesias*

elesias irrequisitis Parochis, & quocumque alio.

23 *Proponuntur argumenta pro parte negatiua vsq; ad num. 26.*

27 *Proponuntur priuilegia Regularium vsque ad num. 38.*

39 *Statuitur conclusio pro Regularibus.*

40 *Afferuntur quam plurimi Doctores pro hac sententia.*

41 *Dictum Doctoris est intelligendum iuxta legem quam allegat.*

42 *A communi sententia non est recedendum in iudicando.*

43 *Habet vim consuetudinis sententia communis.*

44 *Ferens sententiam secundum illam licet falsam non facit litem suam, & excusatur à syndicatu:*

45 *Quando fecerint communem sententiam Patres Concilij Vniuersi.*

46 *Taxatiua non subintelligatur in dispositione, vel sermone simpliciter prolato.*

47 *Lex generaliter loquens generaliter est intelligenda in omnibus in ea contentis etiamsi eodem in omnibus in ea contentis non militet ratio.*

48 *Nisi per aliam legem spetialem limitetur.*

49 *Priuilegia religionibus concessa sunt fauorabilia ideo late interpretanda.*

50 *Ordo regularis saculari est praeferendus.*

51 *Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

52 *Priuilegia concessa, vel ratione fidei, vel religiosorum, vel miserabilium personarum late sunt exponenda.*

53 *Dispensationes de sui natura odiosa sunt fauorabiles vbi agitur de salute animarum.*

54 *Probatur posita conclusio expendendo priuilegia Regularibus concessa.*

55 *Exceptio firmat regulam.*

56 *Quod de vno dicitur, de alijs negatum esse censetur.*

57 *Ecclesia dismembrata, & libera in totum vno casu excepto, est exempta in omnibus praesertim, si praecedat vniuersalis affirmatiua,*

58 *Proponitur quaedam obiectio.*

59 *Priuilegio à Summo Pontifice concesso absq; loci determinatione potest priuilegiatus vti vbiq; nisi constat de contraria intentione eiusdem concedentis.*

60 *Summus Pontifex cum vult coarctare priuilegiu ad locum illum explicat.*

61 *Priuilegium valet secundum determinationem in eo expressam.*

62 *Regulares saecularibus Prelatis nullo modo sunt subiecti, nisi eos illis subijciat Summus Pontifex.*

63 *Expenditur priuilegium Nicolai V.*

64 *Vbi sit diuisio per paragraphos aut versiculos clausula posita in vno paragrapho, vel versiculo ad alium non refertur.*

65 *Vna determinatio respiciens plura determinabilia pariformiter determinat, prout vnicuique competit.*

66 *Clausula posita siue in fine siue in principio refertur ad sequentia, & antecedentia.*

67 *Quaedam obiectio.*

68 *Alia obiectio.*

Ponuntur verba D. Dionisij.

69 *Regulares sunt delegati Papae.*

70 *Nihil interest an Papa agat per se faciat an per delegatum, siue spetialiter, siue generaliter.*

71 *Sicuti esset inconueniens Parochum velle à se petere licentiam administrandi sacramenta Papam, ita erit de delegato.*

72 *Vbi Papa manum apponit inferior non post.*

73 *Papa eligens religiosos praesumitur eligere industriam.*

74 *Talis electus potest contra cuiusque voluntatem exercere, munera, ad quae est electus.*

75 *Quid significat dictio dumtaxat.*

76 *Expenditur Proemium Priuilegij Eugenij IV.*

77 *Cuius naturae sit particula. Et.*

78 *Maxime vitandum est in omni dispositione illum ita interpretari, vt nihil concedat.*

79 *Idem in priuilegio.*

80 *Quid significat dictio. Alias.*

81 *Quid significet liberam, & plenam &c. num. 82.*

83 *A proemio generaliter valet argumentum.*

84 *In priuilegijs non solus generalis sed etiam spetialis finis est attendendus.*

85 *Sunt etiam interpretanda secundum eorum causam tacitam, vel expressam.*

86 *Expenditur priuilegium Patrum Theatinorum.*

87 *Expenditur quid significet libere ac licite.*

88 *Quid significet dictio. Alias.*

89 *Quando princeps committit alicui liberam facultatem aliquid faciendi quomodo intelligendus.*

90 *Data facultate à Papa, vel Episcopo, inferioris licentia ad id praestandum non requiritur.*

91 *In ijs quae ad diuinum cultum facere dignoscuntur non maligna sed benigna interpretatio est facienda Ponitur capit. In his extra de Priuileg.*

92 *Summus Pontifex cum vult aliquid loco coarctare id exprimit.*

93 *Probatur ex consuetudine.*

94 *Consuetudo legem, & priuilegia explicat.*

95 *Refertur Priuilegium Pauli IV. minoribus de obseruantia concessum insigne.*

96 *Prima obiectio.*

97 *Secunda obiectio.*

98 *Tertia obiectio.*

99 *Quarta obiectio.*

100 *Quinta obiectio.*

101 *Vltima obiectio.*

102 *Aliqua verba B. Petri Damiani.*

103 *Aliqua alia D. Thomae.*

104 *Soluitur prima obiectio.*

105 *Priuilegia concessa personis alias priuilegiatis non censentur derogata clausulis generalibus nisi de ipsis fiat spetialis mentio.*

106 *Priuilegia Regularium sunt posteriora priuilegijs Cleri.*

107 *Priuilegio posteriori quomodo derogetur priori etiam habenti clausulam, nisi de eo fiat mentio.*

108 *Expenduntur clausulae roborantes priuilegia regularium 109. 110.*

111 *Resoluitur secunda obiectio.*

112 *Insolita clausula non praesumuntur.*

113 *Priuilegio concesso ad instantiam Principum Regum, dato quod esset concessum quid dicendum.*

114 *Habens priuilegium dependenter ab alio, eo non potest vti contra illum cuius contemplatione est concessum.*

115 *Quomodo concedantur priuilegia ad instantiam* Regum

Regum Reginarum &c.
116 *Priuilegia illuſtribus perſonis conceſſa clauſulis generalibus non reuocantur.*
117 *Reſpondetur tertiæ obiectioni.*
118 *Expenduntur. 14. conditiones ex quibus dignoſcitur in concurſu priuilegiorum quod ſit præferendum.*
119 *Priuilegia toti religioni conceſſa æquantur iuri communi, habentur ac ſi eſſent inſerta in corpore iuris.*
120 *Priuilegia ante conceſſionem ſunt odioſa poſt conceſſionem dicuntur fauorabilia.*
121 *Quomodo priuilegia dicantur de iure communi.*
122 *In priuilegio perſonali venit conſideranda maior dignitas perſonæ in concurſu.*
123 *Quid ſit priuilegium affirmatiuum, & negatiuum,*
124 *Priuilegia conceſſa religioſis ſunt fauorabilia.*
125 *Illud dicitur fauorabile quod vni prodeſt, & alteri non nocet.*
126 *Ex primo fine colligitur an diſpoſitio ſit fauorabilis, vel odioſa.*
127 *Reſpondetur argumentis propoſitis pro negatiua parte in principio reſpondetur ad 1.*
128 *Reſpondetur ad ſecundum.*
129 *Nomine Parochi venit Epiſcopus, & Summus Pontifex.*
130 *Quid ſignificet, præſumere.*
131 *Explicatur Clement. Religioſi.*
132 *Quid veniat nomine iurium parochialium.*
133 *Explicatur cap. Omnis vtriuſque ſexus.*
134 *Iura parochialia non deduntur.*
135 *Quid intelligatur per legalem facultatem teſtandi.*
136 *Explicatur cap. Placuit.*
137 *Falſum monachos habere maiorem poteſtatem Epiſcopis.*
138 *Quare Summus Pontifex non aſſumat titulum Paſtoris omnium Eccleſiarum.*
139 *Reſpondetur tertio principali argumento.*
140 *Reſpondetur quarto.*
141 *Reſpondetur quinto, quod continet priuilegia Cleri, & ſummarie referuntur.*
142 *Quid in illis contineatur.*
143 *Ex conſuetudine poſſunt regulares irrequiſitis Parochis, & quocumque alio Euchariſtiam extra proprias Eccleſias miniſtrare.*
144 *Poteſt induci conſuetudo miniſtrandi Sacramenta irrequiſito Parocho, & quocumque alio, probatur num. 145. & ſequent.*
146 *Priuilegium præſumitur ex diutina poſſeſſione, vel quaſi illius rei, vel iuris, quod non poteſt haberi citra principis priuilegium.*
147 *Priuilegium Papæ præſumitur, & cenſetur ſufficienter probatum ſi allegatur poſſeſſio temporis cuius non extat memoria.*
148 *Ad probandum titulum, ſeu priuilegium ſufficit allegare tempus immemoriale.*
149 *Allegans aliquid ſibi competere ex priuilegia Papæ ſi ad id probandum litteras Apoſtolicas non habeat probando conſuetudinem immemorialem ſufficienter probat titulum, & priuilegium à ſe allegatum.*
150 *Iuriſdictio conſuetudine poteſt acquiri.*
151 *Conſuetudine poteſt acquiri quidquid ſpectat ad adminiſtrationem Sacramentorum.*
152 *Poteſtas adminiſtrandi Sacramenta, & ipſa cura animarum poteſt præſcribi.*
153 *Quod ſpatium requiratur.*
154 *Delegatus non poteſt ſubdelegare; poteſt qui aliquid poteſt ex conſuetudine.*
155 *Soluuntur duæ obiectiones.*
156 *Alia obiectio ſoluitur.*
157 *Publicum, & notorium notorietate facti quod ſit,*
158 *Hoc publicum ſufficit ad conſuetudinem.*
159 *Non requiritur ſcientia eorum contra quos præſcribitur.*
160 *Regularium familiæ poſſunt inducere conſuetudines etiam derogantes ius commune.*
161 *In priuilegijs obiectis nihil aliud decernitur quam quod ſeruentur conſuetudines.*
162 *Legum actus ſunt imperare, vetare, permittere, punire.*
163 *Enunciatiua verba nihil diſponunt.*
164 *Non poſſunt allegari ad deciſionem cauſarum.*
165 *Verba poſita cauſatiue explicant tantum magis, ſed non diſponunt.*
166 *Quædam Conſtitutio Clementis ſeptimi ad rem faciens.*
167 *Ex poſita conſtitutione aliqua eliciuntur.*
168 *Concluditur tunc temporis viguiſſe conſuetudinem à nobis aſſertam.*
169 *Probatur priuilegia obiecta fauere regularibus.*
170 *Vna lex aliam allegans ſecundum allegatam eſt intelligenda,*
171 *Ex tenore vnius priuilegij, vel legis eruitur eorum legitimis ſenſus.*
172 *Particula, & quomodo ſumatur.*
173 *Vnum priuilegium per alterum elucidatur, & quod vni deeſt per aliud ſuppletur.*
174 *Priuilegia obiecta lædunt ius regularium.*
175 *An regulares ſubdantur decretis ſynodalibus.*
176 *Reſpondetur negatiue.*
177 *Hic præcipue decretum eſt nullum.*
178 *Regulares exempti non comprehenduntur in diſpoſitionibus niſi de ipſis fiat ſpecialis mentio,*
179 *Non includuntur in decretis ſynodalibus regulares exempti etiamſi eſſent à Summo Pontifice confirmata niſi exprimantur, vel eorum priuilegijs ſufficienter derogetur.*
180 *Reſolutio totius quæſiti.*

Regulares quoad Miſſam, & Euchariſtiam extra proprias Eccleſias.

XCIX.

1 IN † aliquibus Ciuitatibus Summus Pontifex primatibus viris concedit facultatem conſtruendi in proprijs domibus priuata oratoria, & in illis conſtructis, & ab Ordinario loci approbatis faciendi celebrare Miſſas per quemcumque ſacerdotem, ab eodem Ordinario approbatum, ſæcularem, ſeu, de ſuperiorum ſuorum licentia, Regularem; aliquibus diebus exceptis. Vocantur Regularem ad celebrandum in dictis oratorijs, & ad Sacramentum Euchariſtiæ ibi inter miſſæ Sacrificium miniſtrandum. Quoad præſtant Regulares irrequiſitis Parochis, & Plebanis, quæſitum fuit, an id poſſint. Pro ſolutione conſiderabo; 1. An Miſſas poſſint in dictis oratorijs celebrare Regulares non obtenta nec petita facultate, vel licentia à parochis, & plebanis 2. An eodem modo poſſint miniſtrare Euchariſtiam; & hoc quæram de iure communi,

communi, de iure Priuilegiorum, de iure decretorum synodalium; & de consuetudine, quibus consideratis, soluta remanebit propositę difficultas. Prænitenda sunt tamen aliqua ad maiorem elucidationem; ideo.

2 † Noto 1. Sacramenta, vt possint administrari aliquando requiri potestatem tantum ordinis, aliquando potestatem ordinis, & iurisdictionis, aliquando nullam; patet in administratione Eucharistiæ, Pænitentiæ, & Baptismi. Deinde iurisdictionis potestas aliquando requiritur ad valide administrandum, aliquando ad licite.

3 † Noto 2. ad validam, vel licitam administrationem Sacramentorum sufficere potestatem iurisdictionis ordinariam, vel delegatam: & si vna deficiat, vel nihil agitur, vt in Sacramento Pænitentiæ, vel grauiter peccatur, vt in alijs Sacramentis, quia grauis iniuria infertur illi, ad quem competit illa Sacramenta de iure administrare facilius præsumitur facultas delegata pro administrandis illis Sacramentis ad quæ requiritur tantum, vt licite, vt in administratione Eucharistiæ, quam pro administratione aliorum Sacramentorum, pro quibus requiritur, ad valide, vt in Sacramento pænitentiæ, pro isto enim requiritur ratihabitio de præsenti, nec sufficit de futuro, sicuti sufficit in illo, & ista communi doctorum calculo transeunt comprobata, vide Reginald. in Praxi for. pænit. lib. 26. num. 89. & sequent. Iurisdictio ordinaria oritur ex electione, seu beneficij collatione. Delegata ex superioris commissione, patet ex vulgatis iuribus. Prima competit Pastoribus ratione muneris pastoralis; secunda cæteris sacerdotibus, quibus delegatur, & vtraque habet suam intentionem in iure fundatam.

4 † Noto 3. Regulares habent intentionem suæ delegatæ iurisdictionis fundatam in iure, vt patet ex multis textibus vt cap. ex auctoritate & cap. seq. 16. quæst. 1. & alibi sæpissime; deinde quia eorum priuilegia innituntur iuri communi ex Suarez lib. 8. de leg. cap. 7. num. 14. præterea, quia priuilegia ante concessionem, licet dicantur odiosa, & contra ius, ab vbi fuerint concessa, dicuntur fauorabilia, & secundum ius; maxime si sint vniuersitatibus concessa. l. 1. ff. de Constit. Princ. & Priuilegia concessa toti Religioni æquantur legi, & perinde habentur, ac si essent inserta in corpore iuris Oldrad. cons. 300. num. 4. vers. considerandum. Sanchez de matr. lib. 8. disp. 1. num. 13. & alij.

5 † Noto 4. Ex Suarez lib. 8. d. leg. cap. 7. nu. 4. dupliciter aliquid inniti iuri communi formaliter, & immediatè, vt sunt omnes Canones, & leges insertæ in corpore iuris, & quidquid aliud eodem modo insertum est, & mediate quatenus videlicet ius commune illud approbat, & mandat seruari. l. ius singulare ff. de leg. & l. 1. ff. de Constit. Princi. ibi Constitutiones quædam sunt personales &c. Ex quibus clarissime patet regulares in vim suorum priuilegiorum habere intentionem fundatam in iure, pro sua delegata iurisdictione, quam infra probabo illos habere.

6 † Noto 5. Non omnibus Religionibus eadem priuilegia esse concessa sed diuersis diuersa; fere tamen omnes hoc priuilegio gaudent, vt vna cum alterius priuilegijs communicet, communicationes autem & quædam priuilegia principaliora infra recensebimus, vt quisq; sciat in quibus priuilegijs & quomodo communicet.

7 † Noto 6. Religiones omnes gaudere priuilegio communicandi vnum cum priuilegijs alterius ac si eadem priuilegia vnicuiusque particulariter essent concessa, & non solum quoad priuilegia concessa, & religiones extantes, sed etiam concedenda, & futura, ita vt Religio antiquissima communicet cum nouissima, & nouissima cum antiqua ita communiter Lezana in sum. qq. Reg. cap. 3. num. 17. & alij vt Portel &c. & fere omnes religiones habent propria priuilegia quibus vna cum priuilegijs alterius communicat, & eadem communicatione participant in omnibus exceptis ijs quæ proprio vniuscuiusq. aduersantur instituto, vt communiter scribentes; communicationum autem teneres omnes hic subtenere quia esset nimis longum duos tantum aut tres hic extendam vtpote satis amplos & ad instantium regum concessos duos, ex tribus, datos.

8 † Sixtus ergo V. die Februarij 1588. Pontificat. sui Anno iij ad instantiam Serenis. Regis Hispan. Philippi 2. Congregationi Sancti Benedicti in Lusitaniæ Regno Constitutæ amplissimum priuilegium concessit vt in eius Constit. incipit. Iniunctum nobis; quæ habetur apud Roderiq. per extensam in sum. Priuileg. Collect. Bulla 21. & quoad nostrum institutum attinet sequentis tenoris.

Præterea eidem Congregationi &c. tam præsentibus, quam futuris &c. vt omnibus, & singulis priuilegijs &c. spiritualibus, & temporalibus Sancti Hieronimi, & Sancti Bernardi alias Cisterciensis ordinis, nec non Cassinens. & Vallisoleti d. Ordinis S. Benedicti Congregationibus huiusmodi &c. sub quacumque forma, & expressione, & quauis tam Apostolica, quam ordinaria, vel alia auctoritate &c. & tam per modum communicationis, extensionis, & ampliationis, quam simplicis, & indiuiduæ, & particularis, & spetialis concessionis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, & deniq; alias quomodolibet concessis hactenus, & etiam iteratis vicibus confirmatis, & approbatis etiamsi tales forent, quæ spetialem eorum requirant mentionem ac quibus illa, & illi quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri ac gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, illorum omnium, ac litterarum, & aliarum scripturarum desuper quomodolibet confectarum tenores, ac si de verbo, ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes tam coniunctim, quam diuisim, non solum ad eorum instar, sed æque principaliter, & parifirmiter in omnibus, & per omnia, & absque vlla prorsus differentia perinde ac si illis, & eorum cuilibet spetialiter, & expresse ac nominatim, & specificè concessa fuissent vti, potiri, ac gaudere liberè, ac licitè valeant auctoritate & tenore præmissis perpetuo concedimus & indulgemus.

9 Gregorius XIV. die iv. Sep. M. DXCI. Pontif. sui anno 1. confirmauit, & extendit priuilegia cæterorum ordinum ad Congregationem Sancti Bernardi in Italia, & eidem omnium amplissimam communicationem indulsit vide per extensum apud Roderiq. Bull. 3. & Cherub. tom. 2. Bulla Constit. 16. incipit Romanus Pontifex ad rem nostram accipe sequentia.

Omnia, & singula priuilegia &c. ordini Cisterciensi; & Congregationi Sancti Benedicti huiusmodi &c. tam per prædictos, & quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, seu Sedem Apostolicam, quam etiam Imperatores

Reges

Reges, Archiepiscopos, Episcopos, & alios quoscumque, etiam ad quorumuis instantiam concessa &c. auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus &c. eaque omnia, & singula in eis contenta, ac comprehensa cum illorum extensionibus, communicationibus, & ampliationibus dicti Ordini Sancti Bernardi in Italia &c. auctoritate & tenore prædictis etiam de nouo, etiam motu proprio, & ex certa scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine perpetuo concedimus; & insuper omnia, & singula priuilegia &c. tam eidem Cistercienfi Congregat. &c. ac quibuslibet alijs, eorumque tam virorum, quam mulierum monasterijs, domibus, Ecclesijs, locis, rebus, & bonis nec non capitulis eorum &c. etiam illorum, & illorum intuitu, aut alias quomodolibet, & sub quacumque forma & expressione verborum concessa, & concedenda, aut quibus de iure, vsu, & consuetudine, vel priuilegijs, & concessione Apostolica Regia &c. in genere vel in spetie, & tam coniunctim, quam diuisim etiam per viam communicationis & extensionis, aut alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere possunt quomodolibet, & poterunt in futurum, etiamsi talia sint vel fuerint, quæ spetialem vel indiuiduam requirerent mentionem seu in præsentibus de verbo ad verbum insertionem, & seu particularem insertionem ad prædictam Congregationem ex præmissis omnibus, & singulis, æque pariformiter & absque vlla penitus differentia perinde ac si illis, & eorum singulia principalitèr, specialitèr, & expresse, & nominatim, & non ad instar concessa fuissent &c. vti &c. auctoritate & tenore prædictis etiam perpetuo extendimus &c.

Clemens etiam VIII. ad instantiam Serenifs. Regis Hispaniarum Philippi III. Simile priuile-
10 gium concessit Ordini Sancti Hieronimi † Hispaniarum, vt videre est apud Roderiquez d. Collect. Bull. 19. eiusdem Pontif. data 25. Septembris 1601. incipit in suprema militantis Ecclesiæ &c. vide apud Roderiquez per extensum mihi satis est inuere in fine esse appositas clausulas decernentes &c. Contradictores quoslibet &c. Non obstantibus &c.

11 † Multis ac maximis priuilegijs gaudet etiam Religio Patrum Theatinorum, tam ipsis concessis, quam per communicationem ita vt Nauar. tom. 1. Cons. tit. de Consecrat. Eccles. in edito. Brixiensi Anno 1591. dicat Præfata Congregatio habet plurima, & grandissima priuilegia Summorum Pontificum, per quæ non solum conseruantur eis iura, quæ ab initio cæperunt ad eos pertinere, sed etiam adduntur multa alia, quæ vix credidissem nisi ea legissem, quod certe cum magna voluptate feci. Communicant etiam cum Priuilegijs aliarum religionem vt videre est in Constit. Clem. septimi incipit expoui fecistis quam refert Cherub. in sui Bull. tom. 1. Constit. 11. eiusdem Pontificis, & in Constit. eiusdem Pontif. quæ est 28. apud eundem Cherubinum; incipit, Dudum. Idem præstitit Paulus IV. eiusdem Congreg. fundauit; & confirmauit Pius V. & idem Communicationis Priuilegium dedit Gregorius XIV. die 5. Aprilis 1591. Incipit quam celebres: transumptum authenticum seruatur in ædibus S. Nicolai Tolent. apud eosdem patres & nouissimè Gregorius XV. amplissimum eiusdem generis tradidit Priuilegium die 16. Octob. 1621. sui Pontif. anno primo incipit In Apostolicæ &c. & quia huius diplomatis non circumfertur transumptum, libet eam, quæ ad rem nostram facit, hic subnectere partem videlicet motu itaque proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & singula priuilegia facultates exemptiones, immunitates; gratias, & indulta principalitèr, & per communicationem alias quomodolibet Congregationi & Clericis prædictis per quoscumque Romanos prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam concessa, quorum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus & confirmamus illisq; perpetuæ, & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, eaq; omnia & singula innouamus ac de nouo etiam concedimus; deinde mandat Patriarchis &c. vt quoties requisiti fuerint, ea solemnitèr publicent, & eorum executioni assistant &c. Contradictores quoslibet &c. per sententias &c. etiam innocato &c.

Alias communicationes priuilegiorum diuersis religionibus concessas nimis longum esset recensere, facili negotio possunt videri apud Collectores Priuilegiorum. Ego pro illarum intelligentia aliqua breuitèr tradam vtpote necessaria.

12 Noto ideo 6. † Efficaciam communicationis Priuilegiorum in eo consistere, quod ius vni Religioni &c. concessum per quandam extensionem vel eiusdem priuilegijs multiplicationem etiam alteri concedatur, vt videtur innuere ipsum nouum communicationis Suarez lib. 8. cap. 16. num. 1. de
13 legibus. † Communicatio dupliciter fieri potest. 1. vt priuilegium vni concessum in alios etiam diffundatur ex quadam connexione qua habet cum illo, cui priuilegium est concessum, sicuti familiares, & confratres gaudent priuilegijs concessis religioni. 2. modo vt priuilegium vni vniuersitati concessum ita æque principalitèr participetur ab alia, cui communicatur, vt non minus eodem priuilegio possit vti, ac principalitèr priuilegiata.
14 † Differunt autem hi duo modi communicationis, quia primus est tantum quædam priuilegij extensio, ideo si prima priuilegiata amittat priuilegium, amittit etiam illa ad quam extenditur, secundus autem est vera eiusdem priuilegij concessio non dependens in conseruari à prima ita vt si principalitèr priuilegiata amittat suum priuilegium non amittat participans, & quacumque facta mutatione in prima concessione, immutata perseueret secunda, nisi aliud disponatur expresse, Suarez loco cit. num. 9. & talis communicatio dicitur priuilegium
15 ad instar † quo dato veniunt tantum concessa non concedenda nisi de concedendis fiat expressa mentio, & ratio est, quia priuilegium ad instar est idem, ac si diceretur ad similitudinem, & ad equalitatem, & imitatur aliud, non potest autem dari similitudo equalitas, vel imitatio, nisi inter existentes; ideo intelligitur tantum de præsentibus, non de futuris Suarez cap. 5. à num. 2. ad 8., quod si apponantur verba indicantia etiam priuilegia futura, vt non solum concessa; sed etiam concedenda, vtique etiam futura comprehendentur, vt in communicatione facta Patribus Iesuitis à Pio V. in Bulla Cum indefessæ &c.

16 † Priuilegium vero ad instar est illud, quod ad similitudinem, & exemplum alterius concessum est. Vt si princeps dicat alicui, concedo tibi pri-
17 uilegium concessum Petro, Paulo &c. † quod potest fieri exprimendo priuilegium, vel nulla ipsius facta expressione, vt si Summus Pontifex dicat concedo Fratribus Sancti Francisci priuilegium absoluendi,

uendi, ficut habent patres v.g. Iesuitæ & isti nullum habeant ex.g. priuilegium absoluendi, vel concedo eisdem Patribus facultatem absoluendi à censuris. v.g. dispensandi in votis &c. sicuti habenc ijsdem Patres Iesuitæ, & isti nullum etiam habeant tale priuilegium, in primo casu cum nullum fit priuilegium, ad cuius similitudinem conformetur posterius, talis concessio erit nulla, cum enim totum suum esse fit ad aliud, nec constet, quod illud fit, necesse est, nullum esse; in secundo vero probabiliter sustinetur tale priuilegium ad instar, vel similitudinem alterius valere, quia simile priuilegium non ponitur tamquam determinans gratiam, ita vt, si illud non existat, neq. hoc existere possit; sed tantum, vt quid demonstratiuum qualitatis, secundum quam vult esse concessum, quæ demonstratio non est necessaria, cum satis sic expressa in concessione, exprimit enim facultatem absoluendi à censucis, dispensandi in votis, quod satis determinat voluntatem concedentis. Inter priuilegium vero ad instar & communicationem Priuilegij factam per nouam concessionem nullum reperitur discrimen nisi secundum maiorem vel minorem explicationem quæ fit in istis. Castropalao de Priuileg. tract. 3. disp. 4. §. 8. & 9.

18 † In communicatione priuilegiorum aliquando apponuntur ista verba, concedimus Priuilegia non ad instar sed æque principaliter, tunc significatur priuilegia non concedi dependenser ab alijs, ita vt istis mutatis, mutentur & illa; sed quod illa permaneant, etiamsi ista amittantur. Aliquando additur ista dictio, quomodolibet, & tunc significatur priuilegia communicari secundum omnem modum, quo fieri potest imo vni ordini confirmata alteri etiam confirmata censentur vide Suarez lib. 8. cap. 9. num. 10.

Aliquando additur. In omnibus & per omnia, & tunc significatur, quod insit spetialis vis expressionis, & importat non solum fictionem; sed veritatem, & quod nulla penitus sit differentia. Aliquando additur. Quorum tenores &c. & est idem, ac si totus tenor esset expressus. Aliquando apponituc alia clausula videlicet, perinde ac si eidem Religioni, vel Congregationi essent concessa, qua importatur omnimoda equalitas, & refertur ad omnes qualitates, & æquiparat vnam alteri, & ista alia ac si eorum tenores &c. habet vim spetialis & indiuiduæ expresśionis, & omnia comprehendit. In concesśione & confirmatione additur etiam aliquando nisi de illis fiat expressa, & de verbo ad verbum &c. & tunc illis priuilegijs non censetuc derogatum ne dum ab inferiore sed neque ab ipso Sum. Pontif. nisi addatur alia clausula, vel similis nempe. Ac si talia essent, vt de illis spetialis, & de verbo ad verbum esset facienda &c. quo casu sufficienter erit derogatum, etiamsi in spetie non nominetur Priuilegium, nec Religio. Clausula vero, De nouo concedimus, & innouamus. Si Papa nihil de nouo concedat operatur, quod si priuilegia non sunt in vsu, & sint deperdita, incipiant de nouo, ac si de nouo concederentur. Et istæ & similes clausulæ sunt diligenter obseruandæ pro explicatione similium facultatum. Si pluribus concesso Priuilegio aliqui non vtantur, illi non præiudicant cæteris, qui illo vti volunt. Non conuenio tamen cum illis qui asserunt non vtentes suis priuilegijs illa amittere; quia in illis quæ sunt liberæ facultatis non inducitur restrictio potestatis.

19 † Nec priuilegia Regularibus concessa per Sedem Apostolicam potest quisquam interpretari; quia

ca

præter ius commune quo vetatur, ne inferior legem superioris interpretatur, cum illius sit interpretari cuius est condere leg. 1. & fin. C. de leg. spetialiter Regularibus indultum est, ne eorum priuilegia præter Romanum Pontificem audeat quis interpretari, siue sint clara, siue dubia; de quo extat priuilegium Clement. IV. apud Collectores Priuilegiorum. His prænotatis.

Nunc venio ad solutionem propositarum difficultatem, & quoad primam. An videlicet Regulares posito dicto Breui Summi Pontificis posśint Missas celebrare in Oratorijs priuatis constructis in ædibus vt supra irrequisito Parocho, vel Plebano, vel quocumq. alio, sed de sola licentia suorum superiorum sic statuo.

20 † Possunt Regulares omnes Sacerdotes alioquì idonei, de sola suorum Superiorum licentia dumtaxat, nulla alterius requisita, in dictis Oratorijs ab ordinario approbatis, iuxta Sum. Pontificis diploma, Missæ Sacrificium celebrare. Probatur manifestè, tum ex concesśione Summi Pontificis, tum etiam ex tenore approbationis loci, quam conficit ordinarius, & in scriptis tradit: Summus enim Pontifex ita habet sacrificium fieri posse, per quamcumque Sacerdotem, ab eodem ordinario approbatum, sæcularem, seu, de superiorum suorum licentia, Regularem &c. & Ordinarius per quemcumque Sacerdotem à nobis, seu a multum Reu. Domino Vicario nostro Generali, approbatum, seu, de superiorum suorum licentia, Regularem, &c. Vbi cum nulla de Parochialis præsbiter; licentia fiat mentio, nullo modo dubitandum est requiri. Data enim à Sum. Pontifice, vel ab Episcopo facultate, nec Parochi, nec alterius cuiusque inferioris alia requiritur Cle. Dudum §. si vero & ibi Gloss. verb. libere de sepult. quod tunc maxime verum est, quando aliquo iure contrarium non est dispositum, quod enim nullo iure prohibitum est, id proculdubio est concessum cap. inter corporalia extra de Transact. quæ regula in rescriptis locum habet & Priuilegijs secundum Siluestr. Verbo Lex quæst. 21. & Salas de leg. disp. 21. num. 22. vbi ex Hostiens. tradit quod quando constitutio, aliquid generaliter concedat, nihil excludit nisi quod alioqui vetitum est, cuius dicti ea est ratio, quod enim in legislatore vel concedente adsit potestas, & generaliter disponat rectè deducitur omnes comprehendere personas & nullum excludere casum nisi alias esset expresśus.

21 † Dices aliqua posse obstare priuilegia alicui Clero concesśa: Respondeo si quæ sunt esse attentè consideranda; modum autem quo sint consideranda infra, cum agam de administratione Eucharistiæ in ijsdem oratorijs satis plene tradam; interim sustine paulisper, nihil tuo deerit desiderio pro viribus meis; hoc autem illuc reieci vtpote in proprium locum, & vbi videtur esse maior difficultas. Interim.

22 † Quoad secundam difficultatem, an prædicti Religiosi posśint extra proprias Ecclesias Sacramentum Eucharistiæ ministrare, pro solutione adducam aliqua prius pro parte negante & affirmante, postea quid sentiam exponam. Pro parte negatiua, quod videlicet Regulares non posśint
23 irrequisitis Parochis videntur probare † 1. capit. quicumque 16. quæst. 1. iuncto cap. Pastoralis de his quæ fiunt a Prælat. Ecclesia Parochialis gaudet Priuilegio ne intra eius fines alia construatur Ecclesia vel Capella inuito rectore, & quidquid intra eius fines includitur totum eius iurisdictioni

subditur,

ſubditur, ergo ſine eius licentia nihil in ea poteſt agi.

2. Videtur caſus in terminis deciſus in Clem. Religioſi de Priuilegijs vbi Regularibus interdicitur Euchariſtiam miniſtrare ſub Anathematis pæna Clericis vel Laicis non habita ſuper his Presbyteri Parochialis licentia ſpetiali nullo religionis ipſis ſuper hoc exemptionis, vel alio priuilegio ſuffragante. Non obſtat quælibet licentia miniſtrandi dictum Sacramentum Euchariſtiæ. Quia in breuibus ad id concedi ſolitis apponitur de ſtilo Curiæ clauſula ſine præiuditio quorumcumq; iurium parochialium; Inter alia autem iura parochialia vnum eſt, quod ſubditi Parochiani de manu Parochi ſumant Euchariſtiam cap. omnis vtriuſq; ſexus extra de Pænit. & remiſſ. & Innocen. & alij in rubr. de Parochis, & iura ſemper proſpiciunt alienæ indemnitati, ſi enim princeps concedat vt poſſit ædificari in loco publico intelligitur ſine alterius præiuditio ff. ne quid in loco publico ædificare & 25. quæſt. 2. cap. de Eccleſiaſticis D. Gregor. ait. Sicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſq; Eccleſijs ſua iura ſeruamus; & quando cuiquam conceditur libera teſtandi facultas, nulla alia cenſetur conceſſa quam legitima & conſueta l. ſi quando C. de inoff. teſt. eodem modo eſt intelligenda quælibet conceſſio in caſu noſtro vt ſit abſq; præiuditio Parochialeum iurium, & ſecundum legitimam, & conſuetam facultatem quæ eſt cum licentia Parochi, maxime in caſu noſtro in quo Sum. Pontifex videretur inuertere ordinem Eccleſiaſticę Hierarchiæ diuinitus conſtitutæ Monaci enim ſunt in ordine perficiendorum ex Dioniſio cap. 6. Hierar. Eccleſ. & iſti arcentur à Sacramentorum adminiſtratione cap. Placuit el 2. & capit. Interdicimus 16. quæſt. 1. & ſequeretur quod Monaci & Regulares maiorem haberent poteſtatem, quam Parochi, & ipſi Epiſcopi, cum iſti extra propriam Parochiam, & diæceſim id non poſſint cap. Nullus Presbyter. 9. quæſt. 3. illi autem ſine diæceſi, & Parochia vbique poſſent, quod ipſi non poſſunt, quod videtur deſtruere eandē Eccleſiaſticam Hierarchiam, & poſſent dici Paſtores vniuerſales Eccleſiæ, à quo nomine abſtinet etiam S. Pontifex cap. Nullus Patriarca 99. diſt.

3. Probatur ex illo Prou. 27. Diligentèr agnoſca vultum pecoris tui vbi Gloſſa Paſtori Eccleſiæ dicitur diligentèr adhibe curam eis, quibus te præeſſe contigerit. Agnoſce eorum actus, & vitia, quæ in eis inueneris citius caſtigare memento. Nullo autem modo melius, hoc poteſt præſtari, quam per adminiſtrationem Sacramentorum.

4. Gregorius XV. in ſua Conſtit. incipit Inſcrutabilis dat. nonis Febr. Anno 1622. Regulares ſubiecit Ordinarijs in ijs, quæ ſpectant ad Sacramentorum adminiſtrationem nec vult eos poſſe Sacramenta miniſtrare niſi de eorundem licentia ita in illis verbis Hac perpetua &c.

24 † 5. Probo ex priuilegijs conceſſis & à diuerſis & pluribus S. Pontificibus quorum primum fuit conceſſum a Sixto Papa IV.

25 † Fortaſſe etiam ad inſtantiam Principum Clero conceſſis, & iſta ſtatuentibus.

26 † Probatur ex Synodis diocæſanis cura vbi in quibus cauetur, vt nullus Sacerdos, etiam de Plebani conſenſu aliquod Sacramentum in propria ipſius Eccleſia adminiſtret; Qui contra fecerint tam Plebani, ſimiles licentias concedentes, quam Sacerdotes ſuſpenſionem ipſo facto incurrant. Hæc ſunt, quæ poſſe adferri puto pro parte negante.

27 † Pro parte affirmatiua nempe regulares poſſe in dictis oratorijs irrequiſitis Parochis & extra proprias Eccleſias Sacramentum Euchariſtiæ miniſtrare, videntur facere quæ ſequuntur.

28 1. † Priuilegium Eugenij IV. ordini Caſſinenſi indultum Anno Dominicæ incarnationis 1436. pridie Kalend. Iulij quod integrum refert Roderiq. in Coll. eiuſdem Pontif. Bulla 9. numer. 16. Incipit Regularem vitam, quod autem ad rem noſtram facit eſt huiuſmodi. Liceat huiuſmodi perſonis ad dictæ congregationis Prælatos, ſeu monachos deputatos à ſuis Superioribus ad audiendas confeſſiones, accedere, quas poſſint audire abſq; aliqua dictarum perſonarum ſuperiorum licentia, & contradictione, ac eis beneficium abſolutionis impendere ab omnibus peccatis & diſpenſare ſuper omnes caſus, præter ea peccata, de quibus ipſis confeſſaribus ad eorum ordinarios videbitur recurrendum, aut de quibus eſſet ſedes Apoſtolica conſulenda, & eis miniſtrare Euchariſtiæ Sacramentum de ſpetialis dono gratiæ elargimur.

29 † 2. Idem Eugenius eodem die & Anno aliud priuilegium conceſſit eidem Congregationi quod refert idem Roderiq. Bull. 11. nu. 11. & 12. incipit etſi quoslibet perſonas, & ad rem noſtram ita. Nos volentes eorum deuotioni ſatisfacere, quod liceat dictæ Congregationis Prælatis, ſiue Monachis deputatis a ſuis ſuperioribus ad audiendum huiuſmodi perſonarum confeſſiones, accedere, illaſque audire, & perſonæ ipſæ eis confiteri poſſint abſq; alia ſuperiorum ſuorum licentia, nec non eis pænitentia, & ſatisfactione iniunctas, quoties opus fuerit, abſoluere ab omnibus, & ſingulis peccatis, præterquam Sedi Apoſtolicæ dumtaxat reſeruatis &c. Eiſque ac omnibus, qui ad prædictos monachos ad huiuſmodi deuotionem recurrerint Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrare valeant, de ſpetialis dono gratiæ, in fauorem obſeruantiæ regularis licentiam elargimur.

30 3. Nicolaus V. ſub die 15. Aprilis 1458. Ordini Minorum de Obſeruantia, aliud dedit vt refert Roderiq. in Colle. Bull. eiuſdem Pontificis Bull. 2. quod aliqui putant eſſe idem cum eo, quod, licet alijs verbis, refert idem Roderiq. tom. 1. qq. reg. quæſt. 56. art. 3. & Mirand. man. Prælat. tom. 1. quæſt. 42. art. 2. & habetur in Comp. Priuileg. mendic. Verbo Communico §. 4. incipit. Scimus populos &c. Vnde vt illis ſatisfacere valeatis deuotioni veſtræ audiendi in confeſſionibus omnes, & quarumcumq; diæceſum, & in illis extraneos, & forenſes abſoluendi, etiam in caſibus, quos diæceſani locorum, in quibus ad audiendum deputati eſtis duxerint concedendos, & in omni præterquam in die Reſurrectionis prædictam Sacratiſſimi Corporis Domini communionem dandi auctoritate Apoſtolica concedimus per præſentes.

31 † 4. Sixtus IV. eidem ordini ſimile conceſſit priuilegium ſub 9. Iulij 1475. quod idem Roderiq. refert per extenſum eiuſdem Pontif. Bull. 11. incipit veſtris in hac parte; deinde concedimus facultatem audiendi in confeſſionibus omnes, & ſingulos quarumcumq; diæceſum, & in illis extraneos, ac forenſes abſoluendi, etiam in caſibus, quos diæceſani locorum, in quibus ad audiendum deputati eſtis, duxerint concedendos, omni tempore, quam Reſurrectionis Dominicæ, Sacramentum Euchariſtiæ licitè miniſtrandi, Conſtitutionibus

bus & ordinationibus Apostolicis cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus. † Quæ
32 duo priuilegia Nicolai V. & Sixti IV. Leo X. viuæ vocis oraculo confirmauit die 1. Sept. Anno 1518. De quo authenticum testimonium reddidit Laurentius tit. SS. Quatuor Coronatorum Præsbiter Cardin. prout Roderiq. refert d. Collect. eiusdem Pontif. Leonis oraculis num. 1. 2. 3. & tomo 1. qq. reg. quæst. 56. art. 3. & Miranda man. Prælat. quæst. 42. art. 2. conclus. 1. & insuper declarauit.

33 † Quod licet audire confessiones sæcularium non possint, nisi in supradictis breuibus nominati; ministrare tamen Sacramentum Eucharistiæ tempore concesso possit quilibet Sacerdos religionis, & in eo, quod dicitur, vbi supra, de die Resurrectionis Domini N. I. Christi dumtaxat sine rectoris parochialis, aut diæcesani licentia ita Roderiquez ibi.

34 4 Idem eidem ordini concessit Pius IV. apud Roderiq. Bull. 2. col. 5. & Pius V. & apud eundem Roderiq. Bull. 7. num. 20.

5. Idem Sixtus IV. Anno 1477. 5. idus Iun. ad instantiam Ferdinandi, & Elisabet Castellæ, & Legionis Regum Catholicorum concessit priuilegium fratribus Reformatis Prædicatorum in hæc

35 verba. † Quod omnibus & singulis Christi fidelibus, tam forensibus, quam in Ciuitatibus, & locis, in quibus ipsæ domus consistunt, commorantibus Eucharistiæ Sacramentum quocumque tempore, festo prædicto (idest Paschatis) excepto, eorundem fidelium Parochialium Ecclesiarum absentium, & quomodolibet aliorum licentia minime requisita ministrare liberè & licitè possint, & valent ita vt in Bulla incipit sedis Apostolicæ apud Confectiam eiusdem Pontif. Constit. 6. prope finem.

36 † 6. Paulus III. Societati Iesu circa hoc idem concessit vt scilicet, post, seu ante Missarum celebrationem, aut alias Christi fidelibus ipsis Eucharistiæ, & alia Sacramenta sine alicuius præiuditio ministrandi Diœcesanorum locorum, Rectorum Parochialium, aut aliarum Ecclesiarum, aut quorumuis aliorum licentia desuper minime requisita &c. plenam & liberam facultatem auctoritate Apostolica beneplacitum concedimus; ita in Bulla incipit inter cunctas quam videre poteris apud Roderiq. eiusdem Pontif. Bulla 7. num. 5.

37 † 7. Idem S. Pontifex vt videre est apud Roderiq. Bull. 8. num. 30. & 31. & Cherub. in Bullario Constit. Pauli III. 48. in Bulla incipit licet debitum aliud amplissimum eidem Societati concessit priuilegium nu. 28. & 29. Cuius tenor est Prætèrea cum intellexerimus populos ciuitatum, terrarum & locorum, apud quæ habitationem ijdem socij habent, vel vbi eos versari, aut transire contigit, exemplo allectos, & inductos religiosæ vitæ, quam Domino concedente, ducunt, libentèr ad confitendum eisdem, & Sacratissimam communionem de manibus eorum accipiendam, confluere, vt illis sic confitentibus, satisfacere valeant, vniuersis vtriusq. sexus Christi fidelibus, vt cuilibet de societate prædicta confiteri possint, Rectoris sui licentia minime requisita, cui non teneantur eadem peccata, de quibus confessi, & absoluti fuerint, rursum confiteri. Nec non omnibus & singulis Christi fidelibus tam forensibus, quam in ciuitatibus, in quibus socij prædicti consistunt commorantibus, aut illac transeuntibus Eucharistiæ Sacramentum, quod in suis Ecclesijs decentèr tenere socios præfatos volumus, quocumque Anni tempore, præterquam in festo Paschæ Resurrectionis Dominicæ, & mortis articulo, nisi necessitas vrgeat; eorum fidelium Ecclesiarum Parochialium Rectorum licentia minime requisita, accipere liberè, ac licitè valeant.

38 † 8. Paulus IV. Patribus Theatinus quorum extitit fundator, & parens 7. idus Octob. 1506. simile dedit priuilegium, quod & confirmauit Pius Quintus 7. idus Febr. 1567. & refert Cherub. in Bullar. tom. 2. Pij V. Constit. 31. incipit Ad immarcescibilem vbi §. 13. & 14. ita habetur. Decernens Congregationi Clericorum Regularium, & tunc, & pro tempore existentibus Clericis Regularibus præfatis, vt ipsi, qui idonei forent Eucharistiæ Sacramentum in omnibus, & singulis, etiam ad eos non spectantibus Ecclesijs quibuscumque vtriusque sexus Christi fidelibus debitè, etiam non per eos, sed alios confessis, & alias, vt moris est administrare. Ipsisque vt omnibus, & singulis priuilegijs, indulgentijs, prærogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, gratijs, & indultis, dilectis filijs Societatis de Iesu Almæ Vrbis nostræ, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, in specie, vel in genere per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & dictam Sedem quomodolibet concessis, & concedendis, & quibus Societas huiusmodi, tam in vita, quam in mortis articulo, etiam circa peccatorum remissiones, & iniunctarum pænitentiarum relaxationes, & ipsius Eucharistiæ administrationem, & alias quomodolibet vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti, potiri, & gaudere poterunt, similitèr ipsa Congregatio, & Clerici Regulares vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè possent, & valerent. Nimis longus essem, si omnia huiusmodi priuilegia vellem recensere. Ista pro nunc sufficiant, quæ licet primo intuitu sint satis manifesta infra tam exactius expendentur. His ita dispositis hanc statuo conclusionem.

39 † Possunt omnes Religiosi, quibus ex instituto licet, nec illi aduersatur, alioqui Sacerdotes idonei, de sui dumtaxat superioris facultate, nullius alterius requisita licentia, in Oratorijs, in domibus priuatis erectis, & ab Ordinario approbatis, seu recognitis, & extra proprias Ecclesias, in vim suorum Priuilegiorum, seu principalitèr, seu per communicationem concessorum, irrequisitis Parochis, & quocumq; alio superiore Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum administrare.

40 † Hæc conclusio, si ex doctorum placitis esset determinanda, non esset vlterius procedendum, cum omnes, vno, vel altero, excepto, qui nec clare contra sentiunt, vt infra, siue disputent, siue absq; alia disputatione suam proferant sententiam, illam comprobent. Vtrosq; accipe, & primo disputantes quorum primus se se offert Emanuel Roderiq. tom. 1. quæst. Reg. quæst. 60. art. 7. vbi assignato duplici genere exemptionis, loci videlicet, & personæ, subdit, posse Confessarios, & alios quoslibet Sacerdotes mendicantes Sacramentum Eucharistiæ vbicumq. extra propriam Ecclesiam administrare, quia hoc est priuilegium personale, ipsos sequens, vbicumque fuerint, & quæst. 56. art. 3. versu circa quas concessiones post medium inquit. In alijs autem communionibus non obligatorijs potestatem habent priuilegiati ad in quacumque Ecclesia fideles communicandum ex concessione Nicolai V. Sixti IV. & extensione, & declaratione Leonis

Leonis X. Secundus eſt Suarez qui tom. 4. de relig. tract. 9. lib. 9. cap. 3. num. 11. & ſequent. aſſerit non eſſe prohibitum, imo conceſſum ex vi priuilegiorum communicare infirmum iacentem in lecto, quando deuotionis cauſa, & non propter mortis periculum communicat. Deinde ſubdit poſſe miniſtrari Sacramentum ægroto, priuatim faciendo ſacrum in proprio Oratorio, ad hoc approbato, vel in alio loco einſdem domus de licentia Ordinarij, vbi vides, nullam requiri licentiam Ordinarij, niſi ex approbatione loci, in quo Sacrum eſt faciendum; Tandem ſubdit; idem dicendum de infirmo exiſtenti in periculo mortis, quoties communicat ex deuotione, non ex præcepto; ex quibus patet ſolam ex præcepto communionem non licere regularibus miniſtrare. Tertius eſt Vaſquez in 3. part. D. Thom. diſput. 219. cap. 4. num. 41. qui ita ſcribit Cum conceditur facultas Religioſis ex priuilegio, vt Euchariſtiam ſine licentia Parochorum quibuſcumq; fidelibus miniſtrent, intelligendum eſſe de communionibus, quæ deuotionis cauſa fiunt, qui etiam poſtea ſubdit Recte poſſumus nos Religioſi Euchariſtiam ægrotis miniſtrare dummodo id fiat celebrato ſacro priuatim in domibus eorum, & ita, vt communio de manu Parochi per modum viatici, aut de licentia illius ſumatur. Quartus Ioannes de la Cruz de ſtatu Relig. lib. 2. capit. 5. dub. 3. Con. 3. Religioſi poſſunt vbique ſaltem extra tempus Paſchæ Euchariſtiam fidelibus miniſtrare & cap. 6. dub. 5. Conc. 3. Pius IIII. Bulla 3. & Pius V. Bulla 7. conceſſerunt Religioſis alias ſcilicet expoſitis poſſe vbique etiam extra conuentum miniſtrare fidelibus Sacramentum Pænitentiæ, & Euchariſtiæ. Quintus Henriquez in ſum. lib. 8. cap. 55. ita habet Religioſi qui abſque licentia Paſtoris communionem alijs præbent excommunicantur in iure. Per priuilegia quarundam Religionem poſſunt regulares per ſe ipſos vbique quouis anni tempore, & vbique miniſtrare eam ſæcularibus, excepto ſolo die Paſchæ Reſurrectionis, & in Gloſſ. litt. E. Præter vnum diem Paſchæ Reſurrectionis poſſunt Regulares dare communionem omnibus etiam in aliena Eccleſia, dum ibi Religioſus concionatur. Et ſequentes licet non diſputent quæſtionem tamen in proprijs terminis decidunt ideo 6. Eſt Antonius Nald. qui in ſumm. Brixiæ impreſſa anno 1621. ait Euchariſtiam ægrotis miniſtrare poſſunt mendicantes virtute ſuorum priuilegiorum, & cæteri Regulares ipſorum priuilegia participantes, dummodo id fiat celebrato ſacro priuatim in domibus eorum, ita tamen, vt communio pro viatico de manu Parochi, aut de licentia illius ſumatur; & idem ſeruandum eſſet, quando communio eſſet eis miniſtranda pro ſatisfactione præcepti Eccleſiaſtici tempore Paſchali.

7. Marcellus Megalius Inſtit. peregr. 3. part. lib. 4. cap. 6. num. 63. vbi habet quoad miniſtrandam Euchariſtiam habent mendicantes, & participantes priuilegium miniſtrandi illam omni tempore, excepto die Paſchatis Reſurrectionis, & mortis articulo, &c. & in ſpetie loquens de ſua Religione. Poſſunt Clerici Regulares hoc Sacramentum miniſtrare in omnibus, & ſingulis ad eos non ſpectantibus Eccleſijs quibuſcumque vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus.

8. Eſt Alexander Pellegrinus Comp. Priuileg. Cler. Reg. verb. Priuilegium §. 2. per Priuilegium Pauli IV. & Pij V. noſtræ Congregationi conceſſum, vt habetur in priuilegijs manuſcriptis, & confirmatis anno Domini 1567. Idib. Febru. poſſunt noſtri, qui idonei ſunt, Sacramentum Euchariſtiæ miniſtrare in omnibus, & ſingulis etiam ad nos non ſpectantibus Eccleſijs, quibuſcumque vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus.

His omnibus adde Fagundex 3. præcept. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. num. 10. Hurt. de Sacram. tom. 2. tract. de Euch. diſput. 11. diff. 6. Verſu Vaſquez Eſcobar theolog. mor. tract. 7. c. 5. Verſu quando Regulares. Perſicus de offi. Sacerdot. lib. 3. c. 6. num. 55. Villalobos in ſum. tom. 1. tract. 7. difficult. 47. num. 3. & Clarius tract. 9. difficult. 4. nu. 2. Fauſt. de Euchar. quæſt. 200. §. dixi. Beiſeus Flor. theol. pract. Verbo Communio Sacra. 2. nu. 9. §. Primo. Nouarius Lucerna Regul. Verbo Euchar. num. 8. 9. 10. Ludouicus de Cruce in Bullam Cruciatæ diſp. 1. cap. 5. dub. 6. numer. 7. Peirynus ad priuileg. Minim. Conſtit. 1. Iulij 2. num. 92. Portel. Reſp. mor. part. 2. Caſ. 12. & in dub. Reg. Verbo Sacram. adminiſtr. in additionibus. Cæleſt. Comp. Theolog. moral. tract. 8. cap. 2. Con. 2. & 8. quibus adde etiam Dianam part. 4. tract. 4. reſolut. 14.

Qui vero in proprijs terminis & in ſpetie hoc non determinauerunt, & diſputauerunt, ſed in genere tantum ſuam ſententiam dixerunt, hi ſunt, qui dixerunt fas eſſe Regularibus in vim ſuorum priuilegiorum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum quibuſcumque Chriſti fidelibus excepto die Paſchata, & aliqui, etiam excepto viatico miniſtrare nullum præterea caſu excipientes. Nauar. in manual. cap. 21. num. 52. & cap. 27. num. 102. Sotus in 4. diſt. 13. q. 1. a. 3. §. ſed arguitur præterea Valent. in 3. part. D. Thom. diſput. 6. quæſt. 10. punct. 1. Azorius part. 1. lib. 8. cap. 41. quæſt. 7. Regin. prax. for. pænit. lib. 18. nu. 411. verſ. quartus eſt & lib. 29. nu. 91. Fillinc. tom. 1. tract. 4. num. 262. Tolet. in ſum. lib. 6. cap. 17. in princi. In verbo Euchariſtia num. 10. Sayrus de Cenſ. lib. 1. cap. 9. num. 31. Mirand. manu. Prælat. tom. 1. quæſt. 42. art. 2. concluſ. 1. Roderiquez in ſumma par. 3. Cap. 76. nu. 3. qui clare loquitur Barboſ. de off. & pot. Epiſ. part. 3. allegat. 50. nu. 98. Comerota de Sacra. tract. 4. cap. 9. dub. 4. Angles flor. in 4. Sent. de Euchariſt. quæſt. 7. a. 1. dcff. 7. concluſ. 2. Capeauill. de adminiſtr. Sacra. tempore peſtis. cap. 4. quæſt. 3. Nugnus in 3. part. quæſt. 82. art. 3. verſu difficultas eſt concluſ. 5. Homob. de Bon. Exam. Eccleſ. tract. 4. quæſt. 104. verſu qui vero; & alij tandem aſſerunt Regulares miniſtrantes Euchariſtiam ſine facultate eſſe excommunicatos in iure ex Clem. Religioſi de Priuilegijs ab excommunicatione vero excuſari, qui id præſtant ex Priuilegio S. Antonius 3. p. ſum. tit. 24. cap. 54. §. quis intelligatur ibi & addit Paulus. Tabiena Excommunicatio. 5. Caſu 11. nu. 7. Bonacina de Sacramentis diſp. 4. quæſt. 5. pun. 1. num. 8. Campanil. in diuerſ. iur. Can. rub. 12. cap. 13. num. 79. Vide quot & qui ſunt iſti, & tamen non deſunt & alij, vt poſſis apertè cognoſcere, me rectè dixiſſe, controuerſiam fore deciſam ſi doctorum ſententiæ eſset, vt eſset, ſtandum; ſoli quos repererim Egidius de Koninch. de Sacram. p. 1. quæſt. 82. art. 3. num. 31. & Bartholomeus Vgolin. de pot. Epiſ. cap. 20. nu. 10. & ſup. cap. 7. §. 1. nu. 6. videntur aſserere id licere tantum in proprijs Eccleſijs: aſserunt enim fas eſse Regularibus ex vi priuilegiorum Euchariſtiam adminiſtrare in ſuis Eccleſijs. Imo Vgolinus loco poſteriori citato dicit Regulares habere

priuilegium

priuilegium &c. modo in suis Ecclesijs eam admi-
nistrent; qui tamen si intelligantur secundum do-
ctrinam Bartoli, quam allegat Euerard. in suis locis
41 à ratione legis stricta asserentis † dictum doctoris
esse intelligendum secundum legem quam citat, à
nobis non discrepant; Doctores enim, & priuilegia,
quæ referunt, non loquuntur cum restrictione, quam
ipsi apponunt, videlicet in proprijs Ecclesijs dum-
taxat, vnde & ipsi si iuxta illorum doctrinam lo-
quuntur sunt intelligendi sine tali restrictione; sed
dato, quod intelligantur pro vt sonant, probo nihil
obstare, nec priuilegia ab ipsis adducta eo modo,
quo ipsi explicant, esse intelligenda. Nihil obstat,
quia pro nobis stat communissima tot doctissimo-
42 rum virorum calculo approbata sententia, † à qua
in iudicando non esse recedendum docet Euerar-
43 dus loco ab auctorit. numer. 14. † Habet enim
communis opinio secundum Baldum vim consue-
44 tudinis, & iudex sententiam † ferens secundum
communem sententiam, etiam falsam, non facit
litem suam, & excusatur in sindicatu ex Panormi.
& alijs ab Euerard. ad latis & Melchior Canus do
lotis theolog. lib. 8. c. 4. Conclus. 3. & 4. demon-
strat qoanti facienda sit communis opinio; mihi
45 satis erit referre † Patres Concilij Viennensis in
Clem. vnica de sum. Trinit. dixisse opinionem il-
lam, quæ dicit, tam paruulis, quam adultis con-
ferri in Baptismo gratiam, & virtutes, tamquam
probabiliorem & Docterum modernorum theo-
logiæ magis consonam fore a catholicis eligen-
dam. Priuilegia religionibus concessa probo non
esse intelligenda cum restrictione prout ipsis
faciunt.

46 † 1. Taxatiua non subintelligitur in dispositione,
vel sermone simplicitèr prolato, nec intelligitur
in priuilegio nisi expresse apparent Tuscus litt. T.
Conclus. 24.

47 † 2. Lex generalitèr loquens generalitèr est
intelligenda, & locum habet in omnibus in tali
Lege contentis, etiam si non in omnibus eadem
militet ratio; ita ex cap. solitæ de maior. & obed.
& alijs iuribus & ex communi sententia Mirand.
in manu. Prælat. tom. 2. q. 25. à 26. Conclus. 1.
48 † Quod verum est nisi per spetialem aliam limite-
tur, seu aliquis casus excipiatur Gloss. communiter
recepta in l. de pretio ff. de publ. in rem act. Cum
ergo recensita priuilegia generalitèr loquantur nec
per aliam legem, vel dispositionem arctentur, vt
infra demonstrabo, nec in ipsis alius casus excipia-
tur, quam communio in die Paschatis, & per
Viaticum, vtique dicendum erit generalitèr esse
49 intelligenda Imo ista priuilegia † cum sint in
fauorem Religionis, vt manifestè habetur in recen-
sito priuilegio Eugenij IV. ibi in fauorem obser-
uantiæ regularis, sunt amplianda per Regulam odia
50 restringenda fauores ampliandi sunt. † Et ordo
regularis sit præferendus ordini sæculari, vtpote
Ecclesiæ magis vtilis, & proficuus per ea, quæ habet
Nauar. cons. 1. de Regul. ex Romæ impressis &
Erasmo a Chochier tom. 2. de iurisd. in exempt.
51 lib. 2. quæst. 123. num. 2. & 3. † Nec vbi lex non
distinguit nos distinguere debemus, nisi alte-
rius legis intercedat auctoritas. Bald. in l. vnica
Co. quorum legat. Quod autem aliarum legum
non intercedat auctoritas, sustine paulisper & ma-
nifeste percipies cum argumenta contraria dissol-
uemus.

52 † 3. Priuilegia concessa, vel ratione fidei catho-
licæ, vel religiosorum, vel miserabilium persona-
rum late sunt interpretanda Regin. lib. 13. num.
237. Salas de legib. disp. 17. sect. 6. & sect. 8.
vtrobique in fine Sanchez de matr. lib. 8. disp. 1.
num. 13. vbi expresse dicit Priuilegia concessa toti
Religioni vtpote fauorabilia esse late interpretan-
da, æquari legi, & esse habenda, ac si essent inserta
in corpore iuris, sunt enim constitutiones perpetuæ
Oldr. cons. 300. nom. 4. vers. consider. & facit lex
Persona fin. ff. de relig. & sump. fun. esse autem
concessa priuilegia in fauorem religionum patet ex
supracit. præcipue Greg. 14. & 15. in proemijs,
quæ facile possunt videri.

53 † 4. Dispensationes, ex sui natura odiosæ, vbi
agitur de fauore animarum, dicuntur fauorabiles;
Sanchez vbi supra num. 33. vbi habet, quod, cum
in eis agitur de publico religionis fauore, vel ani-
mæ, fit extensio etiam in materia exorbitanti, quia
vulnerationi iuris communis præponderat subiecta
materia; vt fuse probat Euerard. loco a ratione
legis generali num. 50. & apertius 61. quam pluri-
mus relatis; ergo multo magis priuilegia concessa
toti Religioni in fauorem animarum, vt sunt ad-
lata, erunt extenda, non restringenda. Ex quibus
patet non recte apponi illam taxatiuam, quæ non
habetur in priuilegijs videlicet in proprijs Eccle-
sijs dumtaxat.

54 † Nunc probo directe nostram conclusionem, &
primo expendendo priuilegia Nicolai V. Sixti IV.
& Leonis X. 1. In illis priuilegijs excipitur admi-
nistratio communionis tempore Paschatis, & per
modum viatici, & nulla alia apponitur restrictio
temporis, vel loci; ergo sine tali restrictione sunt
55 intelligenda 1. per superius immediate tradita 2. †
56 quia exceptio firmat regulam. 3. † quod de vno
dicitur de alijs negatum esse censetur cap. Nonne
de præsu. & alijs simul cum Doctoribus relatis a
Tusco litt. E. Conclus. 422. vbi spetialitèr habet
57 num. 7. † Quod Ecclesia dismembrata & liberata
in totum, excepto casu expresso, est exempta in
omnibus præterquam in excepto casu, præsertim,
quando præcedit affirmatiua vniuersalis, vt præce-
dit in prædictis priuilegijs, vbi conceditur, quod
omnibus, & omni tempore &c. ergo Regulares
absq; alia, quam posita limitatione, suis priuilegijs
poterunt vti.

58 Dices illas vniuersales intelligi tantum de per-
sonis & tempore non autem extendi ad loca, Res-
pondeo directe contrarium probare argumentum,
nec admittere hanc distinctionem seu limitatio-
nem. deinde Suarez lib. 8. de leg. cap. 26. num. 2.
ex communi Doctorum sententia tradit, quod
59 † Priuilegium a S. Pontifice indefinite concessum
absque loci determinatione vbique valet, & vbiq;
eo potest vti priuilegiatus, nisi aliud constet de
mente concedentis. Sed priuilegia regularibus
concessa sunt indefinite absq; vlla loci exceptione,
ergo sine illa sunt intelligenda, cum in illis nullo
modo constet de contraria mente.

60 Confirmatur quia † quandocumque S. Pontifex
indulget aliquod priuilegium respectu loci, illum
solet apponere, & expressis verbis declarare, vnde,
cum tempore interdicti vult concedere priuile-
gium celebrandi, vel audiendi sacrum tantum in
aliquibus Ecclesijs, eas solet exprimere manifestè;
& in alijs casibus vt videre est in indultis, diuerso-
rum S. Pontif. vnde inquit Suarez loco proxime
61 allegato. † Si priuilegium ex parte materiæ &
obiecti ponit determinatum locum, pro illo solo
valebit, si determinatum tempus etiam valebit
pro illo solo, huiusmodi Priuilegium fuit illud
Pauli III. concessum Patribus Societatis Iesu §. 14,

in Constit. 48. relata a Cherub. tom. 1. Bullar. & quod dedie Iulius II. fratribus Ordinis Minorum quod refert Roderi. tom. 1. qq. reg. quæst. 46. art. 3. & Sixtus IV. Canon. Reg. Latera. vt in eodem Bulla §. 24. Bull. 10. eiusdem Pontificis & Nicolaus V. Monasterio S. Mariæ de Guadalupe & Paulus III. eidem suo viuæ vocis oraculo, quæ refere Roderiq. vbi supra, & alia quæ possent adduci, cum ergo S. Pontifex limitationes ponat in supra recensitis, sequitur quod in alijs non sint supponendæ, quia si illas voluisset appositas, sciuisset apponere.

62 Confirmatur 2. † Quia regulares nullo modo sæcularibus Prælatis sint subiecti, nisi quatenus eos illis subijcit Sum. Pontifex; sed illi cantum immediatè sunt subiecti; ergo si in aliquo asseruntur subiecti, hoc debet probari, non autem præsumi, cum ergo in dictis priuilegijs nulla sit expressio limitationis loci, quoad administrationem Sacramentorum dependenter a licentia Superiorum Sæcularium, neque erit asserenda, vel præsumenda: Sed cum Summus Pontifex sit Episcopus Episcoporum, & Parochus Parochorum censendus est disponere quoad exemptos independenter ab eorum beneplacito, vel consensu, nisi id clare exprimat.

63 5. † In Priuilegijs Nicolai V. Sixti IV. & aliorum sub eodem tenore verborum conceditur facultas audiendi confessiones, & ministrandi Sacramentum Eucharistiæ; ergo vtraq; eodem modo censenda est concessa. Sicut ergo extra proprias Ecclesias possunt audire confessiones, eodem modo poterunt & Eucharistiam ministrare, sequela probatur a contrario sensu, quod argumenti genus Euerardus probat communissimum & validissi-
64 mum, † quia vbi fit diuisio per paragraphos, vel versiculos, clausula posita in vno paragrapho, vel versiculo non refertur ad alium Gloss. in c. vnico: Verbo sic scilicet de postu. Prælat. in 6. & Sanchez de matr. lib. 7. disp. 108. num. 3. ergo, vbi nulla fit diuisio, vt in nostris priuilegijs, Clausula in vna
65 parte posita debet referri ad aliam; † deinde vna determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter determinat prout vnicuiq; conuenit Sanchez de matr. lib. 6. disp. 23. num. 17. per l. iam hoc iure ff. de vulga. & pupill. l. fin. C. de Sent. & interloq. In dictis priuilegijs vna est determinatio respiciens vtrumque determinabile, & vnicuique eodem modo conuenit, quia tam est Sacramentum Eucharistia, quam Pænitentia, & ad vtrumq; requiritur iurisdictio; ergo pariformitèr
66 determinantur; tandem † Clausula posita, siue in principio, siue in fine refertur ad sequentia, & antecedentia vt vulgatis iuribus; ergo, cum in priuilegijs; aliquando vno aliquando alio modo concedatur quod liberè ac licitè exerceantur dicta Sacramenta ad vtraq; erit referenda.

67 †Dices concedi priuilegium ministrandi Eucharistiam omnibus Christi fidelibus ad Regulares accedentes, quod videtur innuere, quod accedant ad eorum Ecclesias; ideo non posse eandem Clausulam eodem modo vtriq; referri, nec eodem modo ambo determinari. Sed respondeo imo hoc nostram confirmare conclusionem; quia eisdem Regularibus competit facultas illa ex priuilegio concedence ipsis quod possint audire confessiones omnium & quorumcumque ad se accedentium; Quis autem dicat eos non posse audire nisi in proprijs Ecclesijs, ergo si ex hoc priuilegio possunt audire confessiones etiam extra monasteria poterunt etiam ministrare eodem modo Eucharistiam, cum sub eodem tenore verborum hoc illis concedatur.

68 †Dicet aliquis ista priuilegia non esse hoc modo explicanda, quia iniuria Parochis inferretur, cum eorum iuribus proprijs derogaretur, cum enim ad illos spectet Sacramenta ministrare ad illos etiam spectat facultatem concedere alijs administrandi ideo Sum. Pontifex non est censendus has facultates concedere.

Sed contra 1. quia quod dicitur de Eucharistia id potest dici etiam de pænitentia. Quis autem dicat non posse regulares ex concessionibus sibi factis vbique Sacramentum pænitentiæ ministrare irrequisitis Parochis; ergo & Eucharistiã 2. ex principijs D. Thomæ opusc. 19. cap. colect. 7. & seq. Potest Episcopus irrequisito Parocho, & maiori ratione vtroq; irrequisito Sum. Pontifex audire confessiones omnium Christi fidelium quibuscumque Parochis & Episcopis subiectorum, nec tamen diceretur eorum iura violare, aut carere sufficienti auctoritate ad id præstandum, probat Sanctus Doctor eo quia multis iuribus Parochus Episcopo & Episcupus Papæ non è contra subduntur, & ab eius voluntate pendent, & quia Parochia magis Summo Pontifici, & Episcopo, quam ipsi Parocho est commendata, & quia Sacerdotes septuaginta duobus discipulis, Episcopi duodecim Apostolis. S. Pontifex Petro secundum Glossa Lucæ 10. succedunt; & Dionysius de Eccles. hierar. ca. 6. asserit quod is qui inter nos summus est Sacerdos per suos ministros aut Sacerdotes purgans & illuminans, ipse dicitur purgare & illuminare alijs in ipsum reponentibus proprias Sacras actiones, ex quibus patet qualis subordinatio sit inter Summ. Pontificem, & alios inferiores; ergo & id poterunt alijs demandare Summ. Pontifex ex Episcopus irrequisito Parocho & Parocho & Episcopo inconsultis S. Pontifex, nec dicendum erit violari eorum iura, vel sufficientem non haberi iurisdictionem probat S. Doctor ex cap. inter cætera de off. Ord. vbi præcipitur tam in cathedralibus, quam in conuentualibus Ecclesijs Ordinari viros idoneos, quos Episcopi coadiutores, & cooperatores babeant non solum in prædicationis officio; verum etiam in confessionibus audiendis, & pænitentijs iniungendis & cæteris quæ pertinent ad salutem animarum 2. cap. Excommunicamus §. quia vero de hæret. babetur. Omnes qui prohibiti vel non missi præter auctoritatem ab Apostolica Sede vel catholico Episcopo susceptam publicè vel priuatim prædicationis officium vsurpare præsumpserint excommunicationis vinculo innodantur; vbi apertè conspicitur nullam fieri mentionem de Parocho, sed tantum auctoritatis Episcopi vel Summ. Pontif. ergo alterutra habita sufficit, & Praxis confirmat cum multos pænitentiarios, & legatos Papæ videamus concedere facultates confitendi Sacerdotibus nulla facta mentione de Parocho vel alio inferiore Papa; ergo infero ego nec vlla irrogabitur iniuria in confessione facultatis administrandi Sacramentum Eucharistiæ nullo requisito assensu Parochi, cum vtrobique sit eadem ratio, cum non inferatur in Pænitentia.

69 † 6. Probo conclusionem Regulares sunt delegati Papæ in virtute suorum priuilegiorum ideo quidquid agunt, agere Papam censendum est,
70 † nihil interest enim, an Papa per se ipsum faciat, an per delegatum a se specialiter vel generaliter l.
1. §.

1. §. deiecisse ff. de vi & vi armata, nam delegatus
delegantis vices gerit cap. Sane de off. delega. &
quod agit, agit de mandantis imperio l. etsi prætor
71 ff. de off. eius cui mand. est iurisd. † ergo, sicuti, si
Papa ageret inconueniens esset requisita facultas
Parochi, eodem modo inconueniens erit, cum
agent Religiosi; confirmatur 1. quia quoties Summus Pontifex vel Concilia vel Canones volunt
Regularium limitare iurisdictionem id exprimunt
patet ex supra adductis quibus addes c. 15. Trid.
sess. 23. Vbi auditionem confessionum exprimitur
pendere ab approbatione Episcopi, cum tamen sit
data Iurisdictio a Papa; confirmatur 2. quia in ijs
in quibus Papa manus apponit inferior non potest
amplius manus apponere nec se intromittere cap.
Nomen. 5. quæst. 1. cap. vt nostrum: de Appellat.
Bald. cap. 1. §. ad hæc col. 3. de pact. iur. firm.
Deci. in cap. Cum accessissent nu. 44. de Constit.
& Cons. 537. col. 2. Roman. Cons. 135. col. 1.
72 versu cæterum; † cum ergo in delegatione regularium apponat manum Papa; quomodo intercedet
Parochus? 3. Casus, quos sibi reseruat Summus
Pontifex, prohibet, ne superflue (idest inutilitèr)
sibi reseruent Episcopi, quia ad ipsos non spectat
manus apponere in ijs, in quibus ipse apponit;
sicuti causæ in curia semel commissæ inde regularitèr non extrahuntur Scaccia cum Doctoribus
quos ipse approbat de Iud. lib. 1. cap. 66. num. 30.
nisi ipse Papa remittat Bald. in l. vt proponis la. 1.
col. penult. C. quomodo & quando iudex. Ancharanus cons. 57. Decius d. capit. cum accessissent
numer. 45. & 46. & citatus à Iudice superiore
excusatur a comparendo coram Iudice inferiore
Chocbier tom. 5. lib. 4. quæst. 107. de Iur. Ord. in
exemp.

73 7 † Papa eligens Religiosum ad aliquod officium præsumitur agnoscere industriam personæ
electæ, ideo nullius alterius superioris licentia,
præter illam, quæ est in iure expressa, exigitur,
siue pro inquisitione, siue pro audientia confessionum, siue pro quocumque alio S. Antoni. in sum.
3. part. tit. 57. cap. 7. vbi cap. 9. ex Paludano
multos effectus colligit huius commissionis, vt
quod huiusmodi commissarius potest confessiones
audire &c. minime requisita alterius licentia, &
qui vult confiteri illi non tenetur petere licentiam
à suo proprio Sacerdote arg. c. 55. qui de Procur.
74 in 6. † & talis commissarius etiã inuito, & contra
prohibitionem alterius Prælati potest confessiones
audire, quia ista est differentia inter superiorem,
& inferiorem, quod superior contra inferioris
voluntatem potest delegare iurisdictionem. non
è contra, In casu autem nostro non solum præsumitur, sed certum est eligi industriam delegatorum, vt patet intuenti Priuilegia, ergo in illo non
requiritur alterius licentia.

8. Probo ex declaratione Leonis X. supra relata. Vbi concesso Priuilegio quod Religiosi possint ministrare Sacramentum Eucharistiæ, subdit,
idem non possint in die, quo celebratur festum
Resurrectionis dumtaxat, sine Rectoris Parochialis, aut diœcesani licentia, ex qua declaratione
tale desumo argumentum.

75 † Dictio dumtaxat significat idem, ac solum,
tantum, tantummodo per textus & Doctores quos
allegat Barbosa dict. 97. num. 1. & idem importat
quod non vltra, non amplius, solummodo (quæ
aduerbia in reliquis remanentibus inducunt exemptionem) & omnes alios casus præter inclusos regulariter excludit, & restringit ad expressa Tuscus
litt. D. conclus. 388. & ex eodem Barbosa, omnes
alios casus, & personas excludit præter expressas,
ergo dum Summus Pontifex vult pro administratione Sacramenti Eucharistiæ in Paschate dumtaxat, peti facultatem a Parocho, alijs temporibus,
& casibus non erit petenda.

9. In Priuilegijs Eugenij IV. suprarelatis Ordini Cassinensi concessis habetur in primo vt
possint confessiones audire absque licentia & contradictione Superiorum dictarum personarum,
& postea, & eis ministrare Eucharistiæ Sacramentum de spetialis dono gratiæ elargimur. In secundo. Et personæ ipsæ eis confiteri possint absque
alia Superiorum suorum licentia nec non eis &c.
Eisque ac omnibus qui ad prædictos Monachos ad
huiusmodi deuotionem recurrerint Eucharistiæ
Sacramentum ministrare valeant de spetialis dono
gratiæ in fauorem obseruantiæ licentiam elargimus. Ex quorum tenore tria colligo: primum
illa priuilegia esse personalia: Secundum quod
Regulares Eucharistiam possint ministrare sine
alterius licentia, sicuti possunt pænitentiam;
tertium quod tantum possint in casu deuotionis
non obligationis eandem Eucharistiam ministra-
76 re: † primum patet quia in proemio exprimitur;
Cum sæpe contingat ob deuotionem, quam ad
Monachos prædictæ Congregationis nonnullæ
personæ habent singularem, ad prædictos Monachos pro earum salute animarum recurrere, vbi
aperte conspicitur intuitu personæ, non loci concedi; deinde in fauorem Obseruantiæ Regularis
sunt data, quod paritèr personam respicit. 3. Ad
ipsos non ad loca propter deuotionem concurrere
4. Ad Prælatos seu Monachos recurrant, quæ
omnia non loca, sed personas tangunt, cum ergo
nulla de loco sit facta mentio; sed tantum qualitatum personis adhærentium, priuilegia vtique
77 erunt personalia. 2. patet quia particula † Et
eius est naturæ, vt antecedentia cum sequentibus
copulet; itaut idem sit de vno ac de altero ex copulatis; Doctores apud Barbosam dictio. 90.
num. 9. & est continuatiua, & repetitiua præcedentium qualitatum, & conditionum præcedentis
sermonis, copulando cum omnibus qualitatibus,
quando dispositio est sub eadem oratione concepta, idem Barbosa numer. 29. & 30. deinde Clausula in principio dispositionis posita
refertur ad sequentia Marta de Claus. part. 4.
Claus. 24. numer. 1. præterea Clausula plura
respiciens determinabilia parifornitèr determinat si præsertim eadem militat ratio Marta cum
Doct. quos approbat loco cit. Claus. 5. & 28.

78 † Tandem, quia nihil concederet, nisi hoc concederet; quod maxime vitandum est in omni dispositione; quia Regulares, cum etiam tunc essent
exempti, poterant in proprijs Ecclesijs ministrare
Sacramenta irrequisita cuiuscumq; alterius licentia, ergo, vt aliquid concedatur, de spetialis gratiæ dono debet concedi, quod id possint eo modo
extra proprias Ecclesias, quod certe argumentum
militat in posterioribus concessionibus si illa fuit
prima: tertium pariter constat ex illis verbis ad
eiusmodi deuotionem nempe Eucharistiam sumendam, qua clausula excluditur communio ex præcepto vt in die Paschæ &c. 10. probatur ex priuilegio Sixti IV. Ordini prędicatorũ concessu vbi apertius quam in præcedentibus hoc habetur dum
concedit quod omnibus & singulis Christi fidelibus
&c. Eucharistiæ Sacramentum &c. eorundem fidelium Ecclesiarum &c. licentia minime requisita
ministrare

ministrare liberè ac licitè valeant, ex quo clarè patet concedi licentiam ministrandi Sacramentum Eucharistiæ sine licentia parochorum quod posset verti in dubium esset licet sine fundamento, an hoc esset limitata in proprijs Ecclesijs, quod tamen clare probatur non admittendum quia ideis licebat etiam prius, & liberè & licitè id poterant in proprijs Ecclesijs, ergo dum id, quod licet in vno loco, conceditur vt liberè & licitè exerceatur, debet intelligi vbique quod enim prius in vno loco exercebatur licite, si exerceatur vbique dicatur exerceri libere idest nulla facta restrictione, alio-
79 qui † Priuilegium nihil concederet, quod omnino est vitandum Roland. cons. 61. num. 17. num. 3. Crauet. cons. 84. num. 12. Rom. cons. 180. nu. 5. Tuschus lit. S. conclus. 895. num. 12. Sed debet aliquid operari ca. in his de priuileg. maxime quia dictio liberè idem importat quod sine obiectio exceptionis Tusch. lit. L. conclus. 335. nu. 3. sed infra latius.

11. Ex duobus priuilegijs Patribus Iesuitis concessis a Paulo III. suprarelatis, in quorum primo habetur, quod eisdem patribus administrandi Eucharistiam, quorumuis Superiorum licentia non requisita, post seu ante celebrationem seu alias &c. plenam, & liberam facultatem auctoritate Apostolica beneplacitum concedimus ex quibus hanc deduco consequentiam ergo prædicti Patres, & Communicantes cum illis possent quocunque casu, & loco, quocunque irrequisito, hoc Sacramentum ministrare, quod possint sine licentia patet expresse in textu, quod possint quocumque loco, & tem-
80 pore, probo per illam dictionem, † Alias, quæ ex Suarez tom. 4. de relig. tract. 9. lib. 9. c. 3. nu. 11. est amplissima, & extendit dispositionem ad omnem modum. Et Tuschus lit. D. conclus. 241. asserit esse talis naturæ, vt excludat vitium, & qualitatem, cui adiungitur, & alia includat & Barbos. de dict. 16. dicit importare idem, quod alio casu, & plerumque idem, quod in alio loco idem Barbos. & alio tempore vt ibidem, deinde probo per illa verba plenam
81 & liberam facultatem &c. quæ verba † plenum, & liberum cum sint sinonima, tamquam geminata maiorem habent expressionem. Plenum
82 autem † est idem, ac sine aliqua diminutione, & plenum dicitur, cui aliquid iuris non desit, & tanquam vniuersale omnia comprehendit, nec recipit diminutionem, nec indiget additione, quia ei nihil potest addi, vel quidquam ab eo diminui, ita quod nec minima pars deficiat, ita vt si legetur plenus vsus fructus non restringatur ad alimenta sed importet verum vsumfructum omnium rerum, & bonorum hæreditatis, & adeo dicitur liberum, vt importare possit arbitrium etiam iniquum declarando: ita Barbos. dict. 261. per totam. Ex quibus, cum hoc priuilegium concedatur de benignitate Apostolica, patet omnia dicta comprehendere à nullo dependere, nec posse coarctari. In secundo priuilegio veniunt consideranda sequentia. 1. Quod conceditur quia Summus Pontifex audiuit populos ciuitatum & locorum apud quæ dicti Socij habitationem habent, aut transire contingit, confluere ad confitendum eisdem, & Eucharistiam de eorum manibus sumere. 2. esse adductos eorum bonæ vitæ exemplo. 3. Concedi quod de eorum manibus dicti populi Eucharistiam sumant vt eis possit satisfieri. 4. quod dictis fidelibus conceditur vt liberè ac licitè valeant ista a dictis pa-
83 tribus recipere. Ex quibus sic argumentor. † A proemio generalitèr valet argumentum leg. Cum pater §. dulcissimis ff. de legatis 2. l. vlt. C. de Hæred. inst. Mandos. ad Reg. Cancell. 28. quæst. 1. num. 1. Paris. de Consi. quæst. 27. num. 159. denotat enim mentem & causam finalem loquentis Barbosa axiom. 192. & in priuilegijs esse verum as-
84 serit Gratianus apud ipsum num. 1. † & quod non solum finis generalis; sed etiam spetialis in priuilegijs sit attendendus Georg. Ach. de Priuileg. iuris
85 ciuil. lib. 2. cap. 3. num. 27. † & esse interpretandum secundum eius causam tacitam vel expressam per cap. suggestum de decimis & alia iura. Moneta de confer. cap. 10. num. 415. sequitur quod vbiq; dicti Patres hoc priuilegio vti possint; probatur consequentia, quia conceditur, vt possint satisfacere deuotioni populorum locorum, in quibus dicti Patres habent habitationem, & per quæ transeunt, ergo vbiq; 2. Conceditur ijsdem patribus posse ministrare ob bonæ vitæ exemplum & in locis, per quæ transeunt, ergo est personale 3. Conceditur populis vt de eorum manibus possint sumere vt suæ satisfaciam deuotioni conceditur populis ergo vbique existentibus vt de manibus &c. ob deuotionem &c. ergo personale 4. Conceditur populis vt libere &c. ergo plena datur facultas idem est enim vt supra liberum, & plenum; ergo absque vlla restrictione, ita vt nihil possit addi, nec vllam diminutionem admittat; & est ita interpretandum, est enim in fauorem animarum tale priuilegium. Huic explicationi consentit Suarez de relig. tom. 4. tract. 9. lib. 9. cap. 3. num. 11. vbi habet ministerium hoc concedi Religiosis certo loco non addictis, ac proinde personale non locale censeri. Quod confirmatur ex eodem quia illo non possunt frui alij Sacerdotes in eorum Ecclesijs, quod possent etiam inuito Parocho, si esset locale ita ipse.

86 † 12. Probatur ex priuilegio Patribus Theatinis a Paulo IV. concesso. In quo manifestè apparet posse tam in proprijs quam in alienis Ecclesijs Eucharistiam administrare, habetur in textu expresse, qu od posset verti in dubium, est an hoc sine licentia Parochorum, & posse probo, tum ex ipsa communicatione quæ ibi ipsis conceditur cum priuilegijs Patrum Societatis Iesu, quam ex ipsa concessione Ex communicatione sic. Probatum est supra posse dictos Patres Iesuitas in vim suorum priuilegiorum, ergo etiam Patres Theatini in vim communicationis. Ex textu Priuilegij sic, apposita
87 est clausula † liberè, ac licitè possint, ac valeant, ergo sine licentia, & auctorita. alterius, sed sua spontè Tuscus lit. D. conclus. 306. num. 10. Marta de claus. part. 1. claus. 68. estq; idem fieri liberè, ac sine impedimento, contradictione, onere, grauamine, obstaculo, & vlla contradictione text. in Clem. fin. de ætat. & qualit. Tuschus vbi supra nu. 9. & excludit omnem obligationem per cap. 2. de Arbit. in 6. nec refert, quod ista clausula sit in fine posita quia manifestum est referri ad antecedentia per dicta superius, quod verum est etiam in statuto exorbitanti, nisi diuersitatis ratio dari possit, etiamsi diuersa contineantur Marta de
88 Claus. part. 4. claus. 23. num. 3. & 4. † deinde ex alia clausula alias, vt moris est. Quid vero importat ista clausula Prateus lexi. Iur. litt. M. verbo moribus, ita habet multis adlatis iuribus. Ad naturalem rationem, & ius gentium, & ciuile plerunque refertur, quod post legem xij. tabularum prudentum consuetudine introductum est; accipitur etiam pro consuetudine, & more: Hinc in

mores,

mores,pro,in consuetudioem inducere accipimus; &, cum quid moribus inductum Iuris consulti dicuue, significant id ius ante xij. tabul. fuisse vna cum suis primordijs seruatum, & postea vsu, & consuetudioe receptum, Dum ergo Summus Pontif. dicit, alias vt moris est, nihil aliud vult intelligere, quam, quod seruatis ijs, quæ de iure aut consuetudine vniuersalis Ecclesiæ sunt seruanda, tum quoad ritus, tum quoad iura Paroohialia, nempe communionem Paschæ, & pro Viatieo, & reliqua, à quibus, cautum est, vt abstineant, in reliquis dictis priuilegijs integrum sit cæteris temporibus, locis, & modis Sanctissimam Eucharistiam ministrare.

89 † Confirmatur 1, Ex his, quæ habet Angelicus Doctor opus. 19.cap. 4. col. penult. in hæc verba. Quando prioceps committit alicui liberam facultatem aliquid faciendi, intelligitur tantum commisisse legitimam, & consuetam: Vnde, quando Papa committit alicui, vt prædicet,vt confessiones audiat, committit ei, vt id legitime faciat. Quare per hanc commissionem non potest prædicare ea, quæ non decent; Sed ex eo, quod ab eo datur prædicandi libertas, non requiritur ad hoc, vt eius prædicatio legitima sit, quod ab alio potestatem accipiat, quia sic inutilis esset ei potestas recepta, hactenus Sanctus Doctor ex quibus ad causam præsentem infeto, cum Sum. Pontifex liberam concedat facultatem ministrandi Sacramenta, alias vt moris est, nihil aliud intendit, nisi vt seruatis seruandis, modo dicto, id exerceant, in reliquis nullatenus requirl ad id Parochi, vel cuiusuis alterius superioris ex petendam licentiam, ne priuilegium reddatur inane, vt optime expendit S. Doctor.

90 † Confirmatur 2. Quotiescumque S. Pontifex ant Episcopus absolutè, & expresse dat alicui facultatem audiendi confessiones, aut alium iurisdictionis actum exercendi, nulla est necessaria inferioris licentia, etsi id in concessione nõ exprimatur ita D. Thom. loco citato immediatè ante col, præsertim penult. & in 4. sent. dist. 17. quæst. 3, art. 3. quæst. 1. nu. 5. & ibidem Paludanus quæst. 4. art. 3. maior. quæst. 6. art. 7. Durand. quæst. 12. Sotus dist. 18. quæst. 4. art. 5. Sanctus Antonins 3. p. sum. tit. 17. cap. 9. Adrian. quæst. 5, de Confess. Medin. eadem titulo quæst. 33. Petrus de Soto lect. 5. Siluest. Confessor. 2. quæst. 1. Nauar. in cap. Placuit de pænit. dist. 6. num. 57. Glossa & DD. in Clem. Dudum de sepult. & in cap. in his de Priuileg. Abbas nu. 1. Anchar. num. 1. Hostiens, §. vnde mirari Io. Andr. per totum vbi habet si necessaria esset licentia, nil valeret indulgentia, & Hostiens. suprarelatus vbi Sedes Apostolica interuenit non est necessarium recurrere ad diæcesani mendicatum suffragium; & commune esse Theologorum Iuristarum & Summistrarum sententiam asserit Suarez in 3. p. D. Tho. to. 4. disp. 26. sect. 1. nu. 9. & alij, & habetur expresse per Honor. III. in cap. In his extra de Priuileg. cuius verba ad rem nostram multum facientia sunt,

91 † In his, quæ ad cultum Diuinum facere dignoscuntur, non maligna, sed benigna esset potius interpretatio facienda; vnde mirari compellimur, quod cum fratribus Prædicatoribus, & minoribus duximus indulgendum, vt vbicumque fuerint, sine Parochialis iuris præiuditio, cum altari Viatico valeant celebrare, quidam nimis strictæ interpretando indulgentiam nostram nituntur asserere, quod per eam prædicti fratres præter Prælatorum assensum facere hoc non possunt. Propter quod eos celebrare iuxta indulgentiam Apostolicam non permittunt. Cum autem nihil eis conferat memorata indulgentia, sine qua id Prælatis annuentibus, liceret eisdem, Fraternitati tuæ mandamus, quatenus interpretatione huiusmodi reprobata, dum tamen ab alijs, quæ iure parochiali proueniunt, prorsus abstineaot datam eis licentiam celebrandi, auctoritate nostra non differas publicare; ita quod dicti Fratres aliquam ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consequti. Ex quo textu elicio. 1. malignam esse interpretationem quæ fit dum concessiones huiusmodi explicantur ita vt requiratur assensus alterius, quam Sedis Apostolicæ, 2. Huiusmodi concessiones debere aliquid operari. 3. Nihil operari si talis licentia requiratur. 4. Reprobari huiusmodi interpretationem. 5. Hoc non esse ius Parochiale, ad quod sit respiciendum in his priuilegijs. Ex quibus vides quam belle hic textus comprobet nostrum dictum.

92 † 3. Confirmatur ratione etiam supra adlata, quia si voluisset Sum. Pontifex requirendam esse hanc licentiam, eam expressisset, vt fecit Greg. XIII. in Priuilegio concessis Patribus Iesuitis, vt etiam non approbati ab ordinarijs in itinere, cum non possunt commodè ijsdem ordinarijs se præsentare, possint audire confessiones Christi fidelium, non repugnantibus tamen Ecclesiarum Parochialium Curatis, vbi etiam, vides non requiri petitam licentiam, sed non repugnantiam. Et quando concedit, quod omnes religiosi possint celebrare in oratorijs priuatis, additur, dummodo oratoria ab ordinarijs sint approbata: & in Concilio Tridentino requiritur approbatio ordinarij vt possint Regulares audire confessiones, qua posita id possunt vbique ergo in præfato Priuilegio, cum nulla talis licentia requiratur, non est asserenda petenda, & in illius virtute possunt vbiq; & omni tempore, excepto Paschæ, & omnibus casibus, excepto Viatico, Sacramentum Eucharistiæ administrare.

93 † Vltimo probatur posse prædictos Patres Regulares tali modo Eucharistiam administrare, quia immemorabilis consuetudo ita explicat eorum Priuilegium quod aliter nunquam hactenus fuerit
94 explicatum. † Certissimi enim iuris est consuetudines legem, & priuilegia interpretari. l. Seruus §. vlt. ff. de leg. 1. Bart. in l, Neque ff. de legib. Gloss. in l. 1, & penult. Cod. eodem l. missi. ibi consuetudine seruata regionum. C. de Exact. tribut. & communiter Tandem est postremo probo principalem conclusionem adducendo Priuilegium a Sanctiss. Paulo IV. nostro Ordini Minorum concesso sub 20. Iulij Anno 1557. sui Pontif. 3. quod refert Roderiq. in sua Collect. Bulla 3. eiusdem Pontificis quo indulgetur expresse vt Sacramenta Pænitentiæ & Eucharistiæ vbique etiam extra proprias Ecclesias & monasteria Patres valeant administrare, decernens contradictores Parochos aliosue Ecclesiarum Curatos etiam adhibitis censuris compescendos, quod quia rem concludit ideo per extensum refero.

Dilecto filio Fratri Angelo Auersa totius Ordinis Minorum Regular. Obseru. Vicario Generali,

95 † PAulus Papa IV. Dilecti fili salutem & Apostolicam benedictionem. Cum sicut exponi nobis

nobis nuper fecisti Nonnulli Rectores Parochialium Ecclesiarum tam Brixiens. quam Bergom. & Cremensis & diuersarum aliarom Ciuitatum & diœcesum sub dicta Brixiens. nec non & Mediolanen. & Bononiens. & Sancti Antonij Prouinciæ numcuparis in qoibus fratres Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ plures conuentos seu domos iuxta morem dicti Ordinis in Diuinis deseruire solitos, habent, existunt, diuersas molestias seu lites, aut controuersias super confessionibus audiendis a Christi fidelibus & Sacramento Eucharistiæ illis administrando, tamquam iuris ignari seu alias maliriose, aut de facto pluries excitare & mouere, eosdemq; fratres desuper molestare, & impedire conentur dicentes quod prædicti fratres aliotum quam istorum qoi ad domos suas huiusmodi veniunt, etiamsi infirmi existant, & pro illis mittant nullatenus confessiones audire possunt, eo prætextu, quod in aliqoibus confirmationibus, seo nouis concessionibus a Sede Apostolica Fratribus, seu Ordini Minorum super Confessionibus vtriusque sexus fidelium audiendis huiusmodi concessorum hæc clausula est apposita videlicet. Ad eos pro tempore recurrentium, quam illos solos, qui vt præfertur ad easdem domos veniunt pro similibus confessionibus audiendis, & non ad alios etiamsi infirmi sint & pro eis miserint, vt præfertur extendi debere Rectores ipsi asserere non verentur, exinde fit, vt tam ipsorum Christi fidelium animarum saluti qoam eorundem fratrum coosolationi, & commoditatibus parum consolatur. Nos igitur huiusmodi cauillatiooibus & molestijs, & controuersijs de cætero obuiare & in eis quæ dubia sunt vel esse possunt pro conseruanda pace & tranquilitate qoorumcomque præsertim Religiosarum personarum, sub iugo regularis obseruantiæ positarum mentem nostram declarare volentes, quod de cætero tam dictarum, quam aliarum quarumcumque prouinciarum ciuitatum & diœcesum per totum orbem omnium vtriusq; sexus fidelium pro tempore dicti ordinis fratres à suis superioribus vt moris est depotati confessores confessiones etiam infirmorum vbilibet etiam extra domos & habitacula eorundem fratrum audire eosque a casibus & censuris quibus eis per priuilegia Sedis Apostolicæ huiusmodi hactenus concessum est posse absoluere, & ipsi hactenus absoluere consueuerunt, absoluere, & pænitentiam salutarem iniongere, ac omni tempore præterquam in die Resurrectionis Dominicæ Sacramentum Eucharistiæ tam illis quam alijs quibusuis personis licitè ministrare possint auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus decernimus & declaramus mandantes dilectis filijs curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali auditori in Vrbe ac Brixiensi & Cremensi in spiritualibus Viearijs Generalibus quatenus ibi vel vnus eorum per se vel alium vel alios auctoritate nostra faciant præsentes litteras & in eis contenta quæcumq; plenum effectum sortiri ac Rectores ipsos, siue alios pro tempore Parochialium Ecclesiarum huiusmodi, & quoslibet alios contradictores, & rebelles cuiuscomque status gradus, ordinis, vel conditionis existant etiam per quascumque de quibus eis placuerit censuras, & pænas appellatione postposita compescendo, etiam inuocato desuper auxilio bracij sæcularis, si opus fuerit. Non obstantibus fælicis recordationis Bonifacij Octaui prædecessoris nostri de vna & in Conc. Generali de duobus dictis edita, dummodo vltra tres non trahantur alijsque constitutionibus & ordinationibus apostolicis, nec omnibus illis qoæ in præfatis Priuilegijs siue eorum confirmationibus aut nouis concessionibus etiam per nos factis concessum est, non obstare cæterisque contrarijs quibuscumque verum qoia difficilè foret præsentes litteras ad singula quæqoe loca, in quibus fortè opos esset, deferri, volumus & paritèr auctoritate apostolica decernimus, quod earum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuios personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu curiæ Ecclesiasticæ monitis eadem prorsus fides in iuditio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 20. Iulij 1557. Pontif. nostri anno tertio.

Multa essent in hac Constitutione expendenda, quæ prudens Lector ex se facilè colliget est enim adeo clara, vt nisi per ignorantiam, vel malitiam possit in dubium reuocari.

96 † Sed obijcies 1. priuilegiatus est Clerus, priuilegiati Regulares, & duobus priuilegiaris concurrentibus, præferendus est habens potentius priuilegium attendenda est enim qoalitas potentior l. cum quæritur vbi DD. ff. de statu hom. sed priuilegia Cleri sunt poteuriora priuilegijs Regularium quorumcunqoe cum habeant clausulas derogatorias, vt patet ex supradictis. Clausolæ autem istæ destruunt quidquid reperiunt sibi obstare &c. vt docent scribentes, quod non habent priuilegia Regularium, ergo Clerus est præferendus.

97 † 2. Priuilegio ad instantiam Regis, & Reginæ concesso Papa non solet derogare ita statuente Alex. VI. in suis Reg. tit. de cessionib. nec illi per clausulas generales censetur derogatum, vt consuluit Romanus cons. 393. vt refert Paris. cons. 14. vol. 4. & ita se consuluisse testatur Rebuffus, quem refert, & sequitur Germonius de indult. Cardioalium §. per quæ sublatis. Ergo per priuilegia Regularium non erit derogatum priuilegio Cleri ad instantiam regali dignitate fulgentis concessum.

98 † 3. Duobos priuilegijs inuicem concurrentibus illud est præferendum, cui maior inest ratio Bald. in authent. habita num. 23. C. ne filij pro patre, Rota Rom. decis. 557. nu. 4. volom. 1. in nou. iss. At maior ratio inest priuilegio Cleri cui incumbit ex officio animarum cura.

99 † 4. Priuilegium, quod agit de damno vitando, præferendum est illi, in quo agitur de lucro captando, l. verò §. fin. & l. si quod ff. de min. Bartol. in auth. quas actiones C. de Sacros. Eccles. Panor. cap. in præsentia de prob. Gloss in l. fin. ff. ex quib. caus. maior. Priuilegia verò Cleri agoot de damno vitando, vt patet ex text. ne videlicet fraodentur fidelium oblationibus, quartis, ac alijs emolumentis.

100 † 5. Priuilegium illud est præferendum, quod est iuri communi conformios, cuique ius assistit Bart. in l. si quis io graui §. vlt. & in l. qui posthumus ff. ad Sylla. & Aretinus cons. 83. colum. 4. & Decius cap. in præsentia nu. 51. de probar. & post istos Couar. pract. qq. cap. 7. nu. 4. versu id probatur. Priuilegijs autem Cleri assistit ius commone, & sont illi magis conformia quam prioilegia Regularium, quæ vbi in iure communi habeaot fundamentum non apparet.

101 † Vltimo dato, & non concesso, quod tam priuilegia Cleri, quam Regularium essent omninò

paria,

paria, ac inuicem quassarentur, itant non posset dignosci, quod esser illorum præferendum, tunc certè ad ius commnne esser recurrendum, vt communiter docent scribentes, qua de re videndus est Carolus Tapia in l. fin. p. 2. cap. 8. num. 1. ff. de constit. Princ. In iure antem communi à Sacramentorum administrarione arcenrur Regulares, vt supra dictum est, & illa pertiner ad Parochos, ergo istis ius est dicendum, & pro istis est sententiandum contra Regulares.

Quibus nunc mihi est respondendum. Simul & propositis in principio pro parte negarina, sed antequam ad horum, & illorum solutionem accedam libet aliqua verba ex D. Petro Damiano valde ad rem istam facientia adnotare. Habet ergo lib. 5. epist. 8. quæ sequuntur, quibus etiam addam alia D. Thom. in idem argumentum opusc. 19. cap. 4. col. 20.

102 † Inquit ergo B. Petrus. Multum, fratres charissimi, (alloquitur quosdam Canonicos, qui Monacos ab administratione Sacramentorum arcebant) si digni estis audire, miramur, quomodo, vel ob quam causam conemini nos à consortio, & vnitate vniuersalis Ecclesiæ separare, cum constet a Monachis, non à Canonicis vniuersalem Ecclesiam fundatam, & gubernatam, & à diuerso errore cribratam. Apostoli nempe fundatores Ecclesiarum, nostro, non vestro more viuebant. Nostri non vestri Moyses, & Elias fuere. Apostoli certe, & successores eorum si irreuerberatis oculis paginas noui instrumenti percepitis, monachico non canonico more viuere intelligetis, eisq; potestatem ligandi, atque soluendi concessam à Domino proculdubio reperietis; Quod si ita est, immo quia ita est, cur nos ab hoc priuilegio separare conamini? Si igitur mortui sumus mundo, & viuimus Deo, probabimus vos per omnia esse mentitos, quia dicitis, nos ob hoc, quod mortui sumus mundo non posse dispensare Ecclesiastica (& paulo infra) sed quid vos extollir? Recolite principia nostra, & vestra, & ex auctoritare Patrum, cui plus competat collyriato lumine præiudicet. Hæc, & alia plura sanctus iste in hanc sententiam habet.

103 † D. Thomas, vbi supra, ita fatur. Mon solum non prouenit Parochis præiuditium; sed maximum eis præstatur beneficium; Quod maxime acceptatur ab illis Rectoribus, qui non quærunt, quæ sua sunt, sed Iesu Christi &c. & certe, quomodo Regularea Parochis præiudicare possunt, cum veluti gregarij milites nullo temporali stipendio accepto spiritualia arma tractantes, & Dei gloriam quærentes per humani generis hostium castra excurrentes illos sæpissimè in fugam vertunr, ac exterminant. Quis gregatios milites, si hostium castra debellent, militiæ ducibus iniuriam dicat inferre? Vana sunt: Duces delegati sunt Religiosi Summi Pontificis, non alium ducem agnoscunt.

104 † Nunc ad primum ex his postremis argumentis de concursu priuilegiorum. Respondeo concessa maiori, negando minorem. Nam clausulæ præseruatiuæ, & irritantes in priuilegijs Cleri non sanciant priuilegia Regularium. Primo, quia nullam habenr derogatoriam expresse concessorum iam, vel postea concedendorum, quod esset necessarium. Secundò, quia priuilegia Regularium sunt posteriora; quod non adsinr clausulæ necessitatiæ probatur, quia in priuilegio Sixti IV. duæ habentur clausulæ, quarum neutra obest; Non prima quæ est tantum derogatotia priuilegiotum, ad illud vsque tempus concessorum, ita enim habet Non obstantibus priuilegijs, & indultis, Ordinibus, & Religiosis medianribus per nos sub qualibet forma verborum concessis, & præsertim illis quæ mare magnum nuncupantur &c. vbi vides derogari tantum iam concessis. Altera, quæ est in fine. In contrarium facientibus quibuscunque, quæ clausula nec extenditur ad futura, nec tollit concessa continentia liberalitatem Principis, vt sunt Regularia de benignitate Sedis Apostolicæ concessa. In priuilegio Pauli III. apposita priori clausula adijcitur altera tenoris sequentis. Nec quidquam contra illorum tenorem, etiam prætextu cuiusuis priuilegij Apostolici, etiam pro fabrica Principis Apostolorum de vrbe, aut sub quacunque alia verborum forma ex quauis causa concessorum, per dictos Religiosos, seu quoscunque illorum Ordinum &c. In quibus clausulis vel apertè exprimitur derogari tantum concessis, vel indererminate dicitur non obstantibus &c. & isto casu non derogatur futuris, Gonzal. ad 8. Reg. Cancell. Gloss. 9. §. 3. nu. 29. & 31. Bald. cons. 495. num. 4. lib. 1. Flami. de resignat. benef. lib. 12. quæst. fin. num. 29. & 30. Gomez. in Reg. de infirmis resignant. quæst. 27.

105 per totam. † Deinde priuilegia concessa personis alias priuilegiatis non censentur reuocata per clausulas derogatorias, nisi de illis fiat specialis, & expressa mentio, sicur nec per easdem censetur sublatum indultum concessum ob bonum publicum, & vtilitatem Ecclesiarum; Doctores allegat, & probat Sanctarellus variar. resolut. quæst. 17. nu. 10. non ergo dicendum est derogatum nostris cum priuilegia nostra sint posteriora, concessa personis, vt iam probatum est, & ad bonum publicum, & in fauorem Ecclesiarum, vt patet ex illorum lectione.

106 † Regularium priuilegia esse posteriora priuilegijs Cleri patet, quia priuilegia Cleri fuerunt concessa a Sixto IV. & Paulo Tertio: Regularium vero a Paulo IV. & Pio V. Imo cum à posterioribus Pontificibus, & ab ipso recentis memoriæ Greg. XV. fuerint confirmata innouata &c. vt visum est, possunt dici de nouo concessa; quia confirmatio ex certa scientia habet vim nouæ concessionis Suarez cum Doctoribus, quos citat & sequitur de leg. lib. 8. cap. 12. Ersam. a Chochier de Iurisd. in Exempt. tom. 2. lib. 2. quæst. 7. num. 7. &c. ex quo ego sumo argumentum ad probandum priuilegia Regularium derogare priuilegijs cleri, quod est tale.

107 Priuilegio posteriori derogatur priori, etiam si prius habeat clausulas. Nisi de eo fiat mentio de verbo ad verbum, si in posteriori adsit alia clausula non obstantibus priuilegijs etiamsi de illis fieri deberet expressa mentio. Panor. cap. Cum instantia; de Censibus Silvest. Gratia & Exemptio. Mirand. Manual. Prælat. p. 2. quæst. 47. art. 2. conclus. 4. & quæst. 45. a 6. Roderiq. tom. 1. quæst. 9. a. 3. Suarez de legib. lib. 8. cap. 38. numer. 1. & seq. Salas disput. 17. sect. 14. num. 71. Azorius p. 1. lib. 5. quæst. 12. Tuschus litt. P. Concl. 752. adiunctis quæ dixerat litt. C. conclus. 346. & litt. D. conclus. 216. Tapia in l. fin. p. 2. cap. 9. nu. 12. ff. de Constit. Prin. Martha de Claus. p. 1. Claus. 77. num. 1. & 197. num. 1. Sanctarellus quæst. 17. num. 10. var. resol. Cochier. tom. 1. de Iurisd. in Exempt. lib. 3. quæst. 9. num. 6. qui etiam refert dixisse Nauar. & Sarniensem, esse decretum irritans penetrabilius omni gladio ancipiti omnia interiora, & occultissima afficiens, & adstringens

& esse tantæ maliguitatis, vt quidquid inueniat destruat, & in oppositum adducat, ita lib. 4. quæst. 63. num. 2. & tom. 2. lib. 2. quæst. 42. numer. 9. Nec desunt qui asserant non solum sufficere prædictam clausulam, sed longe minores ad derogandum priori priuilegio. Quis ergo dicat priuilegia Regularium, cum sint posteriora, & prædictis clausulis vallata; illa vero Cleri priora, nec requisitam clausulam, vt supra contineant, vt intuenti patet non derogare istis cleri?

108 † Quibus autem clausulis sint roborata priuilegia regularium, accipe lector. 1. In illo Clementis VIII. concesso Ordini Sancti Hieronymi ad instantiam Ser. Regis Catholici Filippi III. ita habetur. Non obstantibus præmissis &c. alijsque apostolicis, nec non in vniuersalibus, prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, & spetialibus ordinationibus, & Constitutionibus, ac ordinum monasteriorum, & locorum prædictorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis priuilegijs quoque indultis, & litteris apostolicis, eorumque superioribus, & personis, nec non Legatis, & Ordinarijs prędictis sub quibuscumque tenoribus, & formis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in spetie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine etiam concistorialiter, aut alias quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus spetialis, & specifica, expressa, indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, formas, datas, & decreta in eis apposita, ac si de verbo ad verbum nil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, etiam præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat spetialitèr, & expressè derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus; nec non omnibus illis, quæ in singulis supradictorum prædecessorum litteris expressis, non obstare cęteris contrarijs quibuscumque. Aut si alicui communitèr aut diuisim ab eadem. S. Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

109 † In priuilegio autem concesso Canonicis Lateran. à Sixto IV. supradelato habentur istæ clausulæ. Non obstantibus Constit. &c. & quorumcumque aliorum Pontificum, similitèr prædecessorum nostrorum litteris forsan his nostris contrarijs, ac etiam Prouincialibus, & Synod. Conc. editis spetialibus, vel generalibus Ecclesiarumque & locorum quarumlibet statutis, & consuetudinibus, & inter quorumcumque eiusdem Congre. Lateranensis Canonicos, & locorum ordinarios, seu Rectores prædictos Initis, & conclusis, & hactenus obseruatis pactis, & conuentionibus, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, cæterisque contrarijs quibuscumque; Quibus omnibus ac si in his de verbo ad verbum insererentur, & derogatoriarum derogatorias continerent in se clausulas, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, quoad pręmissa spetialitèr, & expressè derogamus. Aut si Patriarchis Episcopis, & Rectoribus pręfatis, vel quibusuis alijs communitèr, vel diuisim a Sede pręfata indultum sit, quod interdici suspendi, vel excommunicari, aut vltra, vel extra loca ad iuditium euocari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quolibet alia dictę Sedis indulgentis generali, vel spetiali cuiuscumque tenoris, per quam pręsentibus non expressam vel totaliter, non insertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de cuius toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio spetialis. Nos enim ex nunc illa, & quęcumque alia, quę in futurum per nos, vel Sedem Apostolicam quomodolibet concedi, statui, decerni, vel ordinari contigerit contra eorundem prædecessorum & præsentium litterarum huiusmodi tenorem; nec non si super ijs à quoquam quauis auctoritate scientèr, vel ignorantèr contigerit attentari, irrita, & inania, & nullius roboris, ac momenti fore, & esse decernimus, etiamsi motu, & certa scientia prędictis, vt super similibus ac fortioribus clausulis emanatę existerent, seu in futurum emanare contigeret.

110 † Et in Priuilegio nouissimè concesso Patribus Theatinis in confirmationem suorum Priuilegiorum, quæ est quædam innouatio omnium illorum, quod supra retulimus habentur sequentia Non obstantibus &c. Alijsque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac decretis per quoscumq; Romanos Pontifices similitèr prædecessores nostros, etiam viuæ vocis oraculo, aut alias, quomodolibet hactenus editis, nec non aliorum ordinum, etiam iuramento, apostolica confirmatione, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, quibuscumq; personis sub quibusuis verborum formis, & tenoribus, & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, eorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat spetialitèr, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque Ex quibus apertè apparet solutum primum argumentum. Cum enim Priuilegia cleri habeant tantum clausulas generales nec per illas derogetur priuilegijs in posterum concedendis Regularium vero habeant tam efficaces, & prægnantes, sintq; posteriora, ista sunt potentiora ideo præferenda cumque vna religio communicet cum priuilegijs alterius, æque ac si omnibus concessa essent; sequitur, quod omnes omnibus possint vti. Cæteras clausulas vnusquisq; potest videre in alijs priuilegijs; nobis sat est istas retulisse.

111 † Ad secundum, vbi dicitur priuilegijs ad instantiam Regum, & Reginarum concessis non solere derogari: Respondeo 1. Priuilegium de quo loquimur tam facile negari, quam assumi esse concessum ad instantiam assertam regalem, nullibi enim in toto illo hoc apparet. Gaudet quidem, &

jure

jure merito affectus impetrans priuilegijs præminentijs &c. regalibus, est vere regalis & rex, at non constat ad illius instantiam tale priuilegium fuisse
112 concessum, quod certè deberet, † quia insolitæ clausulæ non præsumuntur; sed debent probari Barbos. Claus. 73. num. 7.

2. Dato & non concesso quod ad instantiam dictam esset concessum; aliud simile expresse tamen ad instantiam Regis, & Reginæ Castell. & legion. quod supra retulimus spectans ad administrationem Eucharistię & aliud generale ad instantiam Ser. Regis Hispaniarum, & alia plurima sunt concessa regularibus. 3. etiamsi ad instantiam prædictam esset concessum, adhuc illi esset derogatum ex clausula inserta in Constit. Greg. XIII. in confirmatione priuilegiorum ordinis Cisterciensis ibi. Nec illa sub similium, vel dissimilium concessionum gratiarumque reuocationibus suspensionibus limitationibus modificationibus derogationibus aut alijs contrarijs dispositionibus etiam per nos & Successores nostros Romanos Pontifices ac Sedem prædictam etiam Imperatorum Regum Reginarum Ducum & aliorum Principum intuitu & contemplatione &c. vt in textu videri potest, vbi in fine habentur etiam ista, & si aliter derogari reuocari, suspendi, limitari, vel emendari contigerit, huiusmodi derogationem reuocationem, suspensionem, limitationem, correctionem, & emendationem nullins esse roboris, & momenti; & quoties illæ, vel illa emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restituo, & de nouo etiam sub quacunque data &c. Extat per extensum hic motus proprius apud Roderiq. in Coll. Priuileg. Bull. 10. XIII.
113 † 4. Immo ego colligo, licet tale priuilegium simili instantiam esset concessum, quod eo modo quo prætendunt non possent vti Rectores Eccle-
114 siarum; † nam habens priuilegium dependenter ab alio illo non potest vti contra illum ratione cuius est concessum per ea quæ tradit Erasm. Choch. tom. 1. de Iurisd. in Exempt. lib. 1. quæst. 17. num. 19. & Suarez alijs relatis lib. 8. de leg. cap. 16. num. 12. Quis autem non videat esse contra impetrantes, qui Capellanum Priuilegijs vtuntur. Nec est putandum voluisse vulnerare priuilegia Regularium, vt complaceret sæcularibus rectoribus, cum sint vtrique deditissimi filij. 5. Ex clausula inserta in Priuilegio Cistercienfibus
115 concesso & paulo ante relato elicio quod † priuilegia ad instantiam Regum Ducum &c. concessa dupliciter possunt esse data, vel in fauorem, vel ad instantiam ipsorum patet ibi. Regum Reginarum &c. intuitu, & contemplatione, aut in eorum fauorem &c. & tunc dico priuilegijs concessis intuitu & contemplatione derogari; nec iuxta hunc sensum intelligendus est Germonius allegatus; sed in secundo, cum aperte differat de
116 Priuilegijs ipsis Regibus concessis. † Priuilegia autem illustribus personis concessa non reuocantur per clausulas generales Ancharar. cons. 297. per text. in cap. sedes de rescri. Gloss. verb. maiores & digniores Menoch. con. 212. num. 46. Tapia in l. fin. ca. 7. num. 117. & de istia intelligenda est regula Alex. VI. Primi autem generis non esse istius firmitatis indubitati iuris est. Sed quorsum ista? probetur prius qualitas priuilegij, deinde requiratur responsio.
117 † Ad 3. in quo habetur duobus priuilegijs concurrentibus illud esse præferendum cui maior inest ratio. Respondeo hoc optime probare nostram conclusionem ita enim subsumo; sed maior ratio inest in priuilegijs Regularium quam sæcularium ergo Regularium sunt præferenda; minorem probo expendendo quatuordecim notas ex quibus cognoscitur in concurrentia Priuilegiorum, quod sit præferendum, quas refert Tapia loco
118 cit. & sunt † 1. Illud dicitur potentius priuilegium, quo agitur de damno vitando, quam de lucro captando doctores ex quibus istæ notæ desumuntur possunt videri apud eundem Tapiam, quos lubens prætereo. 2. desumitur ex causa concessionis magis fauorabili. 3. Ex maiori ratione concessionis. 4. Ex maiori vtilitate. 5. Quod minus derogat iuri communi. 6. Respiciens potius personam, quam causam, vel locum. 7. Negatiuum affirmatiuo. 8. Ratione sexus, concessum fœminis validius, quam viris. 9. Fauorabile potius, quam odiosum. 10. Dignus est etiam potentiua. 11. Benignus. 12. Duplex est potentius vnico. 13. Legis, quam hominis. 14. Naturale, quam accidentale. Hinc ætatis beneficium potentius est absentiæ. Hæ sunt notæ quas refert Tapia, quas si lubet expendamus, vt videamus quod sit potentius. 1. ergo est vbi agitur de damno vitando, quis autem non videt agi de damno vitando, non de lucro captando in priuilegijs Regularium, qui Sacramentorum administratione, verbi, Dei prædicatione animas fidelium, quæ alias fortasse panem peterent, & non esset, qui frangeret, eis alunt & pascunt? Hæc enim ratio mouit S. Pontifices ad priuilegia concedenda. Nec puto esse dicendum ex hoc sequi damnum Rectoribus Ecclesiarum, quia non video quid possint exigere aliquo iusto titulo ob Sacramentorum administrationem, nullam enim inuenio taxam illis debitam, imo esset omnino damnabilis, si poneretur, ideo Sac. Cong. vt alibi dixisse memini, decreuit, vt etiam in funeralibus, & Corporibus sepeliendis Parochi contenti sint cera à sæcularibus sibi tradita, nec quidquam possint amplius exigere, quid diceret de Sacramentorum administratione quæ tali onere redderetur odiosa sæcularibus? certe esset contra mentem totius Ecclesiæ optantis, vt si fieri posset quotidiè fideles communicarent. Nec tunc ageretur de damno vitando, sed de lucro captando, id enim omne lucrum est, quod debitum non est. Dices agi de damno vitando, quia Parochorum iurisdictio violatur. Sed ego hoc non capio; esset violare Parochorum iura; si prohiberentur ipsi ista ministrare; sed quod alij ista ministrent vt à Summo Pontifice delegati hoc certe non sequitur; non enim obligati sunt Christi fideles confiteri proprio Parocho quocunque anni tempore, nec Eucharistiam de eorum manibus sumere, excepto tempore Paschatis, sed pro istis liberum est omnibus ad quos volunt confluere regulares. Tenentur ergo Rectores, & Parochi ministrare, quotiescumque petuntur, non tenentur autem subditi ad eos recurrere; quomodo eorum violatur ergo iurisdictio, aut iura temerantur? Agitur ergo in priuilegijs Regularium de damno vitando nihil ex hoc lucri prætendunt; sed tantum animarum salutem, nec quidquam Parochis debitum impediunt.

2. Est causa concessionis magis fauorabilis. Priuilegia autem Regularium concernunt salutem animæ; Parochorum autem corporis, quæ autem sit potior decernit Saluator Matth. 6. Anima est plusquam esca. Nolite ergo sollicitì esse

dicentes quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur; hæc enim gentes inquirunt; Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Differentia autem priuilegiorum eſt adeo aperta in ipſis, vt ſufficiat illa legere, quod facile quiſque poteſt; ſunt enim à nobis ſupra relata fideliter.

3. Eſt cauſa magis fauorabilis. Quæ autem ſit magis fauorabilis videantur eadem Priuilegia, in quibus expreſſe declarat S. Pontifex eſſe fauorem animarum: Bonam vitam Regularium, deuotionem populorum; quia ſub iugo trium votorum Regulares vitam degunt, prædicationi verbi Dei, audiendis confeſſionibus, Sacræ Theologiæ, & Sacrorum Canonum ſtudijs ad ſuam, & aliorum ſalutem vacant; & ſimilia, quæ, ſi cum alijs conferantur facile apparebit quæ cauſa ſit fauorabilior.

4. Eſt maior vtilitas. Quid autem de iſta decernendum ſit dicat Saluator ipſe Lucæ 10. meſſis quidem multa operarij autem pauci; rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſam ſuam. Quis autem dicat non ſolum eſſe magis vtile ſed neceſſarium Regulares Sacramenta miniſtrare. Recolant ipſi Rectores tempora Iubileorum & aliarum ſolemnitatum, & an magis ſit vtile eſſe vel non eſſe regulares ſtatuant.

Ad hanc comprobandam ſufficeret adducere tenores priuilegiorum Summorum Pontificum atteſtantium, quam vberes fructus colligat illa Sancta Sedes ex Religioſorum laboribus pro ſalure animarum; addam tamen quod frequentia Sacramentorum non à Parochis, ſed à Regularibus eſt inſtaurata. Recolant Parochi antiqua & conferant cum præſentibus temporibus & æqui ipſi ſint iudices. Cogitent quot, & qui ſint, qui obſtinati perdurarent in ſuis conſuetudinibus, ſi Regularium diligentia, e ſirtibus eos non erueret. Satis innuiſse non vltra progrediar; puto hoc neminem eſse negaturum, & ſi quis negaret, niſi morte præueniar ex qua ſpero meam immutationem, latius fortaſſe in alijs meis operibus quæ niſi vires deficiant quas debiles experior corporis & fuſius perſequar, e iuſte explicabo.

5. Quod minus derogent iuri communi. No-
ſtra Priuilegia non derogant iuri communi imo
119 ſunt ius commune. † Priuilegia enim toti Re-
ligioni conceſſa æquantur legi, & habsntur ac ſi
eſſent inſerta in corpore iuris Sanch. lib. 8. de matr.
diſp. 1. num. 13. per text. In l. Perſonæ ff. de
Relig. & ſumpt. fun. Oldrad. conſ. 300. num. 4.
120 verſ. conſiderandum. † Licet enim priuilegia
ante conceſſionem dicantur odioſa, & eſſe contra
ius, conceſſa tamen ſunt de iure communi l. 1. ff.
de Conſt. princ. Cæſar de Graſſis deciſ. 1. num. 6.
de Verb. ſignificat. Rota deciſ. 33. num. 17. de
Præben. in antiq. vt refert Sanctar. Var. reſolut.
quæſt. 16. num. 6. & affertur exemplum de præ-
ſcriptione, quæ dicitur contra ius & odioſa, &
poſtquam eſt perfecta, & completa dicitur de iure
communi, Pariſ. in cap. Veniens numer. 16. de
præſcript. Cum ergo regularium Priuilegia ſint
leges, & de iure communi, ſequitur potius, quod
ſecularium indulta ſint contra ius commune, ſi
enim aliquod fundamentum habent in aliquo iure
ideſt poſterius regulari, per quod cenſetur in hac
121 parte illis derogatum. † Deinde ex Suarez de
leg. lib. 8. cap. 7. num. 4. dupliciter aliquid poteſt
eſſe de iure communi formaliter, & immediatè,
quod videlicet eſt inſertum in corpore iuris, vt
ſunt Canones, & leges; & mediatè, quatenus
ſcilicet ius commune approbat, & mandat ſeruari,
quo ſecundo modo ſaltem priuilegia poſſunt
eſſe de iure per l. ius ſingulare ff. de leg. &
l. 1. ff. de Conſtit. Princip. ibi Conſtit. quædam
ſunt perſonales. Deinde eſt etiam conforme
non ſolum iuri; ſed traditionibus diui
Pauli Regulares miniſtrare Sacramenta. Sicuti
enim beneficia ſunt ſecundum ius, quia inſtituta
ſunt, vt ſaluti animarum conſulatur ita ſecundum
ius quod Regulares delegati Papæ ſint coadiutores.
Parochorum S. enim Pontifex eſt Parochus Parochorum
& Epiſcopus Epiſcoporum, quis autem
dicat delegatum exercere iura delegationis non
eſſe ſecundum iura? plura nolo ad iſtud caput afferre,
ne nimia, quæ fortaſſe dicere & probare non
eſſet difficile.
122 † Ad 6. tranſeo quæ eſt reſpiciens perſonam.
Vtraque priuilegia tam Cleri, quam Regularium
reſpiciunt perſonas, cum vtraque ſint perſonalia.
Solum in is venit conſideranda maior dignitas
concurrentium, quæ autem ſi maior dignitas, non
loquor in præcedendo, ſed in præſtandis Sanctæ
Sedi, & vniuerſali Eccleſiæ ſeruitijs. audiantur
non ego ſed Diuus Petrus Damianus & Nauarrus
ſupra à me relati & cap. per tuas vbi Gloſſ. de
maior. & obed. cap. vt Apoſtolicæ vbi Francus de
Priuilegijs in 6. vbi dicuntur Regulares cæteros
omnes potiori iure, & Excellentia præcellere, &
eximij, & præcipua nota digni. Non deſunt qui
de Excellentia ordinis regularis agunt, eumque
ad ſidera extollunt hæreticis exceptis, qui illos,
vt hoſtes infenſiſſimos lætali odio proſequuntur.
videatur Cochier ſæpe citatus lib. 2. tom. 2.
quæſt. 183. num. 2. Nauar. Conſ. 6. num. 6. de
Appellat.

7. Nota eſt negatiuum præfertur affirmatiuo.
Hæc nulli prodeſt, nec nobis, nec illis; in vtriſque
enim conceditur, non negatur; & ſi nobis negatur,
quod non poſſimus adminiſtrare, illis etiam
123 negatur, quod non poſſint nos impedire. † Pri-
uilegium autem affirmatiuum illud eſt, quod facultatem
concedit aliquid agendi, negatiuum quod
dat aliquid omittendi Suarez de leg. lib. 8. cap. 6.
num. 9.

8. Ratione ſexus, omnium fauet, & ſi aliquibus faueret maxime regularibus, quia cum iſta priuilegia ſint conceſſa intuitu omnium vtriuſque ſexus, in quo continentur fæminæ, & iſtæ libentius Sacramenta ſumant multoties ab illis, quibus non ſunt adeo cognitæ ob earum fragilitatem, maxime illis conducit poſſe ad Regulares confugere & de hoc ſatis.

9. Fauorabile potius, quam odioſum quæ aperte
fauet priuilegijs Regularium; iſta enim conſeruant
libertatem, quam habent fideles ſumendi
Sacramenta ab alijs, quam a Parochis, exceptis
caſibus determinatis, deinde ſunt conceſſa Reli-
124 gioſis; † Priuilegia autem conceſſa ratione fidei
catholicæ, miſerabilium perſonarum, ac religioſorum
ſunt fauorabilia & ideo late interpretanda
Salas de leg. diſp. 17. ſect. 6. in fin. & ſect. 8. pariter
in fin. Sanchez lib. 8. de matr. diſp. 1. nu. 13.
125 & alij communiter; † & illud dicitur fauorabile,
quod vni prodeſt, & alteri non nocet Suarez de leg.
lib. 8. cap. 6. num. 5. ex *Doctoribus* ab eo adductis
Noſtra autem priuilegia proſunt fidelibus, imo
& Parochis, cum illos ab oneribus ſubleuemus,
nec illis nocent ex traditis. Imo maximum, &
fortaſse onus inſopportabile eſset illis. omnium
ſuorum

suorum subditorum tam frequenter, vt nunc fit, confessiones audire, illisque Eucharistiam ministrare. Parerentur damnum animæ, quarum sola-
126 tio priuilegia sunt concessa. Deinde † ex primo fine colligendum est, an dispositio sit fauorabilis, vel odiosa Salas de leg. disp. 21. sect. 5. num. 10. &c. Qui autem est finis primarius priuilegiorum Regularium, non ne fauor animæ? Cleri autem temporale; quod tamen non læditur.

10. Est maior dignitas. Nemo autem dubitat statum regularem quoad spiritualia esse digniorem sæculari D. Thomas in libello, quem scripsit de perfectione vitæ spirit. cap. 2. & Hieron. Plat. de bon. stat. Religio. lib. 1. cap. 37. vbi hoc multis confirmat.

11. Est Benignius. Priuilegium Cleri continet negationem libertatis populorum. Regularium libertatem & fauorem animæ continent Diuini cultus augmentum, nec ledunt iura Parochorum.

12. Duplex est potentius vno, de hoc non est multum loquendum. Regularium enim sunt plurima Cleri vero paucissima. Regularium multoties confirmata Cleri reuocata. Regularium plurium Cleri paucorum S. Pontif.

13. Legis quam hominis. Priuilegia Regularium (supra probatum est) dicuntur leges insertæ in corpore iuris; & ideo iuris, non hominis leges dicuntur. Priuilegia vero Cleri, licet possint esse iuri communi conformia, non tamen possunt dici esse à iure, nec ratione suæ naturalis conditionis, nec ratione vniuersalitatis, & generalitatis possunt dici inserta in corpore iuris. Possunt quidem esse aliqua priuilegia quæ contineant tantum ius commune, vt testantur communiter Doctores, sed quod ideo possint dici ius commune, certe nemo est, qui id asserat.

14. Naturale præfertur accidentali. Hæc etiam fauet Regularibus. Nam de iure naturali & diuino est quod omnes Sacerdotes statim ac sunt ordinati possint Sacramenta ministrare, quod autem hoc nunc non possint, est ex iure positiuo aliqua supra diximus latius Doctores. Hinc est etiam quod consuetudine potest præscribi iurisdictio Sacramenta ministrandi vt infra latius probabo. Regularibus ergo iure diuino, & naturali competit, idest ex natura rei; Parochis autem, vt parochis, tantum ex iure positiuo. Quibus manifeste patet in concursu priuilegiorum ad trutinam vtriusq; iuris examinatorum primas esse deferendas priuilegijs Regularium.

Ad argumentum ergo negatur priuilegia Cleri esse præferenda, quia Regularium priuilegijs maior inest ratio. Ex quibus manent soluta quartum, quintum, & vltimum argumentum, monstratum est quomodo agatur de damno vitando quod patebat 4. quomodo sint conformia iuri communis quod 5. & quomodo in concursu sit agendum quod sextum & vltimum. Cui autem assistat ius commune ex dictis aperte constat.

127 † Nunc superest respondendum argumentis initio propositis quorum primum est, quod Ecclesia Parochialis gaudeat priuilegio ne intra eius fines alia construatur, &c. & quidquid intra eius fines includitur totum eius iurisdictioni subdatur.

Ad quod respondeo nos hoc nec negare nec concedere sed asserere integros textus non afferri. In Capite enim quicunque habetur Ecclesiam Parochialem gaudere priuilegio, ne intra illius fines alia construatur, (non sine Parochi) sed sine Episcop. licentia, quam Episcopus concedendo prouidere debet, ne Ecclesia antiquior suis fraudetur iuribus, & in cap. Pastoralis non posse Episcopos Parochiales Ecclesias, earumque obuentiones, etiam de consensu patroni, sine consensu Capituli, vel Pontificis religiosis concedere; sed quid illa ad rem nostram vbi hic agitur de concedendis Ecclesijs? vbi de obuentionibus impediendis? agitur de sola Sacramentorum ministratione. Si obuentiones sibi debitas ex hoc agnoscunt fraudari conquerantur, & ostendant.

158 † Ad 2. Respondeo Clementinam illam Religiosi loqui tantum de illis Regularibus qui nullo Priuilegio suffulti id audent præstare; ita enim legitur à Nauar. in Manual. cap. 27. num. 102. Religiosi, qui clericis, aut laicis Sacramentum extremæ vnctionis, vel Eucharistiæ ministrare matrimoniaue solemnizare, non habita super his Parochialis Præsbiteri licentia speciali, aut qui excommunicatos à Canone, præterquam in casibus à iure expressis, vel per priuilegia Sedis Apostolicæ concessis eisdem &c. absoluere quemquam præsumpserint excommunicationis incurrant sententiam. Regulares autem habent priuilegia, quæ possunt etiam dici ius commune.

129 † Respondeo 3. Nomine Parochi non solum intelligi immediatum Sacerdotem, cui titulus Ecclesiæ est collatus, sed Episcopum, & multo fortius S. Pontificem capit. Ad hæc de off. Archidia. & Doctor. quos sequitur Mirand. Manuali Prælat. p. 1. quæst. 42. art. 1. D. Thom. opusc. 19. cap. 4. colu. 17. D. Bonau. Opuscul. cur fratres prædicatores prædicent col. 3. sufficit ergo quod ab isto licentia habeatur per iam tradita superius.

Resp. 3. ex Gloss. ibi Priuilegia super his concessa tollere non intendit, & Io. Imol. asserit eam non habere locum, vbi ex consuetudine, vel Priuilegio sacramenta prædicta ministrantur, cui adstipulantur inter alios Suarez in 3. p. to. 3. disp. 72. sect. 2. paulo ante 2. conclu. Rod. tom. 1. quæst. 56. art. 2. con. 4. Campan. in diuers. iur. rub. 12. cap. 13. num. 79. asserentes priuilegiatos ante illam, & post illam posse vti priuilegijs.

4. Non intendit Summus Pontifex comprehendere agentes ex priuilegijs sed propria auctorita-
130 te, indicat illud † præsumentes, quod non est aliud, quam tentare aliquid contra ius capit. ad hæc, ne clerici vel monu. Hinc Sayrus de cens. lib. 3. cap. & num. 59. & Regin. lib. 18. nu. 411. dicunt habentem priuilegium, vel bona fide existimantem habere non esse dicendum præsumere, comprehenduntur ergo tantum agentes sine priuilegio.

131 † 5. Puto verum sententia illorum, quos suppresso nomine refert Suarez supra vers. sed inquires. Azor. 1. p. lib. 15. cap. 13. quæst. 5. Filliuc. tom. 1. tract. 4. num. 261. in dicta Clem. prohiberi tantum Paschalem communionem, & in articulo mortis, tum quia prohibetur solum administratio eorum Sacramentorum, quæ numquam fuit concessa, ergo prohibet etiam tantum communionem, quæ non solet concedi, ideo damnat præsumentes; præterea id videtur innuere Glossa dum facti speciem format dicens. Aliquis meus parochianus petijt sibi dari extremam vnctionem, quæ fuit sibi data per Religiosum forte mendicantem, sine meo mandato; vel etiam forte in die Paschæ Religiosi receperunt aliquos in suo altari ad recipiendum corpus Christi; ex quibus colligi-

tur

tur quæ fuerit mens Glossæ super hoc cap. quam puto certam, & in praxi seruari ex consuetudine testatur Filliucc. Inquit enim vnusquisque accipit vbicumque Eucharistiam excepto Paschate, & viatico.

6. Respondeo, dato & non concesso, quod illa Clem. reuocaret antedata priuilegia, non potuit tamen ligare manus successorum Pontificum, quin eadem possent concedere. Par enim in parem non habet imperium, & Summi Pontifices succedunt alter alteri cum eadem plenitudine potestatis cap. Proposuit extr. de concess. præben. quintam responsionem puto omninò veram, & tenendam. Ad id quod dicitur solere adijci in breuibus, sine præiuditio iurium Parochialium.

132 † Respondeo iura Parochialia absolutè considerata à Siluest. verbo Parochia septem recenseri. P. quod populus in Ecclesijs Parochialibus sacrum audiat. 2. vt Parocho decimas soluant. 3. Oblationes, & primitias. 4. Quod Parochi dent pænitentias. 5. Quod Sacramenta ministrent. 6. Sepultura mortuorum. 7. Benedictiones nubentium. Considerata vèro respectiuè quoad Regulares ex Gregor. IX. qui hoc explicauit fratribus Prædicatoribus intelliguntur tantum oblationes, decimæ, & Primitiæ Siluest. vbi supra Tabiena verbo Parochia; & Parochialis Sacerdos: Roderiq. tom. 3. quæst. 28. art. 1. vbi testatur id declarasse Sixtum IV. quoad omnes mendicantes; & in mari magno Carmelitarum quod refert Roderiq. in coll. Priuileg. sub Sixto IV. Bulla 37. num. 87. in spetie ita habetur. Et ne de iure huiusmodi possit aliqua quæstio suboriri, iuris huiusmodi appellatione intelligimus decimas, & primitias dumtaxat, quæ à laicis solent clericis exhiberi. Ex quibus apparet, quæ sint iura parochialia, cum de illis agitur in priuilegijs regularium nec possunt vltra extendi, nimis enim arctat dictio illa, dumtaxat. Adde ex Suar. to. 4. de Relig. tract. 9. lib. 9. cap. 3. nu. 4. Illa verba Absque præiuditio iurium Parochialium apponi in priuilegijs ad conseruandum ius, quod habent Prælati inhibendi subditis etiam sub anathematis pæna, ex iusta tamen causa, vt si essent publici peccatores nec constaret de pænitentia, item ne in Paschate sumant Eucharistiam, quam de manu proprij Parochi; Tunc enim si aliquid facerent Regulares, facerent in preiuditium iurium Parochialium. At si id facerent intuitu solius iurisdictionis non essent audiendi, ipsi enim inferrent iniuriam subditis, & Regularibus, & tunc cum Petro Damia. li. 8. Epist. 19. tom. 1. dici posset contra vos itaque multum conquerimur, quia quidam vestrorum ausus fuit temerario ore dicere à Monachis nullo modo communionem esse accipiendam, insuper etiam, suscipiens excommunicauit, & in opprobrium nostrum immo, & in condemnationem suam, & illorum, recommunicare præcepit, ita Beatus Petrus.

133 † Ad cap. Omnis vtriusque sexus dico loqui ibi tantum de communione paschali, non autem de alijs. Ad id quod dicitur, quod iura prospiciunt aliorum indemnitati. Respondeo optime esse prospectum indemnitati Parochorum, nihil enim per priuilegia Regularibus conceditur, quod Parochis sit debitum, supra traditum est;

134 † Non enim restringitur eorum ordinaria potestas, non decimæ, non oblationes subtrahuntur. Optime enim D. Thom. opusc. 19. cap. 4. col. 19. litt. E. dicit præiuditium, tunc fieri alicui, cum ei subtrahitur, quod in fauorem eius introductum est, at subiectio subditi ad pastorem Ecclesiæ non in ipsius pastoris, sed in subditorum vtilitatem est ordinata; videatur ibi S. Doctor & S. Bonauentura in opusc. quare Fratres prædicat. prædicent col. 4. multa enim habent ad rem facientia.

135 † Ad id quod additur vlterius concessam facultatem testandi esse intelligendam legalem, & vsitatam iam respondimus supra, & nunc paritèr respondemus ex D. Thom. loco alleg. col. 2. litt. B. legitimam facultatem testandi esse illam, quæ dat facultatem testandi secundum solemnitates à iure requisitas, non autem, quod licentia testandi sit ab alio petenda; esset enim inutilis talis petitio, quia facultas testandi iam est data, ita & cum Summus Pontifex concedit legitimam facultatem prædicandi concedit prædicandi vera dogmata, cum concedit administrandi Sacramenta, quod hoc fiat secundum ritum Sanctæ Ecclesiæ, non autem quod licentia sit ab alio petenda, cum ipse concedat, vide S. Doctorem, qui etiam addit ex hoc non inuerti Ecclesiasticam hierarchiam, quia qui est inferioris ordinis potest superioris officium exercere manens in suo ordine. Adde quod ex iure pontificio competunt Parocho, quæ mandat Regularibus, ergo qui potuit illis conferre, poterit alijs delegare.

136 † Ad cap. placuit, & similia. Respondet S. Thomas col. 16. lit. E. per ea tantum ostendi, quod Religiosi non possunt propria auctoritate Sacramenta ministrate, non autem simplicitèr arceri quin id possint auctoritate sibi à Papa delegata, vel ab Episcopo, quod esset contra caput. Peruenit 16. q. 1. Nec inde fit quod Monaci ad Sacramentorum administrationem sint minus idonei legatur text. cap. sunt nonnulli 16. q. 1. ego tantum ista verba referam à S. Pontifice de Regularibus prolata inquit enim. Quanto quisque est celsior, tanto est & in his potentior. Ex quo possunt deducere sæculares Sacerdotes, quorum priuilegia sint præferenda in concursu dignitatis. Videatur B. Petrus Damianus lib. 5. epist. 19.

137 † Ad sequelam verò, quod Monaci maiorem haberent auctoritatem, quam Episcopi. Respondeo hoc non sequi; Episcopi enim habent ordinariam, Regulares verò delegatam; Ex quo sequitur non bene inferri, quod possint dici vniuersales Ec-

138 clesiæ Rectores, cum sint delegati. † Quod autem S. Pontifex non assumat sibi titulum vniuersalis Pastoris omnium Ecclesiarum, non ex eo est, quia non habeat immediatam auctoritatem; sed quia vnicuiq; non præficitur immediate vt proprius & immediatus, quo casu cessaret potestas omnium aliorum.

139 † Ad 3. principale argumentum. Respondeo, vt alias etiam respondi Parochum non debere ex administratione Sacramentorum colligere pro suo regimine mores Subditorum, nimis enim grauis redderetur confessio: deinde Respondeo hoc satis explicasse Ecclesiam quomodo sit intelligendum, cum declarauit teneri sumere Eucharistiam omnes subditos de manu sui Parochi tempore Paschali.

140 † Ad quartum omissis multis, quæ pro responsione adduci possunt; Respondeo Sacram Congregationem, requisito Summo Pontifice, An Episcopi possint regularibus præscribere, vt certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel alias illorum priuilegia infringere, ac moderari in Sacramentis administrandis, Respondit eodem approbante hac in parte Constitutionem nihil noui iuris induxisse,

nec

nec vllam nouam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse. Ideoque in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, vt certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel alias illorum priuilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. Quod si aliunde Episcopis huiusmodi facultas competat illam non fuisse ab eadem Constitutione sublatam, ita in declarationibus insertis in bullario, quæ omnino sunt videndæ immediatè post dictam Constitutionem.

141 † Ad quintum sunt expendenda priuilegia Cleri, quod vt facilius fieri possit summatim, & fideliter seriem totam negotij subijciam; quæ talis est. Cum Sixtus IV. audiuisset, quod Plebano, & Presbyteri Curati adeo tenues redditus haberent, vt à cura animarum desistere cogerentur &c. vt illis opem ferret, decreuit, quod non obstantibus priuilegijs Ordinibus mendicantium à se concessis præsertim per mare magnum, consuetudines antiquæ, quoad funeralia, & Sacramentorum administrationem seruarentur, & nihil contra eas permitteretur innouari. Litterarum verò executionem Ordinario committit, non obstantibus facientibus in contrarium. Hic est tenor illius Constit.

Paulus III. habet quod cum Leo X. eius prædecessor audiuisset Sixtum IV. pariter eius prædecessorem edidisset Constitutionem, cuius tenorem refert, & ipsemet Leo in Concilio Lateranensi decretum statuisset, & tamen quod Regulares quidam prætextu indultorum Apostolicorum Laicorum confessiones &c. ipsosq; Curatos quartis, & alijs portionibus defraudare præsumebant, & litteras ipsius Sixti transgredi non verebantur; Litteras ipsius prædictas, & omnia, & singula in eis contenta, indeque sequta rata, & grata habens confirmauit, approbauit, & innouauit, & earum exequtionem eidem N. mandauit, quia verò morte præuentus ipse Leo Decimus eas non potuit expedire, ne præfati Oratores frustarentur earum effectu Adrianus Sextus, qui Leoni successit mandauit eidem N. quatenus litteras Sixti, & Leonis decretum publicando, illas, & in eis contenta inuiolabiliter, & inconcussæ obseruari auctoritate Apostolica, mandaret nec quidquam contra illarum tenores permitteret innouari.

Postremo ipse Paulus Tertius audito, quod N. alijs negotijs detentus exequtioni dictarum litterarum multoties interesse non poterat, & Ciuitas aliquando Nuncio careret; ex quo Regulares perseuerabant adire domos Parochianorum Missas &c. & alia ad dictos Curatos spectantia absque illorum licentia facere auderent in eorum non modicum præiuditium, & iacturam, propterea mandat Nuncio, & Primicerio, vt constito, quod N. sit impeditus, vterque, aut alteruter eorum ad exequtionem earundem litterarum iuxta illarum continentiam procedant, proinde ac si à principio illis directæ fuissent. Hæc & summa priuilegiorum, & series facti.

142 † Ex quibus luce meridiana clarius patet nihil amplius decerni, quam quod consuetudines solitæ seruentur, & quod id, quod tunc controuertebatur. est, quod Regulares virtute suorum priuilegiorum irrequisitis Parochis illa præstarent. Non enim dubitatum fuisset si de eorum consensu illa præstitissent. Probato ergo quod ex consuetudine Sacramentum Eucharistiæ in dictis Oratorijs irrequisita quacunque licentia ministrentur tota quæstio est expedita.

143 † Statuo ergo 2. conclusionem, & dico Regulares posse ex consuetudine extra proprias Ecclesias ministrare Sacramentum Eucharistiæ irrequisita cuiuscunque licentia. Pro dicendis, & ad efficaciam probationis.

144 † Noto posse induci consuetudinem ministrandi Sacramenta, & eo modo esse seruandam, quo est introducta, quia quidquid humana lege potest fieri, id consuetudine posse fieri non est negandum, l. de quib. ff. de leg. cap. fin. de consuetud. D. Thom. 1. 2. q. 97. a. 3. & Doctores communiter, & ego tradidi in Responso 3. in princ. & dum ibi agerem de consuet. Sed potest Summus Pontifex concedere, quod Regulares possint eo modo tanquam delegati ministrare Sacramentum Eucharistiæ, ergo & potest consuetudine induci.

145 † 2. Quidquid potest priuilegio, potest & consuetudine saltem immemorabili, l. hoc iure, ductus aquæ ff. de aqu. quot. & æst. & nos supra loco cit. Consuetudo enim habet vim legis Camillus Borellus multis relatis in sum. tom. 1. tit. 14. nu. 49. Mant. de tacit. lib. 23. tit. 27. num. 22. & quæ priuilegio competere possunt competunt ex immemoriali consuetudine Sanctar. alios adducens var. res. q. 15. nu. 13. Quis autem neget S. Pontif. dictam facultatem posse concedere, ergo & consuetudine induci.

146 † 4. Priuilegium præsumitur ex diutina possessione, vel quasi illius rei, vel iuris, quod non potest haberi citra Principis priuilegium, Menchac. illustr. quæst. cap. 62. num. 6. Nauar. de priuil. cons. 8. num. 1. in Romæ impressis, & cap. super
147 quibusdam §. præterea; de verb. signif. † docet priuilegium Papæ præsumi, & censeri sufficientèr probatum, si allegetur possessio temporis, cuius initij non extat memoria, & Mantic. de tac. lib.
148 13. tit. 27. nu. 22. asserit, † quod ad probandum titulum, seu priuilegium sufficit allegare tempus immemorabile, & Nauar. cons. 9. num. 4. de Reg.
149 ex impressis Brixiæ tradit, † quod si quis allegaret aliquid ex priuilegio Papæ sibi competere, & ad id probandum litteras Apostolicas non haberet, probando consuetudinem immemorialem, sufficienter probaret titulum, & priuilegium à se alle-
150 gatum; † Et iurisdictionem consuetudine sicut, & priuilegio posse acquiri suse probat Petrus Gregor. Syntag. iuris lib. 47. cap. 22. num. 20. & Borellus in Sum. tom. 1. tit. 14. num. 60. & in specie de iurisd. excommunicandi Leo thes. for. Eccles. part. 3. cap. 8. num. 96.

151 † Tandem quod id quoad Eucharistiæ, & aliorum Sacramentorum administrationem attinet consuetudine possit induci, vt licite, & absque vllo excommunicationis metu possit exerceri tradunt. S. Antonius 2. part. Sum. tit. 24. cap. 54. §. Quis intelligatur. Siluest. Excom. 7. num. 42. Tabien. eodem tit. cas. 11. num. 7. Tuschus. lit. C. conclus. 938. Suarez ad 3. part. tom. 5. disp. 22. sect. 4. num. 11. Camerat. de Sacra. tract. 4. cap. 9. dub. 5. & alij communiter, & deducitur ipso priuilegio clare in quo dum deciditur an hoc modo possint regulares Eucharistiam ministrare, dicitur consuetudines esse seruandas, ergo possunt dari; & Mar-
152 cus Ant. Genu. prax. neap. c. 50. inquit, † quod in Xenodochis sacramenta administrare pertinet ad Parochos, non ad Sacerdotes ibidem inseruientes, nisi id sit legitimè præscriptum siquidem, inquit ipse, potestas administrandi Sacramenta, &

ipsa

ipsa animarum cura præscribi possunt, & induci consuetudine Clem. quia contingit §. Cæterum de Relig. dom. vbi Gloss. Cardin. Imola Ancharanus,
153 & alij † ad quam tamen requiritur spatium quadraginta annorum secundum eosdem Paul. Card. & Imol. ita Genuensis.
154 † Imò licet delegati non possunt subdelegare, possunt tamen qui id obtinent ex consuetudine ita post D. Anton. Bart. Med. Adria. & Siluest. Zambranus de Sacra. cap. 7. dub. 1. num. 7. & Sanchez de matr. lib. 3. disp. 31. num. 15. Cum ergo consuetudo possit induci quis negabit regulares esse admittendos ad illam probandam, si illam pro se adducant? Quod si adducant, nulla difficultate probabunt, cum quotidiana experientia immemorabili constet sacramenta administrare, nec vllo modo possit constare de petita licentia.
155 † Nec valet dicere ista esse vera de consuetudine, quæ præter longissimum tempus requirit, frequentiam actuum fuisse à iudice probatam, aut in publico iuditio firmatam; quia non minus falsum est primum, ac sit falsum secundum requisitum, falsum est primum, quia ad consuetudinem firmandā non requiritur personalis scientia principis, sed sufficit legalis, ita tradidimus Respondeo 3. alias allegato, & docent, cum allegatis Doctoribus Moneta de decimis cap. 5. num. 88. & de distrib. quotid. part. 2. quæst. 12. num. 19. Azor. institut. moral. par. 1. lib. 5. cap. 18. quæst. 7. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 82. nu. 20. & in tract. de leg. Suarez lib. 7. cap. 13. per totum præcipuat nu. 6. & cap. 18. nu. 14. Salas. disp. 19. nu. 62. & alij, & nos supra probauimus, Falsum est etiam secundum hanc enim conditionem nō requiri testatur de cōmuni plurimis relatis Moneta de distr. quotid. par. 2. quæst. 12. nu. 19. & Suarez de leg. lib. 7. cap. 11. nu. 2. Salas disp. 19. sect. 6. nu. 66. & sect. 11. nu. 93. & alij, & nos eodem Respondeo 3. probauimus.
156 † Dices Missas dici in Oratorijs priuatis, & eodem modo administrari Eucharistiam, quod non potest satis esse ad consuetudinem inducendam, quia talia non potuerunt esse cum patientia Parochorum, cum illa non potuerint scire, quia intra domesticos parietes fiebant. Sed quia hoc argumentum duo petit, ambo dissoluam; primum est quod isti actus nempe celebratio, & administratio sint occulti, & clandestini. Secundum est quod non sint cum patientia Parochi, cum illos ignorent.
157 Ad primum ergo dico non esse † occultos, & clandestinos; sed notorios, & publicos; saltem publicitate facti; cum sint gesti in domis, vt plurimum, magnatorum; in quibus, cum multi sint, & omnes videant, & intersint, licet fiant in priuatis domibus adhuc dicuntur publici publicitate facti; vnde ita blasphemantes dicuntur publici blasphemi cap. statuimus de maled. & ibi Doctores, quos allegat, & probat Tusc. lit. P. conclus. 967.
158 nu. 1. † & hanc publicitatem esse satis ad inducendam consuetudinem firmat Suarez de legi. lib. 7. cap. 10. num. 5. & alij quot autem personæ acquirantur id remittitur iuditio prudentis viri pensatis circumstantijs loci, temporis &c. Pauormit. in cap. Per vestras num. 16. de Cohab. Cler. & nula. Quod ad rem nostram non multum indiget probatione, cum indifferenter in omnibus Oratorijs, ad quæ vocati hactenus fuerunt Regulares, ea
159 semper præstiterint. † Quod autem non requiratur scientia illorum, contra quos præscribitur testatur Suarez lib. 7. cit. cap. 18. num. 15. & Sanctarell. alijs relatis Var. ref. quæst. 15. n. 6. stat. ergo consuetudinem dicendā inductā, cum interueniant
160 posita requisita. † Possunt enim regulares familiæ inducere consuetudines etiam legum præscriptiuas Mirand. tom. 2. Manual. Prælat. quæst. 28. art. 3. Campanil. Rub. 10. cap. 20. num. 40. & rub. 12. cap. 12. num. 5. & Suarez de leg. lib. 7. cap. 9. num. 11. Salas item de leg. disp. 19. sect. 11. num. 91. & alij. Sed ipsamet Cleri priuilegia expendamus, & probemus ex ipsis Regulares posse Eucharistiam ministrare, & missam celebrare modo dicto irrequisitis Parochis hoc modo.
161 † P. In priuilegijs Cleri nihil amplius conceditur quam quod seruentur consuetudines. Sed consuetudines antiquæ, & præsentes erant, & sunt quod regulares ista præstarent, & præstent irrequisitis Parochis ergo istas seruaudas est tenen-
162 dum. Maior probatur. † Legum actus sunt ex D. Thom. 1. 2. quæst. 91. art. 2. imperare, vetare, permittere, & punire; quod etiam habetur in cap. Omnis autem lex dist. 4. ex quo fit illa tantum in lege esse consideranda, quæ ponuntur dispositiue per verba præceptiua, promissiua &c. vt præcipimus, maudamus, indulgemus, concedimus &c.
163 † non autem enunciatiua, quæ nihil disponunt Bartol. quem refert Eucrand. loco à ratione legis
164 larga. num. 3. † nec ista possunt allegari ad decisionem causarum Tusch. litt. L. conclus. 274.
165 † Neque quæ ponuntur causatiue, idest per modum causæ, quæ non disponunt; sed inseruiunt tantum ad maiorem declarationem Miranda tom. 2, quæst. 25. art. 26. conclus. 4. & 5. sed in prædictis priuilegijs dispositiue ponitur tantum, quod seruentur consuetudines, ergo de istis tantum priuilegia disponunt, quod autem de consuetudinibus tantum disponant dubitare esset in luce clarissima excutire inspiciantur priuilegia Minorem. Probo quoad primam partem nempe quoad consuetudines antiquas ex quodam diplomate Clem. VII. in fauorem Cleri quod tale est.

Clemens VII.

166 Dilecti † filij salutem, & Apostolicam Benedictionem. Nuper nobis exponi fecistis, quod, licet quamplurimi nobiles, & graduati Veneti, inter alia indulta Apostolica eis concessa, Missas in eorum domibus cum altari portatili, & debitis honore, & reuerentia, per quemcumque Sacerdotem per ipsos eligendum, celebrari faciendi licentiam, & facultatem ab Apostol. Sede obtinuerint; nihilominus Ven. Frater Patriarcha Venet. omnibus, & singulis præsbiteris sæcularibus dictæ Ciuitatis Venet. sub excommunicationis, & forsan alijs pænis, ne missas huiusmodi, etiam quod ab habentibus facultatem, & licentiam Apostolicam huiusmodi eligantur, celebrare audeant, expresse mandauit. Ex quo succedit, quod facultatem huiusmodi habentes non valentes Sacerdotes, habere alias religiosos, & regulares, qui Missas prædictas iuxta tenorem facultatum huiusmodi celebrent, recipere coguntur, in dedecus damnum, & deuotionis sacerdotum sæcularium diminutionem. Quare nobis humilitèr supplicari fecistis, vt vobis in præmissis prouidere de benignitate Apostolica dignaremur Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinari, vobis, & vestrum cuilibet, vt quotiescumque ab habentibus facultatem

tem huiusmodi, in casu infirmitatis, & necessitatis requisiti, & vocati eritis, & in Ecclesijs, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis per vos in dicta Ciuitate Venetiarum pro tempore obtentis Missas celebrare non teneamini, Missas in domibus priuatorum, facultatem huiusmodi habentium libere, & licite celebrare valeatis Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & elargimur. Quo circa Ven. Fratribus Patriarchæ Aquileiensi, & Episcopo Paphensi Venetijs commorantibus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel per alium, siue alios, vobis, & vestrum cuilibet in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant vos, & vestrum quemlibet auctoritate nostra licentia, & facultate prædictis frui, & gaudere, non permittentes vos desuper quomodolibet molestari. Præfatum Patriarcham non parentem per censuras Ecclesiasticas innocato etiam ad hoc si opus fuerint auxilio brachij sæcularis compescendo. Non obstantibus quibusuis præceptis, mandatis, & monitorijs per Patriarcham huiusmodi, & eius officiales factis, & faciendis, cæterisque contrarijs quibuscumque Dat. Bononiæ sub annulo piscatoris die XI. Septembris Pontificatus nostri anno VII. Euangelista. A tergo Dilectis filijs Plebanis, & Præsbiteris Venetiarum.

167 † Ex qua constitutione elicio primo tunc temporis Regulares censuetisse in dictis Oratorijs Missas celebrare; nec vllibi constare de licentia asserta petenda, imo cum numquam nec successiuis temporibus fuerit petita, & Missæ celebratæ supponendum est neque tunc temporis fuisse petitam.

2. Præsbiteros sæculares non posse super his prætendere ignorantiam, cum apertè ex hoc breui, vel Constitutione constet omnibus notum fuisse illis vsq. temporibus.

3. Cum Summus Pontifex concedit quod liberè, ac licitè aliquid fieri possit, intelligere quod id possit fieri nullius alterius requisita licentia, imo quolibet contradicente. Nam hic volens Sacerdotes in viis facultatis nobilibus concessæ eligendos posse celebrare etiam inuito Episcopo nulla alia verba adhibet, quam ista liberè, & licitè celebrare valeatis Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & elargimur. Et sequentia non augent facultatem sed posita sunt tantum pro executione concessorum.

4. Manifestè constat Patriarchã inhibuisse sæcularibus non verò regularibus ergo aliqua maior ratio vrgebat, quæ certe esse debet quia non poterat.

5. Hoc decretum emanasse, non quia ius aliquod Parochi prætenderent contra Regulares, non enim supplicant contra ipsos, sed ne lucra amitterent &c. Quod si potuissent ipsi impedire regulares, eis denegando facultates, si petere debuissent, certe sibi ipsis facilè consuluissent. Sed cum Regulares soli vocarentur, nec ipsis vnquam fuerint inhibitum, ne constet de petita licentia dicendum est nec consueuisse petere; Præterea non supplicant eo quod Regulares eos defraudarent lucris &c. sed quia illa non consequebantur; quia non erant vocati, quod valde diuersum est.

168 † Ex quibus patet illis temporibus viguisse hanc consuetudinem; & confirmatur ex Priuilegio Pauli III. suprarelato ibi illisque tempore infirmitatis eorundem Euchatistiæ, & forsan alia Sacramenta Ecclesiastica ministrare &c. & alibi in alijs; & ita manet probata consuetudo antiqua; de recenti hoc sufficiat dicere non extare hominum memoriam, quando inceperint regulares Missas celebrare, & Eucharistiam administrare, & semper irrequisitis Parochis, quod si afferant licentias fuisse datas enim negatiua sit improbabilis, ad eos spectabit affirmatiuam probare.

169 † 2. Probo priuilegia clari fauere regularibus non autem ipsis nocere. Quæ clero conceduntur spectant tantum ad communionem, quæ est de præcepto, non ad illam quæ est ex deuotione, cum ergo de hac nihil ad Regulares, vtique illis tales concessiones nihil nocent, imo fauent. Antecedens

170 probatur quia † vna lex aliam allegans secundum illam est intelligenda arg. l. Cum quidam ff. de his quib. vt indig. vbi Bartol. tradit dictum Iurisc. esse intelligendum secundum legem quam allegat, & dictum Gloss. iuxta eundem Bart. in l. Non solum §. si liberationis oum. 7. ff. de liber. leg. est exponendum secundum legem quam refert; sequitur Tuscus liter. D. conclus. 554. nu. 4. Sed priuilegia clari allegant, Sixti IV. mare magnum à se editum, & consuetudines antiquas. Leonis X. rescriptum Sixti IV. & Constitutionem à se editam in Concilio Lateranensi, Adriani VI. decretum Sixti, & Leonis; & postremum Pauli III. omnia prædicta ergo secundum ista sunt intelligenda. Quid ergo continent ista? Consuetudines. 1. In mari magno Eucharistiam pro viatico Ecce verba Præterea, quia Parochialium Ecclesiarum rectores præfati erga illos, qui dicti Ordinis Prædicatorum fratribus eorum peccata confitentur; persæpe in exhibitione Eucharistiæ, & extremæ vnctionis se reddunt difficiles, concedimus ipsis fratribus Ordinis Prædicatorum, vt personis eis confessis, quibus rectores præfati sine rationabili causa deuegauerint, seu maliotiose distulerint Eucharistiæ, & extremæ vnctionis Sacramenta ministrare, super quo eorundem Confessorum assertioni stari debeat, illa petentibus posse impune exhibere In Constit. Leonis X. edicta in Lateran. ita Eucharistiæ vero, & extremæ vnctionis aliaque Ecclesiastica Sacramenta illis quotum, etiam infirmorum ac decedentium confessiones audierint, dicentibus proprium Sacerdotem illa sibi dare deoegasse, dare nequeant, nisi denegatio, sine legitima causa facta vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram notario publico facta doceretur. At quis non videat ibi esse sermonem tantum de viatico? 1. Quia simul cõnectuntur Exerema Vnctio, & Eucharistia ex quo colligitur agi de Eucharistia quæ datur, vt datur

171 extrema vnctio † ex tenore enim legis, vel priuilegij eruitur eorum legitimus sensus cap. Porro cap. accepimus cap. Cum plantare cum Gloss. de priuil. Cochis tom. 1. par. lib. 1. quæst. 2. num. 9.

172 deinde copulatiua, † Et, quæ vtrobiq; ponitur inter vtrumque Sacramentum adeo equaliter copular, vt idem sit iudicium de vno ac de altero Barbos. dict. 110. num. 9. preterea numquam est auditum conditiones ibi requisita fuisse consuetas

173 in alijs casibus, quam in articulo mortis. 4. † & vltimo vnum priuilegium per alterum elucidatur, & quod vni deest per aliud suppletur Bald. in cap. auditis num. 4. de rescript. & fusius Iason l. triticum ff. de verb. oblig. num. 6. Suarez de legib. lib. 8. cap. 28. num. 19. quod maxime locum habeet cum lex interpretans est posterior Salas de leg. disp.

disp. 21. sect. 3. Reg. 10. Azorius par. 1. lib. 5. quæst. 9. ideo cum in constitutione Leonis habeatur, & agatur de Eucharistia danda illis, quorum etiam infirmorum, & decedentium confessiones audierint; sequitur, quod de eadem vbique sit intelligendum. Ex quibus remanet probata consequentia nempe Cleri priuilegia regularibus in hoc casu non nocere, cum agant tantum de communione pro viatico; & cum consuetudinibus standum esse affirment, illis fauere, cum consuetudines pro regularibus esse supra probauerimus.

3. Probo nihil obstare dicta priuilegia. Dato quod amplissime essent intelligenda, quod tamen est falsum, quia priuilegia ius tertij lædentia sunt stricte interpretanda, vt infra, dato tamen, & non concesso, adhuc tamen probo nihil obstare. Quia dicta priuilegia non tangant Regulares nisi Missas celebrando, & Eucharistiam ministrando Parochis in quartis, & alijs portionibus Canonicis præiudicent, cum præsumptione defraudandi, & cum illorum præiudicio, & temeraria transgressione litterarum Sixti. Omnia autem ista abesse in casu proposito iam satis, superque supra probatum est. Quod hoc fiat non solum sine præsumptione fraudandi Parochos quartis &c. imò quod nullum eis super hoc damnum inferatur certo certius est, & si asseratur debet probari. Quod sit absque eorum præiuditio, patet ex dictis, nam dictas licentias prætensas non petere Parochis non præiudicat, quia Regulares vtuntur iure suo, nec inter iura parochialia connumeratur &c. vt sup. Tandem quod non sit cum temeraria transgressione litterarum Sixti est manifestum, quia illarum transgressio constare potest tantum in dictis.

174 † Quartò, priuilegia Cleri lædunt ius regularium, ideo strictè interpretanda per ea quæ habet Tapia in Rubr. de Constitut. Princ. cap. 6. nu. 1. & Moneta de distrib. quot. p. 2. quæst. 14. nu. 7. & latius de commut. vlt. volunt. cap. 8. num. 511. Sanct. vat. resol. quæst. 18. num. 15. &c. lædunt autem primo ius Regularium, quod iam illis est acquisitum si intelligantur, vt prætenditur. Secundò læditur ius, quod habent fideles. Tertiò læditur ius publicum, in publicam enim vtilitatem priuilegia probauimus concessa Regularibus. Aduerte tamen Lector ista priuilegia Cleri deseruire tantum in illis Ciuitatibus, pro quibus data fuerunt.

175 † Nunc remanet soluendum vltimum argumentum contrarium, quod est sextum in ordine ex Synodali Constit. quæ talis est. Nullus Sacerdos etiam de Plebani consensu aliquod Sacramentum in propria ipsius Ecclesia administret. Qui contrafecerit, tam Plebani similes licentias concedentes, quam Sacerdotes suspensionem ipso facto incurrant.

176 † Ad quod respondeo. 1. Non esse adeo certum, an hoc decretum possit fieri in Synodo Diæcesana; cum enim Plebanis, & Curatis ex iure communi competat tales facultates concedere, nescio quomodo iure Synodali possit statui in contrarium,
177 † Sed quidquid sit de hoc. Respondeo 2. quoad Regulares hoc decretum esse omninò irritum, quia in Clementina Religiosi supracitata habetur, quod non possint ministrare Eucharistiam &c. sine presbyteri parochialis licentia; ergo cum illa possunt, quomodo ergo potest Synodus Diæcesana
178 contra ius commune statuere? Tertiò † dico in dicto decreto Regulares non comprehendi, quia ibi nulla de ipsis fit mentio expressa, quæ tamen erat facienda cum in generali dispositione non veniant exempti cap. 1. de constitut. in 6. cum alijs adductis per Cochier. tom. 1. lib. 1. quæst. 5. num. 14. & alijs. 4. Synodalibus Constitutionibus non subduntur Regulares Suarez. de leg. lib. 4. cap. 20. per totum, Salas disp. 14. sect. 4. nu. 43. Roderiq. ante ipsos tom. 3. q. 58. a. 9. & tom. 2.
179 q. 63. a. 2. Cochier. tom. 1. lib. 4. q. 40. † Imo addo Regulares Synodalibus Constitutionibus non teneri, etiamsi essent à Sũmo Pontif. confirmatæ, nisi id ipse exprimeret, vel sufficienter Regularium priuilegijs derogaret, quia confirmatio non extendit, sed tantũ dat robur statutis. Cum ergo statuta in Synodalibus Concilijs respectu Regularium sint nulla, ex confirmatione non possunt vires acquirere.

180 † Remanet ergo probatum Regulares vbique Parochis, & quibuscunque alijs irrequisitis posse extra proprias Ecclesias Missas celebrare, & S. Eucharistiæ Sacramentum administrare de sola suorum Superiorum licentia.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proponitur.*
2 *Quæ quærenda, & soluenda.*
3 *Aliqua præmittenda.*
4 *Est punctus Regulæ S. Francisci quod qualibet prouincia habeat ministrum, & Custodem.*
5 *Quomodo se haberent Prouinciæ, & Reformatio.*
6 *Quid in vsu esset quoad electiones ministrorum, & Custodum ex Const. Vrbani VIII.*
7 *Statutum Calatayarense.*
8 *Nunc quomodo eligantur minister, & Custos.*
9 *Resoluitur dubitatio ex Regula, & Decretis.*
10 *Probatur 1.*
11 *Probatur 2.*
12 *Resoluitur eidem Patri deberi Paternitatem.*
13 *Quædam obiectio soluitur.*
14 *Soluitur alia.*
15 *Resoluitur dictum Patrem esse manutenendum in sua possessione.*
16 *Possidens non est expoliandus possessione sua nisi probatur possidere clam, vi, aut metu.*
17 *Præscripsit tempore decennij elapso.*
18 *Lex reputat præsentes omnes de territorio.*
19 *Quædam obiectio soluitur.*
20 *Quæ sunt liberæ facultates non inducunt restrictionem potestatis.*
21 *Ius præcedendi est imperscriptabile.*
Consuetudo in præcedendo nihil potest operari Ex eo quod aliquis præcessit non infertur quod alius possit præcedere.
22 *Nulla in præcedentia admittitur extensio.*
23 *Ius deperditum, & possessionem præcedendi vnusquisque potest recuperare.*
24 *Quid dicendum attentis Constitutionibus Summ. Pontificum.*
25 *Quædam obiectio soluitur.*
26 *Alia obiectio pariter soluitur.*
27 *Decreta Sacræ Congregationis publicata fuerunt in Capitulo anni 1628.*

Custos electus à Prouincialibus, & Resormatis dum inter Resormatos degebat traslatus ad prouinciam an gaudeat Paternitate, & alijs priuilegijs.

C.

1 PAter N. † Adhuc inter Reformatos Sancti Francisci degens, communibus votis tam Prouincialium, quam Reformatorum fuit electus Custos vocalis pro futuro capitulo generali: vt custos semper toto tempore sui custodiatus omnibus actionibus Prouincialium, actis criminalibus simul cum alijs conficiendis, Guardianis instituendis interfuit, licet Reformatus ab ipsis Prouincialibus semper, vt Custos, fuit habitus, & vt talis patentibus litteris ministri Prouinciæ ad Capitulum generale fuit directus, nihilque prætermisit, quod ad officium custodis pertineret, quin omnia omnibus assentientibus, & nemine contra dicente peragit. Rationabilibus de caussis ad Prouinciam translatus à duodecim fere annis gaudet priuilegijs, exemptionibus, præeminentijs &c. quæ paternitate fruentibus debentur, estque in pacifica possessione; nunc tandem ab aliquibus super ijdem vexatur, asserentibus ista illi non deberi, quia licet paternitas Custodi debeatur, debetur tamen Custodi Prouinciæ, non illi, qui non Prouincialium; sed Reformatorum Custos fuit. Hinc orta alter-

2 catio; ideò † quæsitum fuit. 1. An iste N. vere fuerit Custos Prouinciæ secundum Regulam, & Constitutiones Ordinis. 2. An sit manutenendus in sua possessione. 3. Quid dicendum attentis constitutionibus Summorum Pontificum.

3 † Pro solutione præmittenda puto aliqua certa, & ab omnibus recepta sine controuersia saltem in prouincia, io qua agitur lis ista, quæ puto vbique fuisse tunc temporis vbique practicata, quæ sunt.

4 † 1. Esse punctum Regulæ certissimum, quod quælibet prouincia habeat vnum ministrum, & vnum Custodem, patet expresse in textu.

5 † 2. Tunc temporis, quando prædictus Pater N. fuit electus Custos, nondum fuisse factam diuisionem Prouincialium, & Reformatorum; sed ex omnibus vnam Prouinciam constitui: licet enim Reformati degerent in separatis conuentibus à Prouincialibus, nec Prouinciales se immiscerent in regimine Reformatorum, conueniebant tamen omnes simul ad capitulum prouinciale, & ministrum omnes simul totius Prouinciæ eligebant, qui etiam totius Prouinciæ minister dicebatur.

6 † 3. Tunc ministrum Prouincialem potuisse eligi, vel ex familia, vel ex reformatione iuxta antiquam Consuetudinem Religionis, & iuxta constitutiones Sanctæ memoriæ Clementis VIII. & Pauli V. at quando minister Prouincialis erat Reformatus Custodem eligendum pro comitijs generalibus debuisse esse ex Patribus de familia, & viee versa Prouinciali ministro existente ex patribus de Familia, Custodem comitijs generalibus interfuturum, eligendum ex reformatis, vt vtraque pars vnum vocem haberet in Capitulo. Ita expresse Decreta edita per Sacram Congregationem a S. D. N. Vrbano VIII. Fratrum minorum de obseruantia. S. Francisci Cismontanæ Familiæ consultationibus præpositam, vt videre est in Bullario immediatè ante Constitut. quinquagesimam quæ autem essent partes ministri, quomodo tunc regeretur prouincia, hoc non est ad meum institutum, cum de Custode tantum nunc mihi sit agendum.

7 † 4. Extare statutum, quod inter Prouinciales in viridi est obseruantia conditum in Capitulo Calatayarensi, quo decernitur Custodi, expleto suo officio, deberi Paternitatem, idest posse, & debere gaudere omnibus priuilegijs, præeminentijs, prærogatiuis, & exemptionibus, quibus gaudent patres in prouincia, quo statuto, licet non vtantur Reformati, quia similibus decretis renunciarunt, vtuntur tamen Prouinciales, & quoad ipsos est in vsu.

8 † 5. Nunc esse factam omnimodum diuisionem itaut Reformati suum ministrum, se solis eligant, & Custodem, & Prouinciales suum, & vbi prius vnum tantum erat Prouincia, nunc sunt duæ Reformatorum vna, Prouincialium altera, itaut in nullo amplius conueniant, nisi in incedendo in processionibus sub eadem Cruce His ita positis venio ad solutionem propositarum difficultatum, & ad primam.

9 † Dico Patrem N. ex Regula, & ex constitutionibus vere fuisse Patrem Prouinciæ, & vt talem omnino habendum, & probo. 1. Ex regula debet eligi vnus Custos totius Prouinciæ; iste fuit communibus votis omnium Patrum tam Prouincialium quam Reformatorum, nec alius reperitur electus ergo iste veræ fuit Custos Prouinciæ maior, & minor est manifesta vna ex textu, altera ex facto consequentia patet, vt regulæ sit satisfactum.

10 † 2. Dictus Pater toto tempore sui custodiatus exercuit omnia, quæ illi competebant, vt Custodi Prouinciæ; interfuit prouisionibus Guardianorum, in capitulis Prouincialium habuit vices, & voces, acta criminalia cum alijs, ad quos spectat, confecit, sententijs ferendis adfuit, omniaque nemine contradicente præstitit, quæ ad Custodem prouinciæ spectant, ergo, vt custos Prouinciæ est habendus.

11 † 3. Ab omnibus patribus de prouincia, vt Custos Prouinciæ est habitus, vt talis à ministro Prouinciali ad Capitulum Generale directus ergo etiam nunc vt talis est habendus, maxime concurrente legitimo titulo electionis certæ.

12 † Dico 2. Eidem Patri N. deberi Paternitatem, & consequenter debere gaudere omnibus priuilegijs, exemptionibus, & cæteris Paternitati annexis, & probo est vere Custos Prouinciæ ergo Pater ex Capitulo Calatayarensi, ergo omnia illi debentur, quæ patribus sunt debita, ergo exemptiones præcedentias &c.

13 † Dices 1. Iste Pater N. degens inter Reformatos istis numquam est gauisus, ergo neque inter Prouinciales debet gaudere. Respondeo Consequentiam non tenere; Ratio est, quia vnusquisque iudicandus est iuxta leges fori, quem sortitur. Inter Reformatos legibus, ac statutis reformatorum iudicabatur, nunc inter Prouinciales Prouincialium legibus, & statutis est censendus. Cum ergo in Prouincia istæ exemptiones priuilegia &c. debeantur, & ipse Prouinciæ fuerit Custos, vtique, vt Custos Prouinciæ legibus Prouinciæ est iudicandus. Nec refert quod istis non sit gauisus inter Resormatos, qui huiusmodi priuilegia respuant.

14 † Dices Patrem istum N. non fuisse Custodem

Pronincias, sed Reformationis, quod nos falso asserimus; ideo priuilegijs Prouincialium non debere gaudere. Probatur antecedens ex communi denominatione, qua vocabatur Custos Reformatus. Respondeo verum esse, quod nos asserimus, nempe vere dictum Patrem fuisse Custodem Prouinciæ, quod satis probauimus. Ad probationem dico non ideo fuisse appellatum Custodem Reformatorum, eo quod esset Custos Reformatorum; sed quia ex Reformatis erat electus iuxta superius dicta, vel etiam quia vocem in Capitulo habebat pro Reformatis; sed non inde sequitur, quod non fuerit Custos Prouinciæ. Exemplo res fit manifesta. In Religionibus, quæ constant ex diuersis nationibus v. g. Veneta; Paduana, Vicentia, Veronensi &c. eliguntur Superiores modo vnius, modo alterius nationis, & denominantur ex eadem natione, & tamen non superior illius nationis est, sed totius conuentus, vel totius religionis, ita & in casu nostro decretum est per Sum. Pontificem, vt existente ministro Prouinciali Custos sit Reformatus, vt vtrique, tam Reformati, quam Prouinciales habeant suam vocem in Capitulo ergo Custos Reformatus erit tantum Custos Reformatorum non tenet, quia alia etiam, vt Custos Prouinciæ in prouincia exercet munera, vt exercuit Pater, de quo loquimur, per quæ vere constituitur Custos Prouinciæ, denominatio igitur fit à loco ex quo desumitur, non ab opere quod exercet.

15 † Ad secundum quæsitum. An dictus Pater N.
sit manutenendus in sua possessione, quam pacifice
iā à duodecim fere annis possidet: Respondeo esse
manutenendū ratio est. Quia nemo cū legitimo
titulo existens in possessione, possessione sua est ex-
poliandus, sed volenti possidentem amouere in-
cumbit onus probandi, illum non possidere legiti-
16 me. Lessius de iust. lib. 2. c. 3. dub. 3. nu. 52. † &
nisi probet possessorem clam, vi, aut metu posside-
re possidens in sua possessione est manutenendus §.
Quorum ius Instit. de iurisd. Lessius loco cit. & in
17 dubio melior est conditio possidentis. 2. † Prædi-
ctus Pater pacifica possessione, & legitimo titulo
præscripsit contra iura aliorum, cum iam sit elpsum
decennium Instit. de Vsucap. §. 1. & l. Cum inter
longinquas C. de præscript. long. tempo. quod ve-
18 rum est inter præsentes, vt in casu nostro. † Nam
sicuti lex præsentes reputat omnes de territorio,
ita nos omnes de Prouincia.

19 † Dices 1. prædictum Patrem N. non esse in
pacifica possessione præcedendi, quia aliqui illi
præcesserunt; Respondeo non inde sequi ex eo,
quod aliqui præcesserunt, quod non sit in pacifica
possessione, quia tales actus nihil operantur,
20 † quæ enim sunt liberæ facultatis non inducunt
21 consuetudinem restrictiuam liberæ potestatis, † &
cum ius præcedendi sit imperscriptibile s Abbas
cons. 21. nu. 25. consuetudo in præcedendo nihil
potest operari, nec ex eo quod aliquis præcessit,
22 infertur quod alius possit præcedere, † quia nulla
in hoc admittitur extensio, est enim odiosum, vt
dictum fuit in vna Astens. Sedis 25. Februarij 1589.
coram Gypsio talique iuri præcedendi, nec tacitè,
nec expressè potest renunciari Decianus cons. 21.
23 nu. 74. lib. 1. † & ideo hoc ius deperditum vnusquisque, & possessionem præcedendi potest recuperare Bald. cons. 382. lib. 2. Purpurat. cons. 540. num. 19. lib. 2. Menoch. cons. 902. num. 78. ex quibus deducitur, quod consuetudo in præcedendo nihil operatur.

Dices 2. Ius præcedendi non potest præscribi, vt supra dictum est, ergo nihil releuat quod Pater N. sit in pacifica possessione; sed semper poterit recuperari ab alio cui competit. Respondeo hoc argumentum esse satis leue non enim nos asserimus non posse recuperari ius, & possessionem præcedendi, imò supra hoc apertè diximus, sed nunc adstruimus existentem in possessione cum titulo esse manutenendum, donec de non bono iure constet. Dicimus ergo dari præscriptionem ad manutentionem in possessione, non ad excludendas probationes docentes de bono iure alieno. Est ergo manutenendus in possessione, qui non existit, quod si opponens doceat de bono iure iuxta probationes illi ius erit ministrandum non obstante præscriptione quæ non datur.

24 † Ad tertium quæsitum quid dicendum attentis Constitutionibus Summorum Pontificum; Respondeo ex Constitutione Vrbani VIII. quæ ex postremis editis est, clare deducitur deberi illi omnia quæ debentur Custodibus Prouinciæ, quod probo. Ex illa verè est Custos Prouinciæ ergo illi debetur, quod sit verè Custos Prouinciæ ex illa; patet ex supradictis. Et quod debeantur prædicta priuilegia, exemptiones &c. patet item ex ijsdem iam dictis, & probo vlterius. Cum eligebatur Minister Reformatus, eligebatur Custos de Prouincia, & Isti ita electo omninò illa dabantur, & concedebantur inter Prouinciales ergo etiam inter Reformatos translato eadem debentur; patet consequentia, quia habet idem omninò officium Reformatus respectu Prouincialium, ac prouincialis respectu eorundem ergo quæ debentur isti, debentur etiam illi inter Prouinciales.


25 † Sed ex hoc decreto formant aliqui tale argumentum, quando Minister est de familia Custos debet esse ex Reformatis, vt vtraque pars habeat vnum vocalem in Comitijs Generalibus, ergo ille est Custos Reformatorum non Prouincialium, quia pro ipsis Generalibus Comitijs interest, non autem pro Prouincialib. Huic argumento satis supra responsum est, & miror viros alioqui doctos istiusmodi argumenta circumferre; quod genus argumentandi est istud? Minister eligitur ex Prouincia, & Custos de Reformatione, vt vterque habeat vnum vocalem, ergo est Custos tantum Reformatorum? An ne alia tunc habebat munera, quæ exerceret Custos? An ne tantum nomine Reformatorum Capitulo intererat. Si horum tantum nomine quomodo à Prouincialibus satisfiebat Regulæ, quæ requirit quod vnaquæque Prouincia suum habeat Custodem, & ministrum; Si Prouinciæ non erat Custos ergo Prouincia illa regulam non seruabat; stat ergo, quod Custos Reformatorum, & Prouincialium æque erat idem. Præterea si verum est Custodem electum ex Reformatis non esse Custodem Prouinciæ, ergo neque Minister cum ex Reformatis eligebatur erat Minister Prouinciæ eiusdem: quis hoc dicat; Si ergo Minister è Reformatis electus erat Minister etiam Prouincialium, ergo etiam Custos eodem modo electus erit Custos eorundem Prouincialium. Vtar hic etiam exemplo supra adlato, quod optime rem totam explicat, & declarat. Sunt in vna Religione Patres diuersarum nationum, ex decreto Sanctissimi, vel ex proprijs Constitutionibus debent eligere duos Superiores alterum pro regimine, alterum pro

Commitijs


Commitijs Generalibus, & vt omnes nationes gaudeant dignitatibus Religionis, & vt regimen aliquando fit apud omnes eas nationes, statutum est etiam, vt modo vna modo alia natio ad eadem officia, vel Prælatias eligatur, peto ego superior electus ex vna natione eritne superior tantum illius an totius Religionis? Præterea si post expletum munus suum, vel officium aliquæ præeminentiæ illi sint decretæ illis gaudebit tantum inter Patres suæ nationis an inter omnes totius Religionis? Quis primum dicat nisi insaniat? ergo secundum, quia vere est superior totius Religionis, & licet ex vna natione eligatur, vt omnes nationes in capitulo habeant suas voces, non ex hoc sequitur, quod nomine suæ nationis solius votum ferat, sed bene cum officium sit totius Religionis totius etiam nomine in comitijs, vel in capitulo agat aliud est enim habere vocem ne sua natio sine voce sit in Religione aliud ferre vocem quod semper spectat ad vniuersitatem. Interest ergo Capitulo, vt pars totius Prouinciæ, hoc illi officium interessendi datum est ex decreto. Constitutione, vel consuetudine, vt ex tali natione: sed quid hoc impedit quin nomine vniuersalis Religionis vel totius Prouinciæ agat? Ita in casu nostro ex decretis Sacræ Congregationis iussu S. Vrbani VIII. editis demandatur quod Custos, & minister modo ex Prouincialibus, modo ex Reformatis eligatur, vt vtraq; pars suas voces habeat in capitulo, ergo minister ergo Custos erit tantum, vel Prouincialium, vel Reformatorum iuxta modum quo fiet electio. Vide quam inepte?

26 † Dices 2. Ex Constitutione Gregorij XV. incipit onerosa Pastoralis officij, quæ est in Bullario 8. Constitutio data sub 1. Septemb. 1621. §. 2. decernitur quod Reformati non habeant in futurum inter obseruantes seu de familia aliquam dignitatem seu officium, ergo iste Pater dum fuit Reformatus non potuit esse Custos Prouincialium, cum inter illos non possit habere aliquam dignitatem, vel officium. Possem vnico verbo huic argumento respondere, quidquid sit de eo, quod ex Constitutione Gregorij esset seruandam ex Decretis Vrbani clarum esse Custodem vere esse custodem totius Prouinciæ; sed, vt scias istam constitutionem, & Decreta inter se non pugnare, aduerte, quod Gregorius asserit Reformatos non posse habere officium, & dignitatem vllam inter Prouinciales Pater iste N. non habuit inter Prouinciales suam dignitatem, vel officium sed habuit inter Reformatos; degebat enim tunc inter Reformatos, sed quia ex Reformatis, & Obseruantibus, vel Prouincialibus constituabatur vnum corpus politicum, vna Prouincia, ideo eius officium, & dignitas erat dignitas totius Prouinciæ ideo tam Reformatorum quam Prouincialium erat custos vocalis, seu Capitularis, electus videlicet ex Reformatis capitulo interfuturus nomine totius Prouinciæ. Vide ergo intellectum istius constitutionis, vt optime quadrat, & conuenit cum decretis. Stat ergo quod sicuti Custodi tunc temporis electo ex Prouincialibus debebantur illæ præeminentiæ &c. ratione talis officij debeantur etiam prædicta Patri N. licet electo ex Reformatis, nunc ad Prouinciales translato, cum idem sit officium respectu eorundem, & legibus ipsorum inter ipsas degens sit iudicandus. Nec obstat, quod ijsdem inter Reformatos non sit gauisus quia illis, isti vel renunciarunt, vel Apostolicis constitutionibus est interdictum.


27 † Decreta Sacræ Congregationis iussu Vrbani VIII. edita de quibus supra lecta fuerunt in Congregatione Generali die 15. Iunij anno 1628. Coram Eminentiss. Cardinali Gypsio Præsidente Congregationis.



FINIS.



INDEX
RERVM ET VERBORVM.



A

ABbatis nomine qui veniant. Resp. 75. num. 3. pag. 340.
Abesse non dicitur qui statim est reuersurus. Resp. 67. num. 3. pag. 276.
Ablatiuus absolutus importat conditionem. Resp. 28. num. 28. pag. 152
Limita nisi exprimat quod de iure inest non tamquam forma. num. 16.
Et nisi exprimat formam accidentalem: eodem num. 16.
Abortus est eiectio fœtus immaturi, siue animati, siue inanimati. Resp. 87. num. 21. pag. 447
Abortum procurare, & procurare sterilitatem differunt inter se. num. 17.
Abortum procurare quid sit in reseruatione casuum, & quid sit reseruare abortum. Resp. 40. nu. 5. pag. 161
Abortum studiose procurare quid sit. num. 5.
Abortus procuratio quando sit completa. num. 14.
Abortus alius voluntarius alius casualis. Voluntarius alius absolute directe, & formaliter volitus alius indirecte, & secundum quid. num. 29.
Casualis alius omninò casualis alius non omninò, & simpliciter casualis. ibid.
Abortus qualis habeat annexam excommunicationem num. 13.
Abortus quomodo reseruatus à Sixto V. quomodo à Gregor. XIV. modificata reseruatio &c. num. 6.
Abortus, vt sit reseruatus, qualis. num. 13.
Abortus quibus pœnis multatus, & quomodo pœnæ modificatæ. num. 13.
Abortus fœtus animati vnus ex casibus ex quibus persona Ecclesiastica traditur curiæ sæculari. num. 8.
Abortus ab excommunicatione reseruata à Papa Episcopis an possit absoluere obtinens generalem non spetialem facultatem ab Episcopo absoluendi à censuris eisdem Episcopis in synodo, vel in tabellis reseruatis. num. 10. & 11.
An possint Regulares. num. 12.
Abortus vt ab Episcopis reseruatur. Resp. 87. num. 15. pag. 447.
Quid sit reseruare abortum, & quid procurationem abortus. num. 16.
Ad abortum auxilium dare quid sit. num. 18.
Abortus reseruatio multipliciter fit. num. 23.
Abortus in reseruationem an incidat dubitans an fœtus sit animatus num. 27.
Quid si sit animatus, & putetur inanimatus. num. 28.
Aborrum procurans pro vita, vel honore tuendo an teneatur reseruatione. num. 31.
Abortum non intendens Regularis an ligetur reseruationi Decreti Clem. VIII. num. 33.
Absolutio à reseruatis. vide facultas. Gratia.
Absoluere à reseruatis. vide reseruatio.
Absolutio vt sit valida requiritur ordinaria, vel delegata potestas. Resp. 99. num. 5. pag. 597
Absoluendi iurisdictionem aliquando dat consuetudo Resp. 94. num. 22. pag. 475
Debet tamen sciri ab eo ad quem spectat dare iurisdictionem. nu. 24.
Supponit illius consensum. num. 25.
Talis consuetudo potest semper reuocari. nu. 26.
Absolutio vt sit valida non sufficit error communis sed requiritur præterea titulus coloratus. Resp. 90. num. 4. pag. 460
Absolutio data ab eo, qui habuit verum titulum quem postea amisit, vel propter delictum, vel quia titulo priuatur, vel quia Episcopus qui ad tempus facultatem concessit, moritur, vel quia facultas expirat, vel per sententiam tollitur, an teneat. num. 5.
Absoluendi facultas aliquando libere aliquando limitate datur. num. 6.
Absolutio Sacerdotis non regularis data inuito, vel non consentiente Parocho est nulla. num. 9.
Absoluere non potest Parochus subditum alterius Parochi, sine proprij Parochi, vel Episcopi licentia Resp. 94. num. 13. pag. 475
Et si absoluit inualide absoluit. ibi.
Quid in casu summæ ignorantiæ proprij Parochi. num. 14.
Absolui an possit peccans in aliena paræcia à parocho loci in quo peccat. num. 15.
Absoluere an possit Archiepiscopus suos suffraganeos extra tempus visitationis. num. 16.
Absoluere possunt regulares omnes, & quoscumque ad se accedentes. num. 17.
Absoluendus à reseruatis iudicandus est vt incola loci in quo est absoluendus. Resp. 95. numer. 53. pag. 487
Absolui an possit à reseruatis si timeatur scandalum nisi pœnitens communicet, & confessarius necessariam non habeat facultatem. num. 56.
Absoluere quis possit à blasphemia hæreticali. nu. 69. §. Quoad absolutionem.
Absoluere an possit pœnitentiarius Religiosus deputatus in vno conuentu regulares alterius conuentus si ibi casu moratur. Resp. 86. num. 128. pag. 444
Absoluere an possit habens ordinariam, vel delegatam facultatem suum subditum extra locum suæ deputationis, vel iurisdictionis. num. 127.
Absolui an possit detentus reseruatis si nullo modo vult adire superiorem pro absolutione, vel facultate absolutionis. Resp. 76. num. 73. pag. 362
Pro absolutione pœnitens tenetur adire superiorem si habeat reseruata. num. 74.
Quod si nolit adire quid aget confessarius. num. 76. 77.
Absolutio à reseruatis datur directe, & indirecte, & quid

quid sit. Resp. 76. nu. 93. & seq. pag. 364
Absoluere non potest extra diæcesim Episcopi Sacerdos recipiens ab eodem Episcopo iurisdictionem si approbationem recipiat tantum pro diæcesi. Resp. 20. num. 6. pag. 89
Si vero illimitate approbetur potest. num. 8.
Absoluendi facultas pro vno petita an pro alio possit deseruire cum agitur de reseruatis. Resp. 25. per totum. pag. 107
Absoluendi à reseruatis facultas concessa pro vno si æque concederetur pro alijs, alijs potest applicari. num. 4. si non æque concederetur non potest. num. 3.
Absolutionis facultas à reseruatis concessa confessario pro pænitente an possit pro se vti confessarius. num. 7.
Absoluere potest Episcopus, & Curatus suos subditos vbique. Resp. 20. num. 3. pag. 89
Absolutio ab excommunicatione impetrata ab Episcopo expressa falsa causa tangente concessionem non excommunicationem valet. Resp. 81. num. 19. pag. 390
Si eodem modo impetretur à Papa non valet. num. 18.
Abusus Sacramentorum, vel Sacramentalium casus reseruatus. Resp. 95. num. 189. pag. 498
Abusus quid sit num. 189. & 190.
Sacramenta quot & quæ remissiue.
Quid sint Sacramentalia & quæ num. 191.
Quid & quæ sint res Sacræ num. 192.
Quæ veniant sub reseruatione num. 193.
Quomodo intelligendus casus in quo reseruantur absolute Incantationes cum abusu rerum Sacrarum. num. 194.
Quis ordo grauitatis in abusu rerum Sacrarum. num. 195.
Quomodo intelligendus casus in quo reseruantur Incantationes cum abusu rerum Sacrarum, & Sacramentalium. num. 196.
Accedere ad Monasteria Monialium, & alioqui moniales quando cadat sub reseruatione. Resp. 40. num. 14. 15. & 16. pag. 162
Accepta ob turpem causam an possint reteneri. Resp. 70. num. 18. pag. 322
Acceptatio legati, vel hæreditatis licet momentanea reddit dominum acceptantem. Resp. 45. nu. 28. & 31. pag. 182
Acta paulo ante, vel paulo post censentur facta eodem tempore. Resp. 7. num. 4. pag. 54
Acta collegij Vniuersitatis &c. vt fiut valida debent interuenire duæ partes ex tribus. Resp. 28. nu. 85. pag. 128
Ex duabus maior debet consentire. 86.
Nisi alia adsint statuta. 87.
Acta contra statutum legem, vel canonem non censentur nulla si facultas agendi sit in agente independenter à statuto, lege, vel canone. Resp. 37. num. 47. pag. 153
Licet ratio illa sit prohibita per verba, non possit non valeat &c. ibid.
Acta contra mentem testatoris sunt nulla. Resp. 58. num. 36. pag. 240
Actiones constituunt tertiam speciem bonorum. Resp. 77. num. 4. pag. 369
Actus internos superior religiosus non potest præcipere suo subdito. Resp. 3. num. 120. pag. 30
Nisi habeant necessariam connexionem cum actu externo vt applicatio sacrificij cum celebratione missæ. num. 121.
Actus non extenduntur vltra intentionem qua geruntur, & quomodo intelligendum. Resp. 6. nu. 22. pag. 51
Actus iniustus non obligat ad restitutionem nisi in eo adsit læsio alicuius. num. 23.
Actus agentium non operantur vltra intentionem agentium. Resp. 15. num. 7. pag. 77
Nisi interueniat dolus. num. 10.
Hæc limitatio non valet in Sacramentis. num. 11.
Nec in ijs quæ pendent à libera voluntate. num. 12.
Actus facti contra legem regulariter non tenent. num. 31.
Limita vbi lex actum non tollit, & pænam extrinsecam addit quæ potest consistere cum valore actus, & valor actus non respicit fauorem illius cui pæna imponitur. num. 32.
Actuum humanorum ad directionem sufficit moralis certitudo. Resp. 16. num. 14. pag. 81
Actus meræ facultatis excludunt omnem iuris necessitatem. Resp. 21. num. 33. pag. 93
Actus faciendi à capitulo à collegio &c. debent fieri capitulo collegio &c. more solito congregatis, & ibi debet fieri decisio. Resp. 28. num. 69. pag. 126
Actus aliter gesti dicuntur facti à singulis. num. 72.
Actus vnius communitatis gesti in platea ibi hominibus existentibus non coactis in loco concilij non dicerentur communitatis sed singulorum. num. 70.
Actus deliberate faciendi debent cognosci taliter facti. num. 76.
Actus an sint facti, vt debent, quilibet, ad quem spectant, habet ius sciendi. num. 107.
Actus de validitate debet doceri ille, ad quem spectat actum esse validum. num. 107.
Actus si ex causa est factus, causa debet probari. num. 112.
Actus duo, quando concurrunt in vnum alter tacitus, & alter expressus tacitus idem operetur; ac si fuisset expressus. Resp. 45. num. 30. pag. 181
Actus nullus in fauorem alicuius est nullus eo dicente de nullitate. Resp. 62. num. 38. pag. 266
Potest per illum ratificari. num. 37.
Actus qui vno modo potest sustineri, & altero reprobatur censetur factus eo modo seu via qui potest sustineri. Resp. 63. num. 103. pag. 278
Actus contra fauorem publicum sunt nulli. Resp. 72. num. 45. pag. 342
Actus præsumitur factus secundum suam naturam. Resp. 73. num. 12. pag. 345
Actus præsumuntur facti eo meliori, & efficaciori modo quo fieri possunt. num. 13.
Non solum quando valent vno modo non autem alio sed etiam quando valent vtraq; modo. nu. eodem.
Actus valori maxime fauent iura. Resp. 81. num. 38. pag. 391
Actus voluntarius vide Abortus alius voluntarius.
Actus geminatus magis enixam voluntatem demonstrat. Resp. 90. num. 19. pag. 463
Actus nullus in alicuius fauorem valet donec reuocetur. vide contractus.
Actibus non habitibus meremur, & demeremur. Resp. 56. num. 80. pag. 230
Adminiculum quid sit. Resp. 82. num. 64. pag. 403
Administratores bonorum Ecclesiasticorum, & piorum locorum redditus apud se retinentes casus reseruatus. Resp. 96. num. 61. pag. 507

Admonitio pro Confessarijs ibi.
Adoptio quid sit. Resp. 65. num. 13. pag. 291
Adoptiui filij ibi per multos numeros.
Aduena an possit gaudere priuilegio loci in quo reperitur, vt comedendi carnes Mediolani dum alibi ieiunatur. Resp. 89. à num. 18. pag. 456
Ædificare quilibet potest in suo castro, in suo fundo in sua domo, & altius vsque ad cælum tollere. Resp. 60. num. 3. pag. 254
Ædificandi facultati nullo tempore potest præscribi nisi vicinus sit in possessione seruitutis. num. 9.
Ædificare quilibet potest in suo etiam cum obscuratione luminum vicini. num. 10.
Ædificare nemo potest contra modum à principe, vel statuto præscriptum. num. 17.
Ædificare nemo potest ad ęmulationem aut inuidiam alterius. num. 18.
Ædificare in solo communi inuitis alijs socijs non potest socius. num. 19.
Nisi domus minetur ruinam. ibi.
Ædificare non potest vsusfructuarius in solo vsusfructus nisi quatenus opus est ad percipiendos fructus potest tamen tueri ædificatum. num. 22.
Ædificare aliud est quam tueri positum. num. 23.
Ædificans, vt prospiciat in alienam domum, vel vt moniales videat est impediendus. num. 20.
Ædificatum iniuste ab eo qui possidet naturaliter potest destrui ab eo qui possidet naturaliter potest destrui ab eo, qui possidet ciuiliter, & hoc propria auctoritate. num. 24.
Affectio sanguinis, & redemptio animæ considerata à testatore respicit legatarios tam natos quam nascituros. Resp. 38. num. 16. pag. 156
Affectus quantumuis prauus non punitur sed coniunctus cum externo qualificato. Resp. 80. nu. 30. pag. 381
Agnatio est nomen iuris. Resp. 65. numer. 16. pag. 291
Alere filios, vide Pater, Mater.
Alienatio rei Ecclesiasticæ non seruata forma est nulla. Resp. 62. num. 3. pag. 263
De forma duo requiruntur copulatiue solemnitas, & causa. num. 2.
Solemnitates de iure antiquo erant quattuor. num. 4.
Sine assensu Sum. Pontificis hodie est nulla. num. 3.
Causæ sunt quattuor. num. 4.
Causa alia ex necessitate alia ex vtilitate, & quæ sit differentia. num. 5.
Euidens vtilitas quomodo consideranda. num. 6.
Solemnitatibus seruatis, & concurrente causa an requiratur Apostolicus assensus. num. 7.
Beneplacitum Apostolicum supplet solemnitates. num. 8.
Non supplet defectum causæ. ibi.
Vbi non est capitulum sufficit assensus rectoris Ecclesiæ causa, & assensus Apostolicus. num. 9.
Interueniente Apostolico assensu seruato spatio. 40. annorum præscriptio obstat Ecclesiæ. ibi.
Et si labantur alij quattuor anni non datur restitutio, nisi articuletur enormissima læsio. ibid.
Concurrentibus duobus ad emptionem altero offerente pretium longe maius iusto altero iustum tantum quis præferendus. num. 10.
Alienatio bonorum Ecclesiasticorum ob quamcumq; causam est nulla sine assensu Sum. Pontificis. num. 20.
Aliud est prohiberi alienationem aliud ne alienatio fiat sine certis solemnitatibus. num. 21.
Alienari an possit bona hæreditatis relictæ Ecclesiæ adita hæreditate si sit grauata ære alieno. num. 22.
Quid si nundum hæreditas sit adita. num. 23.
Quid si à testatore sit relicta cum facultate alienandi. num. 24.
Arbores solo adhærentes non possunt alienari. num. 25.
Et si incidantur ad quid teneatur incidens. num. 26.
Incapaces retinendi immobilia non comprehenduntur hac constitutione Paulina. num. 27.
Alienatio facta in putatam euidentem vtilitatem; sed re vera non talem an valeat. num. 28.
Euidens vtilitas secundum quod tempus sit consideranda. num. 29. & 31.
Quando dicatur euidens. num. 30.
Læsio in alienatione rei Ecclesiæ quomodo sit considerandaà num. 31. ad 36.
Alienatione nulla existente ad quem fructus pertineant. num. 36.
Alienatio rei Ecclesiæ est nulla quando fit sine solemnitatibus Ecclesia dicente de nullitate ipsa tacente contractus sustinetur. num. 36.
Actus enim nullus in fauorem alicuius potest per illum ratificari. num. 37.
Actus tendentes in fauorem alicuius intelliguntur eo petente. num. 38.
Actio competens non tollitur ipso iure sed ope exceptionis. num. 39.
Omnis concessio facta in fauorem alicuius intelligitur habere hanc tacitam conditionem si ea vti velit. num. 40.
Alienatio est omnis impositio census. num. 41.
Alienatione prohibita enim expresse, non censetur prohibita quæ fit ex causa necessaria. Resp. 62. num. 14. pag. 264
Alienatio bonorū litigiosorum est prohibita permittitur ob solutionem debitorum. num. 15.
Bonorum fideicommissorum quando sustineatur. num. 18.
Alienationi prohibitæ de suis bonis à testatore non contrauenitur alienando pro solutione æris alieni contracti ab ipso testatore. num. 16.
Item pro reparatione domus. num. 17.
Quæ dicantur expensæ necessariæ. num. 18.
Alimenta quæ pater debeat filio: vide Pater Filius.
Alimenta filij sunt debitum patris. Resp. 65. num. 3. pag. 290
Amor non fertur in incognitum. Resp. 38. num. 11. pag. 156
Ancilla quæ fornicatur in domo hæri ad quid teneatur. Resp. 71. numer. 69. & per totum. pag. 334
Anima cæteris omnibus est præferenda. Resp. 42. num. 6. pag. 168
Animæ prædilecta vxor non est præsumenda. ibi.
Antecedens qui vult, vult necessario, & consequens si consequens necessario sequatur. Resp. 15. nu. 16. pag. 78
Si consequens necessario sequatur, vt qui vult esse ciuis debet velle onera ciuilitatis. ibid.
Quo casu verum est dictum, siue sit cognitum, vel non id quod sequitur. num. 18.
Antidora quæ sint vide donans ingerit &c.
Apertio litterarum quid sit. Resp. 87. numer. 48. pag. 448

Apertio litterarum, vt sit reseruata, debet esse malitiosa. num. 49. & litteræ alicuius momenti. num. 50.
Apertio litterarum pro tuenda sua, vel amici innocentia an sit reseruata. num. 51.
Apertio litterarum, vt sit reseruata quoad regulares vide in præcitatis numeris.
Apices iuris non attenduntur in iudicando secundum æquitatem. Resp. 59. num. 97. pag. 249
Neque in foro mercatorum. num. 98.
Apostasia à religione. Resp. 86. num. 13. pag. 439
Apostasia à religione quis sit. num. 14.
Discedens à religione, & statim rediens an sit Apostata. ibid.
Apostata mentalis quis sit. num. 15.
An pœnis subiaceat, & reseruationi. ibid.
Apostatæ non sunt nouitij licet fugiant. num. 16.
Apostasia requirit professionem solennem. ibi.
Apostata an sit qui vnam relinquit religionem animo ingrediendi aliam. ibi.
Apostasia non requirit dimissionem habitus. ibi.
Apostasia à fuga à religione quomodo differat. num. 17.
Apostata quis sit quoad pœnas &c. consulenda sunt statuta cuiuslibet religionis. ibi.
Apostasia, vt sit reseruata quæ requirat. num. 22.
Quid quoad pœnas incurrendas in foro fori. num. 23.
Apellatio non fundatur in magnitudine rei, sed in iniquitate sententiæ. Resp. 28. num. 117. pag. 130
Apellatio quoad Apostolos vide Res iudicata.
Approbatio Episcopi ad confessiones quoad regulares quid sit. Resp. 34. num. 9. pag. 140
Approbando regulares nullam eis dat iurisdictionem Episcopus. Resp. 20. num. 10. pag. 89
Approbatio nihil est aliud quam autenticum testimonium quo approbatus declaratur idoneus ad illud officium pro quo eligitur. Resp. 34. num. 9. pag. 140
Approbationem ad confessiones quoad regulares an possit reuocare Episcopus. Resp. 34. per totum pag. 140
Non potest sine causa. num. 11.
Non est gratuita sed debita regularibus. num. 10.
Approbatione regulares habent ius quæsitum ad audiendas confessiones. num. 14. & 18.
Circa approbationem si lis oriatur à quo sit dirimenda. num. 11.
Est tamquam sententia iuridica quæ transit in rem indicatam. num. 17.
Approbationem quoad regulares ad confessiones an cum causa possit reuocare Episcopus. num. 20.
Si esset reuocanda non posset fieri nisi causa cognita. num. 31.
Approbatus simpliciter debet simpliciter absque vlla limitatione admitti regularis. num. 28.
Approbatus sine examine an possit iterum examinari num. 29.
Item si officio suo defecit Episcopus. num. 30.
Approbatus tamquam idoneus sine causa non est reijciendus. num. 16.
Approbatio Episcopi nullam dat iurisdictionem neque quoad sæculares. Resp. 94. num. 18. pag. 475
Non approbatus tamen inualide audit confessiones. num. 19.
Approbatio à quo Episcopo sit habenda. numer. 20. & 21.
Approbatus ab vno Episcopo valide audit confessiones in alieno Episcopatu si Parochus loci, in quo audit, det iurisdictionem. num. 28.
Approbatus ab vno Episcopo in sua diœcesi tantum Regularis præsentatos ad formam Clementinæ dudum audit vbique subditos Episcopi approbantis, si vero potestate delegata non potest. Resp. 20. num. 9. pag. 89
Arbitrium quid sit. Resp. 58. num. 25. pag. 239
Arbitrium duplex. num. 26.
Arbitrium plenum quadruplex. num. 27.
Arbitrium plenum, & regulatum quando datum censeatur. num. 28.
Arbitrium aliquando datur iudici. num. 29.
Arbitrium regulatur à iure. num. 30.
Arbitrium dat facultatem aliquando relaxandi aliquid de rigore. num. 31.
Arbitrium censetur datum quale conuenit bono viro num. 46. & quale hoc sit. ibi.
Argumentum à communiter accidentibus quomodo valeat, Resp. 66. num. 14. pag. 301
Arræ quid sint. Resp. 63. num. 192. pag. 284
Debent specificari, quando traduntur in pignus. ibi.
Amittuntur à violatore fidei. num. 193.
Quare permittantur non pœnæ. ibi.
Differentia inter pœnas, & arras. num. 194.
Arrarum receptio probatur sola confessione recipientis. num. 195.
Validæ sunt in quacumque quantitate. num. 196.
Magnas apponere est magna securitas. num. 197.
Non est necesse apponi in quantitate numerata, sed valent etiam in fundo. num. 198.
Earum possessio potest ficte tradi. num. 199.
Possunt duplicari. num. 200.
Possunt tradi ex vtraque parte. num. 201.
Neque est vana traditio. num. 202.
Arræ quando acquirantur, & quando restituendæ. num. 204.
Quid si reperiatur canonicum impedimentum. num. 205.
Arras amittit qui est in culpa moræ. num. 207.
Arræ ab vno tantum traditæ quomodo restituendæ. num. 208.
Triplum, & quadruplum quomodo computandum. num. 209.
Quid si recipiens sit minor. num. 210.
Quid si eas recipiat tutor, vel curator. ibi.
His duobus casibus cautela pro dante. num. 211.
Arræ traditæ vtrinque quomodo restituendæ. num. 214.
An debeantur ante sententiam iudicis. num. 217.
Omnia dicta vera sunt tam in foro fori quam in foro conscientiæ. num. 116.
Quid de duplo, vel triplo. num. 218.
Arræ an acquirantur a sponsa non virgine. num. 221.
Arrogati filij qui sint. Resp. 65. num. 13. pag. 290
Et ibi multa de arrogatis.
Auctoritate propria quid liceat facere. Resp. 71. num. 74. pag. 329
Auctoritatem vnius Doctoris pij, & eruditi qui sequitur excusatur è transgressione legis. Resp. 22. num. 23. pag. 99

B

Bannitus non habet domicilium in loco originis si capitaliter sit bannitus. Respon. 94. numer. 33.

33. pag. 476
Amittit iura originis. num. 34.
Sed quomodo hoc intelligendum sit. num. 39.
Reputatur, vt mortuus. num. 35.
Banniri in bona quis succedat toto Respon. 77. pag. 369
Vide Proscriptus, & Proscriptio. Fiscus.
Baptismi solennis minister est sacerdos. Resp. 94. num. 6. pag. 474
Non solemnis quilibet etiam sæcularis. num. 3.
Debet scire formam, & habere intentionem. ibi.
An diaconus minister sit baptismi solemnis. num. 6.
In casu necessitatis omnes valide, & licite baptizant. num. 4.
Quæ sit necessitas. ibid.
Et sacerdos licet non proprius Parochus etiam solemniter. ibi.
In casu necessitatis si plures sint præsentes quis ordo seruandus in baptizando. num. 5.
Baptizans præsente proprio Parocho peccat grauetur num. 5.
Nisi ignorantia excuset, vel necessitas. ibi.
Laicus baptizans præsentes sacerdote sed non proprio Parocho non peccat mortaliter. num. 7.
Illicite tamen agit. ibi.
Sacerdos non proprius baptizans solemniter nullam incurrit excommunicationem, vel irregularitatem. num 8.
Clerico ita baptizanti est indicta irregularitas. ibi.
Baptizans dicitur pater spiritualis. Resp. 7. num. 6. pag. 54
Bastardi, & spurij inspecto solo iure naturæ non videntur excludendi à legatis dandis illis qui sunt de familia. Resp. 36. num. 50. pag. 147
Dicuntur procedere de parentela eodem iure inspecto. ibi.
In eos cadit naturalis affectus. ibi.
Cum ex eodem sanguine proficiscantur videtur magis inspicienda natura quam iuris dispositio. num. 51.
Inter bastardos, & legitimos ante legem scriptam solo iure naturæ nulla erat differentia. num 52.
Bastardi an sint ad legatum admittendi spectanda est mens legantis, communis vsus loquendi, & materia, an sit talis, quæ ad ipsos possit transire num. 53.
Et quid in similibus fuerit obseruatum. num. 54.
Bastardo, & legitimo ad legatum concurrentibus, vel legitimo ex parte legitimo, & legitimo ex parte illegitimo quis sit præferendus. num. 55.
In reliquis erit inspicienda dispositio quæ si fuerie concepta verbis naturæ non solum potest sed debet dari etiam bastardis, vt ibi. nu. 55. & 58. si vero sit concepta per verba iuris non sunt capaces. num. 59.
Si vero fuerint legitimati veniunt in dispositione etiam per verba iuris concepta. ibi.
Bastardi licet existentibus legitimis non veniant in dispositione concepta per verba iuris veniunt illis deficientibus. num. 60.
Verba iuris, & naturæ quæ sint. num. 56. & 57.
Bastardi vbi de consuetudine, vel alio modo admittuntur ad insignia, nomen, arma honores, & nobilitatem patris, sunt etiam de casata, domo, familia, genere, agnatione, stirpe, sanguine, & parentela, vt legitimi. num. 61
Nisi subiecta materia aliud importet. ibi.
Bastardi ex parte matris sunt de eius parentela, genere, agnatione, & familia. num. 62.
Nisi tamen sint ex damnato coitu, quia tunc matri non succedunt. num. 63.
Et in primo casu veniunt in legato, & in eleemosina dotationis. num. 65.
Beneficium curati ingressi religionem. vide curati beneficium.
Beneficium restitutionis in integrum. vide Reclamatio.
Beneficium Principis late est interpretandum. Resp. 53. num. 32. pag. 210
Decet esse mansurum. ibi.
Est limitandum si deroget iuri communi. ibi.
Cum non est contra ius commune, at derogat, vel violat ius tertij, in vno late in alio stricte interpretandum. 33.

Beneficium.

Vacante Beneficio.

Statim Vicarius est constituendus. Resp. 97. nu. 4. pag. 513
Nisi possit per vicinos sacerdotes commodè suppleri. ibi.
Congrua vicario assignanda. num. 5.
Quæ debeat esse. ibi.
Datus vicarius potest concurre ad idem beneficium. num. 6.
Si obtineat an possit in Vicariatu perseuerare. num. 7.
Proponitur edictum. num. 8.
Quod non est necessarium sed sufficit vacatio sacerdotum. num. 9.
Dantur decem dies ad comparendum. num. 10.
Computantur à die affixionis edicti. ibi.
Hoc tempore elapso comparentibus pluribus non potest aliud prorogare Episcopus. num. 11.
Si tamen comparentes sint idonei.
Quod si nullus sit idonus per alios decem dies potest Episcopus prorogare terminum. num. 12.
Non tamen vltra. ibi.
Secundo elapso termino absque alio concursu Episcopus prouidet. ibid.
Vno idoneo comparente intra terminum primi edicti non tenetur terminum prorogare Episcopus. num. 13.
Imo neque potest. num. 14.
An possit restringere. num. 15.
Edictum si propositum sit contra formam præscriptam an sit nullum in totum vel tantum quoad partem contra formam. num. 16.

Proposito Edicto.

Omnes habentes requisita possunt se subscribere. num. 17.
Etiamsi beneficium non sit dandum ad concursum. ibi.
Ad quid hoc fieri possit. ibi.
Comparentes termino elapso de rigore iuris non admittuntur nisi probata legitima causa absentiæ. num. 18.
De æquitate si concursus sit ad parochialem in fauorem Ecclesiæ admittuntur vsque ad peractum examen. ibi.
Terminus in edicto appositus quomodo intelligendus. ibi.
Parochus ad Ecclesiam parochialem concurris num. 19

Beneficia sunt conferenda dignis.

Quis sit dignus ad parochiale beneficium. num. 20.

Quadraginta septem conditiones aliqui assignant. num. 21.
Nos totum octo & quæ. num. 22.
Prima. Legitimus.
Illegitimus est irregularis quoad ordines & beneficia. num. 23.
Secunda. Ætas conueniens.
Quæ ætas requiratur in singulis incipiendo a Papa. num. 24.
Quid sit intelligendum cum dicitur exegerint trigesimum annum. num. 25.
Quæ ætas in Abbatibus. ibi.
Quæ in Abbatissis &c. num. 26.
Quæ in cæteris dignitatibus & personatibus curam animarum non habentibus. num. 27.
Supposito decreto Tridentini de ætate viginti duorum annorum requisiti in dignitatibus animarum curam non habentibus an requiratur dispensatio completo vigesimus secundus. num. 28.
An ista ætas sit requisita tantum in dignitatibus Cathedralis an vero etiam in collegiatarum num. 29.
An sit necessarium esse in illa ætate constitutum illum qui est promouendus. num. 30.
An sufficiat vigesimum secundum annum esse inceptum an requiratur quod sit completus. num. 31.
Pro beneficijs curatis quæ ætas. num. 32.
Pro canonicatu quæ. num. 33.
An anni ad canonicatum requisiti debeant esse completi. num. 34.
Ad Canonicatum Pænitentiariæ quæ. num. 35.
Pro Canonicatibus Collegiatarum & dimidijs portionibus Cathedralis quæ num. 36.
Pro reliquis beneficijs simplicibus quæ num. 37.
Ætas requisita pro assequutione debet verificari etiam tempore electionis. Præsentationis, & impetrationis. num. 38.
Ætas eadem requiritur in concurrente. num. 39.
An possit in ætate Episcopus dispensare num. 40.
Electio Collatio. Impetratio ante legitimam ætatem est nulla. num. 41.
Tertia. Corporis habilitas.
Quæ habilites corporis requiratur. num. 42.
Irregularitas arcens ab ordine excludit à beneficio.
Effectus irregularitatis qui sit ante adeptum beneficium contractæ & post. num. 43.
Beneficium an possit conferri illi qui effectus est irregularis post clericatum. num. 44.
Irregularis ad maiores an possit promoueri ad minores. num. 45.
Quarta. Morum probitas.
Hæc est summe requisita in beneficijs. num. 46.
An carrentia huius qualitatis reddat nullam beneficij collationem. num. 47.
An crimina inducentia infamiam iuris. num. 48.
Infames infamia iuris an irregulares. num. 48.
An priuentur beneficijs acquisitis. num. 49.
Infamia facti an reddat incapacem ordinis & beneficij. num. 50.
Quinta. Scientia.
Quæ scientia requiratur. num. 51.
Beneficia dantur propter officia. num. 52.
Collatio facta omnino illiterato an inualida. num. 53.
Quid si post collationem fiat doctus validaturne. num. 54.
Facto non omnino illiterato an valida. num. 55.
Explicatur cap. 4. sess. 22. Trid. num. 56.
Quis sit omnino illiteratus num. 57.
An cum isto dispenset Episcopus vel Papa. num. 58.
In Episcopatu requiritur testimonium alicuius vniuersitatis. num. 59.
Sexta. Ordo.
Ad quodcumque beneficium requiritur saltem prima tonsura. num. 60.
Explicatur quædam Constit. Greg. XIV. num. 61.
Septima. Intentio.
Quæ intentio requiratur in suscipiente beneficium parochiale quam nisi habeat an peccet & ad quid teneatur tam ipse quam promoueus. num. 62.
Quid si dubio animo suscipiat beneficium. nu. 63.
Quid si mutet animum. ibi.
Quid aliud requiratur præter animi mutationem. num. 64.
Quid si intra tempus sufficiens animus mutetur, sed ob aliquod accidens ordines non suscipiantur. num. 65.
Quid si recipiatur beneficium animo suscipiendi ordines sed postea animum mutet. num. 66.
Quid hoc casu possit retinere. num. 67.
Quid si beneficium sumat animo suscipiendi ordines nisi alia melior occasio se offerat. num. 68.
Quod est restituendum his casibus restituitur nulla expectata sententia. num. 69.
An recipiens beneficium parochiale animo resignandi peccet & ad restitutionem teneatur. num. 70.
Quid si dignitas non habeat annexam curam animarum. num. 71.
Quid de alijs beneficijs simplicibus. num. 72.
Quid de recipiente beneficium animo percipiendi fructus aliquo tempore postea relinquendi clericatum. num. 73.
Quid si intendat præterea nubere. num. 74.
Octaua. Carentia Impedimenti.
Impedimenta quæ sint. num. 75.
Vxoratus an sit capax beneficij. ibi.
An istis suffragetur Regula de Triennali. ibi.
Quid si vxor consentiat quod sumat ordines. ibi.
Quid si habeat causam diuortij. num. 76.
Cum coniugato quis dispenset. ibi.
Cum irregulari ad simplex beneficium dispensat Episcopus. ibi.
Bigamia an sit impedimentum ad beneficia. num. 77.
An dignior sit eligendus.
An quilibet habens dicta requisita sit eligendus vel sit habendus delectus dignioris. num. 78.
Quis sit dignus. num. 79.
An existens in peccatum mortali sit indignus. num. 80.
Quis sit dignior. num. 81.
Aliqua fere certa ad hoc traduntur. num. 82.
Ex natura beneficij an dignior sit eligendus. num. 83.
An eligens tantum dignum peccet contra iustitiam. num. 84.
Contra quam iustitiam peccet distributiuam vel commutatiuam. ibi.
Beneficia dantur non in premium sed ad sustentationem. ibi.
An fundator beneficij teneatur eligere digniorem. num. 86.

An successores. num. 86.

Renuncians beneficium an teneatur renunciare digniori. num. 87.

Concurrente digno dignissimo, & indigno si detur suffragium dignissimo nec dignissimus nec dignus sed indignus eligetur cui suffragandum. num. 88.

Concurrente digno digniori & dignissimo si detur suffragium dignissimo nec ipse nec dignior eligetur sed tantum dignus cui suffragandum. num. 89.

Si duabus Ecclesijs sit prouidendus alteri pauperi sed indigenti rectore optimo, alteri diuiti sed longe inferiori rectore indigenti. Si concurrunt dignissimus & minus dignus quomodo prouidendum. num. 90.

An valeat electio digni omisso digniori. num. 91.

Præmissa protestatione de appellatione, nisi dignus eligatur, an electio aliter facta sit cassanda. num. 92.

Parochiale beneficium.

Beneficium parochiale digniori est conferendum. num. 93.

An omisso digniori electio sit nulla vel annullanda. num. 94.

Interposita appellatione eo quod omisso digniori dignus tantum sit electus & in possessionem missus sequuta sententia in gradu appellationis in fauorem dignioris an statim sit in possess. mittendus amoto priori possessore. num. 95.

Quid si dignus necdum sit missus in possessionem. num. 96.

Quid si appelletur ob aliquid contingens ante illam actionem. num. 97.

Si pendente appellatione missus in possessionem decedat vel aliud beneficium obtineat incompatibile an ius appellantis extinguatur, vel adhuc duret. num. 98.

Electores.

An Electores teneantur ad compensationem damni sequti ex eorum mala electione. nu. 99.

An aliquid debeatur digniori omisso. num. 100. & 101.

Litigare quis sit dignior est articulus difficilimæ probationis. num. 102.

Examen.

Examen an ita sit de forma vt non possit omitti. num. 103.

An electores teneantur eligere eum, quem in examine approbarunt, vt digniorem, & extra examen non talem. ibi.

Notoriè litterati, & approbati ab vniuersitatibus non sunt examinandi. num. 104.

Ordinatus in sacris reputatur dignus sine examine ad beneficium simplex. ibi.

Nisi causa noua superueniat. ibi.

Admissus etiam ad duas parochiales pro tertia potest examinari, etiamsi sit minoris curæ. ibi.

Examinatus ab antecessore potest examinari etiam à successore si agatur de cura animarum. ibi.

At nisi habeat titulum, & sit repertus minus idoneus est reiciendus, si habeat titulum suspendendus. ibi.

Examen quando est de forma nullo modo potest omitti, & si omittatur acta sunt nulla, etiamsi persona sit litterata, & famosa. num. 105.

Felinus audito quod examen esset de forma illi se subiecit pro auditorio Rotæ obtinendo, num. 106.

Examen in cap. 13. sess. 7. Trident. est de forma. num. 107.

Cognitus extra examen dignissimus non in examine an alijs sit præferendus. num. 108.

Quid si cognitus sit saltem dignus. num. 109.

Quid si extra examen dignissimus, & in examine, nec quidem dignus. num. 110.

Quilibet deberet ter examinari. num. 111.

Non sufficit semel esse approbatum. num. 112.

Vna hirundo non facit ver. num. 113.

Vno examine tota scientia non potest deprehendi num. 114.

Soluitur quædam obiectio. num. 115.

Resoluitur difficultas quoad examinatores nu. 116

Examinatores referunt tantum quos dignos repererunt. num. 117.

Ad ipsos non spectat determinare digniores. num. 118.

Ex relatis dignis ab examinatoribus non inspecta qualitate voti examinat. Episcopus eligit ipse digniorem. num. 119.

An dignissimum cognitum, sed ab examinatoribus non relatum inter dignos possit Episcopus eligere. num. 120.

Episc. eligente vnum ex approbatis idoneis ab examinatorib. non datur appellatio à relat. examinator. num. 121.

Datur à mala electione Episcopi. num. 122.

Ad effectum deuolutiuum tamen ibi.

Si electores non approbent alias dignissimum, quia in examine non apparuit dignus, quod remedij restet. num. 123.

A relatione examinatorum quomodo detur appellatio. num. 124.

Afferuntur super hoc Declarationes S. Cong. num. 125.

Videntur sibi contrariæ. num. 126.

Conciliantur approbando nostrum dictum. num. 127.

Cum datur appellatio à reprobatione examinatorum, apud quem interponenda. num. 128.

Excipitur quidam casus. num. 129.

Examinatores quibus de rebus referant. nu. 130.

Declarationes S. Cong. super hoc. num. 131.

Soluitur quædam obiectio. num. 132.

Examinatores.

Examinatores quot debeant esse, qui, & quales. num. 133.

Debent omnes iurare ad Sancta Dei Euang. &c. num. 134.

An aliquid ante, vel post examen possint accipere occasione examinis. num. 135.

Si quid accipiant quid sequatur. ibi.

Examinatores in Synodo sunt eligendi. num. 136.

An in Synodo si eligantur pauciores sex electio sit valida. num. 138.

Debent deputari in Synodo vera, & quæ ista sit. num. 137.

Resoluitur an si pauciores eligantur elect. sit valida. num. 139.

Soluuntur aliquæ rationes. num. 140.

An superstitibus sex examinatoribus electis in Synodo, si noua celebretur, noua sit facienda electio. num. 141.

Quid si non celebretur Synodus. num. 142.

Quid si intra annum omnes decedunt vno tantum superstite illius electio valida perseuerat? num. 143.

In

In locum demortuorum, vel absentium Episcopus cum Conf. Capit. alios subrogar ex iam alias electis vsq; ad futuram Synodum, quod si nulli sint alias electi subrogat bene visos ad numerum senarium. num. 144.
Elapso anno designationis nisi Synodus celebretur & nullum legit. impedimentum, vel causa excusans intercedat cessat omnis elect. nec alios potest subrog. num. 145.
Aliorum sententia. num. 146.
Eorum rationes afferuntur. num. 147.
Soluuntur. num. 148.
In Synodo examinatores designantur etiam expressa tantum dignitate non nomine designati. num. 149.
An ista electio extendatur ad successores. nu. 150.
Examinantibus duobus Synodalibus, & alio non Synodali examinatore an examen sit validum. num. 151.
Soluitur septima difficultas. num. 152.
An comparente vno tantum ad concursum teneatur Episc. elapso termino 10. dierum edictum prorogare. num. 153.
An intra terminum 10. dierum si vnus idoneus compareat possit Episcopus prorogare terminum num. 154.
Soluitur ratio in contrarium adducta num. 155.
Impediens à consequtione beneficij.
Impediens digniorem a consequtione beneficij an teneatur aliquid restituere num. 156.
Quibus finibus potest quis moueri ad impediendum aliquem ab assequtione beneficij. 157.
Impediens aliquem à consequtione beneficij illi indebiti, vel propriè, & strictè non debiti si hoc fine vi, & fraude fiat an peccet, & ad aliquid teneatur. nu. 158.
Quid de remouente aliquem à proposito conferendi beneficium digniori, vt sibi, vel alteri conferat, si beneficium non sit conferendum magis digno talis tamen remotio donis sollicitudine &c. procuretur. num. 159.
Quid si hoc præstetur malo animo. num. 160.
Non ex malo animo, sed ex damno dato resultat obligatio restituendi. num. 161.
Explicantur aliquæ leges. num. 162.
Argumentum à contrario sensu quando probet. ibi.
Quid si dignior impediatur vi, aut fraude &c. num. 163.
Quid de impediente, æquè dignum &c. num. 164.
Duos modos quibus vis, fraus, & dolus potest adhiberi, tradit, & explicat. num. 165.
Quid de impediente dignum fraude, vi, aut dolo à concursu cum digniori. num. 166.
An qui tenetur alicui de damno illato ratione concursus, vel assequtionis beneficij, vt damnum passo satisfaciat an teneatur illi resignare beneficium. num. 167.
Intercipiens litteras, & ex interceptione obtinens beneficium an ad aliquid teneatur si litteræ alteri erant directæ pro eodem beneficio. nu. 168.
Actiones aliquando non sunt iniustæ licet habeant fundamentum in actu iniusto. num. 169.
Quid de inducente aliquem non vi fraude, vel dolo, sed munerib. vt officium, beneficium, vel cathedram conferat digno omisso æque digno, vel etiam digniori. num. 169.
Quid si beneficium sit Ecclesiasticum. nu. 170.
Quid si fiat officia laica. num. 171.
Nemo potest recipere pretium pro re quam facere tenetur.
Quid sit subornare, & quid redimere vexationem vbi agitur an sit vexationis redemptio, vel subornatio digniorem agere muneribus vt electores alijs omissis pro se ferant suffragium. num. 172.
Si electores munera petant quid, & quibus liceat. num. 173.
Bestialitas casus reseruatus. Resp. 96. numer. 2. pag. 502
Quid sit. ibi.
Hoc crimen alijs criminibus solet esse coniunctum. num. 3.
Bigamiæ pæna. Vide pæna Bigamiæ.
Blasphemia quid sit. Resp. 95. num. 3. pag. 481
Blasphemia diuersimodè reseruatur. num. 2.
Quot modis blasphematur. num. 4.
Consistit in dictis non in factis. num. 5.
Quomodo includat falsitatem. num. 6.
Non requirit dehonorationem Dei in actu signato sed sufficit in actu exercito. num. 7.
Blasphemia hæreticalis quomodo distinguatur ab hæresi. num. 8.
Quæ sit blasphemia in Sanctos, & quotuplex. num. 9.
Blasphemia in Sanctos aliquando tangit eos vt quid Dei aliquando tantum eorum excellentias, & quando reseruata. num. 10. 11. 12.
Opponitur Religioni virtuti. num. 13.
Leuitas materiæ an excuset à mortali. n. 14. 15.
Blasphemia est distincta ab odio Dei, à desperatione, & infidelitate. num. 16.
Si cum his coniungatur in confessione est exprimendum. num. 17.
Omnes blasphemiæ sunt eiusdem speciei in Deum. num. 18.
Ex ioco dictæ an excusentur à mortali. num. 15.
Blasphemia in Sanctos an distinguatur à blasphemia in Deum. num. 19.
Quid sit explicandum in confessione. num. 20.
An sit explicandum esse cum animo expresso inhonorandi Deum. num. 21.
Blasphemia alia hæreticalis alia non hæreticalis, & quæ vtraque num. 22.
Quæ sint blasphemiæ hæreticales. num. 23. & 25.
Quæ sint non hæreticales. num. 24.
Denego Deum, Crucem &c. an sit blasphemia hæreticalis, cum dicitur denego Deum si hoc ita non est num. 26.
Quid si diceretur negare Deum, vel Crucem &c.
Si hoc ita non est. num. 27.
An sit hæreticalis dicere. Hoc ita verum est sicuti Deus est, vel Deus est in Cælo &c. num. 28.
Denego Diuum Petrum, Diuum Paulum, Diuum Franciscum &c. an sit hæreticalis. num. 29.
Blasphemiæ non hæreticales ad duo capita reducuntur, & quæ sint. num. 31.
Blasphemia an sit iurare per vitam Dei Sanctorum &c. num. 32.
Blasphemia an sit. Pentasi. mal habbia. Possa morire &c. nihil aliud addendo. num. 33.
Blasphemiæ, quæ indecore, & inhoneste Deum nominant, recensentur. num. 35.
Blasphemiæ an sint iurare per membra honesta Dei. num. 36.
Blasphemia an sit iurare per intemeratam Virginitatem Sanctissimæ Virginis. num. 37.
Iuramenta falsa an sint blasphemiæ. num. 38.

Nominare

Nominare Deum, vel aliquid Dei, Sanctos, vel aliquid Sanctorum inhoneste, contumeliose, vel indecore est blasphemia. num. 39.

Confessarius.

Quid agere debeat cum blasphemo. num. 40.
Consuetudinarium an debeat absoluere si sępius monitus non emendatur. num. 41.
An expediat differre absolutionem. num. 42.
Audiens blasphemantem quam obligationem habeat corrigendi, & maxime quando blasphemię sunt in detrimentū fidei, & quam denunciandi. num. 43. & 44.
Male dicere creaturis an sit blasphemia. num. 34.
Blasphemia quos casus comprehendat cum est reseruata si nihil additur, & quid si addatur omnis num. 58. & 59.
Item quos blasphemia in B. Virginem, & Sanctos num. 60.
Reseruatio hareticę quomodo intelligenda. num. 61.
Quę manifeste hęreticalis. num. 64.
Ter quater prolata quomodo intelligenda. num. 65.
Item consuetudinaria. num. 66.
Item publice, & notorie prolata. num. 67.
Item ex nesfatia consuetudine. num. 68. & 69.
Ab hęreticali quis possit absoluere. num. 69.
Bona fides prodest possidenti. Resp. 22. num. 93. pag. 102
Bona fide emens rem alienam, cognitam alienam tenetur reddere vero domino. num. 96.
Bona fide lucrum acquisitum non est restituendum ex contractu vsurario factum si idem ex iusto fuisset acquisitum si maius est, excessus est restituendus. num. 97.
Bona litigiosa possunt alienari, licet prohibita, pro solutione ęris alieni testatoris. Resp. 62. nu. 15. pag. 264
Bona prohibita alienari, etiam expresse, venduntur pro causa necessaria. num. 14.
Bona aduentitia, vel peculium aduentitium. Res. 43. num. 15. pag. 171
Quę reducantur ad ista. num. 16.
Bona acquisita ad filio pecunia furtiuę sublata à patre cuius sint. num. 18. & 19.
Bona acquisita à filio pecunia patris negotiationi exposita, agrum patris ex colendo, vel locando cuius sint. num. 20. 21. 22.
Bona lucrata à filio familias dote vxoris cuius sint. num. 23.
Bona acquisita à filio an pręsumantur ex bonis patris, an ex propria industria. num. 24.
Acquisita à clerico filio familias inter quę bona connumerentur. num. 25.
Bona aduentitia quomodo diuidenda. num. 43.
Bona ab vno fratre acquisita nullis pręhabitis bonis patrię inter quę computentur, & an diuidenda. num. 42. & 43.
Bona filiorum in quadruplici differentia. num. 3.
Bona castrensia, vel peculium castrense. num. 4.
Quasi castrensia, aduentitia, profectitia quid. num. 3.
Quę reducantur ad castrensia. num. 5.
Quasi castrensia quę sint. num. 6.
Quę reducantur ad ista. num. 7.
Donata filio familias qui sit aduocatus, miles, vel exerceat aliud publicum officium ad quę reducantur. num. 8. 9. 10. 11.
Libri donati à patre filio studenti. Si expresserit se velle esse castrensia bona, an sint. num. 13. & 14.
in Bonis castrensibus quid iuris habeat filius num. 19.
Desponens de Bonis castrensibus, vel quasi testans filius, an possit prąterire patrem. num. 27.
in Bonis aduentitijs quid iuris habeat filius, & quid item pater. num. 28.
Quid si filius sit emancipatus. num. 29.
Quid item iuris habeat filius, & pater in bonis profectitijs. num. 30.
Bonorum aduentitiorum fructus, si viuente patre filius percipiat, an illo mortuo sint imputandi. num. 31.
Bona religionis quomodo communia religiosis. Resp. 46. num. 19. pag. 185
Bona mariti, quando dicantur hypothecata vxori pro dote. Resp. 59. per totum pag. 243
Bona vxoris quando sint hypotheeata marito. ibi.
Bona dicuntur deducto ęre alieno. Resp. 61. nu. 36. pag. 260
Bona testatoris, quę alienanda pro solutione debitorum eiusdem testatoris. num. 43. & seq.
Quando eadem ad eundem effectum non possit alienare hęres. num. 45.
Bona hęreditatis non sunt idem ac hęreditas. Resp. 62. num. 13. pag. 264
Bona dicuntur deducto ęre alieno. num. 11.
Bonorum confiscatio. vide Proscriptio bonorum.
Bonis cedens. vide debitor.
Bonorum aduentitiorum peculium licet patri viuenti debeatur illud tamen nullo modo potest vendere, & si vendat potest filius repetere ab emptoribus, & si reddat deteriora aget filius in diuisionibus cum fratribus pro refectione. Resp. 43. num. 37. pag. 173

C

CAnonicus alias exemptus etiam per conuentionem à iurisdictione Episcopi si fiat curatus illi subditur in spectantibus ad curam. Resp. 5. num. 12. pag. 47
Capellania laicalis quę dicatur. Resp. 8. num. 3. pag. 57
in Capellanijs mere laicalibus non potest se immiscere Episcopus. ibi.
Quę spectant ad illas tractant, & expediunt patroni laici. ibi.
Non spectat ad Episcopum. ibi.

Capellania Fundatio.

Pacta, & conditiones quęcumque apposita in fundatione Capellanię sunt seruanda. num. 8.
Fundationum varij modi, & explicantur. num. 12.
Eligendus quando debeat esse actu Sacerdos, & quando non. num. 13. & 14.
In fundatione verba aliquando respiciunt electionem aliquando exequtionem ab electo pręstandam num. 16.
Expenduntur verba electionem, & exequtionem respicientia à num. 17. ad 24.
Ad habendam Capellaniam de iure antiquo satis erat clericum incedere in habitu, & tonsura, & septennium de iure nouo concilij requiritur ętas quatuordecim annorum. num. 24.
Quę ętas requiratur in Capellanijs fundatis sine assensu Episcopi quę conferuntur à laicis, & succedunt qui sunt de parentela. num. 25.
Huiusmodi Capellanię non requirunt residentiam personalem num. 25. §. Tandem de omnibus.

Capellania licet sit beneficium simplex nec dum requirit personalem residentiam. num. 27.
Capellaniæ quando possit, vel non possit per alium satisfieri. num. 28.
Quando non admittat vacationem. num. 29.
Capellania quando habeat annexum onus applicandi sacrificium. num. 31.
In dubio præsumitur cum onere applicandi. num. 32.
Capellania præsumitur fundata secundum consuetudinem Ecclesiæ in qua reperitur. num. 36.
in Capellanijs tempore pestis magnus error inualuit estque omninò tollendus. Resp. 68. num. 10. pag. 313
Capellania si fundata sit cum obligatione quod hæredes singulis annis dent stipendium Capellano an satisfaciant vnica assignatione pro semper, ita vt determinati sint redditus. num. 29.
Si sit fundata super omnibus bonis testatoris an hæres possit vendere bona hæreditatis. nu. 31.
Si sit fundata, vt hæres teneatur facere celebrare missam in perpetuum singulis diebus possit pacta certa pecunia transferre illud onus in aliquam confraternitatem. num. 32.
Quod onus subeat confraternitas in hoc casu. num. 33.
Capellanus ad confessiones à quo Episcopo approbandus Resp. 94. num. 19. pag. 475
Capellanus quando debeat esse actu Sacerdos, & quando non. Resp. 8. num. 5. & seq. pag. 57
Electus ad Capellaniam more laicalem non tenetur se præsentare Episcopo. num. 3.
Eo die quo vacat ob reuerentiam non potest alibi celebrare. num. 29.
Obligatus quotidie celebrare potest aliquoties pro se & alijs celebrare, vt ibi. num. 29.
Infirmitate impeditus an per alium sue obligationi teneatur satisfacere num. 30.
Quid si Capellania sit titulus patrimonij. num. 35.
Celebrans in oratorijs confratrum quando teneatur ad applicationem sacrificij. num. 33.
Obligatus celebrare in vna Ecclesia ad vnum altare an satisfaciat alibi celebrando. num. 34.
Non potest ordinari ad titulum Capellaniæ Manualis. num. 36. est enim ad nutum amouibilis. ibi.
Non habens beneficium Ecclesiasticum, nec ordines sed solam Capellaniam si suo oneri satisfaciat per alium non tenetur ad pensum officij. num. 37.
Obligatus quotidie celebrare potest aliquando omittere. Resp. 68. num. 4. pag. 312
Causa omissionis, & reuerentia, & Honestas. num. 7.
Qua cessante tenetur quotidie celebrare si tale sit onus, & nisi celebret tenetur per aliam supplere. ibi.
Inhoneste viuens non excusatur à non celebrando. num. 8.
Multis modis obligatur. num. 4.
Quæ obligatio sit inducta per ista verba.
Teneatur quotidie per se, vel per alium celebrare. num. 5.
Quæ, si non addatur, per se vel per alium. num. 6.
Obligatio celebrandi quando personalis, & quando realis, & quid hoc importat. num. 6.
Alius modus obligandi Capellanos. num. 13.
Quæ obligatio sit iniuncta cum dicitur. Eligatur sacerdos qui quotidie celebret ad altare. v. g. conceptionis. num. 14.
Capellanus, quando per alium possit celebrare. num. 15.
Relinquo Ecclesiæ N. centum vt in ea erigatur Capellania quotidiana, & volo quod mei hæredes eligent Capellanum qui quotidie celebret quid significent. num. 16.
Capellanus obligatus celebrare in aliquo loco, si locus sit impeditus quid agere debeat. num. 17.
Quid si impedimentum sit ex parte Sacerdotis. num. 20.
Obligatus celebrare in loco omittens an peccet. num. 20.
Quid eo casu de fructibus perceptis. num. 21.
Quid si habeat Capellaniam in titulum, & sit impeditus celebrare. num. 22.
Obligatus celebrare in vno loco, & applicare sacrificium alibi ipse celebrans, & applicans altero in loco celebrante an satisfaciat. num. 23.
Quid si celebrans pro alio ad altare teneatur celebrare in eadem Ecclesia sed non ad determinatum altare. num. 24.
Quid si neque in Ecclesia neque ad altare, teneatur tamen celebrare. num. 25.
Eligendus ex dispositione testatoris singulis annis an possit eligi ad triennium. num. 26.
Recipiens centum pro Capellania an possit tradere alteri octoginta qui satisfaciat reliquis sibi retentis. num. 37.
Quid in hoc casu si Capellanus sit rector beneficij. num. 40.
Capellani instituti coadiutores Parochorum an teneantur residere. Resp. 67. num. 7. per totum vide residere. pag. 308
In approbatione ad confessiones ab Episcopo nullam recipit iurisdictionem, & nisi alia accedat non potest absoluere. Respon. 94. num. 19. pag. 475
Capitulum generale religionum potest statuere de illis quæ spectant ad Religiosos, vt ad omnes non vt ad singulos. Respon. 3. numer. 161. pag. 35
An possit concedere exemptiones, & quomodo. num. 164.
Capitulum generale, vel prouinciale nihil est aliud, quam electores capitulariter congregati. Resp. 26. num. 54. pag. 114
Capitulum sede vacante instituit confessarios qui absoluunt etiam à reseruatis. Resp. 76. num. 102. pag. 364
Idem potest in longa absentia Episcopi, & difficili ad eum recursu. num. 103.
Cardinalis Vicecancellarius in Cancellaria; Pænitentiarius in pænitentiaria præcedit non sic in Capella. Resp. 5. num. 14. pag. 47
Carnes, & oua comedere Mediolani an liceat aduenæ quattuor primis diebus Quadragesimæ. Res. 89. per totum. pag. 454
Carnes non comedere est de essentia ieiunij. Resp. 99. el 1. num. 3. & 5. pag. 593
Comedendi carnes licentia varijs de causis solet concedi. num. 4.
Carnes comedendi obtenta licentia non obligat præceptum ieiunij. ibi.
Casus reseruati. vide reseruatio.
Causa vera est vbi est verus effectus. Resp. 1. nu. 26. pag. 4
Causa cessante finali cessat legatum. Resp. 4. num. 82.

82. pag. 44
Causa legati cessat cessante titulo ob quem legatum est factum. num. 84.
Hinc legatum dotis euanescit nisi habeat suum effectum. num. 86.
Legata nisi habeant suum effectum censentur adempta tacita voluntate legantis. num. 85.
Pia tamen licet non habeant suum effectum in aliud opus pium implicantur, numquam euanescunt. num. 87.
Quomodo hoc intelligendum sequentibus num.
Causæ ob quas rerum pretia possunt augeri supra rigorosum. Resp. 22. num. 45. & seq. pag. 100
Causa duplex cum potest assignari licita vna illicita alis semper præsumitur licita. Resp. 26. nu. 11. pag. 109
Causa finalis, & impulsiua quæ sit. Resp. 81. num. 8. pag. 385
In dubio quæ præsumatur. num. 9. per totum.
Quæ sit quoad obreptionem, & subreptionem. num. 10.
Et quæ in rescriptis. ibi.
Causa damni in homicidio &c. quæ dicatur. Res. 71 num. 70. & sequentibus pag. 334
Causa fiendi cessante non cessat effectus, cessat cessante causa essendi. Resp. 37. num. 43. pag. 152
Causa defertur ad tribunal secundum consuetudinem fori. Resp. 28. num. 88. pag. 128
Ex causa si quid est agendum ea debet probari. num. 112.
Causa pertinens ad forum exterius est probanda. num. 112.
Et probanda semper iudicialiter est probanda. num. 116.
Causa suspicionis est probanda iuditialiter. nu. 113.
Causa vbi requiritur est probanda. num. 114.
Causa, & occasio differunt. Resp. 71. numer. 86. pag. 336
Causa actus magis attenditur quam actus. Resp. 84. num. 10. pag. 425
Causa limitata limitatum producit effectum. Res. 28 num. 11. pag. 121
In causato non potest plus iuris inesse quam in suæ causæ potentia. Resp. 36. num. 40. pag. 147
Causatus actus regulatur à sua causa. num. 41.
Cautela ad tollendam dubietatem identitatis testamenti. Resp. 2. num. 44. pag. 15
Alia pro stabiliendis contractibus nullis in fauorem minorum, Ecclesiæ &c. Resp. 62. nu. 53. pag. 267
Cedens bonis, vide debitor.
Cedula testamentaria reperta inter scripturas patris eius manu scripta an pro testamento habenda. Resp. 2. tot. pag. 10
An deficientibus quibusdam requisitis conditionibus. ibi.
Census solutus pecunia in crumena clausa an sustinendus. Resp. 1. pag. 2
Ex natura contractus quæ requirantur. num. 8.
Forma pendet ex constitutionibus. Sum. Pontif. num. 2.
Est de genere emptionis. num. 3.
Est constituendus in numerata pecunia. num. 4
Non constitutus in numerata pecunia non est vsurarius in foro conscientiæ. num. 6.
In censu vsurario non dispensat. Summ. Pontifex. num. 9.
De hoc censu quid senserit Martinus Nauar. num. 14.
Census constitutus in pecunia non numerata sustinetur etiam in foro fori. num. 28.
Constitui, & creari censum quid sit. num. 28.
Constitui censum in numerata pecunia, & solui pretium census in numerata pecunia quid differat. ibi.
Conditio numerationis pecuniæ quanti facienda sit in censu. num. 33
Solutionem fieri coram testibus, & notario in numerata pecunia non est de forma census. num. 34.
Solutionem pretij census fieri in actu celebrationis contractus non est multum curandum, sufficit esse factam paulo ante, vel paulo post. nu. 45.
Census vulneratus quia factus non numerata pecunia in signatura gratiæ sanatur. num. 52.
Contrahentes ita sanato coguntur stare. ibi.
Constitutio Pij V. dat formam censui ex illa oriuntur difficultates. num. 2. & 3. pag. 2
Fundatur in præsumptione fraudis. num. 10.
Nec declarat censum vsurarium. num. 13.
Non obligat ad solutionem pretij in numerata pecunia sed ad constituendum censum. nu. 28
Est exorbitans à iure ideò intelligenda, vt minus quam fieri possit illud lædat. num. 29.
Fere nullibi est recepta. num. 35.
Non est interpretanda, vt lites foueat. num. 36
Non est adeo iudsice explicanda quin admittat explicationem ex identitate rationis. num. 44.
Solutio pretij census facta per cedulam banchariam æquiualet factæ in numerata pecunia. num. 43.
Census impositio est alienatio. Resp. 62. num. 41. pag. 266
Ceram pro tumulandis cadaueribus assignant hæredes defuncti nec plus possunt petere Parochi. Resp. 28. num. 16. pag. 121
Charitatis ordo incipiat à se ipso, & suis. Resp. 58. num. 28. pag. 239
Chiromantia, vide sortes.
Cingara, vide superstitio.
Citans aliquem pro procuratore, qui non est procurator approbat, vt procuratorem. Resp. 60. num. 61. pag. 257
Tam in ciuilibus quam criminalibus, vt legitimus contradictor est audiendus. num. 61
Per citationem persona in ius vocata adeo efficitur habilis, vt nulla exceptio contra eam postea admittatur. num. 62
Necessario ad defensam venit in inditium. ibi.
Ciuitatis appellatione in fauorabilibus veniunt etiam suburbia. Resp. 4. num. 60. pag. 41
In materia indifferenti venit ciuitas simul cum territorio. ibi.
In fauorabilibus etiam castra, & villæ. ibid.
Secundum proprietatem sermonis in beneficio dotis maxime cum non constat de contraria mente venit territorium. ibi.
Clauis indicat onus custodiæ. Resp. 54. num. 42. pag. 218
Clausula de consilio quid improbet. Resp. 28. num. 118. in fine. pag. 130
Clausula valeat tantum. Respons. 37. numer. 38. pag. 150
Clausulæ taxatiuæ. ibi.
Clausula antecedens determinat subsequentem. Resp. 44. num. 13. pag. 179
Præcedens est maioris efficaciæ ad restringenda sequentia, quam sequens ad præcedentia.

 num.

num. 14.
Vt nihil iuris acquirat monasterium inserta in contractu Religiosi quomodo explicanda. Ref. 46. num. 29. pag. 186
Vt nihil iuris acquiratur monasterio sed ipsi monaco nec aliter, nec alio modo in eodem contractu. num. 30
Clausula nec aliter nec alio modo ita arctat, vt, si actus non fiat eo modo non valeat. ibi.
Regulatur, vt verba geminata.
Est valde præcisa nec intellectum, vel modificationem recipit. ibi.
Indicat præcisam necessitatem. ibi.
Habet naturam præcisiuam, & inducit formam. ibi.
Importat conditionem. ibi.
Clausula qua quis se obligat de euictione quid operetur. Resp. 49. num. 10. pag. 193
Non operatus super illis, de quibus expresse inter partes conuentum est. num. 11.
Clausula integros fructus restituas intelligitur, deductis expensis. Resp. 50. num. 12. pag. 195
Clausula sine præiuditio venientium ab intestato, quomodo intelligenda. Resp. 65. num. 119 pag. 298
Clausula. Si & in quantum importat conditionem ideò nihil ponit in esse. Resp. 13. num. 27 pag. 78
Clausula. Si preces veritati nitantur quid significet. Resp. 81. num. 21. pag. 390
Clausula. Hò sottoscritto la presente, resoluitur in futurum. Resp. 2. num. 30. pag. 12
Clausula actum &c. quid operetur. vide Testamentum.
Clausula Codicillaris quid operetur. Respon. 74. num. 24. pag. 350
Vna Clausula declarat aliam. Resp. 38. num. 26 pag. 157
Clausula generalis apposita in contractu restringitur ad ea de quibus spetialiter est dispositum. Resp. 49. num. 13. pag. 193
Clausula non aliter inducit formam. Resp. 82. num. 131. pag. 413
Clausula sine præiuditio venientium ab intestato quid operetur. Resp. 65. num. 119. pag. 298
Clausula posita in vno paragrapho, vel versiculo non refertur ad alium vbi fit diuisio per paragraphos, vel versiculos. Resp. 99. el 2. num. 64 pag. 604
Clausula posita in vna parte debet referri ad aliam vbi determinatio respiciens plura determinabilia pariformiter determinat, vt vnicuique conuenit. num. 65.
Clausula posita siue in principio, siue in fine refertur ad antecedentia, & sequentia. num. 66
Clausula liberè ac licitè valeant &c. quid importet. num. 87
Clausula, vt moris est quid importet. num. 88
Clausula in contrarium &c. non extenditur ad futura nec ad concessa continentia liberalitatem principis. num. 104
Clausula non obstantibus &c. non derogat futuris. ibi
Claustri septa vide Monasterium. Egressus
Clausura potuit præcipi monialibus. Resp. 3. nu. 74 pag. 26
Clementina dudum de sepulturis non est reuocata, quoad ea quæ spectant ad Confessiones. Resp. 34. pag. 140
& num. 25. pag. 141
Cognatio spiritualis est impedimentum dirimens. Resp. 15. num. 21. pag. 78
Licet contrahatur ab vxore non contrahitur à marito. num. 22.
Non contrahitur inter patrinum, & matrinam. num. 23
Vt contrahatur requirit pro fundamento in vno paternitatem, vel maternitatem naturalem vel filiationem & in alio spiritualem. num. 24.
Perseuerat etiam mortuo filio inter compatres, & commatres. num. 25.
Vt oriatur qualiter infans sit leuandus. num. 26
Collegium vnde dicatur Resp. 5. num. 21. pag. 48
Collegij signa tendunt omnia ad aliquam communionem, & communicationem munerum, onerum, & emolumentorum. num. 20.
Collegialis non est dignitas quæ à collegio est separabilis. num. 22
Commutare vide Votum. Iuramentum
Compatres duo ijque diuersi sexus, si à parentibus designentur, si alij tangant filium nihil faciunt Resp. 15. num. 27. pag. 78
Possunt tamen parentes plures designare qui tangant, & omnes contrahent cognationem. nu. 28
Erunt etiam vere omnes compatres si nulli sint à parentibus designati, & plures tangant. nu. 28.
Duos designant parentes, eos reijcit parochus at ipsi Parocho inuito leuant an vere sint patrini. num. 35.
Nullis designatis patrinis à parentibus duos eosq; diuersi sexus deputat Parochos leuant isti & simul cum istis tangunt & alij an omnes patrini. n. 36.
Domi baptizatur infans & leuatur, præstantur in Ecclesia consuetæ ceremoniæ qui Compatres. num. 38
Compater an sit qui procuratorio nomine leuat an ille cuius nomine leuatur. num. 39
Vnus leuat nomine Ciuitatis an iste solus Compater an tota ciuitas cognationem contrahat. num. 40
Episcopus an dispenset vt cum duo debeant esse diuersi sexus sint duo eiusdem. num. 37
Qui possint esse Compatres in Baptismo & confirmatione. num. 41
Quot possint suscipi in confirmatione eodem die. num. 42
An qui suscipit in Baptismate possit suscipere in confirmatione. num. vlt.
Condemnatus condemnare. vide damnatus. damnare
Compensatio vt possit fieri septem requiruntur, quæ expenduntur. Resp. 53. num. 66. pag. 212
Compensatione quomodo creditor regis possit vti defraudando gabellas a num. 69. ad 75
Compensatio non potest fieri nisi in bonis debitoris ideo non fit nisi inter debitores. Resp. 52. num. 20 pag. 204
Compromissum de rebus Ecclesiæ an possit fieri in iudicem, arbitrum, & arbitratorem laicum. Resp. 91. num. 15. & 16. pag. 466
Concessio facta in fauorem alicuius habet in se tacitam conditionem si ea vti velit. Resp. 62. num. 40. pag. 266
Facta in præiuditium tertij strictè interpretanda. Resp. 39. num. 36. pag. 160
Concilium quoad reclamationem super inualiditate professionis Regularium. Resp. 82. per totum. pag. 397
Quando deroget priuilegijs. Resp. 76. num. 86 pag.

pag. 363
Conditio in legato est intelligenda ex parte grauati, ad releuandum ex parte honorati ad onus. Resp. 37. num. 55. pag. 154
Conditiones istæ. Si puella nubat, si non nubat, si monasterium intret expenduntur. Resp. 44. num. 6. pag. 178
Conditiones si puella manserit in statu virginitatis, & si permanserit virgo maxime differunt. num. 7
Conditio apposita in testamento quocumque modo non seruetur siue publice siue secreto facit deficere dispositionem & legatum est restituendum num. 3.
Conditiones variæ sub quibus instituitur hæres. Resp. 48. num. 3. pag. 190
Conditionum in legatis positarum effectus. num. 5
Momento temporis extitisse sufficit. num. 6
Conditio inducitur per appositionem certæ ætatis in persona honorati. Resp. 78. num. 21. pag. 374
Conditio est forma necessario exprimenda in dicendo & seruanda in faciendo Resp. 28. num. 58. pag. 124
Conditio in legatis vide legatum.
Conducens domum finito tempore locationis nisi discedat censetur de integro conducere Resp. 6 num. 13. pag. 50
Confessarius excipiens confessiones quando dicatur Pater spiritualis toto Resp. 7. pag. 54
Potest considerari in triplici statu ad dictum effectum num. 8
Non dicitur Pater excipiens confessiones vnica tantum vice, nisi pænitens illius securæ tradat. num. 10. & 26
Non dicitur amplius pater etiamsi longo tempore exceperit confessiones si pænitens alium eligat confessarium. num. 15
Ex consuetudine excipiens alicuis confessiones dicitur illius pater spiritualis. num. 27
Vt dicatur Pater spiritualis quæ requirantur toto Resp. 7.
Confessarius an possit ex scientia habita in confessione excludere ab officio quem alias cognoscit dignum. Resp. 26. per totum pag. 109
Eligens indignum cognitum indignum tantum in confessione, nullas pænas incurrit. num. 21 pag. 111
Neque peccat. num. 23
Confessarius est iudex pænitens reus ad consequendam remissionem pænæ, nec alio modo potest vti scientia confessionis iudex quam absoluendo num. 26
Confessarius quomodo se gerere debeat, in scitis in confessione etiam in ijs quæ aliàs liberè facere posset. num. 28
Potest aliquando vti tali scientia & quomodo & quando. ibi.
Licet non acquirat nouum ius ex scientia habita in confessione amittit quod habebat ex scientia habita extra confessionem. num. 30
Non solum tenetur non agere quę reuelant confessionem, sed etiam illa quæ damnum inferunt pænitenti alias non inferendum. num. 32
Non potest vti scientia confessionis, nisi vt Dei instrumentum. num. 33
Scita in confessione scit vt Deus. num. 13
Confessarios vti scientia habita in confessione PP. Iesuitis vetuit Claudius Aquauiua. num. 17
Quoad externam gubernationem intellige. ibi.
Idem vetauit Clemens VIII. num. 40
Quod decretum est præceptiuum. num. 40
Confessarius audiens pænitentem habentem aliquod peccatum mortale quod ignorat vincibiliter, vel inuincibiliter vel dubitat esse peccatum quomodo se gerere debeat cum illo si fructum non speret, si speret, vel si speret sed difficillimum sit remedium. Resp. 56. per totum pag. 224
An possit dissimulare vel teneatur admonere laborantem ignorantia vincibili si ex admonitione teneatur scandalum. num. 38. 34. 40
Confessarius in quo differat à concionatore, & doctore. publice prælegente. num. 41
Confessarius debet esse valde diligens in inuestigando an pænitens sit in bona, mala, vel dubia fide cum aduertit remedium esse difficile. num. 42
Quam multum hoc referat à num. 43. ad 47.
An sperans fructũ sine graui damno teneatur monere pænitentem de peccato quod ignorat. n. 46.
Et quid agere debent cum impeditis impedimento dirimente dum expectatur dispensatio. nu. 47.
An debeat monere ante, vel post datam absolutionem. num. 49.
An nullum sperans fructum ex admonitione si non admoneat sit in damnum tertij an debeat, & teneatur admoneat. num. 50.
Quid agere debeat cum illo qui ignorat impedimentum matrimonij tamen si moneatur adhuc illud est contracturus. num. 55.
Quid si dispensatio obtenta sit inualida. num. 56.
Pænitens habet impedimentum dirimens, de quo tamen non potest admoneri, accidit alius casus ex quo potest legitime negare debitum, an confessarius tali pænitenti possit præcipere ne reddat respiciens ad impedimentum. num. 58.
Confessarius an possit absoluere laborantem ignorantia inuincibili quæ sit in damnum tertij, vt quia contractus sit vsurarius cum ex admonitione fructus non speratur. num. 61.
Quid si admonitio sit profutura sed remedium difficillimum num. 62.
Quid si credat pænitentem fore ab alio admonendum, & fortasse minus apte. num. 63.
Quid si ex malitia pænitentis scandalum sit sequuturum. num 65.
Quomodo se gerere debeat cum laborante ignorantia inuincibili. num. 114.
Confessarius quomodo se gerere debeat cum pænitente existente in occasione proxima toto. Resp. 71. pag. 325
Et quando debeat fæminæ imperare egressum à domo hæri ob eandem causam. num. 80.
Confessarius absoluens vnum pro alio an valide absoluat toto Resp. 29. pag. 132
Confessarius errans in persona vide Error.
Confessio. vide præceptum confessionis.
Confessio redderetur exosa si penitens crederet, posse confessarium vti scientia habita in ea etiam extra illam. Resp. 26. num. 34. pag. 112
Tolleretur reseruatio casuum maxime quoad Regulares. num. 16. & 18.
Confessionis sigillum non solum obligat quoad alios, sed etiam ipsum pænitentem. num. 14.
Scita in confessione non possunt reuelari neque in illis casibus in quibus possunt habita sub sigillo naturali. num. 15.
Confessiones tribunal exercetur ad modum iudicijs num. 26.
Ea curantur animæ in foro interiori non vero in exteriori,

exteriori. Resp. 36. num. 25. pag. 111
Confessio dotis receptæ an iuramento firmetur. vide dotis receptæ:
Confessus delictum non dicitur conuictus ideò non includitur in statuto loquente de conuictis. Resp. 92. num. 14. pag. 468
Confiscatio bonorum. vide proscriptio bonorum.
Confraternitates in temporalibus non subduntur Episcopis, sed in spiritualibus. Resp. 12. nu. 11. pag. 67
Non subduntur Episcopis, vt personæ Ecclesiasticæ nec gaudent priuilegio fori. ibi.
Subduntur tamen Episcopis solum in aliquibus si habeant oratoria eius auctoritate fundata. ibi.
Confratres non possunt compelli ire ad processiones ab Episcopo. ibi.
An virtute suorum priuilegiorum possint absolui à reseruatis. Resp. 76. num. 82. pag. 363
Coniectura est directio quædam rationis ad veritatem Resp. 69. num. 45. pag. 319.
Coniecturæ probabiles sumuntur ex verbis, & factis Resp. 82. num. 55. pag. 403
Ex verbis. num. 57.
Ex factis. num. 61.
Coniecturis non indigemus in claris. num. 3.
Coniectura quomodo differat à præsumptione iuditio signo adminiculo suspicione. num. 64.
Coniecturis non indigemus in clara, dispositione iuris. Resp. 38. num. 17. pag. 156
Consentire videtur qui tacet, & quomodo intelligendæ duæ regulæ Qui tacet consentire videtur; & alia Qui tacet nec fatetur nec vtique negare videtur. Resp. 60. à num. 46. ad 59. pag. 256
Consentire videtur qui tacet contumax, & nisi taceat contumax non censetur consentire. num. 40.
Consentire videtur qui non obstat cum potest. num. 32.
Consentire non potest ignorans. num. 37.
Consentire non dicitur qui errorem rettactat statim ac cognoscitur. num. 39.
Maxime si via iuris id agat. ibi.
Consentire dicitur, qui patitur aliquid fieri, nec contradicet cum commode possit. Resp. 28. nu. 33. pag. 123
Consentire dicitur tacens in casu necessitatis, & scandali. num. 40. pag. 123
Consentire qui debet si taceat per iudicem compellitur, vel superiorem, si eum causa ad eam manifestandam si sine causa ad consensum præstandum, & si neutrum vult præstare supplet index, vel superior. num. 44.
Si cum causa nemo potest supplere, & si suppleatur datur locus appellationi. num. 45. & 46.
Consensus, est sensus simultaneus. Resp. 6. num. 11. pag. 50
Ideò debet esse simultaneus. ibi.
Est necessarius in omnibus conuentionibus, ibi.
Est de substantia contractus. ibi.
Datus ab vno contrahentium hodie, & ab alio cras non sufficit ad contractum. ibi.
Sine consensu donatio non subsistit. ibi.
Fit voce, & scriptura. num. 13.
Requisitus pro forma debet esse expressus. Resp. 28. num. 54. pag. 124
Datus in matrimonio absente Parocho nullus. num. 36.
Potest præstari per nuncium, & per Epistolam. num. 60.
An sit præsumendus. num. 105.
Tacitus restringitur ad actum factum non autem vltra. Resp. 43. num. 39. pag. 173
Patris in plenum vsumfructum trahitur etiam ad tempus futurum. num. 40.
Consensus necessario requisitus ad aliquid agendum, nisi intercedat acta sunt nulla. Resp. 28. nu. 7. 8. 9. & 10. pag. 121
Consensus illius, qui nullum habet interesse in consentiendo si ad aliquem actum requiratur est de forma, & actum debet præcedere. num. 28
Consensus requiri potest diuersimode num. 29
Dicitur à con, & sensu simul sensus. num. 30
Alius tacitus alius expressus, & quis vterque. num. 31
Nisi sit de forma sufficit præstari per equipollentia. num. 34
Quo casu non est necesse dicere auctoritatem, & consensum impartimur. ibi.
Consensus quando sit inductus pro forma. num. 35
Quotiescumque requiritur præsumitur de forma. num. 36
Est de iure naturali, & gentium, nec per alium potest suppleri, neque per Principem. nu. 37
Aliquando significat consilium quo casu non est necessario sequendus. num. 38
Licet non præcedens nec simultaneus, sed tantum subsequens sit validus regulariter; requiritur tamen simultaneus, cum est de forma. nu. 39
Semel datus non potest reuocari, nisi ex noua causa superueniente num. 47.
Consensus non præsumitur, sed expresse datus requiritur cum agitur de damno proprio, maxime in imponendis seruitutibus. Resp. 60. nu. 34. pag. 256
Datus per errorem nihil releuat. num. 35.
Vbi requiritur expressus debet esse simpliciter voluntarius. num. 36.
Consilium quid sit, quid dare consilium, & quando consilium dans incidat in reseruatum. Resp. 87. num. 34. pag. 448
Consilium dans non sequto effectu an ligetur casu reseruato consilium dantis num. 36.
Consilij efficacia in quo consistat. num. 38.
Consilium datum reuocans, an teneatur reseruatione num. 41.
Agere cum consilio & de consilio quomodo differant. Resp. 28. num. 38. pag. 123
Consilium & consensus quomodo differant. Resp. 28. num. 137. pag. 131
Consilium non est dandum nimis proprie, ne sit imprudens nec nimis morose ne sit tardum. num. 134
De Consilio alicuius aliquid esse agendum quid importet num. 118. ad finem.
Varijs modis obligatio petendi consilium imponitur. ibi.
Consilium cum est petendum ab eo, à quo dependet actus validitas est sequendum omnino. nu. 119
Si vero non pendet ab eo validitas actus sed alijs iuribus decernatur sequendum, erit sequendum. & his duobus casibus significat assensum. ibi.
Si iura non decernunt esse sequendum vel petitur à compartiepe officij & tunc est petendum, & sequendum vel est petendum a non participe, & tunc vel iste habet ius in illa re de qua consilium est petendum, & est sequendum. ibi.
Vel nullum habet ius in re de qua agitur & tunc est consideranda res super qua est petendum consilium

consilium & si ex necessitate est petendū regulariter erit sequendum aliter si ex libertate. ibi.
Multoties tamen ex necessitate est petendum quod ex necessitate non est sequendum. ibi.
Sententia ferenda & cognitio causæ cum consilio alterius faeienda & exequenda an possit delegari. num. 120. 121. 122.
Consilium alicuius si requiratur in aliqua re agenda vt in legato dotis dando si Puella nubat cum consilio Titij. v. g. & Titius moriatur ante tempus dandi consilium an legatum debeatur. num. 126
Consilium si sit requisitum & sit datum malum an sit sequendum à num. 126. ad 129.
Consilium requisitum ad legatum distribuendum v. g. si ex negligentia illius, qui debet legatum dare deuoluatur ad Episcopum an Episcopus teneatur ad idem consilium petendum & exequendum. num. 129.
cum Consilio quattuor. v. g. Canonicorum Episcopus expedire debet causam commissam an Canonici suas vices vni tantum possint committere, vt solus cum Episcopo expediat. num. 131.
Consilium quattuor. v. g. requiritur tribus dicentibus quarto tacente an causa possit expediri. num. 132.
Consilium & Consensus requisita in matrimonio an obstent libertati matrimonij. num. 136.
Constitutio quæ aliquid non continet propter se principaliter; sed ad euitandum aliquod malum, si malum euitetur, transgressor non tenetur ad pœnam. Resp. 1. num. 46. pag. 8
Constitutio Pij V. quoad approbationem confessariorum regularium an sit reuocata. Resp. 34. nu. 6. pag. 140
Constitutionem esse reuocatam & esse reductam ad terminos iuris an sit idem. ibi.
Constitutio Pij de Censibus quomodo intelligenda. Resp. 1. per totum.
Consuetudo quid sit vt est quid facti & quid iuris. Respons. 3. num. 20. pag. 21
Vt quid facta est probanda. num. 3. pag. 20
Potest quidquid potest Princeps. num. 8.
Facit silere leges. num. 107. pag. 29
Tollit omnem legem, quæ non sit ius naturale, & diuinum, & legem Ecclesiasticam, & ciuilem. num. 9
Tollit impedimenta dirimentia matrimonium. ibi.
Semper est iusta contra legem, quoties esset iusta lex si ferretur contra eandem legem. num. 10.
Non tollit in totum ius naturale & diuinum illud tamen minuit, & auget. num. 11.
Tollit legem etiam iuratam. num. 12.
Tollit Regulam Religiosorum voto promissum. ibi.
Comparatur priuilegio; nec ad hoc requiritur expressus consensus Principis. num. 13.
Possunt vti consuetudine etiam illam inducentes. num. 16.
Introducta legitime cessat lex. ibi.
Tantam vim habet quantam intendunt illi attribuere illam introducentes. num. 17
Et quantam illi vsus attribuit. ibi.
Permittitur ne peccata multiplicentur. num. 19
Non potest dari contra essentialia votis datur contra non essentialia. num. 6. & 7
Consuetudo præcedendi est interpretanda vt nata ex quadam vecordia vel stultitia vel ambitione. Resp. 5. num. 27. pag. 49
Consuetudo dicitur forma, quasi alterum ius naturale omnia potest. Resp. 12. num. 32. pag. 68
Inducit quidquid priuilegio potest concedi. num. 33
Et quidquid potest statuto. num. 34
Licet non tollat ius naturale, & diuinum, facit quod actus contra illud ius non cognoscantur contra idem. Resp. 22. num. 44. pag. 100
Constituit probabile dubium iuris. numer. 17 pag. 99
Est legum interpres illi adhæretur vt adhęretur interpreti legum. num. 22
Est tantæ virtutis & auctoritatis, quantæ vnus & alter doctor, & fortasse maioris. num. 24
Excusat à pœna. num. 25
Tollit rubricas Missalis, & Breuiarij. Resp. 47 num. 8. pag. 189
Quomodo sit verum admitti contra Sacros Canones & quomodo verum non admitti. num. 11 & 12
Quæ consuetudines admittantur vel non contra Sacros Canones. num. 13
Consuetudines contra rubricas introductas si conueniant inter se qui eas introduxerunt relinquere vel tollere nihil agunt. num. 15
Consuetudo faciendi electiones vel prouisiones suffragijs non secretis non potest induci. Res. 72 num. 19. pag. 342
Non potest secundum multos dari contra dispositionem habentem decretum irritans. nu. 20
Non inducitur actibus inuoluntarijs & per errorem factis. num. 21
Inducitur actibus factis animo illam inducendi & legi derogandi. Resp. 12. nu. 29. pag. 68
Inducta per errorem cessat detecto errore, cessat enim causa apparens. Respon. 72. numer. 22 pag. 342
Sine actione non potest subsistere. num. 23.
Eius vis pendet ex voluntate illam inducentium. num. 24.
Debet induci ex certa scientia. num. 34.
Et actus debet esse factus expressa intentione inducendi consuetudinem, & quod obliget. num. 35.
Ex actibus difformibus non inducitur, deest enim consensus vnanimis. num. 37. & Resp. 3. n. 53. pag. 24
Hoc casu reditur ad ius commune. num. 38.
Nec multitudo actuum est optabilis, nisi ex ea deprehendatur vnanimis consensus introducendi consuetudinem. num. 39.
Et actus debent probari facti ad inducendam consuetudinem. num. 40.
Consuetudo non fouet peccatum num. 36.
Nec periculum peccandi. ibi.
Consuetudo tollens libertatem in electionibus vel Prouisionibus est irrationabilis ideo neq; potest induci. num. 42.
Nec potest induci contra bonum publicum. Resp. 72. num. 45. pag. 343
Quæ sit irrationabilis iudicat vir prudens. nu. 46
Consuetudo non præsumitur, sed debet probari. num. 38
Aliquando obligat ex debito aliquando ex sola gratitudine. Aliquando sub mortali. Aliquando sub veniali. Aliquando solum in conscientia. Aliquando solum fori. Aliquando in vtroque. Resp. 3. num. 45. pag. 23
Consuetudo seruandi aliquos dies festos quomodo cognoscatur obligans sub mortali vel ex deuotione.

tione. num. 47.
Traditur regula cognoscendi qualis sit obligatio consuetudinis. num. 46.
In dubio consuetudo seruandi dies festos intelligitur ex deuotione. num. 48.
Aliquando incipit ex deuotione & terminatur in debitum & e contra. num. 49.
Consuetudo non inducitur actibus factis ex vrbanitate vel liberalitate num. 50.
Non probatur sufficienter si testes referant de multis actibus, nisi ex illis deprehendatur populi consensus. num. 52.
Non probatur per testes deponentes eam extare sed deponentes tales actus esse factos talibus præsentibus. num. 52.
Est maxime efficacie. Potest quæ potest Princeps num. 54.
Longa æquiparatur veritati. num. 54.
Introducit quidquid pacto firmari potest. ibi.
Consuetudo inducitur per vniuersitatum vel populi consensus estque illius causa. num. 52.
Nec requiritur consensus tertiæ partis sed sufficit maioris. num. 53.
Induci potest à quacumque communitate capaci impositionis legis. num. 55.
Inducit Conuentus Fratrum & monialium. nu. 55.
Item vniuersitas mercatorum. ibi.
Nullam vim habet nisi de consensu illius ad quem spectat legem ferre. num. 64.
Consuetudini nundum introductæ derogatur per legem contrariam etiam sine clausula derogante. à num. 81. ad 88. & num. 96.
Si vero sit perfecte introducta per contrariam legem non tollitur sine causa derogante. nu. 81.
Vniuersali consuetudini derogatur lege vniuersali licet non addatur clausula derogationis. 83.
Vniuersalem enim consuetudinem non censetur ignorare Princeps. num. 82. & 84.
Particulari consuetudini non derogatur lege vniuersali, nisi de illa in particularis fiat spetialis mentio. num. 83.
Idem de statuto non continente ius commune. ibi.
Derogationi consuetudinis obstat ius commune. num. 85.
Consuetudini vnius prouinciæ censent aliqui non derogari lege lata pro eadem prouincia. nu. 86.
Iuxta præscriptam consuetudinem leges feruntur. num. 87.
Non præscripta non habet vim legis. num. 89.
Sola præscripta præualet aduersus legem. num. 90.
Nundum introductæ non dicitur derogari propriæ. num. 91.
Loquentes de consuetudine intelliguntur de legitime præscripta. num. 94.
Non præscripta est voluntas inducendi consuetudinem, non consuetudo. num. 94.
Consuetudini nondum introductæ sed quæ tentatur introduci a Religiosis contra constitutiones Summo. Pontific. sue Constit. approbatas, an possit resisti per superiores inferiores S. Pontif. num. 96.
Immemoriali non derogatur nisi addatur clausula faciens mentionem immemorialis, nec sufficit alia clausula derogans. num. 95.
Consuetudo est stricti iuris. num. 51. & 93.
Non potest introduci resistente Principe. nu. 92.
Est enim odiosum & detrimentosum Principi legem impediri consuetudine. num. 93.
Consuetudo cessat aliquando se ipsa, aliquando alia consuetudine contraria aliquando contraria lege. num. 98. & 99.
Vt tollat aliam debet esse opposita contraria. num. 100.
Vniuersalis tollit vniuersalem, particularis particularem, vniuersalem tollit particularis sed in loco tantum vbi introducta est. numer. 100. & 101.
Inducitur vsu & facto. num. 101.
Consuetudo posteriore vt tollat priorem debet esse præscripta eo tempore, quo prior fuit stabilita. num. 102.
Consuetudo derogans legi aliquando consistit in facto positiuo aliquando in omissioni illius. num. 103.
Nunquam censetur per legem sublata si quomodo potest cum lege compati. num. 105.
Vt compatiatur verba legis sunt restringenda. ibi.
Secundum consuetudines & statuta locorum Princeps mandat potestatem iudicandi num. 108.
Eodem modo mandat exigi vectigalia. num. 109.
Immemorialis præsumitur habere iustum titulum. num. 112.
Reprobata vt iniqua a lege censetur vt talis reprobata in præterito sed in futurum potest ea lege non obstante introduci, potest enim in futurum dari casus non iniquus. num. 114.
Immemorialis habet vim Priuilegij a Principe concessi. num. 112.
Consuetudines contra regulas religiosorum nundum introductas possunt, & debent superiores impedire. num. 80.
Non perfecte inductas ante professionem at perfecte inductas post illam superiores possunt tollere & qui superiores hoc possint. numer. 123. & 125.
Quare hoc possint num. 124.
Consuetudines contra regulam legitimè introductas ante emissionem votorum Religiosi seruantes antequam religio reformetur an sint tuti in conscientia. num. 126. & 127.
Nec eas possunt tollere superiores nec capitula. num. 132.
Imo neque Papa. ibi.
Nec requiritur quod siut immemoriales. num. 133
Emittens professionem in religione relaxata non tenetur habere expressam intentionem non se obligandi primeuæ regulæ sed sufficit quod implicite intendat profiteri secundum consuetudines quibus regula est mitigata. num. 134.
Consuetudines laudabiles quæ siat, si quæstio sit inter Ecclesiasticos & laicos decidere spectat ad Episcopum. Resp. 27. num. 2. & 3. pag. 116
Ad earum obseruantiam eodem casu laicos cogit Episcopus. num. 2.
Introducuntur si per decennium aliquid sponte detur pro sepultura pro administratione Sacramentorum. num. 9. & 10.
Consuetudo in spiritualibus quomodo inducatur. num. 11. 12.
Eius initium non potest esse actus Simoniacus. num. 14.
Exigendi à Defunctorum hæredibus scutum pro cadaueribus quæ non sepeliuntur in Ecclesia curata sapit manifestam simoniam ideo non toleranda. num. 15.
Recipiendi ceram pro tumulandis cadaueribus potest dari. num. 16.

Lapsu decennij istæ consuetudines laudabiles possunt introduci. num. 18.
Posita laudabili consuetudine aliquid exigendi pro spiritualibus datur actio ad illud. num. 19.
Ex datione gratuita alicuius rei pro spiritualibus aliquo modo conditionali non omnino pura potest induci. num. 21. §. Quotiesenmq;
Ex datione gratuita non posse induci consuetudinem quomodo intelligendum. num. 20.
Exigendi eleemosinam etiam per decennium non inducit obligationem & quare. num. 20.
Ratione consuetudinis quare possit aliquid accipi pro spiritualibus & exigi non autem possit exigi sine consuetudine. num. 20.
Consuetudini multum tribuitur in materia sepulturæ Resp. 51. nu. 49. pag. 200
Consuetudo non differt a lege nisi tamquam tacitum & expressum. Resp. 3. num. 21. pag. 21
Alia præscriptiua alia legalis & quæ num. 21.
Quomodo differant. num. 53. pag. 24
In iuditijs consuetudines sunt maxime obseruandæ num. 21. Et iudex aliter iudicans dicitur iudicare contra ius commune. ibi.
Requisita ad consuetudinem. 4. num. 22.
Primum quod sit rationabilis. num. 23.
Quæ sit rationabilis. num. 24. & 25.
Quomodo contra legem possit esse rationabilis. num. 26.
Cum mala fide an possit dari. num. 27.
Ratione carena, & peccatum fouens non potest dari. num. 28.
Contra ius naturale an detur. ibi.
Secundum; debito tempore præscripta. num. 29.
Quod tempus requiratur. num. 30.
An requiratur longum tempus. num. 30.
Quod sit longum tempus. ibi.
Quoties fit mentio de consuetudine intelligitur de præscripta debito tempore. num. 29.
Tempus incipit currere à primo actu. num. 33.
Debet esse continuum non interruptum. num. 34.
Quomodo interrumpatur. num. 35.
Tertium. Actuum frequentia. num. 37.
Quot actus sufficiant. num. 38. & 40.
Non sufficiunt duo vel tres. ibi.
Non est necesse quod fiant in iuditio. num. 39.
Nec à Principe. ibi.
Quare frequentia actuum sit requisita. ibi.
Non est necesse consuetudinem in iuditio esse canonizatam. num. 41.
Quid iuuet si in iuditio sit canonizata. num. 42.
Quomodo intelligendum, quod debeat esse probata in contradictorio iuditio. num. 43.
Quartum: Actus fiant à populo sciente & volente. num. 44.
Populi consensus vel eorum qui consuetudinem introducunt maxime requiritur ibi.
Actus debent fieri animo inducendi consuetudinem. ibi.
Assensus Principis non est necessarius sed sufficit legalis idest qui supponitur ex lege. num. 31.
Consuetudo ministrandi Sacramenta potest induci. Resp. 99. el 2. num. 144. pag. 615
Debet seruari eo modo quo est inducta. num. 144.
Et in specie quoad administrationem Eucharistiæ & aliorum Sacramentorum, & illa inducta nullus sit metus timendus excommunicationis. &c. num. 151.
Ex consuetudine obtinens facultatem aliquid agendi potest delegare. num. 154.
Consuetudo an requirat esse firmatam publico iuditio. num. 155.
An requirat scientiam principis. ibi.
Consuetudo quam notorietatem requirat num. 156. & 157.
An requirat scientiam eorum contra quos præscribitur. num. 159.
Contractus celebratus cum pacto quod super eo conficiatur instrumentum valet etiamsi non conficiatur instrumentum. Respon. 1. numer. 27. pag. 12.
Nisi tamen exprimatur quod eo casu sit nullum. ibi.
Contractus in quo sunt seruata iure naturæ illius requisita est validus in foro animæ licet non seruentur requisita iure positiuo. Resp. 1. num. 13. pag. 3
Etiamsi addantur vel minuantur requisita vel non requisita à S. Pontificibus. ibi.
Tradita seruanda tempore contractus nisi seruentur contractum reddant nullum, & quomodo intelligendum. num. 17.
Tradita pro forma contractus sunt seruanda in vtroque foro quomodo intelligendum. nu. 18.
Contractus omnes præter donationes valent inter coniuges. Resp. 63. num. 48. pag. 274
Contractus omnes gesti cum pupillo vel minore sine auctoritate tutoris vel curatoria licet sint nulli tenent tamen nisi pupillus dicat de nullitate. Resp. 62. num. 51. pag. 266
Alienatio bonorum Ecclesiæ valet donec de nullitate dicat Ecclesia. num. 41.
Eodem modo testamentum nullum præteritionæ filij. num. 42.
Venditio facta non vicino, vicino tacente. num. 43.
Transactio cum clausula, quod in effectu contrauentionis sit nulla. num. 44.
Matrimonium ex causa frigiditatis. ibi.
Obligandi dandi fideiussores ad certum tempus num. 45.
Lex imponens pœnam iudici nisi inquirat non executioni mandatur nisi fuerit requisitus. num. 46
Promitens sub pœna præsentare aliquem in carceribus illam non incurrit nisi fuerit requisitus. num. 47.
Estante statuto quod forensis conueniens ei vera præstet idoneam cautionem aliter processus sit nullus. num. 48.
Beneficium conferendum vni de familia, doctori &c. alteri collatum tenet nisi tales opponant. num. 49.
Stante statuto quod ille prior ad collegium admittatur qui prior gradum doctoratus accepit si posterior admittatur non opponente priore tenet admissio nec reuocatur, quamuis postea opponat. num. 50.
Hæc omnia sunt nulla parte opponente, illa autem non opponente valeat. nu. 53.
Item sunt vera si lex statuat in fauorem partis non autem si in nullius fauorem disponat. num. 54.
Contractus equalitas requirit quod vterq; contrahens obligetur. Resp. 46. num. 39. pag. 187
Contractus in dubio intelliguntur quidem quod valeant non tamen omni meliori modo. Resp. 31. num. 10. pag. 134
Contractus conditionati sunt validi vsque ad conditiones purificationem. Resp. 11. numer. 7. pag.

pag. 64
Purificata conditione euadunt absoluti. ibi.
Ante euentum conditionis sunt irreuocabiles. ibi.
Nec minor obligatio oritur ex contractu conditionato, quam ex absoluto ex illo in spe ex isto in re. ibi.
Saltem purificata conditione est irreuocabilis. ibi.
Contractus manifeste vsurarij nulla consuetudine possunt honestari. Resp. 22. num. 12. pag. 99
Nec Ecclesiastica potestas circa illos quidquam potest. ibi.
Quod verum est de Iudæis etiam & alijs infidelibus num. 13.
Deus solus vt omnium dominus dispensat in vsura. num. 14.
Non manifeste vsurarius si communiter fiat non est condemnandus. num. 15.
Qui sapit vsuram consuetudine reputatur licitus. num. 16.
Contractus iure illicitus, sed communiter vsitatus toleretur, illud enim ius necesse est esse obscurum intellige si communiter licitus reputatur. num. 37.
Exercens contractus bona fide qui communiter reputantur liciti non est damnandus de mortali. num. 19.
Contractus communiter reputatus licitus, non est damnandus, vt vsurarius licet sit talis. nu. 26.
Contractus censentur initi secundum consuetudinem locorum num. 76.
Ex contractu vsurario bona fide putato licito illud lucrum potest percipi quod ex eodem vel alio licito esset acquisitum. num. 94.
Bona fide initus licet vsurarius includit titulum iustum. ibi.
Vsurarius eum bona fide potest iustificari quia in eo potest inueniri iustum. ibi.
In vsurario contractu bona fide inito nulli fit iniuria. num. 95.
Vt lucrum ex contractu vsurario perceptum bona fide, possit retineri, non acquiritur adfuisse intentionem celebrandi contractum omni meliori modo, quia subintelligitur. num. 98.
Contractus bona fide celebratus si in eo genere non potest rectificari ratificatur in alio simili. num. 99.
Vt contractus mutui bona fide celebrati inter hærum & colonum cum obligatione quod agrum excolat degenerat in locationem operum. ibi.
In contractu duplex intentio, quam quisq; actu habet, & quam debet, habere. Resp. 6. num. 21. pag. 51
Contractus ex conuentione legem accipiunt. Resp. 49. num. 12. pag. 193
Contrahentes dant formam conuentionibus. ibi.
Qualitas contractus ex pretij qualitate & quantitate pensanda. Resp. 31. num. 10. pag. 134
Contractus causa originalis est inspicienda. Resp. 84. num. 8. pag. 425
Contractus primus, qui dedit causam secundo magis est inspiciendus quam primus. num. 9.
Contractus initium & causa est spectanda. num. 12.
In contractibus mente retenta nihil operantur. num. 14.
Contractus recipiunt interpretationem ex tacita mente contrahentium nu. 15. & quomodo intelligendum. num. 16.
Contractus non operantur vltra intentionem contrahentium. num. 16
In contractu nemo potest plus grauari quam ipse intendat se esse grauatum. ibi.
Contractus regulantur secundum consuetudinem loci. num. 34
Recipiunt interpretationem ab eo quod solet fieri. num. 35
Contrahentes censentur respicere suo hæredi. num. 11
Contumelia insignis casus reseruatus. Resp. 95. num. 197. pag. 499
Quid sit contumelia. ibid.
Quomodo differat à detractione. ibid.
Quid significet in reseruatione. num. 198
Quid significet insignis. num. 199
Conuentio alia tacita alia expressa & quid sit vtraque Resp. 6. num. 13. pag. 50
Multi casus explicantur. ibi.
Conuentio tacita alia ficta alia præsumpta. num. 14
Copula habita cum putata non autem vere maritata non est adulterium ex eo quod non erat matrimonium intellige ad pœnam. Resp. 80. nu. 22 pag. 381
Creditores chirographarij quod ius habeant in bonis debitoris. Resp. 59. num. 114. pag. 250
Creditores cautionem reddens debitori videntur conuenire ne amplius petatur conuentum debitum. Resp. 6. num. 14. pag. 50
Culpa quæ est delictum non præsumitur. Respons. 90 num. 18. pag. 463
Cultus superstitiosus. vide superstitiosus cultus.
Curati animarum possunt profiteri religionem etiam inuito Episcopo: licentiam tamen tenentur petere, licet postea non obtineant nihil refert. Resp. 85. num. 4. pag. 428
Eorum beneficium non vacat durante nouitiatu nec alteri potest conferri. num. 5
Fructus beneficij pro vna parte sunt dandi inseruienti Ecclesiæ pro altera religioni pro alimentis. num. 6
Tempore Nouitiatus an possent audire confessiones suorum parochianorum valide. num. 8
An licite. num. 10
An possint audire confessiones omnium ad se accedentium. num. 11
Et vti priuilegijs religionis in confessionibus. ibi.
Emissa professione & facta renunciatione &c.
Beneficij an possit excipere confessiones. nu. 27
Quid si non solum habuit beneficium; sed fit approbatus vel delegatus ad confessiones. num. 28
An possit vti priuilegijs in confessionibus ibi.
Quomodo sit præsentandus. num. 29
Custos vocalis capitulo interfuturus. Vide Electores.
Custodes viarum vel a gabellarijs conducti, vel ære publico deficientes suæ obligationi ad quid teneantur toto. Resp. 70. pag. 321
Accepta pecunia vt libere sinant non solutis vectigalibus mercatores transire, si nundum merces transierunt ad quid teneantur. num. 9.
Ad quid si iam transierunt. ibi.
Quid si addiderunt pactum de non accusando illos mercatores. num. 13.
Quid si alij accussent. ibi.
Quid si expresse non sit conuentum de non accusando mercatores, an possint accusare. num. 24.
Quid si mercatores ab alijs accusentur, & falsis testibus liberentur, ad quid teneantur ipsi & ad quid

quid mercatores. num. 15.
Quando teneantur restituere stipem quam recipiunt à gabellarijs. num. 21.
Quid possint retinere si damnis gabellariorum satisfaciunt. num. 22.
Quæ damna teneantur resarcire. num. 23.
An ipsi teneantur soluere vectigalia defraudata eorum causa. num. 24.
An merces quas gabellariæ acquisiuissent. nu. 25.
An pænam quam mercatores fuissent passi. nu. 26.
Ad quid teneantur sequta sententia iniusta liberatoria mercatorum. num. 27.
Ad quid iudex ferens sententiam iniustam. nu. 29.
Quid si addita sit etiam alia pœna præter amissionem mercium. num. 33.

D

DÆmonum innocatio semper est grauissimum peccatum. Resp. 95. num. 183. pag. 498
Dæmones certo cognoscere non possunt quæ pendent a libera voluntate hominum. Resp. 95. nu. 83. pag. 490
Coniectant vt sagacissimi. ibi.
Cognoscunt omnes causas naturales. ibi.
Cognoscunt affectiones, & inclinationes naturales. ibi.
Præsentia libera, quæ exierunt in actum & futura pendentia à causa naturali pariter cognoscunt. ibi.
Quid possint facere. num. 145.
An in instanti possint infundere scientias. nu. 151.
Damnatus rite quis dicatur. Resp. 16. nu. 37. pag. 82
Damnare tenetur iudex etiam illum quem priuata innocentia cognoscit innocente si constet damnandus secundum allegata & probata, quoties vult ferre sententiam. num. 30.
Damnare est rem sine remedio sublenandi tormentis, seu ignominiæ sententialiter deputaré. num. 35.
Reprobare vero est rem ream facere accidentibus rationibus. num. 36.
Damnari publico iuditio, inditio est per sententiam definitiuam à iudice vt persona publica secundum allegata, & approbata condemnatoriam sententiam ferri. num. 29.
Damnatus non dicitur ille, contra quem lata est sententia, sed inualida. num. 3.
Neq. ex sententia lata in contumacia. num. 4.
Damnatus vt suspectus de hæresi, non dicitur damnatus de hæresi. num. 7.
Damnatus vt suspectus de homicidio an differat a damnato de homicidio. num. 39.
Damnatorum nomine non veniunt confessi etiam post oblationem libelli. Quod est notandum pro statutis insligentibus pænas damnatis. num. 5.
Damni occasio quomodo consideranda. Ref. 71. nu. 68. & 69. &c. pag. 334
Dans operam rei illicitæ quoad irregularitatem. Vide Irregularitas
Dans operam rei illicitæ adhibita sufficienti diligentia sed cum hac expressa intentione, hoc volo agere sequatur quidquid sequi potest, si malum sequatur, an iste peccat mortaliter, & fiat irregularis. Resp. 40. num. 35. pag. 164
Debitum aliud necessarium aliud voluntarium quæ inter hæc differentia quoad legata &c. Resp. 6. num. 27. pag. 52
Debito ex iustitia non satisfit dando aliquid etiam æquiualens sed quod aliquam ingerat obligationem etiam ad antidora. num. 32.
Debito satisfacere credens ex consilio confessarij donando an liberetur ab obligatione. num. 34.
Debita testatoris sunt soluenda ab hærede. Resp. 42. num. 11. pag. 168
Vide distinctius verbo Vsufructuarius.
Debita testatoris vt soluantur, quæ bona prius vendenda. Resp. 61. num. 43. pag. 260
Debita testatoris annua à quo soluenda ab hærede an a legatario. num. 44.
Debita testatoris soluantur ab hærede etiam extraneo post vsumfructum vxoris, de bonis hæreditatis. num. 39.
Debita qui soluere tenetur, tenetur etiam ad solutionem interesse. num. 62.
Debita descendentia ex contractu relicta à testatore spectant ad hæredem. num. 63.
Debiti translatio non potest fieri ab vna persona in aliam sine assensu creditoris principalis. Ref. 70. num. 16. pag. 322
Debiti remissio facta à creditore allegata dubietate debiti si sit verum an valeat. Resp. 81. num. 63. pag. 393.
Debitor legans, an censeatur satisfacere debito. Ref. 6. num. 25. pag. 52
Debitum certe personæ soluendum cum solui illi non potest si in opus pium irrogetur, an sit iterum soluendum creditori si datur oppurtunitas. Ref. 17. num. 15. pag. 84
Debitor an possit repudiare hereditatem vel legatum in fauorem consanguineorum & in damnum creditorum. toto Resp. 45. præcipue num. 12. pag. 180
Debitor cedens bonis & religionem ingrediens an artem exercere teneatur cum bona non sufficiunt vt creditoribus satisfaciat. num. 13. & 18.
Debitoris libera persona non obligatur pro debito; sed eius bona. num. 14.
Debitor cui defertur hæreditas & nolit acceptare, si a creditoribus conueniatur, vt acceptet, in iuditio absoluitur à petitione. num. 15.
Debitor cedens bonis rediens ad pinguiorem fortunam an teneatur soluere. num. 22.
Debitor cedendo bonis percutiens petram an possit aliqua retinere, & quæ. nu. 23.
Debitor generis non potest perire. Resp. 54. nu. 45. pag. 218
Debito an donando satisfiat vide donare donum &c.
Decimæ prædiales debentur nullis deductis expensis. Resp. 4. num. 7. pag. 38
Decretum irritans non admittit contrarium vsum vel consuetudinem. Respon. 72. numer. 20. pag. 342
Imo ea tollit. ibi.
Deductum ad forum contentiosum quid sit. Resp. 98. quod est de Iubileo. à num. 208. ad 212. pag. 559
Defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ quid sit Resp. 13. num. 24. & 25. pag. 72
Moderamen quotuplex sit & quod. ibi.
Moderamen circa modum fit cum eadem genere armorum. ibi.
Percussus pugno repercutiens ferro an seruet moderamen. ibi.

An quocunque modo aliquo casu possit se defendere. ibi.
Non est curanda æqualitas vbi euitari non potest sed cogit necessitas. ibi.
Necessitas facit excusabile quod alias non esset excusabile. ibi.
Melius est in tempore præuenire quam post exitum vendicare. Nisi fraude id fiat. ibi.
Moderamen quod tempus consistit in eo quod temporis equalitas seruetur. ibi.
Subito aggressus statim se deffendat. ibi.
Si tempus intercedat est potius vindicta. ibi.
Defensio est quidquid fit in continuationæ pugnæ cum aggressore & dicitur factum inconti-nenti. ibi.
Etiamsi sequatur homicidium, quo casu est probandum esse factum incontinenti. ibi.
Percussus occidens percussorem fugientem dicitur occidere ad vindictam. ibi.
Nisi fugiens vellet iterum percutere. ibi.
Percutiens percussorem post ictum stantem dicitur percutere ad defensam. ibi.
Occidens percussorem fugientem pæna ordinaria non est puniendus debita homicidæ. ibi.
Homicidium his casibus factum quando sit ad defensam vel ad vindictam decernit prudens iudex. ibi.
Moderamen circa causam consistit quod fiat ad defensam non ad vindictam. ibi.
Quomodo hoc cognoscatur. ibi.
Defensione probata dicitur probata necessaria. nu.25 in resp. ad primum.
Qui dicit se occidisse ad sui defensionem hoc debet probare. num. 8.
Probationes debent esse concludentes. num. 9.
Probatur defensio si aggressor insultauit occidentem. num. 10.
Insultatus præsumitur facere, quidquid facit, ad sui defensionem. num. 11.
Probato insultu occidens euadit pænam homicidij num. 12.
Et sufficit probare insultum vel aggressionem ad euadendam pænam licet non probetur defensio. num. 13.
Aggresso permittitur occidere impune aggressorem. num. 14.
Occidens aliquem se defendendo non dicitur committere maleficium. num. 15.
Aggressor videtur magis occidi à se ipso quam ab aggresso. num. 16.
Occidens euadit pænam maleficij si probet occisum fuisse præparatum ad se offendendum. num. 17.
Non est æquum insultatum debere expectare quod offendatur ab insultante. ibi.
Potest incipere admenare. ibi.
Nec tenetur probare quod aliter non potuerit euadere. num. 18.
Satis est probare præparationem & loco motionem insultantis. ibi.
Occidens positum in insidijs an dicatur occidere ad defensam. num. 21.
Item qui primus posuit manum ad arma. num. 22.
Probata prioritate probata est necessaria defensa occidens habentem gladium sub brachio & expectantem aduersarium illac transiturum, si iste prior ensem euaginet contra occidentem, an dicatur occidere ad defensionem. ibi.
In dubio ille dicitur occidisse ad sui defensam cuius vitam probatur bona. num. 23.
Præsumitur enim insultatus. ibi.
Rixosus si reperiatur occisus præsumitur insultans. ibi.
Defendere se ipsum & honorem etiam occidendo an liceat & an incurratur irregularitas. num. 20.
Item pro defensione rerum.
Degradatio quid sit. Resp. 92. num. 5. pag. 468
Quotuplex. num. 28.
Realis quomodo fiat. num. 30.
Actualis realis, item. num. 31.
Degradationem iuris fictione quæ præcedant, & quomodo fiat. num. 33. & 38.
Actualis realis quando infligatur. num. 34.
Quibus criminibus debeatur. num. 36.
An sit maior pæna suspensione, excommunicatione. & depositione, & inter istas, quæ sit maior. num. 39
Degradatus iuris fictione an censeatur statim traditus curiæ sæculari. num. 41.
Degradatus valide consecrat. num. 40
Delegatus est qui non habet ius ex officio vel lege. Resp. 82. num. 30. pag. 401
Delegatione concessa iurisdictio demonstratur esse delegata, aliquo signo. ibi. quomodo verum. ibi.
Delegatus non potest excedere finis delegationis. Resp. 20. num. 7. pag. 89
Ad audiendas confessiones vbique audit subditos delegantis, nisi limitetur in diæcesi. num. 8.
Delegatus ad cognitionem causæ an possit vices suas committere etiam collegæ suo. Res. 28. nu. 48. pag. 124
Delegatam iurisdictionem qui habeant. Resp. 76. num. 106. pag. 365
Aliquando habent a iure aliquando ab homine. num. 107.
Quot modis a lege. ibi.
Quot modis ab homine. 108.
Commissio facta tamquam delegato sedis Apostolicæ importat delegationem à numer. 109. ad 114.
Quid significetur tali commissione. numer. 112. pag. 333
Delegata, & ordinaria potestas aliquando concurrunt ad eundem actum num. 110. 111.
Quam iurisdictionem importet clausula non obstantibus priuilegijs hoc fatias. a numer. 114. ad 117.
Delegare potest ordinarius, non delegatus nisi sit principis. num. 118.
Delegatus ad vniuersitatem causarum an possit subdelegare. num. 119.
An possit totum suam facultatem. num. 120.
Delegatio ad vniuersitatem causarum quæ sit. num. 121.
Gneralis quoad causas, spetialis quoad personas an sit ad vniuersitatem causarum. num. 122.
An habens istam delegationem possit aliquod subdelegare num. 123
Delegatio spetialis quæ sit. num. 124
Delegatus inferioris à principe non ad vniuersitatem causarum cum facultate subdelegandi quid potest. num. 125
Delegatus Principis, in spiritualibus intelligitur delegatus Summi Pontificis. num. 134
Delegare an possint Regulares in ijs quæ illis competunt ex suis priuilegijs. num. 138
Delegatus electa industria personæ an possit alium subdelegare

subdelegare. num. 141
Quando censeatur electa industria personæ. num. 142. &c.
Qui potest delegare pro alijs potest & pro se ipso delegare. num. 153
Sententia quam sequitur auctor de potestate delegati ad delegandum. num. 136
Delegatus ad exequendam sententiam non potest illam interpretari sed illam debet exequtioni mandare vt est lata. Resp. 16. nu. 31. pag. 82
Delictum vide. Deductum ad forum contentiosum manifestum. Occultum. Notorium. Publicum.
Deliberate vel ex deliberatione si quid est agendum non sufficit rem ita se habere. Resp. 28. nu. 76. pag. 126
Delicta sunt punienda secundum quantitatem, & qualitatem. Resp. 92. num. 3. pag. 467
Imo potius mitius. num. 4
Minora grauius aliquando puniuntur maioribus & quare. num. 19. Vide Pœna.
Delinquens in ijs quæ spectant ad proprium officium tenetur de culpa ideo ad damn. Resp. 49. nu. 9. pag. 193
Denominatio de parentela dat ius ad illam. Resp. 55 num. 7. pag. 221
De domo de familia quis dicatur toto responso eodẽ.
Denominatio facta à testatore tollit omnem defectũ etiam naturæ ad effectum testamenti ita vt qui non est filius si nominetur filius a testatore pro filio sit habendus. num. 18
Deposita res si fiat deterior cuius periculo id fiat. Resp. 54. num. 48. pag. 218
Depositarius inuito Domino non potest vti re deposita. num. 24
Tenetur reddere incontinenti petenti. num. 25
Depositarius qui recipit depositum cum facultate vtendi quando acquirat dominium, & si res amittatur quando eius periculo, nu. 39. & 48
Depositarius de qua diligentia teneatur in vtraque foro. num. 48
Non restituens rem tempore debito de quã culpa teneatur. num. 49
Tenetur custodire depositum vt rem propriam. num. 47
Depositarius re deposita ex facultate sibi concessa vtens non in totũ sed in aliqua parte, si illam partem iterũ reponat vt depositum; sed non in loco vbi est totum & pereat, an illi pereat. nu. 50
Depositum quid sit. num. 32
Quotuplex. num. 6
Iuditialis depositi effectus. num. 7
Conditiones vt recte fiat. num. 8
Existente nullo deposito iudiciali aliud potest fieri. num. 9
Vnius Iulij depositum cum oblatione soluendi residuum an sufficiat. num. 11
Acceptans depositum in integrum sibi præiudicet. num. 16
Nec illud potest impugnare sub prætextu non integritatis. ibi.
Potest tamen agere ad residuum. ibi.
Depositum nemo censetur acceptare & eius custodiam ex eo tantum quod ipso præsente, & tacente res in eius capsa fuerit deposita. num. 22
Depositum si perit sine culpa depositarij perit ipsi deponenti. num. 2
Depositum quomodo cognoscatur depositum a n. 28. pag. 199. ad finem vsque responsi.
Deposito dominium non transfertur in depositarium num. 3
Depositum denegans committit furtum num. 33
Et fit infamis, & quando. ibi.
Quando non sit reddendum. num. 34
Ex sui natura fit primario in gratiam deponentis. num. 37
Ex coniecturis in cuius gratiam censeatur factum. num. 40
Quid in foro conscientiæ. num. 43
Periculum depositi degenerantis in mutuum ad quem spectet. num. 44
Quomodo cognoscendum depositum quomodo mutuum in foro conscientiæ. num. 46
Deponi possunt tantum res mobiles vel se mouentes. num. 47
Lucrum ex deposito ad quem spectet. nu. 51
Deponenti de facto proprio creditur. nu. 32
Deposito qui non opponit censetur acceptare. num. 17
Depositum non vitiatur per conditiones intrinsecas. num. 19
Depositum extraiuditiale quid sit. num. 21
Deponere non est soluere. num. 18
Depositio pœna Ecclesiastica quid sit quomodo differat a suspensione & degradatione cui delicto debeatur. Resp. 92. num. 5. 6. & 20. pag. 468
Depositus in triremi quomodo & à quo puniatur. num. 7
Depositus non est tradendus sæculari curiæ. nu. 26
Descendentium nomine qui veniant. Res. 53. n. 47 pag. 211
Detinentes filios in lecto casus reseruatus. Resp. 96 num. 42. pag. 505
Quid hic intelligatur nomine filij. num. 43
Quid nomine infantium. num. 44
Quod tempus requiratur. num. 45. & 46
Detinentes sed cum tali cautela vt probabiliter non timeatur periculum an teneatur reseruatione. num. 47
Quid considerandum pro ista cautela. num. 48
Quid si puer detineatur in lecto nundum elapso termino, sed parum distet. num. 49
Quid sit detinere. num. 50
Ex hoc aliqua deducuntur. num. 51
Reseruata oppressione infantis an sit reseruata detentio in lecto. num. 52
An detentio licet non reseruata possit esse peccatum mortale. num. 52
Qui non incurrant. ibi.
Dictio. Etiam. vnum casum exprimit & alium includit. Resp. 76. num. 113. pag. 365
De aliquando demonstrat originem. &c. Resp. 4. num. 38. pag. 41
Velquid significet. Resp. 8. el a. num. 23. pag. 59
Tunc quid significet. Respon. 82. numet. 121. pag. 413
Quidquid quid significet. Respon. 50. numet. 16 pag. 195
Totum. quid. num. 18. & num. 19
Omnis. Resp. 53. num. 4. pag. 207
Quicunque ibi. & Resp. 26. num. 55. pag. 114
Nisi. Resp. 47. num. 2. pag. 189. & Resp. 28. num. 20. pag. 122
Dignior est qui vtitur iure proprio & ex persona propria habet dignitatem illo, qui habet per alium, intellige in eodem ordine. Resp. 5. nu. 3 pag. 46
Dignior est qui habet dignitatem naturalem & perpetuam illo qui habet adscititiam & tempora-

lem intellige vt supra . num. 4
Dignior præfertur minus digno in præcedendo. num. 2
Quomodo ista omnia intelligenda vide totum Respon.
Dispensace vide votum, vide Episcopus, Iuramentum.
Dispensatio petita pro dubio voto sit certum, an valeat. Resp. 81. num. 62. pag. 393
Dispositio. Vide Testamentum Legatum. Lex statutum ista enim omnia sunt dispositiones.
Dispositionis vna pars explicat aliam & declarat, supplet & limitat ac restringit. Resp. 13. nu. 39 pag. 75
Disponens si quid voluisset expressisset. num. 40
Disponens si ipse restringit debemus & nos restringere Resp. 4. num. 69. pag. 42
Dispositio hominis est intelligenda iuxta dispositionem iuris. Resp. 8. el 2. num. 19. pag. 58
Diues quis dicatur. Resp. 4. num. 44. pag. 40
Quis in vno statu dicitur diues in quo alius est pauper. ibi.
Difficile est determinare. ibi.
Relinquitur iuditio prudentis. num. 5.
Diuortio quid sit. Resp. 95. num. 85. pag. 490
Dupliciter potest contingere expresso & tacito pacto num. 86
Non est licita etiam cum expressa renunciatione cuiusq, pacti taciti vel expressi. 89
Non excusat paruitas materiæ. 90
Neque si ioco fiat. 91. & 92
Diuinatio quælibet an pertineat ad superstitionem, num. 97
Procedens per astra an sit licita. nu. 99. 100. 101 102. 103. 104
Quando cadat sub reseruatione vide. ibi.
Domicilium quid sit & quid dicat. Resp. 86. nu. 81 pag. 441
Triplex assignatur & quod sit vnumquodque Resp. 94. à num. 43. ad 49. pag. 477
Originis an tradat ius ad Sacramenta omnia percipienda, proponitur. nu. 36. resoluitur nu. 39. & 40. & 61
An amittatur, & respectu quorum. num. 45
Duplex domicilium potest quis habere,& in vtroque Sacramenta sumere nu. 40. & nu. 62&64
Quid requiratur ad hoc domicilium. num. 63
Domicilium non acquiritur breui habitatione, nisi fit cum animo ibi permanendi. num. 37
Nouum acquiritur si vetus desecatur animo amplius non reuertendi, & in nouo perpetuo habitandi ibi. & quomodo talis animus cognoscatur.
Aliud potest habere maritus, & aliud vxor, & ad quid hoc iuuet. num. 38
Domicilium & habitatio differunt. num. 42
Domicilium originis est immutabile. Resp. 4. nu. 62 pag. 42
Nec transferens habitationem amittit originem. ibi.
Ad perdendum domicilium habitationis quæ requirantur. num. 65
Quid requiratur ad acquirendum. num. 63
Quot modis acquiratur. num. 66
Matre concipiente & pariente in aliquo loco vbi non habet domicilium filius non est originarius illius loci. ibi.
Domicilium quis dicatur habere. Resp. 57. num. 37 pag. 236
Animus non discedendi quomodo præsumatur. num. 38
Dominium quid sit. Resp. 46. num. 5. pag. 183
Est idem ac proprietas. num. 3
Distinguitur à possessione. num. 4
Differt ab vsu & vsufructu. num. 6
Dominium rerum religiosorum apud quem sit. num. 13
In contractibus transfertur rei traditione. Resp. 59. num. 117. pag. 250
Dominus an possit detinere in suo seruitio ancillam vel seruum inuitos. Resp. 71. nu. 68. pag. 334
Quid possit cum ancilla quæ in eius domo fornicata est cum eiusdem iniuria. num. 69. & seq.
Domina madomina & vsufructuaria quæ intelligatur. Resp. 37. per totum pag. 149
De domo de casata de familia quis dicatur & quis talis reputetur, toto Resp. 55. præcipue. nu. 14. 15. pag. 221
Donatio quid sit. Resp. 6. num. 28. pag. 52
Facta absenti & non acceptata obligat si sit in fauorem piæ causæ. Resp. 33. num. 16. pag. 137
Idem de promissione. ibi.
Has etiam acceptat notarius nomine piæ causæ. num. 17
Facta religioso vt res donata illi non monasterio acquiratur an valeat, & quid de legato. Resp. 46 num. 33. pag. 186
Facta & stipulata a religioso nulla præcedente vel subsequente facultate superioris an possit aliquo modo sustineri. num. 34
Non acceptata potest reuocari. num. 40
Inter absentes vt sit irreuocabilis quæ requirat. num. 42
Acceptatio requiritur ipso iure naturæ. num. 41
Donatio alia simplex alia ob causam & quæ vtraque Resp. 63. num. 3. pag. 271
Donatio ob causam triplex. num. 4. & 5
Donationes inter coniuges sunt diuersæ. num. 6
Simplex licet sit nulla donata tamen possunt retineri. num. 7
Confirmatur enim morte donantis. ibi.
Donatio causa mortis ad sui validitatem non indiget aditione hæreditatis. num. 10
Quæ confirmatur morte non intelligitur in præiuditium ascendentium & descendentium. num. 11
Quomodo extrahenda ex cumulo hæreditatis. ibi.
Ex ista donatione est detrahenda falcidia. nu. 12
Donatio ista sustinetur in vim legati. ibi.
Quæ requirat ad sui validitatem vt morte confirmetur. num. 14
Vt morte confirmetur non debet excedere quinquaginta aureos, & si excedat indiget insinuatione num. 26
Donatio quæ sustinetur vt donatio & confirmatur morte donantis coniugis debetur etiam non adita hæreditate,& simul cum illa omnes fructus à tempore donationis non sic si sustinetur in vim legati. num. 33. 34. 35
Facta à viro vxori, an, & quando morte ciuili confirmetur. ibi.
An fiscum excludat. num. 36
Dato quod excludat fiscum, si a marito reuocetur, ad quem pertineat, facta reuocatione post publicationem bonorum. num. 37
Donatio facta ab vxore viro & nubat, & ciuitatem perdat non confirmatur. num. 38
Donatio an confirmetur morte ciuili, seruitute videlicet

fret hominis, & pœnæ. num. 39. & 40
An confirmatur morte ciuili videlicet ob ingressum in Religionem. num. 41
An professione. num. 42
An possit reuocari à professo in religione capaci. num. 43. & 44
An valeant inter sponsos de præsenti, non consummato matrimonio. num. 45
An ante contractum matrimonium. 46
An facta inter coniuges putatos, sed non veros. à num. 52. ad 56
An facta inter coniuges non veros in foro fori & in foro conscientiæ. num. 57. 58. & 60.
Quare nulla donatio inter coniuges. num. 61
Donationes remuneratoriæ inter coniuges an possint dari. num. 80
Sunt potius debiti solutiones. num. 83
Quas conditiones requirant, num. 84
Quomodo merita debeant æquari. num. 86
In donatione reciproca inter coniuges quis censeatur præmortuus maritus an vxor. num. 25
Donatio causa mortis statim est valida sed inter coniuges non transfertur dominium nisi morte sequuta. num. 117.
Si apponatur quod sit irreuocabilis non tenet. num. 118
Non requirit rei traditionem. ibi.
Reciproca inter coniuges ea lege vt coniux superstes possideat, donec viuat, valida est. nu. 120
Donatio causa mortis an confirmetur deportatione viri.
Hanc an possit vir reuocare. ibi.
Si reuocet cuius sint bona post confiscationem. ibi.
Donatio causa mortis facta ab vxore viro, morte ciuili expirat vxori. num. 122
Causa mortis facta inter coniuges retrotrahitur ad tempus donationis non quoad dominium sed quoad fructus. num. 122
Inualida inter coniuges iuramento firmatur. num. 124
Quo casu statim fiat irreuocabilis. num. 126
Hæc requirit traditionem rei. 129
Donatio qualis esse debeat, vt firmetur iuramento. num. 130
Donatio iurata contra votum non donandi, an valeat. num. 133
Donante & donatario eodem tempore morientibus quis præsumatur præmortuus. num. 24
Donans debet permanere in eadem voluntate donandi vsque ad mortem nec illam debet reuocare tacite vel expresse vt valeat donatio inter coniuges & morte confirmetur. num. 27
Si tamen reuocetur, de reuocatione debet euidenter constare. num. 29
Quid si reuocatur deinde approbetur. num. 30
Quid si reuocatur donatio, non rei traditio. num. 31
Donare an censeatur maritus confessione dotis receptæ, & quid si fateatur se recepisse deinde asserat confessionem esse falsam. num. 32
Donans maritus vxori aliquid quod postea tempore mortis eidem leget, vel alio modo relinquat an dicatur recedere à donatione. Et quid hoc importet, à num. 33. ad 35
Donans aliquid ex falsa causa sibi cognita falsa censetur velle à se abdicare dominium. num. 53
Vxor, & maritus donando quando dicantur se expoliare à num. 62, ad 79
Donatio inter viuos, & fortior legato, & fideicommisso. Resp. 74. num. 17. pag. 350
Donatio inter viuos reuocatur natiuitate liberorum. num. 18
Donans aliquid in compensationem debiti, si tantundem eidem redonetur, an debito sit satisfactum Resp. 6. num. 3. pag. 49
Donans ingerit in donatarium obligationem ad antidora. num. 4
Quæ sit obligatio ad antidora.
Donatarius tenetur ad antidora sub veniali obligatione naturali. num. 4
Maiorem contrahit obligationem ex dono quam ex debito extensiue tamen. ibi.
Non est satis gratus qui tantundem redonat. num. 5
Donans vt debito satisfaciat an sit liber ab obligatione. num. 10
Donatarius si erret in causa, donatio non subsistit. num. 12
Qui dat quasi donaturus qui accipit quasi mutuum accepturus nec donatio nec mutuum intelligitur. ibi.
Donare simulans vere debito satisfacere intendens habet iniustam intentionem num. 21. §. Simul
Donatarius recipiens donum ab eo qui simulato animo donat vero tamen satisfaciendi satisfacit eo modo donanti si remaneat obligatus ad antidora, & in donante adhuc remanet obligatio ad debitum. num. 24
Donans alicui, vt debito satisfaciat si cognoscat adeo ingratum, vt non sit contracturus debitum ad antidora satisfacit debito. num. 33
Donando potest satisfieri debito si nulla alia sit via satisfaciendi. ibi.
Differentia inter donum & legatum. num. 28
In donatione propter nuptias, & in dote est seruanda equalitas. Resp. 59. num. 27. pag. 244
Donata a consanguineis sponsorum, vel coniugum cuius sint. Resp. 63. num. 184. pag. 284
Vide largitas sponsalitia.
Dos quæ censeatur data ab vxore marito si non sit constituta. Resp. 59. num. 102. pag. 249
Dotis dandæ varij modi. num. 103
Quæ censeatur data si neque expresse neque tacite sit constituta. num. 104.
Quid si primo marito fuerit constituta. num. 112.
Dos legata quæ debeat esse. Resp. 57. numer. 3. pag. 234
Dos confessata si de receptione non constet an ab hæredibus mariti sit soluenda. Resp. 63. num. 100. pag. 278
Dos à viro mulieri constituta, & à muliere viro cum sit quædam species donationis an valeat. nu. 90. ad 100.
Dos à marito vxori constituta quomodo ex cumulo hæreditatis extrahenda in casu restitutionis. num. 97.
Dotis nomine venit etiam dos promissa. Resp. 78. num. 28. pag. 375
Dos vide legatum dotis.
Dos non est vbi non est matrimonium. Resp. 80. nu. 23. pag. 381
Dotis receptæ confessio an firmetur iuramento. Resp. 63. num. 131. pag. 280
Dotalium rerum omnium dominium maritus non acquirit etiam traditione. Resp. 59. num. 117. pag. 250
Quarum acquirat dominium. num. 118

Si amittantur, vel deteriorentur de qua culpa teneatur maritus. num. 120.
An probandum sit culpam ab fuisse, vel interfuisse ideo ad maritum, vel ad vxorem. ibi.
Æstimatio rerum dotalium duabus de causis fit. num. 121.
Qua æstimatione maritus acquirat dominium. ibi.
Æstimatarum rerum dotalium si quid leget maritus vxori debetur res, & æstimatio, & quando. num. 122.
Si dubitetur qua de causa sit facta æstimatio quid censendum. num. 123.
Dotales res æstimatæ si pereant, vel fiant detoriorea ante cõtractum matrimonium cuius damno id sit mariti an vxoris. ibi.
Dotalibus bonis etiam estimatis estimatione faciente venditionem in casu restitutionis dotis nisi bona mariti sufficiant vxor compensatur. num. 124.
Dotalis fundus neque de consensu mulieris potest vendi. num. 125.
Et si vendatur non validatur venditio etiam post biennium accedente consensu vxoris. num. 126
Venditum à se potest etiam constante matrimonio maritus repetere. num. 127.
Recuperans dotale fundum à se venditum maritus, vel alius nomine mariti, vel vxor ad quid teneantur. num. 129.
Venditio dotalis fundi est adeo inualida, vt neque validetur etiamsi dissoluto matrimonio consentiat nisi tamen sit nacta possessionem bonorum. num. 130.
Neque valet facta ab ipsamet muliere etiam soluto matrimonio, nisi sit nacta eandem possessionem. num. 131.
Dotalis non dicitur amplius fundus cum soluto matrimonio eiusdem nacta est passionem mulier. num. 132.
Dos enim non potest esse sine matrimonio. ibi.
Potest tamen matrimonium esse sine dote. num. 35.
Potest augeri dos constante matrimonio. num. 46.
Dotalis fundi venditionem factam matrimonio constante an possint habere ratam hæredes vxoris. num. 133.
Fundus dicitur dotalis matrimonio contracto quasi dotalis ante matrimonium contractum. num. 134.
Dotalia bona quando possit maritus alienare. num. 134.
Quando in hac alienatione requiratur consensus vxoris. num. 135.
Æstimatio rerum dotalium si contineat læsionem siue in præiudicium vxoris, siue mariti an speciali priuilegio valet, & reducitur ad equalitatem. num. 139.
Dubium iuris, & dubium facti quid. Resp. 40. nu. 20. 26. 27. 28. pag. 162
Dubitans de obligatione legis, & sufficienti adhibita diligentia pro habenda veritate, si habere non potest non tenetur ad obseruantiam legis. num. 21. & 22.
Dubitans an irregularitas sub textus verbis comprehendatur, & dubitans an actus irregularitatem inducat non eodem modo censetur. num. 26. 27. 28.
Dubio existente de aliqua re, & debita adhibita diligentia quæ remanet ignorantia dicitur inuincibilis. num. 25.
Dubitatio omnis debet cessare vbi habemus textus expressos. Resp. 59. num. 28. pag. 244
In dubio melior est conditio possidentis. Resp. 53. num. 37. pag. 210
In dubio illa coniectura sumenda est, quæ delictum excludit. Resp. 66. num. 10. pag. 301
In dubio tutior pars eligenda quomodo verum. num. 16.
In dubio an sacerdos occiderit censetur irregularis quomodo verum. num. 19. & 21.
An dubio an quis sit illegitimus an succedat cum legitimis. num. 29.
In dubio iuris vnusquisque sequitur opinionem quam putat probabiliorem. Resp. 22. num. 18 pag. 99
In dubio vnusquisque sequitur opinionem quam vult. num. 33.
Duellum suadens non vt pugnetur, sed vt pax ineatur an peccet, & incurrat excommunicationem. Resp. 32. per totum pag. 134
Duellum acceptans, & descendens pugnaturus, non sequtura tamen pugna, sed ipso hoc nesciente an peccet, & excommunicationem incurrat. num. 2.
Duellum quare prohibitum. num. 4.

E

Ebrietas quid sit. Respon. 89. numer. 10. & 11. pag. 455
De sui natura est mortale. num. 15.
Aliquando potest permitti nunquam procurari. num. 16.
Ebrians aliquem peccat mortaliter. num. 17.
Ecclesiastica bona vide Buna. Alienatio.
Ecclesiastica persona quando possit tradi curiæ sæculari. Resp. 40. num. 8. pag. 161
Ecclesiæ Parochialis nomine an intelligatur Parochus an ipsa Ecclesia in legatis. Resp. 4. numer. 24. pag. 39
Ecclesiæ vide legatum Ecclesiæ &c.
Egenus, & pauper potest considerari in triplici statu. Resp. 23. num. 13. pag. 105
Egeno non extreme an eleemosina sit danda libera, vel possit apponi pactum restitutionis. num. 14. & 16.
Egenus qui potest aliquo tempore ob necessitatem subripere in alio tenetur restituere. num. 19.
Egenus petens eleemosinam nisi pactum addatur restitutionis restituere non tenetur, nu. 19. vide pauper.
Egestas vide extrema.
Egressio nocturna à monasterio casus reseruatus pro Regularibus, Resp. 87. num. 53. pag. 449
Quot requirantur, vt sit reseruata. num. 54.
Nocturna quæ sit. num. 55.
Furtiua quæ sit. num. 56.
Quando sit peccatum mortale. numer. 57. 58. & 59.
Egrediendi licentiam an possit dare superior temporibus non licitis. num. 58.
Facta causa adeundi superiorem an pœnis, & reseruatione afficiatur. num. 60.
Electio, & prouisio superiorum. Resp. 72. per totum pag. 340
Forma tradita in cap. Quia propter non est sublata per Tridentinum. num. 8.
Electiones, & prouisiones superioris connentus pertinent de iure ad conuentum de consuetudine, vel statuto ad alios superioris. num. 4.

Isti tenentur in electionibus, & prouisionibus ad ipsos sic deuolutis seruare quæ erant seruanda cum fiebant à conuentu. num. 6.
Electionum forma quotuplex. num. 9. & 11.
Explicatur numeris sequentibus.
Electiones factæ suffragijs non secretis neque Prouisiones sunt tolerandæ. num. 11.
Quomodo dicantur secretæ. num. 36.
Consuetudo non potest induci, vt fiant non secretis suffragijs. num. 19. & late probatur.
Factæ non seruata forma dummodo sint libere factę sustinentur in foro conscientiæ. num. 49.
Consuetudo tollens libertatem in Electionibus, & prouisionibus est irrationabilis. num. 42.
Forma iure naturæ in istis requisita est libertus, vbi ista non est nihil fit. num. 43.
Vt sint liberæ debent esse secretæ. num. 44.
Eligens scienter indignum incurrit pænam suspensionis. Resp. 26. num. 22. pag. 111
Electores interfuturi capitulo pro eligendo Generali qui dicuntur vocales Capitulares quomodo possint dici superiores, vel ad superioritatem euecti num. 53.
Considerantur initiatiue, & completiue. ibi.
Electoribus si obijciatur ante electionem irregularitas, vel aliud impedimentum tenetur se purgare, vt electio valeat, si post electionem electio tenet. ibidem. Vide Beneficium.
Eleemosina vide Egemns, extreme indigens.
Eleemosina erogata in aliquod opus pium an postea possit applicari pro satisfactione incertorum. Resp. 17. per totum pag. 84
Eleemosinæ faciendæ an extet præceptum. Resp. 23. num. 4. pag. 96
Est danda tam bonis quam malis. num. 12.
Eleemosina an possit dari pauperi cum pacto quod teneatur restituere toto. Resp. 23. pag. 104
Eleemosina quid sit. num. 15.
Non est causa spiritualis. Resp. 39. nu. 20. & 21. pag. 158
Quomodo sit intelligendum; ideo consideratur secundum substantiam, & à charitate imperata. num. 22
Potest esse elicitiue ab vna virtute imperatiue ab alia. num. 23
Aliquando est actus iustitiæ aliquando liberalitatis num. 24
Vt sit opus, vel causa pia debet fieri pauperi propter Deum. num. 25. Vide Iubileum.
Emancipatio. Vide Filij emancipatio.
Emens potest representare duas personas. Potest emere à se ipso nomine alterius. Resp. 41. nu. 3. pag. 165
Emens pecunia aliena si damnum lucrum, & periculum sibi stare intendat fit dominus rei emptæ. num. 4
Non ita in emptis pecunia Ecclesiæ. Pupilli, militis, & vxoris, & mariti. num. 5. 6. 7. & 8
Nisi tamen ista pecunia sit admixta pecuniæ ipsius ementis. num. 9
Emens rem alterius mandato limites mandati non potest excedere. num. 10
Emens nomine alieno tenetur emere minori pretio quo potest, etiamsi mandans maius pretium fortasse expresserit. num. 11
Emens rem nomine alieno si pretium iustum sit decem, & respectu suæ personæ constituatur tantum octo quid debeat, & possit agere. num. 16
Ementem rem propriam inualide emere quomodo sit intelligendum. num. 17. & 18
Emphiteutha non potest vendere rem emphitheuticam irrequisito domino directo, & si vendat cadit in commissum. Resp. 49. per totum præcipue. num. 3. pag. 192
Vbi multa de venditione rei emphiteuticæ.
Episcopus non habet subditos regulares nisi in aliquibus casibus. Resp. 3. num. 68. pag. 25
Vide Regulares Religiosi.
Quando possit dispensare in irregularitate. Resp. 13. num. 31. pag. 73
Potest in homicidio non voluntario non deducto ad forum contentiosum. ibi. §. His non obstantibus.
Quando homicidium dicatur non voluntarium. ibi.
Episcopus an possit delegare suo vicario facultatem istam dispensandi. num. 37
Quid possit delegare circa irregularitatem istam. num. 46
In dubio Irregularitatis debet dispensare. nu. 47
Episcopus aliquibus in casibus vendicat sibi ius in laicos. Resp. 27. num. 3. pag. 116
Episcopus quoad laudabiles consuetudines vide consuetudines laudabiles.
Cognoscit de sacrilegio laicorum. num. 3
Episcopus etiam inuitus transfertur si adsit scandalum. Resp. 28. num. 40. pag. 133
Episcopus protestatus se nolle ordinare clericos alienæ diœcesis si tamen accedant an eos ordinet an valide? Resp. 29. num. 4. pag. 132
Episcopus an possit reuocare approbationem ad confessiones audiendas datam Regularibus, & secularibus sacerdotibus. Resp. 36. per totum. pag. 139
Episcopus confessarios sæculares potest admittere eo modo, qui illi bene videtur. Resp. 76. num. 34 pag. 359. & ibi multa quoad regulares. Vide Regulares.
Episcopus quoad subreptionem. Vide subreptio.
Episcopi iurisdictio est delegata quoties illi committitur, vt delegato Sedis Apostolicæ. Resp. 82 num. 39. pag. 401
Et iamsi alias eadem iurisdictio illi competat. ibi.
Quod si dicatur etiam, vt Sedis Apostolicæ delegatus exequatur &c. & eadem auctoritas illi competat iure ordinario procedet, vt ordinarius, & vt delegatus. num. 40
Qualis autem auctoritas constituatur per clausulam non obstantibus priuilegijs traditur. num. 41
Si iurisdictio tradatur in perpetuum muneri non personæ simpliciter absque alia clausula censetur ordinaria. num. 42
Episcopus quoad reclamationes Regularium super inualiditate suarum professionum. Vide Reclamatio.
Episcopus sine licentia S. Pontificis non potest admitti ad habitum regularem profitendum. Res. 85. num. 3. pag. 428
Debet prius renunciare Episcopatui num. 4.
Episcopus an possit suspendere approbationes ad audiendas confessiones datas sæcularibus, & Regularibus. Resp. 85. à num. 35. pag. 430
Episcopus, vt ad confessiones admittat regulares an possit cogere eorum superiores iura de moribus vita, & scientia approbandorum. num. 55.
Episcopus approbando ad confessiones nullam dat iurisdictionem, sed approbatus aliunde debet habere. Resp. 94. num. 18. pag. 475

Episcopus quoad reseruata. vide Facultas Reseruatio & totum. Resp. 76. pag. 356
Epistolam scribens ex qua damnum ad quid teneatur. Resp. 30. per totum pag. 132
Error tollit consensum. Resp. 3. num. 44. pag. 23
Personæ non tollit validitatem Sacramentorum præter matrimonij. Resp. 29. num. 2. pag. 132
Error circa personam in confessione quomodo possit considerari, & quando reddat eam inualidam. num. 6.
Error probatur per qualitas personæ, & facti. Resp. 60. num. 43. pag. 256
Error, & Ignorantia probatur iuramento. num. 44.
Error, & ignorantia iuris non præsumitur. Resp. 90. num. 16. pag. 462
Error, & ignorantia iuris latæ culpæ adscribitur. num. 17.
Error, & ignorantia iuris difficile probatur. nu. 18.
Error, & ignorantia in doctore æquiparantur dolo, num. 20.
Error, & ignorantia distinguuntur, sed nunquam præsumuntur. num. 21.
Maxime in illis quæ spectant ad proprium officium. num 19.
Error communis, & titulus coloratus quid sit. num. 4.
Dant iurisdictionem. ibi.
Non sufficit error communis. ibi.
Error in nomine an vitiet gratiam. Resp. 81. nu. 56. pag. 392
Error est præsumendus potius in scribente, quam in Summo Pontifice in considerantia error, vel fraus. Resp. 82. num. 12. pag. 398
Errans probabiliter in intelligentia iuris canonici si aliquid agat ex errore non peccat. Resp. 22. num. 27. pag. 99
Errans etiam iudex in subtilitatibus iuris non peccat num. 28.
Errans lumine naturali ductus credens Patrem in diuinis esse maiorem filio non peccat si paratus sit corrigi. num. 29.
Errans circa ius dubium non peccat. num. 31.
Errans in putando licitum contractum, vsurarium an peccet. num. 32.
Errans bona fide in prædictis omnibus, & in apicibus iuris excusatur. num. 36.
Etiam quid importet. Respon. 82. numer. 112. pag. 410
Exceptio rei iudicatæ, vide res iudicata.
Excipiens contra rescriptum quod per mendacium sit impetratum asserit dolum. Resp. 81. num. 46. pag. 391
Sine dolo falsitas esse non potest. num. 47.
Excipiens hoc modo tenetur probare. ibi.
Excommunicatus suspensus, & interdictus non notorius valide absoluit. Resp. 76. num. 38. pag. 359
Excommunicatus an sit percutiens reputatum ab omnibus monachum, & etiam ab ipso percutiente, vt monachum percussum si vere non sit monachus. Resp. 80. per totum præcipue. num. 29. pag. 381
An iste indigeat absolutione. num. 32.
Si contra dictum percussorem lata sit sententia excommunicationis an retractanda sit. num. 33.
An retractanda si alia pœna sit inflicta. num. 56.
Percutiens clericum inculpabiliter non est excommunicatus. num. 34.
Intendens percutere laicum clericum percutiens an sit excommunicatus. num. 36.
Quid si det operam rei illicitæ. num. 37.
Quid si res illa sit spetialiter prohibita propter periculum quid de excommunicatione, & irregularitate. num. 38.
Percutiens clericum putans esse laicum ea tamen affectus quod si clericum cognosceret adhuc libentius percuteret an fiat excommunicatus num. 39.
Excommunicatio non incurritur nisi actio procedat ex affectu. num. 41.
Ignorantia concomitans excusat. num. 40. 41.
Percutiens clericum nolens alium percutere sed alium clericum tamen an excommunicatus. num. 42.
Percutiens clericum nolens sed volens alium percutere an excommunicatus num. 43.
Assignatur doctrina notabilis. num. 44.
Excussio bonorum quid sit. Resp. 59. num. 92. pag. 249
Cuius sit virtutis. 93.
Non est necessaria cum manifeste constat de impotentia debitoris ad soluendum. num. 95.
Quid circa excussionem seruetur de iure ciuili, & canonico. 99.
Quid cum res determinatur de bono, & æquo num. 96.
Exceptio excussionis est de apicibus iuris. 97.
Excussione non facta, vt vxor possit ingredi super bona mariti datur cautela num. 101.
Exemplum scripturæ priuatæ non admittitur in foro fori bene in foro conscientiæ si constet de veritate. Resp. 2. num. 31. pag. 12
Admittitur etiam in foro fori, si adminiculis sit sufficienter munita. num. 32.
Præcipue si constet de identitate manus cum originali ibidem.
Exemptio quoad gabellas. Vide Priuilegium exemptionis.
Executor testamenti in distributione legatorum ad pias causas quem ordinem seruare debeat. Res. 58. num. 18. pag. 238
An pro se ipsis aliquid possint retinere. num. 22.
An consanguineis aliquid applicare. num. 20.
Magis subueniendum coniunctis; sed magna circumspectio adhibenda ne sanguinis affectio decipiat. num. 21.
Executor tribuens legatum distribuendum pauperibus, non pauperi an satisfaciat. num. 23.
Quid si legatum sit distribuendum arbitrio suo. num. 24.
Si male exequatur de qua culpa teneatur. num. 47.
Quid remedij habeat. num. 50. & 51.
Executorum litterarum Apostolicarum duo genera super beneficijs vacantibus. Resp. 81. num. 53. pag. 392
Alij in forma dignum Alij in forma gratiæ. ibi.
Qui sint, & quæ debeant verificare. num. 54.
Expensæ funeralium pertinent ad hæredes. Resp. 43. num. 65. pag. 176
Expensæ factæ in societate fraterna quomodo, & cui assignandæ. vide societas.
Exponentes filios hospitali. Casus. reseruatus. Resp. 96. num. 33. pag. 505
Quid sit exponere. num. 34.
Varij modi reseruandi exponuntur, & indicatur qui reseruationem secundum illos incurrant. num. 35
Nomine locorum piorum quid intelligatur. nu. 36.
Quid

Quid intelligendum cum dicitur exponunt hospitale locis pijs. num. 37.
Reperiens filium in via, & deferens ad hospitale an reseruatione teneatur. num. 38.
An deferentes ex mandato Patris, Matris &c. num. 39.
An parer, & mater si ipsis in suis filij exponantur. num. 40.
An exponentes illegitimos quos sine dedecore domi non possunt alere. num. 41.
Ad quid teneantur. ibi.
Expositi qui sint filij. Resp. 4. num. 70. pag. 42
An censeantur illegitimi.
An censeantur de loco in quo sunt expositi.
An de diœcesi, & de ciuitate ibi eodem Resp.
An possint ordinari sine dispensatione. Resp. 66. per totum præcipue. num. 3. pag. 301
Habentur tanquam vulgo quesiti sed non in omnibus num. 15.
Expressio in impetratione beneficij quod quis sit vnicus de familia cum non sit an vitiet rescriptum, & gratiam Respon. 81. num. 19. pag. 389
Vide subreptio.
Expressio causæ finalis an sola vitiet rescriptum non impulsiuæ num. 20.
Explicatur num. 22. & sequent.
Quid si causa exprimatur taxatiuè quid si demonstratiue. num. 23. & 24.
Quid sit exprimere taxatiue, & demonstratiuè à num. 25. ad 29.
Extensio non fit ex paritate rationis in ijs quæ sunt præiuditij. Resp. 51. nu. 44. pag. 200
Extrema necessitas quæ sit. Resp. 23. num. 17. & 18. pag. 105
Extremæ indigenti quomodo eleemosina sit danda. num. 14. Egenus Eleemosina.
Extrema vnctio quando danda ratione ætatis. Resp. 14. per totum. pag. 76

F

Facta non præsumuntur. Respon. 3. numer. 48. pag. 24
Facto proprio nemo potest contraire. Resp. 59. num. 128. pag. 251
Factum attenditur non quod venit in consequentiam. Resp. 63. num. 183. pag. 284
Fieri tempore inhabili, & conferre in tempus inhabile, & prohibitum idem est. num. 47.
Fieri inualide, & nullo modo fieri paria sunt. Res. 11. num. 2. pag. 64
Facultas à lege data non tollitur ab homine. Res. 28. num. 9. pag. 121
Data ad aliquid agendum semper intelligitur secundum modum à lege, vel ab homine datum. num. 10.
Facultatis suæ fines excedens agit, vt persona priuata num. 19.
Facultatem habens aliquid faciendi si postea addatur Forma ad agendum hanc non tenetur seruare. num. 49. sed de hoc vide. num. 61.
Facultate disponendi de rebus suis prout libet aliquē priuare est nimis durum, & lex iniqua. Resp. 37. nu. 45. pag. 153
Facultas absoluendi à reseruatis data ab Episcopo confessario, quid differat à data pænitenti. Res. 76. nu. 43. pag. 360
Data confessario late interpretanda. num. 44.
Ad casus tamen aptabiles casibus concessis. num. 47.
Extenditur ad consequtiua etiam separabilia si maior vel eadem ratio sit. ibi.
Data pænitenti est gratia facta. num. 48.
Nec aliud requirit quam exequtionem. ibi.
Et est strictè interpretanda. ibi.
Extenditur tamen vsque ad latitudinem proprietatis verborum. num. 49.
Facultas absoluendi concessa toti religioni quomodo interpretanda. num. 51.
Æquatur legi. num. 52.
Quid dicendum cum superior tenetur concedere facultatem est ne late interpretanda. num. 53.
Petita pro aliquibus absoluendis quomodo interpretanda. num. 54.
Quid si petat confessarius nomine pænitentis. num. 55.
Quid si dubitetur an in facultate aliquis casus comprehendatur. ibi.
Quid in dubio quomodo sit petita. ibi.
Concessa confessario an extendatur ad omnia peccata vsque ad tempus confessionis commissa etiamsi post obtentam facultatem. num. 56. & 81.
Facultatem absoluendi à reseruatis an Episcopus, & alij Prælati teneantur dare ex Iustitia, & charitate, & quando. num. 57. 58. 59. 60.
Causæ facultatis concedendæ. ibi.
Quid si timeatur damnum. num. 61.
Quid si speretur fructus. num. 62.
Facultas absoluendi à reseruatis facilè est concedenda nisi subsit causa negandi. num. 63.
Facultatem petens, & concedens quæ debeant obseruare num. 64. & 65.
Eligendi quem vult non tenetur dare Prælatus pœnitenti sed potest limitare. num. 66.
Quomodo aliquas pænitentias potest præscribere num. 67.
An possit iniungere, vt pænitens sibi præsentetur. num. 68.
Quid si agatur de excommunicatione. num. 69.
Quid si de peccatis. ibi.
An possit præscribere confessario quod iniungat pænitenti à reseruatis absoluendo, vt iterum peccata sua confiteatur. num. 70.
An hoc possit confessarius. num. 71.
Facultate obtenta, & confessione facta inualide an eadem possit vti confitendo iterum cui vult confessario num. 72.
Obtenta pro vno an possit confessarius vti pro alio. num. 80. 81.
Facultas concessa absoluendi à reseruatis Summo Pontifici an includat potestatem absoluendi à reseruatis Episcopis. num. 91.
Facultas eligendi Capellanum.
Intrandi monasterium.
Bannito concessa veniendi ad aliquem locum.
Declarandi aliquid obscurum.
Arbitrandi.
Testandi data Cardinali.
Intelligitur terminari in primo actu quod verum est in materia dotis, vltimarum voluntatum contractuum, & Beneficiorum. Resp. 53. à nu. 47. ad 57. pag. 211
Facultas excipiendi confessiones data ab Episcopo sæcularibus, & Regularibus limitate quoad ipse vixerit expiret ipsius morte. Resp. 76. num. 9. pag. 357

Facultas absoluendi errato nomine. Vide licentia.
Falcidiam detrahi potest prohiberi expresse. Res. 50. num. 2. pag. 194
Quæ verba ad hoc sint necessaria. num. 7.
Quæ verba æquipolleant expressæ prohibitioni. ibi.
Sententia Rotæ de prohibitione. num. 8.
An censeatur prohibita per hæc verba restituas omnia mea bona. num. 10.
An per ista mando restitui integram hæreditatem. num. 11.
Falcidia computatur in hæreditate. num. 13.
An detractio sit prohibita his verbis Restituas pleno iure. num. 15.
An per ista Restituas totam meam hæreditatem. num. 14.
Lego totam meam hæreditatem ibi.
Quando censeatur prohibita. num. 20.
Explicantur aliquæ leges. num. 24. 25. 26.
Falsificatio monetæ casus reseruatus. Resp. 96. num. 62. pag. 507
Quid sit moneta. num. 63.
Quid sit falsarius. num. 64. & 65.
Tondens monetam in pondere exuberantem vsque ad iustum pondus an dicatur falsatius, num. 66.
An expendens monetam falsam. num. 67.
Falsarius scripturarum quis. num. 68.
Moneta cuius ponderis esse debeat ne sit falsa. num. 69.
Quoad Principes. ibi.
Quoad priuatas personas. num. 70.
Falsificatio manus sigilli litterarum &c. quid sit. Res. 87. num. 61. pag. 449
Fama multum operatur in probatione parentelæ. Resp. 55. num. 8. pag. 221
Pro recuperanda quid liceat. Resp. 71. num. 68. pag. 334
Famæ est habenda cura. num. 64. 65. 66.
Familia quid sit quis de familia dicatur &c. Resp. 55. per totum. pag. 221
De familia non dicuntur pater, & filius patris illegitimi. Resp. 36. num. 49. pag. 147
Nec filius patris illegitimi. ibi. vide quomodo.
Familiæ nomine veniunt nati ex masculis. Resp. 53. num. 47. pag. 211
Fauores ampliandi odia restringenda. Resp. eod.
Fauorabilior est causa in qua agitur de damno vitando, quam de lucro captando. Resp. 59. nu. 64. pag. 246
Feminæ non excluduntur à dispositione si per statutum excludantur descendentes à feminis. Resp. 36. num. 20. pag. 145
Festos dies aliquos esse est de iure diuino. Resp. 9. num. 3. pag. 61
Dominica festa in alium diem possunt transferri. num. 3.
Festos dies indicere ad quem spectat. num. 4.
Spectat ad Ecclesiasticos, & sæculares diuersimode. ibi.
Violantibus pœnam statuunt vtrique. ibi.
Violantes ab vtrisque indictos quomodo peccent. num. 5.
Quis ex Ecclesiasticis indicat, & abroget. num. 6.
Violantes indictos a solo sæculari solus sæcularis punit. num. 7.
Ad eundem spectat dare licentiam laborandi. num. 8.
Festos dies Ecclesiasticos violans punit tam secularis quam Ecclesiasticus. num. 9.
Datur præuentio fori. ibi.
Si indicta sit pena violantibus à solo Ecclesiastico vel à solo sæculari, vel ab vtroque quis puniat. num. 10.
Laborandi licentia à quo concedenda. num. 11.
Pro obseruantia festorum ab Ecclesia indictorum an sæcularis possit apponere pœnam, & ista posita an possit punire laborantes obtenta licentia ab Ecclesiastico non à sæculari nu. 12.
Festus dies quando incipiat, & desinat. num. 14.
Declarare quando incipiat ad quem spectet. num. 15.
Pro concedenda licentia, an possit iniungi eleemosina facienda. num. 16.
Fætus quando dicatur animatus. Resp. 40. num. 6. pag. 161
Fætus abortus. Vide Abortus.
Fictio iuris quid sit, & quomodo differat à præsumptione. Resp. 82. num. 65. pag. 404
Fides non est adhibenda allegauti suam turpitudinem Resp. 56. num. 8. pag. 225
Fideiussor pro regulari accipiente mutuo commodato emptio, vel alio modo an teneatur de fideiussione. Resp. 46. num. 45. & 46. pag. 187
Fideiussor non potest accedere principali nisi saltem naturaliter obligatio. num. 46.
Cautela vt obligetur etiam naturaliter non obligato principali. num. 47.
Fideiussor pro vna re non censetur obligatus pro alia. num. 48.
Eius obligatio recipit interpretationem à verosimili mente.
Est diuisibilis ita partim valida obligatione principalis, & partim inualida ea sit & eius obligatio.
Si nulla est principalis nulla, & fideiussoris.
Nisi exprimatur obligatio in casu nullitatis.
Nisi etiam adsint clausulæ æquipollentes.
Et nisi sit interpositum iuramentum.
Obligatio etiam cameralis &c. huiusmodi.
Item nisi obligatio esset nulla ratione alicuius priuilegij competentis principali non fideiussori.
Obligatus, vt principalis, & in solidum reputatur principalis non fideiussor. num. 48. hæc omnia.
Filius an teneatur credere matri asserenti esse illegitimum. Resp. 56. num. 5. pag. 225
Credens se esse illegitimum tenetur abstinere ab aditione hæreditatis, & si adiuit restituere. num. 6
Etiamsi ex sententia illi esset adiudicata. ibi.
Non tenetur tamen credere matri in hoc casu. num. 7
Habitus communi opinione legitimus non tenetur reputare se illegitimum nisi conuincatur. num. 10
Imo elapso tempore præscriptionis non tenetur credere etiamsi conuincatur. num. 12
Filius illegitimus succedit in hæreditate cum præiuditio legitimorum, mater legitimis satisfacit proprijs bonis an nihilominus illegitimus possit retinere hæreditatem cum illius sit incapax. num. 13
Filius quoad alimenta, & bona patris. Resp. 65. per totum. pag. 290
Filius qui contraxit æs alienum pro alimentis potest à patre repetere quod sufficit pro solutione. num. 2
In foro conscientiæ non potest petere alimenta si arte

arte suo statui conuenienti potest se ipsum alere. num. 3
Filiorum nomine ex iuris dispositione non veniunt posthumi. Resp. 38. num. 2. pag. 155
Veniunt si addatur vniuersalis omnes. num. 3
Filius habens parentes pressas magna egestate tenetur exercere artem si quam habet, vt eo sustentet. Resp. 45. num. 17. pag. 181
Filij alij legitimi ex legitimo matrimonio nati, alij legitimi iure gentium, alij in figura matrimonij, & qui sint. Resp. 65. num. 5. pag. 290
Nati in figura matrimonij an succedant, & vt succedant, quæ requirantur. num. 6
Et si quid desit quomodo excusetur. num. 7. 8. 9. 10. 11. 12
Filij quomodo fiant adoptiui, & arrogati cuius iuris sint. num. 14
Adoptiui quid consequantur. ibi.
Quid arrogati. num. 15
Vere adoptiui quid consequantur in bonis patris. num. 19
Filij emancipati qui sint. num. 20
Efficiuntur sui iuris, & quæ possint. num. 22
In emancipato remanent aliquæ reliquiæ patriæ potestatis, & quos effectus patiant. ibi.
De emancipatione debet legitime constare. num. 26
Filiorum exhæredatio non est inducenda ab intestato nisi in casibus in quibus filius redditur indignus hæreditatis. num. 24
Inter filios ab intestato de legitima non est agendum quia ad ipsos spectat tota hæreditas. num. 25.
Filij alij naturales alij spurij. num. 27
Qui isti sint de iure ciuili. num. 28
Qui de iure canonico. num. 29
Naturales quoad successiones testati, & intestati. num. 30. & 31
Spurij quoad easdem. num. 32
Quoad spurios quid possit statutum. ibi.
Si quid reperiantur possidere censetur possidere fraudolenter. num. 33
Vendita illis à patre censentur vendita in fraudē. num. 34
Confessio Patris de debito in fauorem spurij etiā iurata non valet. num. 35
Non possunt vocari descendentes. num. 36
Connumerantur inter extraneos. ibi.
Non possunt capere à patre nec directe, nec indirecte. num. 35
Occidentes patrem non incurrunt pænam patricidij. num. 36
De æquitate canonica à patre petunt alimenta. num. 37
Filia spuria petit dotem, quæ succedit loco alimentorum. num. 38
Quæ est assignanda habita ratione alimentorum non legitimæ. num. 43
Nec aliter sustinetur legatum patris illis factum quam in vim alimentorum. num. 39
Nisi modum excedat. num. 41
Si modum excedat legatum habetur pro non scripto. num. 42
Spuriorum alimenta quomodo taxanda. num. 44. 55.
Dos à patre spuriæ quando non danda. num. 46
Assignata pro alimentis finita causa redeunt ad patrem. num. 47
Vel ad hæredes patris. ibi.
Nec transeunt ad hæredes spurij. ibi.
Transeunt si data sint pro omni eo quod spurio prò alimentis potest competere. ibi.
Quod si spurius relinquat filios. num. 48
Quid dicendum de spurijs Principum. num. 49
Illegitimus in dubio an sit censendus spurius, vel naturalis. num. 50
Patris assertio non facit quod spurius sit naturalis num. 51
Spurij, quoad bona matris. num. 52
Quoad bona Aui. num. 53. & 54
Quid de filijs legitimis patris spurij quoad bona aui. num. 57
Quid quoad bona agnatorum. num. 59
In successione intestati fratres spurij sibi inuicem succedunt. ibi.
Spurijs qui succedant. num. 60
Spurij, & à spurijs descendentes numerantur inter extraneos. num. 61
Nec vocantur de familia, domo, vel agnatione quoad successiones. ibi.
Nec prosunt ad excusationem tutelæ. num. 62
Nec prosunt ad immunitates concessas habentibus duodecim filios. ibi.
Nisi essent legitimati. ibi.
Nec prosunt ad testandum inter liberos. ibi.
Nec in fauorabilibus veniunt nomine filiorum. num. 63
De iure scripto non obtinet iura sanguinis. num. 64
Natura tamen omnibus est communis. ibi.
Spurij, & naturales quoad dignitates. à num. 66 ad 69
Idem quoad causam testati. num. 69. ad 72
Legitimati sunt in quadruplici differentia. nu. 76
Spurij non legitimantur. num. 77
Legitimatio per oblationem ad curiam. num. 78.
Abijt in dessuetudinem. ibi.
Legitimatio per præsumptionem quæ, & quomodo. num. 79.
Confessio patris qualis debeat esse. num. 80.
Ista legitimatio nihil operatur in præiuditium vere legitimorum, vel agnatorum. num. 81.
Legitimatio per ingressum in religionem. num. 82.
Legitimatio per subsequens matrimonium. num. 83.
Quæ ista requirat. ibi.
Quæ sufficiant ad legitimationem istam non solum quoad natalia sed etiam quoad successiones. num. 83.
Legitimantur per subsequens matrimonium nati licet non concepti ex solutis. num. 84.
Concepti, & nati à solutis, si postea pater aliam ducat, qua mortua, ducat matrem dictorum conceptorum & natorum, an per hoc subsequens matrimonium legitimentur. num. 85.
Nati ex concubinis mortis tempore desponsatis an tali matrimonio legitimentur. num. 87.
Qui non legitimentur. num. 88. 89. 91.
Filij clericorum in minoribus legitimantur. num. 90.
Legitimatis per subsequens matrimonium quæ debeantur. num. 94.
Isti sunt melioris conditionis quam legitimi, & quomodo. num. 95.
Comprehenduntur sub nomine legitimorum in omnibus dispositionibus. num. 96.
Habent omnia iura agnationis, & succedunt tam ex testamento, quam ab intestato. num. 97.
Data dote in vim statuti excludunt fœminas. ibi.

Admittuntur ad omnes dignitates tam Ecclesiasticas quam sæculares etiam ad Episcopatum num. 98.
Non ad Cardinalatum. num. 99.
Consequuntur omnem paternam nobilitatem. num. 100.
Succedunt in fideicommissa. num. 101.
Etiamsi adsit clausula, si sine filijs legitimis, & naturalibus, quam faciunt deficere. ibi.
Imo faciunt deficere conditionem si sine filijs legitime natis, & de legitimo matrimonio procreatis. num. 102.
Nisi appareat de mente contraria testatoris, vt si diceret Natos, & procreatos ex vero non ficto matrimonio. num. 103.
Exhæredatis sine causa in testamentis debetur legitima. num. 104.
Legitimati ex rescripto qui sint. num. 105.
Legitimandi auctoritatem princeps committit. num. 106.
Differentia inter legitimatos à principe, & per subsequens matrimonium. num. 107.
Qui possint legitimare. 108.
Legitimatis à principe debetur legitima. num. 109.
In statutis veniunt nomine filiorum legitimorum. ibi.
Habent omnes successiones, quas habent legitimi à natiuitate nihil differunt ab ipsis. ibi.
In causa testati eos tenetur pater instituere, vel exhæredare, vt testamentum valeat. num. 110.
Habent ius contra tabulandi, & dicendi de inofficioso testamento, si à patre exhæredentur sine causa & legitima debetur honorabili titulo institutionis. ibi.
Quę nisi sit relicta integra agunt ad supplementum.
Debetur, & Trebellianica. nu. 111.
Illis non imputatur vna quarta in aliam estque semis prout in alijs. num. 112.
Bulgarina consuetudo habet locum quoad istos in vsufructu. ibi.
Sunt immittendi in possessionem non obstante, quod illis obijciatur illegitimitas, debent tamen dare cautionem de reddendo in casu &c. num. 113.
Quid in casu quod legitimatio non esset vniuersalis sed restricta. num. 114.
Quid si facta sit parte non consentiente. ibi.
Legitimati non succedunt in plus, quam sint instituti legitimi. ibi.
Aliquando tamen etiam in plus succedunt. ibi.
In terris Ecclesiæ an admittantur ad fideicommissa num. 115.
Dicta procedunt etiam in legitimatis mortuo patre ex ordine tamen, & commissione ipsius patris. num. 116.
Quam commissionem dat pater filio in testamento, vel alia dispositione. ibi.
Et ita legitimati habent quoad omnes effectus, vt iure legitimi. ibi.
Neque hoc casu necessaria est citatio venientium ab intestato. ibi.
Et tempus retrotrahitur ex probata voluntate testatoris. ibi.
Successio tamen stat apud venientes ab intestato donec legitimatio sequatur. ibi.
Cuius interim sint fructus. ibi.
Legitimatio quamuis amplissima nunquam excedit potestatem legitimantis, ideo priuilegium inspiciendum, vt sciatur qualis sit. num. 117.
Neque casu quo excederet potestatem nihil releuaret consensus expressus legitimorum. num. 118.
Filius cuius patris sit filius sæpissime dubitatur. Resp. 66. num. 25. pag. 303
Est quæstio coniecturalis. num. 26.
Filiatio propriæ non potest probari. ibi.
Filium qui se dicit se debet probare. num. 27.
Filiatio quomodo probetur. num. 28.
Filius natus est muliere quæ habuit rem cum soluto, & cum vxorato cuius sit censendus, & à quo illi debeantur alimenta. Respon. 65. num. 153. pag. 299
Filius natus ex maritata quæ tempore natiuitatis, vel conceptus filij cum adultero consuetudinem habebat an censeatur patris, vel adulteri. Res. 66. num. 28. pag. 303
Quid si tempore conceptus habitabat extra domum mariti. ibi.
Quid si filius natus sit in domo mariti, & mater asserat non esse mariti. num. 29.
Quid si maritus asserat non esse suum. ibi.
Quid si maritus, & vxor. ibi.
Filius an patri succedat ex ista dispositione. N. sit meus hæres, siue sit, siue non meus filius. num. 30.
Filius si eum dicto matris quod non sit mariti aliæ coniecturæ concurrant cuius sit censendus. num. 31.
Quid si mulier diu sterilis diuertit à marito, & aliquot post dies genuit, & parit domi mariti. num. 32.
Quid si maritus diu affuit. ibi.
Quid si maritus laboret morbo reddente inhabili ad generationem. ibi.
Quid si mulier diu fuit sterilis cum marito, si eum alio habitauerit, accedente tamen ad ipsam etiam marito. ibi.
Quid si habitet in domo adulteri, & raro ad ipsam accedat maritus. num. 33.
Filius præsumitur illius qui mulier vtitur pro libito, & quietiori animo. ibi.
Præsumitur illius in cuius domo nascitur. ibi.
Natus ex relicta, quæ ad secunda vota transit sed natus intra id tempus quo potest esse vtriusque mariti, cuius censeatur. num. 34.
Filius non præsumitur mariti si vxor extra illius domum habitabat, nec ad illam accedebat. ibi.
Et qui hoc casu asserit esse mariti debet probare. ibi.
Filius præsumitur illius qui eum tractat, vt filium. num. 35.
Ex tractatione constituitur filius in quasi possessione filiationis. Non tamen ad decisionem totius causæ Tractatus iste quomodo probetur. ibi.
Tractatus vt filius licet postea repudiatus perseuerat in sua possessione filiationis. num. 36.
Quomodo casset ista præsumptio. num. 37.
Cui noceat. num. 38.
Filius ex nominatione cuius præsumitur. num. 39.
Nominatio cui noceat. num. 40.
Filius cuius præsumatur ex communi voce, & fama. num. 41.
Quid probet similitudo, & effigies. num. 42.
Filiatio quomodo probanda cum agitur de successionibus. num. 43.
Filius in dubio an natus ex soluto, vel coniugato cuius præsu-

præsumendus. num. 47.
Præsumptio quomodo noceat legitimatis. nu. 52.
Ad quid prosit. num. 53.
Filius quomodo constituatur in quasi possessione legitimitatis. num. 54.
Quos effectus pariat. num. 55.
Filius an constituatur etiam si non sit cum à patre in testamento filius vocatur. Vide denominatio.
Filios an mater lactare teneatur. Resp. 88. per totum pag. 451
Filios exponentes quando parentes peccent. num. 8. &c.
Filios quando parentes alere teneantur. numer. 15. &c.
Deficientibus parentibus qui teneantur. num. 19.
Filius non dicitur originarius illius loci in quo nascitur sed illius in quo pater habet domicilium. Resp. 94. num. 31. pag. 476
Filio familias mortuo patre etiamsi ipse ignoret hæreditas requiritur. Respon. 45. numer. 9. pag. 180
Idem in omnibus hæredibus suis.
Et quomodo hoc intelligendum. ibi.
Filios detinentes. Vide detinentes.
Filios exponentes. Vide exponentes.
Ad finem qui tenetur, tenetur etiam ad media sine quibus finis non potest haberi. num. 16.
Fiscus habet tacitam hypothecam pro tributis in bonis creditoris. Resp. 59. num. 57. pag. 246
Estque multum priuilegiata. num. 58.
Pari passu procedit cum illa vxoria. numer. 59. & 63.
In concursu prior tempore potior in iure. ibi.
In dubio prioritatis vxor præfertur. num. 60.
In dubio contra fiscum pronunciam non delinquit. num. 61.
Etiam in pari causa mulier præfertur. num. 63.
Melius est respondere pro dote, non pro fisco. num. 62.
Quid de fisco pro tributis, & quid pro pœna. num. 65.
Fiscus quæ bona exulis capiat. Vide Resp. 77. pag. 369
Non est proprie hæres. num. 8.
Non repræsentat personam condemnati. ibi.
In aliquibus casibus habetur pro hærede. ibi.
Est successor vniuersalis non hæres condemnati. num. 10.
Ad fiscum non transeunt quæ non transeunt ad extraneos hæredes. num. 11.
Non accipit bona quæ condemnato deferuntur post sententiam. num. 13.
An accipiat tantum acquisita vsque ad tempus patrati delicti an acquisita vsque ad sententiam. num. 14.
Ex delicto filij non transfertur ius remotum, quod habet ad legitimam. num. 17.
Etiam ob atrocissimum delictum. ibi.
Quibus casibus mortuo patre legitima non fisco sed sequentibus in gradu defertur. num. 18.
Quid de bonis conditionalibus, & futuris non delatis tempore commissi delicti. num. 19.
Fiscus in quæ bona proscripti succedat. num. 25. & 26. Vide Bannitus.
Forensis qui dicatur. Resp. 4. num. 67. pag. 42
Forma debet adimpleri specifice non per æquipollentia. Resp. 1. num. 18. pag. 3
Omissa etiam in minima qualitate vitiat actum etiam in foro conscientiæ. ibi.
Quid si quid sit de forma ex natura rei, vel de iuris dispositione. num. 19.
Quando sit seruanda in foro conscientiæ. ibi.
Forma non seruata resultat nullitas actus, Resp. 28. num. 5. pag. 121
Limitat Hostiensis ibi non admittitur. num. 11.
Non seruata actus est nullus. num. 14.
Forma substantialis quæ sit in dispositione. num. 18.
Quæ sunt de forma actus, debent interuenire eo tempore, quo actus fit. num. 25.
Actus nulli ex non seruata forma non validantur ex superuenienti rati habitione. num. 26.
Quæ sunt de forma essentiali non possunt suppleri per æquipollentia sed præcise, & punctualiter sunt obseruanda. num. 50. & 60.
Si quid pluribus committitur iudicandum an possit vni committi iudicium, & quid si committatur sententiandum. ibi.
Forma est conditio quæ in dicendo necessario est exprimenda, & in agendo sequenda. num. 58.
Formæ omissione actus neque ciuiliter neque naturaliter obligat. num. 59.
Forma adhuc est seruanda licet cesset ratio ob quam est inducta. num. 68.
Formam non important quæ insunt ipso iure nec eorum expressio quidquam operatur. num. 75. & explicatur à num. 79. ad 84.
Forma data ad aliquid agendum, nisi seruetur est nullum quod agitur; ideo processus contra formam fabricatus est nullus. num. 77.
Idem est agere contra, & præter formam. num. 84.
A forma receditur, nunquam à mente. Resp. 57. num. 23. pag. 235
Forus animæ conformatur foro fori nisi hic nitatur præsumptione. Resp. 45. num. 12. pag. 180
In foro animæ sola rei veritas attenditur. Resp. 2. num. 26. pag. 12
Fraudes non possunt permitti neque in foro fori. Resp. 45. num. 4. pag. 180
Venditiones cum læsione vltra dimidium in foro fori quomodo permittantur. ibi.
Frequens non dicitur quod bis aut ter fit. Resp. 3. num. 38. pag. 23
Fructus collecti viuente vsufructuario cuius sint, & pendentes eo mortuo. Respon. 4. numer. 3. pag. 38
Pendentes sunt pars fundi. num. 4.
Fructus intelliguntur deductis expensis. num. 5.
Etiam debiti Ecclesiæ. num. 6.
Fructus ex bonis aduentitijs debet filius patri viuenti eo mortuo nihil hæredibus. Resp. 43. num. 31. pag. 172
Hos censetur pater remittere filio si ei liberam illorum administrationem permittat. num. 33.
Quo casu non potest repetere. ibi.
Non veniunt conferendi. ibi.
Est enim quædam remissio illorum fructuum, quæ fit de die in diem. num. 34.
Fructus sibi debitos vsufructuarius non transmittit ad hæredes nec facit suos nisi sint percepti. num. 32.
Quæ remissio non est donatio sed omissio quædam iuris eos percipiendi. num. 36.
Fructus percepti ex bonis aduentitijs à filio ex sola patientia patris filij fiunt, & liberatur. nu. 38.
Item percepti ex hæreditate delata filio, & à patre repudiata. num. 41.

Fugiens à monasterio quando incurrat reseruationem & alias pœnas. Resp. 87. nu. 60. pag. 449

Funus expolians antequam perueniat ad manus eorum ad quos defertur, vt Parochus ad Regulares, quas pœnas incurrat. Resp. 52. num. 35. pag. 205

Ad funera confraternitates non accedunt nisi spetialiter vocatæ. Respon. 51. numer. 20. pag. 198

In funeribus ducendis vnica tantum crux defertur. num. 21.

Hac sequuntur personæ illius Crucis. ibi.

Quæ debet esse illius Ecclesiæ ad quam cadauer fertur. ibi.

Sequuntur aliæ secundum antianitatem. ibi.

Interueniente Capitolo omnes incedunt sub Cruce Cathedrali qui sub illa Cruce præcedant. ibi.

Si Ecclesia ad quem defertur cadauer sit dismembrata illius Crux est deferenda non alterius Ecclesiæ. ibi.

Vocati ad funus omnes accedunt ad Parochialem defuncti, vel ad aliam iuxta consuetudinem. ibi.

Nullo modo debent expectare in via, vel in domo defuncti nulla suffragante contraria consuetudine. num. 22.

Vocati etiam Regulares debent accedere ad Ecclesiam ex qua cadauer est emitendum etiamsi sepeliendum sit in eorum Ecclesiis. num. 23.

Debent simul cum Parocho accedere ad domum defuncti, vel ad Ecclesiam à qua defunctus est efferendus. num. 24.

Furtiua egressio. Vide egressio.

Furtum casus reseruatus pro Regularibus. Vide Proprietas. Paupertas.

G

Gabella quid significet. Respon. 53. numer. 3. pag. 207

Gabellarum, & exactionum varia genera. ibi.

Gabellas princeps potest imponere, & subditus tenetur soluere. num. 5.

Qui principes possint imponere. num. 6.

Gabellæ debent imponi ex iusta causa. num. 8.

Necessitas, & Captiuitas Pcincipis an sint sufficientes causæ. num. 8. & 10.

Debent proportionari necessitati communitati, & ciuibus. num. 11.

Vt sint iustæ tria requirunt Auctoritatem in imponente, iustitiam causæ, & formæ. num. 12.

An sint soluendæ etiamsi non petantur an satis sit soluere petitas. num. 13.

Quid si pœna sit adiecta, & quid si nulla sit adiecta, num. 14.

Resoluitur difficultas. num. 15. & 16.

Quid si res occulte vendantur aut transuehantur ne petantur gabellæ. num. 17.

An petentibus quæ merces transuehantur veritas sit aperienda. num. 18.

A Gabellarum solutionibus an aliquos possit princeps liberare etiamsi vergat in damnum aliorum qui magis grauantur. num. 19.

An possit vendere, & donare similes exemptiones. ibi. §. Potest etiam &c.

An possit concedere incolis qui de nouo ad habitandum accedunt. ibi. Vide Custodes Viarum.

Genitiuus aliquando significat dominium aliquando originem aliquando auctorem aliquando detentorem &c. Resp. 46. num. 18. pag. 184

Genus non inuenitur nisi in imaginatione. Resp. 2. num. 37. pag. 13

Genus armorum significat differentiam animorum. Resp. 13. num. 7. pag. 70

Graduum computatio fit secundum ius canonicum in caussis matrimonialibus secundum ius commune ad cognoscendam proximitatem in concursu. Resp. 36. num. 30. pag. 146

In quacumque materia proximitatis, & propinquitatis in foro, & terris Ecclesiasticis fit secundus ius ciuile. ibi.

Gerundium facit præsumi causam finalem. Resp. 81. num. 9. in fine. pag. 189

Imponit necessitatem. ibi.

Gratia impetrata cum falsa exprassione nominis an valeat. num. 56.

Gratia est intelligenda secundum verba expressa in supplicatione. num. 57.

Quid sit in concedenda gratia erret concedens in expressione nominis. num. 59.

Gratia concessa cum falsa expressione nominis quando valeat. num. 60.

In concedenda gratia sicut in omnibus aliis spectantibus ad suum officium princeps non conspicit personam sed merita iustitiæ. num. 61.

Gratia concessa ad dispensandum in voto exposito pro dubio si sit certum an valeat. num. 62.

Grauatus duplici onere nemo censetur pro eadem re. Resp. 61. num. 58. pag. 261

Grauatus in vno debet in alio releuari. num. 59.

Gulæ peccatum quid sit. Respon. 89. numer. 5. pag. 455

Quomodo distinguatur à fractione ieiunij. ibi.

Gulæ peccato quot modis delinquatur. ibi.

Gulæ peccatum non est sumere cibum ante sumptionem Sanctissimæ Eucharistiæ. ibi.

Neque sumere nimium cibum qui præuidetur nociturus. ibi.

Quando sit peccatum mortale. num. 6.

Quomodo constituat vltimum finem in delectatione cibi. num. 7. & 8.

Gulæ peccato an peccet qui dum in patria ieiunatur alio se transfert, ne ieiunet. num. 18.

H

Habitibus neque meremur neque demeremur sed actibus. Resp. 56. num. 80. pag. 230

Hæbrei in terris S. Pontifici in temporalibus, & spiritualibus subiectis eidem in spiritualibus, & temporalibus subduntur. Resp. 39. num. 3. & 4. pag. 158

In terris autem eidem in temporalibus non subiectis subduntur Principi, vel potestati sæculari tam in spiritualibus quam in temporalibus. ibidem.

Excipit aliquos casus Azorius.

Dictum Felini quoad hoc.

Episcopi nullam in hæbreos habent iurisdictionem num. 5.

Non possunt excommunicari. num. 9.

Hebreorum delicta sunt punienda iuxta eorum leges, istis deficientibus in spiritualibus succedit ius canonicum in temporalibus secundum leges loci in quo delinquunt semper tamen à potestate sæculari secundum Doctores. ibi. num. 15.

De

De delictis hæbreorum spiritualibus cognoscit Papa, executionem mandat potestati sæculari. num. 16.
Hæbreis fauor pietatis non prodest, nec possunt vti priuilegijs concessis lege à distribuentibus ob amorem Christi. num. 28.
Hæbrei non possunt relinquere ad pias causas. num. 29.
Hæbreorum legata omnia iudicantur, vt profana. ibi.
Hæbrei nisi puniantur a sæculari in casu negligentiæ punit Ecclesia num. 13. & 14.
Hæreditas non potest dari ad tempus, sed vitio temporis sublato manet institutio. Resp. 31. nu. 1. pag. 333
Hæreditatem repudiatam à debitore, ne creditoribus satisfaciat, & vt dicentur alij ad quos peruenit, an illam possidens tuto possideat. Resp. 45. nu. 20. pag. 181
Hæreditatem repudians nihil aliud facit quam tollere obicem, quo impediebatur alter ne succederet. num. 21.
Hæreditatis non acceptatæ repudiatio an sit alienatio etiam quoad Ecclesiasticos. num. 24.
Hæreditatis legalis diuisio. Respon. 59. num. 41. pag. 245
Hæreditatis partes explicantur. num. 42.
Hæreditatem diuidit testator in quas vult partes. 43.
Hæres per aditionem hæreditatis fit dominus rerum. Resp. 62. num. 22. pag. 265
Hæres non dicitur contrauenire prohibitioni testatoris de non alienando illius bona si alienet pro solutione æris alieni. num. 16.
Pro reparatione domus. 17.
Et pro expensis necessarijs, & quæ istæ sint. num. 18.
Hæredes descendentes, & ascendentes in linea non obstantibus legatis possunt accipere de bonis hæreditatis tertiam partem. Resp. 61. num. 20. pag. 259
Hæres non ascendentes nec descendentes quibus legitima portio non debetur capiunt etiam ipsi non obstantibus legatis etiam si totam hæreditatem exhaurirent, quartam partem. ibi.
Nisi tamen legata sint ad pias causas. num. 21.
Et nisi causa pia esset hæres & legataria alia pia quo casu esset standum iuri communi. ibi.
Hæres si ex proprijs bonis soluat debita testatoris tantundem potest deducere ex bonis hæreditatis. num. 42.
Hæres an teneatur soluere debita testatoris, an vsufructuarius traduntur coniecturæ. num. 46.
Hæres quocumque modo sit certus de mente & voluntate testatoris etiamsi testamentum careat solemnitatibus tenetur illam exequi. Resp. 2. num. 16. pag. 12
Hæres institutus quoad vixerit vel alio modo limitato nullo alio dato post limitationem hærede censetur perpetuus hæres, maxime si nulla sit addita taxatiua & contrarium non suadeat attenta mens testatoris. Resp. 31. num. 3. & 4. pag. 333
Hæreditas aliud est & aliud bona hæreditatis. num. 5.
Hæres potest institui vniuersalis, & partialis & quomodo partialis. num. 6.
Hæres non potest desinere esse hæres. num. 7.
Hæres semper habet onus soluendi legata & apud ipsum semper hoc onus remanet. num. 7.
Hæres partialis quando ad legata teneatur. num. 8.
Hærus. Vide Dominus.
Hypotheca quid sit. Resp. 59. num. 8. pag. 243
Duplex tacita quæ & legalis dicitur & expressa, quæ conuentionalis. num. 9.
Expressa duplex generalis & particularis. num. 10. & quæ vtraque ibi. & 12.
Tacita dicitur etiam pignus legale, & quæ. num. 13.
Tacita competit etiamsi de illa non sit conuentum num. 14.
Non sic expressa. ibi.
Tacita competit pupillo & minori in bonis tutoris & curatoris. num. 4.
Vxori in bonis mariti respectu dotis. num. 6.
Marito in bonis vxoris vt dos promissa soluatur.
Vxori in bonis mariti vt soluta restituatur. num. 18.
Etiam in bonis patris mariti tribus in casibus. num. 21.
Hypothecæ vxoris vtilitas. num. 22.
Hypotheca vxoris quoad res immobiles. num. 24. & 25.
Tacitam habet vxor in bonis mariti pro donatione facta ab ipso propter nuptias. num. 26.
Item pro bonis paraphernalibus ab ipso administratis. num. 29.
Item pro alimentis. num. 31.
Item infirmæ pro alimentis & medicinis. &c. num. 32.
Item pro alimentis facto diuortio ex culpa mariti. num. 33.
Item pro augmento dotis. num. 45.
Item pro dote data in matrimonio putatiuo. num. 47.
Hypothecam an habeat extraneus in bonis mariti pro dote ab ipso data. num. 53.
Habet maritus pro dote consequenda & vxor pro recuperanda in bonis fideiussorum respectiuæ. num. 50.
Item maritus in bonis vxoris & quando pro augmento dotis. num. 51.
Hypotheca vxoris concurrens cum hypotheca fisci. num. 57.
Tacita vxoris ob priuilegium prælationis an præferatur alienæ expressæ. num. 66.
Expressa mulieris posterior an præferatur alienæ item expressæ priori. num. 73.
Tacita competens mulieri ad quos transeat. num. 87.
Honore pro defendendo & recuperando quæ liceant. Resp. 71. num. 68. pag. 334
Honoratus in vno in alio præsumitur grauatus. Resp. 42. num. 3. pag. 167
Hospitale quoad legata. Vide legatum.

I

Idololatria quid sit. Resp. 95. num. 80. pag. 490
Dupliciter committitur. num. 81.
Est maximum peccatum ex oppositis virtutibus moralibus minus tamen ex oppositis theologicis num. 82.
Quomodo constituatur in suo esse. ibi.
Nunquam excusatur.
Idoneitas duplex intrinseca & extrinseca quæ sint quæ præsumitur & quæ probanda. Resp. 81. nu. 52. pag. 391

Ieiunare die dominico an sit peccatum. Respon. 95. num. 78. pag. 490
Ieiunandi præceptum quomodo differat à peccato Gulæ. Vide Gula.
Ignorantia quid sit. Resp. 56. num. 88. pag. 270
Quomodo distinguatur ab obliuione & inaduertentia. num. 89. ad 95.
Quando sit peccatum. ibi.
Quot eius sint species. à num. 83. ad 88.
Alia iuris alia facti. num. 73.
Iuris & facti alia vincibilis alia inuincibilis. num. 74.
Ignorantia & scientia quomodo possiut esse de eodem. num. 75.
Inuincibilis dicitur iusta, probabilis, antecedens. num. 77.
Vincibilis dicitur iniusta improbabilis consequens & quare ita dicatur. num. 78.
Dicitur etiam affectata crassa & supina & quare. ibi.
Concomitans quæ, & quare sic dicta. num. 79.
Nec meretur nec demeretur operans cum tali ignorantia. num. 80.
Non est causa actus. num. 81.
Facile degenerat in consequentem & quomodo. num. 82.
Inuincibilis vniuscuiusq; iuris an detur. num. 99.
Vt detur quæ sint necessaria. num. 100.
Vt cognoscatur traditur praxis. num. 101.
An stet cum lætitia rei ignoratæ. num. 102.
V.G. gaudet quis quod nescierit diem festum quia non obligatus fuit audire missam eo die num. 103.
An detur pertinentium ad proprium statum. num. 105. & 106.
Inuincibilis licet excuset à pena non tollit actus inualiditatem. num. 107.
Ignorantia vincibilis causat non positiue influendo sed negatiue remouendo. num. 111.
An operans ignorantia inuincibili peccet primo actu quo est vincibilis an etiam sequentibus operans etiam inaduertenter sed consequenter ad primum actum. num. 108.
Nesciens esse peccatum operari cum ignorantia vincibili operans cum ista an peccet. num. 112.
Ignorantia potest esse inculpabilis & culpabilis causa. num. 116.
Ignorantia an detur in facto proprio. Resp. 60. num. 41. pag. 256
Probatur per coniecturas. num. 42.
Ignorantia, & error probantur iuramento. num. 44.
Ignorantia omnimoda vsuræ licet non posse dari, daretur tamen hic, & nunc alicuius contractus vsurarij. Resp. 17. num. 7. pag. 84
Ignorantia quam nulla præcessit aduertentia excusatur. Resp. 22. num. 34. pag. 100
Iuris non frequentati est probabilis. num. 35.
Ignorantia iuris humani vt plurimum excusatur. num. 37.
Naturalis & diuini non dummodo sit clarum; de illo habeatur cognitio, & aliter non sit a doctoribus explicatum. num. 41. & 42.
Consuetudo facit quod hic & nunc aliquid non cognoscatur contra ius naturæ. num. 44.
Ignorantia etiam mortalis excusat ob incurrendis censuris & irregularitatibus ad quas requiritur contemptus. Resp. 32. num. 12. pag. 135
Non excusat tamen ab alijs pænis. num. 13.
Quælibet excepta affectata excusat à pæna non petendi debitum ob copulam cum consanguineis alterius coniugis. Et quia alter coniux baptizauit sine necessitate filium communem. num. 14.
Ignorans se habere filium, & alios scribens hæredes non censetur voluisse adimere hæreditatem prætereito.
Si tamen sciuit certi iuris est voluisse exhæredare. Resp. 38. num. 22. & 23. pag. 157
Ignorantia eorum quæ pertinent ad Regulares, & Ecclesias facile præsumitur in notario rerum sæcularium. Resp. 46. num. 30. pag. 186
Ignorantia in doctore æquiparatur dolo, & quomodo hoc intelligendum. num. 31.
Ignorantia, & scientia præsumitur ex coniecturis. num. 32.
Ignorantia. Vide Confessarius.
Ignorantia, & error iuris non præsumitur. Vide Error.
Inaduertentia quid sit, quot species, quando peccatum. Resp. 56. à num. 84. ad 95. pag. 270
Illegitimus, non legitimus, & non illegitimus quis sit. Resp. 66. pag. 301
Quis horum sit irregularis. num. 22. pag. 276
Illegitimum aliquem esse, vel esse legitimum quod sit probandum, & onus probandi cui incumbat. num. 7.
Quando non potest haberi veritas interpretatio in meliorem partem est facienda. num. 12.
Illegitimus. vide Filius. vide Bastardus.
Impedimenta validitatis professionis. Vide Reclamatio.
Impedire litteras quid sit, & quomodo differat à retardat. Resp. 87. num. 46. pag. 448
Impetratio de beneficio simplici non tali an mutet naturam beneficij. Respon. 67. numer. 57. pag. 311
Inaduertentia quid sit, quot species, quale peccatum. Vide Ignorantia.
Incantatio quid sit. Resp. 87. num. 5. pag. 446
Incestus casus reseruatus. Respon. 96. num. 4. pag. 502
Vnde dicatur. num. 5.
Est & incestus spiritualis. num. 6.
Varij modi reseruationis. num. 7.
Incestus spiritualis quando reseruatus. num. 8.
Regula ad cognoscendam reseruationem. num. 9.
Iudicium quid sit quomodo differat à præsumptione, coniectura signo adminiculo, & suspicione. Vide Coniectura.
Industria personæ quando censeatur electa, vt delegatus non possit delegare. Vide Delegatus.
Infamia iuris quando quis laboret. Resp. 92. nu. 12. pag. 468
Infamare an liceat ob vim tormentorum. Res. 71. num. 84. pag. 336
Inscriptiones in lapidibus, & sepulchris. Resp. 51. num. 66. pag. 202
Intentionis suæ fundamentum quilibet tenetur probare. Resp. 4. num. 43. pag. 40
Intentio legantis, & disponentis. vide mens, & legantis mens.
Quæ requiratur ad actionem. Resp. 71. num. 71. pag. 335
Sumit speciem ab obiecto. num. 72.
Non facit quod opus sit magis, vel minus damnosum. num. 73.
Intentum principale semper est inspiciendum. Resp. 76. num. 45. pag. 360
Licet mediatum sit odiosum sufficit immediatum

esse fauorabile. num. 46.
Concessio tamen non extenditur nisi ad casus aptabiles. num. 47.
Extenditur ad consequtiua etiam separabilia, in quibus est maior, vel eadem ratio. ibi.
Nisi certa interpretatio consuetudine esset inducta. ibi.
Interpretatio verborum est latissimè facienda cum agitur de reditu ad ius commune Resp. 81. pag. 390
Interpretatio vltimæ voluntatis illa est reicienda, qua actus partim redditur vtilis, partim inutilis. Resp. 44. num. 4. pag. 178
Vide voluntas vltima.
Inueteratum dicitur de cuius initio non constat. Resp. 3. num. 32. pag. 22
Inuocatio Dæmonis alia tacita, alia expressa, & quot modis fiat. Resp. 95. num. 96. pag. 491
Tacita an distinguatur spetie ab expressa. ibi.
Siue distinguatur, siue non est in confessione exprimendum quæ sit. ibi.
Ipse pronomen quid importet. Resp. 57. num. 42. & 43. pag. 236
Irrationabilia non sunt præsumenda. Res. 72. nu. 35. pag. 342
Ideo non creditur vassallo probanti dominum fecisse aliquid contra iura feudi. num. 26.
Pontifex non præsumitur concedere irrationabilia. num. 27.
Faciens actionem publicam non præsumitur voluisse peccare, vel falsum committere. num. 28.
Quod est damnosum non præsumitur. num. 29.
Nec quod est contra bonos mores. num. 30.
Neque quod lædit pietatem, existimationem, & verecundiam, num. 31.
Nec quod portior noluerit traicere merces. num. 32.
Irregularitas an incurratur ab occidente inuasorem, vel percussorem. toto Resp. 13. pag. 70
Non incurritur nisi ob peccatum mortale si agatur de irregularitate ob homicidium. num. 3.
Neque occidendo ad necessariam defensam cum moderamine inculpatæ tutelæ. num. 4.
In dubio an censenda sit contracta. num. 29.
Ad irregularitatem ob homicidium notorium. quod notorium requiratur. num. 32.
Homicidium potest esse notorium notorietate facti, & notorietate delicti. ibi.
Quando dicatur deductum ad forum contentiosum ad effectum irregularitatis. num. 33.
Delictum dicitur occultum sequta sententia absolutoria. num. 34.
Etiam medijs prauis.
Non dicitur deductum ad forum contentiosum si iuditium inceptum sileat per annum. num. 35.
Neq; si sequta sit sententia etiam condemnatoria quocunque modo. ibi.
Explicatur Decretum Concilij. num. 37.
Irregularitas quælibet ex delicto requirit culpam mortalem. Resp. 40. num. 17. pag. 162
Non incurritur ob actum internum, sed requiritur actus externus simul cum animo agendi. num. 19.
Non incurritur in dubio iuris. num. 20.
Quod sit hoc dubium iuris. num. 20. 21. 22.
Irregularitatem an incurrisse dicendus sit cum adhibita debita diligentia ob verborum obscuritatem ex textu elici non possit an in eo contineatur. num. 21. 22.
Non est asserenda nisi adsit textus expressus, etsi debita adhibita diligentia in textu non reperiatur non dicitur sufficienter indicata. nu. 23. & 24.
Dubium esse irregularitatem contineri in textu, & certum esse contineri, sed dubium an hic actus cadat sub dispositione valde differunt. num. 26. 27. 28.
Irregularitas non incurritur à dante operam rei illicitæ cum periculo homicidij, si debita sit diligentia, ne sequatur etiamsi postea homicidium sequatur. num. 30.
Irregularitas non contrahitur licet aliquando actio sit mortaliter peccaminosa. num. 31.
Irregularitas præsumitur contracta à clerico chirurgiam exercente si sequatur mors. num. 32.
Irregularitas an præsumatur, & incurratur ab eo qui debitam quidem adhibuit diligentiam ad præcauendum homicidium, attamen ita est dispositus vt si sciret homicidium esse sequendum illud committeret num. 34.
Quid si adhibent quidem necessariam diligentiam, sed ita dicat hoc volo agere sequatur quidquid sequi potest, & homicidium sequatur. ibi.
Irregularitatem incurrat ob peccatum veniale, qui illius est sententiæ, quod ob veniale incurratur num. 35. §. Clericus.
Item si putaret actionem esse peccatum mortale, quæ tam non sit. num. 35. & 36.
Irregularitas ob defectum natalium. Respon. 66. pag. 301
Irregularis nemo censendus nisi de irregularitate in iure constat expresse. num. 13.
Irregularis vide Defensio.
Iubeo importat necessitatem in iubentem habere actionem. Resp. 63. num. 69. pag. 276
Iuditium plurium est certius iuditio paucorum. Res. 28. num. 60. & 63. pag. 125
In inditio datur probatio aduersus probationem & præsumptio admittitur contra aliam.
Iudex an debeat procedere ad inflictionem pœnæ si veritas elidat præsumptionem. Resp. 1. nu. 51. pag. 8
Iudex post condemnationem in criminalibus recipere potest probationes de euidenti innocentia rei, differre exequtionem, & rem totam principi deferre. Resp. 80. num. 45. pag. 382
Iudex, si reus habens nouas probationes implorer auxilium iudicis potest non solum post publicationem testium sed etiam post conclusionem ante sententiam tamen in criminalibus, & debet illam petitionem admittere si iudicet propositos articulos esse releuantes. num. 46.
Iudex functus officio suo nihil potest amplius circa sententiam à se latam. num. 58. Vide sententia.
Iudex Ecclesiasticus quomodo se gerere debeat in pœnis infligendis. Resp. 92. pag. 467
An clericum deponat propter fornicationem. num. 22.
Sua indulgentia non debet fouere delictum. num. 23.
Cum variæ pœnæ sunt statutæ liberum est ei eligere quam magis vult. num. 24.
Traduntur aliquæ regulæ. num. 25.
Iuramentum sortitur primordialem naturam, & con-

ditionem contractus super quo interponitur. Resp. 46. num. 49. pag. 188
Iuramento non firmatur contractus naturaliter irritus. ibi.
Iuramento Deus adducitur in testem rei iuratæ, non tamen illud acceptat vt acceptat votum. num. 50.
Iuramentum vt obliget debet esse acceptatum ab eo cui fit non sic votum ibi.
Iuramentum non contra bonos mores seruandum, quomodo intelligendum. num. 51.
Iuramentum falsum quotuplex & quid sit. Resp. 87. num. 67. pag. 449
Quando sit reseruatum. num. 68.
An emissum in dubio. 69.
Quando emissum in iuditio. num. 69.
Æquiuocum quando. num. 70.
Quando emissum in iuditio arbitrario. 71.
Mandans rogans vt falsum iuretur quando reseruatione teneatur. num. 72.
Iuramentum reseruatum. Vide Periurium.
Iurisdictio. Vide Delegatus. Ordinarius.
Ius accrescendi quid sit. Respon. 4. numer. 71. pag. 43
Ius accrescendi inductum est a lege ex præsumpta mente disponentis. num. 80.
Non datur in legatis quoties legatarij non sunt coniuncti re, & nomine. num. 81.
Ius multum fauet voluntati fundatoris beneficij eamq; admittit etiamsi sit contra ius commune. Resp. 5. num. 17. pag. 48
Ius positiuum an attendatur in foro animæ. Resp. 1. num. 7. pag. 2
Ius quo reprobatur contractus communiter vsitatus oecesse est esse obscurum. Resp. 22. num. 37. pag. 100
Ius adeundi hæreditatem non est in bonis nostris antequam hæreditas acceptetur. Resp. 45. nu. 8. pag. 180
Iuri suo an quis possit renunciare late traditur. Resp. 28. num. 64. pag. 125
Iure datoris resoluto resoluitur & ius acceptoris. Resp. 59. num. 25. pag. 244
Iura plurium deuenientia in vnam personam omnia retinent suam naturam. Respon. 91. num. 4. pag. 464
Considerantur tamen in illa persona illa tantum iura ad quæ eligitur. num. 5.
Iura parochialia recensentur. Resp. 99. numer. 132. pag. 614
Ius commune nec Apostolicas constitutiones Religionum Generales vel capitulum possunt alterare si tamen constitutiones sint ob bonum regimen publicum. Respon. 3. numer. 61. pag. 25
Possunt, si tantum fauorem contineant. ibi.
Possunt etiam aliqua leuia tamen etiamsi disponunt in bonum publicum. num. 63.
Ius proprie dicitur derogari. num. 91.
Iustitia est duplex generalis & particularis. Resp. 24. num. 2. pag. 106

L

Lac præbere filijs an matres teneantur. Resp. 88. per totum. pag. 455
Lapsus carnis quid comprehendat. Resp. 86. nu. 45. pag. 439
Non comprehendit raptum nisi sequta copula. num. 47.
Quando pro regularibus sit reseruatus. num. 46.
Inceptus in vase extra consummatus an reseruatus & quomodo in confessione explicandus. num. 50.
Patiens non seminans an incurrat reseruationem. num. 51.
An patiens pollui alium circa se. num. 52.
Copula in vase indebito cum fœmina an sit sodomia. num. 53.
Patiens semper peccat mortaliter. num. 54.
Pollutio non procurata an reseruata. num. 55.
Distilatio an lapsus carnis reseruatus. num. 56.
An tactus oscula. &c. num. 58.
An reseruata Episcopis. num. 59.
Lapsus voluntarius quis sit. num. 61.
Largitas sponsalitia quid sit. Respon. 63. num. 137. pag. 381
Datur spe ineundi matrimonij. ibi.
Sequto matrimonio remanet absoluta. num. 140.
Nisi sequatur matrimonium culpa vnius, quid innocens lucretur de largitate. num. 141.
Quid si ob mortem matrimonium non consumetur num. 142.
Quid de sponsalitia largitate lucretur sponsa per copulam. à num. 142. ad 148.
Quid acquirat sponsus ante matrimonium consumatum. num. 150.
An sponsa acquirat sponsalitiam largitatem si ob aliquod impedimentum matrimonium soluatur. num. 153.
Quid si sponsalia soluantur per ingressum in religionem. num. 157.
Quid si mutuo consensu. 159.
Quid si vnus primus resiliat deinde communi consensu sponsalia soluantur. num. 160.
Quid si in dicto casu exequutio sit facta a lege. num. 161.
Recedens à sponsalibus culpa alterius quid lucretur. num. 163.
Largitatis sponsalitiæ donatio facta per sponsas ante matrimonij consummationem an sit valida. num. 164.
An morte confirmetur. ibi.
Quid dicendum de vestibus pretiosis, & quotidianis traditis a sponso vel marito vel à socero. a num. 166. ad 184.
Quid de iocalibus. num. 171.
Vestes quæ dicantur festiuæ, quæ feriales. nu. 166. 167.
Verbum dono in hac materia impropriatur & vbique secundum subiectam materiam. num. 172.
Intelligitur secundum consuetudinem loci. nu. 173
Largitatis sponsalitiæ & qualibet donatio videtur fieri secundum consuetudinem loci. num. 174.
Donatio præsumitur ex coniecturis. nu. 175. 176. 177.
Diuitiæ faciunt coniecturam quod in dubio donetur & idem nobilitas. num. 177.
De donatis à consanguineis quid dicendum. num. 184.
Sponsalitia largitas an acquiratur a non virgine quæ se virginem fingit. num. 221.
In lecto decinentes filios. Vide Detinentes.
Legatum quid sit. Resp. 6. num. 26. pag. 52
Et quomodo intelligatur. ibi.
Legatum est pars testamenti non spectans ad institutionem hæredis sed addita institutioni, veluti donatio

donatio quam testator vult a suo hærede executioni demandari. Respon. 61. numer. 3. pag. 259
Legatum fit vel dirigendo verba in legatarium, vel in hæredem. num. 4.
Dicitur fideicommissum particulare, & quidquid dicitur de hoc dicitur & de legato, & e contra. num. 5.
Ad legatum est utile omne verbum, siue sit directum siue præcarium dummodo significet legitimum sensum volentis legare. num. 6.
In legatis non est necessaria obseruatio verborum. num. 7.
Legata possunt relinqui quibuscumque verbis. num. 8.
Et quocumq; sermone latino, vulgari, græco. &c. num. 9.
Etiam solo nutu fiunt. num. 10.
Possunt fieri per verba finendi. num. 11.
Etiam verba enunciatiua inducunt dispositionem nisi probentur emissa per errorem. ibi.
Legatum non vitiat solemnitas verborum neq; transpositio. ibi.
In legatis sola voluntas spectatur. num. 11.
Et non quod scriptum est, sed quod testator voluit censetur legatum. num. 13.
Illud dicitur legatum quod testator sentit. ibi.
In legatis non verba sunt inspicienda sed seruanda voluntas. num. 14.
In dubio tamen à verbis non est recedendum. num. 15.
Ad interpretationem legati confert legantis & legatarij dignitas, charitas, & necessitudo. num. 18.
Vniuersale transit ad legatarium cum suo onere. num. 54.
Legatum est dandum secundum mentem testatoris Resp. 36. num. 24. pag. 145
Legata multoties videntur affirmatiua quæ vere sunt negatiua, & quid hoc importet. Resp. 48. nu. 3. 4. 5. pag. 190
Legata ad vnum vsum non possunt transferri ad alium licet magis pium. Respon. 57. numer. 19. pag. 235
Legatum distribuendum pluribus an vni possit dari. Resp. 58. per totum. pag. 237
Legatum censetur factum in illam causam ob quam potest sustineri. Respon. 65. numer. 40. pag. 294
Legatum determinatur ex prædilectione. Resp. 69. num. 15. pag. 318
Signa prædilectionis quæ sint. num. 16.
Legata cum ex coniecturis, consuetudine &c. non possunt explicari vel determinari explicantur secundum leges. num. 42.
Legata res mensuranda qua mensura sit dimetienda. num. 46.
In legatis magis est attendendus vsus loci in quo legans est versatus quam loci originis. num. 47.
Quid si vsus loci differat ab vsu legantis. num. 48.
Legatum grani de quo intelligendum. num. 51.
Legata reuocantur per quæcumque verba reuocationem inferentia nec vlla requiritur solemnitas. Resp. 74. num. 42. pag. 351
Etiam nudis verbis solis sine scriptura. num. 43.
Quæ reuocatio probatur duobus testibus fide dignis. ibi.
Legatum in diem quid sit. Resp. 78. nu. 4. pag. 374
Legatum certo tempore expendendum neque anticipate nec postposite est expendendum. num. 38.
Legata facta non solum verbis sed etiam nutibus valent. Resp. 79. num. 2. pag. 377
Legantis intentio habita sola sufficit ad obligandum num. 3.
Legantis mens coniecturata est seruanda. num. 20.
Quibuscumque verbis possunt fieri. num. 19.
Legatum an sit hoc volo tibi relinquere centum, & an debeatur toto. Resp. 79. præcipue. num. 19. pag. 377
Legatum est fauorabile onus legato annexum est odiosum ideo diuersimode facienda interpretatio. Resp. 83. num. 4. pag. 428
Legantis mens sequenda. num. 7.
Idem in omnibus vltimis voluntatibus. ibi.
Est enim regina & dominatur. ibi.
Est potentior verbis. ibi.
Verba trahuntur ad mentem non mens ad verba. ibi.
Legati ex qualitate dignoscitur qualitas obligationis num. 8.
Legatum cum onere an intelligendum de prima vice. Resp. 83. per totum. pag. 428
Legata an sit res vel purum ministerium multum refert inuestigare. num. 18.
Legata re quidquid superest de legato pertinet ad legatarium non sic legato nudo ministerio. ibi.
Legatum cuius contemplatione sit factum scire, multum refert. num. 19.
Quomodo cognoscatur an res sit legata vel purum ministerium. num. 20.
Cognoscitur ex tenore verborum. ibi.
Si dispositio sit concepta per verbum. Accioche, quod æquiualet. Pro hoc & importat causam ibi.
Si census sint perpetuo affecti præstationi. ibi.
Si onus præcedat assignationi rei legatæ. num. 21.
Si legatario detur facultas aliquid agenti in legato sed cum interuentu hæredis. num. 22.
Quod hæres non possit illum molestare. ibi.
Si in onore non substituatur hæres sed alij executores. num. 23.
Si executores substituantur legatario cum facultate inuestiendi vendendi &c. num. 24.
Si legati substantia id suadeat, nec obstat quod in dispositione dicatur legatarius. num. 25.
Magis enim est attendenda substantia dispositionis quam denominatio. ibi.
Si legatum sit conceptum verbis dispositinis censetur legatum, si executiuis ministerium num. 26.
Non est inspiciendum cum quo legans loquatur, sed in quem voluntatis intentio feratur vel dirigatur num. 27.
Quotiescumq; non constat de mente verba recipiunt interpretationem ex modo consueto loquendi. num. 28.
Considerandum an onus impositum possit vel non possit bene per hæredes executioni mandari. num. 29.
Quomodo hoc possit cognosci. num. 30. vide ibi. alia ad hoc spectantia.
Legatum, quod in spetie consistit à morte testatoris transit in dominium legatarij nec expectatur aditio hæreditatis: quomodo intelligendum. Resp. 45. num. 10. pag. 180
Legatum quamuis retro nostrum sit nisi repudietur

cum tamen repudiatur retro nostrum non fuisse palam est. num. 11.
Legati repudiatio non est diminutio patrimonij. ibi.
Legati acquisitio ante acceptationem est imperfecta & reuocabilis est sub tacita conditione, nisi repudietur. ibi.
Legata vt sustineantur, nisi possit voluntas legantis directe seruari, debet indirecte, & omni meliori modo possibili explicari etiam verba impropriando. Resp. 46. num. 24. pag. 185
A legato ad donationem valet argumentum. num. 25.
Legatum cum conditione negatiua distributiua an debeatur eo anno quo cessat conditio. Resp. 48. num. 3. 4. & 5. pag. 190
Legatum pleno iure dandum quid importet. Res. 50. num. 15. pag. 195
In legatis maxime habenda est ratio affectionis & sanguinis. Resp. 55. num. 2. pag. 221
Ex legato pluribus distribuendo tantum vnicuiq; est dandum vt egestas subleuetur, non vt ditetur Resp. 58. num. 8. pag. 238
Legatorum distributio pertinet ad exequutorem. num. 14.
Distribuendum pauperibus nullo duo exequutore distribuit Episcopus. num. 15.
Regulato tamen arbitrio. num. 16.
Quod sit regulatum arbitrium. num. 17.
Qui praeferendi in legatis ad pias causas. ibi.
Legata annua quis soluat. Respon. 61. numer. 44. pag. 260
Non annua quis item soluat. num. 26.
Legatum rei oppignoratae si factum sit scienter valet. num. 52.
Rem oppignoratam hoc casu tenetur luere haeres, & ita tam tradere legatario. ibi.
Siue fuerit obligata ante, vel post testamentum modo legatum sit rei particularis. ibi.
Legatum rei oppignoratae factum nesciente quis licet traditur. num. 55.
Item quid dicendum si factum sit personae coniunctae. ibi.
Legatum ob causam ab annexa causa determinatur. num. 64.
Legatum sub conditione vt legatarius habitet in tali ciuitate in tali domo &c. dupliciter potest fieri. Resp. 64. num. 14. pag. 288
Quando valeat. num. 12.
Legata facta à patre in testamento inter liberos. vide Patris testamentum.
Legatum factum determinatae personae censetur factum ex affectu particulari, Resp. 4. nu. 19. pag. 39
Legato apposita poena tollit facultatem illud aliter interpretandi. num. 22.
Legatum ei debetur cuius contemplatione factum est num. 27.
Legatum quando admittat ius accrescendi. num. 71.
Ob eausam non iterabilem non admittit. num. 72.
Vt legatum alimentorum. num. 72. 73. 74.
Non sunt ista legata iterabilia, vel multiplicabilia. num. 73.
In illis inest taxatiua. num. 75.
In taxatiuis cessat ius accrescendi. ibi.
In legato alimentorum legans videtur nolle plus relinquere quam alimenta. num. 76.
Legatum alimentorum pro pauperibus spectat ad honorem Dei, & loci. num. 31.
Ad hoc petendum admittitur Syndicus, & quilibet de populo. num. 35.
Intelligitur de pauperib. loci, sicut & quodlibet aliud factum pro pauperibus licet non exprimatur. num. 33.
Etiamsi electionem pauperum legans, vel testator dederit Commissario, & quomodo hoc sit intelligendum. num. 34. ad 37.
Legatum factum pauperibus intelligitur ad subleuandum non ad ditandum. num. 38.
Quando sufficiat eligere pauperes quando pauperiores sint eligendi. num. 39. & 40.
Pro consequendo legato pro pauperibus, paupertas est probanda. num. 41.
Paupertas praesumitur cum quis se dicit diuitem, & diuitiae cum se dicit pauperem. num. 42.
Legata pauperibus, quomodo sint distribuenda. Res. 58. num. 13. pag. 238
Legata facta pro maritandis virginibus an possit dari viduis. Respon. 4. numer. 16. & 17. pag. 39
Item factum pro maritandis foeminis an possit dari viduis. ibi.
Legatum pro maritandis virginibus non potest in aliud opus commutari nisi de plenitudine potestatis Summi Pontificis. num. 18.
Legatum pro maritandis an debeatur Monasterium intrantibus num. 19.
Quid si factum sit intuitu alicuius particularis personae. num. 20.
Quid si factum sit pro maritandis puellis alicuius loci cum hominibus eiusdem. num. 21.
Quid si virgo nupsit, & mortuus sit eius vir sponsa adhuc remanente virgine. num. 23.
Factum pro maritandis puellis alicuius loci an possit dari expositis in loco, vel in diaecesi. num. 70.
Legatum pro maritandis, & pro dote differunt. Resp. 78. num. 2. pag. 373
Pro maritandis an sit conditionatum. num. 3.
Non potest peti antequam instet tempus nubilis aetatis. num. 19.
Potest peti ante matrimonium. ibi.
Quando expiret. num. 33.
Quid in dubio. ibi.
Pro maritandis an debeatur nuptis, & quid si sit pro dotandis. num. 34. & 35.
Quid si factum sit nominatim pro vna, vt pro Clelia Lucretia &c. num. 36.
Quid si pro maritandis consanguineis, & vna ignara legati eo anno quo nupsit legatum non petijt an possit post matrimonium petere num. 37.
Legatum dotis an simile sit legato alimentorum. Res. 4. num. 77. & 78. pag. 43
An possit multiplicari. ibi.
An constante matrimonio possit augeri. num. 79.
Legatum pro dote factum ab extraneo an sit conditionale. Resp. 78. num. 20. pag. 374
Quid si factum sit à patre extante statuto, quod filia dotata non succedat non extantibus masculis. num. 24.
Quid extante tali statuto. num. 25. & 30. & seq.
De legato dotis. Vide à num. 20. ad 32.
Legatum pro dote quando expiret. num. 33.
Quid in dubio. ibi.
Legatum pro dote, & pro maritandis differunt, & quomodo. num. 2.
Legata ad pias causas, vt obligent sufficit certo scire esse facta. Resp. 2. num. 4. pag. 10

Legatum

Legatum factum Ecclesiæ cui debeatur Ecclesiæ, vel Parocho. Resp. 4. num. 24. pag. 39
Factum Parocho etiam expresso eius nomine cui debeatur. num. 28.
Quid si concurrant aliæ coniecturæ. ibi.
Factum Ecclesiæ nullius in particulari expresso nomine, cui Ecclesiæ debeatur. num. 29.
In legatis nomine Ecclesiæ an intelligatur Ecclesia, vel Parochus. num. 24.
In legatis pijs non succeditur per repræsentationem, sed ex propria persona. Resp. 36. nu. 34. pag. 146
Non agitur de conseruanda agnatione, ideo ista consideratio non sufficit ad excludendum aliquem. num. 35.
Est tamen consideranda prædilectio. num. 36.
Et factum ex particulari affectu sequitur personam. Resp. 4. num. 20. pag. 39
Ad legatum pium dandum pauperibus consanguineis si concurrat vnus coniunctus ex vno latere tantum, & alter vtrinque coniunctus, quis præferendus. Resp. 36. num. 36. pag. 146
Quid si coniuncti sint in pari gradu. num. 37.
Etiam alter ex masculina, alter ex fœminina linea. ibi.
Quid si alter vtrinque sit coniunctus, sed magis remote alter ex vno tantum latere, sed magis proxime. num. 38.
Quid in hæreditaria successione ab intestato. ibi.
Legatum factum pro maritandis pauperibus intelligitur de pauperibus loci. Resp. 57. nu. 44. pag. 236
Nisi tamen aliud addatur. ibi.
Legatum pauperibus censetur factum in honorem Dei, & decorem patriæ. num. 45.
Legatis centum Monasterio, & quinquaginta inter pauperes distribuendis an ad hoc secundum legatum possit admitti Monasterium. Resp. 58. num. 10. pag. 237
Legatum pro anima an vni soli possit dari. num. 12.
Quid si dandum sit pauperi. ibi.
Quid si dandum sit pauperibus. num. 13.
In legato ad pias causas semper intelligitur inesse arbitrium boni viri. Respon. 61. num. 17. pag. 259
Legatum factum coniuncto ex charitate plenius est explicandum num. 18.
Legatum factum Ecclesiæ expresso nomine alicuius Sancti si duæ extent eiusdem nominis cui dandum. Resp. 69. num. 3. pag. 317
Referuntur placita multorum.
Refertur sententia auctoris ad num. 9.
Legatum Ecclesiæ nullo alio addita cui Ecclesiæ debeatur. ibi.
Quid si legans duas habuit parochiales. num. 10. &c.
Quid si legatum sit tenue. num. 13.
Quid si duas parochiales habeat moriens. num. 14.
Quid si Ecclesia prædilecta abundet rebus legatis. num. 18.
Legatum cum ex prædilectione non potest determinari datur Ecclesiæ quæ communiter intelligitur cum nominatur, vt in testamento. num. 19.
Quid si neque hoc modo potest determinari. num. 20.
Quid si duæ sint æque pauperes. num. 21.
Legatum ad pias causas numquam fit caducum. num. 22.
An sit explicandum secundum id quod est maius, an secundum id quod est minus. num. 38.
Coniecturæ pro hoc determinando à numer. 31. ad 39.
Quid sit terminandum sit ex lege. num. 38.
Legatum ad pias causas an valeat si in testamento filius à patre sit præteritus. Resp. 74. nu. 19. & 20. pag. 350
Quid si nato filio pater superuixit. num. 22.
Quid si legata sint necessaria. num. 23.
Legatum factum hospitali auctoritate Episcopi non fundato an sit pia causa. Resp. 83. numer. 5. pag. 422
Legatum vt sit pia causa quid acquirat. num. 5.
Legatum factum hospitali cum certo onere quomodo explicandum à num. 10. ad 16.
Legatum sub his verbis factum. Item lascia detto Signor Testatore cento scudi à me Francesco N. è doppo lui vuole siano dati ad vno della sua famiglia, quomodo intelligendum de familia testatoris an legatarij. Respon. 36. num. 7. pag. 143
Item si vocetur ad Capellaniam Paulus, vt idem D. Testator vult quod ad dictam Capellaniam sit vocatus R. Paulus, & post eius mortem vnus de eius familia, de qua familia sit intelligendus. num. 8.
Aliqua traduntur pro intelligentia huiusmodi legatorum. num. 9.
In legatis censetur prædilectus, qui est de familia testatoris. num. 8.
Legatum si sit dandum vni de familia, si multi de familia concurrant an aliquis ordo seruandus. num. 21.
Si sit vocatus vnus de familia, & concurrat quidem de familia, sed non de sanguine nullo alio concurrente an illi sit dandum. ibi.
Et si qui concurrant coniuncti ex iuris dispositione cui dandum. num. 22.
Si duo concurrant ad legatum dandum pauperi de familia vnus pauper quidem sed proximior alter pauperior, sed remotior, cui dandum. num. 23.
Electio pauperum quando censeatur permissa, vel commissa Exequtori in legato pauperibus distribuendo num. 25.
Si legatum sit dandum pauperiori an sit habenda ratio sanguinis. num. 26.
Si legatum sit dandum proximioribus consanguineis secundum quod ius graduum computatio fiat. num. 27.
Si enim expressus sit gradus sit vno modo alio si non est expressus. num. 29. 30. & 31.
In legatis beneficijs, & Capellanijs licet non succedatur iure hæreditario, & meræ successionis, negari tamen non potest, quin vbi consanguinei vocantur saltem aliquo modo sit materia successionis. num. 30.
Legatum si sit dandum consanguineis sufficit probare aliquam consanguinitatem. Si vero sit dandum consanguineis in 3. 4. &c. gradu requiritur specifica probatio. num. 32.
In primo casu parentela probatur indicijs præsumptionibus, & communi reputatione. ibi.
Si duo concurrant vnus ex linea masculina, alter ex fæminina quis præferendus. num. 33.
Illegitimo ex patre natus sed legitimus an admittatur ad legatum dandum illis qui sunt de familia. num. 39.

Et

Et resoluitur. num. 53. & seq.
Legata profana in testamento patris valido quia inter filios, vt valeant quid requiratur. Ref. 3. nu. 11. pag. 19
Legatum semper cessat quocumque modo deficiat conditio casualis. Resp. 37. num. 25. vide 29. pag. 151
Legatum alimentorum in dubio an sit in fauorem legatarij quid censendum. num. 29.
Legatum annuum vsusfructus non est vnum, sed multiplex ita vt in principio cuiuslibet anni purificata conditione nouam patias obligationem. num. 49.
Legatum factum puellæ si permanserit in statu castitatis an amittatur ob fornicationem. Resp. 44. per totum. pag. 177
Et ibi quid differat à legato si caste vixerit &c.
Legata quæ non annuatim sed vna tantum vice soluuntur an spectent ad hæredem, vel legatarium. Resp. 42. num. 2. pag. 168
Legatum vsusfructus deficiente conditione casuali quomodo deficiat. Respon. 37. numer. 29. pag. 151
Legatum factum à patre filio spurio sustinetur in vim alimentorum. Respon. 65. num. 39. pag. 293
Nisi excedat modum alimentorum. num. 41.
Si excedat quoad excessum habetur pro non scripto. num. 42.
Legatum factum sub his particulis: Si. cum. pro. quomodo intelligendum. Resp. 78. à nu. 5. ad 9. pag. 374
Legatum ad causas profanas quomodo explicandum. Resp. 69. num. 39. pag. 319
Legatis non satisfacientes casus reseruatus. Resp. 96 num. 57. pag. 506
Quod tempus sit concedendum. num. 58.
An sit causa sufficientes ad excusandum non soluentes legata. Quod hæres nollet vendere bona hæreditatis. num. 59.
Quod alijs debitis teneatur. ibi.
Legitimam qui filij capiant. Resp. 65. per totum. pag. 290
Legitima debetur filijs non iuditio patris sed ex dispositione legis. Respon. 37. numer. 13. pag. 150
Imò iure naturæ. num. 14.
Debetur iure alimentorum. num. 15.
Alimenta naturali iure sunt debita. ibi.
Legitimam filijs pater non relinquens dicitur pater filiorum mortuorum, non viuorum. num. 16.
Legitimus descendens ex patre illegitimo, & spurio quorum beneficiorum dignitatum &c. sit capax. Resp. 36. num. 45. pag. 147
Legitimus nepos ex patre spurio, vel illegitimo à quibus possit hæres institui &c. num. 46.
Vide filij. Bastardi.
Legitima debita arrogatis quomodo differat à debita naturalibus. Respon. 65. numer. 28. pag. 201
Lex quæ fundatur in præsumptione fraudis, cum veritas est in contrarium, non obligat in foro animæ Resp. 1. num. 11. pag. 3
Item quæ præfefert præsumptionem. num. 12.
Lex tradendo formam agendi aliquando præsumit, aliquando disponit. num. 19.
Lex non est interpretanda, vt pariat lites foueat discordias, sed vt tollat. num. 36.
Est explicanda tali modo vt non sequatur inconueniens. ibi.
Nisi potest eo modo explicari potius tollenda. ibi.
Legis causa, & fine cessante cessat lex, & legis dispositio num. 37.
Quomodo intelligendum. num. 38.
Lex, & statutum præiudicans libertati Ecclesiasticæ sunt nulla. Resp. 2. num. 4. pag. 10
Illa facientes, & seruantes, & seruare facientes, & secundum illa iudicantes ligantur excommunicatione. ibi.
Lex iurata tollitur contraria consuetudine. Resp. 3. num. 11. pag. 20
Legem condere alias obligantem non competit particulari personæ. Sed iure naturæ communitati, & Principi ex communitate. num. 58.
Ad leges condendas requiritur potestas iurisdictionis ad præceptum ferendum sufficit dominatiua. num. 59.
Lege vniuersali tollitur consuetudo vniuersalis, nec requiritur mentio consuetudinis sed sufficit quod illi sit contraria, nec possit cum illa compati. num. 105.
Vniuersali non censetur derogatum consuetudini particulari nisi de ea fiat specialis mentio. num. 107.
Nisi consuetudo contineat ius commune. ibi.
Lex non obligat, nisi vt est communiter recepta à num. 144.
Legis dispositio intelligitur de primo actu, & quomodo sit intelligendum. Respon. 53. num. 51. pag. 211
Leges non reddunt illegitimos incapaces successionis hæreditariæ fratrum, nisi legitimè damnum patiantur. Respon. 56. numer. 14. pag. 225
Non obligant cum dedecore, & periculo vitæ. num. 15.
Neque in casibus omninò occultis. num. 16.
Lex concedens aliquid in fauorem alicuius sub pæna nullitatis, intelligitur, si nullitatis pæna petatur ab eo cui fauor est concessus. Vide Concessio.
Lex quantumuis pænalis extenditur ad actum ad quem nisi extenderetur esset omninò frustratoria. Resp. 7. num. 3. pag. 54
Legis explicatio nulla potest esse melior quam illa quam facit conditor. num. 7.
Legis explicationem ab ipso Papa legis conditore factam non recipiunt Doctores. num. 25.
Lex pænalis contra non facientes aliquid, quod si fieret esset illicitum non obligat. Resp. 26. nu. 21. pag. 115
Lex pænalis non est vinculum iniquitatis. ibi.
Legis ratio vbi est eadem, est eadem etiam iuris dispositio. num. 57.
Legis extensio duplex ex identitate rationis & necessitatis vna, & congruentiæ altera. num. 58.
Legis finis non cadit sub lege: explicatur. num. 59.
Cum lege mitius agitur, quam cum homine. Resp. 28. num. 6. pag. 121
Lex non eo modo est explicanda, vt careat effectu pro quo lata est, tollatur finis intrinsecus, & eludatur. num. 51.
Legis verba cum effectu sunt capienda. num. 52.
Lex requirens aliquid fieri ante, actum vel in ipso actu dat formam, & aliter gesta sunt nulla. num. 55.

Lex

Lex fundata in præsumpta mente testatoris omnino cessat, si constet de mente. Resp. 37. num. 4. pag. 150
Lex aborret actus frustratorios. num. 52.
Lex, cum duo disiunctiue continet, quando liberum sit sequi, quod magis habet. Resp. 68. num. 9. pag. 313
Compatiuntur fragilitati. ibi.
Lex generaliter loquens non tollit priuilegium particulare concessum super eo de quo lex generaliter loquitur. Resp. 76. num. 85. pag. 363
Lex generalis non acceptata in aliquo, vel contraria consuetudine, vel priuilegio sublata an adhuc obliget aduenas commorantes in tali loco. Resp. 89. num. 21. pag. 456
Vbi an aduena commorans Mediolani quattuor diebus primis quadragesimæ possit non ieiunare & vti cibis consuetis. ibi.
Legislatoris, vel disponentis mens potius est attendenda quam legis, vel dispositionis verba. Resp. 26. num. 56. pag. 114
Non mens verbis sed menti verba sunt accomodanda. ibi.
Est præferenda quibuscumque verbis etiam si sint contraria. num. 58.
Tunc à verbis non est recedendum quando non constat de mente contraria. ibi.
Lex est intelligenda secundum quod loquitur vbi habet de noualibus de noualibus non de laboribus. Resp. 38. num. 21. pag. 157
Lex allegans aliam legem est intelligenda secundum allegatam. Respon. 99. el 2. numer. 170. pag. 617
Ex tenore legis, vel priuilegij eruitur eorum legitimus sensus. num. 171.
Lenocinium casus reseruatus. Resp. 96. num. 27. pag. 504
Leno, & lenæ qui dicantur. ibi.
Qui incurrant reseruationem. num. 28.
An maritus permittens vxorem adulterari sed non ibi. num. seq.
Libellus famosus casus reseruatus. Resp. 96. nu. 22. pag. 504
Diuersimode solet fieri reseruatio. ibi.
Quid sit libellus famosus. num. 23.
Explicatur definitio. ibi.
Libelli famosi editio casus reseruatus. num. 24.
Edere quid sit. ibi.
Quid incidant in reseruationem. ibi.
Alia definitio libelli famosi. num. 25.
Ex ista aliqua colliguntur. ibi.
Pænæ, & obligatio edentis libellos remissiue. num. 26.
Liberorum nomine veniunt liberi vtriusque sexus. Resp. 53. num. 48. pag. 211
Liberorum nomine aliud intelligunt iuris periti quam nomine filiorum. Respon. 79. num. 27. pag. 378
Liberi. vide filij.
Liberalis nemo existit in necessitatibus. Resp. 63. num. 85. pag. 277
Libertate sua nemo præsumitur velle se priuare. Res. 72. num. 33. pag. 342
Licentia à lege requisita intelligitur de expressa. Res. 67. num. 28. pag. 309
Licentia absoluendi à reseruatis. Vide facultas. Absoluere. Reseruatio.
Licentia obtenta ab ordinario per obreptionem, vel subreptionem est valida, & quomodo intelligendum. Resp. 81. num. 13. pag. 389
Non ita obtenta à Summo Pontifice.
Litterarum apertio, vt est casus reseruatus. Vide Apertio.
Locum originis testator præsumitur prædiligere. Resp. 57. num. 44. pag. 236
Quis dicatur de loco. num. 37.
Lucrum acquisitum ex contractu vsurario quomodo restituendum. Respon. 22. numer. 81. pag. 102
Acquisitum ex contractu vsurario bona fide an possit retineri. à num. 82. ad 106.
In iusto lucro censendi sunt consentire contrahentes. num. 103.
Lucrum est iustum etiamsi sit certum. Res. 75. nu. 9. pag. 352
Lucrum quale possit facere qui emit nomine alieno si pecunia sit propria. Vide mandatarius.
Si sit aliena.
Si ex propria industria accidat. &c. Resp. 41. per totum. pag. 165
Vbi quale lucrum possit sibi retinere mandatarius. eod. Resp. num. 13.

M

Magia, vide superstitio.
Malitijs hominum non est indulgendum. Res. 60. num. 21. pag. 235
Mandans reseruatione non tenetur nisi exprimatur, vel ex reseruatione colligatur. Resp. 95. nu. 51. pag. 476
Mandatarius emens rem nomine proprio illam facit suam, & quid possit lucrari. Vide lucrum Emens.
Mandatarius de qua diligentia teneatur. Resp. 41. num. 12. pag. 166
Mandatarius si quid speciali sua diligentia aliquid lucretur an possit retinere.
Quid si nomine alieno emat.
Quid si ex particulari affectu vendentis.
Quid si mandans ob hos respectus aliquid mandatario tribuat. ibi.
Quid si res in vno loco vendendas vendat in alio, & lucretur. num. 13.
Quid si habeat in mandatis vendere rem decem. v. g. & sit intra latitudinem iusti pretij, & emat à se ipso vt mandatario deinde vendat, & lucretur. num. 14.
Mandati fines sunt seruandi. Respon. 49. num. 18. pag. 174
Non solum circa mandatum, sed etiam circa qualitates mandati. num. 19.
Mandati fines etiam in modico excedens dicitur etiam excedere. num. 20.
Contra formam mandati, & præter formam agere est idem. num. 21.
Mandatario excedente fines mandati principalis non obligatur nec illi præiudicetur. num. 22.
Non facere secundum mandatum, & mandatum non habere est idem. num. 23.
Excedens fines mandati tenetur ad interesse. num. 24.
Mandatum cessare, expirare extingui &c. quomodo differat à reuocari. Respon. 60. numer. 52. pag. 256
Multum hoc refert. num. 51. & 53. 56. & 57.
Mandatum de dote soluenda alicui puellæ de patrimonio mandantis non expirat morte sed est soluendum.

soluendum. num. 58.
Manifestum. Resp. 13. num. 32. pag. 74
Manifestum quid &c. Resp. 98. à num. 104. ad 106. pag. 559
Maritus an possit compellere vxorem per iudicem ad dandum consensum sine causa recusatum, & necessarium. Resp. 28. num. 45. pag. 124
Maritus qui tenetur restituere integram dotem adhuc sibi retinet quartam si adsit statutum. Resp. 50. num. 12. pag. 195
Maritus vendens aliqua sua bona licet tacite hypothecata pro dote non tenetur id exprimere. Resp. 68. num. 34. pag. 316
Limita vt num. 35.
Maritus promittens vxori non mutare domicilium an teneatur seruare promissionem toto. Res. 64. pag. 286
Quid si adiecta sit pœna promissioni, an teneatur illam soluere. num. 16.
Quid si iuramentum intercedat. num. 17.
Maritus quoad hypothecam in bonis vxoris. Vide Hypotheca.
Mariti confessioni in secundo matrimonio non statur in præiuditium filiorum primi matrimonij. Res. 84. num. 23. pag. 426
Masculus descendens ex fæmina admittitur ad primogenituram, & maioratum, nisi agatur de conseruanda agnatione, quamuis fæmina sit exclusa, vocetur tantum masculus, & dispositio fundetur in masculinitate. Resp. 36. num. 47. pag. 147
Mater habens filios legitimos, & illegitimos quid agere debeat. Resp. 56. num. 4. pag. 225
Matri asserenti filium esse illegitimum filius non tenetur credere. num. 5.
Nisi dictum matris vrgentibus circumstantijs valleatur. num. 6.
Mater non tenetur prodere suum adulterium quoties filius non tenetur credere se esse illegitimum. num. 11.
Mater etiam si posset conuincere filium, vt crederet se esse illegitimum, non debet, si elapsum sit tempus ad præscribendum requisitum. num. 12.
Mater quæ non potest damnum compensare quod legitimi patiuntur ad quid teneatur. num. 18.
Quid si dubitet. ibi.
Mater quam facile possit credere suam reuelationem nihil profuturam. num. 19.
Ad quid teneatur, si speret. num. 20. & 21.
Quid si filius illegitimus sit malus, & allaturus graue damnum Regno &c. eo quod vt legitimus sit successurus. num. 22.
Quid si timeatur priuatum malum. num. 23.
Ad quid teneatur mater cum periculo famæ. num. 54.
Antedicta sunt intelligenda de matre quæ sit bonæ famæ. num. 24.
Mater an censenda sit infamare se ipsam reuelando suum adulterium si maritus si filij sint pij, & timoratæ conscientiæ. num. 30.
Matres an teneantur præbere lac suis filijs. Resp. 88. pag. 451
Exponentes filios hospitali quando peccent. num. 8.
An excusentur si id faciant, vt lac præbeant filijs magnatum. num. 10.
Exponentes illegitimos an peccent. num. 12.
Matres an teneantur ad alimenta filiorum legitimorum An ad illegitimorum. numer. 15. 16. & seq.
Matrimonium putatiuum quid sit. Resp. 59. nu. 48. pag. 245
Quid de dote in matrimonio putatiuo. Vide Dos.
Mediatori credendum est si deponat de facto proprio & illi nec laus, nec dedecus accidat. Resp. 84. num. 24. pag. 426
Concurrentibus coniecturis facit plenam fidem. num. 25.
Medium fini debet proportionari. Resp. 26. nu. 27. pag. 111
Melius est crimen prætermitte impunitum quam innoxium condemnari. Respon. 66. numer. 11. pag. 305
Menti testatoris habitæ ex verbis standum. Resp. 36. num. 3. pag. 143
Mens testatoris est omnino seruanda quoties de illa constat. Resp. 42. num. 9. pag. 168
Estque exequenda secundum illius opinionem. num. 10.
Mens contrahentium colligitur ex pretio. Resp. 49. num. 17. pag. 193
Mens testatoria colligitur ex annexis, & sequentibus. Resp. 57. num. 8. pag. 235
Mente testatoria non seruata, vel forma dispositionis gesta nulla. Resp. 58. num. 36. pag. 240
Neque Summus Pontifex sine causa in vltimis voluntatibus quidquam potest, vel aliter disponere, vel alterare. num. 37.
Est lex mens testatoris. num. 38.
Est forma seruanda. num. 41.
Est forma sicuti sententia. ibi.
Sicuti dispositio legis. ibi.
Mente legantis habita ex coniecturis licet verba explicare eo modo, vt legato adaptentur. Resp. 79. num. 23. pag. 378
Mens Ex quibus coniecturis colligatur. num. 22. & seq.
Mens vide legantis. Testatoria.
Mens supplicantis est attendenda. Resp. 25. num. 5. pag. 107
Concedentis enim conformatur expressæ supplicantis. ibi.
Mercatores in suo foro non iudicant secundum apices iuris. Resp. 59. num. 98. pag. 249
Iudicant de plano summarie, & de æquitate. ibi.
Mercatores contendunt cum operarijs. Res. 22. vide totum. pag. 98
Metus nunquam præsumitur. Respon. 73. numer. 8. pag. 345
Metum incutere est delinquere. num. 9.
Metus reuerentialis non præsumitur. ibi.
Reuerentialis an detur respectu matris. ibi.
Probandus est adfuisse tempore actus. num. 10.
Non dirimit matrimonium nec professionem. num. 21.
Non annullat votum sed ad hoc effectus debent intercedere minæ &c. num. 22. & 23.
Metus quoad professionem. Vide Reclamatio.
Minister reformatorum supposito paragrapho Porro &c. ex Const. Vrbani VIII. An possit remouere fratres è conuentibus in quibus de familia collocati sunt tempore Congregat. Resp. 28. per totum. pag. 120
Amouens aliquem non probata causa in definitorio si postea probetur an amotio sit valida nu. 23.

An in casu necessitatis. num. 39.
Quid si causam proponat, & definitores taceant. num. 42.
Quid si definitores congregati in definitorio dent suas vices, & voces ministro pro omni occasione. num. 47. & seq.
Quid si Frater requiescat amotioni. num. 61.
Quid si causa approbetur à definitoribus sed non in definitorio. num. 65.
Quid si dicat se habere causam sed non exprimat, & definitores assentiantur. num. 73.
Quid si tribus vocatis non quarto ab illis probetur. num. 84.
Semel vocati definitores vna pro omnibus vicibus approbant causas quas probabit minister an possit amouere. num. 93.
Tres definitores approbant causam in definitorio quartus extra an sit legitime probata. num. 97. & seq.
An causa sit iuridice probanda.
Mitius agitur cum lege quam cum homine, & ministro legis quomodo intelligendum. Resp. 28. num. 22. pag. 122
Moderamen inculpatæ tutelæ, Vide Defensio.
Monachus quidquid acquirat, acquirit Monasterio. Resp. 46. num. 21. pag. 185
Etiam contra iustitiam quomodo verum. ibi.
Item quidquid acquirit sibi, Monasterio, siue impersonaliter stipuletur. ibi
Monaci contractus sustinetur etiamsi omnia non exprimat. num. 25.
Validè stipulatur dummodo actualiter, vel virtualiter acquirat ius Monasterio, & sibi vsum de facultate superioris. ibi.
Acquirit si intendat acquirere eo modo quo potest ibi. Vbi multa habes.
Monasterij, seu Conuentus nomine quid veniat. Resp. 86. num. 18. & 21. pag. 437
Monasterij septa quid includant. num. 19.
Morti proximus asserens se disposuisse validat suum testamentum alias dubium. Resp. 2. num. 14. pag. 10
Morte quomodo mandatum, & facultas expiret. Vide Mandatum, mors.
Mors omnia soluit. Resp. 60. numer. 56. & 57. pag. 257
Morte mariti vxor honorem mariti non amittit. Resp. 51. num. 48. pag. 200
Muliebre genium est alios summe diligere, alios summe odisse. Resp. 56. num. 10. pag. 225
Mulier conscia impedimenti sui matrimonij annullantis & dirimentis cuiuscumque iuris sit, non potest reddere debitum coniugi etiam petenti. num. 34.
Verum si excommunicetur quia impedimentum fortassis non probatur. num. 36.
Mulier discedens à marito non potest manumittere seruum spatio sexaginta dierum, qui dantur marito ad eam accusandam. Resp. 1. nu. 38. pag. 7
Mulier vsufructuaria relicta sub conditione tenetur dare fideiussorem. Respon. 48. numer. 3. pag. 191
Multiplicitas non præsumitur. Resp. 2. num. 28. pag. 12
Multiplicitas istuum non defensionem, sed vindictam denotant. Resp. 13. num. 6. pag. 70
Mutuum perit mutuatario. Respon. 54. numer. 4. pag. 214
In mutuo transfertur dominium. ibi.
Mutuum quomodo differat à commodato, deposito &c. à num. 28. & seq.
Vide Depositum.
Ex mutuo simpliciter nullum lucrum potest percipi, alijs titulis lucri cessantis damni emergentis potest. Resp. 22. num. 92. pag. 102

N

NAtiuus quis dicatur. Resp. 4. num. 57. & 58. pag. 41
Quis dicatur de loco.
Quis habitator. Vide ibi.
Naturalia sunt immutabilia. num. 62.
Nec dictio quid significet. Resp. 82. num. 110. &c. pag. 410
Necessitas. Vide Defensio.
Necessitas facit excusabile, quod non excusaretur. Resp. 13. num. 25. pag. 72
In necessitate vnusquisq; meliori modo quo potest se defendit reprimere licet audaciam, & præuenire aggressorem. ibi.
In necessitatibus nemo dicitur liberalis. Resp. 63. num. 85. pag. 277
Negligentia in alieno facto est vituperabilis quæ in proprio est culpabilis. Respon. 58. num. 52. pag. 240
Nemo censendus est iactare suum. Resp. 1. num. 42. pag. 8
Nemo punitur sine culpa theologica in foro animæ legali in foro fori. Respon. 16. numer. 40. pag. 83
Nemo præsumendus est immemor salutis. Resp. 21. num. 29. pag. 93
Nemo tenetur ad exequutionem illius rei, cuius medium est valde arduum, & difficile Resp. 26. nu. 24. pag. 112
Valde difficilia æquiparantur impossibilibus. ibi.
Impossibilium nulla obligatio. ibi.
Nobilitas, & diuitiæ faciunt coniecturam donationis. Resp. 63. num. 177. pag. 283
Nocturna egressio. Vide Egressio.
Nolle, & non velle quomodo differant. Resp. 46. nu. 16. pag. 184
Nolle dicitur, qui potest statim facere, & non facit. Resp. 60. num. 31. pag. 255
Nolle vt quis dicatur debet illud posse velle. num. 47.
Inter nolle, & velle mediat, non velle. ibi.
Nolle nubere non dicitur mulier impotens. ibi.
Nolle illi non nocet qui non potest velle. num. 48.
Nolle denotat expressam resistentiam, quam non dicit non nolle, & non velle. num. 49.
Non velle dicitur dormiens. num. 50.
Nolo quid significet, & quando stet dispositiuè, aut enunciatiuè. Respon. 79. à num. 5. ad 18. pag. 377
Ibi quid significet Volo.
Nollem quid significet. num. 34.
Nominis falsa expressio. Vide Gratia.
Nomine Generis qui veniant. Resp. 36. numer. 12. pag. 144
Qui stirpis. num. 13. — Quid sit stirps
Qui Familiæ. num. 21. — Familia
Qui lineæ. num. 14. — Linea
Qui domus. num. 15. — Domus
Qui Generationis. num. 12. — Generatio
Qui Consortis. num. 16. — Consors
Qui parentelæ. num. 17. — Parentela

Qui Agnationis. num. 18. Agnatio
Qui Cippi. num. 19. Cippus
Qui Descendentiæ. num. 20. Descendentia
Notarij aduocatio est præparatio ad actum. Res. 79. num. 33. pag. 379
Notarij non reuelantes legata casus reseruatus. Resp. 96. num. 53. pag. 506
Diuersimode reseruatio solet fieri. ibi.
Legatum vt sit causa pia quæ requirat. num. 54.
Quando requisita præsumantur concurrere. nu. 55.
Quid de legato facto pauperi, sed consanguineo. num. 55.
Quod tempus sit præscribendum ad reuelandum. num. 56.
Notorium quid, & quotuplex. Vide late Resp. 13. num. 32. pag. 75
Et Resp. 98. à num. 191. ad 202. pag. 558
Nouitiatus annus au sit repetendus pro ratificanda professione inualida. Respon. 82. numer. 173. pag. 419
Nouitius Curatus, seu Parochus. Vide Curatus.
Nouitij an possint audire confessiones. Resp. 85. nu. 9. pag. 428
Nouitijs quæ possint præcipere Superiores. nu. 10. & 18. 20.
Nouitij an gaudeant, & quibus priuilegijs. num. 14.
Vt gaudeant quæ requirantur. num. 13.
In fauorabilibus veniunt nomine Religiosorum. ibi.
A quo Prælato sint ordinandi an à Prælato sui domicilij an conuentus. num. 15.
A quo sint dandæ dimissoriæ. ibi.
Possunt ordinari ab Episcopo domicilij, & originis.
Et quis sit Episcopus domicilij. num. 16.
An pro ordinibus suscipiendis teneatur habere facultatem Prælati Regularis. num. 17.
Quid si ordinetur sine tali facultate. ibi.
Peccans contra castitatem non addit nouam maliriam idem de Paupertate. nu. 19.
Nouitium quando Prælatus Regularis possit punire. num. 21.
Nouitius non potest impediri à libero egressu è religione. num. 22.
Nouitio an Prælatus possit imponere pænitentiam, vel pænam infligere exequendam extra religionem. num. 23.
Nouitij an subdantur casibus reseruatis pro Regularib. num. 24.
Nouitij an gaudere possint priuilegijs Cruciatæ, & similibus. num. 25.
An possint absolui ab Episcopis, & alijs Confessarijs ac si essent sæculares. num. 26.
Numerus pluralis aliquando resoluitur in singularem. Resp. 58. num. 4. pag. 237
Nummi qui sic expenduntur, vel dantur, vt statim recipiantur non dicuntur alienari. Respon. 1. num. 23. pag. 4. & Resp. 63. nu. 203. pag. 385.
Vbi etiam explicatur.

O

Obedientiæ debitum aliud necessitatis, aliud perfectionis. Resp. 3. num. 118. pag. 29
Obedientiæ votum non obligat ex vi sua, nisi præcipienti expresse. num. 119.
Obedientiæ votum non obligat ad actus merè internos nisi habeant necessariam connexionem cum externo. num. 120.
Obedire S. Pontifici renentur Religiosi vt Summo Capiti Ecclesiæ, & vt Generali Religionum. num. 117.
Oblatio iuditialis quos effectus pariat. Resp. 54. nu. 6. &c. pag. 214
Quæ requirantur, vt rectè, & ritè sit facta. num. 8.
Si fiat inualidè potest alia fieri in quacunque parte iuditij. num. 9.
Non sufficit oblatio quando adest clausula, refectis expensis. num. 10.
An sufficiat depositum vnius Iulij cum oblatione soluendi residuum facta liquidatione. num. 11.
Neq; item sufficit oblatio verbalis vbi adest clausula, refectis expensis. num. 12.
Potest fieri non solum vltima die termini, sed etiam vltimo momento. num. 14.
Nisi post oblationem remaneat aliquid faciendum, quod intra id tempus non possit expediri. ibi.
Oblatio non potest fieri, nec sufficit in materia pacti de retrouendendo. num. 15.
Neque quando inter partes conuentum est de integro pretio soluendo. ibi.
In oblatione requiritur citatio spetialis. num. 13.
Obligatio ex contractu. Respon. 46. numer. 35. pag. 186
Naturalis licet non pariat actionem ciuilem, stringit in conscientia. ibi.
Oritur aliquando ex honestate, & gratitudine aliquando ex vinculo legis. ibi.
Ciuilis parit actionem. ibi.
Ciuilis, & naturalis quando oriantur. ibi.
Naturalem potest tollere lex ob bonum publicum. ibi.
Ad obligationem naturalem requirit consensus. num. 37.
Obligatio contribuendi pro dote intelligitur tantum de primo matrimonio, & primæ filiæ. Resp. 53. num. 54. pag. 211
Obligatio celebrandi. Vide Capellanus.
Obligatio oritur ex consensu. Resp. 15. num. 6. pag. 77
Obliuio quid sit. Respon. 56. numer. 84. ad 89. pag. 230
Quot eius species. ibi.
Quomodo ab ignorantia, & inaduertentia differat. ibi.
Quando sit peccatum. à num. 89. ad 95.
Obreptio, & subreptio quid sit, & an inter se differant. Resp. 81. num. 5. pag. 385
Obreptio, & subreptio an datur respectu Ordinarij. Vide Subreptio.
Obseruatio vana. Vide Superstitio. Sortes.
Occasio quotuplex, & quomodo consideranda in damno. homicidio &c. Resp. 71. nu. 68. & seq. pag. 334
Occasio, & causa differunt, & quæ vtraque sit. ibi.
Occasio proxima, & remota quæ. ibi.
Occasio peccandi quomodo differat à consuetudine. num. 87.
Occasio an sit eadem illius, qui detinet in propria domo concubinam, & qui detinet in aliena si æque pateat aditus. num. 88.
Occasionem peccandi proximam habens an aliquando possit absolui. num. 89.
Occasio quæ impedit absolutionem. ibi.
Occasionem qui potest, & non vult relinquere non est absoluendus. num. 90.
Occasione proxima existente quando possit absoluere

uere Confessarius. num. 91.
Occasio proxima, vel habet causam cohonestatem, vel non, & quomodo in vtraque se gerere debet Confessarius. num. 93. 94. & seq.
Occasionem velle, & occasionem pati quid. num. 97.
Enumerantur aliqui casus occasionis proximæ, in quibus potest absolui. num. 99. 100. & seq.
In occasione proxima absoluens quomodo possit Confessarius errare. num. 103.
Occidens. Vide Defensio. Homicidium. Irregularitas.
Occultum quid sit late. Respon. 12. numer. 32. pag. 74
Et Resp. 98. num. 203. pag. 559
Offensus quid possit in offendentem. Resp. 71. nn. 74. pag. 335
Officialis Monasterij nomine qui veniant. Resp. 87. num. 65. pag. 449
Officium Resp. 47. per tot. pag. 189
Onera sine causa non sunt imponenda, neque sunt subeunda nisi cognoscantur iusta. Resp. 21. nu. 20. 21. pag. 92
Onus non censetur iniunctum nisi probetur, & quomodo intelligendum. Resp. 61. num. 71. & 72. pag. 262
Onus in testamento censetur iniunctum hæredi. num. 73.
Onus probandi se esse vnicum de familia cui incumbat. Resp. 81. num. 39. & seq. pag. 391
Onus probandi incumbit aliquid asserenti, & deducenti. num. 40.
Iustificandi narrata incumbit impetranti. nu. 41.
Et omnia per copulatiuam, nec sufficit aliqua. num. 42.
Falsa, & mendacia non esse opposita debet probare impetrans. num. 43.
Ante contestationem litis debet docere summariè excipiens de exceptione mendacij post contestationem tenetur docere plenè de veritate precum ille, qui gratiam obtinuit. num. 44.
Negatiua quod quis sit vnicus de familia est improbabilis. num. 45.
Obijciens autem ad improbabile non est compellendus. ibi.
Onus probandi incumbit asserenti id per quos vires rescripti gratiosi eneruantur. num. 49.
Onus probandi incumbit excipienti quando qualitas talis est, vt non vitiet rescriptum, vel concernet, vel pertineat ad negotium de quo agitur. num. 50.
Onus probandi non incumbit impetranti omnia quæ continentur in rescripto, etiamsi videantur expressa in forma conditionis si pro illis habeat intentionem fundatam in iure, sed reijcitur in negantem. num. 51.
Onus probandi qualitates intrinsecas, & extrinsecas cui incumbat. num. 52.
Operarij locant suas operas Mercatoribus. Resp. 22. per totum. pag. 98
Contendunt pro solutione pactæ mercedis. num. 1. ad 6.
Opus pium est exequendum quocunq; modo constet de mente legantis, vel disponentis. Resp. 42. num. 7. pag. 168
Ordinariam habens iurisdictionem totam non potest alteri delegare inconsulto principe. Resp. 76. num. 129. pag. 366
Parochus in consulto Episcopo non potest. nu. 130.
Potest ad breue tempus vt tres hebdomadas, non ad tres menses. num. 132.
Ordinarius quoad subreptionem. Vide Subreptio.
Ordinaria iurisdictio dicitur quæ est generalis respectu causarum, & personarum. Resp. 82. nu. 29. pag. 401
Quæ datur à lege, & quomodo intelligendum. num. 32.
Item data à lege in perpetuum dignitati, vel personæ. num. 33.
Ordinarius quo ad reclamationes. Vide Reclamatio.
Ordinarius quo ad dispensationes, irregularitates &c. vide suis locis.
Ordo litteræ est seruandus in dispositione legis, & hominis. Respon. 69. numer. 49. & 50. pag. 320
Ordinatus non dicitur sine licentia Episcopi, qui habens sufficiens patrimonium, & maius ab Episcopo petitur maius probauit. Resp. 81. num. 14. pag. 389
Nec ideo suspensionem incurrit. ibi.
Nec item ordinatus cum ficto patrimonio suspensionem contra ordinatos sine licentia, & reuerendis. num. 15.
Originarius loci quis dicatur. Resp. 4. numer. 57. pag. 42
Orphanæ quæ dicantur. Respon. 57. numer. 5. pag. 235
Quæ quoad legata, & quæ quoad beneficia legis. num. 6.

P

PActum cum dæmone aliud tacitum aliud expressum, & quæ ad ista pacta spectant. vide Ref. 95. pag. 482
Pactum inter duos initum vt qui prior moritur alteri, si Deo placuerit, appareat an licitum. Res. 95. num. 95. pag. 491
Pactum de non alienando impedit translatione dominij. Resp. 68. num. 36. pag. 240
Papa quoad subreptionem. Vide Subreptio.
Papa non potest dispensare, vel legem condere contra ea quæ sunt iuris naturæ. Resp. 1. num. 9. pag. 2
Papæ subduntur Religiosi vt Ecclesiæ Summo Antistiti, & vt Religionum Generali: ideo potest illis præcipere, vt alijs Christi fidelibus, & ve votis obligatis. Resp. 3. num. 117. pag. 29
Non plus potest in Religiosos quam possit Religionis Superiores. num. 147.
Papa non potest facere quod Monachus manens habeat proprium. Resp. 46. num. 12. pag. 184
Parentela quomodo probetur. Vide Fama.
Parentela quid significet. Vide nomine parentelæ.
Parentes vide Alere, Filios.
Parochus in ijs, quæ spectant ad proprium officium præfertur Canonicis, Canonici Parochis in ijs quæ spectant ad diuinum cultum. Resp. 5. num. 10. pag. 47
Parochus non tenetur imo non debet dare Eucharistiam publico peccatori etiamsi schedulam deferat confessionis sed debet constare de emendatione. Resp. 21. num. 7. & 8. pag. 90
Quomodo se gerere debeat cum publicis peccatoribus. num. 8.
Tenetur tempore Paschatis ministrare Eucharistiam pænitentibus non publicis peccatoribus etiamsi non deferant schedulas confessionis maximè

maxime si dicant se esse confessos regularibus. num. 9.

Et si deneget, peccat contra iustitiam. ibi.

Pœnas incurrit & quas. num. 14.

Nec excusantur ab earum incursu licet ab Episcopo aliter fuisset præceptum. num. 15.

Parochus ex consuetudine non iniuria petit schedulam, sed ad tradendam non potest cogere communicaturum. num. 23.

Debet inducere quantum potest suum subditum. ad bonum, quam obligationem importet num. 25.

Item illud debet cognoscere vultum pecoris sui. num. 26.

Parochus an possit denegare Eucharistiam confessis Regularibus eo quod non ostendant schedulas confessionis, si ita statutum sit in synodo in Kalendario. &c. num. 55.

Parochus vel Sacerdos aliquid extorquens à parochianis pro sepultura, pro benedictionibus nuptiarum pro alijs ministerijs spiritualibus cogitur restituere. Resp. 27. num. 8. pag. 116

Hæc omnia dare & præstare tenetur gratis. ibi.

Potest accipere si quid sponte detur. num. 9.

Quod si ob dicta ministeria aliquid sponte datum sit per decennium titulo consuetudinis potest id petere, & quare num. 10. & seq.

Parochus quoad residentiam & absentiam à propria parochia, vide Residere.

Parochi an habeant ab Episcopo iurisdictionem. Res. 76. à num. 13. & seq. pag. 357

Parochus tenetur celebrare Missam frequenter. Res. 93. num. 2. & 3. pag. 470

Quid significet frequenter. ibi.

Cum vna Missa multitudini plebis non potest suppleri cogit Episcopus Parochum adiungere alium qui suppleat. num. 4.

Non potest tamen instituere capellaniam coadiutoralem. num. 7.

Parochus diebus festis tenetur celebrare in propria Ecclesia. num. 5.

Nec potest in alia celebrare. ibi.

Etiamsi cura habeat annexum illud onus.

Et adsit consuetudo immemorialis celebrandi extra ijsdem diebus festis.

Nec intercedat populi incommodum.

Imo illius assensus.

Si propria Ecclesia relinquatur sine Missa. ibi.

Parochus qui se non potest per alium supplere debet obligationi celebrandi. num. 7.

Parocho Episcopus non præscribit dies quibus debeat celebrare sed cogit celebrare indictis. num. 12.

Parochus quibus diebus tenetur Missam celebrare an teneatur applicare sacrificium pro suo populo. num. 13. & seq.

An ijsdem diebus quibus tenetur celebrare vt populus Missam audiat possit accipere eleemosinam pro applicatione. num. 14. & seq.

Parochus an teneatur sequi consuetudines suorum antecessorum in applicatione sacrificij. nu. 17. & seq.

Parochus se solo an possit imponere onus suo successori. num. 19.

Parochus non sequens consuetudinem antecessoris an peccet. num. 21.

Parochus nec Episcopus potest prohibere ne Regulares pulsent campanas & celebret antequam celebret Parochus. num. 8.

Parochus. Vide Curatus.

Parochis inflictæ sunt pœnæ & quæ si cogant iterum confiteri illos qui regularibus iam sunt confessi. Resp. 21. num. 57. pag. 96

Parochus suo subdito affirmanti se esse confessum debet credere & Eucharistiam dare. num. 23.

Parochorum iura quoad Regulares quæ sint vide Regulares.

Pater non tenetur alere filium habentem artem condecentem suo statui. Resp. 65. num. 5. & 3. pag. 290

Pater habet magis caros filios quam vxorem. Resp. 37. num. 60. pag. 155

Patris expensæ factæ pro studijs filij dicuntur debitum patris. Resp. 43. num. 74. pag. 176

Pater potest ad illas præstandas cogi. ibi.

Qui cum possit eas non prestat dicitur anathematizandus. ibi.

Patre aliquid legante filiæ ei non debetur dos integra. Resp. 55. num. 27. pag. 205

Pater nullos habens filios si quem in testamento nominet filium talem constituit. Resp. 55. nu. 18. pag. 225

Pater an possit mancipare filium absentem. Resp. 65. num. 22. pag. 291

An teneatur mancipare. ibi.

Quibus caussis. ibi.

Pater occidens filium spurium non incurrit pœnas parricidij. num. 36.

Pater an teneatur ob delictum filij tradere eius legitimam fisco si filius ob aliud delictum potest à patre exhæredari. Respon. 77. numer. 16. pag. 370

Pater spiritualis quando dicatur Confessarius. Res. 7. per totum. pag. 54

Pater an denominetur, & quando qui alicuius personæ curam gerit. num. 12.

Patris dicto pro filijs secundi matrimonij contra filios primi non creditur. Resp. 84. num. 23. pag. 426

Patris testamentum inter liberos quæ requirat vt valeat. Resp. 2. num. 37. pag. 15

An in eodem valeant legata. num. 4.

Patrinus leuans de sacro fonte an possit non contrahere cognationem spiritualem. Resp. 15. per totum pag. 77

In isto actu potest habere triplicem intentionem, & quem effectum vnaquæque possit parere. num. 2.

Habens intentionem subeundi onus patrini sed non contrahendi cognationem an contrahat.

Item si habeat contrahendi sed non subeundi onus.

Quid si habeat vtramque num. 3. 4. 5. &c. 13. 15. 19.

Pauper quis dicatur non solum secundum statum, sed etiam secundum necessitatem de qua agitur. Resp. 4. num. 46. pag. 40

Puella dicitur pauper ad effectum dotis si non habeat vnde dotetur licet arte viuat. num. 47.

Quis dicatur ex dispositione legis. num. 48.

Quid si lege non sit determinatum. ibi.

Quando relinquatur determinandum iuditio prudentis viri. ibi.

Pauper dicitur non solum qui non habet vnde viuat, sed etiam qui non habet, vt viuat secundum statum. num. 49.

Pauper æstimatur ex qualitate personæ, num. 50.

Dicitur qui non habet centum vel saltem quinquaginta

ginta aureos. num. 51.
Qui non habet vnde soluat debitum de quo est controuersia. num. 52.
Qui ostiatim victum quærit, discalceatus, pallidus, pannis obscitus præsumitur pauper. num. 53.
Qui publica fama dicitur pauper. ibi.
Qui nec habet bona quibus viuat, nec obligatos ad alendum. ibi.
Quis etiam pauper dicatur. Resp. 57. num. 25. pag. 235
Quæ ad effectum consequendi legatum dotis. num. 31.
Pauperior quis dicatur. num. 33.
Et quis pauperior loci. ibi.
Pauper vide Egenus, & Diues quis sit.
Paupertas religiosa quid sit. Respon. 86. numer. 63. pag. 440.
Alia interior alia exterior. Respon. 46. num. 14. pag. 184
Paupertatis gradus qui sint. num. 20.
Non violatur dicendo, hoc est meum. num. 18.
Furtum religiosum quid sit. Resp. 86. num. 65. pag. 440
Phisonomia, vide Sortes.
Proprietarius quis dicatur. num. 66.
Quomodo constituatur. num. 67.
Proprium quid sit. num. 72.
Acquirens vel accipiens aliquid quomodo peccet. num. 69. & 70.
Occultans aliquid an sit proprietarius. num. 71.
Proprietas potest esse mortale & veniale peccatum num. 73. & 74.
Voluntas superioris requiritur tam in retinendo, qoam in acquirendo. num. 77.
Retinens aliquid licite acquisitum illud tempore mortis resignaturus, renuens tradere si petatur in vita an sit tutus. num. 77.
Quid si illud sit concessum à Superiore, etiam cum iuramento etiam cum assensu conuentus. num. 78.
Proprietas est non solum rei pecuniariæ sed etiam rei pecunia æstimabilis. num. 83.
Excludit vsum & vsumfructum sine dependentia. num. 84.
Quid si à superiore aliquid ad tempus sit concessum poterit ne reuocari. num. 85. & seq.
Quid possit habere Religiosus sine offensione paupertatis. num. 89. & 90.
Expendens in illicitis etiam cum licentia Superioris an violet paupertatem. num. 91.
Quomodo violetur paupertas & quomodo constituatur proprietas. num. 98.
Quæ quantitas sufficiat ad violandam paupertatem num. 99. & 129.
Retinens aliquid in loco patenti, at si petatur nolens tradere superiori an sit proprietarius. num. 104.
Pingens vel aliquid faciens magni valoris an illud possit retinere, & alteri tradere. num. 105.
Quid de Fratribus Reformatis. num. 107.
Ad Furtum quæ quantitas requiratur. num. 109.
An Religiosus committat furtum sine expressa licentia non tamen contra omnem voluntatem Superioris aliquid monasterij vsurpans. nu. 111.
Disponens de concessis ad suum vsum peccet & reseruatione ligetur. num. 112.
Accipiens aliquid à sæculari an possit sine licentia Superioris alteri donare. num. 113.
Quid de Reformatis. ibi.
Quis dicatur furtum committere. num. 114.
Quis dicatur Violator paupertatis, Fur, & Proprietarius. num. 115.
Regulariter proprietarius est etiam Fur. nu. 116.
Et potest committere duplicem malitiam necessario exprimendam in confessione duplici titulo num. 117.
Pecuniæ nomine venit, quidquid pecunia est æstimabile. Resp. 46. num. 15. pag. 184
Pœna supponit aliquem priuari iure quæsito vel quærendo. Resp. 4. num. 95. pag. 45
Pœna alia quæ respicit salutem animæ, alia quæ punitionem delicti. Respon. 13. numer. 30. pag. 73
Pœnæ indictæ Episcopis & eorum Vicarijs violantibus priuilegia Regularium. Resp. 21. nu. 15. pag. 91
Pœna debet proportionari delicto. num. 17. & Resp. 92. num. 3. pag. 467.
Debet potius esse minor. num. 4.
Pœnæ solitæ infligi in foro Ecclesiæ sunt Suspensio, Deposito., Degradatio. numer. 5. & quæ istæ sint.
Quomodo differant. num. 6.
Debitæ aliquibus delictis assignantur. num. 8.
In infligendis quomodo se gerere debeat iudex. num. 11.
Pœna bigamiæ debetur qui mortua vxore sacris initiatus cum secunda contrahit. Resp. 80. nu. 12. pag. 381
Item Subdiacono, qui cum vidua contraxit. num. 13.
Pœna imposita pro culpa tam in temporalibus quam in spiritualibus si ignorantia excuset à culpa non debetur. num. 35.
Pœna licet regulariter non debeatur ante sententiam fallit in apposita à testatore. Resp. 48. num. 7. pag. 192
Debetur culpæ. Resp. 49. num. 2. pag. 192.
Tenet nocentes. num. 3.
Pœnam an mereatur qui habuit intentionem faciendi cum opere subsequuto. Respon. 80. numer. 11. pag. 381
Pœnitens considerari potest vt publicus & scandalosus peccator, & vt pænitens ordinarius. Res. 21. num. 3. pag. 90
Publicis debent dari schedulæ confessionis non verò alijs. num. 4. & 9. & 22.
Qui publice delinquit debet publice de pænitentia docere. num. 5.
Peccatum publicum cadit sub externa disciplina. num. 6.
Pœnitenti statur pro se & contra se in foro animæ in foro fori tantum contra se. num. 24.
Pœnitentiarius vnius conuentus an possit absoluere in alio conuentu. Vide Reseruatio.
Percussio parentum casus reseruatus. Resp. 96. num. 10. pag. 502.
Percussio quid sit. ibi.
Nomine parentum qui veniant. ibi.
Percutiens clericum. vide Excommunicatio. Ignorancia.
Percussio quid sit. Resp. 87. num. 79. pag. 451
Quando sit grauis vt sit reseruata. ibi.
Est consideranda in se non in ordine ad personam.
Non sic in excommunicatione, si quis suadente. &c. num. 80.
In dubio qualis sit reputanda. num. 81.

Quarum personatum sit reseruata. ibi.
Venena propinans an incurrat reseruationem. num. 82.
An mandans. num. 83.
Periurium casus reseruatus. Vide falsum testimonium.
Periurium quotuplex. Respon. 95. numer. 202. pag. 499
Periurium solemne, & non solemne, solemnis requisita. ibi.
Sub periurio quæ veniant. num. 203.
Quid si reseruetur periurium cum damno tertij. num. 204.
Quid si quis iuret falsum in iuditio in subleuamen rei, & sit reseruatum solum periurium in damnum tertij vide num. 204. & 205.
Vbi habes quid dicendum si damnum sequatur parti.
Quid de periurio ex quo non resultat damnum tertio sed fisco. num. 206.
Quid de iurante verum sed putante se iurare falsum. num. 207.
Quid de interogato non legitime & falsum iurante. num. 209.
Quid de interrogato legitimè, & iurante non ad mentem iudicis cum aliqua æquiuocatione. ibi.
Quid de iurante falsum ex metu. num. 210.
Perpetuum quid dicatur. Respon. 53. num. 42. pag. 210
Persona vna, & eadem potest censeri duplicis iuris ob plura iura, vel qualitates in eam deuenientia. Resp. 5. num. 12. pag. 47. & Resp. 91. num. 4. pag. 464
Consideratur secundum illud ius ad quod assumitur num. 5.
Possessio quid sit. Resp. 46. num. 4. pag. 183
Quomodo differat ab insistentia. num. 5.
Possessio stat pro illo pro quo est præsumptio. Resp. 66. num. 17. pag. 302
Quasi possessio paternitatis filiationis, parentelæ casatæ, & consanguinitatis quomodo inducatur Resp. 55. num. 10. pag. 221
Potestas duplex dominatiua, & iurisdictionis, & quæ sint Resp. 3. num. 59. pag. 25
Iurisdictionis requiritur ad leges ferendas dominatiua ad præceptum. ibi.
Dominatiuam, & iurisdictionis habent Prælati Regulares. num. 61.
Quæ sint istæ potestates. num. 59.
Quomodo differant. num. 60.
Quasi Episcopalem non simpliciter Episcopalem habent Prælati Regulares, & quare. nu. 61.
Præcedentia debetur digniori. Respon. 5. num. 2. pag. 46
Habenti dignitatem ex persona propria. num. 3.
Prior tempore potior in iure, aliqua annotatum pro præcedentia. num. 5. & 6.
Consideratur ordo temporis, & qualitatis. num. 6.
Plumbeo pede est incedendum. num. 7.
Est enim res magni præiudirij. ibi.
Super præcedentia non potest fieri compositio.
Sine licentia eorum ad quos spectat.
Nullam admittit extensionem.
Est materia odiosa.
Multa habet priuilegia.
Ius præcedendi non amittitur non vtendo, aut etiam patiendo aliquem præcedere.
Nec tacitè, nec expresse potest renunciari.
Infringenti tale ius etiam manu armata potest resisti licitè.
Contra illum datur actio iniuriarum, qui non patitur talem honorem decerni.
Dantur in hac materia remedia possessoria.
Leges municipales, & propria statuta sunt seruanda. num. 8.
Etiamsi sint contra ius commune. num. 12.
Præcedendi ius competit ratione dignitatis ordinatæ ad actum qui geritur. num. 13.
Ideo Cardinalis Vicecancellarius alijs præcedit in Cancellaria non in Capella. num. 14.
Senior præcedit nulla habita ratione qualitatis, vel personæ affectæ qualitate externa. num. 15.
Secus si sit sub eodem tecto.
Senior præcedit in Collegiata in ordine suo. num. 16.
In materia præcedentia Collegialis consuetudo etiamsi repugnet iuri communi decidit omnes difficultates num. 18.
Qualitas extranea à Collegio non consideratur. num. 19.
Qualitas quomodo cognoscatur extranea. nu. 20. Vide etiam totum Resp. vltimum.
Præcepto vt satisfiat non requiritur intentio satisfaciendi. Resp. 6. num. 29. pag. 52
Quomodo intelligendum. num. 30. 31. 32.
Præcipere an possiut Superiores suis Subditis Regularibus ire ad Indos. Respon. 3. numer. 75. pag. 26
Præcipere an possint cum periculo vitæ vt tempore pestis inseruire infirmis tam proprijs, quam extraneis. num. 76. ad 80.
Qui respectus sit habendus. num. 77.
Præceptum cum clausula iustis de causis animum nostrum mouentibus non obligat, quomodo obliget. Resp. 22. num. 18. & 19. pag. 92
Præcepta sine causa non sunt imponenda, & si imponantur non timenda. num. 20. & 21.
Præceptum de re leui cum magna pœna non est timendum. num. 17. Aduerte non decipiaris in materia.
Præceptum Episcopi de delatione schedularum pro attestatione confessionis factæ tempore Paschatis an sit validum. num. 16.
Præceptum confessionis tempore Paschali faciendæ non extat, sed de semel in anno. num. 30.
An sit præceptum, vel consilium fieri semel in anno num. 31.
Quomodo possit cadere sub externo regimine. num. 32.
Quomodo sit intelligendum id quod dicitur Tempus Paschale esse determinatum pro adimplendo præcepto confessionis. num. 33.
Præceptum deferendi schedulas confessionis latè expendisur an valeat à num. 34. & seq.
Præceptum confitendi an obliget habentem tantum venialia. num. 35.
Præceptum annuæ confessionis nihil addit præcepto diuino, sed tantum determinat tempus. num. 36.
Præceptum Ecclesiæ non potest facere materiam Sacramenti quæ talis non est. num. 36.
Præceptum aliquarum Religionum de confitendis venialibus non facit venialia materiam Sacramenti necessariam, & quomodo obliget. num. 37.
Præceptum ieiunij an obliget obtenta licentia comedendi

dendi carnes. Respon. 99. el 1. per totum. pag. 593
Praeceptum si in totum seruari non potest, seruandum est pro ea parte, quæ potest. num. 5.
Quod est intelligendum de præcepti partibus diuisibilibus. num. 11.
Prædicator in quo differat à Doctore, & Magistro. Resp. 59. num. 41. pag. 227
Prædicere. Vide Sortes.
Præferens fratrem filijs in hæreditate magis præsumitur præferre eundem vxori in vsufructu. Res. 37. num. 50. & 58. pag. 154
Prælationis, & hypotecæ tacitæ priuilegia minoribus sunt concessa. Respon. 59. numer. 3. pag. 243
Prælationis priuilegium habet pupillus, & minor in bonis non solum veri, sed etiam non veri tutoris, si tamen sit datus hæredi non hæreditati. num. 5.
Prælatio quid sit. num. 55.
Competit vxori. ibi.
Respectu quorum creditorum in bonis mariti. num. 56.
An vtatur contra Fiscum. num. 57.
An habeat in bonis mariti pro donatione propter nuptias. num. 78.
An pro dote confessata de qua non constat an soluta sit. num. 79.
An pro paraphernalibus. num. 81.
An competat vxori quæ secundo nupsit. num. 83.
An transeat ad hæredes, & quos. num. 86.
An procuratori agenti pro vtilitate mulieris, & filiorum. num. 87.
An patri mulieris. num. 88.
An sit cessibile licet non transmissibile. num. 89.
Prælationis priuilegium an competat marito. num. 82.
Prælationis, & hypothecæ tacitæ habet vxor pro dote in bonis mariti. num. 6.
Prælati inferiores Episcopo quoad professionem. Resp. 85. num. 4. pag. 428
Prælatus an possit solus repudiare hæreditatem nondum aditam. Respon. 45. numer. 24. pag. 181
An pœnas contra alienantes incurrat, an peccet an teneatur Ecclesiæ de damno. num. 26.
Quid si legatum sit damnosum, vel inutile. num. 27.
Prælatus. Vide. Regularis. Episcopus. Nouitius.
Prælatus sicut potest repudiare hæreditatem, ita possit eam alteri cedere, vt succedat. Resp. 45. num. 27. pag. 182
Præscriptio inter absentes quod tempus requirat. Resp. 3. num. 31. pag. 22
Immemorialis non tollitur per clausulam generalem derogantem præscriptioni. num. 123.
Præscriptio obligat in conscientia. Resp. 82. nu. 134. pag. 415
Præsentia vbi requiritur de necessitate ad aliquem actum absentia non suppletur. Resp. 28. nu. 97. pag. 128
Si requiratur pro forma gesta sine præsentia dicuntur occulta. num. 98.
Sine præsentia Parochi matrimonium est nullum. num. 99.
Non potest suppleri per æquipollentia. num. 100.
Præsentia an tribuat facultatem agendi in ijs quæ sunt præiudicij. Resp. 60. nu. 45. pag. 256
Præsumptio in foro animæ quando sit seruanda. Res. 1. num. 12. pag. 3
Quæ sunt facti non præsumuntur. Resp. 3. nu. 48. pag. 24
Lex non præsumitur sed est probandum adesse. ibi.
Nemo præsumitur velle imponere sibi onus. ibi.
Vna præsumptio tollit aliam. Resp. 37. numer. 6. pag. 150
Specialis tollit generalem. num. 7.
Specialis potentior generali. num. 8.
Præsumptio nihil operatur vbi de veritate constat. num. 10.
Præsumptio quid sit. Respon. 82. numer. 63. pag. 403
Quomodo differant Præsumptio. Inditium. Coniectura. Signum. Adminiculum, & Suspicio. num. 64.
Præsumptio, & iuris fictio, quomodo, differant. num. 65.
Præsumptio est triplex, & quæ. num. 69.
Præsumptio illa sumenda est, quæ excludit delictum. Resp. 66. num. 10. pag. 305
Præsumptio est contra illum, cui iniungitur onus probandi. num. 8.
Pro veritate habetur nisi probetur contrarium. num. 9.
Præsumptio iuris vbi est certa pro aliqua parte, debet reputari vera, donec contrarium probetur. num. 18.
Pretium nisi perpetuo maneat apud venditorem venditio est nulla si statim redditur. Res. 1. nu. 23. pag. 4
Et quomodo hoc intelligendum. ibi.
Pretium rerum quod sit iustum. Resp. 75. num. 10. pag. 352
Pretium supra rigorosum an possit esse iustum. num. 17.
Ratione periculi an possit augeri. num. 18.
Pretium fundi quomodo constituendum. Resp. 62. num. 29. ad 36. pag. 265
Non debet constitui ex singulari affectu sed ex communi æstimatione. num. 35.
Pretia possunt augeri supra rigorosum. Res. 21. num. 45. & seq. pag. 100
1. Penuria mercium, & copia mercatorum, & pecuniæ.
2. Ob affectum ad rem.
3. Ob lucrum cessans.
4. Quia venditur credita non numerata pecunia.
5. Ob periculum.
6. Ob modum. Res oblata. Venditio ad minutum, sub hastatio. Al lotto.
7. Ob expensas factas in gratiam ementis.
8. Ob anticipatam solutionem, vt ibi.
9. Consuetudo dat legem pretijs.
Omnia expenduntur, & exornantur multis.
Pretium non potest augeri eo quod res vendatur exteris. num. 70.
Neque eo quod sit vtilis emptori. num. 71.
Pretium non potest minui eo quod vendens egeat. num. 72.
Potest si indigentia sit vniuersalis. num. 73.
De pretio conuenire in numerata pecunia, & soluere in mercibus an liceat. num. 75.
10. Causa augendi pretium est ratio mercaturæ. num. 77.
Pretium constituere, & pretium soluere quid sit. Resp.

Resp. 1. num. 28. pag. 5
Ex quantitate pretij colligitur qualitas contractus. Resp. 31. num. 12. pag. 134
Item mens contrahentium. ibi.
Item quid veniat in emptione. num. 13.
Princeps nominans aliquem locum non ciuitatem, ciuitatem illum constituit ciuitatem. Resp. 55. num. 16. pag. 222
Princeps sine iusta, & certa causa non potest auferre ius alteri quæsitum. Respon. 59. numer. 69. pag. 246
Et Resp. 39. num. 34. pag. 160
Princeps sæcularis an possit præscribere aliquos solemnitates adhibendas in dispositionibus ad pias causas Resp. 2. num. 4. pag. 10
Priuilegium quale sit colligitur ex lectione priuilegij, vel concessionis. Respon. 59. numer. 141. pag. 252
Mutatur mutatione personæ si sit personale. num. 143.
Item quando egreditur personam cui est concessum. num. 144.
Quod est sortium suum effectum in persona priuilegiata, & ei semel ex illo est ius quæsitum transmittitur ad hæredes, quomodo sit verum. num. 146.
Priuilegio non vtitur priuilegiatus aduersus priuilegiatum. Resp. 61. num. 22. pag. 259
Priuilegium concessum ciuitati, vel specifice confirmatum ad modum statuti, cum ciuitas principi se subdit non potest amplius tolli Resp. 39. nu. 35. pag. 160
Priuilegium personale regulariter non extenditur ad extraneos hæredes. Respon. 37. num. 19. pag. 151
Priuilegij qualitas mutatur mutatione personæ quæ sit alterius conditionis. num. 20.
Priuilegium fauore liberorum concessum non extenditur ad alias. num. 19.
Priuilegium personali conceditur respectu personæ reale respectu rei. Resp. 53. numer. 20. pag. 209
Semper tamen respicit personam quia sola est capax fauoris. num. 21.
Personale non transit ad hæredes sed finitur cum persona. num. 22.
Realia durant quousque res ipsa durat. num. 23.
Quibus rebus priuilegium concedatur. num. 24.
Concessa ciuitatibus, vniuersitatibus, Religionibus, vt tales sunt, realia sunt. num. 25.
Quid si concessa sint, vt singuli possint vti. num. 26.
Concessa minoribus, absentibus filijs familias, fæminis sunt realia. num. 27.
Concessa personæ ob victoriam reportatam, ob insignem doctrinam &c. an sint realia. num. 28.
Realia ex causa iudicantur personalia. ibi.
Concessum personæ non expressa dignitate quæ potest commode exprimi an sit reale. num. 29.
Quid si addantur verba significantia perpetuitatem.
Quid si pensatis verbis, & materia adhuc remanet dubium an sit reale. num. 31.
Secundum maiorem probabilitatem iudicandum est reale, vel personale. num. 35.
In dubio qui est in possessione gaudendi, vt reali stat in sua possessione. num. 36.
Ex contractu est reale. num. 38.
Priuilegia per non vsum non amittuntur. Resp. 12. num. 26. pag. 68
Priuilegijs, & consuetudinibus possunt priuari aliqui ob delictum cognita causa. Resp. 3. num. 158. pag. 34
Priuilegia quibus indulgetur confessis Religiosis non teneri deferre schedulas tempore Paschatis Resp. 21. num. 10. & 12. pag. 92
Priuilegium debet aliquid operari. num. 11.
Priuilegia concessa vniuersitati, Religioni &c. non amittuntur per actus contrarios subditorum.
Neque actus particularium nocent vniuersitati. Resp. 21. num. 52. & 53. pag. 96
Priuilegium, vel rescriptum generale numquam derogat speciali. Species enim semper derogat generi, siue præcedat, siue sequatur. Resp. 39. num. 31. pag. 160
Priuilegium, vel facultas non censetur concessa in præiuditium aliorum. num. 32.
Priuilegium non tollitur rescripto nisi de eo fiat specialis mentio. num. 33.
Eodem modo secundum non derogat primo. num. 37.
Priuilegiorum verba semper debent aliquid operari, & in ijs vitanda est superfluitas. Resp. 53. num. 30. pag. 210
Nisi sint in præiuditium successoris. ibi.
Priuilegium est late interpretandum. num. 32.
Si deroget iuri communi stricte. ibi.
Si non deroget iuri communi sed iuri tertij.
Late & stricte secundum quod deroget, vel non num. 33.
Priuilegium immunitatis à solutione gabellarum non transit ad hæredes. num. 39.
Concessum non subdito transit in contractum. num. 40.
Quo casu priuilegium immunitatis à solutione gabellarum transeat ad hæredes. num. 41.
Quando concessum personæ sit perpetuum. num. 43.
Hoc modo perpetuum an possit reuocari. nu. 44.
Concessum personæ eius filijs ac nepotibus, sed non addito in perpetuum quantum duret. num. 45.
Quantum concessum generi & posteris. num. 46.
Concessum pro se & descendentibus quantum. ibi.
Concessum posteritati extenditur tantum ad familiam. Familia autem natos ex masculis. num. 47.
Concessum Paulo & suo hæredi intelligitur tantum de primo. num. 50.
Priuilegium exemptionis à solutione gabellarum an comprehendat imponendas. num. 58.
Generaliter concessum non præiudicat publicæ vtilitati. num. 59.
Immunitatis tantum valet quantum sonat. nu. 61.
Priuilegiatus quoad exemptiones tenetur ad collectas tempore belli. num. 60.
Nisi de illis fiat expressa mentio. num. 61.
Vel nisi contrarium suadeant conjecturæ. nu. 61.
In priuilegio immunitatis dictæ quomodo quis sibi præiudicet. num. 62.
An per vnicam solutionem. num. 63.
Priuilegiatus qui cogitur iniuste soluere an possit vti compensatione. num. 64.
Priuilegio comedendi carnes & lacticinia Mediolani an possint vti aduenæ. Resp. 89. per tot.

Priuilegium

Priuilegium non tollitur per legem generalem generaliter loquentem de re super qua priuilegium est concessum. Resp. 76. num. 85. pag. 363
Priuilegijs concilium non intendit derogare nisi hoc exprimat. num. 86.
Priuilegiorum communicationis efficacia quæ sit. Resp. 99. el 2. num. 12. pag. 598
Communicatio dupliciter fit. num. 13.
Quæ differentia. num. 14.
Priuilegium ad instar. num. 15. 16. & 17.
Variæ clausulæ apponi solitæ in priuilegiorum communicationibus explicantur. num. 18.
Priuilegia regularibus concessa siue clara siue dubia nemo explicat præter S. Pontific. num. 19.
Priuilegia regularibus concessa cum clausula saluo iure Parochorum quomodo intelligenda. num. 132.
Priuilegium concessum non lædunt aliorum iura sed prospiciunt alienæ indemnitati. num. 23.
Concedens facultatem aliquid agendi intelligitur de legitima & consueta ibi & quomodo intelligendum. num. 135. & num. 89.
Priuilegia Cleri quibus videtur illi concedere vt possint inhibere Regularibus ne Sacramentum Eucharistiæ ministrent sine eorum licentia ponuntur. num. 24. expenduntur. numer. 141. & 142.
Priuilegia Regularium quibus id conceditur. nu. 28. & seq.
Expenduntur à num. 54. ad 96. & 90.
Priuilegia concessa vel ratione fidei vel Religiosorum, vel miserabilium personarum sunt late interpretanda. num. 52.
Et etiam dispensationes vbi agitur de fauore animarum. num. 53.
Priuilegium à S. Pontifice indefinite concessum absq; de terminatione loci vbique valet. num. 56.
Si ex parte materiæ est obiecti ponit determinatum locum pro illo solo valet. num. 61.
Priuilegia sune interpretanda secundum eorum causam tacitam vel expressam. num. 85.
Priuilegiorum quæ faciunt ad diuinum cultum non maligna, sed benigna interpretatio facienda est. num. 91.
Priuilegium Pauli IV. concessum minoribus quod possint extra proprias Ecclesias ministrare Eucharistiam. num. 95.
Priuilegiatis duobus concurrentibus præferendus est habens potentius priuilegium. num. 96.
Priuilegio concesso ad instantiam Regum & Reginarum non solet derogari nu. 97. quomodo intelligendum. num. 115. & 116. & 111.
Priuilegiatis duobus concurrentibus illius priuilegium est præferendum, cui maior inest ratio. num. 98.
Priuilegium quod agit de damno vitando præfertur illi quod est de lucro captando. num. 99.
Priuilegijs concurrentibus existentibus omnino partibus recurrendum est ad ius commune. num. 101.
Priuilegium illud est præferendum, quod est conformius iuri communi. num. 100.
Priuilegia concessa personis alias priuilegiatis non censentur derogata per clausulas derogatorias nisi de eis fiat expressa mentio. num. 105.
Priuilegio posteriori derogatur priori etiamsi habent clausulam. Nisi de eo &c. si in priori adsit alia nempe Non obstantibus &c. etiamsi de illis fieri deberet expressa mentio. num. 107.
Priuilegia quæ sint præferenda in concursu, vt cognoscatur traduntur quatuordecim notæ, & omnes expenduntur. a num. 118.
Priuilegia toti Religioni concessa æquantur legi, & habentur ac si essent inserta in corpore iuris. num. 119.
Priuilegia ante concessionem dicuntur odiosa concessa sunt de iure communi. num. 120.
Priuilegium dicitur fauorabile quod vni prodest, & alteri non nocet. num. 125.
Priuilegium præsumitur ex diutina possessione, vel quasi illius rei vel iuris quod non potest haberi citra priuilegium principis. num. 146.
Priuilegium Papæ præsumitur & censetur sufficienter probatum si allegetur possessio temporis cuius initij non extat memoria. num. 147.
Ad probandum titulum seu priuilegium sufficit allegare tempus immemoriale. num. 148.
Allegans aliquid à Papa priuilegio esse concessum & ad id probandum litteras apostolicas non haberet sufficienter probaret titulum & priuilegium probando consuetudinem immemorialem. num. 149.
Priuilegio & consuetudine iurisdictio acquiritur numero 150.
Probabilitas maior est quædam certitudo moralis. Resp. 53. num. 35. pag. 310
Probatio datur aduersus probationem. Resp. 1. num. 49. pag. 8
Probatio parentelæ admittit probationes quæ alias non admitterentur. Respon. 55. numer. 9. pag. 221
Ad Processiones accedere qui teneantur. Resp. 12. num. 4. pag. 66
Qui possint compelli. num. 5.
Clerici omnes diœcesani quantumnis exempti, licet habeant tantum beneficium simplex in diœcesi. num. 6.
Sufficit habere etiam tantum officium. ibi.
Non possunt cogi ij qui sunt nullius diœcesis. ibi.
Nec habentes plebem extra ciuitatem. ibi.
Coguntur Religiosi Hierosolimitani si Ecclesiæ inseruiant. num. 7.
Canonici obtinentes beneficia vel officia. num. 9.
Non possunt cogi Sacerdotes nullum officium vel beneficium Ecclesiasticum obtinentes in ciuitate vel diœcesi. num. 10.
Neque religiosi degentes in strictiori clausura. ibi.
Neque distantes à ciuitate per dimidium miliaris. ibi.
Neque exempti ex priuilegio. ibi.
Confraternitates possunt inuitari non compelli. num. 11.
Ad quas processiones teneantur ire regulares, num. 15.
Processiones consuetæ quæ sint. num. 16.
Non possunt cogi ad processiones ad quas non accedit & interuenit Episcopus. num. 16.
Regulares non tenentur accedere ad processiones quas Parochi faciunt. num. 16.
Neque ad litanias maiores non enim sunt de illis processionibus ad quas tenentur accedere. ibi.
Ad eas ad quas tenentur non accedunt nisi vocati, num. 17.
Non accedentes vocati an per censuras possint compelli. num. 18.
Episcopus quomodo procedat contra regulares vocatos & accedere renuentes. num. 19.

Regulares an consuetas processiones tenentur accedere in numero decenti & consueto. num. 20.
Tenentur accedere ad Cathedralem. num. 21.
Episcopus dirigit processiones & indicit, & eo absente Vicarius illius cum Capitulo. num. 22.
Capellani deseruientes in Ecclesijs Regularium etiam ipsi tenentur accedere. num. 23.
Parochi & alij habentes plebem extra ciuitatem non possunt compelli, sed eas facient cum sua plebe. num. 24.
Consuetudo non eundi & eundi ad processiones an possit dari. num. 25. & 30.
Cogere Regulares ad processiones non est priuilegium Cathedralium sed mera iuris dispositio. num. 31.
Procurare abortum, vide abortum.
Procurator leuans de sacro fonte Baptismatis alieno nomine quantumcumq; intendat leuare nullam contrahit cognationem spiritualem. Resp. 15. num. 9. pag. 77
Professio, vide Metus, Votum, Ratificatio, Regula, Reclamatio, Curatus.
Professio solemnis soluit matrimonium ratum non consummatum. Respon. 73. numer. 12. pag. 345
Professionem non fuisse emissam desiderio captandi statum meliorem est probandum ab asserente. num. 13.
Intentio emittentis professionem multiplex expenditur, & examinatur. num. 14.
Professionis impedimenta, vide Reclamare.
Professio duo continet traditionem qua religiosus se tradit religioni, & modum quo se tradit, qui est obseruantia votorum. Resp. 82. num. 144. pag. 416
Professus tacitè non expressè quibus priuilegijs possit frui, & quid requiratur. num. 179.
Professus inualidè, vide Reclamatio.
Prohibitio constitutionis non plus operatur quam prohibitio testatoris. Respon. 62. numer. 19. pag. 265
Pronomen ipsius significat personaliter. Resp. 36. num. 4. pag. 143
Pronomina possessiua meum, & tuum strictè sumpta denotant dominium; large quidquid detinetur & aliquando explicantur secundum subiectam materiam. Respon. 46. numer. 17. & 18. pag. 184
Propositum in mente vnius tantum non expressum in contractibus &c. dicitur abortiuum. Resp. 6. num. 19. pag. 51
Principale semper inspicitur. Resp. 63. num. 49. pag. 274
Proprietas, Proprietarius, vide Paupertas.
Proscriptio vel confiscatio bonorum diuersimodè potest fieri, estque modus perpendendus. Resp. 77. num. 3. pag. 369
Mobilium & immobilium quæ bona comprehendat, & quid si addatur vniuersalis, omnium, num. 3. & 5.
Quid si dicatur solum. Bona. num. 6.
An veniant in publicatione bonorum etiam futura. num. 7.
An legitima filij vbi aliqua. num. 16.
An trahatur ad bona futura & conditionalia, non delata tempore commissi delicti, num. 19.
In acquisita post publicationem vel confiscationem bonorum quis succedat. num. 20.
An legitimam pater teneatur tradere filio propter delictum filij, si aliud commisit propter quod venit exhæredandus. num. 24.
Proscriptus quibus bonis priuetur à num. 29. ad 54.
Saltem fictè habetur pro forensi. num. 50.
Proprie & vere desinit esse subditus. num. 51.
Habetur pro mortuo. num. 52.
In bona patris proscripti delata post proscriptionem an succedant filij. num. 57.
Prouisio & electio superiorum Regularium ad quos spectet. Resp. 72. num. 4. pag. 340
Prouisiones fuor faciendæ vt fiebant electiones. num. 7.
Factæ votis non secretis non tolerandæ. num. 11.
Quando dicantur secretæ. ibi.
Consuetudo eas faciendi votis non secretis non potest induci, latè probatur. num. 19. & seq.
Sustinentur in foro animæ si vere fuerunt liberæ. numero vltimo.
In foro fori non possunt sustineri. toto Responso. vide Electio.
Prouisio de beneficio neque facta à Papa mutat eius naturam. Resp. 67. num. 58. pag. 311
Protestatio de inualiditate professionis quæ prosit, Resp. 82. num. 121. 5. Quod si. pag. 413
Protestantis actus aperiunt illius animum. num. 122.
Publicatio Bonorum, Vide Proscriptio. Fiscus.
Publicum, vide Notorium.
Pupillus an possit repudiare legatum delatum. Resp. 45. num. 25. pag. 181
Pupillo non solum est prohibita alienatio &c. sed etiam non acquisito, & omissio lucri. ibi.
Idem dicendum de minori. ibi.
Pupillorum bona vt possint vendi requisita. Resp. 59. num. 138. pag. 252
Vide Prælatio. Hypotheca.

Q

Qualitas extranea à collegio quæcumque illa sit nihili penditur in persona respectu collegij. Resp. 5. num. 16. pag. 48
Nimis exorbitat à iure illam qualitatem nocere collegis in articulo præcedentiæ. ibi.
Qualitas quando censeatur expressa taxatiue vel demonstratiue. Respon. 81. num. 25. ad 29. pag. 390
Qualitates exprimendæ in gratijs obtinendis aliæ intrinsecæ aliæ extrinsecæ & quæ. numer. 31. ad 36.
Qualitatem pertinere ad dispensationem ex quibus cognoscatur. num. 37.
Quarta parochialis dicitur etiam portio canonica. Resp. 52. num. 3. pag. 203
Est inducta in fauorem Parochorum. num. 3.
Propter onus ministrandi Sacramenta. ibi.
De iure est quarta pars. num. 4.
De consuetudine maior vel minor. num. 4.
Debet tamen consuetudo esse legitime præscripta. num. 5.
Vna consuetudine existente in Ecclesia sepulturæ, & alia in Parochiali quarta quomodo soluenda. num. 6.
Consuetudo debet esse in eisdem Ecclesijs. num. 7.
Non enim de vna ad aliam est extendenda. num. 8.
Consuetudini multum tribuitur in materia quartæ num. 9.

Non

Non extenditur de loco ad locum neq; de persona ad personam. num. 10.
Est probanda in spetie. num. 11.
Quarta non est soluenda à monasterijs arctis post Trid. vel à quadraginta annis ante. num. 12.
Constitutio Pij V. ad hoc. num. 13.
Nec requiritur priuilegium sed sufficit consuetudo. num. 14.
Constitutio Pij non est reuocata. num. 15.
Nec requiritur derogatio Clement. num. 16.
Quarta non est soluenda à conuentibus ædificatis ante Trident. vel post 40. annis etiamsi ædificati sint cum clausula saluis iuribus Parochialibus. num. 17.
Quæ sint iura Parochialia. Resp. 99. el 2. nu. 132. pag. 614
Sententia executiua lata per Nuncium Apostolicum super quarta prodest vbique. Resp. 52. nu. 18. pag. 204
An debeatur à fratribus vel ab hæredibus defuncti, & quando à fratribus. numer. 21. & 32. & 28.
Sequestratur à Parocho in manu hæredis. quomodo intelligendum. num. 22. & 33.
Debetur Episcopo & legatum si quid legetur & quare num. 23. & 33.
Quarta debetur Episcopo & simul quarta de legatis, si quid legetur capellis, & quare. num. 25. & 34.
Quarta numquam est diminuenda. num. 26.
Quartæ satisfit legato mortui. num. 29.
Etiam legato bene viso quodcunque sit. num. 30.
Extante legato quarta non debetur. num. 31.
Debetur enim tantum in subsidium. ibi.
Super quarta si lis moueatur non coram Episcopo, sed Conseruatore, vel Superiore Regulari Nuncio, vel Papa est decidenda. num. 36.
Quia, denotat causam finalem. Respon. 81. num. 9. pag. 387
Quicunq; quid significet. Resp. 82. nu. 115. §. Confirmatur. pag. 411
Quinquennium datum ad reclamandum super inualiditate professionis. Vide Reclamatio.

R

Radix infecta non producit fructus nisi infectos. Resp. 36. num 42. pag. 147
Raptus casus reseruatus. Respon. 96. numer. 11. pag. 502
Quid sit ibi.
Diuersimodè consideratur quoad forum exterius, & quoad interius. num. 12
Quæ sit eius malitia quoad reseruationem. num. 13.
Regula generalis ad cognoscendum raptum. num. 14.
Ex tradita regula multi colliguntur casus. num. 15
An sponsus abducens propriam sponsam dicitur committere raptum. num. 16
Ratificatio professionis est noua professio. Resp. 82. num. 156. pag. 418
Actus per prius non possunt deseruire. ibi.
Habet tacitam conditionem si actus alia sit validus. num. 157
Ad ratificationem requiritur cognitio inualiditatis professionis, quæ nisi cognoscatur numquam dabitur ratificatio, sed debet prius cognoscere, deinde ratificare. num. 157
Quæ cognitio nisi præcedat, nec per nouam votorum emissionem, nec per actus gestos, nec per habitus delationem ratificabitur professio, nisi tamen hac intentione emittat vota, vt etsi esset inualida professio intenderet validare. num. 164
Eadem cognitio, & consensus requiritur in Religione vt valeat ratificatio. num. 168
Ad ratificationem inualidæ professionis an requiratur nouus annus nouitiatus. num. 173. & seq.
Ratificatio in inducatur tacita professione. numer. 169
Quæ scientia nullitatis requiratur. num. 172
Ratificare professionem non tenetur Religiosus inualidè professus siue bona, siue mala, siue ex malitia inualidam emiserit professionem. nu. 145 pag. 416
Ratificare non tenetur professionem inualidè professus, imò cessante scandalo potest fugere. num. 146
Scandalum ex tali fuga rarò potest contingere. num. 146
Potest etiam a Superiore dimitti etiamsi causa super nullitate agatur, etiamsi non possit probare, dummodo constet de nullitate. num. 147.
Nec a Religione potest cogi ratificare licet nullitatem non possit probare. num. 149.
Quid agere debeat nulliter professus si non vult iterum profiteri, nec potest fugere, nec probare nullitatem: Capit alimenta à religione ordinatur, siue patrimonio Sacramenta ministra actis capitularibus interest, & fortasse superior constituitur quid aget &c. num. 150. pag. 417
Ratificare volens quid agere debeat. num. 151. &c.
Ratificare nolens inualidè professus an teneatur ad vota num. 143. pag. 416
Ratificatio actus inualidi est nouus consensus, ideò facienda cum omnibus solemnitatibus quas requirit consensus. Respon. 28. numer. 27. pag. 122
Ratificatio professionis, vt præsumatur, quod tempus requirat. Respon. 82. numer. 71. pag. 405
Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. Resp. 28. num. 23. & quomodo intelligendum. num. 24. pag. 122
Ratihabitio non potest validare, quæ sunt nulla, quia reperit principium non conseruabile. num. 26.
Ratio naturalis est quædam tacita lex. Resp. 81. num. 9. versus finem. pag. 388
Sufficit sine lege.
Quod apparet per rerum naturam non indiget probatione.
Lex imitatur naturam quantum potest.
Rationem quærere, vel legem vbi naturaliter sentimus est infirmitas mentis.
Ratio naturalis est potissima statutorum interpretatio.
Ratio naturalis est certa ratio, & in dubio habetur pro lege scripta.
Ad rationem naturalem debemus recurrere cum deficit lex scripta.
A ratione naturali argumentamur sine allegatione iurium.
Reclamatio. De Reclamatione Regularium vide toto

toto Resp. 82. pag. 397. vbi plenè de hac materia tractatum est. hic pauca subdam.
Ordinarius.
Reclamantes intra quinquennium qua auctoritate audiat ordinaria an delegata. numer. 28. pag. 401
In articulis reclamationis Regulares subdebantur alias Episcopis iure ordinario. num. 37. & 38.
Reclamantes audit Episcopus potestate ordinaria intra quinquennium. num. 42. pag. 402
Quinquennium.
Quando incipiat. à num. 45. ad 54.
Elapso quinquennio an ordinarius possit audire reclamantes. num. 89. pag. 407. & num. 115. pag. 411
An sit inductum in odium negligentiæ. num. 49. pag. 402
Concilium Tridentinum.
Disponens super reclamatione nititur præsumptioni ratificatæ professionis. nu. 71. pag. 405
Decretum istud vt intret quæ requirantur. nu. 125. pag. 413
Non denegat restitutionem in integrum. nu. 128. pag. 414
Impedimenta.
Professionem annullantia quæ sint. numer. 99. pag. 407
Inducta à Sixto V. an sint perpetua. num. 91.
Recepto ad Nouitiatum in loco non designato an sit impedimentum. num. 94. pag. 408
An sit impedimentum perpetuum. numer. 101. pag. 409
Exponens se fuisse receptum in loco non designato ad nouitiatum, & reticens se peregisse nouitiatum in loco designato, si nulla declaretur professio an sit tutus. num. 101.
Impeditus impedimento perpetuo quando, & quo tempore possit audiri, & an in iuditio ordinario. num. 115. pag. 411
Impeditus impedimento professionem irritante, & durante quando possit audiri, & in quo iuditio, licet impedimentum non sit perpetuum. num. 117.
Potest discedere à religione absque vlla cognitione causæ.
Nisi adsit scandalum. num. 116.
Quod rarò est timendum. num. 146. pag. 416
A quibus possit dimitti. num. 116. pag. 412
Elapso quinquennio, & impedimento cognito intra quinquennium an possit dari audientia in inditio ordinario. num. 119.
Quid si intra quinquennium reclamauit, & causas in iuditio deduxerit. num. 120.
Quid si reclamauit sed causas non deduxit. num. 121.
Quid si reclamauit, sed non iuridicè. ibi.
Quid si toto quinquennio non reclamauit ex malitia Superiorum, sit tamen protestatus coram fide dignis, in quo iuditio audietur. num. 123.
Quotiescunq; non intrat præsumptio ratificatæ professionis quomodo intra, & extra quinquennium detur audientia. num. 124. pag. 413
Beneficium restitutionis in integrum.
An detur illi, qui cessante impedimento intra quinquennium potuit reclamare, & non reclamauit. num. 126. & seq.
In casu reclamationis debet dari. num. 127.
Elapso quinquennio quod beneficium detur pro obtinendo beneficio restitutionis. num. 137. & 138. pag. 415
Multa de restitutione in integrum. num. 130.
Restitutionis beneficium diuersimodè datur minoribus & maioribus. num. 141. pag. 416
Decretum Vrbani VIII.
Nihil innouat in ijs, quæ per Tridentinum sua disposita. num. 181. pag. 420
Deducit tantum ad iudicium Sacræ Congregationis causas quæ possint oriri super nullitate professionis ex Decretis Clementis VIII. nu. 182.
Non tamen annullat impedimenta in illis decretis contenta. nu. 183.
Ad Sacram autem Congregationem deducit, solam causam receptionis ad nouitiatum, & nouitiatus in locis non designatis, præterea nihil aliud disponit Clemens. num. 184.
Recuperatio honoris, rerum, & famæ, quando, & quomodo fieri posit. Respon. 71. num. 68. & seq. pag. 334
Reformatus Frater quomodo posit amoueri à conuentu, in quo per definitorium est collocatus supposito paragrapho Porro. Resp. 28. num. 1. pag. 120
Si amoueatur an posit appellare. numer. 117. pag. 130
Religio an posit denegare gradum magisterij illi, qui non vult renunciare priuilegijs annexis magisterio. Resp. 3. num. 159. pag. 34
Religiosus non potest distrahere bona conuentus. Resp. 24. num. 8. pag. 107
Suo delicto conuentui damnum non potest inferre. num. 8.
Acquisita per religiosum extra claustra degentem sunt restituenda si acquisita sint contra iustitiam commutatiuam. num. 4.
Religiosus contrahens vtiliter acquirit Monasterio. num. 5.
Religiosorum debita ab eo sunt soluenda ad quem bona perueniunt. num. 7. & 8.
Religiosorum obligationibus actiuis assistit ius non autem passiuis. num. 8. & quomodo hoc intelligendum. ibi.
Religiosi Franciscani Reformati minoritæ degentis extra Monasterium acquisita cuius sint. Resp. 24. per totum.
Acquisita contra iustitiam legalem cuius. num. 5.
Contra iustitiam commutatiuam cuius. num. 4.
Religiosus minorita Franciscanus viuens secundum puritatem Regulæ si quid acquirat cui. num. 5.
Religiosus caret velle, & nolle. Resp. 46. num. 37. pag. 187
Religiosus aggressus vulnerans occidens &c. quando incurrat reseruationem. Resp. 87. num. 74. pag. 450
Religiosus quoad casus reseruatos. Vide Resp. 86. & 87. per tota.
Religiosus quoad proprietatem, & paupertatem. Vide Paupertas.
Religiosi tenentur obedire Prælatis non solum præcipientibus spectantia ad regulam, sed etiam in spectantibus ad omnes Christi fideles. Resp. 3. num. 141. pag. 32
Idem quoad penas. ibi.
Religiosus tacitè professus an posit vti priuilegijs Religionis quibus vtuntur expressè professi. Resp. 82. num. 179. pag. 419
Religiosus quomodo seruo comparetur. Resp. 46. num. 45. pag. 187
Regula Religiosorum duo dicit essentialia, & adiuncta

cta statui, & quæ sint. Respon. 3. numer. 5. pag. 20
Regula est ius positiuum. num. 9.
Est materia voti. num. 13.
Regula deficiente deficit votum. ibi.
Regulam quisq; tenetur profiteri iuxta præcepta, & Constitutiones. num. 18.
Regulam profitens alio modo quam vigeat, neque in foro conscientiæ excusatur nisi ignorantia inuincibili, si tamen datur. ibi.
Regulam qui sciens profitetur non vt viget illi maximam infert iniuriam, & in foro fori potest cogi illam obseruare. ibi.
Quid in foro animæ.
Regulam collapsam, vel mitigatam profitens non tenetur illam seruare, vt obligabat in sui initio. num. 137. ad 137. pag. 31
Regulam non relaxatam, vel mitigatam ante professionem, sed post professionem si legitima consuetudine sit præscripta ita mitigata seruans non peccat, si tamen reformetur tenetur ad reformationem, & potest cogi. num. 131. & 132.
Regulam collapsam ante professionem, & legitima consuetudine præscriptam professus, neque à Papa potest cogi illam aliter seruare. nu. 132.
Regulam collapsam profitens etiamsi explicitè non intendat primæuæ se obligare, sed tantum implicitè ad primæuam non tenetur, nec ad illam potest cogi num. 134.
Regulæ legitima consuetudine præscriptæ reformationem non tenetur subire collapsam professus. num. 138.
Regulam professus in sua puritate si postea relaxetur tenetur subire rèformationem si fiat. num. 139.
Regulam reformatam professus ad illius obseruantiam tenetur. num. 139.
Regulæ reformationem si necessaria sit ne regula in peius ruat tenentur subire Religiosi. num. 138.
Quæ sint illa quæ tacitè & quæ expressè in regula contineantur. num. 140.
Sub regula quæ punitiones contineantur. num. 73. pag. 26
Regula generalis intrat vbi contrarium non est dispositum, vel non extat priuilegium. Resp. 4. num. 6. pag. 38

Regulares quoad Ecclesias Curatas.

Subduntur Episcopis Curati in spectantibus ad curam animarum. Resp. 5. num. 11. pag. 47
Regularis, vel secularis qui præficitur Ecclesiæ regulari curatæ nunquam verè erit Curatus nisi Episcopo præsentetur, & ab eo examinetur. Resp. 10. num. 4. pag. 63
Quoad ea quę spectant ad curam animarum subsunt Regulares omnimodæ iurisdictioni Episcopi. ibi.
Regulares, siue seculares præfecti Ecclesiæ parochiali curatæ tenetur ire ad Synodum. num. 5.
Et ad menstruas Congregationes. ibi.
Regulares Ecclesias curatas visitat Episcopus quoad ea, quæ spectant ad curam. num. 6.

Regulares quoad exemptionem.

Non subduntur Episcopis nisi in casibus expressis, & secundum modum expressum. Resp. 12. num. 18. pag. 68
Non habent ab Episcopo immediatè iurisdictionem absoluendi, sed vel à Canone, vel à Summo Pontif. Resp. 34. num. 8. pag. 140. & Resp. 76. num. 21. pag. 357

Regulares quoad approbationem ad confessiones. Vide Approbatio.

Regulares alias erant subditi Episcopis. Resp. 82. num. 37. pag. 401
Regulares iniustè non approbati ab Episcopo ad confessiones validè absoluunt. Resp. 85. num. 45. ad 51. pag. 432
Item limitatè approbatus quoad locum, quoad tempus, quoad personas sine causa non tenetur illis limitationibus. ibi.
Regularem à suis superioribus præsentatum Episcopus an possit non examinare, & examinatum non approbatum, vel reprobatum pronunciare. num. 54.
Regularis præsentatus, & approbatus ad confessiones in vna Religione, transiens ad aliam an iterum sit præsentandus vt possit vti priuilegijs. nu. 30. pag. 430
Episcopus quoad confessiones Regularium nihil habet nisi nudum ministerium approbandi. Res. 76. num. 22. pag. 358
Approbati habent auctoritatem equalem illi Parochorum. num. 23.
Habentur pro Parochis. ibi.
Secundum aliquos habent potestatem ordinariam. ibi.
Approbati in vno Episcopatu, si discedant, & iterum reuertantur non sunt iterum examinandi. num. 24.
Expositi à suis superioribus, & ab ordinarijs approbati possunt audire confessiones omnium ad se accedentium. num. 25. pag. 358
Etiam inuitis Parochis. num. 29.
Neque esset timenda excommunicatio. ibi.
Neque arctant limitationes, sine causa apposite in facultatibus, num. 30. & 34.
Quid si Regulares habeant limitatum priuilegium. num. 31.
Semel admissi ab eodem Episcopo non possunt amplius examinari. num. 35. pag. 359
Neque à capitulo sede vacante. ibi.
Neque à successore, nisi ob animi sui quietem. ibi.
Regulares an possint audire confessiones aliorum Regularium. nu. 26. pag. 358
Regulares prohibiti à suis superioribus audire confessiones an valide absoluant si audiant. nu. 37. & 38.
Regularis apostata obtinens beneficium an valide absoluat. num. 39.
Regulares an possint delegare ea quæ illis competunt virtute suorum priuilegiorum. num. 138. pag. 367.
Regulares penitentiari instituti ad formam Decreti Clementis VIII. an possit delegare. nu. 140.
Regularis admissus ad confessiones donec superior extiterit si ad aliquod tempus suspendatur, an valide confessiones eo tempore excipiat, & an excipiendo aliquas pęnas incurrat. Resp. 18. per totum. pag. 85.
An possint Missas celebrare in oratorijs priuatis, & extra proprias Ecclesias, & Eucharistiam ministrare excepto die Pascatis, & casu communionis ex præcepto debitæ nulla cuiuslibet alterius requisita licentia quam sui superioris. Resp. 99. el 2. pag. 596.
Regulares habent intentionem suæ iurisdictionis delegatæ quoad administrationem Sacramentorum fundatam in iure. num. 4. pag. 597.

Dupliciter

Dupliciter poteſt aliquid inniti iure communi. num. 5.
Regulares gaudent priuilegio communicationis cum priuilegijs aliorum religioſorum. num. 7.
Regularium aliqua priuilegia communicationum à num. 8. ad 12.
Regularibus ex canone prohibita eſt adminiſtratio Sacramentorum. num. 23.
Quomodo intelligendum num. 131.
Regularibus priuilegia conceduntur cum clauſula ſaluo iure Parochorum. num. 23.
Explicatur. num. 127. ad 132. & ibi declaratur quæ ſint iura Parochialia.
Regulares poſſe miniſtrare Euchariſtiam nullius alterius requiſita licentia quam ſui ſuperioris extra proprias Eccleſias Doctores affirmant. num. 40. pag. 601
Regulares ſæcularibus Prælatis nullo modo ſunt ſubiecti niſi quatenus eos illis ſubijcit Summus Pontifex. num. 62. pag. 604
Regulares ſunt delegati Papæ. num. 69.
Ideo quidquid agunt agere Papam dicendum eſt. num. 70.
Regulares ex conſuetudine præſcripta poſſunt celebrare Miſſas, & Sacramenta miniſtrare extra proprias Eccleſias, ſine cuiuſquam alterius licentia quam ſui ſuperioris. num. 143. pag. 615
Renunciatio bonorum quomodo à Nouitio facienda iuxta Decretum Concilij in ordine ad profeſſionem. Reſp. 11. per totum pag. 64
Repetitio eiuſdem dictionis in eadem diſpoſitione eſt miſterium. Reſp. 82. num. 48. pag. 402
Res à vero domino aufertur ob bonum publicum. Reſp. 28. num. 41. pag. 123
Res perit domino. Reſp. 49. num. 5. pag. 193
Res tranſit ad quemcumque vadat cum ſuo onere. Reſp. 61. num. 68. pag. 262
Etiam in ſingularem ſucceſſorem. num. 69.
Etiam ad Eccleſiam. num. 70.
Res de facili redit ad ſuam naturam. Reſp. 82. num. 36. pag. 401
Res iudicata pro veritate accipitur. Reſp. 80. nu. 5. pag. 381
Imponit finem liti. num. 6.
Probationes vlterius non recipit. num. 7.
Et ſi contrarium ordinetur eſt intelligendum ex iam deductis. num. 8.
Rei iudicatæ exceptio fuit inducta ad ſeruandum rigorem iuris, & tollendam immortalitatem litium. num. 10.
Res tranſit in iudicatum per tres ſententias conformes & etiam per duas ſi extet ſtatutum. num. 61.
Item quando non eſt appellatum. ibi.
Item niſi redeatur pro Apoſtolis. num. 62.
Nec excuſat impedimentum. num. 63.
Sufficit ſi appellans fecerit cauſam communi intra terminum dummodo tamen in appellatione fuerint petiti Apoſtoli. num. 64. & 65.
Petitio Apoſtolorum eſt de ſubſtantia appellationes. num. 66.
Nec ſufficit præſentatio commiſſionis ſignata manu regentis. num. 67.
Quid tamen iſta operetur. ibi.
Appellans non tenetur comparere pro Apoſtolis quando iudex detulit appellationi. num. 68.
Res iudicata non attenditur in rota nec in ſupremis Tribunalibus quando apparet de errore, & iniuſtitia. num. 59. pag. 383
Res Sacras deferens. Vide ſuperſtitio.
Reſcripta alia gratiæ, alia iuſtitiæ. Reſp. 81. num. 3. pag. 384
Quomodo conueniunt, & quomodo differant. num. 4.
In reſcriptis mens S. Pontificis maxime eſt attendenda. Reſp. 82. num. 6. pag. 397
Reſcripta ita ſunt explicanda, vt aliquid operentur. num. 8.
Etiamſi verba eſſent improprianda. ibi.
Sunt intelligenda iuxta verba poſita in ſupplicatione. num. 7.
Sunt explicanda de tempore vtili. num. 9.
Debent aliquid operari, vt indulgentia Principis ſemper aliquid ſemper de nouo concedat. num. 10.
In dubio Apoſtolici reſcripti, & Priuilegij pro habenda veritate Sedes Apoſtolica eſt conſulenda. num. 14. 15.
In hoc nihil poteſt Epiſcopus. num. 15.
Quomodo intelligendum. num. 16.
Reſeruatio caſuum eſt demptio ſeu limitatio iuriſdictionis facta à ſuperiore ad id facultatem habente. Reſp. 19. num. 3. pag. 86
Eſt non conceſſio facultatis abſoluendi. Reſp. 76. num. 4. pag. 356
Reſeruatio caſum an ſit late, vel ſtricte interpretanda. Et an ſit odioſa, vel fauorabilis. Reſp. 19. num. 4. 5. & 6. & ſequent. pag. 86
Reſeruatio, niſi ſit in vtilitatem parochianorum, vel ob defectum Parochi non obligat Parochum. num. 6.
Quo caſu poſſunt abſoluere niſi ſint alias priuati facultate abſoluendi, vel niſi per accidens ſequatur abuſus. num. 7.
Nunquam debet fieri niſi in vtilitatem ſubditorum. num. 9.
Reſeruatio fit reſpectu trium generum perſonarum. Reſp. 76. num. 11. & 14. pag. 356
Quando valida reſpectu ſubditorum, reſpectu Parochorum, reſpectu Regularium, reſpectu aliorum Confeſſariorum à numer. 15. ad 21. & num. 40.
Reſeruatio quæcumque quomodolibet facta à Summo Pontifice eſt valida. num. 16.
Reſeruationi caſuum factæ ab Epiſcopo reſpectu regularium non parochorum an parere debeant regulares. num. 41. pag. 360
Reſeruatus caſus an poſſit Epiſcopus habere incommunicabiles ideſt quorum abſoluendorum facultatem nemini communicet. numer. 42. & ſeq.
Reſeruare ſibi caſus poſſunt Epiſcopi. num. 12.
An plures. num. 6.
Reſeruationis regulæ.
Reſeruatio alia generalis, alia ſpetialis, & quæ. num. 10.
Poteſt fieri ob bonum regimen, & in odium peccati. Reſp. 19. num. 12. pag. 87
Quæ ſit vtraque, & quæ differentia. num. 14.
Et quæ fauorabilis, quæ odioſa. num. 14.
Reſeruatio in corpore iuris inſerta quomodo intelligenda. num. 15.
Quomodo reſeruatio poſſit eſſe odioſa. num. 12.
Parochus in ſua paræcia poteſt ſibi reſeruare caſus, & quomodo. num. 11.
Reſeruationem reſpectu perſonæ, & peccati quomodo ſit cognoſcenda odioſa traditur regula. num. 16.

Reseruatio non est pœna spectans ad forum exterius. Resp. 86. num. 26. pag. 437
Quomodo sit pœna. num. 29.
Reseruationem esse tantum de grauioribus quomodo intelligendum. Respon. 87. numer. 75. pag. 450
Reseruatio est de actibus externis completis secundum id quo reseruantur. Respon. 95. num. 46. pag. 486
Reseruant sibi casus regulares superiores, & æri potestatem Episcopalem, vel quasi habentes. Resp. 76. num. 6. pag. 356
Regularibus casus reseruandi præscribuntur. ibi.
Regulæ reseruationis. num. 7.
Reseruatio casuum facienda ex decreto Clem. VIII. & quomodo. Resp. 86. num. 5. pag. 436
Duo obseruanda. num. 37. pag. 438
Decretum Clementis nihil innouat in Regula S. Francisci quoad reseruationem casuum. num. 4. pag. 436
In reseruatione sicut, & in absolutione à reseruatis requiritur ordinaria, vel delegata potestas. Resp. 76. num. 99. pag. 365
Illius est soluere cuius est, & ligare. num. 100.
Ab excommunicationibus à se latis, & à suo prædecessore absoluit habens iurisdictionem ordinariam num. 101.
Capitulum sede vacante instituit confessarium, qui potest absoluere à reseruatis. num. 102.
Non absoluit Vicarius Generalis nisi ex spetiali facultate. num. 104.
Neque Pœnitentiatius. num. 105.
Reseruationis ignorantia quomodo possit esse in pœnitente. Resp. 19. num. 17. pag. 87
Ignorantiæ traditur quædam distinctio num. 20.
Non admittitur. num. 21. & 22.
Explicatur ignorantia. ibi.
An excuset à reseruatione. num. 23.
A reseruatis absoluens cæteris ab vno autem vero non reseruato sed putato reseruato non intendens absoluere an absoluat quia non reseruatum num. 27.
A reseruatis superior delegans facultatem an possit imponere onus pœnitenti sibi præsentandi. num. 28. & 29.
An saltem in excommunicatione.
An reseruato in vna diœcesi an possit absolui in alia vbi non est reseruatum. num. 26. & 18.
Quid de excommunicatione. num. 19.
Reseruatio non comprehendit filios adoptiuos, & arrogatos comprehendit spurios &c. Resp. 65. nu. 17. pag. 291
Reseruata an sint confitenda, quando confessio est facienda non habenti facultatem absoluendi. Resp. 76. num. 95. & seq. pag. 364
Quando liceat hoc modo confiteri. num. 98.
Episcopus concedens suam facultatem absoluendi an sit intelligendus dare facultatem absoluendi à reseruatis. Resp. 19. num. 10. pag. 87
A reseruatione abortus fœtus animati an possint absoluere regulares. Vide Abortus.
A reseruatis an possit absoluere pœnitentiarius deputatus in vno conuentu existens in alio. Resp. 86. num. 128. pag. 444
A reseruatis an possit absoluere habens auctoritatem ordinariam, vel delegatam extra sua prouinciam. num. 127.
Reseruatorum explicationem tam pro sæcularibus quam regularibus. Vide integra responsa.
Reseruatione qui ligentur. num. 129.
Quis possit absoluere. num. 130.
Existente in conuentu Generali, & Prouinciali ad quem spectet absoluere à reseruatis. num. 131.
An superior requisitus toties quoties teneatur dare facultatem absoluendi. num. 124.
Superior à reseruatis à quo absoluatur. num. 125.
Guardianus Reformatus Sancti Francisci an possit eligere quem vult confessarium qui absoluat se à reseruatis. num. 126.
Quid de Prouinciali. num. 125.
Residere an teneantur omnes habentes curam animarum. Resp. 67. num. 10. pag. 308
In qua domo. num. 15.
Quid in Parochia diuisa. num. 17.
Quomodo teneantur. num. 19.
An possint abesse si probabiliter putent non futurum opus sua præsentia. num. 20.
An propter docendum grammaticam. num. 16.
An per alium suæ Ecclesiæ possint deseruire æque bona, & fortasse melius. num. 18.
Quomodo possit Episcopus Parochus ne absint num. 25.
Duo menses Parochis pro absentia conceduntur. num. 23.
Quo casu requiritur licentia. num. 24.
Quæ causa sufficiat. num. 25.
Quæ vt possit abesse vltra bimestre. num. 26.
Quæ licentia Episcopi. num. 27.
Quid si causa sit iusta, & notoria. num. 29.
An sufficiat licentia petita. num. 34.
Quid si causa sit rationabilis, & Episcopus non approbet. num. 35.
An recursus habeatur ad superiorem. num. 36.
Quid agendum pendente appellatione. num. 37.
Quid si absentia sit pro tuendis iuribus suæ Ecclesiæ. num. 38.
Quæ causæ excusent à residentia à numer. 39. ad 46.
An non residentes sine causa teneantur ad restitutionem fructuum. num. 46.
Quibus facienda sit restitutio. num. 47. pag. 310
An possit obtineri compositio. num. 48.
Absens cum causa, & licensia sed non in scriptis an faciat fructus suos. num. 49.
Residens in propria Ecclesia sed per alium munera exercens an dicatur residere. nu. 50.
An iste peccet. num. 51.
Non habens sed fingens causam absentiæ licet absit cum licentia Episcopi an teneatur restituere fructus num. 52.
Obligatus ad residentiam an satisfaciat suæ obligationi si organa pulset. num. 60.
Non residenti quæ pœna imposita de iure antiquo, & quæ de iure Trident. num. 54. & 55.
Episcopus procedens ad subtractionem fructuum quomodo procedere debeat. num. 53.
Restitutio incertorum potest fieri etiam à debente restituere dummodo fiat ad equalitatem. Resp. 17. num. 9. pag. 84
An sint ponenda in capsa incertorum inuenta. num. 9.
In restitutione incertorum duo consideranda. num. 13.
Ad restitutionem nemo obligandus ob damnum datum sua actione nisi ex natura actionis damnum sequatur. Respon. 30. num. 3. & 4. pag. 133

Ad

Ad restitutionem non est obligandus faciens actionem ex qua prævideat alium damnum passurum nisi ex natura actionis sequatur. num. 4.
Etiamsi faciunt tali animo quia intentio non ingerit obligationem restituendi. num. 4.
Restitutionis obligatio oritur etiam ex actu antecedenti non peccaminoso. Resp. 22. nu. 83. & 84. pag. 102
Ideo aliquid bona fide emens rem alienam non peccat restituie tamen cognitam alienam. num. 84.
Lucrum ex commodato. num. 85.
Lucrum ex locato putato sed vere commodato. num. 86.
Acceptum tamquam debitum non debitum. num. 87.
Pretium rei emptæ putatum iustum suppler si est iniustum, vel porius restituit, est enim emptio nulla secundum pretij diminutionem. num. 88.
Restitutionis obligatio oritur non tantum ex iniusta acceptione, sed etiam detentione. num. 90.
Retardare quid sit, & quomodo differat ab impedire Resp. 87. num. 46. & 47. pag. 448
Reuelare alterius crimen quando liceat. Resp. 71. num. 81. pag.
Reus post publicationem testium, & conclusionem causæ at ante sententiam definitiuam in criminalibus quomodo possit petere audientiam. Resp. 80. num. 46. pag. 382
Rex est datus populo ad eius vtilitatem non populus Regi. Resp. 53. num. 9. pag. 208
Rota, & alia suprema tribunalia non attendunt res iudicatas quandocumque appareat de errore, & iniustitia. Resp. 80. num. 59. pag. 383
Rubricæ Missæ, & Breniarij non possunt tolli ab inferiore. Resp. 47. num. 6. pag. 189
Tolluntur consuetudine, sicut & ritus non essentiales quoad Sacramenta. num. 8.

S

SAcerdos obligatus celebrare quando habeat vocationem, & quomodo. Respon. 68. numer. 3. pag. 312. Vide Capellanus.
Sacerdos à quo habeat iurisdictionem quoad Confessiones, & quando. Respon. 94. numer. 18. pag. 475
Sartor quoad lucrum ex commissione. Respon. 41. num. 15. pag. 166
Satisfactio debet esse ad æqualitatem. Resp. 6. nu. 4. pag. 49
Si transfundat obligationem non est iusta. ibi.
Nec obligationem ad antidora. num. 7.
Solutio census in numerata pecunia toto. Resp. 1.
Solutio facta per cedulam banchariam æquipollet solutioni factæ in numerata pecunia. Resp. 1. num. 43. pag. 8
Solutione debiti ingerere nouam obligationem est contra iustitiam. Resp. 6. num. 4. pag. 49.
Solutio in vna re pro alia an possie fieri. Resp. 22. num. 9. pag. 99
Maxime cum ex oblatione aliquis adstringitur ad aliquid dandum, vel faciendum. num. 10.
Est facienda in re conuenta. ibi.
Excipitur Ecclesias. num. 11.
Solutio expensarum. Vide societas.
Schedula bancaria. Vide solutio.
Schedulas pro confessionibus tempore Paschatis an ceneantur Regulares, & alij Sacerdotes dare pænitentibus. Resp. 21. per totum. pag. 90
Possit dari aliquo casu etiam non confessis. num. 45.
An possit induci consuetudo tradendi schedulas istas obligatoria. num. 51. & 54.
An sit inducta. num. 46.
Pænæ indictæ cogentibus iterum confiteri non deferentes schedulas si confessi sint Regularibus eodem responso.
Scandalum quid sit. Respon. 71. numer. 6. & 7. pag. 326
Explicatur definitio, & multa adferuntur. nn. 8. ad 15.
Scandalum duplex, & quid. num. 16.
Scandalum duplex. num. 17.
Ruinas proximi tripliciter potest intendi. nu. 18.
Scandalum passiuum an opponatur alicui particulari virtuti. num. 19.
An actiuum. num. 20.
Quæ sint confitenda ratione scandali. ibi.
Quid de illis quæ sine complice possunt patrari. ibi.
Quoddam notandum num. 21.
Suadens minus malum, & sit occasio mali. nu. 22.
Factum Loth cum sodomitis quomodo excusetur. num. 15. pag. 328
Quomodo possit quis alium adiurare in actione. num. 27.
Suadens parato furari pauperi, vt furetur diuiti an peccet, & teneatur ad restitutionem. num. 28. & 29.
Ornatus fæminæ an sit malum, & quando. nn. 30.
Iudith quomodo excusetur. num. 31.
Quid de muliere ornante se iuxta suum statum. num. 32.
Quid si ex hoc sciat se turpiter adamandam. num. 33.
Quid si ornet se sine causa, & vagetur. num. 34.
An aliquid de precepto possit omitti ne scandalum oriatur, & quid de omissione rei de Consilio à num. 35. ad 38.
Quid de publice peccante. num. 38.
Quid teneatur aperire in confessione. num. 39.
Quid de præbente, vel non auferente occasionem peccandi. num. 40.
Quid de ministrante indifferentia male vsuro. nu. 41. pag. 330
Quomodo cognosci possit rem indifferentem ad malum finem esse adhibendam. num. 42.
Actiones quæ excusantur. num. 43.
An petens aliquid à parato facere an peccet. num. 44. & 46.
An ferens deferens litteras si dubitet malum in illis contineri. num. 48. pag. 332
Quid de actionibus indifferentibus. num. 49.
Quid de tendentibus directe ad damnum proximi etiam cum periculo operantis. num. 50.
Quid de locantibus domos meretricibus. num. 51
Quid de pingentibus amasias. num. 52.
Quid de deponente pecunias penes vsurarium, & sciat in vsuris esse implicandas. num. 53.
Quid de vendente vino inebriaturis se. num. 55.
Quid de vendente vino soluturis ieiunium. nu. 56.
An liceat tradere munera concubinæ iudicis, vt intercedat apud iudicem. num. 57.
Scandalum ibi non est vbi nec ratione actionis, nec circumstantiarum præbetur occasio ruinæ. num. 59. & 60.
An opus indifferens sit omittendum, vt scandalum vitetur. ibi.

An

An possit mulier aliqua detineri domi sine scandalo quod sit vitandum etiamsi intercesserit inter detinentem, & detentam conrubinatus. Vide totum Respons.
Scripturæ priuatæ exemplum. Vide exemplum.
Scriptura ad quam se refert testator nisi sit rertum esse eandem ad quam se rrferr dispositio est nulla. Resp. 2. num. 44. pag. 15
Scriptura aliqua attestante aliquid esse actum præsumitur actum etiamsi de illo non constet. num. 14. pag. 10
Scutum an licitè exigant Parochi in funer. Resp. 27. num. 15. pag. 117
Srcutum etiam crimen quando liceat reuelare. Resp. 71. num. 80. & seq. pag. 336
Sacularrs nullum ius possunt acquirere in Ecclesijs. Resp. 51. num. 33. pag. 199
Ideo superiores Regulares, & alij in proprijs Ecclesijs possunt pro libito amouere sedilia, & banchas. num. 33.
Sententia quæ non verificatur ex actis diritur nulla. Resp. 16. num. 39. pag. 83
Sententia non est retractanda quando culpa fuit in te dolus in operatione, & communis error in qualitate. Resp. 80. num. 3. pag. 381
Neque contra rem iudicatam nisi sit appellatum. num. 4.
Farit ius inter partes. num. 9.
Sententiam per restitutionem in integrum etiam constito de innocentia solus princeps rescindit tam in ciuilibus, quam rriminalibus. num. 14. & 15.
Condemnatus ad carceres licet ante exequtionem de innocentia constet solus prinreps absoluit. num. 16.
Post ronrlusionem, & ante sententiam recipi possunt probationes per instrumenta, & testes super articulis non directè contrarijs ad probandam innocentiam. num. 17.
In criminalibus an sententia possit retractari. ibi.
Sententiam retractari ex nouis probationibus quomodo sit verum. num. 18.
Sententia prima tollitur per ferundam. num. 24.
Tollitur ex noua causa. num. 25.
Ex probabili errore. num. 26.
Veritate comperta. num. 27.
Sententia lata iuridicè in criminalibus est definitiua. num. 48.
Falsa, sed lata ex inditio peritorum retractatur etiam elapso tempore appellationis. num. 49.
Sententia ex quibus resultat. Respon. 92. num. 13. pag. 468
Item quando falsis instrumrntis rircumuenta est religio iudicis. Resp. 80. num. 50. pag. 382
Item ex probationibus non veris, sed priuilegiatis. num. 51.
Quia non transit in rem iudicatam. num. 52.
Item falsa lata de Consilio Sapientum. ibi.
Sententiam latam seruato iuris ordine, & ex probationibus ritè deductis iudex non potest emendare. num. 53.
Potest interpretari. num. 54.
Lata ex errore probabili non est retractanda. num. 56.
Quid si error non sit manifestus. num. 57.
Sententia condemnatoria iniusta nullam parit obligationem saltem naturalem. Resp. 16. num. 6. pag. 81
Seprliunt formicæ mortuas formicas. Respon. 51. num. 10. pag. 198
Seprliri possunt Regularrs decedentes extra Monasterium, & deferri ad proprias Ecclesias irrequisito Parocho. num. 16.
Parochus nihil potest prætendere. ibi.
Idem de Tertiarijs habentibus requisita. num. 17.
Sepeliuntur in Ecclesijs Regularium susripientes eorum habitum. num. 18.
Srpelire possunt Regulares sine Parocho eos, qui elegerunt sepulturam in eorum Ecrlesijs si vocatus nolit arredere. num. 25.
Data facultate sepeliendi, data est processionaliter incedrndi. num. 26.
Dirigere processiones funerum vsque ad ianuam Ecclesiæ Regularium spectat ad Parochum. num. 27.
Tenetur Parochus prosequi processionem vsque ad ianuam Ecclesiæ Regularium; & potest ingredi, sed non se immiscere in funere. num. 28.
Nihil potest rirra cadaurra in Ecclesijs Regularium. num. ibi.
Sepelienda cadauera si existant extra Parochialem, & Parochus requisitus nolit accedere recto tramite deferunt regulares ad proprias Ecclesias. num. 29.
Sepelienda cadauera in Errlesijs Regularium si reponantur in Parochiali nihil debetur præter quartam. num. 30.
Sepelienda cadauera sunt prius deferenda ad parochialem Ecclesiam. num. 29.
Sepeliendus nemo est sub bradellis, nec prope altare, & si quis ibi est sepultus, est amouendus. num. 36.
Et nisi amoueatur ibi non potest celebrari. ibi.
Ibi sepeliatur, qui non elegit sepulturam ne ipse, nec alius pro se. num. 40. & 42.
Sepultura dicitur rripliciter, & explicatur. num. 9.
Sepulturæ officium antiquissimum. num. 10.
Debet esse remotum ab omni suspirione auaritiæ. num. 11.
Cadauera non debent iacere inhumata ob non solutum ius sepulturæ. num. 12.
Nec sub quocunque prætexru rrtardandum est. ibi.
Pro sepultura Sacrrdotes ab hæredibus dererminantur Cera bene visa traditur, nec alios Sacerdotes vocare, nec aliam etiam petere potest Parochus. num. 13.
Non dererminante hæredo Sacerdotes vocat Parorhus non vicinıores, sed quos vult. num. 14.
Nunquam potest excludi Parochus proprius. num. 15.
Pro sepeliendis extrris nihil plus potest capere Parochus præter id quod capit à suis. num. 19.
Pro eleuandis cadauertibus in eorum Ecclesijs sepeliendis non possunt Regulares non admonito Parocho ingredi Parochiam cum Cruce. num. 25.
Srpulturæ locus aliqua requirit, sine quibus ner constitui, nec possideri potest. num. 3.
Aliquando dicitur Religiosus tantum, aliquando Religiosus, & Sacer. num. 4.
Quid hoc importet. num. 7.
An de iure ciuili possit vendi. num. 5.
Quid de iure canonico. num. 6.
Cemeterium benedicitur, Ecclesia conserratur.

Sepultura aliquando significat ius sepeliendi, quod quis habet. num. 31.
Huius iuris quoad dominium sæculares an sint capaces, & an quoad vsum. ibi.
Quid importet hoc ius sepulturæ. num. 31.
Hoc iure non obstante, an Parochus, & alij Superiores Ecclesiarum ex causa etiam inuito vsuario possint inferre alia cadauera. num. 32.
Ius sepulturæ in Ecclesijs sæcularium, & regularium concedere ad quem spectet. num. 34. & 35.
Quæ requirantur num. 35. pro regularibus.
Sepultura non priuatur etiam excommunicatus, qui moriens dixit. Iesus. Maria aiuttame &c. num. 39.
Sepulturam quilibet elegit etiam pubes etiam sub potestate patris etiam patre inuito. num. 37.
Nisi sit prohibitus, vel priuatus. num. 38.
Sepulturam an pater eligat filio, & quæ debeant concurrere. num. 41.
An mater de iure. num. 43.
Quid de consuetudine. num. 69.
Consuetudinem debet probare. ibi.
An Auus pronepoti. num. 45.
An frater fratri, vel alter collateralis. num. 46.
Vxor an sibi possit eligere. num. 47.
Vxor non electa sepultura decedens vbi sepelienda si vnum tantum habuit virum. ibi.
Quid si duos. ibi.
Quid si duos, & sit vidua, & moretur in domo patris. ibi.
Quid si viro præmoriatur. num. 48.
Maritus an teneatur sequi vxorem præmortuam si ipsa sibi elegit sepulturam. num. 50.
In materia sepulturæ qui intelligantur nomine maiorum. numer. 51. & 57. Et qui ex statuto.
Cum quibus filius sit sepeliendus si decedat, siue in maiori, siue in minori ætate non electa sepultura. num. 54.
Existente patre in vno sepulchro, & auo, ac alijs maioribus in alio, filius vbi sepeliendus. num. 55.
Existente patre, & auo in vno, reliquis maioribus in alio hoc casu in quo sepeliendus filius. num. 56.
Decapitandus an possit eligere sibi sepulturam. num. 58.
Illegitimis quis possit eligere sepulturam, & vbi humandi. num. 59. & adoptiui. num. 60.
Expositi vbi sepeliendi. num. 61.
Adultera an sepeliatur cum marito. num. 62.
Decedens ruri, & habens sepulchrum in Ciuitate vbi sepelitur. num. 63.
Sepultura inter mortuos est idem, ac domicilium inter viuos. num. 52.
Sepulturæ vnio procedit ex quadam vnione mutuæ dilectionis inter viuos. num. 53.
Sepulchrorum iura an transeant ad hæredes. num. 64.
Sepulchrorum variæ inscriptiones. ibi.
Sepulcrum quale sit colligitur ex inscriptione. num. 65.
Sepulcrum cuius sit probatur ex inscriptione. num. 66.
Deficiente inscriptione ius sepulchri libere redit ad Ecclesiam. num. 67.
Sepulchrorum iura ad quos transeant hæredes. nu. 68.
Seruus. Vide Dominus.
Seruitus non habet causam naturalem. Resp. 60. num. 6. pag. 254
Habet conuentum, vel præscriptum. num. eodem 6. & 7.
Est probanda pacto, præscriptione, vel testamento. num. 8.
A seruitute quælibet res censetur libera. num. 5.
Seruitus non ædificandi non præsumitur quocumque longissimo tempore quo non ædificatur. num. 9.
Acquiritur tamen vnica prohibitione cum patientia decem annorum. num. 13.
Alius non tollendi habet causam continuam. ibi.
In seruitutibus negatiuis sufficit sola prohibitio ad acquirendam eius quasi possessionem. num. 14.
Ex possessione seruitutis transfertur ius probandi in aduersarium libertatem suam. num. 15.
Statutum præscribens modum ædificandi ad vnguem est seruandum. num. 17.
Signum quid sit, quomodo differat à suspicione, præsumptione coniectura &c. Resp. 82. nu. 64. pag. 403
Simoniacum actum ficte agens non incurrit pœnas. Resp. 32. num. 9. pag. 135
Simulatio non potest esse vbi actus habet fundamentum in veritate causæ præcedentis. Resp. 1. num. 40. pag. 8.
Societas contractu etiam in perpetuum finitur vita. Resp. 53. num. 30. pag. 210.
Socij an possint obligare hæredes ad societatem. num. eod.
Societas quid sit. Resp. 43. num. 47. pag. 174.
Contrahitur consensu, nec requiritur scriptura. num. 48.
Duplex vniuersim omnium bonorum, & ad aliquod, vel aliqua negotia. num. 49.
Quomodo cognoscantur. ibi.
Ad institiam societatis vniuersim omnium bonorum, quæ requirantur. ibi.
Particularis non habet determinatas regulas, sed pendet ex conuentione partium. ibi.
Vniuersim omnium bonorum, & particularis quomodo differant. num. 50.
Societas seu communio bonorum est fundamentum diuisionis. num. 46.
Ad societatem quando pertineat damnum. numero 50
Quando expensæ pœnæ &c. ibi.
Societas contrahitur re, & verbis, & eodem modo continuatur. num. 52.
Finitur morte socij. num. 51.
Etiamsi additum sit pactum continuandi. ibi.
Continuatur finita superstitibus socijs, si negotia eodem modo continuentur. ibi.
Sufficit tacitus consensus, vel non contradicere, vel ex facto consentire. ibi.
In societate vniuersim omnium bonorum quæ bona veniant. num. 52.
Quæ damna, & amissiones. ibi.
In dubio quæ societas iudicanda sit. num. 54.
Societas fraterna qualis sit. numer. 53. & 54. & 56.
Quomodo procedatur in eius continuatione. ibi.
Ex fraterna societate frater vxoratus quæ bona vxoris extrahat respectu dotis. num. 57.
Quid sit necessarium. ibi.
Extrahit omnia, & cuiusuis generis bonorum mobilium immobilium &c. vt ibi. num. 58.

Debet

Debet constare de identitate, quia pluralitas præsumitur. num. 59.
Quid quoad donata vxori. num. 60.
Quid quoad donata filijs, & ad quid frater teneatur. ibi.
Fructus dotis an extrahantur, vel communicentur cum fratribus. num. 61.
Quid si matrimonium sit contractum tempore à patre prohibito ne fierent diuisiones. ibi.
Quid de expensis factis à fratre, vt matrimonium effectum sortiretur tam ante, quam post, & de factis in sustinendis inimicitijs ratione matrimonij. num. 62.
Quid de expensis in comparanda suppellectili nouæ sponsæ. ibi.
Quid de expensis in vestibus quotidianis. num. 63.
Expensæ factæ pro muliere in infirmitatibus. num. 64.
Pro partu, & Baptismo. ibi.
Expensæ funeris vxoris ad quem spectent. nu. 65.
Sementis tradita pro seminandis agris dotalibus ad quos spectet. nu. 66.
Item expensæ in ædificijs. ibi.
Taleæ agrarium campatiuum ad quos. num. 67.
Expensæ in itineribus quibus adscribantur, & aliæ necessariæ, & voluntariæ quæ spectant, vel non ad societatem ad quem spectent. num. 68.
Factæ in plantandis vitibus in agro vxoris. num. 69.
Fructuum diuisio quomodo facienda. num. 70.
Quid de ornamentis à patre sponsi traditis sponsæ. num. 71.
Factæ à patre pro studio filij, & doctoratu. num. 72.
Item vt fiat Eques Melitensis &c. num. 73.
Item factæ in libris &c. num. 74.
An fratres teneantur suppeditare expensas filio pro complemento studij. num. 75.
Lucrum factum ab vno fratrum qui negotiatur pecunia hæreditaria mortuo patre ad quos spectet. num. 77.
Societas finita adhuc durat quoad bona indiuisa. num. 78.
Societas ex causa superueniente dissoluitur etiam ante tempus præfixum. Resp. 64. num. 11. pag. 287
Sodomia casus reseruatus. Respon. 96. num. 71. pag. 507
Diuersimode reseruatur. num. 72.
Quid intelligatur in reseruatione concubitus contra naturam, & quid sit. num. 73.
Concubitus naturalis qui. ibi.
Ex defectu naturalis resultat contra naturam. ibi.
Ex quæ peccata dicantur contra naturam. ibi. & 93.
Quis incidat in reseruatum. num. 74.
Quid intelligendus cum reseruatur concubitus contra naturam, & additur, vt sodomia. num. 75.
Sodomia varijs nominibus appellatur. num. 76.
Quid sit. num. 77.
An concubitus viri cum fœmina in vase indebito sit sodomia. num. 78.
Vt sit reseruata requirit effusionem seminis. num. 80.
Quid si extra vas fundatur semen, ne reseruatio incurratur. num. 81. & 82.
Pueri semen non effundentes an ista reseruatione teneantur. num. 83.
Incurrunt tam agentes, quam patientes. num. 84.
An sit explicanda qualitas personæ nempe quod sit affinis, vel sacra. num. 85. & 86.
Maritus excitans se ad actum matrimonialem immittendo in vas indebitum an mortaliter peccat, etiam sine periculo effusionis seminis. num. 87.
Reseruatio si fiat sodomiæ, & abusus fœminarum quomodo intelligenda. num. 88.
Quid si reseruetur nefandum, vel nefarium crimen, seu peccatum. num. 89.
Quid si reseruetur peccatum contra naturam. nu. 90. & seq. ad 97.
Quid de reseruatione exercentium hunc actum à num. 97. ad finem.
Solemnitates aliæ essentiales aliæ non essentiales in testamentis. Resp. 2. num. 45. pag. 15
Extrinsecæ an sint præsumendæ.
Somniorum causæ corporales, & spirituales. Resp. 95. num. 106. & 107. pag. 492
Ex somnijs temperamentum, moras, & affectiones licet colligere. num. 109.
Somnia an sint à Deo, vel à Dæmone licet inuestigare. num. 110.
Ex quibus possit dignosci. num. 111.
Est tamen difficile. ibi.
Quod verificentur non arguit esse à Deo. numero 112.
Ex somno quod non est à Deo sumere prænotiones est læthale, & quomodo. num. 113.
Item si componendo se aliquibus modis, vt per somnia, procurentur prænotiones. num. 114.
Ex somnijs equaliter an liceat aliquid sperare aliquando, & aliquando aliquid timere, ideo an liceat aliquid facere, vel omittere. num. 115. & 116.
Sors quid sit. num. 117.
Quotuplex, & quæ sit. num. 118.
Diuisoria quomodo liceat. 120. 121. 122.
An sortes liceant in electionibus. num. 122.
Consultoriæ an liceant. num. 123.
Quos comites habere debeat. num. 124.
Diuinatoriæ nec influunt, nec caussant. numero 125.
Non liceat, & plerumque sunt vnitæ alijs criminibus. num. 126.
Ex aeris mutatione, cantu, volatu, motu animalium an liceat aliquid prædicere. num. 127.
Ex Phisionomia quid num. 127. & 128.
An ex chiromantia, & metoposcopia. ibi.
Ex cingara an aliquid liceat sciscitari. num. 129.
Ex occursu animalium fractione corrigiæ &c. num. 130.
An liceat habere aliquos dies felices alios infelices, & ideo aggredi, vel omittere aliquid. num. 131.
An isti aliquando excusentur à peccato. num. 132.
Sortilegium quid sit. Resp. 87. num. 6. pag. 446
Sponsus de rato habet bimestre ad deliberandum an velit ingredi Religionem. Resp. 73. num. 4. pag. 345
Intra hoc tempus petenti debitum potest negari. num. 5.
Etiamsi non intendat ingredi religionem. ibi.
Sed elapso bimestri quid dicendem. num. 6.
Sponsus de rato si osculatus fuerit sponsam, & postea ingrediatur religionem an ad aliquid teneatur. num. 31. pag. 347
Sponsus de rato rem habens cum sponsa, sed non se-

minans in vase an possit ingredi Religionem, & professionem emittere. num. 41.
Dato quod possit an ad aliquid teneatur. num. 48.
Sponsus deflorans sponsam an ingrediens religionem ad aliquid teneatur. num. 47.
Spurius. Vide Filius spurius.
Status castitatis differt à castitate, & aliud est viuere caste, aliud in statu castitatis. Resp. 44. nu. 7. pag. 178
Status proprie pertinet ad libertatem, vel seruitutem, tam in spiritualibus quam in ciuilibus. num. 8.
Ad statum spiritualis libertatis, vel seruitutis requiritur obligatio, vel absolutio cum certa solemnitate. ibi.
Status spiritualis libertatis, vel seruitutis attenditur secundum id quod agitur, vel interius, vel exterius. num. 9.
Status, vt spectat ad pulchritudinem Ecclesiæ humano subijcitur iudicio. ibidem.
Statutum indigeret correctione, vt iniustum si priuaret sine causa ciuem à consequtione officij ciuitatis. Resp. 16. num. 8. pag. 81
Statutum in præiudicium particularium non potest ferre ciuitas. num. 9.
Quomodo intelligendum. num. 39.
Potest enim statuere tantum super iuribus vniuersitatis. num. 10.
Solus enim Princeps tollit ius quæsitum cum causa num. 11.
Statutum ciuitatis tollens ius particulare, vt valeat, quæ requirantur. num. 12.
Statutum non debet plus exigere, quam postulet ratio boni communis. num. 15.
Statutum debet esse rationabile, honestum omnibus commune. num. 17.
Statuta ad vnguem sunt seruanda, & ad litteram, vt iacent sunt accipienda. num. 20.
Non expressa ratione in statuto magis verba quam ratio sunt consideranda. num. 21.
Statuentium opinio pro ratione habenda est, etsi aliquam iniquitatem contineat in spetie. num. 22.
Statutum potest esse consentaneum moribus statuentium etsi alibi fortasse esset iniquum. num. 23.
Vbi non distinguit neq; nos debemus distinguere. num. 24.
Quod non dicit, nec nos dicere debemus. num. 25.
Etiam odiosum si emanet in fauorem publicum eius materia tota dicitur fauorabilis. num. 26.
Statutorum, & Priuilegiorum odiosorum, & alteri nociuorum est facienda interpretatio, vt verba sonant. num. 27.
Statu condens si aliud dicere voluisset dicere sciuisset. ibi.
Est intelligendum iuxta communem modum loquendi. num. 28.
Ita, & cæteræ dispositiones. ibi.
In statutis fictio non habet locum num. 32.
Statum puniens conuictum non comprehendit deficientem in purgatione canonica. num. 33.
Non admittit sensum interpretatiuum. ibi.
Admittit omnes interpretationes iuris, & limitationes improprias, & strictas nisi disponant in materia iuris non deflectendo ab eisdem dispositione pœnas adiiciendo. num. 34.
Debet aliquid operari supra ius commune. nu. 39.
Statuto particulari non censetur derogatum legi vniuersali. Resp. 3. num. 107. pag. 29
Nisi contineat ius commune. ibi.
Statutum excludens ciuem damnatum de homicidio proditorio ab assequtione officiorum ciuitatis an excludat damnatum; sed sine culpa.
Statuta iuris communis correctoria cum duo possunt operari sunt interpretanda, vt vnum tantum operentur. Resp. 72. num. 5. pag. 340
Statuta determinantia patrem teneri tradere legitimam filij fisco ob delictum filij visa sunt aliquibus iniusta. Resp. 77. num. 21. pag. 371
Nunc de illis non dubitatur. num. 22.
Sunt tamen strictissime interpretanda.
Statuta tantum operantur in territorio statuentium quantum lex vniuersalis vbique. Resp. 37. nu. 32. pag. 152
Sunt ibi leges ciuiles. num. 33.
Cessante ratione statuti etiamsi dispositio respiciat bonum publicum, vel priuatum cessat statutum. num. 34.
Statuti verba sunt interpretanda quam latissime, & quam strictissime fieri potest, vt vitetur iuris correctio. num. 41.
Statuti interpretatio, vt congruum habeat sensum recurrendum est ad causam finalem. num. 42.
Et ita est facienda, vt ea generali intellectu non sequatur absurditas, iniquitas, aut læsio tertij, quia tunc recipit interpretationem a iure communi. num. 44.
Restringendum est ad id quod est rationis.
A puncto rationis recipit interpretationem statutum. ibi.
Vt absurdum, & læsio tertij vitetur verba sunt improprianda. ibi.
Item eo modo ne à sapiente interpretatio possit reprehendi. ibi.
Est potius iudicandum superfluum quam quod quis indebite damnum patiatur. ibi.
Non est iudaice facienda statuti interpretatio. num. 44.
Statutum factum à ciuitate non habente iura regalia priuans dominum libertate disponendi de rebus suis pro libito non est validum. num. 46.
Debet concernere publicam, non priuatam vtilitatem. ibi.
Statutum concedens in fauorem alicuius aliquem actum esse nullum intelligitur eo petente. Vide Concessio.
Statutum si tempus requirit serua tempus, si locum serua locum. Resp. 28. num. 71. pag. 116
Stilo curiæ censetur se conformare Summo Pontifex. Resp. 82. num. 4. pag. 397
Non seruato litteræ redduntur suspectæ. num. 5.
Strigæ an intersint corporaliter eorum conuentibus an solum per imaginationem. Resp. 95. nu. 146. pag. 495
Studiose procurare quid sit. Vide Abortum.
Quomodo intelligendum in reseruatione casuum. Resp. 87. num. 24. pag. 447
Stuprum casus reseruatus. Resp. 96. numer. 17. pag. 503
Quid sit stuprum. ibi.
In quo sita eius malitia. num. 18.
Quomodo differat à raptu. num. 19.
Cognoscens virginem cum vi an duplicem maliriam teneatur fateri. ibi.
Quæ facultas desideretur ad absoluendum. ibi.
An Virginem deflorans consentientem teneatur aliquid

aliquid dare patentibus in compensationem. num. 20.
Cooperans ligetur reseruatione. numer. 30. & 31.
Subreptio,& obreptio quid sint,& an differant. Resp. 81. num. 5. pag. 385
Aliquando versatur circa causam finalem aliquando impulsiuam. num. 7.
Non datur quoad Episcopum sed tantum quoad Papam, & eius legatum. num. 12. pag. 389
De subreptione non potest impugnari Gratia Episcopi, vel ordinarij. ibi.
Quid verum est non solum in gratijs beneficialibus sed in quibuslibet alijs. ibi.
Ordinarius enim dicitur procedere motu proprio, & Ecclesijs non personis. ibi.
Ideo gratia ab ordinario obtenta per subreptionem, vel obreptionem est valida peccet tamen ita obtinens. num. 13.
Summus Pontifex de facto modificauit paupertatem Regulæ quoad conuentuales Sancti Francisci. Res. 3. num. 8. & 10. pag. 20
Potest duplici titulo obligare Religiosos nunquã tamen, vt Religiosos vltra Regulam. num. 67. pag. 25.
Quid possit Summus Pontifex quoad Reformationem &c. quoad Regulares. Vide illud responsum nec te pigeat.
Vide Papa.
Superiores religiosorum nihil amplius possunt in eos nisi quantum ex voto se obligarunt. Resp. 3. num. 65. pag. 25.
Superioribus. Primò Generali. Secundò Prouinciali. Tertiò Locali ordinate. nu. 66.
Superiores Regulares non possunt præcipere suis subditis nisi ea quæ insunt Regulæ tacite, vel expresse. num. 69.
Quæ sint ista. num. 71.
Quod significent illa verba Teneantur obedire in omnibus, quæ non sunt contraria Regulæ, & animæ nostræ. num. 70.
In dubio an superior possit præcipere an subditus teneatur parere. num. 72.
Vide totum hoc responsum.
Superiorum nomine qui veniant. Resp. 26. num. 50. pag. 113
An veniat electus, vt intersit Capitulo Prouinciali, vel generali num. 51.
Superiores considerantur dupliciter. num. 52.
Superioritas item est duplex. ibi.
Superiores etiam sine causa non posse præcipere est vani capitis asserere. Respon. 28. num. 101. pag. 129
A superiore exigens causam præcepti in ijs quæ spectant ad suum officium stulte agit num. 102.
Superior potest præcipere subdito sine expressione causæ sui præcepti. num. 101.
Superior aliud agens ad quod requiritur consensus fratrum præsumit egisse cum eorum consensu. num. 103.
Superior quoad reseruata. Vide Reseruatio Facultas.
Superiori iubenti seruare Rubricas Missalis contra legitimam consuetudinem an sit parendum. Resp. 47. per totum pag. 189
Superstitio quid sit. Resp. 95. num. 70. pag. 489
Explicatur definitio. num. 15. & seq.
Cultus superstitiosus alius falsus alius superfluus, & quid sit. num. 71. 72. 73.
Falsus duplex ex parte colentis, & ex parte medij, & quid sit. 73. & 74.
Ex parte medij circa quæ versetur. num. 75. & 76.
Superstitio quando peccatum mortale. num. 77
Vna vel altera vice obseruare somnia auguria auspicia fortes an sit mortale. ibi.
An ob talem obseruationem liceat aliquid facere, vel omittere. num. 93. & 94.
Superstitio procedens ex pacto expresso solet habere adiuncta alia grauissima crimina. num. 58.
Ad superstitionem quomodo pertineat vana obseruatio. num. 135. pag. 494
Vana obseruatio dicitur magia, & quid sit. num. 133.
Magia quomodo differat à diuinatione. num. 134.
Est grauissimum peccatum. ibi.
Nec paruitas materiæ excusat. ibi.
Nec renunciatio cuiuscumque pacti. num. 136.
Etiamsi mens dirigatur in Deum, & fiat causa experiendi, & ostendendi falsitatem illius artis. num. 137.
Quando possit esse veniale. num. 138.
Magicis vti ex leuitate, vel ioco an mortale. num. 139. 140.
Magia alia secum trahit grauissima peccata. num. 141.
Magi quæ soleant intendere. num. 142.
An ex hoc oriatur distinctio numerica. num. 143.
An sit magica superstitio petere à Dæmone, ea, quæ ipse potest facere. num. 144.
In dubio an effectus sit à causa naturali quid liceat num. 149.
In dubio an sit à Deo, vel à Dæmone quid. numero 150.
Magica obseruatio quomodo differat à diuinatione. num. 152.
Magia pertinens ad bona corporis. num. 154.
Scientia acquisita arte dæmonis an liceat vti. numero 153.
An deferre signa incognita. Item verba sacra, siue non sacra ea mente quod ex tali delatione non offendetur, non occidetur, non interibit subitaneo &c. huiusmodi. num. 155.
Sacras res deferre sperando ex diuina misericordia non infallibiliter credens an liceat. num. 156.
An liceat dicere aliquas orationes in ortu solis toe candelis accensis &c. num. 157. & 158.
Bouem ducere ad Ecclesiam, vel tot vicibus circumducere circa illam an liceat. num. 159.
Superstitio an sit colligere herbas in die Sancti Ioannis. num. 160. pag. 496
Quid cauendum. ibi.
Optime instruendi fideles. num. 161.
Item an sit superstitio vti ad Sanitatem tuendam ad euadenda pericula imaginibus astronomicis factis sub certis constellationibus. numer. 162.
An mutare locum dum quis amittit sedendo in vno loco, vt fortuna mutetur. num. 163.
Item consulere astrologos qua hora sit ludendum. num. 164.
Item deferre nodum. ibi.
Quid docendum de illis hominibus qui solo contactu sanant infirmitates etiam incurabiles, sanguinem detinent &c. mirabilia agunt. numer. 166
Item de illis qui petijs vulnera sanant. num. 167
Superstitio tendens in damnum proximi pessima. num. 168.

Quid

Quid aget confessarius cum pænitente qui magicis artibus vsus est in damnum alienius, vel in propriam vtilitatem vt si acquisiuit diuitias scientiam &c. an illis vti sit permittendus. nu. 169. & 170.
Vel adhuc damnum illatum proximo durat. num. 171.
An liceat destruere maleficia tam si pactum sit tantum de nocendo maleficio extante quam de cessando à nocumendo eo amato. num. 172.
Ad quid sit obligandus. num. 173.
Quid si iudex sit qui confitetur, & huiusmodi homines detineat in carceribus. num. 174.
An maleficus possit apponere signum contrarium, vt tollatur prius. num. 175.
Quid si dubium sit an magus sit vsurus alio signo superstitioso. num. 176.
Index quomodo possit iubere reos torquendus radi lauari &c. ibi.
An liceat petere à malefico, vt maleficum alio maleficio soluat. num. 177.
An possit cogi. ibi.
Quid si dubium sit esse vsurum medijs licitis. num. 178.
Quid si maleficus sciat media licita dubitatur tamen an illis sit vsurus. num. 179.
Quid debeat cauere petens à mago solutionem maleficij in hoc casu. num. 180.
An demon possit rogari, vel possit ab eo peti, vt maleficium soluat. num. 181.
An possit cogi. num. 182.
Quando ista sint reseruata Episcopis quando vero Inquisitoribus. num. 183. 184.
Explicantur modi sub quibus solet fieri reseruatio. num. 185. ad 188.
In supplicatione etiam si erretur in nomine incognito Principi nihil refert. Resp. 25. numer. 6. pag. 107
Suspensio ab officio impedit actualem non verro habitualem iurisdictionem. Resp. 18. num. 3. pag. 85
Impedit tantum quæ sunt officij non ordinis. num. 4.
Suspensio aliquando fertur per modum censuræ aliquando per modum pænæ. num. 5.
Modus cognoscendi quomodo sit lata. num. 6.
Suspensionis violatio omnis, & peccata non tamen omnis inducit irregularitatem. num. 1.
Suspicio quid sit, quomodo differat à præsumptione coniectuta adminiculo &c. Resp. 82. num. 64. pag. 403

T

Tacitum propositum in mente retentum dicitur abortiuum, & in contractibus nihil operatur. Resp. 6. num. 18. pag. 51
Tacito non inest tanta vis, vt possit inducere legum correctionem. Respon. 59. num. 75. pag. 247
Qui tacet &c. quomodo intelligendum. Resp. 60. num. 46. pag. 256
Tacere est medium inter consentire, & contradicere. num. 47.
Taciti, & expresi eadem virtus. Resp. 3. num. 135. pag. 31
Tempus inueteratum est illud de cuius initio memoria non extat. num. 32. pag. 22
Quod excedit hominum memoriam est centum annorum. ibi.
Longum est quod complectitur centum annos. ibi.
Necessarium ad firmandam consuetudinem incipit à primo actu. num. 33.
Hoc debet esse continuum. num. 34.
Quomodo dicatur interrumpi. num. 35.
Diutinum, & longum concluditur decem annis. ibi.
A iure requisitum debet esse continuum. num. 34.
Necessario requisitum ad professionem computatur de momento ad momentum. Resp. 11. nu. 13. pag. 65
Quod tempus sit considerandum ad verificandam euidentem vtilitatem in alienatione rerum Ecclesiasticarum. Resp. 62. num. 29. pag. 265
Tempus non successiuum, & non habens causam perpetuam sed momentaneam non attenditur. num. 32.
Tempore inhabili facere, & conferre in tempus inhabile idem est. Respon. 63. numer. 47. pag. 274
Tempus est concedendum ad cogitandum proferendo consilio. Respon. 28. numer. 135. pag. 131
Tempori ad consulendum nemo potest renunciare. ibi.
Tempore egemus, vt aliquid mature definiamus. num. 136.
Testator cognoscens dubietatem valoris sui testamenti, & ei non prospiciens, cum posit, censetur velle illud non valere. Resp. 2. num. 40. pag. 14
Item frangens sigilla. num. 41.
Sigilla si post mortem testatoris reperiantur amota à testamento præsumuntur amota à testatore. num. 41.
Testatoris dispositio non immutat dispositionem legis. Resp. 4. num. 9. pag. 38
Et quomodo intelligendum. ibi.
Eius voluntas dominatur. num. 10.
Testator non disponente de modo exequendæ suæ voluntatis ille est eligendus qui iudicatur magis aptus. num. 11.
Hic enim præsumitur ab eo volitus. ibi.
Testatoris verba sunt maxime consideranda pro habenda eius mente. num. 12.
Nisi considerentur facilis est deceptio. num. 13.
In minimis verbis testamenti inest aliquando maximus effectus. num. 14.
Pro habenda eius voluntate recurrendum est ad tenorem testamenti. num. 15.
Testator videtur velle se conformare dispositioni iuris communis nisi aliud exprimat, & nisi aliud consuetudine sit inductum. Resp. 8. num. 24. pag. 59
Testator fundans capellaniam videtur illam fundare iuxta consuetudinem Ecclesiæ in quam fundat. num. 36.
Videtur maiore dilectione prosequi iam natos quam nasciturос. Respon. 38. numer. 14. pag. 156
Quomodo intelligendum. num. 15.
Censetur disposuisse iuxta affectum quem habebat dum disposuit. num. 18.
Quod credit pro vero habetur. Resp. 55. num. 19. pag. 222
In ijs quæ non expresit censetur velle id, quod sentiret vir prudens. Resp. 57. nu. 10. pag. 235

Præsumitur prudens. num. 11.
Testatoris mens colligitur ex sequentibus, & annexis num. 8.
Eius dispositio debet intelligi vt facta à prudente. num. 11.
Mortui desiderium plerumque colligimus ex arbitrio, & opinione viuentium. num. 13.
Eius voluntatem interpretamur, vel quia ita sensit, vel quia interrogatus si fuisset ita respondisset, vel si cogitasset ita disposuisset. num. 14.
Testatoris mens si non potest seruari eo modo quo ipse vult debet seruari eo quo potest. nu. 15.
Ad hoc verba etiam sunt improprianda.
A testatore tradita sunt seruanda in specifica forma. num. 20.
Testator præsumitur voluisse prouidere in casu magis necessario. Respon. 58. numer. 19. pag. 238
A testatore requisita expresse vt interueniant in sua dispositione sunt de forma. num. 43.
Testator præsumitur velle grauare hæredem quanto minus fieri potest. Respon. 69. numer. 24. pag. 318
Quomodo intelligendum. ibi.
Testatoris mens colligitur ex verbis interpretatis secundum eius modum loquendi hoc deficiente, secundum communem etiam illo deficiente, secundum ius commune. Resp. 36. num. 4. & 5. pag. 143
Testatoris menti est standum si ex verbis aliquo modo potest haberi. num. 3.
Testamentum Patris. Vide Patris testamentum.
Testamentum quando dicatur perfectum perfectione vltimæ voluntatis. Respon. 2. numer. 12. pag. 10
Testamenti scriptura reperta inter cariores reputatur verum testamentum. num. 13.
Testamentum manu propria scriptum notario consignatum, sed non repertum in protocollo non valet. num. 19.
Testamentum in genere an possit dari. à num. 25. ad 36.
In testamento deficere solemnitates iuris, & conditiones appositas à testatore, differt. num. 39. pag. 14
Testamentum esse factum si publica fama doceat, creditur factum, & si non reperiatur. num. 40.
In testamento, quin leges habeant locum nemo potest facere, & quomodo intelligendum. Resp. 4. num. 9. pag. 38
Testamentum est explicandum iuxta dispositionem statuti. Resp. 37. num. 31. pag. 151
Testamenti verbis standum est, nec datur locus coniecturis, cum testator potuisset facile aliter disponere, si voluisset. Respon. 38. numer. 19. pag. 157
Testamentum nullum præteritione filij intelligitur nullum filio dicente de nullitate. Resp. 62. nu. 42. pag. 266
Testamenti verbis standum est, quæ præsumuntur vera. Resp. 63. num. 106. pag. 279
Testamentum nuncupatiuum probatur per testes, nec requirit scriptura. Resp. 74. numer. 3. pag. 349
Cum clausula. Actum reputatur perfectum, consummatum, & publicatum. num. 4.
Maxime apposita in fine. ibi.
Operatur lecturam coram partibus, & testibus. num. 5.
Ad hoc aliqui requirunt alias coniecturas. num. 6.
Includit effectum signi rogitus, & subscriptionis. num. 7.
Testamentum cum tali clausula iudex debet mandare redigi in formam authenticam licet deficiat subscriptio, si tamen repertum sit in protocollis, vel inter rogitus notarij. num. 8. & 9.
Vel in fasciculis vbi reliqua asseruantur. num. 10.
Item in filcijs. num. 11.
Hac clausula deficiente instrumentum non dicitur nullum. num. 12. & 13.
Testamentum an natiuitate posthumi rumpatur. num. 14. 15. 16.
In testamento quid operetur clausula codicillaris. à num. 24.
Quid operetur ad exclusionem posthumi. à nu. 24. ad 40.
Testamentum solemne non tollitur nisi per aliud solemne. num. 41.
Vna pars testamenti declarat aliam. Resp. 4. num. 102. pag. 45
Testis deponens de consuetudine quomodo debeat deponere. Resp. 3. num. 52. pag. 24
Testes conuenientes in dicto probant licet discrepent in causa dicti. Respon. 55. numer. 13. pag. 221
Item probant hæresim deponentes de blasphemijs hæreticalibus licet non eisdem. ibi.
Titulus coloratus, & error communis dat iurisdictionem. Resp. 90. num. 4. pag. 460
Nec sufficit error communis.
Amisso verò an duret coloratus. num. 5.
Coloratus non potest tribuere maiorem iurisdictionem quam verus. num. 6.
Traditio rei, vt donatio inter coniuges morte firmetur debet esse facta viuente donante. Resp. 63. num. 14. pag. 272
Non est necesse fieri tempore donationis. ibi.
Traditione rei facta à donatario sub hac conditione moriatur si conualuerit, & traditionem non tenocet an donatio valeat. num. 15.
Traditionis loco habetur confessio dotis receptæ facta matrimonio constante si censeatur facta à marito animo donandi. num. 16.
Traditionis loco habetur clausula constituti. nu. 17.
Item si donans retineat sibi vsumfructum rei donatæ. num. 18.
Item remissio debiti facta vxori à marito. nu. 19.
Item traditio instrumenti dotis. num. 21.
Item si item sibi debitam maritus per se, vel per alium transferat in vxorem. num. 22.
In traditione rei, vel corporis sui licet apponere pactum quodcunque bene visum. Resp. 64. nu. 10. pag. 287
Tantum quid significet. Respon. 82. numer. 47. pag. 402
Transactio cum clausula, quod in effectu contrauenrionis sit nulla intelligitur petente eo qui adimpleuit. Resp. 62. num. 44. pag. 266
Trebellianica an possit prohiberi respectu quorum, quibus verbis. vide Resp. 50. à num. 3. ad 26. pag. 194
Tutor non confecto inuentario ob necessitatem potest ministrare bona pupilli. Resp. 28. num. 42. pag. 123
Tuto. vide Hypotheca. Prælatio. filius &c.

V

Vana obseruatio. Vide Superstitio.
Venditio agri, domus &c. facta alteri quam vicino si ex statuto est nulla intelligitur vicino volente, & de nullitate dicente. Resp. 62. nu. 43. pag. 266
Venditio facta animo vendendi licet minori pretio non indiget insinuatione, & sustinetur, suppletur pretium. Resp. 63. num. 50. pag. 274
Facta animo donandi rescinditur, & pretium restituitur. ibi.
Gemmæ, statuæ, & picturæ, & medaleæ venduntur magno ptetio. Respon. 22. num. 46. & 47. pag. 100
Vendens triticum mense Decembri, quod erat seruaturus in mensem Maij, quomodo debeat pretium constituere si tunc constituit. num. 48.
Quid si tunc pretium non constituit. num. 49.
Delaturus merces in oras longinquas eum magno lucro si domi vendat quid possit lucrari. num. 50.
Venditio est iusta quoties interueniunt merces sine fraude, & iustum pretium. Resp. 75. num. 4. pag. 352
In venditione quid veniat colligitur ex pretio. Resp. 30. num. 10. pag. 134
De ratione venditionis, & de eius substantia quid sit. Resp. 1. num. 22. pag. 4. & num. 28. pag. 5
Veneficia, incantationes, & sortilegia non sunt reseruata quoties possunt producere naturaliter effectum nisi aliquod pactum intercedat tacitum, vel expressum. Resp. 87. num. 13. pag. 447
Et si adsit pactum sunt reseruata etiam non sequuto effectu. num. 15.
Quid si non possint naturaliter producere effectum num. 13.
Quid sint. Vide ibi. num. 4.
Velle nemo potest post mortem. Resp. 60. num. 55. pag. 256
Velle. Vide Nolle, & Resp. 79. num. 5. ad 18. & 34. pag. 378
Verba in legatis, & testamentis admittunt latam interpretationem. Respons. 4. numer. 56. pag. 41
In beneficijs sunt latissimè interpretanda. numer. 60.
Item in vniuersalibus. ibi.
Che sia del Commune quid significent. num. 61.
Generalia restringuntur ad verosimilem mentem testatoris. num. 69.
Sunt intelligenda secundum vsitatum modum loquendi. Resp. 7. num. 11. pag. 55
Qualitas verbo adiuncta debet verificari secundum tempus verbi. Respon. 8. numer. 6. pag. 57
Generalia generaliter intelligenda. Resp. 21. nu. 42. pag. 95
Limitantur ad habilia. ibi.
Sunt restringenda secundum potestatem loquentis num. 43.
Sunt intelligenda ne tollatur ius tertij. num. 44.
Verba mandare, & carere non indicant præceptum, sed consilium. Respon. 26. num. 38. & 39. pag. 112
Quid si sint indicatiua, & quid si impetatiua. num. 41.
Mando quando importet præceptum. num. 42.
Præcipio, & mando idem. num. 43.
Quæ differentia inter ista duo verba. num. 45.
Præcipio committit alio modo quam inest. ibi.
Verba exhortatoria quomodo inducant præceptum. num. 46.
Significatio verbi sumitur à congruentia personæ loquentis. num. 48.
A verborum proprietate non est recedendum cessante præsumpta voluntate testatoris. Resp. 37. num. 18. pag. 150
Verba generalia referuntur etiam ad futura. Resp. 38. num. 4. pag. 156
Prolata ab indoctis sunt interpretanda secundum communem vsum loquendi. num. 24.
Prolata à iuris peritis, & statutarijs secundum apices iuris, & peritorum consuetudinem. ibi.
Verba cum possunt interpretationem accipere à iure, & à consuetudine omissa interpretatione iuris recipitur illa consuetudinis, & communem modum loquendi. num. 25.
In testamentis non est recedendum à propria significatione. num. 27.
Importantia legatum important institutionem hæredis, si talis sit consuetudo, & communis vsus. num. 28.
In dispositionibus debent intelligi secundum personam in quam diriguntur. Resp. 46. num. 26. pag. 185
Verborum perplexitas est enodanda secundum præsumptam voluntatem deponentis. num. 27.
In contractibus verba non sunt interpretanda vt repugnant illorum naturæ. num. 28.
Maxime in legatis. num. 29.
Verba sunt interpretanda secundum consuetudinem loquentis, & illius vsus pro habenda voluntate est attendendus. Respon. 55. num. 5. & 6. pag. 221
In vltimis voluntatibus sumuntur, vt communiter solent adhiberi. Respons. 57. numer. 35. pag. 236
Verborum ille sensus est admittendus quem formant homines illis auditis. num. 36.
Verba in Concilijs non debent esse superflua. Resp. 67. num. 4. pag. 308
Cum agitur de fauore publico dilatantur. num. 6.
Testatoris magis ex eius vsu quam ex proprietate recipiunt interpretationem. Resp. 69. num. 6. pag. 317
Sunt intelligenda secundum naturam contractus. Resp. 79. num. 14. pag. 378
Sunt intelligenda secundum materiam de qua agitur etiam contra proprietatem. Resp. 82. num. 11. pag. 398
Verba statuti etiam importantia latam sententiam important tantum ferendam si ita appareat per sequentia. Respon. 37. num. 48. pag. 153
Verba iuris, & verba naturæ in successionibus quæ sint. Resp. 36. num. 56. & 57. pag. 147
Verba rebus debent accommodari. Resp. 53. num. 28. pag. 209
Veritas semper præualet, & omnia illi cedunt. Resp. 1. num. 11. pag. 3
Veritati cedit præsumptio. num. 3.
Vel, aliquando declarat, aliquando disiungit. Resp. 8. num. 23. pag. 59
Vindicare quid sit. Resp. 71. num. 36. pag. 329

Vindicare, & vindicta quando liceat. num. 76.

Vicarius qui est Canonicus in Choro sedet vt Canonicus, extra Chorum præcedit. Resp. 5. nu. 12. pag. 47

Vicarius Episcopi. Vide Episcopus.

Viuens non potest habere hæredem Resp. 77. nu. 8. pag. 370

Vocandi sunt omnes de Capitulo, de Definitorio &c. cum aliquid est agendum in illis vt acta sint valida. Resp. 28. num. 90. pag. 128

Voluntatem cessare, & voluntatem reuocare quid sit. Resp. 60. num. 51. pag. 256

Voluntas ita morte soluitur, vtqui aliquid non posset sine alterius voluntate illo mortuo id potest. num. 54.

Filius qui iurauit se non lusurum sine voluntate patris patre mortuo potest ludere. ibi.

Ita & prohibitus alienare. ibi.

Voluntatibus mors ponit finem sicut voluntas contractibus. num. 56.

Voluntas per mortem cessat, & mandatum expirat. num. 57.

Vnusquisque præsumitur mori in voluntate qua vixit. Resp. 63. num. 8. pag. 271

Voluntas testatoris maxime declaratur ex eius modo loquendi. Resp. 69. num. 5. pag. 317

Voluntati vltimæ sani, vel infirmi, siue signis, siue scriptis, siue verbis manifestatæ standum est in foro animæ, etiam contra solemne testamentum. Resp. 74. num. 44. pag. 351

Voluntas testatoris non reperitur in genere. Resp. 2. num. 37. pag. 13

Reuocata non dicitur vltima, sed reuocans est vltima voluntas. num. 38.

Est seruanda etiamsi sit contra leges in ijs quæ disponit. Resp. 4. num. 8. pag. 38

Non est seruanda si in dispositione non sunt seruata requisita ad validitatem testamenti. num. 10.

Voluntas testatoris est seruanda si verba aliquo modo possint deseruire saltem impropriè, & secundum latam significationem, alioqui dispositio redditur inutilis. num. 92.

Est amplectenda etiamsi verbis non sit expressa, dummodo sit verosimilis, & possit colligi ex traditis, quo casu habetur pro expressa. num. 96.

Colligitur tamquam ex validissimo argumento ex onere iniuncto legato. num. 102.

Voluntas testatoris totum facit. Resp. 37. num. 5. pag. 150

Voluntas vt mens testatoris in testamentis magis est attendenda quam leges. Respon. 38. num. 52 pag. 156

Vt saluetur licet recedere à propria significatione verborum. num. 6.

Est regina, & verba ei famulantur. num. 7.

Est diligenter inuestiganda, & secundum illam non secundum verba est iudicandum. num. 8.

In dispositione pro lege est habenda. Resp. 55. num. 17. pag. 222

Est lex. Resp. 58. num. 38. pag. 220

Vltima voluntas, & lex iudicantur ad paria. num. 39.

Non potest mutari sine assensu testantis. num. 40.

Voluntas colligitur ex dictis, & factis. Resp. 82. à num. 56. ad 61. pag. 403

Quod si ex istis non potest haberi recurritur ad alias circumstantias loci, personarum &c. num. 62.

Voluntates absentium quomodo coniungantur. Resp. 46. num. 43. pag. 186

Voliti tres sunt species. Res. 56. nu. 84. pag. 230

Voluntarium in reseruatis casibus quomodo sumatur Resp. 87. num. 75. pag. 450

Voluntarium. Vide Episcopus.

Voluntarium. Resp. 40. num. 29. pag. 163

Votum quid sit. Resp. 33. num. 5. pag. 136

Voto non adstringitur qui voto non intendit se obligare, licet votum emittat. Res. 15. n. 8. pag. 77.

Votum eo modo est seruando quo vouens intendit se obligare. Resp. 33. num. 4. pag. 136

Voti personalis materia non transit ad hæredes. n. 6.

Vota realia hæres tenetur exequi, non tamen ante aditam hæreditatem. num. 6. & 9.

Sunt soluenda iuxta vires hæreditatis. num. 8.

Quomodo verum quoad hæredes necessarios, & non necessarios. num. 10.

Idem de votis quoad legata ibi.

Qui vouit castitatem potest ante consummationem matrimonij ingredi religionem non tenetur tamen post matrimonium ratum. Resp. 26. num. 24. pag. 111

Votum in dubio est interpretandum vt testamentum Resp. 33. num. 13. pag. 137

Votum ex quo ius Ecclesiæ est quæsitum an possit dispensari. num. 14. & seq.

An hoc casu Ecclesia possit implorare officium iudicis pro voti exequtione. num. 15.

Votum non acceptatum an possit dispensari etiam sine consensu eorum, in quorum fauorem est factum, & à quibus. num. 22.

Vota fiunt immediatè Deo, locus pius Ecclesia sunt veluti materia circa quam. num. 23.

In voto non acceptato an commutatio fieri possit, & si fiat in melius, vel equale à quo. num. 29.

Quid sit melius in commutatione votorum. ibi.

An habens facultatem dispensandi habeat & commutandi. num. 30.

Voto alieno nemo potest obligari. num. 31.

Votum simplex paupertatis non reddit incapacem dominij, sed tantum vsus quorumcunq; rerum independenter à voluntate superioris. Resp. 46. num. 10. pag. 184

Reddit autem solemne. num. 11.

In votis quando non constat de mente, quod minimū est, est sequendum. Resp. 69. nu. 25. pag. 319

Quomodo hoc intelligendum. num. 40.

In votis aliud propositum, aliud deliberatio. Resp. 73. num. 15. pag. 346

Deliberatio propositum, & promissio quid. nu. 16.

Quid hoc scire importet. vsque ad num. 19.

Votum emissum præceptor regis potest esse validum. num. 22.

Votum metu emissum. Vide Metus.

Voto nemo obligatur præter intentionem. num. 25.

Vouens quasi volens, & nolens ad quid teneatur. n. 27.

Vota religiosorum æquiparari promissioni factæ homini an sit verum. Resp. 46. num. 44. pag. 187

Vsus loci, & conuersationis magis attenditur quam originis in legatis. Resp. 69. nu. 47. pag. 320

Vsus iuris, & vsus facti quid. Res. 46. nu. 7. pag. 183

Rerum quæ vnico, & non vnico actu consumuntur num. 8.

Harum primarius, & secundarius. num. 9.

Vsusfructus finitur cum morte vsufructuarij. Resp. 61. num. 23. pag. 259

Legatus Titio, & hæredibus transit tantum ad primos num. 24.

Regulariter non transit ad hæredes. num. 25.
Vsusfructuarius totius hæreditatis soluit debita. num. 26.
Quibus bonis an proprijs, vel hæreditatis. nu. 27.
An soluat vsusfructuarius tantum partis. num. 28.
Vsusfructuarius bonorum mobilium, & immobilium an soluat debita testatoris. num. 29.
An legata re pleno iure proprietatis, & vsusfructus num. 30.
An legato vsufructu omnium bonorum. num. 31.
An legato vsufructu rerum suarum, vel partis. n. 32.
Vsusfructus legato quando soluere debita spectat ad hæredem ex quibus bonis soluat. num. 33.
Quid de legatis.
Vsusfructuarius an debeat pati vendi tot bona hæreditatis quæ sufficiant pro solutione debitorum, & legatorum. num. 38.
Traduntur coniecturæ ad cognoscendum quando vsusfructuarius teneatur soluere debita. nu. 46. & 47.
Vsusfructuarius quocunq; modo institutus tenetur soluere gabellas rei, in qua fundatur vsusfructus num. 48.
Vsusfructuarius ad quid teneatur quoad censu s. n. 49
Vsusfructuarius nullum habet ius vocandi in iuditiū ratione proprietatis. Res. 60. nu. 59. pag. 257
Nec possunt defendere dominium rei. ibi.
Habet ius etiam sine mandato intentandi vendicationem eorum, ex quibus precipitur vsusfructus. num. 60.
Vsusfructus quomodo sit pars dominij. num. 23.
Vsufructu legato quando simul censeatur legata res num. 30.
Vsusfructuarius an possit soluere legata, vel spectet ad hæredem. Resp. 42. num. 2. pag. 167
Vsufructuario quando præsumatur esse impositum onus ex testamento. Eo Responso per totum.
Vsusfructus, & vsus quomodo differant à dominio. Resp. 46. num. 6. pag. 185
Vsura non est vbi non est inequalitas ex parte rei contra iustitiam. Resp. 1. num. 8. pag. 2
In vsura non dispensat Summus Pontifex. num. 9.
Ignorantia omnis vsuræ non potest dari datur in aliquo casu. Resp. 17. num. 7. pag. 84
Vsurario contractu acquisita bona fide an possent retineri. num. 8.
Vsura est prohibita iure naturali, & diuino. Resp. 22. num. 39. pag. 100
Vsuram qui diceret licere esset hæreticus. num. 40.
Vtilitas publica præfertur vtilitati priuatæ, & cuilibet priuilegio. Resp. 53. num. 59. pag. 211
Vulneratio quid sit. Resp. 87. num. 77. pag. 451
Qualis debeat esse vt sit casus reseruatus. num. 78.
Vxor instituta à marito vsufructuaria domina, & madomina quid possit habere extantibus filijs. Resp. 37. per totum, & quid extante statuto quod censeatur tantum alimentaria. ibi. pag. 150
Quid si constet de enixa testatoris voluntate. nu. 3
Vxori vsufructuariæ institutæ cū debetur vsusfructus filij deducunt legitimam, & quomodo. nu. 11.
Vsumfructum legitimæ filiorum vxori non potest legare maritus, & multo minus extraneis etiamsi constet de enixa voluntate. num. 12.
Vxori relictæ vsufructuariæ, & extraneo hærede an debeatur vsusfructus. num. 17.
Quid si filius sit hæres cum extraneo. num. 19.
Quid si hæres substitutus sit vulgariter filio. nu. 21
Quid si substitutus sit pupillariter, & vxor instituta vsufructuaria simpliciter. ibi.
Quid si instituta sit conditionaliter. num. 22.
Quid possit detrahi. ibi.
Vxori institutæ vsufructuariæ licet extantibus filijs debeantur tantum alimenta ijs tamen mortuis debetur integer vsusfructus. num. 22.
Nisi legatum sit conditionatum. ibi.
Quid si legatum sit conditionatum. nu. 24. & 25.
Quid requiratur vt mulier sit capax legati conditionati. num. 27.
Quid si conditio sit de habitando cum filijs, & honestè non possit. num. 28.
Vxor coniuncta cum filijs in vsufructu, re, & nomine per ius accrescendi succedit in vsumfructum ad exclusionem quorumcunque. num. 29.
Et quando hoc sit verum. ibi.
Vxori si quid à marito legetur præter dotem debetur dos, & legatum. Resp. 52. num. 24. pag. 204
Vxor absque vlla sententia iudicis, propria auctoritate potest remanere in detentione domus quam habitabat vnà cum marito viuente, donec ei dos soluatur. Resp. 59. num. 10. pag. 244
Vxoris bona siue patrimonium est triplicis generis. num. 30.
Vxorem indotatam an teneatur alere maritus. n. 34.
Vxor indotata pro dote tradit se ipsam. num. 36.
Indotata quod priuilegium habeat. num. 37.
Quale hoc sit. num. 38.
Vxorem an maritus possit non alimentare ob dotem non solutam. num. 44.
Vxor an possit recuperare dotem ex bonis mariti ab alijs possessis. num. 91. pag. 249
Quæ bona censeatur dedisse in dotem marito si dos non sit constituta num. 102.
De suis bonis etiam inuito marito potest disponere. num. 108.
Vxore contradicente fructus bonorum illius maritus non facit suos. num. 109.
Vxor sua bona quando possit vendicare. num. 110.
An possit repetere bona dotalia à marito alienata num. 116. pag. 250
Vxor quoad hypotecam. Vide Hypoteca.
Quoad Prælationem. Prælatio. Hypotheca. Priuilegium,
Vxor an teneatur sequi maritum. Resp. 64. nu. 12. pag. 287
Quid si maritus mutet domicilium pro sola sua lubentia. num. 3.
An teneatur sequi sub mortali. num. 4. & 5.
Quid si maritus vagetur. num. 6.
Quid si longum iter arripiat cito reuersurus. nu. 7.
Quid si diu moraturus. ibi.
Quid si exulet. num. 8.
Quid si intercedat pactum non sequendi. num. 9.
Quid si noua causa superueniat. num. 15.
Causæ excusantes quæ possint esse. num. 17.
Ibi etiam habes quid si intercessit iuramentum in supracitatis numeris.

Finis Indicis XCIX. Responsorum.

INDICVLVS

INDICVLVS

Eorum quæ continentur in Responso de Indulgentijs, & Iubileo.

De Indulgentijs.

Indulgentia quid sit quoad quod nominis, & rei. Resp. 98. num. 2. & 3. pag. 540
Vniuersalis è particularis. num. 20. & 22.
Personalis realis, & localis. num. 26.
A quo possit concedi. num. 7.
An à Concilio. num. 8.
An ab Episcopo, & quomodo illi competat. nu. 9. & 11.
Qua potestate concedatur. num. 10.
An concedatur à Prælatis Episcopo inferioribus. num. 12.
Prælati Regulares admittant ad participationem bonorum operum num. 13.
An potestas concedendi indulgentias possit delegari Clerico. num. 14.
Qui de facto concedant. num. 15.
Quibus concedere possint. num. 16.
An requiratur finis, & qui. num. 17. & 23.
An requiratur causa, & quæ. num. 18.
Quæ ad indulgentiam vniuersalem. numer. 20. & 21.
Quid si adsit causa sed non adequata. num. 19.
Opus necessarium pro assequtione Indulgentiæ quale debeat esse. num. 24. & 25.
Datam visitantibus, vel ingredientibus Ecclesias oratoria Capellas &c. quando lucretur visitans &c. num. 30.
Quomodo datam orantibus. num. 32.
An acquiratur concessa visitanti acquiratur ab illo qui ob multitudinem non potest ingredi. num. 31.
Quoties possint acquiri perpetuæ. num. 37.
Quoties concessæ ad septennium. num. 38.
Quoties concessæ à primis vesperis ad occasum solis. num. 35.
Quid si omittatur consilio Confessarij aliquod opus requisitum. num. 46.
Indulgentia acquiri gloriam difficile assertum defenditur non sustineri. num. 6.
Quæ dispositio requiratur ad assequtionem Indulgentiæ. num. 50. & 52.
Quomodo requiratur status gratiæ. num. 51.
Inualide confessus sed bona fide an indulgentiam acquirat. num. 51.
Quid sit effectus indulgentiæ pro viuis, & defunctis num. 54.
An aliquando acquiratur pars tantum Indulgentiæ num. 55.
Quid acquirat habens quinque Medaleas Cruces, vel Imagines omnes cum Indulgentia plenaria semel recitando quinque Pater noster, & Aue Maria, cum vna consequta reliquæ videantur superfluæ. num. 56.
Indulgentiæ pro viuis, & pro mortuis quomodo concedantur. num. 58.
Quid sit Indulgentia per modum suffragij. num. 59.
An viuens pro viuente possit Indulgentiam lucrari num. 62.
An viuens viuenti concessam Indulgentiam possit lucrari pro mortuis, & an concessam pro mortuis possit lucrari pro viuis. num. 61.
An Summus Pontifex possit Indulgentijs enacuare Purgatorium. num. 60.
Quid possit mouere Summum Pontificem ad applicandum Indulgentias Medaleis locis &c. num. 27.
Diruto loco an perseueret Indulgentia. num. 28.
Quid si frangatur Imago Rosarium Medalea. num. 29.
Indulgentiæ concessæ pro die an extendantur ad Octauam. num. 39.
Quid de Indulgentia Portiunculæ. num. 36.
Quæ eleemosina sufficiat pro assequtione Indulgentiæ. num. 40.
Quid sit visitare altaria. num. 33.
Quomodo explicandæ indulgentiæ. num. 45.
Quid intelligatur concessum cum conceditur Indulgentia plenaria, & centum annorum &c. num. 43.
Quid cum conceditur centum annorum, & tot quadragenarum, vel carenarum. num. 41.
Quæ pœna istis respondeat. num. 42.
Quid intelligatur cum conceditur contritis, & confessis. num. 47.
Quid cum additur de omnibus peccatis corde contritis, & ore Confessis &c. num. 48.
Quid cum dicitur dummodo alia non sit concessa. num. 49.
Quid cum dicitur, ac si visitarint septem altaria Romæ &c. num. 53.
Quid dum conceditur Indulgentia in forma Iubilei. num. 44.

De Iubileo Anni Sancti.

Quid sit Iubileum quoad quid nominis, & rei. nu. 63. & 64.
Quibus temporibus dari solitum. num. 65.
In illo non conceditur electio Confessarij. nu. 66.
Quando incipiat tempus Iubilei. num. 78.
Dictio A. quid significet. num. 79. 80. & 81.
An aliqui maiorem alij minorem indulgentiam consequantur. num. 83.
An hoc Iubileum possit pluries comparari. nu. 84.
An sicut peregrini incepto itinere, ita Romæ commorantes incepta visitatione Iubileum lucrentur. num. 85.
An peccent Iubileum non lucrantes. num. 86.

De visitatione Ecclesiarum.

Teneantur visitare præscriptas Ecclesias, qui Iubileum volunt lucrari. num. 73.
An omnes eodem die. num. 75.
An sit necesse ingredi Portam sanctam. nu. 82.
Romani quomodo teneantur visitare, & quomodo exteri. num. 74
An Pænitentiarij possint abbreuiare. ibi.
Qui veniant nomine Romanorum, & Incolarum num. 76. & 77.

Status Gratiæ.

An requiratur confessio. num. 67.
Omittens confessionem ex probabili sententia an Iubileum lucretur. num. 68.
Ex eo quod conceditur electio Confessarij non arguitur necessitas confessionis. num. 69.
Non videtur consequenter dictum requiri confessionem necessario, & non esse necessariam cum tantum venialibus tenetur. num. 70.
De absolutione à reseruatis nihil dicitur, quia non datur

datur Confessarij electio.

De suspensione facultatum absoluendi.

Suspenduntur facultates absoluendi. num. 99.
Vt sciatur quæ suspendantur inspiciendus est tenor Iubilei. num. 100.
Expenduntur aliqui modi. num. 101.
An negata facult. dispensandi sit negata absoluendi. num. 183.
An negata tempore Iubilei eo elapso reuiuiscant. num. 104.

De suspensione Indulgentiarum.

Suspenduntur Indulgentiæ pro Anni sancti Iub. num. 88.
An plenariæ locales, reales, & personales. num. 89.
An Indulgentia Portiunculæ. num. 90.
An illa Cruciatæ. num. 91.
An Vrbis Romæ medalearum &c. pro ibi existentib. num. 92.
An Indulgentiæ non plenariæ. num. 93.
Quid de plenarijs in articulo mortis. num. 94.
Quid de Indulgentijs pro defunctis. num. 97.
Iubileum an possit acquiri pro defunctis. num. 98.
Quid de communicationibus quas dant Regulares suis benefactoribus. num. 95.
Quando incipiat reuocatio. num. 96.

De Iubileo duarum hebdomadarum.

Absoluere, & absolutio.

Absoluere à quibus possit casibus &c. inspiciendus est tenor Iubilei. num. 153.
Data facultate absoluendi à casibus Papæ reseruaris an censeatur data etiam à censuris. nu. 154.
An data eadem facultate absoluendi à casibus Episcopo reseruatis censeatur data etiam de censuris eidem reseruatis. num. 155.
An data facultate absoluendi à casibus, & censuris Episcopo reseruatis veniat absolutio ab excommunicatione ob abortum fœtus animati. num. 160. ibi.
An concessa facultate facultas absoluendi à reseruatis Papæ extendatur ad reseruata Episcopis. num. 157.
Concessa facultate absoluendi ab omnibus censuris reseruatis à iure, & ab homine latis, & à iudice an possit absolui nominatim excommunicatus. num. 158. & 159.
Concessa facultas absoluendi ab omnibus casibus, & censuris Sedi Apostolicæ reseruatis an comprehendat casus in Bulla Cænæ. num. 162.
Quid si addatur etiam in Bulla Cænæ. num. 163.
An requiratur alia derogatio. num. 163. & 164.
Concessa facultate absoluendi ab omnibus casibus in Bulla Cænæ reseruatis sit concessa absolutio ab hæresi.
Absolutio data compliei an valida. numer. 218. & 219.
Quid attentis Constitutionibus Prouincialibus, & Synodalibus Mediolanensibus, etiam tempore Iubilei. num. 217. & 220.
Quid de Confessarijs Regularibus quoad hoc. nu. 221. & 222.
Quid de Sæcularibus Confessarijs. num. 223.
Concilium Prouinciale quomodo intelligendũ. ibi.
An possit absolui spe Iubilei peccans. nu. 224. 225. & 226.
An peccans post publicationem Iubilei. num. 227. & 228.
An semel absolutus possit iterum absolui. nu. 229.
Quomodo intelligendum quod absolutio detur pro vna vice, & hac vice. num. 230.
An virtute Iubilei possit impendi absolutio ab excommunicatione extra Sacramentum. num. 272.
Absolutio ab excommunicatione datur etiam inuito. num. 278.
Absoluentem non est necesse habere notitiam excommunicationum. num. 279.
Quid si excommunicatio sit Papæ reseruata.
Si quis absoluatur ab excommunicatione absoluitur etiam à peccato. num. 280. & 282.
Quæ intentio requiratur. num. 281.
Tacens dolo censuras si Confessarius intendat ab omnibus absoluere an sit absolutus etiam ab illis num. 283.
Quid si clarè non constet de intentione. num. 284.
Quid si censuræ sint reseruatæ Episcopo. num. 280.
Quid si quis confiteatur tempore Iubilei, & obliuiscatur aliquorum peccatorum reseruatorum poteritne elapsõ Iubileo à quocunq; absolui. num. 282. & 285.
An vt possit absolui debeat præstitisse opera Iubilei. num. 286.
Quid si confessus fuit, & Iubileum non obtinuit. num. 287.
Quid de peccatis oblitis, vel non confessis culpabiliter. num. 288.
Quid si omnia reseruata expliceutur, sed confessio sit nulla. num. 289.
Quid si confessus tempore Iubilei intendebat lucrari illud, sed postea non est lucratus. num. 291.
Quid si Confessarius absoluat nihil cogitans de limitatione, vel illimitatione intentionis absoluendi. num. 290.
Vt cognoscatur quid possit Confessarius extra Iubileum absoluendo à reseruatis tam peccatis, quam censuris virtute præcedentis Iubilei. obseruat. num. 277. & 278.
Aduertentia pro Confessario ad firmandam intentionem pro danda absolutione tempore Iubilei. num. 292.
An confessus tempore Iubilei, sed nullius reseruati si reseruati postea recordetur elapso Iubileo an possit absolui. num. 293.
An nullo modo confitens bona fide putans se non habere peccata confitenda si elapso Iubileo recordetur reseruatorum possit absolui. nu. 294.
Absolutus à censuris animo lucrandi Iubileum si postea non lucretur an reincidat. num. 295.
An à reseruatis absoluatur non habens intentionem lucrandi Iubileum. num. 296.
An sit absolutus qui aliquid omittit non sua culpa, sed Confessarij. num. 297.

Approbatio Confessarij.

Quid sit approbatio. num. 110.
Approbatus solo iuditio externo an dicatur approbatus sufficienter. num. 111.
Approbatio non dat iurisdictionem, & iurisdictio non dat approbationem. num. 112.
Approbationem tantum dat Episcopus Regularibus non iurisdictionem. num. 113.
Sæcularibus dat vtramque. ibi.
Non rectè sentiunt aliter sentientes. num. 114.
Approbatio varijs clausulis limitatur. num. 115.

Approbatio ad formam Concilij, vel ab Ordinario.

Quis dicatur hoc modo approbatus. num. 116.
Expenditur declaratio Sacræ Congreg. facta Episcopo

copo Valentino. num. 119.

Declarationes Sacræ Congreg. quanti facienda. ibi.

An in proposito casu approbatus in vna Diæcesi sine limitatione an possit vbique absoluere. num. 121.

Quid dè Parocho. num. 122.

Quid de Confessario approbato limitatè. nu. 123.

Quid si approbatus sit omninò ignarus. num. 124.

Approbatio ab Ordinario loci.

Nomine Episcopi, vel Ordinarij qui veniant. num. 127.

Quid de Prælatis Regularium. num. 128.

Approbati Confessarij ab Ordinario loci possunt eligi à subditis illius vbique. num. 129.

An eodem modo possit Parochus. num. 130.

Clausula iniunctâ tamen pænitentia.

Quomodo sit intelligenda. num. 233.

An minor pænitentia ratione Iubilei possit iniungi quam alias asset iniungenda. ibi.

Pænitentiam an pænitens teneatur acceptare. num. 234.

Quo animo. ibi.

An possit minui iniuncta relaxari &c. num. 235.

A quo. num. 236. & 237.

An facta commutatione liberum sit pænitenti redire ad primam. num. 238.

An possit tota relaxari. num. 239.

Quid si reseruata esset commutatio &c. num. 240.

An pænitentia iniuncta pro reseruatis possit commutari à non habente facultatem absoluendi ab ipsis num. 241.

Pro minuenda, vel commutanda pænitentia an requiratur causa, & quæ. numer. 242. & 243.

Ad obtinendam commutationem pænitentiæ an sit iteranda confessio. num. 244.

Quid si pænitens sit oblitus pænitentiæ etiam sua culpa. num. 245.

Quid si primus Confessarius recordetur saltem si tunc pænitentia teneturne pænitens pro commutatione &c. ad illum accedere. num. 246.

Quid si improportionata sit iniuncta. num. 247.

An his casibus obligatio pænitentiæ. num. 248.

Pænitentia improportionata à quo possit reduci ad equalitatem. num. 249.

Quid si nimia sit. num. 250.

Pænitentiæ commutatio &c. possit fieri extra Sacramentum. num. 251. & 252.

Pænitentiæ faciendæ obligationi an indulgentiarum acquisitione satisfiat. num. 253.

Pænitentia an virtute clauium, non dispensando indulgentiam possit à Superiore remitti. numer. 253.

Quid de pænitentijs satisfactiuis. num. 254.

Pænitentiæ præseruatiuæ an essent cessante causa, & possint commutari, & à quo extra confessionem. num. 255.

Quid possit Confessarius tempore Iubilei quoad pænitentias. num. 256.

Clausula satisfacta parte.

Quid intelligatur nomine partis. num. 257.

Qualis debeat esse satisfactio. num. 258.

An præmittenda absolutioni. num. 259.

Quid seruandum in satisfactione spectante ad forum fori. num. 260.

Quid in spectantibus ad forum conscientiæ. num. 261.

Satisfactio cum dari non potest, quæ cautio requirenda. num. 262.

Quid stante ista clausula, & reseruet sibi Superior satisfactionem. num. 263.

Quid si non aduocet eam Superior ad se. num. 264.

Posita dicta clausula potens satisfacere non satisfacta parte an sit validè absolutus. num. 265.

Quid si absoluatur ab habente potestatem ordinariam. num. 265.

Quid si à delegatam habente. num. 266.

Quid si in Bulla additum sit. Si tamen pænitens priua satisfecerit. num. 267.

An stante eadem clausula absolutus ob impotentiam ab excommunicatione, si fiat potens satisfacere an reincidat. num. 268.

Quid si fuit absolutus ab Ordinario. ibi.

Quid si à delegato. num. 269. & 270.

Quibus modis debito satisfiat. num. 271.

Absolutio data in foro conscientiæ satisfacta parte an valeat etiam in foro exteriori. num. 272.

Quid de absolutione ab excommunicatione lata ab Audit. Cameræ &c. ob non solutas pensiones &c. num. 273.

Quomodo possit probari data absolutio. nu. 274.

An attestatione Confessarij. num. 275.

Absolutio obtenta in foro interiori soluit ab excommunicatione etiam in foro exteriori non tamen à pæna debita delicto ob quod est inflicta. num. 276.

Clausula hac vice &c. in Iubileo quomodo explicanda. num. 230.

Communio.

Communio debet esse sacramentalis. num. 603.

An possit commutari. num. 604.

An sufficiat facta in mortali. num. 605.

An facta in veniali habituali. num. 606.

Quando possit fieri. num. 607.

Commutatio votorum, & iuramentorum.

Quid sit commutatio. num. 38.

Commutare, & dispensare quomodo differant. num. 309.

Commutatio, & redemptio voti differunt. nu. 310.

Commutandi facultas nunquam præsumitur data. num. 315.

Debet esse expressa. ibi.

Expressa facultate commutandi an sit data dispensandi. num. 316. 317. 318.

Aduertentia quoad hoc pro Confessarijs. nu. 319.

Quid dicendum de Regularibus. num. 320.

Concessa commutatione quę dispensatio censeatur data. num. 321.

Commutatio voti in equale an possit fieri ab ipso vouente. num. 331.

Consilium Lessij ad hoc. num. 322.

Quid si dubium sit an commutatio sit in equale. num. 323.

Quid si dubium sit an sit in melius. ibi.

Quomodo sit consideranda equalitas. ibi.

Quid possit circa hoc auctoritate delegata. ibi. in fine, & num. 324.

Aduertentia pro Confessario. num. 325.

Maius bonum in commutatione votorum quomodo considerandum. num. 326.

Quæ vota possint commutari ab habente potestatem ordinariam, vel delegatam. num. 343.

Quæ non possint. ibi.

Quæ vota possint commutari tempore Iubilei num. 344.

Habens facultatem commutandi vota an habeat etiam commutandi iuramenta. num. 327.

Nulla facta commutatione generali, vel spetiali, vel si spetiali aliquorum tantum determinate si quæ sunt oblita an elapso tempore Iubilei possint dispensari, vel commutari. num. 522.
A quo sit facienda. num. 523

Confessio, & Confessarius.

An Confessio possit fieri die Dominico. num. 298
An in tali confessione vota commutari &c. ibi.
Quid aget Confessarius cum illo qui vltimo Sabbato nullis peractis ex requisitis ad iubileum ad ipsum accedit pro assequendo Iubileo. numer. 299.
Quid cum illo qui existit in occasione peccandi, num. 300
Quid cum illo qui non potuit intra tempus Iubilei confiteri, quia multo tempore indigebat. num. 301.
Quid cum illo cui delatum est tempus Iubilei, & incidit in noua reseruata &c. num. 302.
Confessarius virtute Iubilei circa vota potest quidquid potest Episcopus in foro animæ. num. 422
An possit vti Epicheia sicut potest Episcopus. num. 423. 424. 425.
Confessarius quæ vota facile debet dispensare, & commutare. num. 434. & 435.
Confessarius in commutatione, & dispensatione debet esse valde prudens. num. 449
Confessarij non multum periti quomodo se gerere debeant in commutando, & dispensando. num. 451.
Confessarius electus ex Iubileo non potest subdelegare. num. 505.
Confessarius quam intentionem habere debeat dispensando, vel commutando virtute Iubilei. num. 507.
An teneatur dispensare, & commutare. nu. 509.
An peccet ista non exequendo. num. 510.
An si petatur, vt commutet, & dispenset, & nihil opus pænitens sit dispensatus &c. num. 508.
Confessarius ante præstationem operum an teneatur commutare, vel dispensare, & quid agere possit. num. 516. 517.
Confessarius dispensans, & commutans aliqua de quibus determinate fuit requisitus possit dispensare, & commutare si pænitens alia recordetur elapso tempore Iubilei. num. 518.
Electus Confessus si differat tempus Iubilei interim moriatur quid aget pænitens. num. 524.
Confessarius concedens dilationem concedit duas hebdomadas integras. num. 544.
Confessarij copiam non habens qui concedat dilationem, & legitimo existente impedimento, vel nesciens esse necessarium dilationem fieri à Confessario an elapso tempore possit lucrari. num. 445.
Confessio non potest commutari sed differri. no. 555
An cum requiritur Confessio, vt opus necessarium semel facta si aliquod peccatum recordatur an sit confitendum. num. 599.
An possit postponi si in Iubileo præscribatur quod antecedat alia opera. num. 602.
Declarationes Sacræ Congregationis quam habeant authoritatem. num. 119.

Dispensatio Dispensare vota.

Quid sit dispensatio. num. 307.
Differentia inter dispensationem, & commutationem num. 309.
Dispensatio differt ab irritatione, & cassatione, num. 314.
Dispensare differt à declarare nullum, & interpretari num. 311.
Dispensandi facultas non præsumitur data sed debet esse expressa. num. 315.
Expressa facultate dispensandi an sit data commutandi. num. 316. 317. 318.
Aduertentia pro Confessarijs quoad dispensationes. num. 319.
Quid de Regularibus. num. 320.
Quæ vota possint dispensari, & quæ non. nu. 343.
Quæ vota possint dispensari tempore Iubilei. nu. 344.
An data facultas dispensandi in votis extendatur ad iuramenta. num. 327.
Quid de habente potestatem ordinariam. nu. 332.
Quid de habente delegatam. num. 331.
Iuramentum, & votum in quo differant. num. 328.
Quæ maior sit obligatio voti an iuramenti. num. 329.
Quot modis fiat iuramentum. num. 330.
Quid de iuramento facto soli Deo. num. 333.
Quid de iuramento acceptato facto homini de re illicita. num. 334.
Iuramentum in fauorem hominis quotupliciter fiat. num. 335.
Quid possit circa iuramenta delegatus. num. 336.
Vide reliqua in verbo dispensare ne eadem cogamur repetere.
Dispensatio facta per Epicheiam quousq; se extendat num. 426.

Electio Confessarij.

Quid sit Confessarij electio. num. 106.
Nisi pænitens aligat Confessarium Confessarius nihil potest quoad priuilegia Iubilei. num. 107.
Facta electione Confessarij an possit mutari, num. 108.
Eligens approbatum Confessarium pro solo tempore Iubilei an eo elapso possit eidem confiteri. num. 109.
Quem Confessarium possit sibi eligere Episcopus num. 150.
Quem possit Cardinalis non Episcopus. num. 151.
An tempore Iubilei possint plures eligi Confessarij ad diuersa præstanda. num. 152.

Eleemosina.

Eleemosina quotuplex sit. num. 608.
An pauper teneatur dare eleemosinam. num. 609. & 610.
An Religiosi. num. 611.
Quæ debeat esse cum dicitur esse faciendam iuxta vires cuiusque. num. 612.

Hæreticus Heresis.

Vt quis dicatur Hæreticus quæ requirantur. numer. 166.
Tria assignantur. 1. vt sit Christianus qui deficit à fide. num. 167.
Ideo excluditur Infidelis. ibi.
Cathecumenus. num. 168.
An excludatur ficte baptizatus. num. 169.
Quid in foro fori. ibi.
An sit credendum dicenti se esse ficte Baptizatum. ibi.
Quam iurisdictionem in istum habeat Ecclesia. ibi.
Habens ante baptismum errorem in fide an post baptismum in eo perseuerans sit hereticus. num. 170.
2. Requisitum ad hæreticum constituendum est Error in fide. num. 171.
Ex quo excluditur ille qui facit etiam ea quæ sunt

in

in dedeons fidei dummodo in illa sit firmns.
Licet in foro fori præsumatur. num. 171.
An sufficiat putare errorem cui adhæret esse contra fidem ad constituendum hæreticum. num. 172.
An sufficiat dubium, & quale. num. 173.
An agitatus tentationibus suspendens assensum. num. 174.
Quid de scrupulosis. num. 175.
3. Requisitum. Pertinacia. num. 176.
In quo consistat. num. 176.
Ignorantia quando excuset. num. 177.
Quando peccatur contra præceptum sciendi necessaria ad fidem. num. 178.
Quot sua genera hæreticorum. num. 179.
An hæresis debeat esse aliquo externo signo manifestata. num. 180.
Qualia debeant esse ista signa. num. 181.
Debeut declarare errorem, & quæ sint talia. num. 182. & 183.
An manifestans hæresim quam tenet, sed ad petendum consilium cadat sub reseruatione. numer. 184.
Quid si ex iactantia &c. hæresim manifestet. numer. 185.
An hæreticus exscribens, vel referens hæresim. num. 186.
An dormiens hæresim, quam tenet, proferens. num. 187.
Ex factis quomode hæresis manifestetur. num. 188.

Ieiunium.

Quod requiratur ad Iubilæum comparandum. num. 593.
Quomodo intelligendum quod commestio sit circa meridiem. num. 594.
An peccet, & lucretur qui anticipat. num. 595.
An collatio si fiat mane sit facienda ea hora qua fieret cœna. num. 596.
A quibus cibis abstinendum. num. 597. & 598.
Commutatio ieiunij quomodo facienda. nu. 553.
Respectu iuuenum. num. 554.
Irregulariras an possit tolli concessa in Iubileo amplissima facultate absoluendi. num. 214. 215. 216.

Iubileum.

In Iubileo iniungitur onus orandi pro Summo Pontifice quid si moriatur Summus Ponrifex, & ideo hoc non possit adimpleri? cessatne Iubileum? num. 231. & 232.
Iubileum potest comparari cum omnibus suis priuilegijs in vtraque hebdomada si opera in vtraque præstentur. num. 203.
Acquisitum Iubileum in vno loco an possit acquiri in alio. num. 305.
Quid de Indulgentijs. ibi.
Iubileum nequit vnus pro alio adipisci. num. 306.
Nec Indulgentiam. ibi.

Iubilei Publicatio.

Episcopus sub mortali tenetur publicare Iubileum. num. 528.
Romæ est expectanda solemnis publicatio. numer. 530.
In locis infidelium &c. sufficit qualibet notitia. num. 531.
Quid in locis vbi non sunt ordinarij. num. 532.
Quid quoad Regulares. num. 534.
Putans Romæ esse publicatum cum non sit an præstans requisita lucretur Iubileum. num. 535.
Existens extra patriam potest differre donec in patria publicetur. num. 536.
Existens in patria vbi est promulgatum, & non habens notitiam publicationis nisi in fine vltimæ hæbdomadis quid aget. num. 537.
Quid si sciuit, & noluit acquire. num. 558.
Publicatio inbileo in patria necessitate compulsus discedens, an rediens possit lucrari. num. 546.
Existens in patria tempore publicationis visitans ibi Ecclesias potest cætera alibi præstare. num. 540.
Tutius peraguntur omnia in vno loco. num. 541.
Iubileum an possint lucrari catheeumeni. num. 613. & 614.
Manifestum Notorium Publicum occultum deductum ad forum contentiosum. Vide à num. 189. ad 212.

Nouitij.

Nouitij an possint sibi eligere confessarium. nu. 147.
Notorium. Vide manifestum.
Occultum. Vide manifestum.
Opera quæ iniungantur in Iubileo. num. 526.
Operum permutatio non potest fieri nisi exprimatur. num. 547.
Cum permittitur à quo facienda. num. 548.
An possit fieri extra confessionem, & à quo confessario num. 549.
Quo tempore. num. 550.
Si fiat sine causa an acquiratur Iubileum. nu. 551.
Aduertentia pro commutatione. numer. 552. & 553.
Nisi opera adimpleantur, vel rationabiliter commutentur iubileum non acquiritur. num. 556.
Nec item nisi omnia, nec sufficit ex parte. num. 557.
Opera esse iniuncta per modum vnius quomodo possit cognosci. num. 558.
Quid si aliqua omittantur ex probabili sententia. num. 559.
Quid si aliqua leuis pars omittatur. num. 560.
Quæ sit iudicanda leuis pars num. 560.
Opera sunt facienda, vt præscribuntur. num. 561.
Opera personalia non possunt per alium fieri. num. 562.
An operibus alias debitis satisfiat. num. 564.
Qualia debeant esse opera. num. 569. & 571.
An sufficiat præstare vltimum opus in gratiâ. num. 568.
Quid si opus vitietur aliqua circumstantia. num. 570.
An quibus diebus potest fieri communio possint præstari etiam reliqua opera. num. 578.

Intentio in opere.

Quæ intentio in opere sit requisita. num. 565.
Quid si opus sit factum intentione non bona. num. 566.
An sufficiat intentio satisfaciendi menti Summi Pontificis. num. 567.
Processionibus non interessentes an peccent. numer. 529.

Regulares.

Regulares non possunt absolui, nisi à proprijs Prælatis. num. 133.
Neque ab alijs Regularibus. num. 134.
Quid si adsit aliqua tolerantia, vel contraria consuetudo. num. 135.
Hæc consuetudo an possit reuocari. num. 136.
Possunt confiterij Pænitentiarijs Papæ. num. 137.
Iter agentes confitentur cuicumq; Sacerdoti etiam sæculari. num. 138.
Nec est necesse est approbatum ab Episcopo. num.

num. 139.
Si tamen habeant socium suæ Religionis teneatur illi confiteri, etiamsi non sit approbatus. num. 140.
Peruenientes ad aliquod monasterium etiamsi ibi non sint deputati de familia tenentur confiteri Confessarijs deputatis pro tali monasterio. num. 141.
In itinere confitentes reseruata directè ab illis non absoluuntur sed debent in monasterio ab auctoritatem habente iterum directè absolui. num. 142.
Regulares extra religionem eligere sibi confessarium vetat ius commune, & Priuilegia. num. 143.
Regulares an possint eligere sibi confessarium extra religionem virtute Iubilei Cruciatæ &c. numer. 144. 145. 146.
An eum in Iubileo requiritur quod confessarius sit approbatus ab ordinario loci possint eligere approbatum tantum à suo superiore. num. 131.
Regulares an semper veniant sub nomine Christi fidelium. num. 146.
Regulares qui possint dispensare ad petendum debitum. num. 427. 428.
Regulares an virtute Iubilei, & an virtute suorum priuilegiorum teneantur dispensare, & commutare. num. 512.
Quid de absolutione à censuris. num. 513.
Regulares quid possint virtute suorum priuilegiorum, & commutationibus, & dispensationibus. num. 525.
Regulares quas Ecclesias teneantur visitare. nu. 581.
Quid de monialibus. num. 582.
Regulares an teneantur dare eleemosinam, & quid agere debeant superiores. num. 611.

Visitatio Ecclesiarum.

A quo sint deputandæ Ecclesiæ. num. 533.
Quot Ecclesiæ sint visitandæ. num. 572.
An visitandæ in gratia. num. 573.
An omnes visitandæ quas præscribit ordinarius. num. 574.
Quid si præscribat pauciores quam in bulla. num. 575.
An omnes eodem die visitandæ. num. 576.
An possint visitari die Dominico vltimæ hebdomadæ. num. 577.
An ijsdem diebus quibus potest fieri communio possint præstari, & cætera opera, & visitatio. num. 578.
An vsque ad mediam noctem vltimi diei. nu. 579.
Assignatur modus tutus. num. 580.

Visitare deuotè, & orare.

Quid sit deuotè visitare. num. 584.
Deuotè esset visitandum licet non exprimeretur. num. 583.
Quid sit deuotè orare. num. 585.
An satisfiat oratione mentali. num. 586.
Quid si preces præscribantur. num. 587.
An sint recitandæ quæ præscribuntur ab Episcopo num. 588.
An orationes alternatiuè possint recitari. nu. 589
An sit orandum detecto capite. num. 590.
Quantum sit orandum. num. 591.

Votum.

Votum. Vide dispensatio. Commutatio.
Votum non peccandi mortaliter an teneat. nu. 432.
An non peccandi venialiter. num. 431.

Finis Indiculi.

Aliquæ propositiones magis communes.

Actus nullus ex defectu substantialiū non habet subiectū confirmabile. Resp. 82. n. 158. pag. 418

Actuum multiplicitas non præsumitur. Resp. 2. nu. 28. pag. 12

Argumentum à communiter accedentibus est validum Resp. 2. num. 31.

A diuersis non fit illatio. Respon. 38. nu. 12. pag. 156

Accessorium sequitur naturam principalis. Resp. 11. num. 3. pag. 64

Quomodo intelligendum. num. 15. pag. 65

Attenditur factum non quod venit in consequentiam. Resp. 63. num. 183. pag. 284

Actus qui vna via sustinetur altera reprobatur, censetur factus ea via qua potest sustineri. Resp. 63. num. 103. pag. 278

Breui tempore stans in aliquo loco non dicitur ibi commorari. Resp. 67. num. 31. pag. 310

Eodem modo detentus in carcere fugiens si reuertatur non dicitur recessisse. num. 32.

Item iussus è domo non discedere, discedens & rediens non dicitur discessisse nec patitur pœnam fracti præcepti. ibi.

Confirmatio non est actus per se subsistens. Vbi enim non est confirmabile, confirmatio non procedit. Resp. 82. num. 160. pag. 418

Cessante causa cessat effectus, & quomodo intelligendum. Resp. 1. num. 38. pag. 7

Facta non minus quam verba, exprimunt mentem agentis. Resp. 82. num. 61. pag. 403

Factum à non iudice non conualescit licet incipiat esse iudex. num. 162. pag. 418

Fieri inualide & nullo modo fieri parificantur. Resp. 11. num. 2. pag. 64

In facultatiuis non datur possessio manutenibilis. Resp. 27. num. 6. pag. 116

Procedit non obstante lapsu temporis etiam immemorabili. ibi.

Debet tamen constare de facultatiua, alias manutentio non est de facili deneganda. ibi.

Vt acquiratur possessio, & inducatur consuetudo, seu præscriptio præcedere debet contradictio, vel prohibitio cum subsequta acquiescentia. ibi.

Materia vt non sit facultatiua requiritur quod titulus præcedat & adsit actuum pluralitas per longum tempus. ibi.

In foro conscientiæ leges respicientes bonum publicum obligant. Resp. 1. num. 20. pag. 4

In obscuris quod minimum est sequendum est. Resp. 69. num. 26. pag. 319

Quomodo intelligendum. num. 41.

Illud est credibile quod demonstrat propria verborum significatio quam semper debemus sequi. Resp. 82. num. 58. pag. 403

Magis est attendenda causa naturalis quam accidentalis. Resp. 94. num. 53. 54. 60. pag. 477

Melius est in tempore præuenire aggressorem, quam post exitum vindicare. Resp. 13. nu. 2. pag. 70

Maior est illa pietas quæ pluribus prodest. Resp. 58. num. 7. pag. 238

Non sequimur verba sed mentem si aliquo modo de illa constet. Resp. 82. num. 62. pag. 403

Nemo restituitur nisi læsus. num. 136. pag. 415

Nihil est tantæ virtutis quod possit eradicare morbum perpetuum. num. 159. pag. 418

Nemo præsumitur iactare suum. Resp. 1. n. 42. pag. 8

Nemo debet reportare commodum ex sua iniquitate. Resp. 3. num. 15. pag. 20

Non fraudantur creditores cum aliquid non acquirit debitor vt soluat, sed cum quid diminuitur de bonis. Resp. 45. num. 7. pag. 180

Nummi qui sic dantur vt statim recipiantur non dicuntur alienari. Respon. 63. numer. 203. pag. 265

Nulla consequentia potest esse legitima ex illegitimo principio natiuitatis. Respon. 36. num. 44. pag. 147

Non facti notitia sed facti veritas soluit ab obligatione. Resp. 63. num. 222. pag. 286

Non refert quod aliquid fiat per æquipollentia. Resp. 28. num. 49. pag. 124. & Resp. 1. num. 18. pag. 3. vbi etiam explicatur & declaratur.

Nemo præsumitur fecisse actum inualidum in testamento. Resp. 37. num. 52. pag. 154

Per accidens non est quod ex natura rei sequitur. Resp. 6. num. 7. & 8. pag. 50

Proxime accingendus habetur pro accincto. Resp. 8. num. 18. pag. 58

Per quas causas res nascitur per easdem & dissoluitur. Resp. 4. num. 65. pag. 42

Plus est in re quam in æstimatione mentis. Resp. 28. num. 74. pag. 126

Quod vna via negatur alia non est concedendum. Resp. 82. num. 135. pag. 415

Qui probabiliter ignorat sibi competere ius, dicitur iuste impeditus. num. 142. pag. 416

Quod nullum est defectu substantialium tractu temporis non validatur. nu. 153. & 163. pag. 418

Quilibet potest renunciare iuri suo quomodo intelligendum. Respon. 3. num. 162. & 163. pag. 35

Quod nullum est nullum parit effectum. Resp. 49. num. 6. pag. 193

Nullum ius potest tribuere. num. 7.

Perinde est ac si numquam factum fuisset. num. 8.

Qui declarat nihil nouidat. Respon. 16. nu. 55. pag.

Quod non mutatur, quare stare prohibetur? Resp. 59. num. 74. pag. 247

Quod non est transmissibile nec est cessibile. Resp. 59. num. 74. pag. 227

Qui non obstat cum possit videtur consentire. Resp. 60. a num. 46. ad 59. pag. 256

Explicatur Regula Qui tacet. ibi.

Quæ ab initio non subsistunt tractu temporis non validantur. Resp. 11. num. 5. pag. 64

Quæ sunt facultatis non inducunt consuetudinem restrictiuam liberæ potestatis. Resp. 12. nu. 28. p. 68

Quomodo intelligendum. Resp. 21. num. 51. pag. 95. & Resp. 27. num. 6. pag. 116

Remittenti suas actiones non est amplius dandus regressus. Resp. 43. num. 35. pag. 173

Res quæ caret culpa non debet in damnum vocari. Resp. 22. num. 91. pag. 102

Semel malus semper præsumitur malus quomodo intelligendum. Resp. 71. num. 60. pag. 333

Scribens videtur approbare quod scribit. Resp. 82. num. 61. pag. 403

Sermo simpliciter prolatus est intelligendus de prima vice. Resp. 83. num. 4. pag. 421

Vouete & reddite quomodo intelligendum. Resp. 3. num. 14. pag. 20

Vbi res habet certam, & manifestam vel probabilitatem vel iuris decisionem & nulla est ambiguitas in verbis ibi nullus est locus coniecturis. Resp. 82. num. 55. pag. 403

Vbi plene ex verbis non constat ex factis conijcimus & quando. num. 56. & 57.

Verosimile non est disponentem egisse de illis, quæ improprie tantum veniunt sub verbis & quando. num. 59. & 60.

